IN NOMINE DOMINI. *Iustinianus generis humani director in præsenti rubrica, siue intitulatione tria facit: quia primo ponit diuini nominis inuocationem: per quam deus veneratur. Secundo ponit propriam & appellatiuam descriptionẽ, per quã præsens opus denominatur. Tertio subdit intitulationẽ, per quã præsens opus proœmialiter inchoatur. Secunda ibi, Codicis domini &c. Tertia ibi, repetitæ prælectionis. vsque in finem rubricæ. h.d. secũdũ Bal. Vel aliter: Diuiditur ista rubrica in tres partes. Prima est generalissima ad omne opus inchoandum: vsque ibi, codicis. Secunda generalis ad totum istud volumen dumtaxat: vsque ibi, de nouo Codice faciendo. Tertia specialis ad istam primam cõstitutionem. hoc dicit secundum Paulũ de Cast.*

** Quidam putant hæc verba, iuris enucleati ex omni vetere iure collecti, huc adiecta ex inscriptiõe Pãdectarũ.*

a In nomine domini. *Incipit à deo: vt. j. de officio pfecti ptorio Africæ. l. in nomine domini.*

b Iustiniani. *quia Iustini filius fuit: vt instit. de dona. §. est & aliud.* [2] *Et dicitur hoc ad differentiã trium codicũ, de quib⁹. j. fit mentio in cõsti. 2. Acc.*

c Sacratissimi. *quia inunctus, vel quia sacras leges nobis tradidit.*

d Perpetui. *id est, generalis: vt instit. de satisfda. tuto. & cu. 2. vers. po.*

*Adde gl. in verbo, Iustinianus. in subscriptione proœmii Digestorum: & Instit.*

*Perpetuũ qualiter accipitur.*

*Lucæ. 2. Roma. 13.*

*sic infra, de eden. l. edita. vnde illud: Exiit edictum, &c. & in epistola: Omnis anima, &c. ponitur & aliter, vt diximus. ff. pro soc. l. 1.*

e Augusti. *ab augeo quoad propositum: vt & matrimonium dicitur res individua, licet quandoque diuidatur: vt insti. de pa. po. in prin. & C. de repu. l. consensu. Vel dicitur ab Octauio Augusto, dicto ab auguror, quod est diuinare. ADDITIO. Hic solet quæri, an donatio facta per Constantinum papæ Siluestro, quia per eã diminutũ est imperiũ, valeat. vide Ange. Areti. in superscript. insti. & eos ad quos ipse remittit, quibus adde Abba. consi. 84. versi. sed in casu nostro. & glos. in verbo, Constantinum. in Cle. 1. §. porro præter. versi. ipsaque omnia. de iureiurando.*

f Repetitæ. *Iusit enim fieri primo codicem ex tribus, & iterũ iussit dissolui, vt ibi apponeret quasdã decisiones, quas postea fecerat: & sic iterum iussit ligari, & ideo dicit, repetitæ: vt infra, de emen. iusti. co. per totum. & §. in antiquis enim &c. Itẽ quod dicit, prælectionis, id est lectionis. & est figura prothesis.*

*b Multiplices figurarũ species ponit glo. in verbo, parte ablata. in. c. forus. extra de verbo. sig.*

g *DE NOVO CODICE FACIENDO.*

*Superior rubrica est communis ad totum librum: sed quod sequitur, scilicet de nouo Codice confirmando, ad constitutionẽ istam tantũ. Azo.*

HAec quæ. Hanc constitutionẽ diuide in quatuor partes, vt in glo. j. Casus in terminis nõ potest cõmodè poni: sed loco casus figura talẽ quæstionem secundũ Bal. Senatores quæsiuerũt ab imperatore sic: Domine, scimus q̃ officiũ vestrũ debet esse circa duo, scilicet circa arma, & leges. circa arma scimus vos bene egisse: sed quærimus, qualiter feceritis circa leges? Respon. imperator q̃ ea, quæ necessario corrigenda esse multis retro principibus visa sunt: tamen nullus eorum ad effectum protulit: nos in præsenti proponimus donare communi vtilitati, lites amputando, superfluitatem constitutionum resecando, & vnum codicem sub nostro felici nomine componẽdo, in quem colligatur omnis substantia veterum codicum, & nouellarum constitutionum. hoc dicit vsque ad versic. ideoque. Sed instat quærens: domine quot sapientes elegistis ad hoc opus faciendum? Respon. imperator (tria considerans, scilicet operis ponderositatem, operis substantialitatem, & operis vtilitatem) quòd ipse elegit decẽ viros quos nominat & cognominat, ad hoc sufficientes, & fama, & dignitate præclaros & sublimes. Hoc dicit vsque ad. §. quibus. Viso casu literali ex tex. resultant notãda

Codex.

# In nomine [a]

domini nostri Iesu Christi, Codicis domini Iustiniani [b] sacratissimi [c] principis, perpetui [d], augusti, [e] iuris enucleati ex omni vetere iure collecti, * repetitæ [f] prælectionis incipit constitutio prima.

## DE [g] NOVO CODICE faciendo.

*Retro visa cõmuniter vtilia, litiúmque decisiua, audacter sunt adtentata, superfluitate resecanda. hoc dicit secundum Salycetum. Vel sic: Ista fuit quædam epistola Iustiniani imperatoris, quam direxit senatoribus vrbis Constantinopolitanæ: vt patet in fine eius. h.d. secundũ Pau. de Cast.*

Imperator IVSTINIANVS Augustus ad Senatum vrbis Constãtinopolitanæ.

HAec, [h] q̃ necessariò corrigenda esse multis retro principibus visa sunt: interea tamẽ nullus eorũ ad effectũ ducere ausus est: in præsenti [i] rebus donare cõmunibus [k] auxilio dei omnipotẽtis cẽsuimus [l], & ꝓlixitatẽ †litiũ [m] amputare: [n] multitudine [o] quidem constitutionũ quę tribus codicibus, Gregoriano, Hermogeniano, atq; Theodosiano cõtinebantur, illarum [p] etiam quæ post eosdẽ codices à Theodosio diuinæ recordatiõis, aliísq; post eũ [q] retro principibus, [r] & à nostra etiã clementia positę [f] sunt, resecãda: [t] vno autẽ codice sub felici nostri numinis vocabulo cõponendo, † in quem colligi tam memoratorũ triũ codicũ, q̃ nouellas [u] post eos [x] positas [y] cõstitutiões oportet.

*Pro magnitudine rei gerendæ sunt artifices eligendi. h.d. secundum Salycetum.*

Ideoq; [z] ad hoc maximũ [a], † & ad ipsius reipublicę [b] sustentationem [c] respiciens, [d] opus efficiendum, elegimus [e] tanto fastigio [f] laborũ, tãtæq; sollicitudini sufficiẽtes, [g] Ioannẽ † virũ excellentissimũ, exquæstore [h] * nostri sacri palatij, consularẽ [i]

*†Cõcor. cum hoc textu cle. dispendiosam. de iudi. & ca. dispendia. de rescript. lib. 6.*

*†Cõcor. glo. vlt. in ca. fuerunt. distin. 7.*

*† aliàs, ad hoc maxime opus effi ciẽdũ, & ad ipsius reip. sustẽtationẽ respiciẽtes, eleg. &c.*

*†Dicit glo. in proœmio lib. 11. decret super verbo decorẽ, quòd hi viri erãt gloriosi, nõ solũ sciẽtia legum, sed etiã experiẽtia rerũ.*

** exquæstorem.*

*Legibus sustẽtatur respublica.*

*Fastigiũ.*

*Exquæstor Exquæstus.*

*Exconsul.*

*Consularis. Consul.*

1 *Censuimus.* id est, ordinauimus in corde, vel toti reipublicæ, vel imperio: alia tamen forma, quàm olim.

m *Litium.* quæ fiebãt immortales. etiã repete, multitudine. Ac.

n *Amputare.* reddit adtentum. & facit. ff. si cer. peta. l. quidam.

o *Multitudinẽ.* aliàs, multitudine. & tũc est. j. resecãda, & meli⁹.

p *Illarum.* scilicet constitutionum.

q *Eum.* scilicet Theodosium.

r *Retro principibus.* quoad nos: id est, ante nos.

s *Positæ.* vt extrauagantes constitutiones.

t *Resecanda.* aliàs resecando. & tunc habeas multitudinem. aliàs resecanda, & tunc multitudine.

u *Nouellas.* non omnes, sed vtiles.

x *Post eos.* tres codices.

y *Positas.* id est, factas.

z *Ideoque.* quia iam nos diximus quòd volebamus illos tres codices & extrauagantes constitutiones in vnum codicem redigere, ideoque.

a *Maximum.* si habes, maximum, plana est. si habes maxime, sic expone: nam non solum istos decem viros elegimus ad hoc opus: sed etiam ad alios libros faciendos: sed maxime ad hoc.

b *Reipublicæ.* id est, imperij.

c *Sustentationẽ.* quia p leges sustẽtat respublica, sicut & p arma.

d *Respiciens.* alias, respicientes, & tunc plana. alias, respiciens, & tunc sic construe: Ideoque elegimus viros ad hoc maximum opus efficiendum: opus dico respiciens ad sustentationem ipsius reipublicæ, id est, imperij.

e *Elegimus.* scilicet homines qui ibi ponuntur.

f *Fastigio.* id est, altitudini vel magnitudini. & scribe per g, non per d. Accur.

g *Sufficientes.* scilicet viros infra scriptos.

h *Exquæstore.* nomen est dignitatis, sicut dico in expræfecto, & excõsule, secundum Io. vt infra de aduo. diuer. iudi. l. petitionem. §. egredientem. sicut exquæstor: vt. ff. de offi. quæst. l. j. in fi. Alij dicunt eum exquæstorem, qui quæsturam dimisit. & sic exconsul qui consulatum dimisit.

i *Consularem.* consularis est qui insignia consulum beneficio principis consequitur: sed consules sunt in ipso actu gerendi: vt infra, de consuli. l. iij. & iiij. lib. xij.



BIU Cujas

atque patricium: [a] Leõtium virum sublimissimũ, magistrum militum, exprefecto* prętorio, consularem atque patricium: Phocam virum eminẽtissimũ, magistrum militum, consularẽ atque patricium: Basilidem virum excellentissimum, exprefecto* prætorio [b] Orientis, atq; patricium, Thomã virum gloriosissimum, quæstorem sacri nostri palatij, & exconsule:* Tribonianum virum magnificum, magisteria dignitate inter agentes [c] decoratum: Constantinum virũ illustrem, comitem sacrarum largitionum [d] inter agentes [e] & magistrum scrinij libellorum, sacrarumque cognitionum: Theophilum virũ clarissimum, comitem sacri nostri consistorij, & iuris in hac alma vrbe [f] doctorem: Dioscorum & Prę sentinũ, disertissimos togatos fori amplissimi prætoriani.

*Imperator electis viris tradit formã veram vt inutiles præfationes, & similia, ex quibus non augetur effectus, & contraria resecarent, & similiter ea quæ erant abolita rationabili consuetudine, & claras & apertas leges ex tribus codicibus & nouellis traderent, ipsisq; adderẽt & detraherẽt, & earum sensum clariorem efficerent vbi opus foret, & in vnum codicem componerent. h. d. secundum Bal.*

Quibus [g] specialiter permisimus [h] (resecatis tam superuacuis, quantum ad [i] legum [k] soliditatem [l] pertinet, præfationibus, [m] quàm [n] similibus, [o] & contrariis, [p] præterquam [q] si iuris alia diuisione [r] adiuuentur: [f] illis [t] etiam quæ [u] in desuetudinem [x] abierunt) certas, [y] & breui [z] sermone conscriptas ex iisdem tribus codicibus & nouellis [a] constitutionibus leges [b] cõponere, & cõgruis [c] titulis subdere: [d] adiicientes [e] quidem & detrahẽtes, [f] immo & [g] mutantes [h] verba earum vbi hoc rei commoditas exigeret: colligẽtes [i] vero in vnam [k] sanctionẽ quæ variis cõstitutionibus dispersa sunt, & sensum earum clariorem efficientes: ita tamen, vt ordo temporum earum cõstitutionum non solum ex adiectis diebus [l] consulibusque, sed etiam ex ipsa compositione [m] earũ clarescat: primis quidem in primo loco, posterioribus vero in secundo ponendis. [n] & si quæ earum sine die & consule in tribus veterib⁹ codicibus, vel in quibus nouellę constitutiones receptæ sunt, inueniantur: ita his ponendis, nullaque dubietate super generali earũ robore [o] ex hoc oriunda: sicut & illas vim generalis constitutionis obtinere palam est, quæ ad certas [p] personas [q] rescriptę, [r] vel per pragmaticam [f] sanctionem ab initio datæ, eidem nouo Codici propter vtilitatẽ sanctionis insertæ [t] fuerunt. [u]

*Imperator superius posuit suam intentionem circa principium voluminis, & tamen inueniet postea in aliis titulis aliorum imperatorum. postea iterum & eiusdem Iustiniani legem inueniet primo factam poni postea, & factã postea prius positam: vt patet infra, de iudiciis. l. properãdum. & infra, vt intra certum tempus. l. fi. Item nota hic de ordine, vt not. in auth. de hære. & fal. §. in ordinatum. col. j.*

a *Patricium.* expone vt institu. quibus modis patri. pote. sol. §. filiusfamiliàs.

b *Prætorio.* natum vel vocatum.

*Inter agentes.*

c *Inter agentes.* inter agentes dicuntur qui sunt inter eos qui res imperiales administrant. Vel, qui agunt, id est, morantur circa latus principis. vnde habes. j. tit. de principib⁹ agẽtiũ in rebus. li. xij.

d *Largitionum.* id est, donationum, quæ fiebant in aula regia.

** expræfectum.*

e *Inter agentes.* quidã habent inter gẽtes, sed male. Dic ergo inter agentes. & id expone vt s. Accursius.

** expræfectum.*

f *Vrbe.* scilicet Constantinopolitana.

g *Quibus specialiter, &c.* Sunt ergo decem:

** exconsulẽ*

& sic decem fuerũt in petendis tabulis: vt. ff. de orig. iur. l. ij. §. exactis. Tres vero in institutis. xvj. in compilatione Digestorũ: vt institu. in procemio. §. cumque hoc deo. &. §. quas ex omnibus &. j. de vete. iu. enu. l. ij. §. quæ omnia. Itẽ quinque in cõpilatione noui Codicis: vt. j. tit. ij. §. sed cum nouellæ.

h *Permisimus.* scilicet præcipiendo. Et not. quòd decem facit præcepta.

i *Quantum.* q. d. solidæ, id est, integræ leges remaneant, resecatis superfluis.

k *Legum.* ecce primũ præceptum.

l *Soliditatẽ.* quia medulla legis bene est solida sine superuacuis præfationibus.

m *Præfationibus.* nota, superuacuis. aliàs cõtra. ff. de orig. iur. l. j.

n *Quàm.* ecce secundum.

o *Similibus.* ad hoc est cõtra. ff. de distra. pi. l. arbiter. &. l. vlti. sed fuit vitium scriptoris. Item & aliàs in multis locis sunt similia, quæ omnia solue vt. j. de vete. iure enu. l. ij. §. si quid.

p *Contrariis.* ecce tertium.

q *Præterquam.* similibus dico, præter. q. d. id est, pleniore indagine: vt. j. tit. j. §. sed cum fit. &. j. de vete. iure enu. l. ij. §. si quid. Item probatur ex duobus: vt. j. de iur. & fac. igno. l. si post diuisionem. &. ff. fa. er. l. cum putarem. nõ autem refertur ad id quod dixerat de contrariis: quia nullum contrarium inuenitur: vt. j. de vete. iu. enu. l. ij. §. contrarium. Vel etiam ad contrarium potest referri. & tunc patet exemplum in. ll. supradictis. l. si post diuisionem. &. l. cum putarem.

*Cõtrarietas nulla est in legibus.*

r *Diuisione.* id est, additione.

f *Adiuuentur.* illa scilicet similia.

t *Illis.* scilicet resecatis.

u *Quæ.* ecce quartum.

x *In desuetudinem.* sic institit. in procemio. §. igitur post. in fine. & infra, de vete. iur. enu. l. j. §. sed & si quæ. iij. col. Accursius.

y *Certas.* in sui responsione. vnde in fi. huius legis vocat, indubitatas: & hoc fallit vbicunque est dissentio doctorum: & in. ff. sæpe fallit in Scæuola.

z *Breui.* hoc fallit in legibus Iustiniani quandoque.

a *Nouellis.* quæ sunt extrauagantes.

b *Leges.* sic reddit dociles. nam docilem facit, qui summam rei breuiter comprehendit. Accursius.

c *Congruis.* ecce quintum.

d *Subdere.* subaudi, eos permisimus. Accursius.

c *Adiicientes.* ecce sextum. Accursius.

f *Detrahentes.* ecce septimum.

g *Immo.* ponitur pro, &. Et secũdum quosdam sic exponitur. j. de sacrosan. eccle. l. iubemus. ij. §. œconomus. non correctiue: vt & aliàs. ff. de hære. insti. l. si ita scriptum. in prin. *ADDITIO.* De ista dictione, immo, quãdo ponatur copulatiue, & quando correctiue, vide Bar. hic, & eundẽ in. l. si ita scriptum. in glos. alle.

h *Mutantes.* ecce octauum.

i *Colligentes.* ecce nonum. & beneuolũ reddit. quia dicit, ex pluribus vnũ facturos: vt. j. de iur. delib. l. fi. in prĩ. &. §. fi. Itẽ nota quòd sanctio dicitur multis modis: vt notatur in procemio. ff. in prin.

k *In vnam.* i. legẽ imperialẽ. vel. i. hunc codicem. ita sequitur. x. præceptum.

l *Diebus.* sic dies & cõsules erãt adiecti. *ADDITIO.* An leges valeant sine die & cõsule, vide Bar. hic: & latius per glos. eiusdẽ in extrauaganti, qui sint rebelles. versi. data. Itẽ an statutũ debeat edi cum die & consulẽ: & an requirat scripturã, vide Alex. de Imo. in rubri. ff. de noui ope. nuncia. Accursius.

m *Compositione.* id est, cõpillatione primo loco, vt primo lex sit vnius imperatoris, & sequens eiusdẽ tituli sit sequentis imperatoris post illum, & sic deinceps. Non autem intelligas quoad totum volumẽ. nam inuenies legem Iustiniani etiã circa principium voluminis, & tamen inuenies postea in aliis titulis aliorum imperatorum. postea iterum & eiusdem Iustiniani legem inuenies primo factam poni postea, & factã postea prius positam: vt patet infra, de iudiciis. l. properãdum. & infra, vt intra certum tempus. l. fi. Item nota hic de ordine, vt not. in auth. de hære. & fal. §. in ordinatum. col. j.

*Leges quo ordine sint ponendæ.*

n *Ponendis.* scilicet sine die & consule. & valet vt subiicit. Sed contra. j. de diuer. re. si qua. Solu. hic de his, quæ iuris corpore clauduntur, ibi non.

o *Robore.* quòd sint sine die & consule. Accursius.

p *Ad certas.* ex motu principis.

q *Personas.* ad hæc verba concordat. j. in cõstitutione proximè sequen. §. hunc igitur. ibi, nullaq; dubitatione. Accursius.

r *Rescriptæ.* huic est contra. j. de legi. & constitu. l. ij. & institu. de iure natu. §. sed & quod principi. in fi. Solu. hic de his quæ iuris corpore clausæ sunt: ibi nõ. Vel hic rescripsit in aliqua quæstione respondendo quid sit iuris: sed ibi in priuilegiis. Item intellige hoc quod hic dicitur, nisi dicatur in lege expressim contrarium: vt patet. ff. de cen. l. j. &. j. de decur. l. neq; Dorotheum. lib. x. &. j. de his qui ad eccle. confu. l. fi. in prin.

f *Pragmaticam.* quæ fit concilio procerum. *ADDITIO.* Vide glo. in verbo, pragmaticam. in pragma. sanct. in titu. de conclu. cc. Gal. post princip.

t *Insertæ.* aliàs, indultæ.

u *Fuerunt.* futuri temporis. nec enim est factus, sed fieri mandatur per hanc constitutionem.

*Notitiam.*

BIU Cujas

a *Notitiam.* ad senatores loquitur.
b *Et indubitatas.* &, ponitur pro, id est.
c *Ad citiores.* propria potest intentio Iustiniani hic notari: sed & benevolentia. Accursius.
d *Decisiones.* aliàs, diuisiones.
e *Fiat.* ecce propria Iustiniani intentio.
f *DE IVSTINIANEO codice cõfirmãdo.*
*Superior cõstitutio fuit facta nõdum facto Codice, hoc cũ iã esset factus: vt infra, ea.l.§. tollendis. ibi, iisdem prudentibus.*
g Inclytus. *id est, bene auguratus. totum expone vt in proœmio. ff. in prin.*
h Mennæ. *supple, missa fuit ex præcepto, &c. Accursius.*

i EX *præcepto.* Pro huius cõstitutionis casus positione diuide eam secundũ Viuia. in quatuor partes. Prima pars coniungit leges & arma, & vnum dicit egere auxilio alterius, & factum armorum se bene expedisse, & qualiter expediuit. Secũda dicit, qualiter expediuit se de legibus per. x. viros: & sic recipi ad superiorem constitutionẽ. Tertia mãdat hunc codicem seruandum aliis codicibus prætermissis, qualescunque sint leges: ex quo erunt in hoc vodũ, *Imperator Iustinian. &c.* lumine. Quarta cõmendat hunc codicẽ, eum extendens inter subiectos. Secunda ibi, sed cum. Tertia ibi, hunc igitur. Quarta ibi, illustris. Ex textu no. primo in princi. quid fuit, quod fecit antiquitus Romanos præcellere & dominari cũctis nationibus. Not. secundo in versi. hunc igitur. quòd imperator prohibet allegari veteres codices. Tertio no. ibi, falsi criminis. quòd allegans leges abrogatas incidit in crimen falsi: quòd quando sit verum, dic vt not. in. c. nouit. extra de iud. in glo. quicunque. & per Barto. in. l. fi. ff. de fal. Vltimo no. in. §. si quæ vero. & ad hoc semper allegatur, quòd per nouã legem vel statutum non censentur reuocata priuilegia concessa singularibus personis, & non comprehensa in corpore iuris vel statuto, secundum Pau. hic.

**Haud dubiè sic legẽdũ, Mennæ præfecto prætorio expræfecto huius almæ vrbis, & patricio. (et sic habes superscriptionem cõstitutionis. Constitutio sic incipiet) Summa reipub. &c.*

i *Ex præcepto.* aliàs, ex præcepto almæ verbis cõditoris Constantini, &c.
k *Vrbis.* subaudi, conditoris. Et sic patet quòd de noua Roma, cum eam fecerit Constantinus: non de veteri cum eam fecerit Romulus. Et dic, quòd Constantinus præcepit hic duo: scilicet quòd arma & leges essent ad tuitionem reipublicæ: & hoc si habes, Constantini. sed aliàs est, Constantino & patricio. tunc dic: ex præcepto, scilicet diuino summa tuitio veniẽs Cõstãtino, &c. & sic sunt datiui casus. & semper incipit cõstructio, summa, &c. & facit insti. in proœmio in prin. imperatoriam, &c.

*Roma est duplex.*

Hæc igitur ad vestram notitiã [a] ferre properauimus, vt scia tis quãta nos diuturna super rerum cõmuni vtilitate cura sollicitet, studentes certas & indubitatas, [b] & in vnũ codicẽ collectas esse decætero cõstitutiones: vt ex eo tãtũmodo sub felici nostro nomine nũcupando codice, recitatio constitutionũ in omnibus ad citiores [c] litium decisiones [d] fiat [e] iudiciis.

DE IVSTINIANEO
Codice confirmando. [f]

*Ista fuit epistola directa ad præfectum prætorio, postquam viri de quibus in præcedenti dictum est, opus eis commissum expleuerunt: per quam imperator confirmat codicem nouiter factum per illos, & mandat ipsum publicari & seruari. h. d. secundum Pau. de castro.*

Imp. IVSTINIANVS pius, felix, inclytus, [g] victor ac triumphator, semper Augustus, Mennæ [h] præfecto præto.

EX præcepto [i] *huius almæ vrbis [k] Cõstantini consulis ac patricij, summa [l] reipublicę tuitio de stirpe duarum rerum, armorũ scilicet atque legum veniẽs, vimq; suam exinde muniẽs, felix Romanorum genus omnibus anteponi nationibus, omnibusq; gẽtibus dominari tam præteritis effecit tẽporibus, quàm deo propitio in æternum efficiet. istorũ etenim alterum alterius auxilio [m] semper eguit: & tã militaris res legibus in tuto collocata est, quàm ipsę leges armorum præsidio [n] seruatę [o] sunt. ℣ Merito [p] igitur [q] ad primam [r] cõmuniũ [s] rerum sustentationẽ, nostram sententiam & mentẽ laboresq;*

A l *Summa.* aliàs, summa tuitio. & aliàs, summa rei publicæ tuitio. Et nota quòd Pynus hic, Summa, &c. incipit legem. sed alibi sic, ex præcepto huius almæ vrbis Constantini atque patricij. & quòd dicit, vrbis: subaudi, conditoris.
m *Auxilio.* Nam & leges indigent armis: vt. ff. de rei vin. l. qui restituere. Item ad puniendos rebelles: vt infra, de episc. & cle. l. fi. † *In nõnullis* hoc. & arma legib⁹ vt. ff. de re mili. l. iij. §. miles. vsq; in fi. legis.
n *Præsidio.* i. auxilio.
o *Seruatæ.* aliàs, seruandæ.
p *Merito.* hic dicit imperator qualiter se habuit ad arma.
q *Igitur.* cum prædicta duo, scilicet arma & leges fecerint Romanum populum omnibus aliis nationibus dominari, & sunt duo brachia mundi: merito ergo imperator fecit, si habuit curam circa ea: & quare habuerit dico: & primo circa arma tãquam digniora. Accur. *ADDITIO.* An arma sint digniora legib⁹, & sic miles preferẽd⁹ sit doctori, vide Bal. in proœmio. ff. veteris, in fi. & Ang. Aret. in proœ. inst. j. respõ.
r *Primam.* scilicet maximã. & hoc vt tollas contrariũ, infra. l. proxi. in prin. vbi dicit q⁹ primo ad leges.
s *Communiũ.* armorũ.
t *Agmina.* milites in agminibus.
u *Veteribus.* scilicet agminibus.
x *Exquisitis.* scilicet expensis publicis.
y *Posita.* scilicet agmina, iuxta illud Ouid. *Ouidius.*
Non minor est virtus q̃ quærere, parta tueri.
z *Firmissima.* s. agmina.
a *Sed cũ.* hic dicit qualiter se habuit ad leges.
b *Insidiantẽ.* Nã quãdo legem non intelligis, tibi insidiatur.
c *Dedidim⁹.* id est, deputauimus. vel, edidim⁹, id est, ad hoc dedimus nosmetipsos.
d *Doctrina.* quoad cognitionem.
e *Experientia.* quoad operationem.

*nostros referẽtes, militaria quidem agmina [t] multiplicibus, & omnem prouidentiam cõtinẽtib⁹ modis correximus: & tam veteribus [u] †ad meliorem statũ breui tẽpore ductis, quàm nouis non solum exquisitis, [x] sed etiam recta dispositione nostri nominis sine nouis expensis publicis constitutis, primo seruãdo posita, [y] deinde noua ponẽdo, firmissima [z] subiectis effecimus. Sed cum [a] sit necessariũ multitudinẽ cõstitutionum, tã in tribus veteribus codicibus relatarum, quàm post earũ cõfectionem posterioribus tẽporibus adiectarum, ad breuitatẽ reducendo, caliginem earũ rectis iudicum definitionibus insidiantem [b] penitus extirpare: ad hoc cõmune præstandũ beneficium deo præsule, prono animo nos dedidim⁹: [c] & electis viris glorioſissimis, tam doctrina [d] legum, quàm experientia [e] rerum, studióq; reipublicæ indefesso, [f] & laudabili proposito pollẽtibus, sub certis finibus magnum laborem cõmisimus: per quem tam triũ veterũ Gregoriani, Hermogeniani atque Theodosiani codicum constitutiones, quàm plurimas alias post eosdẽ codices à Theodosio diuinæ memoriæ, cæterisq; post eũ retro principibus, à nostra etiam clementia positas, in vnum codicẽ felici nostro vocabulo nũcupandũ colligi præcepimus: ℣ Tollendis quidem tam præfationibus nullum suffragium sanctionibus conferẽtibus, [g] quàm contrariis cõstitutionibus, quę posteriore promulgatione vacuatæ sunt: similibus [h] etiam pręter eas, quæ eadem pene sanciendo, diuisionẽ*

t *Multiplicibus.* *Leges armis egent & contra.*
u *Veteribus.* *In nõnullis exẽ. legitim, & tã legibus veteribus ad meliorẽ statũ breui tẽpore ductis, quàm nouis nõ solũ exquisitis, sed etiam recta dispositione nostri nominis, sive nouis expensis. &c. Romani per quid omnibus sunt dominati.*
x *Exquisitis.* scilicet expensis publicis.
y *Posita.* scilicet agmina, iuxta illud Ouid.
Non minor est virtus q̃ quærere, parta tueri.
z *Firmissima.* s. agmina.
a *Sed cũ.* hic dicit qualiter se habuit ad leges.
b *Insidiantẽ.* Nã quãdo legem non intelligis, tibi insidiatur.
c *Dedidim⁹.* id est, deputauimus. vel, edidim⁹, id est, ad hoc dedimus nosmetipsos.
d *Doctrina.* quoad cognitionem.
e *Experientia.* quoad operationem.
f *Indefesso.* id est, non fatigabili. aliàs indefenso studio, id est, quia nullus defendit hoc studium non esse benefactũ. vt sic hæc dictio, in, exponatur, id est, non: vt & aliàs. Vel melius dic, indefenso, id est, multũ defenso per istud opus: & sic ponitur in, pro valde. & sic etiã ponitur, increscit aqua, id est, valde crescit: vt. ff. de aqua plu. ar. l. j. §. j. &, indifficilis. i. valde difficilis. ff. de lib. & posth. l. Gallus. §. ille casus. aliàs est indefesso: & tũc est plana: qa isti nũquã erãt fessi donec cõplerẽt, & semper erãt recẽtes. vnde colligit q⁹ meli⁹ fecerũt: nã in primis horis diei, vel post somnũ quãdo aliquis est recẽs, melius facit: vt. ff. de verbo. sig. l. ij. in fi. *Indefensus sumitur dupliciter. Ingenium acuti⁹ est in primis horis diei.*
g *Conferentibus.* Quandoque enim conferunt: vt patet. j. de catol. in prin. & de rei vxo. act. l. j. in prin. Et de his dic, vt diximus in superiori constitutione.
h *Similibus.* scilicet tollendis.



BIU Cujas

iuris aliquam facere noscũtur: ex qua [a] diuidendo vetera, nouum aliquid nasci videtur: multis insuper aliis [b] ad rectam huius Codicis compositionẽ pertinentibus, [c] iisdem prudẽtissimis viris à nostro numine mãdatis: [d] & nostro studio pro republica instituto, suum præsidiũ deus omnipotens annuit. [e] ℣ Ad istum enim laborẽ, & tanti operis cõsummationem electi, [f] vir excellẽtissimus exquęstore nostri palatij, consularis atque patricius Ioannes: & vir sublimissimus, expręfecto prętorio cõsularis atque patricius, Leontius: vir quoque eminentissimus magister militũ, cõsularis atque patricius. Phocas: etiã vir excellentissimus expræfecto prætorio per Oriẽtem, & patricius, & nũc præfectus prętorio per Illyricum, Basilides: & vir glorioſissimus quæstor sacri nostri palatij, & excõsule Thomas: imo & vir magnificus magisteria dignitate inter agentes decoratus, Tribonianus: & vir illustris comes sacrũ largitionũ inter agentes, & magister scrinij & libellorũ & sacrarum cognitionum, Cõstantinus: & vir illustris exmagistro, & iuris doctor in hac alma vrbe Theophilus: viri etiã disertissimi togati amplissimi fori tuę sublimitatis Dioscorus atque Præsentinus: omnia, quæ eis mandauimus, cũ sedula [g] & peruigili industria, [h] moderataq; digestione, [i] cum dei auxilio ad prosperũ tulerunt terminum, & eundem nouum Iustinianeum Codicem nobis obtulerunt ita compositum: vt & rebus profuturus esset communibus, [k] & nostro conuenisset imperio. ℣ Hunc igitur [l] in ętternum [m] valiturum iudicio tui culminis [n] intimare [o] perspeximus, vt sciãt omnes tam litigatores quàm disertissimi aduocati nullatenus eis licere decætero cõstitutiones ex veteribus tribus codicibus, quorũ iã mẽtio facta est, vel ex iis quæ nouellæ cõstitutiones ad præsens tempus vocabantur, in cognitionalibus recitare certaminibus, [p] sed solũ eidẽ nostro Codici insertis cõstitutionibus necesse [q] esse vti: falsi crimini [r] subdendis his, qui cõtra hoc facere ausi fuerint: cum sufficiat earũdem constitutionũ nostri Codicis recitatio, [s] adiectis etiã veterũ iuris interpretatorũ laboribus ad omnes dirimẽdas lites: nullaque dubitatione emergẽda vel eo quòd sine die & consule quædã cõpositæ [t] sunt, vel quòd ad certas personas rescriptæ sunt: cum omnes generaliũ constitutionum vim obtinere proculdubio [u] est. sed & si quæ earum cõstitutionum detractis vel additis vel permutatis certis verbis (quod & ipsum præfatis excellentissimis viris specialiter permisimus) compositæ sunt: nullis cõcedimus ex libris veterum [x] iuris interpretatorum aliter eas habentes recitare, sed solam iuris interpretatorum sententiam commendare: [y] vt tunc [z] teneat, cum minimè aduersetur [a] eiusdem nostri Codicis constitutionibus. ℣ Si quæ [b] vero pragmaticæ [c] sanctiones, quæ minimè in eodem nostro Codice receptæ sunt ciuitatib⁹ fortè, vel corporibus, vel scholis, vel scriniis, [d] vel officiis, vel alicui personæ impertitæ [e] sunt: eas, si quidẽ aliquod priuilegium [f] speciali beneficio indulgent, omni modo ratas [g] manere: si vero pro certis capitulis [h] factæ sunt, tunc tenere cum nulli nostri Codicis aduersantur constitutioni, præcipimus. Sed & si qua [i] re gesta [k] in tui culminis iudicio, vel in aliis iudiciis ciuilibus vel militaribus, [l] vel apud principia numerorum, pro publicis expensis, [m] vel quibuscunque titulis ad publicum pertinentibus posita [n] sunt: ea etiam prout communis rei commoditas exigit, firma esse censemus. [o] ℣ Illustris [p] igitur & magnifica auctoritas tua [q] pro innato [r] sibi circa rempublicã nostrasque dispositiones explẽdas studio, ad omnium populorum notitiam eundẽ Codicem edictis ex more propositis [s] peruenire faciat: ipso etiã textu Codicis in singulas prouincias nostro subiectas imperio cũ nostra diuina subnotatione [t] mittẽdo, vt eo modo ad omniũ notitiã eiusdẽ nostri Codicis cõstitutiões valeãt peruenire: [u] & vt extãtibus [x] festis diebus, [y] id est, ex die sextodecimo Kalendarum Maij præsentis septimę [z] indictionis, consulatu Decij viri clarissimi

a *Ex qua.* ſ. diuisione.
b *Aliis.* tollẽdis repete, quę oli erãt scripta.
c *Pertinentibus.* scilicet si tollantur.
d *Mandatis.* i. electis.
e *Annuit.* i. suũ præbuit assẽsum. exhibuit voluntatẽ: præstitit fauorẽ. & sic per id quod fecerũt, apparet quòd ea quæ eis cõmisimus, feliciter compleuerũt. & hoc dicit vsque ibi, ad istum enim, &c.
f *Electi.* verbum huius nominatiui est lõge. ĭ. videlicet ibi, ad prosperũ tulerũt, &c.
g *Sedula.* i. continua.
h *Industria.* id est, val de exorauimus eos vt de hac cõpositione deliberarent. Azo. Vel dic, quòd determinat sequentia.
i *Digestione.* id est, deliberatione.
k *Communibus.* id est, propriis singulorũ. & ita expone. s. &. ĭ. semper. nam nõ erant omnia communia cõmunicatione.
l *Hunc igitur.* tertia pars.
m *In æternum.* ponit pro perpetuo.
n *Culminis.* Loquitur Mennæ præfecto prętorio.
o *Intimare.* i. mittere: vt. ĭ. in fi. sed senatoribus tantũ significauit: vt. s. cõsti. proxi. in fi.
p *Certaminibus.* id est, in iudiciis.
q *Necesse.* Nisi imperatores post nos aliqua correxerit: sicut & nos facimus de legibus aliorum. Nã nouæ derogãt antiquis: vt. ĭ. de vete. iur. enu. l. tanta. in prin. &. ff. de legi. & se. con. l. non est nouũ. Et nota hic non esse trahẽdum argumentũ ex legibus abrogatis. &. ĭ. de Lati. lib. tol. l. j. circa prin.
r *Crimini.* id est, accusationi. crimini enim nõ lex vel imperator, sed ipsi se subiiciunt. & facit. ff. ad leg. Cor. de fal. l. fi.
s *Recitatio.* scilicet in iudiciis.
t *Compositæ.* aliàs, cõponite.
u *Procul dubio.* super hoc & superiori dicto potes dicere contraria quæ diximus. s. tit. j. in fi. Accursius.
x *Veterũ.* scilicet triũ Codicum.
y *Commẽdare.* non allegare.

*Argumẽtũ nõ est trahẽdum ex legibus abrogatis.*

z *Tunc.* quod est in tribus Codicibus.
a *Aduersetur.* i. cõcordat. tũc enim allegatur nõ tanquã antiqua, sed tanquã noua: nisi velit subdi crimini falsi.
b *Si quæ.* quarta pars.
c *Pragmaticæ.* Dictũ est. s. de cõstitutionib⁹ clausis in corpore iuris: hic de his quæ sunt extra sanctiones, vt sũt rescripta. *Cõtinuatio.*
d *Scriniis.* his scilicet qui præerãt scriniis. i. officiis quorũ acta reponuntur in scriniis.
e *Impertitæ sunt.* à nobis, aut ab aliis post nos, vel ante nos.
f *Priuilegiũ.* faciendi quid, vel non faciendi.
g *Ratas.* siue aduersetur siue nõ cõstitutioni Codicis. & sic est cõtra. ĭ. de preci. ĭpe. offe. l. rescripta. & de sac. sãc. eccle. l. priuilegia. ij. rñ. Sol. hic, nulli⁹ impetratione fuit cõcessum, ibi sic. Vel hic nõ lædebat alium: ibi sic.
h *Capitulis.* nõ ꝑ priuilegio, sed iure cõmuni.
i *Si qua.* ante hui⁹ Codicis cõpositionẽ. Ac.
k *Regesta.* id est, causã actitata.
l *Militaribus.* quia magister militũ dat sentẽtias. ĭ. de numerariis. li. xij. per totum. Azo.
m *Expensis.* scilicet publicarũ personarũ, puta iudicum, & aduocatorum, & executorum, & militum.
n *Posita.* i. statuta.
o *Censemus.* nõ vt vicẽ legũ teneãt secũdũ H. sed tantũ cõtra eos: nisi forte ex principis permissu de iure respõderunt.
p *Illustris.* quĩta pars & vltima.
q *Tua.* ô præfecte. Accursius.
r *Pro innato.* quia ante natiuitatẽ & post natiuitatẽ fuit studiosus.
s *Propositis.* id est, publicè positis.
t *Subnotatione.* id est, subscriptione. Accur.
u *Peruenire.* quidã nõ habent hic plus.
x *Extantibus.* i. cũ festũ erit celebre, legẽ de eo quãtum poterit.
y *Diebus.* ſ. festiuis Paschalibus extãtibus, id est, aduenientibus.
z *Septimæ indictionis.* Immo videtur. xij. vt ĭ. de vete. iu. enu. l. ij. §. leges. quæ est contra. Sol. verbum, indictiõis, dissimiliter hic & ibi

& ibi accipitur.nam olim.xv. anni erant constituti, & in primo quinquennio imperatori pro tributo offerebatur aurum: in secundo quinquennio,argentum:in tertio,æs.& primi quindecim anni dicebantur prima indictio:secundi,secunda:& sic de singulis. & sic erat.vij.indictio hic, id est, reuolutis septem vicibus quindecim annis: quæ reuolutio ducebat septimam indictionem. & qđ ibi dicitur.xij. id est, duodecim annis septimæ indictionis, quæ fiebat in septima reuolutione quintidecimi anni.& sic est idē tempus hic & ibi. sed hoc non placet: nam nec idem consulatus, nec eædem Kalendæ adsignantur hic & ibi: & ita non est idem tēpus. Dic ergo q̄ hic adsignatur indictio,in qua fuit factus Codex & publicatus: ibi vero adsignatur indictio,in qua fuerunt Digesta correcta,& Institutiones factæ & publicatę: vt ibi apertè dicitur. Sed cōtra hoc esse videtur quod in eadem lege dicitur.§.omni igitur. nam dicitur ibi in tribus annis post cōpositionē Codicis fuisse correcta Digesta, &Institutiones factas, & in septima indictione fuit Codex publicat[9],vt hic dicit. ergo ibi deberet dici decima indictione. Ad hoc respondet, quòd duo anni fuerunt interpositi post compositionē Codicis ante inceptionem Digest. & in tertio correcta. Vel dic quòd statim post cōpositionē Codicis fuerūt inchoata:licet post continuationem steterint p duos annos antequam publicarētur, & in tertio fuerūt publicata. Vel dic melius,quòd de indictione loquitur hic,quæ currebat tēpore,quo factus est primus Codex: in quo nō erant Extrauagātes cōstitutiones:qui fuit postea dissolutus:& nō de Codice nouo,qui nō fuit postea mutat[9]. Itē nota quòd tabelliones cū dicunt,indictione prima vel secunda in instrumētis,intelligitur primus ann[9] indictionis:& sic de singulis. Itē si vis inuenire indictionē cuiuslibet instrumēti publici quādo factū fuerit,vel quę indictio sit,currat,vel currebat quolibet anno:accipe annos domini illius instrumēti,vel eius anni de quo queris,& diuidē per quindecim,& adde tres annos,quia tot erāt tēpore natiuitatis Christi,& reiice quindenarium numerum,do nec habeas eum completum:& quod remanet tota erit indictio: vel si nihil,tūc prima. *ADDITIO.* Nota hic quod dicitur indictio ab indicendo:quia in singulis quindecim annis indicebātur tributa à Romanis.Nā in primis quinque annis dabatur Romanis tributū in ferro pro armis,in secundis in argento pro stipendiariis,in tertiis in auro seruando pro republi.vt per glo. in verbo,indictionis.in authē.vt præpo.nomē impe.in prin.col.v. & G.super rubr.de indictio.lib.x.Simile notatur de triplici corona imperatoris:de quo per glo.in verbo,vestigiis.in cle.Romani de iureiurando. De hac materia vide etiā pulchrā glos.super verbo,indictionis.in ca.inter dilectos.extra de fide instru.

*Indictio vn de dicitur.*

a *Recitationes.*in publicis.& sic inter plures vices,cum nō posset totus legi vna die.

recitationes[a] cōstitutionum ex eodem nostro Codice fiant.

## DE EMENDATIONE Codicis domini Iustiniani,& secunda eius editione.

Imperator[b] Cæsar,Flauius,IVSTINIANVS, Alemanicus,Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vuandalicus, Africanus,pius, felix,inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus, Senatui vrbis Constantinopolitanæ.S.

B

COrdi nobis est,Patres[c] cōscripti, semper nostri animi curas rebus communibus[d] auidissime impendere, vt nihil à nobis inceptum, imperfectum[e] relinquatur. Igitur in primordio[f] nostri imperij saluberrimas constitutiones quæ in diuersa volumina fuerāt dispersæ, & quàm plurima similitudine necnon diuersitate vacillabant,[g] in vnum corpus colligere, omniq̄ue vitio purgare proposuimus: & hoc iam per viros excelsos & facundissimos perfectum est, & à nobis postea confirmatum:quod geminæ cōstitutiones nostræ,quę ante positæ sunt, ostendunt. ℣ Postea vero cum[h] vetus ius considerādum recepimus, tam quinquaginta decisiones[i] fecimus,[k] quàm alias ad commodum propositi operis pertinētes plurimas cōstitutiones promulgauimus: quibus maximus antiquarū legum[l] articulus emendatus & coartatus est, omneq̄ue ius antiquum superuacua prolixitate liberum atque enucleatum in nostris Institutionibus & Digestis reddidimus. ℣ Sed cū nouellæ nostræ tam decisiones quàm constitutiones quæ post nostri Codicis confectionem latæ sunt, extra corpus eiusdem Codicis diuagabantur, & nostram prouidētiam nostrumq̄ue consiliū exigere videbantur: quippe cum earum quædam[m] ex emersis postea factis aliquam meliore cōsilio permutationem vel emendationē desiderabant: necessariū nobis visū est[n] per Tribonianum virū excelsum magistrum exquæstorē & exconsule legitimum operis[o] nostri ministrum, necnon virum magnificum quæstorem & Berytiensium legū doctorem Dorotheum, Mennam insuper & C Constantinum & Ioannem viros eloquētissimos togatos fori amplissimæ sedis easdē constitutiones nostras decerpere,[p] & in singula discretas capitula,ad perfectarum constitutionū soliditatem competentibus supponere[q] titulis, & prioribus constitutionibus eas aggregare. ℣ Supradictis itaque magnificis & prudētissimis viD

b Imperator Cæsar. *Hæc verba expone vt in procœmio Digestorum. in princip.*

*Diuisio.* COrdi.Hanc constitutionē loco casus diuide in quatuor partes. Primò dicit qualiter curat cōponere leges ad negotia dirimenda:quod patet:quia iam fecit Codicē,& confirmauit eūdē.Secūdò dicit,quod post prędictum Codicē factū fecit ipse multas cōstitutiones, corrigens & immutans aliquas leges de his quę erant in Codice, quæ cōstitutiones cū nō essent in corpore Codicis, mādauit quibusdā sapiētibus vt primum Codicē dissoluant, & istas interserāt,& alias immutent,vt eis videbitur,& sic nouum librū faciāt. Tertiò dicit hoc esse factum, & ideo mādat eū seruari: & nullā aliam imperatoris legē,nisi de nouo faciāt quæ portetur in quodā libro qui nouellarū dicatur,& hūc librū scribēdū esse per consequentiā literarū. Quartò & vltimo mittit eū senatoribus Cōstantinopolitanis. Secūda ibi, postea vero. Tertia ibi,supradictis. Quarta ibi,repetita.

c *Patres cōscripti.* scilicet senatores: ætate, vel similitudine curæ dicit,patres: vt in Sallustio,Patres cōscripti. ideo quia eorū vel eius nomina scripta erant in diademate capitis eorū in literis aureis vt cognoscerētur ab aliis hominibus.

*Patres conscripti.*

†*In scriptis nostris exē plaritis eorū in literis augitimi nostri minō strū, necnō virum magnificum quæstorem & Communibus rebus.* omnibus de quib[9] fūt faciendæ leges.l.cœptum.de legibus. *Imperfectum.* nihil videtur esse actū, &c. vt.j. de his qui. vt indignis.l.eum Sillanianum.in fi.

*legitur exti. quæstorē & ex cōsulē habebant in* *Theophilū, & prudene tissimū doctorē Doro theū, Men. &c. De qui*

f *Primordio.*immo primo,scilicet quàm ad leges,ad agmina militum videtur se retulisse:vt.ff.tit.j.in prin.sed expone vt ibi,primam,id est maximam. Vel dic,quòd non dicit hic prius.

*b[9] vide Petrum Crinitum lib.9. ca.12*

g *Vacillabant.*quia multa erant ibi contraria.

h *Cū vetus.*qđ erat positū in voluminib[9] desperatis iuris veteris.

i *Decisiones.*Decisio est lex imperatoris,quā cōponit ad dirimēdam aliquorū dissensionē.& sic ponitur.j.de cōtrahen.& cōmit. stipula.l.veteris. Sed constitutio dicitur quælibet lex à principe facta.Accur. *ADDITIO.*Differentiā inter legē & cōstitutionē ponit Bar.super rubri.j.de legibus. Nā lex est quæ profertur à populo interrogante vel alio interrogāte pro populo qui populo præest.Constitutio est principū edictum,& licet aliàs edicta ponantur propriè pro edictis prætorū,tamen in dicta rubrica de legibus, ponitur pro omni lege quæ est siue vocatur edictalis:quia in ea ponitur,hac edictali vel hoc edicto,&c.

*Decisio.*

*Constitutio.*

k *Fecimus.*id est,dedimus sententias decidendo lites.

l *Legum.*id est,Digestorum.

m *Earū quædā.*quę i Codice primo facto de trib[9] erāt recepta.

n *Est.*id est,fuerat.

o *Operis.*Digestorum & institutorū constitutiones,quæ in Codice erāt. Vel melius loquitur de quinquaginta decisionibus,& de aliis cōstitutionibus quas post Codicē cōposuerat.dic ergo.

p *Decerpere.*scilicet ex aliis vt speciales & meliores,seu vtiliores colligere.

q *Supponere.*proposuimus,scilicet per illos sapientes.



BIU Cujas

a *Freti.* scilicet & securi.

b *Obductas.* i. sublatas: quia nimis difficiles erãt ad intelligẽdũ: vnde nihil valebant, & seipsas auferebant.

c *Elimationis.* istius Codicis noui.

d *Iubar.* id est, vigor.

e *Nulla.* cõstitutione.

f *Repetita prælectio.* Istud, prę, nil operatur sicut dicitur. ff. de dote prælegata. Azo. Et dic ordinẽ seruãdum: quia prius hunc codicem fecit & confirmauit: vt in prĩcipio hui⁹. post- ea Digesta. deinde in- stitutiones. ad vltimũ, vt pauloãte in. §. post- ea. hunc Codicem re- legit & emendauit. & hic est ille, quod patet ex eo quòd. j. de vete. iur. enu. l. ij. §. sed cum omnia. &. §. nomenq;. &. §. omni igitur. &. §. leges. facit mẽtionem de cõpositiõe Digesto rum, & Institutionũ.

*Digesta Institutiones & Codex quo ordine sint facta.*

g *Solum quantum.* alię enim diuales constitutiones non proferuntur. quantum ideo dicit, quia nunc non diualia quædam proferuntur, vt leges Digestorum. Azo.

h *Constitutiones.* q. d. non veto allegari leges Institutionum & Digestorum, sed leges imperatorũ, id est, diuales cõstitutiones.

i *Quarto Kalendarũ.* contra. j. de vete. iur. enu. l. ij. §. leges. vbi dicitur, tertio Kalend. Ianuarij. Sed illud intellige post Digesta correcta, institutiones factas, & Codicem factum: non tamen adhuc dissolutũ, & reemendatum: sed hoc intellige post hoc totũ factum. *ADDITIO.* Vnde dicantur Kalędæ, & quo modo mensis diuidatur, habes per glos. in. l. cum bissextus. ff. de verbo. signi. & glo. super datam. de regu. iur. lib. vj.

k *Cõgregationem.* Hic sume argu. quòd Iustinianus fecit librũ Authẽticorum quasi iam tunc venerat in mentem suam eum quandoque componere secundum Ioan. Sed Ir. contra: & elicit hic argu. in cõtrarium: quare scilicet liber iste Authenticorum sit re- pellẽdus. Nã nõ nomi- natur sicut hic dicitur, sed Authẽticorum. Itẽ eius stylus cum cęteris Iustiniani cõstitutioni

*aliàs, quin si ꝑ posterũ.*

ris permisimus hæc omnia facere: & siqua emendatione opus foret, hanc facerent non titubante animo, sed nostra auctoritate freti, [a] constitutiones vero superfluas, vel ex posterioribus sanctionib⁹ nostris iã vacuatas, vel si quæ similes vel contrarię inuenirentur, circunducere, & à proprij Codicis cõ gregatione separare: & tam imperfectas replere, quàm nocte obscuritatis obductas [b] noua elimationis [c] luce detegere: vt vndique non solum institutionum & digestorum via dilucida & aperta pateat, sed etiam constitutionum nostri Codicis plenum iubar [d] omnibus clareat: nulla [e] penitus nec simili, nec diuersa, nec inusitata relicta constitutione: cum nemini venit in dubium, quod repetita prælectio [f] probauit, hoc satis validũ, satisque esse formosum. In antiquis etenim libris non solum primas editiones, sed etiam secundas (quas repetitas prælectiones veteres nominabãt) subsecutas esse inuenimus: quod ex libris Vlpiani viri prudentissimi ad Sabinum scriptis promptum erat quærẽtibus reperire. ℣ His igitur omnibus ex nostra confectis sententia, cõmemoratus Iustinianeus Codex à prædictis gloriosissimis & facundissimis viris purgatus & cãdidus factus, omnibus ex nostra iussione & circũductis, & additis, & repletis, necnon transformatis, nobis oblatus est: & iussimus in secũdo eum exintegro conscribi, non ex priore cõpositione, sed ex repetita prælectione: & eum nostri numinis auctoritate nitentem, in omnibus iudiciis solum [g] (quantum ad diuales cõstitutiones [h] pertinet) frequentari ex die quarto [i] kalẽdarum Ianuarij quarti nostri felicissimi cõsulatus & Paulini viri clarissimi: nulla alia extra corpus eiusdem Codicis constitutione legẽda: nisi postea varia rerum natura aliquid nouum creauerit, quod nostra sanctione indigeat. Hoc etenim nemini dubium est, quòd † si quid in posterum melius inueniatur, & ad constitutionẽ necessariò sit redigendum, hoc à nobis & constituatur, & in aliam congregationem, [k] referatur, quę nouellarum [l] nomine constitutionũ significetur. ℣ Repetita itaque iussione nemini in posterũ cõcedimus vel ex decisionibus [m] nostris, vel ex aliis constitutionibus, quas antea fecimus, vel ex prima Iustinianei Codicis editione aliquid recitare: sed quod in præsenti purgato & renouato Codice nostro scriptũ inuenitur, hoc tantummodo in omnibus reb⁹ & iudiciis & obtineat, & recitetur. cuius [n] scriptura ad similitudinem [o] nostrarum Institutionum & Digestorum [p] sine vlla signorum dubietate cõscribi iussimus: vt omne quòd à nobis cõpositũ est, hoc & in scriptura, & in ipsa sanctione purum atque dilucidum clareat, licet ex hac causa in ampliorem [q] numerũ summa huius Codicis redacta est. ℣ Vt igitur, sanctissimi & florentissimi patres, nostri labores vobis manifesti fiãt, & per omne tempus obtineant, hanc præsentem legem ad frequentissimum ordinem vestrũ duximus destinandam. Datum. xvj. Kalend. Decemb.

# Codicis domini Iustiniani sacratissimi principis ex repetita prælectione, Liber primus.

*TITVLVS PRIMVS*

## DE SVMMA [r] TRINITAte, & fide [s] catholica, [t] & vt nemo de ea publicè contẽdere [u] audeat.

*Fides catholica circa trinitatem est seruanda secundum apostolicam doctrinam, & euangelicam disciplinam: & eam seruantes vocantur Christiani: non seruantes vocantur hæretici, & vt demẽtes & infames habentur, & à deo & à principe puniuntur. h. d. secundum Bald. & Bart. Vel sic: Subditi Romano imperio debent seruare fidem Christianam, vt credant deum esse trinum & vnum: scilicet trinum in personis, vnum in substantia, sub pari maiestate: & qui hoc faciunt, vocantur Christiani: & serui denominantur ab ipso domino. qui autem faciunt contrarium, vocantur hæretici, & sunt infames, & puniuntur non solum à deo in alio seculo. sed etiam ab homine: id est, à magistratu imperiali in hoc seculo, & pœna temporali. h. d. in effectu secundum Pau. de cast.*

1. Imperatores GRATIANVS, VALENTINIANVS & THEODOSIVS. AAA. Edictum ad populum vrbis Constantinopolitanæ.

A bus. nullo modo cõcordat: sed omnimodo inter se discrepant. Item eius libri principium nullum est, nec stylus, nec ordo. Item nouellæ istæ constitutiones, de quibus hic loquitur non promittuntur nisi de nouis negotiis. Item ad hoc est argu. infra, de legi. & consti. l. humanũ. in fi. vt ibi notatur.

l *Nouellarum.* videtur loqui de authẽticis.

m *Decisionibus.* differt decisio à cõstitutione.

n *Cuius.* scilicet Codicis præsentis.

o *Similitudinem.* nam ibi præcipit non fieri signa: vt infra, de vete. iur. enu. l. j. §. ne autẽ.

B p *Et Digestorum.* vt. j. de vete. iure enu. l. ij. in. §. eandem autem.

q *Ampliorem numerũ.* scilicet chartarum.

r *DE SVMMA trinitate, & fide catholica, &c.*

*De iustitia tractaturus, de eius parte præcipua quidem tractat, id est, de religione. Religionis autem principium est fides, & hãc præmittit. Vel sic potest continuari: Cum omnia ab ipsa trinitate procedant, vt dicitur in euangelio Ioannis, In principio erat verbũ &c. & infra, de vet. iu. enu. l. i. circa prin. merito igitur de summa trinitate, & fide catholica rubr. præponitur. & hæc continuatio tangit primã tãtum partem rubricæ. Vel sic continua: & tangitur secunda pars rubricæ. Cũ omne quod non est ex fide, sit peccatum: vt extra de præscrip. quoniam omne. 28. q. 1. c. 1. & nostra reparatio à fide sumpsit exordium, & nihil boni possit sine fide superædificari, vbi fidei deest fundamentum: vt. 1. q. 1. cum Paulus. ideo imperator Iustinianus sui operis posuit summã trinitatẽ, & fidẽ catholicam fundamentũ.*

*Cõtinuatio rubricæ.*

Ioan. 1.

Roma. 14. in fi.

s Fide. *Fides est spẽrandarum rerum credulitas, non tamen cuiuslibet rei, sed circa trinitatem: & argumentum non apparentium. ADDITIO. Quid sit fides, & quot sint species fidei, & quot articuli, & quod præmium credentium, & quæ sit pœna non credentium: vide glo. super rub. extra isto tit. in anti.*

*Fides quid est.*

t Catholica. *id est, vniuersali & vbique por recta. vnde dicitur, In omnẽ terrã exiuit son⁹ eorũ.*

Psal. 18. & Ro. 10.

u Contendere. *al. est, tractare, id est, disputare.*

*Cunctos.*

BIU Cujas

a *Vnctos.* Hæc lex diuiditur in tres partes. In prima parte imperator præcipit fidē seruari quam sancti partes tradiderunt: & ostendit qualis sit. Secundo afficit præmio seruantes. Tertio afficit pœna triplici non seruantes. Viuianus.

Ex hoc tex.no. quē puniri ex eodē delicto pluribus pœnis: & hoc quādo imponūtur per eādem legē copulatiuē. si autē alternatiuē, sufficit vna, quā iudex elegerit, vt.j.de ser.fugi.l. si fugitiui. cum.l. seq. secundū Pau.de cast.

b *Quos.* Arg.cp si Bononiē.cōueniat Mutinæ, non debet iudicari secūdū statuta Mutinę, quib⁹ nō subest: cū dicat, quos nostrę clemē tię regit īperiū. a Vide tur hic text⁹ supponere cp nō omnes populos regit īperator. qd an sit verum, vide hic pulchrē per Ioā. Fabrū in suo breuiario, & vn de ꝓcesit imperiū, & an papa iurisdictionē temporalem habeat. b

Sanè † ne omnis religiosis œconomis cõmodæ prouisionis via & occasio venerandis ecclesiis profutura videatur exclusa: id quod vtile plerunq; u iudicatur, sub cautelæ obseruatione necessario procedere concedimus. x Siquando y igitur vir religiosus œconomus huius regiæ vrbis ecclesiæ perspexerit expedire, vt desiderãti, cuiquã certarum possessionũ atq; prædiorum (vrbanorũ scilicet siue rusticorum) ad ius ecclesiasticum pertinentiũ tẽporalis vsus fructus possessio pro ipsius petitione z præstetur: tunc eius tẽporis, quod inter vtrosque a cõuenerit, siue in diem vitæ b suæ ab eo, qui desiderat, postuletur: pacta cum eo, qui hoc elegerit, ineat œconomus, atque conscribat: c per quę d & tẽpus, intra quod hoc præstari placuerit, statuatur: & manifestũ e sit, quod quisque acceperit f ab inuicẽ huiusmodi beneficij gratia, g præstando h quidẽ ecclesiastici prędij pro tẽpore vsumfructum: post statutum autem tempus & placitum, ipsorũ redituũ proprietate i ad dominiũ & ius ecclesiasticũ recurrente firmiter, ita scilicet vt siue completo spacio quod fuerit inter eos cõstitutum, siue mortis suæ tempore (si hoc quoque conuenerit) is, qui possessionem ecclesiasticam & certorum reditum vsumfructum habendi gratia interueniente pacto susceperit, nó minus, quàm alterius tantæ quantitatis quantæ acceperit reditus, cũ ipsorũ prędiorũ k dñio & reb⁹ immobilibus, eorũq́; colonis & mancipiis ecclesiæ derelinquat. l nisi enim

† *Iste. §. alij canonistæ. 10. q. 3. §. si œconomus.*

p *Iudicibus.* qui sunt tantum iudices.

q *Ius gestorum.* id est, scripturarum. nam iidem erant iudices & notarij. Vel dicit de officialibus curiæ qui scribunt acta.

r *Cõfecerint.* i. cõfici mãdauerint: vt.ff. de his qui notãtur infa. l. furti. §. mãdati. vel ꝓprie, quãdo habẽt ius gestorũ, sed prout ad iudices tantũ ipropriè.

s *Bonorũ omniũ.* Sed cui applicabũtur? Respõ. ecclesię forte, quã lædere voluit: vt arguméntur.ea.l.§.j. Tu dic, fisco : vt. j. de modo multa.l.multarũ.&.ff. de inoffi.testa.l. Papinianus.§.meminisse.

t *Damnandis.* Sequitur auth. qui res iam dictas. q̃ similiter punit.

u *Plerumque.* vt in cõtractu qui sequitur.

x *Concedimus.* No. sic instit. de aucto. tut. §. neque.

y *Siquando.* Desiderabat quidam ab ecclesia tẽporalẽ vsumfructum alicuius prædij vrbani vel rustici vsq; ad quẽque vel decem annos, vel diebus vitæ suæ: & finito tempore dicit se redditurũ hoc prędiũ, & aliud, quod totidem fructus reddat. quæritur, an œconomus hoc facere possit? & dicitur quòd sic, & facit hæc conscribi.

*Casus.*

z *Petitiõe.* ex hoc fũpsit Ir. quod posuit in formulario tabellionũ in cõtractibus emphyteusis. dicũt enĩ sic emphyteuticariis, scilicet petitionibus, &c.

a *Vitroq;.* i. œconomũ, & secũ contrahentem.

b *Vitæ.* accipiẽtis ad plus.

c *Conscribat.* sic ergo scriptura exigit : aliàs nen valet, vt infra dicã. *ADDITIO.* Multos alios casus in quibus scriptura requiritur, vide per glos. in verbo, in scriptis. cap. j.§. postquã. extra de cẽsi. lib. vj.

d *Per quæ.* s. pacta.

e Manifestũ. scilicet per pacta.

f *Acceperit.* ab œconomo.

g *Beneficii gratia.* qđ confert in ecclesia de suo.

h *Præstando.* desideranti. Accursius.

i *Proprietate.* id est, possessione eius prædij, cuius vsusfructus confertur frequẽter ecclesiæ. nam proprietas nunquam ab ecclesia separatur. sic.ff. de verbo. signi. l. interdum. & de iud. l. si de vi. & infra, de rei vin. l. quoties. & infra, de probat. l. ij. alij ponunt proprietatem possessionis, quæ in ecclesiam confertur.

k *Prædiorum.* sic scilicet de nouo dandorum.

l *Derelinquat.* in vltima volũtate, vt innuit verbum, relinquat: vt.ff. de tabu. exhi. l. j. §. finali. sed hodie ab initio & mox: vt in authen. de non alienan. §. siquis autem voluerit. collatio. ij. Lege sic lecta,

BIU Cujas

sic lecta, sequuntur authenticæ. Et primo lege, prohibentes. Secundo, puniétes. Tertio, permittentes: vt in hac.l. in textu facit Leo. Sic ergo lege primo: Hoc ius porrectũ. &, sicut alienatio. &, multo magis. &, quibuscunque modis. secũdo, qui res iam dictas. tertio, si quas ruinas. &, perpetua quoq;. &, sed & permutare. &, item sibi inuicé. &, item prædium. &, qui rem huiusmodi. &, hęc vsus præstatio. Sed alij ponũt illam, qui rem. inter punientes, sed nõ est in hoc ius.

*Concor.gl. in.c.cũ ecclesiast. super verbo, assensu, de constitu. & c. sine exceptione. ii. q.i. Diuisio.*

*Hoc ius.* Diuidit in septẽ partes. Nã primo legẽ codicis extendit. Secundo prohibet alienationẽ in quodam casu simpliciter. Tertio pmittit pignorari in casu necessitatis. Quarto permittit véditionẽ, si creditor nõ recipiat pignoratione. Quinto permittit dationẽ in solutum, si emptor nõ reperiatur. Sexto declarat, quę res debent vẽdi. Septimo dicit, quis intelligatur creditor. Secunda ibi, & ppetuo. Tertia ibi, in cæteris. Quarta ibi, qđ sinolit. Quinta ibi, emptore. Sexta ibi, si tamẽ. Septima ibi, & is. Bar. & Bal. *CASVS.* Dic breuiter q̃ hæc auth. extendit prohibitionem ad omnẽ ecclesiam, & seruatur perpetuo in rebus ab imperatore datis. In aliis datur formã alienandi. Ex hac cõditione pacta inita † fuerint, ea quoque decernimus non valere, sed possessionẽ ecclesiasticam tãquam nullo iure transcriptam, in iure ipsius atque dominio permanere, & ab ecclesiasticis œconomis vindicari.

† *Cõcor.to. q.i. §. hoc ius. vbi habes hãc authen. canonizatam de verbo ad verbũ cum omnibus aliis sequẽtibus exceptis, authẽ. multo magis. et authẽ. quibuscunque.*

IN AVTHENTIC. de non alienandis aut permutandis. §. nos igitur. colla.ij. cõstitut. j. & in authen. de alien. & emphyt. §. hoc etiam super ipsis. &. §. hoc vero iubemus. colla. ix. constitu. iij.

*Res immobiles cuiuscunque ecclesiæ ab imperatore prouentæ non alienantur vel pignorantur indistincte. Aliũde vero quæsitæ pignorantur vel alienantur debito vrgente, cum solennitate tamen hic subiecta. Salycetus.*

*Hoc ius*[a] † porrectum[b] est ad omnem venerabilẽ locum, omnéque collegiũ, quod actio[c] pia constituit: vt nec res eorum pignorentur.[d] Et hoc perpetuo[e] seruetur in his rebus immobilibus, quæ ab imperiali domo prædictis locis applicãtur. In cæteris[f] eatenus excipitur,[g] si debitum vrget: quod si ex mobilibus solui non possit,[h] primo res immobiles specialiter[i] dentur pignori: quarũ fructus creditor sibi reputet[k] tam in sortem, quàm in vsuras[l] vsque ad quartam cẽtisimæ.[m] Quod si nolit[n] creditor ita accipere, tunc ordinator[o] dom⁹ apud eum[p] à quo ordinatur,[q] habitis absq; dispẽdio gestis,[r] iuret[s] (maiore[t] parte ibidẽ seruientiũ consentiente[u]) & debitum existere[x], nec ex mobilib⁹ solui[y] posse[z]. quo subsecuto, per viginti dies rẽ ecclesiæ venalẽ esse publicè notum sit: vt plus offerenti detur, precio modis omnibus pro debito[a] dando. aliter enim[b] res emptori non conceditur: & hoc inscribatur,[c] nihil esse factũ in ea re ad dãnũ diuinæ dom⁹. Emptore vero nõ inuento, res estimata districte creditori detur insolutum, addita in precio vniuersæ æstimationis[d] decima[e] parte, & accedente consensu

a *Hoc ius.* Imperator Leo rebus Constantinopolitanę ecclesiæ prouiderat per legem istam, iubemus. sed per hanc authenticam extenditur prouisio & priuilegium ad omnem locum venerabilem. Sic ergo dic. hoc ius porrectum: & sumitur hæc pars vsque illuc, & perpetuo &c. ex authen. de non alienand. §. nos igitur. colla. ij.

b *Porrectum.* id est. productum.

*Actio quæ liter simi-tur.*

c *Actio pia.* i. pius actus. & sic ponit. ff. de dona. inter vi. & vxo. laij. §. fi. aliàs nõ factũ, vt hic, sed ius designat, vt ĩstitu. de ac. §. j.

d *Nec pignorentur.* scilicet res ecclesiasticæ specialiter, sed generaliter: & hoc per authen. de nõ alie. §. si autem creditor. in fi. §. &. §. sed neque dationem pignoris. col. ij. sed per aliam de alie. & emphy. §. hoc autem. quælibet permittitur, si debitum vrgeat, vt hic dicit.

*Ecclesiain sex casibus nullo modo alienare potest.*

e *Perpetuo.* id est, incõmutabiliter sine exceptione. Nota ergo sex casus vbi ecclesia nullo modo alienat. Primus, vt hic, quando res immobilis à principe datur: quod sumitur ex authen. de alie. & emphy. §. ea vero. colla. ix. Secundus, quando ipsam ecclesiam alienaret: vt in authen. multo magis: infra, eod. Tertius, quando ipsemet emeret, vel cognato venderet: vt in authen. quibuscũq; modis. infra eod. Quartus, quando est data res ecclesiæ sub hac conditione, ne alienetur: vt in auth. de alie. & emphy. §. sanctissimas. col. ix. Quintus est, quòd hæretico non alienet: vt in auth. de eccle. tit. §. iubemus. col. ix. Sextus, in annuo relicto de propinquo præstando: vt in authen. de eccle. tit. §. si autem annale. col. ix.

f *In cæteris.* præterquàm donatis ab imperatore.

g *Excipitur.* à supradicto.

h *Nõ possit.* scilicet cõmode: vt. ff. de verb. sig. l. nepos Proculo.

i *Specialiter dentur.* hoc est ex authen. de alie. & emphy. §. hoc autem super. col. ix. nam per authen. de non aliena. §. si autem creditor. col. ij. nõ permittebatur specialis hypotheca, sed generalis.

k *Reputet.* quod est commune ius in omni creditore, nisi sit pactus vt fructus vice vsurarum cedant: vt infra, de pigno. ac. l. j. &. ij. & de vsur. l. si ea pactione.

l *In vsuras.* Primo, in vsuras. Secundo, in sortem: vt. j. de so. l. j. nec obstat hic ordo scripturę: vt. ff. de sol. l. nec enim. & de leg. ij. l. cũ pater. §. fidei tuæ.[a] e. l. cũ pater. §. penul. hic speciale est fauore ecclesię, vt primo i sorte, m *Centesimæ.* hoc est vt in fine anni tantum habeat pro vsuris quãtũ est quarta pars sortis. sors enim cẽtesima dicitur, id est quoddã principale vel perfectũ, quia cẽtesimus numerus est perfectus, vt ponatur in vim substãtiui. Centesima est ergo pars, quæ æquiparatur sorti in anno: vt patet infra, de vsu. l. eos. §. j.

[a] *Al. est §. fidei hæredum. versi. argu. cõtra.*

n *Nolit.* s. creditor.

o *Ordinator.* id est, abbas.

p *Eum.* scilicet episcopum.

q *Ordinatur.* vt apud episcopum, & episcopus apud archiepiscopum: sed cũ archiepiscopus vendit, duo episcopi debẽt interesse: vt in auth. vt nullus fa. or. do. §. fi. col. v.

r *Gestis.* quia pro scriptura nil dabitur tabellioni. sic. j. de episco. audien. l. tã demẽtis.

s *Iuret.* contra. j. tit. j. l. cum clericis. §. quòd si lis. Sol.

b *Vel aliter clerici non debent iurare iudicio sisti vel iudicatum solui, vt ibi: in cõtractibus vero bene iurãt: vt hic.*

t *Maiore.* quæ attẽditur primo in numero, secundo in dignitate: vt. ff. de pac. l. maioré. nõ cõnumeratis seruiẽtibus, sed ordinatis in ecclesia. Si vero quidẽ absint, oportet duas partes ordinatorũ esse præsentes, sed sufficit maioré partẽ duarum partium consentire: vt. ff. de decre. ab or. fa. l. j. &. l. iij. &. ff. quod cuiusque vniuersitatis. l. nulli. &. l. plane. & infra, de prædiis curia. l. ij. & de decur. l. nominationum. lib. x.

u *Consentiente.* scilicet iuramento, vt super suam animam iuret: vt authen. perpetua. j. eo.

x *Existere.* id est, solutum non esse. nõ autem iurare debet cum effectu. hoc autem creditor probabit: vt in fi. huius auth. & hoc etiam ita demum si sit: aliàs non cogitur periurare, sed iurabunt alij qui sciunt: vt in auth. perpetua.

x *Existere.* ecce vnum.

y *Solui.* ecce secundum.

z *Posse.* scilicet commode.

a *Pro debito.* Emptor enim soluet creditori: vt in auth. de eccle. re. immo. alie. §. emẽtibus quidẽ in fiscum. col. v. sic. &. ff. de in rẽ ver. l. iij. §. penult. &. ff. de rebus eorum. l. magis. §. ne tamen.

b *Aliter enim.* id est, nisi prædicta solennitas seruetur, vel nisi precium cedat in vtilitatem ecclesiæ. Accursius.

c *Inscribatur.* i iuramẽto. sic ergo debet fieri scriptura: aliàs nõ valet cõtract⁹: vt & in. l. iubem⁹. §. fi. potest ergo prędicto casu alienare res ecclesię, cũ debitũ vrget. Itẽ secũdo in ppetua emphyteusi: vt in auth. ppetua. Tertio, cũ alia ecclesia permutãdo: vt in auth. itẽ sibi. Quarto, cũ principe. in auth. sed & pmutare. Quinto, vt in redẽptione captiuorũ: vt in auth. de alie. & emphy. §. sanctissimas. coll. ix. Itẽ sexto, vt superflua vasa: vt in auth. prędterea.

*Ecclesiæres in sex casibus possunt alienari.*

d *Æstimationis.* scilicet rei datæ in solutum.

e *Decima.* vt si res valeat nouẽ, detur pro decẽ: sed certe tũc nõ adderet decima sed nona. Alij vt si res valeat decẽ, accipiat p vn decim, secundũ Azo. & secundũ hoc ecclesię fit additio. Alij, vt si res valeat xj. accipiat pro decẽ.

c *Dominus Cl. dicit, quod si res valet. 10. habeat p. 9. vt. 10. sibi remittatur.*

d & quod dicit, addita scilicet emptori, vt quia grauatur in vno, q̃ scilicet inuitus accipit aliud



BIU Cujas

pro alio, releuetur in hoc: vt. ff. de iureiu. l. eũ qui. in prin. Itẽ est hic speciale q̃ aliud ꝓ alio recipiat fuit°: vt. j. de so. auth. hoc nisi debitor. sed regulariter cõtra: vt. ff. de re. cre. & si cer. pe. l. ij. §. j.

a *Ordinatoris.* id est, abbatis.

b *Maioris partis ibidẽ seruientiũ.* Sed videtur quòd nõ valeat, nisi omnes cõsentiant: vt ff. de serui. rusti. præ. l. per fundũ. Respõ. aut aliquid pertinet ad plures vt ad vniuersos, & tũc sufficit maioris partis cõsensus: vt hic, & ff. ad municip. l. quod maior pars. aut pertinet ad plures vt ad singulos: & tunc non sufficit maior pars, sed omnes consentient: vt. ff. de serui. rusti. præ. per fundũ, & cõmunia prędio. l. receptum. &. ff. communi diui. l. Sabinus. Fallit in duobus casibus. Primus, vt cũ multi creditores habẽt eundem debitorem: vt ff. de pac. l. maiorem. & C. qui bonis ce. pos. l. vltim. Item in alio casu, vt. ff. de rerũ diui. l. intantum. §. pe. & hoc fauore religionis.

c *Mediocris.* §. i auth. de fideiuss. §. quod autẽ. col. j. cõtra, vbi quam meliorem habet debitor, dare debet in solutũ. Sol. hic speciale fauore eccleſiæ. hoc placet. vel ibi prẽcioſius metallũ debebat, vt aurũ: & ideo precioſior res ſolui debet, quàm debitor habeat. Acc.

d *Onere.* scilicet debiti pro quo venditur: vt res magni precij ꝓ de bito paruo nõ vẽdat: vt. ff. de reb' eorũ. l. magis. §. item prætor. vel dic, onere tributorũ: vt in auth. ſicut. j. proxi.

ordinatoris, [a] & maioris [b] partis ibidem ſeruientium. Sit tamen ea res mediocris [c] inter cęteras, inſpecta ipſius qualitate & quantitate & onere. [d] Et is creditor hic intelligatur, qui quod credidit, probat [e] in vtilitatẽ diuinæ dom' proceſsiſſe.

IN AVTHENTIC. de nõ alienãdis aut permutãdis. §. ſicut autem. colla. ij. conſti. j.

*Alienare vel acquirere damnoſa eccleſiæ, pariter ſunt prohibita. Salycetus.*

SIcut alienatio rerum eccleſiæ interdicitur, ita prohibẽt ne qua ſterilis [f] ei detur poſſeſſio, aut alioqui oneroſa, veluti fiſcalium [g] nominę vel onere.

IN AVTHENTIC. de nõ alienãdis. §. quia vero cognouimus. col. ij. cõſtit. iij. & in authen, de alie. & emphy. §. & quoniã. coll. ix cõſtitu. iij.

*Propter quod vnũquodque tale, & illud magis. Vel ſic: Potentior eſt prohibitio in cauſa quàm in cauſato. hoc dicit, ſecundũ Iacob. But.*

MVlto magis [h] prohibetur ipſius monaſterij [i] alienatio, qua [k] redeat in antiquum ſtatum, & ſecularem vſum.

IN AVTHENTIC. de alienatione & emphyteuſi. §. ſi vero nõ ſint. verſi. œconomis. colla. ix. conſtitu. iij.

*Alienatio rei eccleſiaſticæ permiſſa, incommutabiliter prohibetur in œconomum, vel ſibi coniunctum. hoc dicit. Salyc.*

e *Probat in vtilitatẽ.* ſpeciale eſt. ſic &. j. ſi aduer. cre. l. j. &. ff. ſi cer. pet. l. ciuitas. regulariter contra: vt. j. ſi cer. peta. l. incendium probabit ergo forte per præſumptionẽ: vt quia prælatus eſt diligens, & eccleſia tunc indigebat. non autem vbi quilibet nummus ſit datus: vt. ff. de exer. l. fi. in fi. j. reſpon. Vel quia omnibus de eccleſia ſimul dedit, per quos poteſt deterior eccleſię fieri cõditio: vt. ſ. e. l. iubem°. §. ſi quãdo. alias eſt verſi. ſub. §. ſanè ne omnis. Quid ſi conſuetudo in contrarium ſit? ſecundũ Azo. valet: vt inſti. de iure na. gen. & ciui. §. ex non ſcripto.

*Sicut.* ]CASVS. Sicut alienatio rei eccleſiaſticæ prohibetur: ſic ne ſterilia aut aliàs oneroſa eccleſiæ dentur. hoc dicit hæc auth. Ex qua nota damnũ cõtingere interdũ in acquirendo, ſicut in alienãdo. & dicit Bal. per iſtam authen. quòd ſi eccleſia adiuit hæreditatẽ ſine beneficio inuentarij, ſecundũ quoſdam nõ valet aditio, ne conſequatur damnum, vt hic. ſecundũ alios valet, ſed non tenetur vltra vires hæreditarias, & hæc magis placet ſecundũ Pau. de caſt. hic.

f *Sterilis.* id eſt, non fructuoſa vel fœnea, vt in cor'. vnde hoc ſumitur de non alie. §. penult. col. ij.

g *Fiſcalium.* ſed quomodo poteſt eſſe onus tributorum fiſcaliũ, cum ſecundum qualitatem fructuum dentur: vt. j. de allu. & pa. l. j. &. ij? Reſpõ. pro præteritis antequam ad eccleſiam deueniret fundus: vt. ff. de pub. & vec. l. imperatores. j. reſpon. Item poteſt eſſe onus tributorũ, & in hoc maiorem partẽ fructuum oporteret dari pro tributis.

h *Mvlto magis.* ſcilicet quam aliarum rerum. & eſt verbum Ir. non legis.

i *Monaſterii.* id eſt, eccleſiæ vel loci conſecrati.

k *Qua.* ſcilicet alienatione. & hoc eſt in cor. de alie. & emphy. §. & quoniam. col. ix. & in authen. de non alie. §. quia vero cognouimus. coll. ij.

*Additio.* *Qvibuſcunque.* Iſta auth. plana eſt. Et not. bene eam, quia ſemper allegatur contra prælatos, qui concedunt ſuis conſanguineis res eccleſię. Nam etiam ſi ſubſit iuſta cauſa alienandi, & etiã ſi adhibeatur omnis forma, nõ tenet ratione perſonæ in quã fit: quod eſt intelligendum, etiã ſi palam hoc fiat, & bona fide: & eſt ſpeciale. ſecus in aliis adminiſtratorib': vt. j. de contrahen. emp. l. ſi cũ ipſe. hoc tamẽ qualiter intelligatur & limitẽt, vide bonam glo. in ca. de center. lxxxix. diſt. & in ca. non ſatis. lxxxvj. diſ. Pau. de ca. l *Permittitur.* quod eſt in ſeptẽ caſibus: vt diximus in auth. hoc ius porrectũ. in glo. ſuper verbo, inſcribatur.

*Qvibuſcunque* modis hoc ius aliis permittitur, [l] interdicitur certis perſonis res huiuſmodi accipere, vt œconomo, eiuſq; cognatis: [m] alioqui bona eorũ, & œconomorũ, & ordinatorũ quibus cõiuncti ſũt, poſt mortẽ eorũ peruenięt ad eccleſiã, de qua rẽ accipiunt.

IN AVTHENTIC. de nõ alie. aut permutã. §. quia vero Leonis. col. ij. cõſtitu. j. & coll. ix. cõſti. iij. de alien. & emphy. §. ſi vero præter hæc.

*Accipiens rem eccleſiaſticam titulo nõ lucratiuo præter legis formam, rẽ reſtituit: & quod dedit, perdit. Accipiens vero titulo lucratiuo, reddit quod accepit, & tantundem de ſuo. Salycetus.*

QVi res iam dictas [n] nõ gratuito [o] alienationis titulo citra formã legis [p] accepit, rem quidẽ cũ omni incremẽto medij temporis reſtituat: ei' autẽ quod dedit, nullã actionem cõtra venerabilẽ locũ, ſed aduerſus ſeũ [q] qui alienauit, habet. Donatarius autẽ & rem cũ omni [r] cauſa & fructũ reſtituat, & aliud tãtũdẽ. Creditor [ſ] quoque reſtituta re pignorata, crediti actionẽ cõtra ſolũ pignoris datorẽ [t] habeat. Emphyteuſis acceptor & ab ea cadat: [u] nec qđ dedit, repetat: imò ſtatí ſoluat qđ ſoluturus eſſet vnoquoque anno, ſi iure cõtraxiſſet. [u]

l *Permittitur.* quod eſt in ſeptẽ caſibus: vt diximus in auth. hoc ius porrectũ. in glo. ſuper verbo, inſcribatur.

m *Cognatis.* vel adfinibus: vt in corpore vnde hæc ſumitur, id eſt, in auth. de alie. & emphy. §. œconomis. col. ij. & eſt ratio, quia ex officio quod adminiſtrat, non licet emere per ſe vel per alium: vt ff. de contrahen. emp. l. nõ licet. &. l. q officij. in prin. Et ſic not. generale, quod nõ admittitur aliquis vt quilibet: vt. j. de do. l. j. vbi de hoc dixi. Sed cõtra in auth. de ſan. epiſ. §. ſi autem eccleſiis. col. ix. vbi diſpẽſatoribus permittit accipere. Sol. ibi ꝑmittit cõducere, vel temporalẽ emphyteuſim accipere. hic autem prohibet perpetuã alienationẽ. Itẽ hic œconomo prohibet. ibi diſpẽſatori permittit: puta prelato nõ adminiſtrãti. & ſpecialiter hic excipit œconomus. in fi. illius. §. ſi autẽ vbi expreſſe œconomo idẽ prohibetur.

† *Limita hunc text. cum glo. empt. in dolo. ſcripto. eſt ea quod ſ. legẽ mu. tur. c. qui tra tura re iu. ſecus ſi vt in dolo. vide glo. in. c. de ſa. dictum. tra de rei eccle. iu. lie. & Ba. hic.* a *iſtam lutionẽ quitur Ba. hic: quã eſt bene notandam*

*Qvi res.* Iſta auth. reſpicit ſecundam partem. l. iubemus. ſcilicet. §. ſane. ſ. eo. vbi puniuntur contra facientes. Pau. hic. No. primo ſecundũ Bal. ꝓ illicite cõtrahẽs ſuper rebus eccleſiæ punitur pœna expreſſa in hac auth. Secundo not. ꝓ illud quod dedit talis contrahens, perdit quoad eccleſiã, ſed nõ perdit quãtũ ad adminiſtratorẽ cũ quo cõtraxit: quia repetit ab eo. Bal.

n *Iam dictas.* ſcilicet locorum venerabilium.

o *Non gratuito.* vt emptione, permutatione, & ſimilibus.

p *Legis.* vel quia non erat de caſibus permiſsis: & ſecundũ hoc expone, citra, pro contra. Vel ſi erat, nõ fiebat cum ſolennitate qua debebat: vt in auth. hoc ius diximus. & tunc dic, citra. i. præter: quia alienauit, licet nõ valet cõtract' in præiudiciũ eccleſię.

q *Eum.* ſcilicet œconomũ. Item præponderat dolum œconomi propter officiũ dolo emptoris. Quid ſi nõ eſt ſoluẽdo, vel nil habet: cũ ſit vnus de monachis? Reſp. tenetur eccleſia ſi locupletior eſt, per cõdictionẽ ſine cauſa: vt. ff. de cõdic. ob tur. cau. l. per petuo. ſecundum quoſdam. & de eo per quem fac. l. fi. in princ.

m *Cum omni cauſa.* qualiter intelligatur, habes. ff. de rei vindi. l. pæterea.

r *Creditor.* qui accepit rem pignori, & in cauſa non conceſſam.

ſ *Datorem.* non autem contra eccleſiam.

t *Cadat.* iure exceptionis.

u *Contraxiſſet.* & ſic eſſet futuri tẽporis, non ſolum præteriti. & hoc ideo, quia deliquit in cõ trahẽdo. ſi autem deliquit tantũ nõ ſoluẽdo canonẽ, poſtea nõ ſoluit ꝓ futuro tẽpore: vt in auth. qui rem. j.

BIU Cujas

rem. ij. eo. & est ratio, quia hic ab initio caruit titulo & iusto initio, cum fieret contractus emphyteuticus contra legē: vnde magis deliquit, cū contraxit lege prohibente. Sed ibi ab initio vaguit contractus emphyteuticus: sed cessauit soluere canonē debitum per biennium: & sic minus deliquit, & ideo præteriti tēporis, non futuri.

a *Sed melius.* hæc verba referuntur ad id qđ dicitur, cadat. nā videbatur cadere iure exceptionis: sed melius est vt cadat ipso iure. Vel melius hęc verba sunt. Ir. nec multū important vtilitatis, possūt ita cōtinuari: Ex pdictis videbat emphyteuta repellendus exceptione: sed melius est vt ipso iure actio denegetur. & est sic. ff. de arbi. l. si cuin dies. §. si quis ex. Azo. & sumitur hęc tota ex cor. in authen. de non alie. §. quia vero Leonis. coll. ij. & ex sequentibus. & idem in authen. de alie. & emphy. §. si vero præter hæc. & sequentibus. §§. colla. ix.

b *Denegandas.* subaudi, ipso iure.

*SI quas.* ]C A S V S. Imperator Leo cōcessit, quòd non possit alienari res ecclesiastica, nisi quoad vsumfructum: vt in. l. iubemus. postea in casu necessitatis permissum est alienari, etiam proprietatem: vt in authenti. hoc ius porrectum. nūc vero loquimur, nō in casu necessitatis sed vtilitatis, ne domus ruat ex qua re ecclesia nullam postea habebit vtilitatem. vnde dicit Imperator hoc casu, volo quòd talis res ecclesiastica detur in emphyteusin, vt omnino nō alienetur. nam emphyteuta habet vtile dominium, & ecclesia directū. & dicit qp licet tunc ipsi emphyteutæ vti materia domus ruinosę ad reparationem. Paulus. Not. quod domus ruinosa ecclesiæ potest cōcedi ad perpetuam emphyteusin sub canone hic præfixo, secundum Bald. hic.

c *Si quas ruinas.* id est, ruinosas domus.

d *Non valent.* scilicet commode: vt. ff. de verb. signifi. l. nepos.

e *Dētur.* id est, dari possunt. rūdet enim. & quod dicit, perpetuā: dic in infinitū quādiu pēsio soluitur. instit. loca. §. adeo. & secūdū hoc debet fieri renouatio, vt quis nō dicat se præscripsisse secūdū cōsuetudinē: alij vsq; ad. xxx. an. vt insti. de perpe. & tēp. act. in princ. alij vsq; ad tertiā generationē: vt in authē. de nō alie. §. emphyteusin. col. ij. & secundū hos non fit renouatio in tertia, sed in quarta. prima verior: scilicet donec soluatur pensio, & corrigatur illa de non alienan. §. alienationis. quæ non permittebat perpetuam.

f *Depositæ.* id est, dirute.

g *Vt pensio.* antiqua.

h *Deminuatur.* ad plus.

i *Tertiam partē.* i. tertia minuatur, & duæ præstētur. alij vt. R. & B. & P. vt duæ remittātur, & tertia præstetur. & hęc est verior, vt in corpore probat. Sed quicquid dicatur, est cōtra illā auth. perpetua. ij. c. vbi dicit deminuēdā pensionē in sextā partē: sed illud nō ruinosis. Sed adhuc aliud cōtra in ea. auth. perpetua. dū dicit, si ob cladē deminuta sit pēsio: tūc cōstante nūc pēsione in emphyteusin datur. Sed dic determinari per istā, vtrū soluat statim, si & presens preciū minuat in tertiā partē, an nō: & tūc tantū prę- in tertia ge stet quantū potest nūc haberi: dū tamē detur medietas pēsionū neratione, adiectarū per reædificationē. Et dic cōstante tūc pēsione demi-

sed melius[a] dicitur omnimodo denegandas[b] esse actiones huiusmodi acceptori.

IN AVTHEN. DE alie. & emphyteu. §. si vero quę dam sunt. col. ix. consti. iij.

*Res ecclesiæ ruinosa, pensione inchoanda in initio cōtractus, dari potest in emphyteusin, reficienda pro tertia parte pensionis quæ colligebatur ante dirutionem: pensione vero inchoanda ade demum refecta, dari potest pro dimidia pensionis, quæ pro ea refecta potest haberi. l. d. secundum Salyce.*

SI quas[c] ruinas habent memoratæ diuinę domus, quas reædificare non valent, [d] & hæ in emphyteusin dentur[e] perpetuam: emphyteuta vsuro materia habitationis depositæ[f] domus: vt pensio[g] deminuatur[h] in tertiam[i] partem[k] ab ea, quæ stantibus adhuc ædificiis colligebatur: aut primitus eo reædificante, [l] ex adiectis[m] illi per æstimationem[n] pensionibus, medietas detur religiosæ domui. nam priore casu ab initio emphyteusis[o] præstanda est pensio.

IN AVTHEN. DE non alienan. §. quia vero Leonis. col. j. consti. ij. & in authen. de alie. & emphyteu. §. & hoc quidem. vers. licentiam. col. ix. consti. iij.

*Res immobilis ecclesiæ, cuius pensio non est deminuta, potest i emphyteusin dari, deminuta ad plus illius pensionis sexta parte. vbi vero pensio respectu eius quod percipiebatur quando ad ecclesiam peruenit, sit deminuta, dari potest in emphyteusin pro pēsione nunc stante: ac res preciosa, modici tamē fructus, dari potest pro pensione iusta per architectos æstimanda. Sayce.*

PErpetua[p] quoque emphyteusis in his[q] permittitur rebus, si res in eorum geratur prę sentia, quibus hoc adsignatur lege, [r] iurantibus[s] his quorum interest, ex eo contractu nihil ad lęsionem diuinę domus efficiat solito reditu ipsi[o] rei qui fuit cum diuino iuri dedicaretur, [t] non minuēdo nisi in sextam[u] partem: aut si ob cladem[x] deminuta[y] fuerit, tunc pro constante[z] nunc pensione in emphyteusin det. Quòd si res prę ciosa[a] quidem est, parum tamē aut nihil præstat pensionū: res subtiliter estimāda est, vt ex hac pēsio iusta[b] cōstituatur: ea tamē sola dētur in emphyteusin, quę ad hoc cōgrua videntur œconomo & aliis gubernatoribus.

IN AVTHEN. DE non alienan. aut permut. §. sinimus igitur. col. ij. const. j.

*Cum principe vel alia ecclesia permutatio est permissa. Salycetus.*

k *Partem.* s. soluēdā.

l *Reædificante.* id est, ædificare volente antequā aliquid nomine pensionis soluat.

m *Ex adiectis.* i. ex pēsionib⁹, quę nūc ædificio reędificato vltra solitas pēsiōes accipi possunt, medietas detur, & postea similiter detur pensio, quæ primo ex ruinosis stātibus ædificiis colligebatur.

n *Per æstimationē.* i. reædificationem. nam per eam maior ęstimatio pēsionis prętatur.

o *Emphyteusis.* scilicet contractus.

*PErpetua.* ] C A S V S. Ista authent. tres habet partes. Prima pars loquitur in nō ruinosis, quæ multum dāt reditū. Vltima pars loquit in ruinosis, quæ paruū dant reditū. Media vero pars in ruinosis, quæ nullū dant reditū. Viuia. Not. ex hoc tex. quòd vbi paritas priuilegiorū est, vtrūque redigitur ad ius comune. facit. l. sed & milites. §. j. ff. de excu. tuto. Bal.

p *Perpetua.* hoc verbū est ex auth. de alie. & emphy. nā in illa de nō alie. nō erat hoc verbū. & expone illud, vt

modo dixi in illa auth. si quas ruinas. s. proxi.

q *In his.* scilicet ecclesiasticis non ruinosis. vel, in his, scilicet ruinosis.

r *Lege.* vt in authen. hoc ius porrectum, supra eo.

s *Iurantibus.* scilicet clericis.

t *Dedicaretur.* id est, esset applicata.

u *Sextam partem.* scilicet ad plus, aliàs magis retineret ecclesia quàm vendat. Sed nóne ecclesia est deterioris cōditionis, quàm alius? Respōd. non, [b] quia deminutio fit propter sterilitates: quæ quādo erūt, priuatus remitteret totum: vt. ff. loca. & conduc. l. si vno. §. j. Vel dic, qp hic erat res deterior, quā tunc quādo fuit ecclesiæ data. prima verior: & hoc cū nō est ruinosa: alias secus, vt in auth. si quas. s. eo. quæ est cōtra. Itē videtur in nihilū deminui: vt in authen. de alie. & emphy. §. j. sed ibi speciale in pascuis & in agris proximarum villarum maioris ecclesiæ Constantinop.

b *Istam so lut. approbat. Bal.*

x *Aut si ob cladē.* nūc loquitur eo casu quo auth. si quas ruinas.

y *Deminuta fuerit.* vel eius fructus, aut vilis facta.

z *Constante nunc.* i. vt tantum præstent, quantū percipi posset nūc, si nūc est locata: & addent medietatē pensionum adiectarū per reædificationē rei ruinosæ: & de refecta soluatur pēsio. Vel si ante refectionem sit solutum, fit deminutio in tertiam partem. Vel si statim, dic vt ibi, & addatur tertia illius, quæ poterat percipi cōstāte ædificio: vt in auth. si quas ruinas. quę est cōtra. Vel hic quādo aliquos habet reditus: ibi nullos. Vel hic est ruinosa clade: ibi vetustate: prima verior, vt ibi dixi: quia hæc determinatur per illam.

a *Preciosa.* vt turris aliqua.

b *Iusta.* s. detur talis pēsio, quę collecta in. xx. annis cōtineat rei æstimationē: vt in auth. de nō alie. §. si vero alicuius ecclesiastici. sed si est Hierosolymitanæ, & oporteat vēdi: tūc in quinquaginta annis: vt in auth. de alie. & emphy. §. sanctissimas. colla. ix.



BIU Cujas

a *Sed & permutare principi.* id est, cum principe.
b *Licet.* scilicet ecclesiæ.
c *Maiori.* danda à principe.
d *Si respublica.* id est, Cæsar.
e *Hoc expoſcit.* bene dico, maiori, si res &c.
f *Pragmatica.* i. cõsilio procerũ. & sumitur hæc auth. de non alie. §. si minus. colla. ij.

† *In istis tribus authen. seq̃ alienatur res ecclesiastica etiã quo ad directũ dominium: & posito quòd nulla subsit necessitas neque vtilitas: dũmodo non subsit damnũ. & ex ipsis authen. not. illos casus, quos ponũt canonistæ p gl. 12. q. 2. super rubri. secundum Pau. hic.*

SEd & permutare† principi [a] licet [b] pro re maiori, [c] melio ri, vel æquali, si respublica [d] hoc expoſcit, [e] & pragmatica [f] forma super hoc præcedente.

IN AVTHEN. CONstitutio, quæ ex adscriptitio. §. quia igitur. colla. v. const. vij.

*Permutare potest vna ecclesia cum alia, dum illa permutatio fiat cũ vtilitate vtriusque ecclesiæ: alioquin vna contra aliam restituetur. Viuianus.*

ITem [g] sibi inuicẽ recte permutant cum vtriusque indẽnitate, [h] eorũ scilicet cõsensu ĩterueniẽte q̃ supra referũtur. [i]

IN AVTHENT. DE alie. & emphy. §. Si vero quis de prædictis. colla. ix. cõsti. iij.

*Inutile prædium propter onus fiscale, potest ecclesia alienare seruata debita solẽnitate. Salycetus.*

ITem prædium propter onus fiscale [k] inutile alienatur, gestis (vt supra [l]) conficiendis, eodem iuramento præstito, id est quòd alia de causa nõ alienatur, nisi vt immunitas [m] eiusdẽ venerandæ domus seruetur.

IN AVTHEN. DE alie. & emph. §. si vero quis aut locator. coll. ix. consti. iij. & de nõ alienã. §. scire. coll. ij. cõst. j.

*Non soluẽs ecclesiæ canonẽ per biennĩ, vel rem deteriorem efficiens, repelli potest ab emphyteutico iure. h. d. secundũ Bald. Vel sic: Emphyteuta deteriorans, vel non soluens canonem per biennium, quatuor pœnis hic contentis punitur: quia potest expelli, & sic perdit vtile dominium. Item nihilominus soluit quod soluere debebat pro tempore præterito. Item damnum seu interesse refundit. Item melioramenta non repetit. Paul. de cast.*

QVi rem huiusmodi [n] conductam vel in emphyteusin acceptã fecerit deteriorem, [o] aut emphyteuticũ canonem per biennium [p] non soluerit, hac lege repelli [q] potest, vt tamen soluat totius temporis [r] pensionem: & id, in quo rem læsit, resarciat: non repeturus si quid impendit nomine melioratiõnis. [s]

IN AVTHEN. DE aliena. & emphy. §. si vero aliquis voluerit. coll. ix. cõstit. iij.

*Alienatio permissa ecclesiæ. Constantinopolitanæ. supra, eo. tit. l. iubemus. §. fi. extenditur ad omnem locum pium. Salyce.*

B HAec vsus præstatio [t] locũ habet in omni domo religiosa: quo finito, res vtraq; pleno iure perueniat in domum iã dictam: nec tributis quidẽ grauata maioribus sit ea res, quæ dat̃ inuicẽ, & eiusdẽ reditus sit.

*Cassatis omnibus factis tempore tyrannidis priuilegia ecclesiarũ in omnibus in suo robore perseuerent. h. d. secundum Bal. Vel sic: omnia, quæ facta sunt tẽpore tyrãnidis. superueniẽte iusto domino debent rescindi. Pau. de cast.*

XV. Iidem. AA. Sebastiano. P. P.

DEcernimus [u] vt antiquatis [x] ac [y] infirmatis fundit [z] his, quæ [a] contra ipsum orthodoxæ religionis deũ* quodammodo facta sunt, in integrũ restituantur vniuersa & ad suum ordinem reuocentur, quę ante professionẽ nostræ mansuetudinis de orthodoxæ religionis fide, & sanctissimarũ ecclesiarũ & martyriorũ statu firmiter obtinebãt: his, quę contra hæc tẽpore tyrãnidis innouata sunt tam contra venerabiles ecclesias, quarũ [b] sacerdotium [c] gerit beatissimus ac [d] religiosissimus episcop⁹ patriarcha nostræ pietatis pater Acatius, quàm cõtra cæteras, [e] quæ per diuersas prouincias collocatæ sunt, necnon & reuerẽdissimos earũ antistites, seu de iure sacerdotalium creationũ, [f] seu de expulsione cuiusquam episcopi à quolibet

* *domiñ.*

C

D

[A] graue damnum vltra modum. Item nõ est verisimile imponi pœnã in casu quo nõ potest cõtingere. ar. in auth. de fil. ante dota. in stru. na. in fi. coll. iij. Quid si vna ecclesia habet ab alia, & nõ soluit? Resp. idem: vt ar. j. de fru. & lit. expen. l. fi.

r *Tẽporis.* præsentis & præteriti, nõ futuri: vt dixi in auth. qui res.

s *Meliorationis.* locupletatur igitur ecclesia cum aliena iactura? Respon. hoc fieri culpa huius qui damnum sentit: quare sibi imputet: vt. ff. de regu. iur. l. quod quis. Et sumitur hæc authen. ex illa de non alie. §. scire autẽ, & ex illa de alie. & emphy. §. si vero quis locator. col. ix.

*Hæc vsus.* CASVS. Hæc auth. dicit duo. Primo q̃ cõtractus iste concessus in maiori ecclesiã Cõstãtinopolitana, vt possit alienare in certum vsum, cõceditur in qua libet ecclesia. Secundo dicit quòd si ecclesia concedit rem in vsum, finito tempore illo debet ea res pleno iure ad ecclesiã redire, aut alia æque bona inspecto reditu: nec illa res, quæ datur, debet esse magis onerosa tributis, quàm fuit illa res ecclesiæ. Not. ex hoc text. in versi. pleno iure. q̃ per istam authẽ. & per l. Iulianus. j. in fin. ff. de rei vindi. tenet Bart. in materia substitutionis cõpendiosæ quòd vbi ponitur hoc verbũ, pleno iure, q̃ substitutio sit directa: quia exponitur pleno iure, id est, directa: vt hic, & dicta l. Iulianus.

t *Præstatio.* quã facit ecclesia alicui priuato: vt in fi. l. iubemus. & sumitur in authẽ. de ali. & emph. §. si vero quis voluerit. coll. ix.

*Decernimus.* Pone casum vt ĩ glos. j. Et not. primo ex text. ibi, deũ. q̃ qui facit cõtra ecclesiam, facit cõtra deum. Bald. & Pau. Not. secundo ibi, præsidendi. quòd honor est alios præcedere.

*Residendi.*

† *Hãc sequũtur oẽs doctο. per istam auth. quæ generaliter loquitur. & facit, qd̃ not. ff. de cõtra. empt. l. si res bona fide. secundũ Bal. & P. de ca.*

a *Sed & permutare principi.* id est, cum principe.
b *Licet.* scilicet ecclesiæ.
c *Maiori.* danda à principe.
d *Si respublica.* id est, Cæsar.
e *Hoc expoſcit.* bene dico, maiori, si res &c.
f *Pragmatica.* i. cõsilio procerũ. & sumitur hæc auth. de non alie. §. si minus. colla. ij.
g *Item sibi inuicem.* vna scilicet ecclesia cũ altera: vt ĩ authẽ. vt deceţero cõmu. colla. v. in fi.
h *Indẽnitate.* alioquin vna contra aliam restitueretur: vt. ff. ex quib⁹ cau. ma. l. fina.
i *Referuntur.* vt in authen. hoc ius porrectũ. & hæc est in authen. vt constitutio, quæ ex adscrip. & lib. na. §. si vero. coll. v.
k *Item prædiũ. Onus fiscale.* hoc expone vt. s. in authen. illa, ficut alienatio.
l *Supra.* in auth. hoc ius porrectũ. & est hęc de aliena. & emphy. §. si vero quis de prædictis. col. ix.
m *Immunitas.* id est, indemnitas.
n *Qui rẽ huiusmodi.* i. talẽ quę permittitur in emphyteusin dari: vt in auth. perpetua.
o *Deteriorem.* potest enim quilibet conductor repelli, si rem deteriorem facit: vt infra, loca. l. iij. in fi.
p *Repelli potest.* ecclesia dedit in emphyteusin pro quinquaginta, cum valeat, parum plus, statuta pensione vnius nummi. An habeat locum pœna huius authen. Videtur quòd sic, [a] cum non sit mutatum: vt. j. de testa. l. sancimus. Itẽ omne pactum factum in eo cõtractu valet: & sic dicta forma: vt insti. loc. §. adeo. in fi. Ecõtra quòd non, tum quia ille contractus est contra legem istam: & ita eius forma non seruanda est: vt in authen. de non alie. §. lex itaque. colla. ij. tum quia graue esset nimis propter cessationẽ vnius nummi totum precium & rem perdere: vbi autem cõtrahitur secundum authen. si quas. & secundum illam perpetua. nõ est Odoffre. & Bald.
q *Per biennĩ.* & emphyteuta priuati triẽnium: vt. j. de iure emphy. l. ij. in colono simplici biennium seruatur: vt. ff. loca. l. quæro. §. inter.
r *Tẽporis.* præsentis & præteriti, nõ futuri: vt dixi in auth. qui res.
s *Meliorationis.* locupletatur igitur ecclesia cum aliena iactura? Respon. hoc fieri culpa huius qui damnum sentit: quare sibi imputet: vt. ff. de regu. iur. l. quod quis. Et sumitur hæc authen. ex illa de non alie. §. scire autẽ, & ex illa de alie. & emphy. §. si vero quis locator. col. ix.
t *Præstatio.* quã facit ecclesia alicui priuato: vt in fi. l. iubemus. & sumitur in authẽ. de ali. & emph. §. si vero quis voluerit. colla. ix.
u *Decernimus.* imperator Leo versus Orientem profectus erat: & ideo quidam tyrannus ecclesias inuaserat, scilicet Odoactus: & multas leges & statuta contra ecclesias & earum priuilegia statuerat: quæ omnia cassat Leo per hanc legem, & ad pristinã formam reducit. Accursius.
x *Antiquatis.* id est, vt frequentari non debeant.
y *Ac.* pro, id est.
z *Funditus.* ipso iure.
a *Quæ.* subaudi, his. Accursius.
b *Quarum.* scilicet ecclesiarum.
c *Sacerdotium.* id est, patriarchatum.
d *Ac.* ponitur pro, id est.
e *Cæteras.* scilicet ecclesias.
f *Creationum.* quis & à quo ordinetur episcopus.

BIU Cujas

a *Residendi.* quis à dextris, & quis à sinistris patriarcha: debeat sedere: vt fuit contentio inter archiepiscopum Rapum Rauennatensem & Mediolanensem.

b *Matrem.* scilicet secũdam post Ro. sedem: vt ff. eo. l. iubemus. ij. §. scientes. & in authen. de eccle. titu. §. j. col. ix. & ff. de summa tri. l. victor. Accur.

*Illud quod.* plana est hæc lex. Et no. primo ex ea in verbo, in actis. & versic. actorũ. quòd scripturæ factæ corã iudice vel magistratu, etiã per modum volũtariæ iurisdictionis, dicũtur actæ: & sic debet omnib⁹ fieri copia ipsarum, vt sunt emãcipationes, & adoptiones, & creationes tutorum vel curatorũ, in quibus requiritur auctoritas magistrat⁹. de quo vide quod no. Inno. in c. j. extra de pba. No. secundo, quæ dicãtur donationes factæ ad pias causas. Bal. & Pau.

c *Illud quod ex veteribus legibus.* Dicebatur, quòd donatio facta in priuatum valeat vsque ad cc. solidos: sed si in ecclesia fieret, in plus: sed non determinatur per eas, vnde dicit, illud, &c.

d *Minus.* id est, non.

e *Actis.* id est, chartis.

f *Intimatæ.* i. recitatę.

g *In aliis.* id est, cũ donatio cõfertur in aliũ.

h *Intimãdis.* i. in scriptis deducendis.

i *Intacta.* vt debeant insinuari, si sunt vltra cc. solidos. vt. j. de do. l. sancimus. in prin.

k *Si quis.* in quibuscunque mobilibus vel immobilibus.

l *Fecerit.* id est, facere voluerit.

m *Xenodochiũ.* locus in quo pegrini alũtur.

n *Nosocomiũ.* locus in quo ægroti curantur.

o *Orphanotrophium.* in quo pueri orbati parẽtibus aluntur.

*Ptochotrophium.* p *Ptochotrophium.* in quo pauperes aluntur.

*Cerontocomium.* q *Cerontocomium.* in quo pauperes propter senectutem & propter infirmitatem curãtur.

*Brephotrophium.* r *Brephotrophium.* in quo infantes & imbecilles aluntur: vt probantur hæ expositiones in nouellis super illa consti. de ali. & emphy.

s *Ciuitatem.* sic ergo in hoc, & alias parificatur ciuitas cum ecclesia: vt ff. eo. vt inter diuinum.

t *Actorum.* id est, scripturarum factarum coram iudice.

u *Quantitatis.* quàm quingentorum solidorum.

x *Imperiali donatione.* nam imperator potest plus dare piis locis vltra quingentos solidos sine actis: vt in authen. de nõ alie. §. sinimus. coll. ij.

y *Valeat.* scilicet donatio in eo quod excedit: vt. j. de dona. si quis argentum. §. sinautem donator. ver. sed in omnibus. Accur.

z *Intimata.* id est, scripta in actis.

his tẽporibus facta, seu de prærogatiua in episcoporum concilio, vel extra conciliũ ante alios residendi, [a] vel de priuilegio metropolitano vel patriarchico sub iisdem impiis tẽporibus, penitus antiquãdis: vt cassatis & rescisis, quæ per huiusmodi sceleratas iussiones, aut pragmaticas sanctiones, aut cõstitutiones impias siue formas subsecuta sunt, quæ à diuæ recordationis retro principibus ante nostrum imperiũ, & deinceps à nostra mãsuetudine indulta vel constituta sunt super sanctis ecclesiis, & martyriis & religiosis episcopis & clericis aut monachis, inuiolata seruẽtur. ℣ Sacrosanctam quoq; huius religiosissimæ ciuitatis ecclesiã, & matrem [b] nostræ pietatis & Christianorum orthodoxæ religionis omnium, & eiusdem regiæ vrbis sanctissimã sedẽ, priuilegia & honores omnes super episcoporũ creationibus, & iure ante alios residẽdi, & cętera omnia, quæ ante nostrum imperium, vel nobis imperantibus habuisse dignoscitur, habere in perpetuum firmiter regiæ vrbis intuitu iudicamus & sancimus.

*Valet donatio facta piis locis & pauperibus vsque ad quingentos aureos vel solidos sine aliqua insinuatione. Bal. Vel sic: Donatio priuato collata nõ valet vltra ducentos solidos, nisi insinuata. In ecclesiam vero collata valet vsque ad quingentos etiam non insinuata. principis tamen est priuilegium, vt ab eo valeat sine insinuatione donatum. Saly.*

XVI. Imperator IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

ILlud [c] quod ex veteribus legibus licet obscure positis à quibusdã attẽtabatur, vt donationes super piis causis factę, licet minus [d] in actis [e] intimatæ [f] essent, tamen valerent: certo & dilucido iure taxamus, vt in aliis [g] quidẽ casibus iura veterа super intimãdis [h] donationibus intacta [i] maneant. si quis [k] vero donationes vsque ad quingentos solidos in quibuscunq; rebus fecerit, [l] vel in sanctã ecclesiam, vel in xenodochiũ, [m] vel in nosocomium, [n] vel in orpha notrophium, [o] vel in ptochotrophium, [p] vel in gerontocomiũ, [q] *vel in brephotrophiũ, [r] vel in ipsos pauperes, vel in quãcũque ciuitatẽ: [s] istæ donationes etiam citra actorũ [t] confectiones cõualescãt. ℣ Sin vero amplioris quãtitatis [u] donatio sit (excepta scilicet imperiali donatione [x]) non aliter valeat [y] nisi actis intimata [z] fuerit: nulli danda licentia quacũque alia causa [a] quasi pietatis iure subnixa, præter eas [b] quas specialiter exposuimus introducẽda, veterum [c] scita [d] super intimandis donationib⁹ ꝓmutare.

*Vasa sacra & vestes sacræ non possunt pignorari vel alienari præterquã in redẽptionem captiuorum: aliàs à recipiente vindicãtur omni exceptione remota. Bal. Vel sic: Res mobiles etiam sacræ non possunt alienari vel pignorari nisi in redẽptionem captiuorum, vel si debitum vrget quod aliunde solui nõ valet, & alteri ecclesiæ tãtum: aliàs vindicantur extantes, & consumptarum æstimatio condicitur. h. d. secundum Saly.*

XVII. IDEM. A. Demostheni præfecto prætorio.

SAncimus [e] nemini licere sacratissima atq; arcana vasa, vel vestes, cæteraq́ue donaria [f] quæ ad diuinã religionẽ necessaria sunt (cũ etiam veteres leges ea, quæ iuris diuini sunt, humanis nexibus non illigari sanxerint [g]) vel ad venditionem, vel hypothecam, vel pignus trahere: sed ab his, qui hæc suscipere ausi fuerit, modis omnibus vindicari tã per religiosissimos episcopos, [h] quàm per

a *Alia causa.* ab simili prædictis. nam in locis similibus prædictis idem iuris est, sed ibi est secus, vbi quis vellet dicere: donaui amico meo vel consanguineo, & causa pietatis. tunc enim non posset nisi secundum vetera iura, vt hic dicitur, vsque ad cc. solidos: vt. j. de dona. l. sancimus. in prin. & pro hoc. ff. de leg. & senatusco. l. quod vero cõtra rationem. hodie vero est commune ius omnium donationum, vt vsque ad quingentos solidos valeant sine scriptura: vt. j. de dona. l. pe. in fi. Vnde di- *Donatio fa*
cunt quidam hodie va- *cta eccleſiæ*
lere in ecclesia Roma- *vltra quin-*
na vsque ad octingen- *gẽtos aureos*
tos sine scriptura: vt si- *sine scriptu-*
cut olim in trecentis *ra, an va-*
vltra donationes alias *leat.*
fiebat, sic hodie: quod satis dici potest: sed se- * *Exẽplar*
cundum authenticam *nostrum hic*
videtur in immensum: *addit, vel*
vt in authen. de non a- *cuotrophi-*
lie. §. sinimus. col. ij. sed *um. Item a-*
certe ibi dicit de im- *liud exem-*
peratore donãte. Illud *plar addit*
autem constat, siue im- *& melius,*
perator priuato, siue *vel in cato-*
priuatus ei donet, non *trophium*
est necessaria scriptu- *scilicet quo*
ra: vt in authen. vt non *quilibet di-*
fiãt pig. §. fi. col. v. Sed *uertebat.*
quid si dicam, dono talẽ rem pauperibus coram quibusdam? videtur quòd valeat: vt. ff. de le. ij. l. cum pater. §. donationis. & j. tit. j. si quis ad declinãdam. §. vbi autẽ. Sed dico aliud in legato, vbi non exigitur legatarij persona: & aliud in huiusmodi contractibus, vbi exigitur per se, vel per alium: & sic intellige in pauperes præsentes per se, vel per alium.

b *Præter eas.* scilicet causas.

c *Veterum.* scilicet legum.

d *Scita.* id est, statuta.

*Ancimus.* Hæc lex tria facit. Primò prohibet. Secundò punit. Tertiò excipit. litera plana est. Not. hanc. l. cõtra illos, qui recipiunt pignori calices vel cruces ecclesiarum: vt perdant pecuniam, & illa restituant: quia postquam semel sunt dedicata diuino vsui, non debent redire ad humanum: quod intelligit Inno. etiã ex pacto apposito in contractu: vt ipse not. in ca. verum. de for. comp. Pau.

e *Sãcimus.* sicut lex, iubem⁹. ꝓhibet, punit & permittit: ita hęc. sed illa in mobilibus: hæc in immobilib⁹. & sic ista imitatur illã: licet cæteræ leges huius tit. dicant de his, quæ sunt vsui deo ministrantium, hic tamen de rebus diuino cultui consecratis dicit.

f *Donaria.* vt thuribula & similia: ista enim quodammodo donata sunt deo.

g *Sanxerint.* vt &. j. de reli. locum. &. ff. de contrahen emp. l. & liberi. & l. sed Celsus. in prin. & de vsuc. l. vsucapionem. & de redi. l. intantum. §. sacræ.

h *Episcopos.* cũ forte res erãt episcopalis ecclesiæ: immo certe



BIU Cujas

& si alicuius capellæ vel monasterij sibi ꝰ oditi: vt in authen. de alie. & emphy. §. & quoniam cognouimus. colla. ix.

a *Oeconomos.* quando alius obligauit, non œconomus.

b *Eis.* scilicet emptoribus.

c *Relinquenda.* scilicet contra ecclesiam. sed cõtra œconomum sic: vt in authen. de ali. & empy. §. si vero præter hæc. col. ix. & in authẽ. de nõ alie. §. si autẽ creditor in pignore.

d *Precio.* quãdo emit.

e *Fœnore.* i. fœnerata pecunia, quando scilicet mutauit.

f *Eorum.* s. vasorum.

g *Cõflata.* i. cõfracta, & in massam redacta.

h *Sunt.* s. vasa à tẽpore huius legis.

i *Vel fuerint.* s. deinceps. Accursius.

k *Corpora.* si extant.

l *Ad ipsa precia.* id est, æstimationem, scilicet si corpora non extant.

m *Per in rem.* s. si extant in eadem forma.

n *Siue per cõdictionẽ.* id est, ex lege ista, vel sine causa quando mutata sunt, vel nõ extãt.

o *Per in factum.* cum consumpta sunt, & nõ extant. vel, id est, cum extant, vel nõ extant.

p *Cuius.* scilicet actionis in factum.

q *Articulis.* nã loco cuiuslibet edicti & interdicti datur: vt insti. de interdic. in fi. & in subsidium legis Aquiliæ: vt inst. ad. l. Aquil. in fi. & in cõtractibus innominatis tribus: do vt des: facio vt facias: do vt facias. in quarto, scilicet facio vt des, datur de dolo actio: vt. ff. de præscrip. ver. l. naturalis. & in aliis multis casibus in subsidiũ: vt hic, &. ff. de præscri. ver. l. quoties. & de hac actione dic vt no. ff. de præscrip. ver. super rubri. Sed ad id quod dixi dari rei vin. est contra. ff. de rei vindi. in rem. §. loca. Sol. quòd ibi dixit rem sacrã rei vindi. peti non posse, verũ est à priuato & laico: sed ab ecclesiasticis potest. Vel dic adiecta causa ecclesiæ: quia vindicat tanquam ecclesiæ, nõ tanquam suam: sicut & ar. ff. de rei vind. l. j. §. j. Vel hæc corrigit. vel hæc est disiunctiua, cuius altera pars est vera, in rem scilicet, vel in factum dari: quia in factum datur. Vel ponitur, vel, pro, &, siue correctiue. prima verior.

*Rei vindicatio an ꝓ re sacra posit intẽtari.*

r *Captiuorum.* scilicet vendi talia vasa.

f *Præfatarum.* scilicet mobilium hodie & immobilium, nisi hac conditione, vt non alienentur, ad ecclesiam venerint: vt in authen. de alie. & emphy. §. sanctissimas. col. ix. quam quidam hic habent, quæ incipit, res mobiles.

t *Animas hominũ.* i. animata corpora: vt & ar. ff. de pœnis. l. in seruorum. §. fi. & insti. de eo cui li. causa bona add. §. & ne huiusmodi. &. ff. de ven. in pos. mit. l. j. §. & generaliter. & illud, Mihi res, non me rebus submittere conor. Hac etiã ratione dicas ꝓ alimentis pauperũ fieri alienationem: quia animæ hominum, &c. & quia simili modo sine insinuatione in vtraque causa donatur: vt. s. eo. l. illud. &. j. de dona. si quis pro redemptione. in princ. & pro hoc in decret. xij. q. ij. c. aurum habet ecclesia. licet authen. de non alie. §. iisdem. col. ij. & de alie. & emphy. §. sanctissimas. colla. ix. de his non dicant.

*Versus.*

u *Pẽdẽtibus.* dũmodo nõ pẽdeãt ex appellationis causa: vt in authẽ. vt cũ de app. cog. in prin. col. viij. Sequitur authẽ. præterea. vt si hactenus fuerint factæ tales venditiones, modo reuocẽtur.

PResbyteros, diaconos, aut subdiaconos [b] iure cognationis ad tutelā vel [c] curam vocatos suscipere permittimus, si tamen intra quatuor menses ex quo vocati sunt, apud iudicem competentem in scriptis declarauerint talem administrationem propria se volūtate suscepisse.ℙSi quis autē sic fecerit, [d] nullū ex hoc prejudicium circa alienam tutelam vel curam patiatur.ℙEpiscopos autē vel monachos tutelā alicuius personæ subire non permittimus.

*Raptores mulierum hic descriptarū puniūtur pœna capitis, & omnium bonorum amissionis:& deprehēsi in crimine possunt ab his quorum interest occidi. & si aufugerint,debent capi, & remitti ad locum delicti post probationes legitimas puniēdi. Eadem pœna puniuntur qui eis tempore rapturæ auxilium præstiterunt: sed consciis & ministris licet capite puniuntur, bona non adimuntur. Bal.vel sic: Mulierum dedicatarum raptores capite puniuntur, etiam si mulieres fuerint volentes:bonaq; eorū quoad proprietatē monasterio vel ecclesiæ ipsarum applicantur: vsusfructus autem ipsis mulieribus debetur: & in flagranti crimine reperti à personis hic nominatis possunt occidi impune:sociantesq; ipsos, consciī & ministri pœna hic scripta sunt puniendi. Salycetus.*

XLI. Idem. A. Hermogeni magistro officiorum.

RAptores virginum, vel viduarum,vel diaconissarū, [e] quæ deo fuerint dicatæ, pessima criminū peccantes,capitis supplicio plectendos esse decernimus: quod non solum ad iniuriā hominū,sed & ad ipsius omnipotētis dei irreuerentiā [f] cōmittitur.ℙQui itaque huiusmodi crimen cōmiserint,& qui eis auxilium tēpore inuasionis præbuerint:vbi inuenti fuerint in ipsa rapina, & adhuc flagrāte crimine deprehēsi à parentibus sanctimonialiū virginum, vel viduarū, vel diaconissarū, aut earū consanguineis,vel tutoribus,seu curatoribus,[g] conuicti [h] interficiantur.ℙSin autē post cōmissum tam detestabile crimen aut potentatu raptor se defendere,aut fuga euadere potuerit: in hac quidē regia vrbe tam viri excelsi prefecti prætorio, quàm gloriosissimꝰ præfectus vrbi: in prouinciis autem tam viri eminētissimi præfecti prætorio per Illyricū & Africā,quàm magistri militum per diuersas nostri orbis regiones, necnon vir spectabilis [i] præfectus Aegypti,& vicarij,& procōsules,& nihilominus viri spectabiles duces,& viri clarissimi rectores,prouinciarum, necnō alij cuiuslibet ordinis iudices qui in locis illis inuēti fuerint, simile studium cū magna sollicitudine adhibeāt, vt eos possint cōprehendere,& cōprehēsos in tali crimine post legitimas & iuri cognitas probationes sine fori præscriptione [k] durissimis pœnis afficiant,& mortis cōdemnent supplicio.ℙBona autem eorum, si hoc cōmissum fuerit in sanctimonialem virginem, quæ vel in ascēterio vel monasterio degit:siue eadē virgo diaconissa [l] constituta sit,siue non:eidem monasterio vel ascēterio vbi cōsecrata est,addicātur: [m] vt ex his rebus & ipsa solatiū habeat, dum viuit sufficiens:& res omnes sacrosanctum ascēteriū seu monasterium pleno habeat dominio.ℙSin autem† diaconissa cuiuscūq; ecclesiæ sit, in nullo tamen monasterio vel ascēterio cōstituta,sed per se degit: raptoris eius substantia ecclesiæ,cuius diaconissa est, adsignetur: vt ex his facultatibus ipsa quidem vsumfructum,dum supereſt,ab eadem ecclesia consequatur: ecclesia vero omnem proprietatē & plenam possessionē [n] earūdem rerum nostro habeat beneficio: nemine vel iudice vel quacūque alia persona hæc audente contēnere.ℙPœnas autē quas prædiximus (id est mortis,& bonorum amissionis)constituimus, nō tantum aduersus raptores,sed etiam contra eos, qui hos comitati in ipsa inuasione & rapina fuerint. Cæteros [o] autē omnes qui conscij & ministri huiusmodi criminis reperti & conuicti fuerint, vel eos susceperint,vel quancūque opē eis tulerint, siue masculi siue fœminæ sint,cuiuscunque conditionis vel gradus vel dignitatis:pœnę capitali [p] tātūmodo subiicimus, vt huic pœnæ omnes subiaceant,siue volentibus, siue nolentibus sanctimonialibus virginibus,siue aliis supradictis mulieribus, tale facinꝰ fuerit perpetratū.

*Sponsus & sponsa sine arra possunt monasterium ingredi. Item vir & vxor saluo pacto dotis & donationis propter nuptias. hoc primo. Pater non po-*

in.i.contra.aliàs ad.

g *Curatoribus.* quōdā.

h *Conuicti.* s. per deprehēsionem, vt negare nō possint. sic &.ï. vt liceat vnicuique si. iu.l.ij.Sed ar.contra.ï. de iudæ.l.nullus.Solu. illud regulare est:istud speciale.Accursius.

i *Spectabilis.* Nota,q sunt clarissimi, & qui spectabiles.Accursius.

k *Præscriptione.* omnē enim honorem, &c.vt ï.vbi sena.vel cla.l.j.

l *Diaconissa cōstituta.* & ita consecrata.

m *Addicantur.* si petātur intra annū:postea autem habet fiscus: vt in authē.e.§. si quis rapuerit.

b *Videlo die ca. fin. extra de præscrip. lib.6.*

n *Plenā possessionem.* scilicet ciuilem.nō naturalē: vt.ff. de acqui. post. l. naturaliter. in princip.Azo. Alij dicunt eā non esse fructuariā, sed habere vsumfructum: vt.ff. de vsufru. defuncta.§.fin. Tertij dicunt per hāc l. quòd vsufructuariꝰ nullā habet possessionē.prima verior est.

o *Cæteros.* Prēter seruos, qui cōcremantur: vt.ï.de rap.virg. circa fi.& quę hic desunt,ibi supplentur in multis. Accursius.

p *Capitali.* non enim spoliētur dictis bonis: immo habebunt bona sui hæredes.

† *Iste text, est singularis: & non reperitur alibi, secundum Bart. hic.*

BIU Cujas

*De eo nobis.*]CASVS. Imperator dicit, quòd fecit multas leges pro statu ecclesiarum: & adhuc paratus est facere: vt in casu præsenti. vt ecce spōsus, qui dederat arras, vult venire ad religionē. olim dans amittebat: recipiēs reddebat in duplum. vtrūque hoc remouet: nam sponsus recuperat: ité illa non reddit nisi simplū. Secundo dicit, si vir vel vxor venit ad religionem. quòd qui intrat, habetur ꝓ mortuo: & sic mulier vel eius hæres dotem rehabēt, vir vel hæres eius donationē ꝓpter nuptias: nisi erant facta pacta de lucrando altero præmoriente: quæ nūc habent locum ac si religiosus esset mortuus.

*Hoc etiā.*]CASVS. Pater debet filium monachū instituere, sicut non monachum. Secūdo, quòd sic succedit ab intestato sicut non monachus. Tertio si post exeat de ecclesia, res remanent apud ecclesiam.

*His ita.*] CASVS. Tria dicit. Primo præcipit, ꝙ nullus Iudęus, hæreticus vel Paganus habeat seruum Christianū: & si habeat, ille seruus catholic[9] sit liber. Secundo, quòd si dominus postea fuerit cōuersus, nihilominus seruus quōdam remanet liber. Vltimo, ꝙ faciāt iudices hæc seruari sub pœna. Vi.

a *Properam*[9]. i animo.
b *Vir quidē*. sanctimonialē eligēs vitā. Azo.
c *Sponsa vero*. scilicet seculo renuncians.
d *Duplū*. id est, duplicatum.
e *Accepisse*. idem est, si qualibet alia legitima causa dirimat spōsalia: vt. j. de spon. l. fi. §. his illud quoque.
f *Et maritis*. In spōso & spōsa aliqua sunt innouata: in maritis autē non. Nam, pro, quia.
g *Lege*. scilicet Græca. nō autē dicit de illa, quæ est in auth. e. §. spōsalibus. &. §. si vero constante. col. ix. quæ hoc idē dicit quia illā post istam posuit.
h *Legitime*. id est, legitimo pacto. & est ibi figura endiadys: vt ibi, pateris libabat & auro, id est, pateris aureis. nā pactus erat vir, si prędecederet mulier, se lucrari mediam dotem: & vxor si prædecederet vir, mediam donationem ante nuptias vel propter nuptias. Vel dic legitime, id est, cum vir laborat inopia, & matrimonium sit sine dote: nam tunc si præmoriatur vxor locuples, vel econtra vir, & vxor superstes laborat inopia: existentibus tribus filiis vel paucioribus superstes succedit in quartam: vt. j. vnde vir & vxor. authē. præterea. Vel pone mulierem fecisse pactum de lucrāda dimidia donatione propter nuptias: virum de lucranda tertia parte dotis.

*Endiadys figura.*

*non potest abstrahere filiū vel filiā de monasterio, nec hac occasione eū exhæredare: sed debet filius vel filia habere legitimam, & est habilis ab intestato succedere. hoc secundo. Non licet Iudæo habere mancipium Christianum: nec eū impedire qui vult fieri Christianus. Bal. vel sic: Potest alter ex spōsis altero inuito religionem ingredi, & soluuntur spōsalia, nec per hoc aliquē pœnam arrarū patitur, quia non videntur dissoluta eius culpa, sed ex iusta & legitima causa. Similiter alter ex coniugibus potest altero inuito religionē ingredi, & dissoluitur matrimonium: nec per hoc aliquā pœnā patitur circa dotem vel donationē propter nuptias, quasi eius culpa matrimoniū sit solutū: habetur tamē ingrediens pro mortuo vel mortua, & sic vindicat sibi locum pactum vel statutum de certa parte dotis lucranda in causa mortis. h. d. vsque ad. §. hoc etiam cognitum. secundum Pau. de cast.*

XLII. Idē. A. Ioanni præfect. præto.

DEo nobis auxiliū prębente, omnia quę pro honore sāctæ ecclesiæ catholicæ ad dei placitū fieri properamus, [a] legibus constituere, & operibus adimplere desideramus. ℣ Et iā quidē multa cum eius auxilio statuimus, quæ ecclesiasticæ doctrinæ atque statui cōueniunt: in præsenti vero hoc pia deliberatione duximus corrigēdū, quod hactenus cōtra dei timorem fiebat. ℣ Cognitū etenim nobis est, quòd si quis sponsus, vel sponsa post datas & acceptas arras voluisset se diuino deputare seruitio, & à seculari cōuersatione recedere, ac sanctimonialem vitam viuere, atque in dei timore permanere: compellebatur vir quidem [b] ea, quę arrarum nomine dederat, amittere: sponsa vero [c] in duplum [d] id, quod acceperat, reddere. quod nostræ mansuetudini religioni cōtrariū esse visum est. ℣ Vnde per præsentem legem in perpetuum valituram iubemus, vt si quis sponsus vel spōsa desiderauerit seculi istius vitam contēnere, & in sanctimonialium conuersatione viuere, spōsus quidem omnia, quæ arrarum nomine, futuri causa cōiugij dedit, sine vlla deminutione recipiat: sponsa autē non duplum (sicuti hactenus) sed hoc tantummodo spōso restituat, quod arrarum nomine acceperat, & nihil ampli[9] reddere compellatur, nisi quod probata fuerit accepisse. [e] Nam & maritis [f] & vxoribus, qui seculo renunciant, iam anteriore lege [g] à nobis prouisum est, vt siue maritus siue vxor religionis causa à coniugio recesserit, & solitariam vitā elegerit: vnusquisque eorū res suas recipiat, quas pro dote vel ante nuptias donatione præstiterat, & hoc tantummodo lucri nomine consequatur ab eo, qui solitariam vitam elegerit, quod debuit legitime [h] vel ex pacto per casum mortis exigere.

*Filiusfamilias inuito patre potest clericari & monachari, & retinet ius succedēdi ex testamēto vel ab intestato: nec ob hoc potest reputari ingratus. Saly.*

Hoc etiam cognitum nobis correctione nostra dignū esse iudicamus, vt si quis in parentū potestate constitutus vel cōstituta, vel forsan huiusmodi iure absolut[9] [i] vel absoluta elegerit se monasterio vel clero sociare, & reliquū vitæ suæ tempus sanctimonialiter degerevoluerit: nō liceat parētib[9] eosdē vel easdē quocunque modo abstrahere, vel ꝓpter hāc tātūmodo causam quasi ingratum [k] vel ingratā à sua hæreditate vel successione repellere, sed necesse sit eis omnimodo, cum vltimā voluntatē suā siue per scripturā siue alio legitimo modo perficiunt, quartam [l] quidē portionem secūdum leges nostras eis relinquere. Sin autē & amplius voluerit eis largiri, hoc eorum voluntati cōcedimus. Sin vero vltimam voluntatem parentes neq; testamento neque alio vltimo elogio declarasse mōstrati fuerint: omnem parentum [m] debet enim reduci maius pactum ad minus, vt fiat legitimum: vt infra, de dona. ante nup. l. cum multę. §. pe. Item quid si ambo ingrediantur? Respon. neuter lucratur: vt in authen. eo. §. si vero constante. in fi. §. Sed quid si volunt ex consensu diuertere, & in seculo remanere? Respon. nō possunt: nisi castitatis concupiscētia: vt in authen. vt licę. ma. & auiæ. §. quia vero. & ex consensu. col. viij. Item no. hic renunciantē seculo haberi pro mortuo: vt in authen. de nup. §. distrahuntur. col. iiij. Sed ar. contra. ff. de ver. ob. l. ex ea parte. §. in insulam. Item not. quod hoc est verum, si alter vult, quòd alius intret: aliās contra: vt in authen. quæ est. j. de repu. l. si constante. & authentic. quod hodie. & in decre. non enim possunt si volunt diuertere ex consensu, nisi castitatis concupiscentia: vt in authē. vt li. ma. & auię. §. quia vero & ex consensu.

a *Accursius.*
i *Absolutus*. per emācipationem puta.
k *Quasi ingratum*. ob hoc ipsum, quòd intrauit monasteriū, exheredari non debet: vt hic, & in authen. e. §. nullam. &. §. interdicimus autem parētibus. Sed quid si ante ingressum ingratitudinis causam commisit? Videtur, quòd non possit exhæredari: quia talis ingressus omnem maculam abstergit: vt in authent. de monachis. in princip. col. j. Vel intellige illud de peccatis, de quibus satisfacere deo potest in monasterio constitutus. sed in nouella videtur dici, quòd ingratitudo purgetur ꝓ introitum. [b] Item quo modo vouet hic filiusfamilias? nam voto non debet obligari: vt ff. de poll. l. si quis rem. §. voto. quæ est contra. sed hic corrigitur. vel hic seipsum, ibi ad aliquid dandum.
l *Quartam*. quæ est hodie triens, vel semis: vt infra, de inofic. testa. authent. nouissima.
m *Parentum*. sed an cæteris agnatis vel cognatis succedere potest? videtur quòd non: quia eorum cognatio est in cœlis, non in terris: vt in authent. quo modo opor. mona. §. non ingrediantur. col. j. Sed dico contra. & quòd dicitur, non habent cognationem in terra, verum est, vt ea occasione exeant monasteria ad colloquendum, cognationem tamen annexam naturalem retinent: vt infra, de codicil. l. fin. &. ff. de reg. iur. l. iura. Sic ergo nota, quòd non nocet mutatio status ad succedendum: vt ff. vnde liberi. l. fi.

*a Adde ꝙ de iure canonico matrimonio nō dū consummato potest alter coniugum altero inuito religionē ingredi, & licitū est in seculo manēti alteri se copulare. c. 2. & ca. ex publico. extra de cōuer. coiuga.*

*b Hoc est expressum in. c. non liceat. 19. q. 3. Quid autē in irregularitate? vide glo. fi. in c. 2. extra de apost.*

*Monachus an agnatis vel cognatis succedere possit.*



BIU Cujas

a *Hæredes.*filij.
b *Pertinere.*vt & in authen.e.de san.epis.§. si monachus.& hoc si tenuit ingressus.aliàs si expressum nó valet,nec valet tacitum, id est rerum translatio:vt.ff.de serui.rusti.prædi.l.item sic.§.qui habet haustum. in fin.§.
c *His.*versus est iste.
d *Tenorem.* Græcarú legum: vt.ï. ne Christianum man.l.j.
e *Eripiantur.*vt.ï. de hære.l.Manichæos. in fi.Sed videtur hoc cõtra Petrum, qui dixit, Serui subditi estote dominis vestris, nõ tantũ bonis & modestis, sed etiam dyscolis.Sed illud intellige dũ serui sunt. nõ autem prohibet eos fieri liberos p l.istam.& sic postea nõ essent serui.
*1.Pet.2.*
f *Reducere.* Ar.cõtra in authen. vt nulli iudi.§.adulteram.col.ix. vbi vir recuperat vxorem.
g *Aeternitas.* id est, nos qui sumus æterni.
h *Gnauiter.*i.sapiẽter. Ignauiter,id est,stultè.

*DE EPISCOPALI audientia,&c.*

*Cõtinuatio.* *Supra de priuilegiis, & officiis clericorũ: nũc de iurisdictione episcopi quam habet in audientia causarum & similibus,ponit,&c.Axo.*
†*Concor cũ hoc.§. & seq.c.1.2. & c.Iudæi. extra de Iudæ.*
i De episcopali audientia.*ac si dicat,de iurisdictione episcopi.*
k Curamq;.*id est, reuerendam sollicitudinem episcopi.*

l *Negociatores.* id est, mercatores. subaudi,etiã si qui,&c. & dic, nostrã: scilicet prícipis. Solebãt enim negociatores quidam Christianos captos ab hostibus redimere, & exigebant vltra id, qđ dabãt. Sed hodie nihil præter preciũ vel operã quinquennalé debẽt exigere:vt.ï.de postli. re.l.fin. & hoc vt fiat, Christiani episcopi ꝓuideant, quibus verus cultus, &c. & supple. Ité prouideãt adiuuare, &c. Vel lege sine suppletione, sic ergo statuitur hic modus in mercãdo.& sic est cõtra.ï. de Iudæ.l. nemo exterus. &.ff. ad.l.Iul. de annona.l.fi.Sol.speciale est in mercatura hominũ. Vel ibi nolebat vendere: hic sic. & secũdũ hoc pones hic casum in qualibet mercatura rerũ quibus homines indigent ad viuendũ,& sunt venales: vt ar.ff.de offic. præfe. vrb.l.j.§.cura. &.ff.de

*Mercandis reb⁹ an posit mod⁹ institui.*

substãtiam hæredes[a] quibus ab intestato competit secundũ leges nostras,sibi defendãt: nullo eis impedimento ex sanctimonialí conuersatione generãdo, siue soli, siue cum aliis ad successionem vocantur.

*Bona monasterio quæsita per ingressum, non reuocantur,licet ingressi ad secularem remeauerint vitam.Salyce.*

Huius autẽ perpetuæ nostrę legis beneficia eos volum⁹ obtinere, qui in monasterio vel clericatu perseuerauerint.Nã si qui eorum,de quibus præsentẽ legem posuimus,sanctimonialem vitam elegerint, ad secularem autem cõuersationẽ postea remeauerint: iubem⁹ omnes eorum res ad iura eiusdem ecclesiæ vel monasterij à quo recesserint,pertinere.[b]

*Iudæis, Paganis vel hæreticis non licet seruos Christianos habere:quinimmo statim liberi efficiuntur.Et nõ Christianus ad catholicam fidem cõuersus, liber efficitur,nec dominus aduersus eum restituitur.Saly.*

His[c] ita† dispositis, repetita lege iubemus, vt nullus Iudæus vel Paganus vel hæreticus seruos Christianos habeat. quòd si inuenti in tali reatu fuerint, sancimus seruos omnibus modis liberos esse secundum anteriorẽ nostrarum legũ tenorẽ.[d] ℣ In præsenti autẽ hoc amplius decernim⁹, vt si quis ex prædictis Iudæis,vel Paganis,aut hęreticis habuerit seruos nõdum catholicæ fidei sanctissimis mysteriis ĩbutos, & prędicti serui desiderauerint ad orthodoxam fidem venire:postquam catholicæ ecclesiæ sociati fuerint, in libertatem modis omnibus ex præsenti lege eripiãtur:[e] & eos tam iudices prouinciarũ,quàm sacrosanctæ ecclesiæ defensores,necnon beatissimi episcopi defendant, nihil pro eorũ preciis penitus accipiẽtibus dominis. ℣ Quòd si forte posthac etiã ipsi domini eorũ ad orthodoxam fidem conuersi fuerint, non liceat eis ad seruitutem reducere[f] illos,qui eos ad fidem orthodoxam pręcesserunt.Sed si quis talia vsurpauerit, pœnis grauissimis subiacebit. ℣ Hæc igitur omnia, quæ pietatis intuitu nostra sanxit æternitas,[g] omnes iudices,& religiosissimi antistites,siue Africanæ dicœceseos(in qua maxime huiusmodi vitia frequẽtari cognouim⁹) siue aliarũ prouinciarũ gnauiter[h] & studiosissime obseruari procurẽt.Nã cõtemptores non solũ pecuniaria multa, sed etiã capitis supplicio ferientur.

A mu.& ho.l.fi.§.item episcopi.
m *Christiani.*scilicet episcopi.Alij habent,Christianos:& in fine habent episcopos:& tunc plana est litera.
n *Quibus.*scilicet episcopis secundum vtrunque modum.
o *Si clericus.* Quæritur, quare hoc sit dictum in clerico : & an idem sit in laico? Vo- *Diues pluluerũt quidam dicere, obligatur* quòd nõ est idẽ in laicis, quod in clericis: *quam pauper.* quia ab eis maior exigitur honestas : quia cui plus cõmittitur, ab eo plus exigitur:vt not.ĩ. titu.j.l.presbyteri. Tu dic contra.nã ideo ponitur in clericis, quia in eis magis dubitabatur.nã credidisset forte aliquis, quòd occasione priuilegiorũ,quę concessa sunt clericis, forte istud esset cõcessum : qđ remouet hæc lex:sed videtur hũc clericũ nõ debere puniri, cũ appellatio non teneat:vt.ï.quo. app. nõ re.l.ante sentẽtiæ.&.ff. de ser.exp.l.si vẽditor. &.j.si mãci. ita fue.ali. l.ea quidẽ.sed certe licet nõ teneat appellatio,pœna tamẽ nõ deerit.& ꝓ hoc.ff. ad le. Cor.de fal.l.si quis.
p *Causa.*quod præsumitur semper,secundũ Io. & ideo appellatio nõ valet:vt.ï. quorum *Recusatio* ap.nõ rec.l. abstinẽdũ. *debet propo* &.ï.ad.l. Cor. de fal.l. *ni ante lite* satis.Et sic not.nõ ap- *contestat.* pellari secũdũ legẽ an- †*aliàs,* cum tẽsententiã definitiuã: *stianos,* quę vt hic,&.ï.quorũ ap.l. *bus* verũ ante. nisi in casibus: vt *cultus* ff. de appella. reci.l.ij. *adiuuare* Sed aliud secundũ ca- *pauperes* nonẽ : vt.xj.q.j.c.qui- *positos in* cunq;.& extra de ap.l. *necessitate* cum sit Romana.Ac. *prouideant*
q *Multã.* impropríe *episcopos.* ponitur:vt.ff. de verb. *Datũ,* &t. signi.l. si qua pœna. & l.aliud.§.j.
r *Sanctio.* quæ est.ï. quo.app.non reci.l.ab executione.in fi.
f *Expendere.* id est, soluere:vt.ï.
t *Hanc.* scilicet pœnam.
u *Erogari.*speciale est hic.alias,fisco: vt.ï. de modo mul.l. multarũ. Et not.circa hanc.l.secundum B. quòd ante lit.contest.locus est recusationi:vt.ï.de iudi. apertissimi. In medio non est locus remedio secundũ.ll.vt infra, de scn.& inter.om.iudi.l. fin. & in præaleg.l. apertissimi. & hic in fi. locus est appellationi: vt infra, de appel. l. eos. Et dic erogari ab episcopo, & sic facit ad tit.

*Nemo.*

## TITVLVS IIII.

### DE EPISCOPALI[i] AUdientia,& diuersis capitulis,quæ ad ius curamq́ue[k] & reuerentiam pertinent pontificalem.

*Prohibetur hominũ mercatura, & quæstus ex ea.h.d. secundũ vnã lect. secundum aliã.h.d. In qualibet mercatura debet seruari modus in precio,& hoc debet per episcopum taxari.Bal.vel sic:Ad curã episcoporum pertinet, ne redimentes captiuos ab hostibus plus ab eis exigant, quàm pro eis soluerint.h.d.secundum vnã lecturã.Et secundum aliam lect.h.d. quòd ad curam episcoporũ pertinet, quòd tẽpore caristiæ victualia vendantur pro iusto foro, ne pauperes fame pereant.Pau.de cast.*

I. Impp. VALENTINIANVS & VALENS.AA.ad Iulianum comitem Orientis.

NEgociatores[l] si qui ad domum nostrã pertinent,ne cõmodum mercandi videãtur excedere: Christiani[m] † quibus[n] verus cultus est adiuuare pauperes,& positos in necessitate, prouideant episcopi. Dat.XV.Kal. Mart.Cõstantinop.Valentiniano & Valente. AA.consulibus.

*Clericus ante definitiuam sententiã frustratorie appellans punitur in quinquaginta libris argenti: quæ pœna non applicatur fisco.sed debet pauperibus erogari.Bal. Saly.& Pau.de cast.*

II. Iidem. AA.ad Claudium. PP.

SI clericus[o] ante definitiuã sentẽtiam frustratoriæ dilationis causa[p] ad appellationis auxilium cõuolauerit, multã[q] quinquaginta librarum argẽti, quam cõtra huiusmodi appellatores sanctio[r] generalis imponit, cogatur expẽdere, ſHanc[t] autem non fisco nostro volumus accedere, sed pauperibus fideliter erogari.[u] Dat.vj. Idus Iul. Valentiniano N.P. & Victore.Conss.

*In diebus Paschalibus non debẽt captiui in carcere detineri, nisi detineantur pro crimine enormi,vel nisi sint delinquere assueti.Bal.& Pau.de cast.*

III. Imppp. VALENTINIA. THEOD.& ARCAD.AAA. Neotherio. PP.

BIU Cujas

NEmo.] CASVS. Diebus Paschalibus cõsueuit Imperator permittere incarceratos stare extra: quod mandat aliis iudicibus faciendum per.l.istam, etiam sine alio speciali mandato. Secundo excipit quosdã in maximis criminibus constitutos, qui stabunt semper intra carceres. Tertio dicit quòd etiam illi qui debent stare extra carceres, ita demum stent si illa crimina non cõmiserint nisi semel.

NEmo deinceps [a] tardiores fortasis affatus [b] nostræ perennitatis expectet. exequãtur iudices quod indulgere cõsueuimus, [c] vbi primus dies Paschalis [d] extiterit, nullũ teneat carcer incluſum, omnium vincula dissoluãtur. ¶ Sed ab his [e] secernimus [f] eos, à quibus contaminari potius gaudia lætitiamque communem, si dimittantur, animaduertimus. Quis enim sacrilego [g] diebus sanctis indulgeat? quis adultero, vel stupri [h] incestíve reo tempore cãstitatis ignoscat? quis nõ raptorem virginis in summa quiete, & gaudio communi persequatur instantius? Nullam accipiat vinculorum requiem, qui quiescere sepultos quadã scelleris immanitate non sinit. ¶ Patiatur tormenta veneficus, maleficus, adulter, [i] violatorque monetæ: homicida, parricidáque, [k] quod fecit, semper expectet. reus etiã maiestatis de domino [l] aduersus quem talia molitus est, veniam sperare nõ debet. [m] ¶ His ergo tali sub adstrictione damnatis, indultum nostræ serenitatis eo præcepti fine cõcludimus, [n] vt remissionem veniæ crimina [o] nisi semel commissa [p] non habeant: nec in eos liberalitatis augustæ referatur humanitas, qui impunitatem veteris admissi non emendationi potius, quàm consuetudini [q] deputauerint. Dat. Kal. Maij, Arcadio. A. & Bautone. V. C. Conss.

a *Deinceps.* s. iudex.
b *Affatus.* id est, responsiones vel rescripta, quæ tarde damus quãdoque, cum sumus aliis attẽti: vt in auth. de appel. §. j. colla. iiij.
c *Consuetimus.* nõ intuitu personæ, vel speciali prerogatiua: quia tunc nõ egreditur personam: vt instit. de iur. na. §. sed & quod prin. Inspicitur ergo consuetudo: vt. ff. de pig. ac. l. vel vniuersorum. & de fer. l. præsides. & j. de fer. l. prouincia rum. & ff. quod cũ eo. l. fi. & de lega. j. l. si seruus plurium. §. fin. Sed arg. contra. ff. de re. eo. l. j. §. si defunctus.
d *Paschalis.* qui scilicet dies dicii per septem dies ante, & per septẽ post: vt. j. de fer. l. omnes. ij.
e *Sed ab his.* quæ dicta sunt. s. proxi. respõ.
f *Secernimus.* id est, excipimus.
g *Sacrilego.* sacrileg⁹ est ille, qui sacrũ subripuit. siue de loco sacro, siue non: vt. ff. ad le. Iul. pecu. l. sacrilegi.
h *Stupri.* quæ differétia sit inter hæc tria, habes. ff. ad leg. Iul. de adul. l. stuprum. per totam legem. & l. si adulterium.
i *Adulter violatorque.* pro eodem ponuntur hæc duo cũ. s. dixit de adultero.
k *Parricidaque.* qui occidit patrem vel aliquẽ de parentibus suis ex linea ascẽdenti vel descendenti.
l *De domino,* id est, à domino.
m *Non debet.* nã frustra inuocat aliquẽ qui in eum cõmisit: vt hic, & ff. de mino. auxiliũ. in fi. ff. de rit. nup. l. filio. §. si ignominiosam. & in authẽ. vt lic. ma. & auiæ. §. quia vero ita comperiuntur. colla. viij.
n *Concludimus.* scilicet aliis quibus permisimus.
o *Crimina* scilicet minora.
p *Commissa.* id est, delicti commissi.
q *Consuetudini.* no. quòd duæ vices faciunt consuetudinem. Sed cõtra extra de causa pos. & propri. cum ecclesia Sutrina. ibi, nec ex eo quòd clerici antedicti &c. Sol. hic in criminalibus, [a] aliàs non inducunt consuetudinem, nisi præscriptio incideret: vt ibi. Et no. delicta iterata plus puniri. sic &. ff. de iure pat. l. j. &. ff. de pœ. l. aut damnũ. §. quisquis. &. j. ad le. Iul. de vi. l. seruos. §. fi. &. j. de ser. fug. quicũque. & arg. j. ad Vell. l. si mulier. ij. & de bo. quæ libe. l. fi. §. vbi autẽ puerilis. &. ff. de leg. j. l. fideicõmissa. §. si quis decẽ. & in auth. de defen. ci. §. fi. colla. iij. &. ff. de var. mu. l. j. §. j.

*Sacrilegus quis dicitur.*

*Hæc lex in scriptis exẽplarib. non habetur.*

*a Concor. 25. quæst. 2. c. ita nos. in princ. de pœni. di. 2. c. sicut trib⁹. facit. c. venerabilẽ.*

[a] *Concor. c. 25. quæst. 2. c. ita nos.*

Codex.

*Mimæ & meretrices non debent induere habitum mulierũ dedicatarum. Saly.*

IMP. THEODOSIVS. ARCA. & HONOR. AAA. Rufino. præfecto prætorio.

MImæ, [r] * & quæ ludibrio corporis sui quæstum faciunt, publicè habitu [f] earum virginũ, quæ deo [t] dicatæ sunt, non vtantur.

*Ad condemnatos debet mitti presbyter ad audiendum pœnitentialem eorum cõfessionem. Bald. vel sic: Seniores presbyteri ad confessiones audiendas debẽt deputari. h. d. Saly. Adde quòd confessio ista in pœnitẽtia, non probaret in iudicio: quia confitentur tanquam deo, non tanquam homini: vt extra de offic. ordi. c. si sacerdos. Bald.*

VI. Impp. ARCAD. & HONORIVS. AA. Gennadio præfecto August.

ARchigerontes, [u] * diœceta quẽque [x] ergasiotanorum [y] non nisi Christiani dirigãtur: [z] quod [a] officium tuũ sollicitis [b] obseruet excubiis. [c]

*Damnatos ad supplicium nemo potest eximere: sed si tempora suffragantur, appellandi arbitrium non denegatur. Bald. Vel sic: Damnatos ad mortem nemo potest eximere de manibus familiæ. aliàs puniuntur, etiam si sint clerici, qui hoc faciãt, non solum per iudicem, cuius iurisdictio est offensa, sed etiam per episcopum eorum: potest tamẽ quilibet appellare pro talibus, & hoc modo impedire executionem fieri secũdum Pau. de Cast.*

VII. Iidem. AA. Eutychiano.

ADdictos [d] supplicio, & pro criminum immanitate dãnatos, nulli clericorum vel monachorum, eorum [e] etiam quos synoditas vocant, per vim atq; vsurpationẽ vindicare [f] liceat ac tenere. sed & reos ad locum pœnæ sub [g] persecutione* pergẽtes [h] nullus teneat aut defendat: sed sciat se cognitor triginta librarum auri multa, & primates [i] officij capitali esse sententia feriẽdos, nisi vsurpatio ista vindicetur. [k] at si tanta clericorum aut monachorum audacia est, vt bellũ potius quàm

[r] *Imæ.* id est, ioculatrices fœminæ, & mimi mares.
[f] *Habitu.* id est, non portent vestes monialium. Accursius.
[t] *Deo dicatæ sunt.* hoc ad curam episcopi pertinet. & est generalior hodie hęc prohibitio: vt in auth. eo. §. fina. colla. ix.
[u] *Archigerontes.* id est, archipresbyteri. ab archos, quod est princeps, & geron, senex: quasi maiores & seniores sacerdotes: q sunt archipresbyteri. Alij dicunt, id est, archiepiscopi. Vel dic, id est, minores sacerdotes. Accursius.
[x] *Diœcetaq;.* id est, diacones secũdum quosdam. Vel dic, id est, episcopi sic dicti à diœcesi. Vel dic, id est, alij sacerdotes.
[y] *Ergasiotanorum.* ergasiota, id est, opera. siotanorum, id est, metallis. hoc est eorum qui dãnati erant in metalla, qui Christiani erant.
[z] *Dirigantur.* vt eis confiteantur peccata, & isti illis pœnitentiã indulgeant.
[a] *Quod officiũ tuũ.* ô tu præfectæ prætorio, cui missa fuit hæc lex.
[b] *Sollicitis.* nã debes mittere omnib⁹ episcopis, q̃ sunt sub tua diœcesi, vt hæc obseruent.
[c] *Excubiis.* i. vigiliis.

*Synodita qui dicũtur.*

ADdictos.] CASVS. Quidam religiosi per vim auferebãt dãnatos dũ ducebãtur ad furcas: quod hic prohibetur. Secũdo, quia iudex ciuilis punitur nisi ipse punierit dictos religiosos: quod si nõ potest, referat ad principem. Tertio, quòd episcopi debẽt corrigere suos clericos ne talia faciãt. aliàs eorũ est periculum. Quarto, q̃ tam dãnati, quàm alij pro eis possint appellare intra tempus legitimum, olim biduũ vel triduum: hodie decem dierum.

*Synoditæ.* repete, nulli. & dic synoditas, id est, qui præsunt synodis vel congregationibus, vt prælati.
*Vindicare.* scilicet auctoritate sua.
*Sub persecutione.* ideo dic persecutione, quia cum tales ducuntur ad supplicium, multi sequuntur eos, maxime praui.
*Pergẽtes.* & ideo quia cũ pergũt, quilibet debet eos verberare.
*Primates.* id est, maiores officiales curiæ. Accursius.
*Vindicetur.* not. clericum puniri à iudice ciuili cessante priuilegio fori propter criminis enormitatẽ: vt &. j. vbi se. vel cla. l. j.

*Clericꝰ quãdoque à iudice ciuili punitur.*

& hoc cum punitur in patrimonio suo. In persona autē non punitur nisi prius ab episcopo spolietur: vt.ſ.tit.j.authen.clericus. & est lex ista de verbo ad verbum.j.de ap.l.addictos.

a *Nostram.*scilicet imperatoris.
b *Vt cætera.*quæ eis commissa sunt.
c *Redundabit.*ſ.hoc.
d *Si quid.*i.aliquid.
e *Ipsi.*ſ.episcopi.
f *Quibus.* scilicet dānatis. Vel dic etiā clericis, vt appellent pro damnatis etiam eis inuitis: vt.ff.de ap.l.non tātū. Nec obstat quòd clerici non debent interesse causæ sanguinis secūdum canones: quia non intersunt vt imponatur pœna: sed vt non imponatur. c. sentētiā. extra ne cler. vel mo. Item solū appellant, non exercent.
g *Si tēpora suffragantur.*Olim bidui vel tridui, hodie decem dierum, vt in auth.de ap. in prin.col.iiij.
h *Si qui.*ſ. nō subditi eius iurisdictioni: aliàs in eū cōpromittere non possunt: vt.ff. de arbi. sed si in seruū. §.j. Itē ponūt quidam q̄ sunt laici. nā clerici non possunt declinare iurisdictionē sui episcopi: vt arg.in auth.de sanc.episc.§. œconomos autē.in fi.§.colla.ix.Et hoc dicunt etiam quidam decretistæ: sed nō potest probari per legē vel canonē aliquē, q̄a ille.§. œconomos. loquitur in speciali casu reddendæ rationis. sed secundū Loth. & secundū hæc iura episcopus nullam habebat iurisdictionē, vt.ſ.titu. j.l.cū clericis. &.l. omnes qui. &.l.iubemꝰ.§. fi. a Et sic secūdū eum nō est necesse prędicta sic exponi. sed nō videtur bene dixisse: q̄a etiā secūdū iura ciuilia habebat iurisdictionē. j.eo.l.episcopale.
i *Legis.*i.religionis.
k *Antistitē.*id est, cōpromissariū iudicem.
l *Non vetabuntur.* Sicut nec apud quēpiam extraordinarium iudicem. Et dic non vetabuntur: immò permittitur eis: quia quod non prohibetur, permittitur: vt.ff.qui.ex cau.ma.l.necnon.§.quod eis inquit.
m *In ciuili.* nam in criminali non sic tenet: vt.ff. de arbi.l.non distinguemus.§.Iulianus.
n *Sponte.*immo postquam consentiunt, ex necessitate iam cōpelluntur. Sed dixerunt quidam contra, quòd episcopus residet spōte inter eos, qui eum elegerūt: & nō cogitur sentētiā dicere, licet cæteri arbitri cogantur: vt.ff.de arbi.l.iij.§.j. Vel dic, inspecto initio: quia non cogitur recipere inuitus per allegatā legem.
o *Quòd.*scilicet iudicium.
p *Abfuisse.*si habes, adsuisse: subaudi, coacte & est fi.ff.de iu.l.ij. in prin. & de auth. & con.tutu.l.j.§.fi. Vel si habes, abfuisse: tūc dic, id est, nūquam in eos cōsensisse: vel etiā si cōsenserunt, tempore sententiæ est vna pars absens. Nā non valet sentētia altera parte absente prolata: nisi in cōpromisso hoc esset dictū.ff.de arbit.l. diem.§. si quis litigatorum. aliàs est.l. si quis litigatorum. Item no. quòd vsque ad hanc legem tractauit de cura episcopi: nunc incipit de audientia in hac.l.

*al. coactos potius adfuisse quàm &c.*

*a Aduerte quòd clerici in nō suum iudicem nō possunt cōsentire: nisi etiā clericꝰ sit, & diœcesani consensus accedat. c. significasti. extra de iudi.*

*Aduersus iudicium futurū esse existimētur, ad clementiā nostram a cōmissa referātur, vt arbitrio nostro mox seuerior vltio procedat.* ℣ *Ad episcoporū sanè culpā (vt cætera) b redundabit, c si quid d fortè in ea parte regionis in qua ipsi e populos Christianæ religionis doctrinæ insinuatione moderantur, ex iis quæ fieri hac lege prohibuimꝰ, à monachis perpetratū esse cognouerint, nec vindicauerint:* ℣ *Quibus f in causa criminali, humanitatis cōsideratione, si g tempora suffragantur, interponendæ prouocationis copiam non negamus. Dat. VI. Kalen. Augu. Mnyzo, Honorio. A. IIII. & Eutychiano. Conss.*

*Prorogantes iurisdictionem episcopi tenētur eius iudicio stare, dum tamen eū spōte elegerint. hoc dicit secundum vnam lect. secundū aliam dicit. Cōpromissum factum in episcopū est ratum, dum tamen sit sponte factum. Bald. vel sic: In episcopum possunt non subditi compromittere tanquam in arbitrum: & eius sententia si lata est partibus præsentibus, debet seruari: secus si lata esset altera parte absente etiam citata. h.d. secundum Pau. de Cast.*

VIII. Iidem. A A. Eutychia. P P.

*Si qui h ex consensu apud sacræ legis i antistitē k litigare voluerint, non vetabūtur: l sed experiētur illius in m ciuili dūtaxat negotio more arbitri spōte n residētis iudicium. Quod o his obesse non poterit, nec debebit, quos ad prædicti cognitoris examen cōuentos* potius abfuisse p quàm sponte venisse constiterit. Dat. VI. Kalē. Aug. Mediolani, Honorio. A. IIII. & Eutychiano. Conss.*

*A sententia lata per episcopum ex prorogatione iurisdictionis nō appellatur: quæ sentētia debet executioni mādari per iudicem seculare m. h.d. Bal. & Pau. de Cast.*

IX. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEO. AAA. Theodoro. P P.

*Episcopale iudicium ratū sit omnibus, qui se audiri q à sacerdotibus elegerint: eamq́ue illorū iudicationi adhibēdam esse reuerētiam iubemus, quam vestris r deferri necesse est potestatibus, à quibus nō licet ꝓuocare.* ℣ *Per iudicum quoque officia, ne sit cassa episcopalis cognitio definitioni executio tribuatur.* s *Dat. Id. Decemb. Basso & Philippo. Conss.*

IN AVTHENTIC. de sanc. episc. §. si quis autem litigantium. col. ix. consti. fi.

*Ab episcopo cognoscente ex prorogatione potest appellari semel tantum si feratur sententia confirmatoria: quæ est executioni mandanda per confirmatorem. sed si feratur sententia infirmatoria, potest appellari ab ista secunda sententia. Item quando episcopus cognoscit vt delegatus principis vel alterius, appellatur ad delegātem. Bal. & Pau. de cast. Vel sic: A sentētia episcopi lata extraordinaria, vel delegata iurisdictione appellatur. quæ si confirmata fuerit, amplius appellari non poterit. Salyce. & est canonizata. 11. quæst. 1. de persona.*

*Si quis t litigantium intra decē dies cōtradicat u his quæ iudicata sunt, tunc locorum iudex x examinet causam: & si inuenerit iudicium rectè factum, etiam per sentētiam suam propriam hoc confirmet, & executioni propriæ tradat quæ iudicata sunt: & nō liceat victo iterum in tali causa appellare.* ℣ *Si vero sententia iudicis contraria fuerit: y tunc licet à sententia iudicis appellare.* z ℣ *Si tamē ex imperiali iussione, aut iudiciali præcepto episcopus iudicat inter quascunque personas: appellatio, aut ad principem, a aut ad eū, qui transmisit*

*Arbiter quo modo cognoscit.*

*Appellatio secunda quæ dicatur est interdicta.*

q *Audiri.* hæc.l. loquitur cum duo non subditi cōsenserunt in episcopū, vt in extraordinariū iudicem, & prorogant iurisdictionem eius: superior tamen lex vt in arbitrū: aut quando inter subditos ordinariè iudicauit: & ita non corrigit.l. istam in eo, quod hic dicit non appellari: sed secundum alios corrigit: vt.j.statim dices. Item in dubio prę sumitur in eū vt in iudicem consensum potius, quàm in arbitrū, vt sic sententia valeat, & actionem pariat: vt ff.de re. du. quoties.ij. nisi pœna vel simile sit appositum quod declarat esse arbitrum: vt.ff. de lega.j.l.si seruus plurium.§.fina.
r *Vestris.*præfectis prętoriis loquitur: à quorum sententiis non appellatur: sicut nec ab episcopo: vt hic, &.ff.de offic.præfect. præto.l. j.§.fi.& de mi.l.præfecti. licet supplicari possit: vt.j.de senten.præfect.præto.l.j.
s *Tribuatur.*Not. sentētiam per episcopum latam à potestate exequendam. sic ergo & à magistro latam vel doctore. Et not. arg. pro sententia doctorum.
t *Si quis litigantium.* hæc est in authen. eo.§.si quis autem litigantium. colla.ix.
u *Contradicat.* appellando à sententia episcopi.
x *Iudex.* hæc authen. corrigit dupliciter. l. episcopale. secundum quosdam. Primo: quia ibi æquatur episcopus præfecto præt. hic autem minor reputatur etiā magistratu municipali, cum demum ad maiorem appellatur à minore: vt in authen. de appel. §.pe. & §.fi. col. iiij. Secundo, quia per illam.l. non appellatur à sententia episcopi: per hanc sic. Tu dic non corrigi: quia hic cognouit vt ordinarius inter suos subditos vt ex corpore patet in.§. præced. ibi, quando inter non subditos, sed plene dic vt in cor. Secundo no. hic speciale: quia secundo non appellatur ab eodem litigatore. sic & in authen. de appel. §. illud col. iiij. &.j. de adser. tol. l.j.§. j. & de preci. imper. offer. si quis. & in authen. de sanc. episco. §. si quis vero. colla. ix. regulariter contra: vt.j. ne li. in vna eadēmque causa. l.j.

*Appellatio secunda quæ dicatur est interdicta.*

y *Fuerit.*scilicet sententia episcopi.
z *Appellare.* & secundum ordinem legum appellationi deferri: vt in cōrpore.
a *Principem.*distinctione habita, quę fit.j. de ap. præcipimus. in fi. & in

BIU Cujas

fi.& in authen.de ap.§.illud.in fi.col.iiij.Vel intellige illud fieri ad ipsum, & illos cognoscere ex eius delegatione. Vel loquitur authen.illa,cum est delegata vniuersitas causarum:hæc cum aliqua causa specialis.Item secundum Azo.quãdoque hoc fallit in delegato ad causam specialem.si ipse delegauerit alij.nam appellatur ad eum, non ad principé: vt.j.qui pro sua iurisdictione.l.j.in fi.Et est contra regulam generalé. ff. qui & à qb.l.j.§.j. Sed ibi in delegato ab alio:& nó à principe: & ad vniuersitatem causarum.

a *Vdices.* Productos. id est, ꝓcul ductos.

b *Negetur.* & ad hoc j.de cu.re.l.j.&.l.fi.

c *Libellis.*id est panibus à libum libi, vel à liba libæ quod est panis albus & subcinericius: & sic est diminutiuum.& hoc quod dicitur in auctoritate, puer fugitiuus noluit libum à sacerdote accipere.

*Liba quid sit.*

d *Commentarienses.* id est, carcerũ custodes: vt.j.de custo. reo.l. ad commentariésem. Ac.

*Cõmẽtariẽses qui dicuntur.*

e *Decretis.*id est.adsignatis.

f *Alimoniæ.* id est, quæ pauperibus sunt relictæ: cum nulli sint pauperiores istis: vt.s. tit.j.l. si quis ad declinandam.§.vbi autem.

g *Quos.* scilicet incarceratos.

h *Lauacrũ.*vt stuphã.

i *Ordinibus.* eius loci vel ciuitatis.

k *Nec deerit.*id est,nó debebit deesse.

l *Mathematicos.*sic dicti à matheſi penultima producta, quod est diuinare.non à matheſi penultima correpta.Nam scire facit matheſis: sed diuinare matheſis.

*Mathematicus vnde dicitur.*

*Versus.*

m *Sub oculis.* id est,in præsentia. & sic ponitur,sub,pro corã: vt.j. de re. cre.l. generaliter.in fi.princ. ibi, sub ipso iudice &c.

n *Depelli.*id est,expelli.sed certè immo magis puniri:vt.j.de male. & mathe.l. & si ita excepta.cõtra. Sed dic quòd habebant tantũ libros:non autem operabantur in malum: vt in.l.contraria. Accur.

o *Christianos.*id est, episcopos.&hoc habes.j. de postli. reuer.l.fin.& arg. supra, eo.l.j.

p *Aut damnis.* id est, iniuriis.

q *Lenones. Absolui.* Emancipentur filij, manumittãtur ancillæ secundum omnes. & ideo non mutetur hæc interpretatio: vt.ff.de leg.& senatusco.minimè.& expresse habes infra,de spectaculis.lib.xj.l.fin. Sed contra.ff. qui sunt sui vel ali.iu.l. si dominus.vbi dicitur quòd compellitur vendere. Sol. hic corrigitur:vel hic passim prostituit:ibi cum vno vel altero tantum copulauit. Ité no.spéciale vt cõpellatur pater emancipare.sic &.ff.de cõdi.& demõ.si cui.ij. & si quis à pa.ma. fue. l.fi. &.ff. de ado.l. & si pubes. regulariter cõtra:vt instit.qb⁹ mod. ius pa.pote.sol.§.fi.

*Pater quãle doque cogitur emancipare.*

*Decernimus.*] *Cassvs.*Quicunque vult cõuenire œconomum maioris ecclesiæ Cõstantinopolis, agat corã patriarcha si vult: nam & corã præfecto prætorio potest agere. * *Maritus* secunda pars ibi,& sacerdotis. idé dicit qđ lex.s.si qui ex cõsensu. r *Quicunque.*s.actor. f *Quæ.*s.ecclesiæ. t *Et ad.*&,pro,id est. u *Præbiturum.* aliàs, presbyterum, scilicet episcopum. x *Et iudicis.* nã & in epistolis debet, & quia episcopus,& qa iudex.& no. ex hac.l. œconomum debere esse clericũ, alioqui quare diceret archiepiscopũ in eum habere iurisdictioné? & ad idem.ff.quod cuiusque vni. no.l. planè.sed ibi dicit,potest: non dicit,debet.

*Maritus etiam debet esse auctor vxori colẽdi Quicunque.s.actor. di bonos mores:ar. huiꝰ Quæ.s.ecclesiæ. Et ad.&,pro,id est. l.s.c. discretionẽ. iuncta glo. i. in fi. extra de eo qui cog. cõse suæ. an debeat esse clericꝰ.*

y *Episcopale.* id est, archiepiscopale. & facit.s.tit.j.cum clericis. hodie inuitus:vt.s.ti.j. authen.clericus.

z *Antistitem.*id est,episcopum.

a *Ducatur.* nã & præfectum potest eligere actor:vt supra,titu.j.l. cum clericis.&.l. omnes qui.§.j.

b *Inuitus.*quia præfectũ potest eligere. inuit ergo hic,quòd aliàs inuitus agat. & sic est contra.j. vt nemo inuitus agere vel ac. co.l.j. Solu.hic est inuitus: quia aliàs nó potest consequi quod debetur: vt.ff.de separa.l. fi.& sic propriè dicitur inuitus. & sic intellige quòd ducatur inuitus quãdo duos habet iudices.inuitus, quia habet præfectũ prætorio.

c *Nemo.*O pfecte.

d *Togatorũ.*id est, aduocatorum.

e *Mysteriis.*nó est necesse ꝙ sit theologus, vel audiuerit theologiam:sed quòd sit baptizatus, & in se habeat

negotium,transferatur.

*Iudex debet prouidere, ne carcerum custos inhumaniter se habeat erga carceratos: pœna sibi & eius officio imminente,& cura ad episcopum spectante.h.d.Salyce.*

x. Impp. HONOR.& THEODOSIVS.AA. Cæciliano præfecto prætorio.

IVdices dominicis diebus ꝓductos[a] reos de custodia carcerali videant, & interrogent: ne his humanitas clausis per corruptos carcerum custodes negetur.[b] Victualem substantiã non habentibus faciant ministrari,libellis[c] duobus,aut tribus diurnis, vel quot existimauerint commentarienses,[d] decretis:[e] quorũ sumptibus proficiant alimoniæ[f] pauperum. quos[g] ad lauacrũ[h] sub fida custodia duci oportet: multa iudicibus viginti librarum auri, & officiis eorum eiusdem ponderis cõstituta,ordinibus[i] quoque trium librarum auri multa proposita, si saluberrima statuta contempserint. Nec deerit[k] antistitum Christianæ religionis cura laudabilis, quæ ad obseruationem constituti iudicis hãc ingerat monitionem. Dat. VII.Idus Febr.Rauennę,Honorio. VIII. & Theodosio III.AA.Conss.

*Libri improbatæ fidei debent videnti episcopo cõburi: & artem mathematicam exercens (nisi errore dimisso) debet expelli de sacro imperio: intra quod postea repertus,est deportandus.Salycetus.*

xi. Iidem. AA.Cæciliano. PP.

MAthematicos,[l] nisi parati sint,codicibus erroris ꝓprij sub[m] oculis episcoporum incendio concrematis,catholicæ religionis cultui fidem tradere, nunquàm ad errorem primum redituri: non solum vrbe Roma, sed etiam omnibus ciuitatibus depelli[n] decernimus. Quòd si hoc nó fecerint, & cõtra clemẽtiæ nostrę salubre cõstitutum in ciuitatibus fuerint comprehensi, vel secreta erroris sui & professionis insinuauerint: deportationis pœnam excipiant. Dat. Kalend. Febr. Rauen. Honor. VIII. Theodosio.III.AA.Conss.

*Ad curam episcoporum spectat, vt redeuntes à captiuitate nemo iniuriis afficiat.Salycetus.*

xii. Iidem. AA. Theodoro præfecto prætorio.

CHristianos[o] proximorum locorũ volumus sollicitudinẽ gerere,vt Romanos captiuos qui reuersi fuerint, nemo teneat,nemo iniuriis aut[p] dãnis afficiat.Dat.III. Idus Decẽbr. Honorio.VIII.& Theodosio III.AA.Conss.

*Pater vel dominus, qui necessitatẽ peccandi imposuit filiabus vel ancillis earum potestate priuatur.h.d.Salycetus.*

xiii. Impp. THEODO.& VALENTINIA. Florentio præfecto prætorio.

SI lenones*patres & domini suis filiabus vel ancillis peccandi necessitatẽ imposuerint, liceat filiabus & ancillis, episcoporum implorato suffragio, omni miseriarũ necessitate absolui.[q] Dat. Kalẽ. Maij, Felice & Tauro Conss.

*In vrbe Cõstantinopolitana iudex clericorum erat archiepiscopus,vel præfectus,vt actor eligeret.hoc dicit.Salycetus.*

xiiii. Imp. MARTIANVS. A.Constantino. PP.

DEcernimus vt quicũque[r] catholicarum ecclesiarum quæ[s] sub viro religioso archiepiscopo huius almæ vrbis sũt, reuerẽdissimũ œconomũ (siue de ecclesiasticis,siue de ꝓpriis, & ad[t] ipsum solũ pertinẽtibus causis) vel quẽcũq; alterum earundẽ ecclesiarũ clericũ aliqua voluerit lite pulsare: apud memoratũ beatissimũ archiepiscopũ causam dicat, in negotiis audiendis fidẽ ac synceritatem geminã prębiturum,[u] & sacerdotis, & iudicis.[x] volẽtibus tamẽ actoribus pateat episcopale[y] iudiciũ:ac nullus qui huiuscemodi intendit in sacrosanctas ecclesias, vel in prædictos clericos actionem, ad religiosissimum antistitem[z] ducatur[a] inuitus.[b] Dat. VIII.* Aprilis. Varari & Ioanne.Conss.

*Non potest esse aduocatus qui nõ est verus Christianus:& iudex sciẽter hoc passus, & eius officium punitur: & ipse ab officio aduocationis depositus,deportatur.Saly.*

xv. Impp. LEO & ANTHEMIVS.AA.Nicostrato. PP.

2NEmo[c] vel in foro magnitudinis tuæ,vel in ꝓuinciali iudicio,vel apud quemquã iudicem accedat ad togatorũ[d] cõsortium,nisi sacrosanctis catholicæ religionis fuerit imbutus mysteriis.[e] Sin autem ali-



BIU Cujas

alia sacra mysteria Christianitatis,& non sit hæreticus.

a *Attentatum.*punitur affectus. etsi non sequatur effectus: vt & diximus.ĭ.de fur.l.si quis.&.s̈.tit.j.l.si quis non dicam.& de hoc dic vt ibi.

b *Officium.*id est, officialis: vt.s̈.tit.j.l. si quis non dicam. & de hoc dic vt ibi.

c *Sublimitatis.* id est, præfecturæ prætorianæ.Accursius.

d *Idem vero.* scilicet aduocatus.

e *Præstiterit.* sic enim demũ secuto effectu punitur aduocatus: licet in officialib⁹ aliud sit, vt modo dixi.& est ratio,quia grauius punitur,vt hic dicitur.

f *Proscriptionis.*id est, amissionis bonorum: vel alio modo punitur:vt not.s̈. de sacrosan.eccle.l.iij.

g *Hutusmodi.*scilicet quòd aliquis non imbut⁹ sacrosanctis mysteriis aduocauerit.

h *Attentatum.*eis scientibus, & non cõtradicentibus. alioquin si ignorauerant eum hęreticum,non tenẽtur.

i *Dimidiæ.*nũquid ergo ad tẽpus relegatis bona auferuntur? Respon.non: vt.ff. de interdi.& releg.l.relegatorũ.§.ad tẽpus.quæ est contra. Sed hoc est speciale in relegato ꝓpter huiusmodi crimẽ: ita ꝙ intra quinquennium bona adimãtur. Vel non auferũtur per iudicem:sed per legem scriptam sic:vt hic. Ité exilium impropriè dicitur hic:propriè,quãdo in perpetuum fit,dicitur exilium : vt.ff.de pub.iudi.l.ij.& est hæc l. de verbo ad verbum ĭ.de postu.l.nemo.

*Exiliũ ꝓpriè quãdo dicatur.*

SI legibus.]CASVS. Titius desponsauit Bertã per verba de futuro, & dedit arras: & ipsa Berta vel pater eius sciuerunt Titium Paganum, vel propter religionem non iacere in lecto : vnde vult eũ dimittere.certe reddat arras in duplum. aliud si ignorauerit. Secundo dicit idem si sponsa dedit sponso.

k *Post arras.* mulieri datas.

l *Spõsa.* per verba de futuro.

m *Diuersitatẽ.* vel sectæ,vel aliã iustã causam:vt habes de verbo ad verbũ.ĭ. de spõ.l.fi.

n *Probatũ fuerit.* nam præsumitur ignorans:nisi probetur sciens.sic.ĭ.qui mi. non pos. super seruis.lib.xij.&.ff.de proba.l.verius.sed arg.cõtra.ff.de ꝓba.cum de indebito.sed illud in odiũ illius, qui negauit sibi solutum quod erat solutũ.Ité ei quod dicit scientiam parentum filiabus nocere,est cõtra.ff.de iuris & fac.ign.l.iniquissimũ.Solu. nõ obest quia parentes sciunt:sed quia præsumitur eam scire, & quòd pater certiorauit eã:vt.ĭ.de in integ.resti.mi.l.de tutela.& ff.vnde cog.l.octaui. respõso.ij.&.ĭ.de lib.cau.l.si filiũ. Vel dic parentes imputent sibi suã scientiam:filia,suã: quia si parentes sciuerũt,& acceperũt arras, tenentur in duplum.

*Ignorantia præsumitur,nisi scientia ꝓbetur.*

quid quoquo modo,vel quadã etiam machinatione factũ vel attẽtatum[a] fuerit: officiũ[b] quidem sublimitatis[c] tuæ centum librarum auri iacturam pro cõdemnatione sustineat: idẽ[d] vero quicunque ausus fuerit contra prouidũ nostræ serenitatis decretum officiũ aduocationis per surreptionẽ arripere, & ꝓhibitum patrocinium præstiterit:[e] ab aduocationis officio remotus, stylum proscriptionis[f] ac perpetui exilij specialiter sustinebit:sciturisetiã prouinciarum rectoribus quòd is sub cuius administratione aliquid huiusmodi[g] fuerit attentatum,[h] partis bonorum dimidiæ[i] proscriptionem,& pœnã exilij per quinquennium sustinebit.Dat. pridie Kalend. Aug. Constantinop. Anthemio.A.II. Cons.

*Impedimentum stans à principio imputatur scienti,& non ignoranti.Salyce.*

XVI. Iidem. AA. Erythrio. præfecto prætorio.

V. Imp. LEO. A. Erythrio præfecto prætorio.

PRęsenti lege decernim⁹ per omnia loca valitura (excepta hac vrbe regia, in qua nos diuinitate propitia degentes, quoties vsus exegerit inuocati, singulis causis atque personis præsentanea constituta [k] præstamus [l]) nullos penitus cuiuscunque conditionis [m] sint, de sacrosanctis ecclesiis orthodoxæ fidei expelli, [n] aut trahi, † vel protrahi confugas, [o] nec pro his venerabiles episcopos vel religiosos œconomos exigi quæ ab ipsis debeantur: his qui hoc moliri, aut facere, aut nuda saltem cogitatione [p] atque tractatu ausi fuerint tentare, capitali & vltimi supplicij animaduersione plectendis. ℣ Ex his ergo locis, eorúmque finibus, quos [q] anteriorum legum præscripta sanxerunt: nullos expelli aut eiici aliquando patimur: nec in ipsis ecclesiis reuerendis ita quemquam detineri atque cōstringi, vt ei aliquid victualiū [r] rerum, aut vestis negetur, aut requies. ℣ Sed si quidem ipsi refugæ appareant in ecclesia publice, [s] & se in sacris locis offerant quærentibus conuenientibus: [t] ipsis seruata [u] locis reuerentia, iudicum quibus subiacent, sententiis [x] moneantur responsum daturi, quale sibi quisque perspexerit conuenire. ℣ Quòd si in finibus ecclesiasticis latitant: religiosus œconomus, seu defensor ecclesiæ, vel certe quem his negotiis cōmodiorem auctoritas episcopalis elegerit: reconditam latentemq; personam decenter sine vllo incōmodo monitus [y] intra

a *Configi.* id est, cum lancea occidi. Accursius.
b *In concertatione.* sic. j. ad. l. Iul. de vi pub. vel pri. l. quoniam.
c *Nec conflandæ criminationis.* aliàs est in textu conflandi criminis, id est, non accusabitur de crimine homicidij: licet aliàs sicut pro libero, ita pro seruo locum habeat lex Cor. de sica. vt. ff. ad legem Aquill. l. inde Neratius. §. penulti.
d *Enunciamus.* Facit. j. de seditiosis. l. j. &. ij. &. ꝫ. de episc. & cleri. l. cōuenticula. &. ff. de col. illi. l. iij. &. l. qui. &. ff. ad leg. Iul. maie. l. fi.
e *Colligere.* ex particulis. Accursius.
f *Celebrare.* id est, ordinare collectam.
g *Conetur.* scilicet tractare conuenticula, vt irruat in ecclesiam. sic ꝫ. de episco. & cleri. l. si quis in hoc.
h *Quibusdā.* i. qui cōfugerint in ecclesiam. vel id est, congregauerint in ecclesia.
i *Præsidium.* non tamen tumultū & impetum in ecclesiam committere.

*Præsenti.* ]C. AVS. In. vij. partes diuiditur hęc lex. Primo dicitur hęc lex habere locum vbicúq; præterquam Cōstantinop. Secundo dicit ꝙ si liber homo debitor reipub. vel priuatę fugit ad ecclesiā vt solutionē eius non debet extrahi, neq; ecclesia pro eo satisfacere. Tertio, ꝙ nō solū extrahantur inuiti, sed neq; etiā ita male tractentur, neq; impediātur habere quod comedāt. Quarto, ꝙ si creditor propter quē fugit, velit eū conue-
† *Not. bene* nire: aut cōparet, & ci-
*ad hoc* tabitur: aut latitat in-
*allegatur* œconomus eum præ-
quòd si alius habeat sentet vt possit citari à nuncio, & citatus remittere, & spōdebit per se vel per procuratorē. & si nō fa-
*debitet esse* ciat, fiat missio ꝙ mēsu-
*posset adire* ra debiti, & vēditio e-
iudicem, & tiam mobiliū. ꝙ si
*implorare* etiam mobilia sunt, in-
*officium ei⁹* quirātur extra ecclesiā
*vt illum cō-* & intra, vbicúq; sunt,
*pellat ad p-* adeo vt iudex illum a-
*stādum sibi* pud quē bona esse cre-
*securitatem* dūtur, si ea occultauerit, ad iuramentū præ-
*de non offe-* standū adstringet. quin
*rit, ad iura-* & adiicit quòd etiam
*mentū præ-* in fideiussoribus & a-
*stādū. de hoc* liis accessoriis fugien-
*habetur per* tibus ad ecclesiam cum
*Cuil. de Cug.* rebus eorum habēt locum prædicta. Sexto dicit, quòd si quis de
*in. l. illici-* familia mea seruus vel adscriptitius, vel libertus verberatus à
*fi. præsid. se-* me aufugit cum aliquibus rebus ad ecclesiam: aut iusta causa re-
*cūdū. Pau.* cessit: & parum punietur, & domino reddetur. aut iniusta: & tūc
*hic.* reddetur domino iuranti, quòd propter hoc eum non offendet. & hæc cito fiant, ne bona pauperum comedantur, neque do-

minis subtrahantur seruitia. Vltimo mandat, quod œconomi quærant causam propter quam aliquis cōfugiat ad ecclesiā. Vi.
k *Constituta.* id est, ea quæ sunt constituta in hac præsenti lege: vel erimus præsentes, & præstabimus id quod in hac lege præsenti est constitum.
l *Præstamus.* id est, præstabimus: vel id quod nobis videtur. Et dic scilicet præstabim⁹ verbo, non re.
m *Cōditionis,* ergo nec serui. Sed contra. ꝫ. eo. l. si seruus. Solut. ibi armati, hic nō. Vel hic de liberis tantum: vt. j. eod. §. ex his. & secundum hoc liberorū hominum multæ sunt cōditiones: vt instit. de iure per. §. fina. Vel dic tertio, quòd large hic conditio hominis dicitur. q. d. siue miles, siue non: siue diues, siue pauper: siue magnus, siue non. & erit eadem secunda & tertia sol.
n *Expelli.* scilicet per clericos.
o *Cōfugas.* nisi in casi † *aliàs, aut* bus, vt dixi. ꝫ. e. l. fideli. *tradi.*
p *Cogitatione.* Contra ff. de pœnis. l. cogitationis. Solu. hoc priuilegio ecclesiæ vel ad terrorem dictum est. Vel dic, aut pro &, scilicet nuda cogitatione *Cogitatio an.* & tractatu. Vel distin- *sit punienda.*
gue: quia aut est cogitatio adeo nuda vt non transierit in aliquod conamen, & tūc non punitur, vt ibi. Aut transiuit in conamen, licet non venerit ad effectum, & tunc in grauioribꝰ punitur. vt hic, &. j. ad leg. Iu. maie. l. quisquis. &. ff. de extraordi. cog. l. j. &. ꝫ. de episcopis & cleri. l. si quis nō dicam. maxime, quia in maleficiis voluntas cū aliquo actu spectatur, non exitus: vt. ff. ad legē Cor- *Voluntas cū* neliam de sic. l. diuus *aliquo actu* Hadrianus. Et sic le- *spectatur in* go, aut pro &, vt di- *maleficiis,* xi modo. In minori- *non exitus.*
bus autem oportet sequi effectum: vt. ff. quod quisque iur. l. j. in fi. & ad legem Cornel. de fal. l. qui falsam. Et de hac materia plene dic vt not. ff. de fur. l. qui ea mente.
q *Quos.* scilicet fines.
r *Victualium.* missorum de domo sua, vel amicorum, vel etiam

de ecclesia: vt infra eo. §. penulti. Accursius.
s *Publice.* id est, intra septa tamen ecclesiæ. Accursius
t *Conueniendos.* id est, citandos verbo.
u *Seruata.* quia citabitur verbo non re.
x *Sententiis.* commonitoriis, non re.
y *Monitus.* scilicet ab episcopo, vt hoc fiat. Vel dic dictionem,



BIU Cujas

monitus, esse genitiui casus.

a *Præsentet.* volenti monere vel citare.

b *Ciuili.* sed ſ criminali nō poteſt: vt. ff. de pu. iu. l. pe. §. ad crimē.

c *Eius.* ſcilicet fugitiui.

d *Elegerit.* Nota liberum esse per se vel per procuratorem agere vel respōdere: vt. ĵ. de procura. l. fin. &. ff.

† *Sic etiam quis tenetur de iure canonico indicare furē. c. qui cū fure. extra de furtis. Adde ibi de hoc Abba. & Bart. in. ciuile. ĵ. de furtis.*

de iniu. l. sed si vnius. §. idem ait, & si nepoti.

e *Solenniter.* ſcilicet vt caueat iudicatū ſolui, & de defendēdo: vt inſtitu. de ſatisda. §. fi. &. ff. de procura. l. fin. & quòd dominus de calum. iuret. hodie: vt ĵ. de iur. ca. l. ij. §. ſin autem abſuerit.

f *Directo.* id est, deſtinato.

g *Respondere.* Argu. hic, &. ff. de procura. l. non ſolum. in princ. & l. ſed etiam ex his. contra eos, qui dicūt cum procuratore non fieri lit. conteſt. ſicut nec de calum. iurari.

h *Solitus ordo.* non est hic ordo ſeruandus qui ſequitur, vt primo immobiles accipiant, poſtea mobiles, ſed est contra: vt. ff. de re iudi. l. à diuo. §. ij. ſic. ff. de pecu. leg. l. quidam. non enim ordo ſcripturæ ſeruatur: vt. ff. de ſolu. l. nec enim. &. d. l. quidam.

i *Poſsidet.* ſcilicet fugiens ad eccleſiam, immobiles: contra. ff. de re iudi. l. à diuo Pio. §. ij. vbi dicitur, quód res mobiles primo debent aſportari. Dicas, quòd ſi nō ſunt res mobiles, vel etiam nó apparēt, tunc res immobiles aſportari debent, ar. litteræ ſequentis, quòd ſi res.

k *Poſt edictorum.* Citari enim debet trinis edictis: quorū quodlibet continet ſpacium decem dierum: vt patet. ff. de iudi. l. ad peremptorium. cum. ij. ll. ſeq. Accurſius.

l *Admodum.* Hoc referas ad venditionem. nam ſecundum hæc iura fiebat miſsio in omnia bona: ſed venditio ſecundum menſuram declarati debiti: vt ff. ex quib. cau. in poſſ. l. j. &. l. Fulcinius. §. j. &. §. adeo autem. Hodie autem vtrūque ſit pro menſura: vt. ĵ. de bo. au. iu. poſſ. authen. & qui iurat. Sed dominus Ot. hic ſcribit, quòd olim non ſolum miſsio fiebat in omnibus bonis, ſed etiam venditio fiebat olim ante legē iſtam omnium rerum. Vel poteſt dici ſecundū Al. quòd. l. illa, quibus ex cau. in poſſ. ea. l. j. loquitur cum ſit miſsio lit. conteſta. hæc autem cum ante: vt arg. ff. de re. iur. l. non ſolet. Alij dicunt, quòd hic ſit mentio noui iuris, vt fiat miſsio pro mēſura debiti declarati. prima placet. Iterū notāt hic quidā, q̄ ante lit. cōteſt. ferāt definitiua: quod est generale ſecūd. M. & ꝓ eo. ĵ. quo modo & quādo iudi. auth. qui ſemel. &. ff. de iudi. ſi prætor. in prī. &. ĵ. de inge. ma. l. diffamari. &. ĵ. vbi quis de cu. vel cohor. cō. l. fi. &. ĵ. ad Trebel. l. penu. §. cum autē. &. ĵ. vbi de cri. agi oper. auth. qua in prouincia. Sed B. & Io. contra. & poteſt dici hic litē fuiſſe

*Sententia definitiua an poſsit ferri ante litē cōteſtatam.*

fines eccleſiæ, ſi inuenitur, præſentet. a †

*Citatus in eccleſia, poteſt per ſe vel per procuratorem comparere: & ſi non comparet, proceditur contra eum ad primum & ſecundum decretum, & ad eorum inueſtigationem ſecundum iuris ordinē. hoc dicit, vſque ad. §. ſane. Bart.*

Cum autem monitus fuerit in publico priuatóve contractu actione ciuili: b in eius c ſit arbitrio, ſiue per ſe, ſiue (ſi magis elegerit, d) inſtructo ſolēniter e procuratore directo, f in eius iudicis cuius pulſatur ſententiis examine respondere. g Sed ſi hoc facere detrectet, aut differat: iudiciorum legúmque ſolitus h ordo ſeruetur. Itaque ſi res īmobiles poſsidet: i poſt k edictorum ſolennium citationem ex ſententia iudicantis vſque ad modum l debiti, bonorum eius ſiue prędiorum traditio m ſiue venditio celebretur. ℣ Quòd ſi res mobiles habet, n eáſque extra terminos occultat eccleſiæ: ſententia iudicantis, & executoris ſollicitudine perquiſitæ, quocunque loco occultentur erutæ, pro æquitatis tramite, modóque debiti publicis rationibus priuatíſque proficiant. ℣ Sanè ſi intra fines habentur eccleſię, vel apud quemlibet ex clericis abſconditæ ſiue depoſitæ fuiſſe firmātur ſtudio & prouidentia viri reuerentiſsimi œconomi, ſiue defenſoris eccleſiæ diligentia inquiſitæ, hæ quolibet modo ad ſacroſanctam eccleſiam perueníentes, proferantur: vt pari æquitatis ordine, iiſdem ex bonis fiſco vel reipublicæ, ſiue creditoribus, & quibuſcunque iuſtis petitoribus ad modū debiti conſulatur. Sicubi depoſitæ vel commodatæ dicuntur: inquirendi talem volumus eſſe cautelàm, vt ſi ſola ſuſpicione apud aliquem adſerātur abſcōditæ, de ſua etiam conſcientia o † ſatisfacere auctoritate venerabilis antiſtitis iubeatur: adiicientes, quòd ea, quæ de principalibus perſonis decreuimus, in cauſis fideiuſſorum ſiue mādatorum, ſeu rerū p ad eos pertinentium, vel familiarium & ſociorum ſeu participum, & omnino in iiſdem cauſis obnoxiorum perſonis præcipimus obſeruari: ſcilicet ſi ipſos quoque ſecum confugæ intra eccleſiarum terminos habere voluerint: vt eorum quoque bonis publica debita priuatáque ſoluantur: & per q eos rerum, vbicunq; depoſitæ ſunt, procedat inquiſitio. Et hęc quidē de ingenuis liberíſque perſonis. Sanè ſi ſeruus, aut colonus, vel adſcriptitius, familiaris † ſiue libertus, & huiuſmodi aliqua perſona domeſtica, r vel conditioni ſubdita, conquaſſatis rebus certis atque ſubtractis, aut ſeipſum furatus, f ad ſacroſancta t ſe loca contulerit: ſtatim à religioſis u œconomis ſiue defenſoribus, vbi primum hoc ſcire potuerint, per eos videlicet, ad quos hoc pertinet, ipſis præſentibus, pro eccleſiaſtica diſciplina, & qualitate cōmiſſi, aut vltione competenti, x aut interceſsione y humaniſsima z procedente, remiſsione veniæ, & ſacramenti interuentione a ſecuri, ad locum ſtatúmque proprium reuertantur: rebus, quas ſecum habuerint, reformādis. b diutius enim eos in eccleſiis nō conuenit morari: ne patro-

A conteſtatam priuſquam fugeret ad eccleſiam. & pro eis. ĵ. de tēp. ap. l. fi. §. antepe. Cū ergo ſit ibi ſpeciale, ergo oportet hic eſſe cō mune ius: vt. ff. ad muni. l. j. & quod dicit, vbi quis de cu. vel cohor. est ſpeciale. & eodé modo ad illam, qua in prouincia. & est hæc alia ſolutio. Præterea hæc non est definitiua, ſed interlocutoria ex qua ſit miſsio & véditio: vt. ĵ. de bo. author. iu. poſſ. l. pe. & est hæc vera.

m *Traditio.* id est, in poſſeſsionem miſsio.

n *Mobiles habet.* ſcilicet fugiens ad eccleſiā.

o *Conſcientia.* Nota quem ſe debere per ſacramétum purgare: vt hic, &. ĵ. de pœna iudi. qui ma. iudi. authenti. nouo. &. ĵ. de re. cred. l. iij. & de vſur. eos. §. fi. &. ff. de incē. rui. nau. l. j. §. j. &. §. ſi ſuſpicio. & de eden. l. prætor. §. ij. &. ĵ. de excu. tut. l. ſi. & de bonis autho. iud. poſſ. l. fi. in fin. & de iur. do. l. fin. §. penul. & de fide inſtrumen. l. fi. & de iur. del. b. l. ſcimꝰ. §. licentia danda. &. ff. de pub. iudi. l. is qui. & ĵ. de procur. l. reum. & ĵ. quando & qui. quarta pars. l. ij. lib. x. & ex his legibꝰ ſacramētū de latū referri nó poteſt.

† *Conſcientia.* *i. per ſacramētum. glo. c. vl. ſuper verbo. ſanouo. ſa. extra de iureiur. dicit per hunc text. quòd vbi lex dicit non tenet ſacramentum, ibi hanc legem locum habere. latio. iuramenti.*

p *Rerum.* ſcilicet inquiſitione.

† *Quia poteſt retrahi ꝓpter fauorem libertatem. cōcor. cauſæ. nuāte. cum glo. ſuper verbo, cōſeruit. in ſua oſſi. dicit. glo. ſuperior bo de fauor. lia. an. c. in literis. de literis. ſti. quæ remittit ad hūc text. qui dicuntur ſa miliares.*

q *Per eos.* ſ. defenſores & œconomos.

r *Domeſtica.* Hic aſſignantur quædam domeſticæ perſonę: vt. ff. de fur. ſi libertus. & de pœ. l. reſpiciendum. §. domeſtica. &. ĵ. de queſtio. pridem placuit. Item vxor viro & eccō tra ſunt domeſtici. arg. ĵ. de re mili. l. quicunque. lib. xij. &. ff. de ædil. edi. ædiles etiam. §. ſi. qua re familiæ. &. ff. de relig. l. familiaria. & ad Syll. l. j. §. ſi vi. Arg. contra. ĵ. de quæſt. l. iij. & proſunt hęc ad id quod habet. ĵ. de teſtib. l. etiā.

f *Furatus.* hoc nō refertur ad libertum, cū ſit liber.

t *Sacroſancta.* nō ſui, ſed potius domini ſæuitia, ſcilicet parua: & ſic non debuit fugere. Si autem magna domini ſæuitia: tunc dic vt inſtitu. de his, qui ſunt ſui iur. §. fin. & ſic non obſt. ſ. eod. l. ſi ſeruus. Item facit. ĵ. de ſer. fugi. l. j.

u *Religioſis.* intercedente interceſsione humaniſsima dico, quod est. ĵ.

x *Competenti.* vbi friuola de cauſa receſsit.

y *Interceſsione.* quam fecit œconomus & defenſor.

z *Humaniſsima.* vbi iuſta cauſa aufugit, & ſic non deliquerat ſeruus.

a *Interuentione.* iurabit enim dominus, quòd eum non lædet ob hoc. ſic & in auth. de monachis. §. ij. colla. j. & de ſan. epiſ. §. ſi quis autem ad monaſticam. col. ix. Et ſunt hic argumen. quòd iuret vir, quòd non lædet vxorem, cum eam repetit. & de hoc extra vt lit. non conteſt. c. j.

b *Reformandis.* domino & patrono. Accurſius.

*Paupertum.*

BIU Cujas

a *Pauperum.* Nã res clericorũ, pauperũm sunt: vt. ẽ. de episc. & cle. l. ij. Et plene dic de cõfugientibus: quia aut seruus confugit, aut liber. Primo casu aut propter domini sæuitiam, & tunc serua: vt insti. de his, qui sunt sui vel alie. iur. §. fi. aut propter delictum magnum serui, & tunc serua. ẽ. eo. si seruus. aut propter paupertatem vel nullum, & tunc serua qđ hic. §. pen. dicitur. Et hoc inquirat prælatus vel episcop⁹, vt in fi. hui⁹. l. Si liber, aut nõ Christianus, & tũc serua. ẽ. eod. l. ij. si Christianus, tũc habet triginta dies: vt aut extra ecclesiã respondeat securitate renunciata: aut intra eã nõ renunciata: vt in authen. de man. prin. §. sed neque post spacium. serua, quod dicitur. ẽ. ea. l. §. cũ autem monitus. sed hoc fallit in casibus: vt

a *Adde qđ* dixi. ẽ. eo. l. ij.

*nõ solũ ecclesia conseruata, sed etiã nondũ cõsecrata in qua diuina officia celebrãtur, gaudet hac immunitate. c. pe. extra de immu. eccle. iunc. ibi glo. ã.*

nis seu dominis per ipsorũ absentiã obsequia iusta denegentur, & ipsi per incõmodũ ecclesiæ egentium & pauperũ[a] alãtur expensis. Inter hæc autem quę sedulo ad religiosi œconomi siue defensoris ecclesiæ sollicitudinẽ curamq́; respiciunt: erit etiam illud obseruandũ, vt singulorum intra ecclesias confugientium personas causasq́; incessanter conquirant: [b] deinde iudices vel eos ad quos causæ & personæ pertinẽt, instãtius instruãt, [c] & æquitati cõueniẽtia diligẽti⁹ exequant. Dat. pri. Kal. Mar. Leone. A. iij. Cos.

**Græca constitutio.*

*TITVLVS. XIII.*

## DE HIS, QVI IN ECclesiis manumittuntur.

*Minor. 25. annis coram antistite & plebe potest seruum suum manumittere scriptura interueniente. Salycetus.*

1. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Protogenem episcopum.

IAmdudũ placuit, vt in ecclesia catholica libertatẽ domini[d] suis famulis præstare possint, si sub aspectu plebis[e] ad sistẽtib⁹ Christianorũ antistitib⁹[f] id faciãt: [g] vt propter facti memoriã vice actorũ interponat̃ qualiscũque scriptura, in qua[h] ipsi[i] vice[k] testiũ signent. [l] Vnde à vobis[m] quoq; ipsis nõ immerito dãdæ & relinquẽdæ sũt libertates quo quisq; vestrũ pacto[n] voluerit, dũmodo vestræ volũtatis euidẽs appareat testimoniũ. [o] Dat. VI. Id. Iunias. Sabino & Rufino Conss.

*Clericis permittitur inter viuos & in vltima voluntate seruos suos manumittere, & plenam libertatem consequuntur. Salyce.*

II. Idem. A. Osio.

QVi religiosa[p] mẽte in ecclesiæ gremio seruis suis meritam[q] cõcesserint libertatem, [r] eandẽ eo iure donasse videantur, quo ciuitas Romana solennitatibus decursis [s] dari consueuit. Sed hoc duntaxat his, [t] qui sub aspectu antistitum dederint, placuit relaxari. [u] Clericis autẽ amplius cõcedimus, vt cum suis famulis tribuunt libertatẽ, non solum in cõspectu ecclesię ac religiosi populi plenũ[x] fructũ libertatis cõcessisse dicantur, verũetiam cũ postremo iudicio dederint libertates, seu quibuslibet verbis dari pręceperint: ita vt ex die publicatæ voluntatis sine aliquo iuris teste vel interprete competat directa libertas. Dat. Kalend. Mart.

*TITVLVS XIIII.*

## DE LEGIBVS ET CONstitutionibus principum, & edictis.

*Iudex non debet recedere à iure scripto propter æquitatem non scriptam, nisi auctoritate principis ad quẽ hoc pertinet. s. limitare ius scriptum. h. d. secundũ primam lecturam, quæ est vera: & eam tenent. Bart. Paul. de cast. & Saly.*

1. Imp. CONSTANTINVS. A. Basso præfecto vrbi.

INter æquitatem[y] † iusque[z] interpositã interpretationẽ nobis solis [a] & oportet & licet inspicere. Dat. III. Non. Decẽb. Sabino & Rufino Conss.

*Priuilegia nõ faciũt ius generale: sed in suis terminis sũt seruãda. Subreptitia inter*

x *Plenum.* id est, plenam libertatem, & erat in clericis speciale. hodie commune ius est: vt insti. de liberti. §. fi. & in corpore authenticorum: vt liber. de cætero. §. fin.

*DE LEGIBVS ET CONSTITVTIONIBVS &c.*

*Supra de religiõe quæ ad fidẽ & ecclesiã pertinẽt, nũc de ea quæ ad leges sacras: vt. j. e. leges sacratissimæ. Vel sic: Supra de diuinis sacris dictũ est: nũc de humanis sacris ponit. nã leges sacræ sũt: vt j. eo. l. leges sacrat. Azo.*

y INter æquitatẽ. Cũ dubium sit, an ius scriptũ & strictũ sit æquũ: & si nõ est, quis faciat ius sup ea æquitate? Rñdet Imperator, nobis solis licet ĩspicere.

z *Iusq́.* s. scriptũ. & pone casũ in iure scripto & stricto, & æquitate nõ scripta: vt. ff. qui & à quib⁹. ꝓspexit. &. ff. mã. inter causas. §. non omnia. & inst. de le. Fu. Ca. tol. &. ff. ad Tertul. l. j. §. qui operas. & in his legib⁹ est æquitas nõ scripta iuri scripto & stricto contraria. [b] Iteꝝ quãdoq; latiꝰ ponit æquitas quã ius scriptũ: vt. j. ad Maced. *lnc.* l. pe. quãdoq; strictius: vt. ff. ad Maced. sed Julian⁹. §. mutui. [c] Et dic de interpositã. i. interpositã à nobis solis. i. nõ nẽdã à nobis licet eã inspicere. Vel dic interpositã ꝓp prie. s. in suis iustitiæ finibus. & huic intelle l. placuit. quia ibi loquisit de æquitate scripta.

*b Clo. sequi tur Pau.*

*c Nihil est interpositũ. Pau. dic ergo quòd illæ leges loquũtur de æquitate scripta. Vel dic interpositã ꝓp aliã modo ĩ iure stricto legẽ. & ita nõ scripto, & æquitate nõ scripta, vt ĩmo nacho an possit succedere ĩ feudũ rigore iuris sicut in aliis bonis patris: vt. ẽ. de epi. & clericis. deo nobis. rigore æquitatis nõ. Et expone, interpositã, vt prius. Iteꝝ ante scripta, & iure scripto: vt. j. de furtis. si quis seruo. & instit. de lege Fu. Ca. tol. §. j. &. ff. ad Tertul. l. j. §. qui operas. Et quoque interposita proprie ponitur. & nobis. i. à nobis solis oportet & licet inspicere. s. oẽs. & sic cõcordat. d. l. j. de iudi. placuit. Iteꝝ in eo, quilibet iudex facit legẽ trahẽdo de similib⁹ ad similia. Sed dic ex hac. l. ꝙ illa interpretatio nõ est generalis, sed causa illius tãtũ, cũ res sumpta inter alios acta, &c. vt. j. res inter alios, &c. Sed hęc interpretatio ista solũ necessaria est, generalis, & probabilis, & in scriptis redigenda: dotoris autẽ tantum probabilis: vt. j. de profes. qui in vrbe Constantinop. l. j. lib. xij. nã nemo est adstrictus stare verbis magistri: vt. j. de profes. l. j. lib. x. Necessaria tantũ vt iudicis in vna causa, quæ etiam in scriptis est redigenda. Generalis tantum & non in tiplex: & scriptis, vt consuetudo: vt. ff. e. l. non possunt. &. l. nam vt ait. & l. si de interpretatione. Iteꝝ cõtra. ff. eo. non ambigitur. &. ff. à qui. stãdũ est. ap. nõ licet. l. j. §. fi. & insti. de iur. natu. §. lex est. &. j. de offic. prefecti præto. l. formã. Respondetur: isti faciunt auctoritate principis: vt. j. eod. l. si imperialis. in fi.*

*Interpretatio tio dicitur tio displicet Pau.*

*Concordat*

*pcedat. quæ verba (nulli ꝙ dicit, soli principi licere, est cõtra. ff. e. l. nõ possunt. vbi etiam dubiũ) sunt*

*ex hac. l. non omni*

*standũ est.*

a *Solis.* sed nonne consuetudo potest interpretari: vt. ff. de legi. & consti. l. si de interpretatione. Et prętera nonne senatus potest interpretari? Distingue. quædam est interpretatio generalis &



FACULTÉ DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHEQUE

BIU Cujas

lis & necessaria,& in scriptis redigenda : & ista soli imperatori competit.Quædam est generalis & necessaria,& in scriptis non redigenda, quæ competit consuetudini. Alia nec generalis nec necessaria,nec in scriptis redigenda,& ista neminé ligat.Ad hoc autē, quod dicitur,quòd senatus potest interpretari, dicas quòd hæc dictio, solus, non excludit populum Romanum.

QVæ.] CASVS. Imperator concessit priuilegiū cuidā priuato vel corpori vel collegio. quæritur, an trahitur ad alias personas vel res? Resp.quòd nō.Secūdo prohibet ea retractari ab aliquo per rescriptū, & pœnā infamię retractanti īponit. Tertio punit iudicem permittentē aliquid retractare. Viuia. Nota ex hoc text. ꝙ priuilegium à principe cōcessum non potest ab aliquo reuocari,nec in contrariū impetrari secundū Bald. Item not. contra iudices qui audiunt allegationes cōtra priuilegia principū. nam temere allegātibus debent imponere silentium : aliàs puniuntur,vt hic.Bald.

† *aliàs,vel per consultationem.*

a *Quæ ex relationibus.* Relatio enim absentis, suggestio præsentis:vel relatio in scriptis, suggestio sine scriptis:vel relatio simplex,suggestio consulendo. & pone in rege scribente principi pro marchione lancea, quòd daret ei quoddam castrum, quia bene seruierat.

*Relatio quid sit.*

*Suggestio quid sit.*

b *Consultatione.* partis, vel etiam alicuius iudicis an auferat castrū tali militi qui multū seruierat principi : & imperator per priuilegium concedit, & non auferri præcipit.

c *Procerum.*id est, cōsiliariorum.

d *Statuimus.*immo statutum in communi auditorio est ius generale:vt.ï.eod.l. si imperialis. quæ est contra. Solu.hic in priuilegiis, [a] vel ibi præsentibus partibus & cognitionaliter,hic vna tantū præsente.& quod dicit, introducto negotio.scilicet ab vna parte.

[a] *Solue ali ter secundū Bal.& dic quòd ibi loquitur in sententia definitiua inter dispositiua vel declaratiua. hic in interlocutoria se cundum P.*

e *Corporibus.*scilicet monachorum vel mercatorum.

f *Aut legatis.*scilicet Romanorum.

g *Prouinciæ.*vt Antiochiæ:vt.ï.de decur.l.eos.lib.x.

h *Ciuitati.*vt metropoli:vt.ï.de metro.l.j.lib.xj.

i *Vel curiæ.*id est,ordini decurionum.

[b] *Ista solutio est bona ad ambo cō trariā præcedentia. cūdū Pau. de cast.*

k *Nec generalia iura.* Non ergo decretales,quæ omnes epistolæ generales sunt:vt videtur.Sed contra est:vt.xx.dist.c.j.& plus valent etiam quàm expositiones sanctorū patrum:vt ea. dis.c.ij. Item huic contra.ï.de nouo codi.faci.circa fi.sed ibi de his quæ sunt in iuris corpore clausæ, [b] hic nō sic:vt &.ï.l.proxi.in fi.Itē cōtra.ï.quæ sit lō.cōsue.l.fi.in fi.sed expone ibi, perpetuæ.i. sine præfinitione tēporis: [c] vt.ï.de diuer.re.falso.non autē perpetuæ, ter aliàs non.Item contra.ff.quod quisq; iuris.l.j. sed ibi non exgue,postulatio facta fuerit,necne:vt in.l.iij.illius tituli.

*Solue ali ter secundū Bal.& dic quòd ibi loquitur in sententia definitiua inter dispositiua vel declaratiua. hic in interlocutoria se cundum P.*

*Ista solutio est bona ad ambo cō trariā præcedentia.*

[c] *Ista sequi tur Bal.hic.*

[d] *Dic aliter quòd loqui-*

*pretatio non valet, & puniuntur iudices qui referunt principi vbi referri non debet. Bald.Vel sic : Specialiter & in priuilegiū concessa non sunt extendenda, nec per rescriptum retractantur : quinimmo impetrans præter annulationem rescripti notatur infamia, & iudex illud rescriptum admittens, vel principi referēs punitur.Saly.*

II.Imp. THEOD.A.&VALENTIN.Cæsar ad Senatum.

QVæ [a] ex relationibus vel suggestionibus iudicātiū, vel cōsultatione [h] † in commune florentissimorū sacri nostri palatij procerum [c] auditoriū introducto negotio statuimus, [d] vel quibuslibet corporibus, [e] aut legatis, [f] aut prouinciæ, [g] vel ciuitati, [h] vel curiæ [i] donauim⁹:nec generalia [k] iura sint, sed leges faciant his duntaxat negotiis [l] atque personis,pro quibus fuerint promulgata, nec ab aliquo retractentur:notam [m] infamiæ subituro eo, qui vel astutè [n] ea interpretari voluerit,vel impetrato impugnare rescripto, [o] nec habituro fructum per surreptionem eliciti: [p] ¶Et iudice, si dissimulauerit, vel vlterius litigantem audierit,vel aliquid allegandū admiserit, & sub quodam ambiguitatis colore ad nos retulerit, [q] triginta [r] librarum auri cō demnatione plectendo. Dat. VIII.Idus Nouemb. Theodosio.A.XI.& Valentiniano Cæsare Conss.

*Leges generales debent ab omnibus obseruari,& censentur generales ex quinque vel sex signis hic positis.Bald.Vel sic:Si leges extra corp⁹ iuris positæ aliquo de quinque signis hic positis sint roboratæ, vt generales sunt seruandæ. Interlocutio principis non est extendenda,sicut nec in priuilegiū*

[a] *Negotiis.*non ergo perducentur ad consequentiam:vt insti.de iur.na.§.sed & quod principi.&.ff.de consti.prin.l.j.in fi.

[m] *Notam infamiæ.*ipso iure,vel per sententiam.

[n] *Astutè.*id est,malitiosè.

[o] *Rescripto.* scilicet quia velit aliud rescriptum contra primū impetrare.

[p] *Eliciti.*ſ. rescripti.

[q] *Retulerit.*prohibetur ergo relatio : & sic est contrà vt in authē. de iud.§.fi.colla. vj. & distingue vt dicetur.ï.de rela.l.j.

[r] *Triginta.*contra. ï. de sacrosan.eccle.l.pla cet.&.ï. de episcop. & cleri.si ecclesiæ.ibi enī aliæ pœnæ imponuntur. Sed ibi alia priuilegia fuerunt violata, hic alia. Vel hic iudices violauerunt, ibi alij.Accursius.

*tur in cōcessione quæ continet iniquum. lias si esset facta ad p stulationem alterius, sed quereue cō tra eū secū de iud.§.fi.colla. vj. & dū Pau. & distingue vt dicetur.ï. Bal.hic. † aliàs,nisi pit hac lex Vt leges.*

ſ *Leges.*ï.de singularibus legibus obseruandis dixit:nūc de generalibus. & ponit signa generalitatis.

t *Vt.*id est,tanquam. † *Contra.*

u *In posterum.* vt inhibita declinent, &c. *inter cōvas.sim.ï.ē vt.ï.eo. leges sacratissimæ. gl.vlt.de scrip.& ꝛ.*

x *Cœtum.* scilicet senatorum:vt.ï.de cadu. tollen.l.j.in fi.&. ff. de rebus eo.l.j. *n causis de reg. iur.*

y *Edicti.* id est, hac edictali:vt.ï. de secun. nup.l.hac edictali.

z *Precatio.*inter præsentes.

a *Relatio.* inter absentes.

b *Programmatibus.* i. scripturis publicè procedētibus:vt habes fere in omni constitutione. *Progra quid sit*

c *Diuulgari.*repete,satis est.Accur.

d *Continere.*id est, generalitas in eis.

e *Quòd.* id est, quia: vel,quando.

f *Fata.*id est,fines.alias,facta.

g *Edicti.* hoc si non est in corpore : aliàs est generalis etiam sine his:vt.ï.de no. co. facien. in fine.

h *Præiudicantibus.* vt &. ff. ad legem Falcid.l.j.§. si cohæredis. Sed contra. [e] ï.eod.l. fi. Solu. ibi à capite vsque ad finem audiuit princeps negotium, hic non. Vel ibi definitiuè, hic interloquendo. Item contra.ff.quod metus cau.l.metum.§. sed quod prætor.in fi.sed illa est recepta in corpore iuris,hæc de his,quæ non sunt receptæ.Vel solue vt ibi.Item contra.ï.de consti.pecu.l.fin.&.ff.de iuris & fac.igno.l.penul.§.fin.sed ibi de his quæ sunt receptæ in corpore iuris : vt.ï.ead.l.in princip. hic de his quæ non sunt.

[e] *Cl.sentitur Bal.*

i *Generalitatis.* repete,nec.

k *Digna vox.*Ponit casum, & eius rationē & cōmendationem,& exemplum.Sed quomodo est digna vox, cū sit falsum:vt.ff.e.princeps.&.ff.de leg.iij.ex imperfecto. & in auth. de consulibus.§.fin.col.iiij.&.ï.de testa.l.ex imperfecto? Respō. digna est si dicat se velle, non ꝙ sit : vt insti. qui.mo.testa.infr. §.fi.& in præalleg.l.ex imperfecto. f Alij dicunt, quòd hic permittitur mentiri: vt insti.de act.§.aliæ.quod non placet.

*f Licet prīceps in veritate sit so lus⁹ legib⁹:*

l *Adeo.*hoc est,tātum de auctoritate iuris nostra pendet auctoritas.i.imperium,adeo vt digna vox sit maiestate regnantis.

*De auctoritate.*

*Princeps debet viuere secundum leges: quia ex lege eius pendet auctoritas. Bald. Vel sic:De debito honestatis princeps legibus est subiectus.Et paribus licet indicare, non imperare.Salycetus.*

III.Iidem.AA.ad Senatum.

LEges [f] vt [t] † generales ab omnibus æquabiliter in posterū [u] obseruentur, quæ vel missæ à nobis ad venerabilem cœtū [x] oratione cōduntur, vel inserto edicti [y] vocabulo nuncupantur : siue eas nobis spontaneus mot⁹ ingesserit, siue precatio, [z] siue relatio, [a] vel lis mota, legis occasionem postulauerit.Nā satis est edicti eas nūcupatione censeri, vel per omnes populos iudicū programmatibus [b] diuulgari: [c] vel expressius continere, [d] quòd [e] principes censuerint ea, quæ in certis negotiis statuta sunt,similium† quoq; causarum fata [f] componere. ¶Sed & si generalis lex vocata est, vel ad omnes iussa est pertinere,vim obtineat edicti: [g] interlocutionibus quas in vno negotio iudicantes protulimus, vel postea proferemus, non in cōmune præiudicantibus : [h] nec his quæ specialiter quibusdam concessa sunt ciuitatibus,vel prouinciis, vel corporibus,ad generalitatis [i] obseruantiā pertinētibus.Dat.VIII. Id.Nouēb. Rauennæ, Theodosio.A.XII.& Valentiniano. A.ij.Conss.

IIII.Iidē.AA.ad Volusianū pręf.pt.

DIgna vox [k] est maiestate regnantis,legibus alligatum se principem profiteri. Adeo [l]

BIU Cujas

*si tamen fecerit pactū cum aliqua ciuitate, debet illud seruare: quia pacta sunt de iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. quæ sunt immutabilia. §. pe. instit. de iure na. gē. ita dicit Bart. hic post Cy.*

a *De auctoritate.* hæc est ratio primi dicti. & quod dicit, iuris, sci licet legis regiæ, quæ est de imperio transferendo de populo in principem: vt instit. de iure nat. §. sed & quod principi. &. j. de vete. iu. enu. l. j. §. hoc etiam.

b *Principatum.* sub. quàm leges principatui siue imperio. q. d. maior est honor, & maior est cõuenientia, cũ imperium sit de fortuna. vnde dicitur: Si fortuna volet, fies de rhetore consul. Si volet hæc eadem, fies de cõsule rhetor. at leges sũt diuino nutu prolatæ: vt. j. de præscrip. lon. tem. l. fi. & sic immutabiles.

c *Et oraculo.* id est, exẽplo. & quod dicit, edictali id est, huius generalis. l. aliàs ponitur edictũ pro edicto prętoris. Vel potest dici, quòd oraculum est, quod ad orationem alicuius vel preces cõcessum est. vel oraculum est diuina voluntas ore hominis declarata: vt. j. de præscrip. lon. temp. l. fi. in fi.

† *Concor. c. fi. de re. iur. lib. 6.*

d *Quod.* scilicet solutos esse legibus.

e *Indicamus.* scilicet successori nostro, & non dicit præcipimus, quia par in parem non habet imperiũ: vt. ff. de arbi. l. nam & magistratus. & ad Trebel. l. ille à quo. §. tempestiuum.

*Par in parẽ non habet imperium.*

f *Non dubium est.* Ista lex est multum nota. secundũ Bar. Pau. de cast. & Iasonẽ hic: quia multæ leges & eius materię cõcurrunt in ipsa, & in ea examinantur materiæ infinitarũ legum. Ad euidentiã igitur præmitte, quòd habemus tres terminos, scilicet facere contra legem, committere in legẽ, & facere fraudem legi. Nã facere cõtra legem, est quando quis facit de directo cõtra verba & mentem legis, vt in hoc exemplo. Lex prohibet minorem alienare res immobiles sine auctoritate tutoris, & decreto iudicis. si ergo minor alienaret sine ista solẽnitate, dicitur facere contra legem. Facere fraudem legi, est quando quis nõ venit contra verba. l. sed contra mentem, immo verba legis obseruat. exemplum: Lex prohibet ne pecunia numerata mutuetur filiofa. aliquis non mutuat pecuniam, sed fructũ vel aliam rem vt postea filiusfamiliàs vendat, & pecuniam habeat. Iste non facit contra verba. l. sed contra mẽtem: ideo fraudẽ. l. facit: vt. l. sed & Iulianus. §. mutui. ff. ad Macedo. Committere vero in legem, est terminus generalis ad duo supradicta. siue enim directo faciat cõtra. l. siue faciat cõtra solam mẽtem: vtroque casu dicitur cõmittere in legẽ. & de hoc proprie loquitur lex ista. quam diuide in quinque partes, quia primo ponitur dictum. Secundo, effectus dicti. Tertio, declaratio effectus. Quarto, quædã extensio. Quinto, conditio generalis. secunda ibi, nec pœnas. tertia ibi, nullum enim. quarta ibi, quod ad omnes. quinta ibi, sed in prædictam. secundum Bald. & Ia. Istis præmissis casus in terminis talis est. Quidam seruauit verba legis, & non mẽtem. quæritur an legem offendat, & facit contra legem? Respon. quòd sic. &. h. d. prima pars. Sed instatur, quis est effectus huius dicti? Respon. quia talis offendens mentem legis pœnas legales euitare non poterit. hoc secundo. Instatur tertio, quæ sunt istæ tres pœnæ? Respondet & dicit, quòd pœna est quia nullum pactum, nulla conuentio, nullus contractus factus contra mentem legis valet. & hoc extenditur ad leges antiquas & nouas. Nã eo ipso, quòd aliquid prohibetur, videtur habere tacitam clausulã derogatoriã & annullatoriam eius quod fit, & etiã eius, quod sequitur ex eo vel ob id. & concludit imperator ex prædictis quandã regulam, quòd nec stipulatio, nec mandatum, nec iuramẽtum tenet ex his quæ sunt reprobata per legem vel mentem legis. h. d. secundum. Bal.

*Facere cõtra legem.*

*Facere fraudem legi.*

*Committere in legem.*

*Diuisio.*

f *Non dubium est.* Hæc lex assignat duos modos quibus facit quis contra legem, vel committit in legem. Primus quando quis facit in fraudem, vt patet. j. quod me. cau. l. pe. Secundus quando quis facit contra legem: quod dic per exempla quando lex aliquid prohibet. non autem vltra progreditur circa annihilãdum

de auctoritate[a] iuris nostra pẽdet auctoritas: & reuera maius imperio est submittere legibus principatum. [b] ℣ Et oraculo[c] præsentis edicti, quod[d] nobis licere nõ patimur, aliis indicamus. [e] Dat. III. Id. Iun. Rauennę, Florẽtio & Dionysio Coss.

*In pœnas legis incidit, qui facit contra mentẽ legis seruãs verba, sicut qui facit cõtra mentem & verba. Quod fit contra legem vel in fraudem legis, ipso iure nõ valet, nec confirmatur iuramento: nec etiã valet quicquid sequitur ex eo vel ob id. h. d. Vel sic: Facere contra legem, vel in fraudẽ legis, parificantur quantum ad pœnas legales. h. d. secundum Ia. Butri.*

v. Iidem. A A. Florentio præfecto prætorio.

NOn dubium est[f] in legem committere eum, qui verba legis amplexus, [g] contra legis nititur voluntatẽ. † Nec pœnas insertas legib' euitabit, qui se contra iuris sententiam sæua prærogatiua verborũ fraudulenter excusat. Nullum enim[h] pactum, nullam[i] conuentionẽ, nullum[k] contractum inter eos videri volumus subsecutũ, qui cõtrahunt lege cõtrahere prohibente. ℣ Quod ad omnes etiã legum interpretationes tã veteres[l] quàm nouellas[m] trahi generaliter imperamus: vt legislatori, quod fieri nõ vult, tantum prohibuisse sufficiat: cæteraque quasi expressa ex legis liceatvoluntate colligere: hoc est vt ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis[n] etiam habeantur: † licet legislator fieri prohibuerit tãtum, nec specialiter dixerit inutile esse debere, quod factũ est. ℣ Sed etsi quid fuerit subsecutum ex eo, [o] † vel ob id, [p] quod interdicente lege

g *Amplexus.* id est, circũplectens, adeo vt à verbis[a] tanquã Iudæus recedere nolit. immutatur enim quandoque eorum significatio: vt. ff. quẽadmo. vsufr. ca. l. iij. §. desine. re. & ff. de aqua coti. & j. de ser. fu. æsti. l. j. §. quęsitum. Itẽ vbicunque ponitur actio pro accusatione, & econtra: vt in auth. de san. episco. §. si quis autem pro pecuniaria. col. ix. & ff. de sepul. vi. l. iij. §. fi. Item, vbicunque, verbum generaliter positum, restringitur: vt. ff. de calum. l. in hæredẽ. & l. hæc actio. Quãdoque ecõtra extenditur verbum legis: vt instit. de re. diui. §. appellatione. & ff. de iurisdi. om. iu. l. si quis id. §. fi. Sic ergo non licet mentem offendere, siue eadem sit cum sensu verborũ, sicue non. Sed an verba † legis tantum liceat offendere, licet mens vel æquitas sit in contrariũ? P. dixit, quòd nõ: † Et sic prẽ vt. ff. qui & à qui. l. principali cassepxit. & de testa. mi. l. quod constitutum. & de exer. l. j. §. si is. & qui petant tu. l. creden-dum. Sed Io. contra: vt. ff. de iure pa. l. adigere. §. quãuis. & totum illud generale, sensum non verba spectari: vt. ff. de adimen. leg. l. iij. §. conditio. & ff. quod cum eo. l. si filiusfa. & de in ius vocan. l. quãuis. Tu dic si patet alia mens, & est redacta in scriptis, tunc dic quot modis fiat fraus legi, vt dixi. ff. e. l. contra.

*Legis verba an possint offendi mẽte seruata.*

† *Cõcor. ca. quæ contra ius. de reg. iu. lib. 6.*

*Et sic prẽcipali cassato, omnia quæ ex eo sequuntur, cassantur. & cõcor. c. nihil est. in glo. fi. post prin. ibi. sed pone. extra de elec.*

h *Nullum enim pactum.* s. ad excipiendum. vel dic, expressum.

i *Nullam conuentionem.* ad agendum. Vel dic tacitam. Vel dic pro eodem poni.

k *Nullum contractum.* vbi hincinde contrahitur obligatio: vt. ff. de verb. signi. l. Labeo. ij.

l *Quod ad omnes veteres.* vt Digesta.

m *Nouellas.* vt Codex.

n *Pro infectis.* opponitur de maleficiis. sed hic loquitur in his quæ de iure sortiuntur effectum: vt pacta & similia. Item opponitur de his, quæ non debent fieri, facta tamen tenent: vt. ff. quã-do ap. sit. l. j. §. biduum. sed illud non est contra legem, sed præter legem. lex enim non resistit, sed adsistit. Item opponitur de his quæ etiam postea confirmantur: vt. j. de contracti. iu. l. j. &. j. de nup. & si contra. sed ea sunt prohibita fieri vel inchoari, non confirmari. Item opponitur de his quæ inutilia sunt per exceptionem: vt in Macedoniano, & Vell. & dolo, & metu. Respon. perinde est ac si ipso iure sint inutilia quoad effectum: vt. ff. de regu. iur. l. nihil interest. Item opponitur de libero homine vẽdito inter ignorantes: vt. ff. de contrahen. emp. & vendi. l. liberi. Respon. hic deliquit vterque: ibi alter tantum, puta venditor: vt ibi notatur. vel ibi nullus. Item opponitur. ff. ad munici. l. Titio. in prin. sed actio in factum aufertur per eum, cuius interest. vel respondetur vt ibi. Item opponitur. ff. de condic. ob tur. cau. l. scilicet per idem. §. sed quod meretrici. sed non facit turpiter, quòd accipit. Item opponitur, quia ex inutili traditione vel contractu quãdoque dominium transfertur: vt. ff. de dolo. l. & eleganter. §. j. Respon. qui actionem habet, ipsam rem habere videtur, &c. vt. ff. de reg. iu. l. qui actionem. Item opponitur, quòd in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis: vt. j. de condic. ob tur. cau. l. ij. Sed certe repetit fiscus: vt. ff. de iure fisc. l. Lucius. Item opponitur de filiofa. in quem transit dominium pecuniæ mutuo datæ. Sed ibi creditor deliquit mutuando, non filius capiendo. hic autem loquitur vbi vterque deliquit. Ir.

*Iaſon hic.*

*Ista sol. reprehẽdũt omnes doctos. ideo dic secundũ B. quòd ista dicto inter ignorantes verba ha-beantur pro infectis: in-telligantur, fictionem. Ista sol. reprobant Bar. & doctos. Ia. hic.*

p *Ob id.* vt fideiussor vel pignus. Sed opponitur. j. de prædiis mino. l. etsi is. Solu. secundum M. hic in perpetuo prohibitis, sed



BIU Cujas

*Minorũ res aliquãdo licite alienãtur.*

alienatio prædij minoris non est perpetuo prohibita. quãdoque enim conceditur, vt ob æs alienum: vt in eo. tit. l. ob æs. & secundum hoc nulla oppositio obstaret. Sed certe si in perpetuo prohibitis tantum seruatur hæc lex, in pauciſsimis casibus locum haberet: quia vix est aliquid sic generale, cui nó derogetur per ſpeciale: vt. ff. de regu. iur. l. omnis definitio. Di-

*a Ista sol. est vera secundum Iasonem.*

co [a] ergo prohibitum esse res minorum alienari in eorum præiudicium: non autẽ præiudicatur minori, si tutor sit obligatus, vel res eius. Similiter opponitur & respondetur. ff. de arbi. si pupillus. &. ẽ. de sacrosan. ec. l. iubemus. ij. §. sane. j. Vel si velis euitare omnes oppositiones, dic quod in perpetuo prohibitis loquatur. quod non placet. Vel sol. ad omnia, & dic vt dixi in prin. quòd loquitur quando lex aliquid ꝓhibet, & vltra nó procedit: vt. ẽ. de sacrosan. ec. l. nemo martyres. si autem vltra procedat, seruа qđ statuit. Nec habet locum hęc. l. generalis. cum speciales clausulę habeant locũ: vt. ff. de verbo. obli. l. doli. & de pœnis. l. sanctio. & ex qui. cau. ma. sed & si per. §. deinde. Nec obstat, quod hic dicitur, licet legislator, &c. vbi innuit idẽ esse siue vltra processerit, siue non: quia huiusmodi oratio nõ sem per innuit cõtra: vt. ff. de verb. oblig. l. quodcunque. §. ij. Item op. de Barbario qui non debuit esse in dignitate: vt. ff. de offic. præto. Barbarius. sed ibi erat [b] error communis. Item op. de. §. alteri stipulari. instit. de inuti. stipu. sed ibi præter. l.

*† Concor. c. quod ob gratiã. iũc. ibi glos. de reg. iur. lib. 6.*

*† Concor. c. 2. & c. fi. cũ sua glos. extra de cõsti.*

*b Ista sol. tenet simpliciter Bart. sed non est bona, secũdum Iaso. hic.*

a *Quę.* aliàs quam vbique seruari. & tunc dictio, factum, regitur à verbo, prohibente. aliàs, quam vbique non seruari, &c. & tunc, quam, regitur à verbo, seruari.

b *Stipulationem.* vt. ff. de verb. obli. l. generaliter.

c *Mandatum.* vt instit. mandati. §. illud. Accursius.

d *Nec sacramentum.* vt. ff. de pac. l. iurisgentium. §. & generaliter. & in authen. scænicas non solum. §. j. col. v. Sed contra. j. si aduer. vend. l. j. sol. secundum M. in perpetuo prohibitis. Tu dic secundum B. quòd ibi fuit secundum legem venditio, quia cum decreto. & sacramentum restitutionem denegat.

factum est, illud quoq; cassum atque inutile esse præcipimus. ℣ Secundum itaque prædictam regulam, qua [a] vbicunque non seruari factum lege prohibẽte cẽsuimus: certum est nec stipulationem [b] huiusmodi tenere, nec mandatum [c] vllius esse momenti, nec [d] sacramentum admitti. Dat. VII. Id. April. Constãtinop. Theodosio. A. XVII. & Festo Coss.

*Fauorabile interpretationẽ non recipit, quæ eum cui fauetur, lædere posſit. Saly.*

VI. Iidem. A A. Florentino præfecto prætorio.

QVod fauore [e] † quorũdam constitutum est, quibusdã casibus ad læsionẽ eorum nolumus inuentum videri. Dat. Kal. A. Theodosio. A. XVII. & Festo Coss.

*Natura legis est disponere de futuro non de præterito. hoc primo. nisi caueatur in lege, quod extendatur ad præterita vel pendẽtia. h. d. secundo. Bal.*

VII. Iidem. A A. Cyro præfecto prætorio. & consuli designato.

2 LEges † & constitutiones futuris [f] certũ est dare formam negotiis, nõ ad facta præterita reuocari: niſi nominatim & de præterito tempore, & adhuc pẽdentibus negotiis cautum [g] sit. Dat. Non. April. Cõstantinop. Valentiniano. A. V. & Anatolio Coss.

*Quando cõtingit casus nouus super quo oportet statui, recurritur ad principem: & ille cum procerum & senatorum deliberatione procedat faciendo suum statutum redigi in scripturam. Bal.*

VIII. Iidem. A A. ad Senatum.

HVmanum esse probamus, si quid de cętero in publica [h] priuatáve [i] causa emerserit necessarium, quod formam generalem & antiquis legibus nõ insertam expoſcat, id ab omnibus antea tam procerib' nostri palatij, quàm glorioſiſsimo cœtu vestro, Patres conscripti, tractari: & si vniuersis tam iudicibus, quàm vobis placuerit, tũc legata [k] dictari: & sic ea denuo collectis omnibus recenseri: [l] & cum omnes cõsenserint, tũc demum in sacro nostri numinis consistorio recitari: vt vniuersorum [m] consensus, & nostræ serenitatis auctoritate firmetur. Scitote igitur, Patres cõscripti, non aliter in posterum legem à nostra clementia promulgandam, [n] niſi supradicta forma fuerit obseruata. Bene enim cognoscimus quod cũ vestro consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem nostri imrum aureorum, ciuitatem vel excusationem perdit: quia non sibi erat priuilegium cõcessum. Item. ff. de peri. & commo. rei vend. l. si vina. j. Sed distingue an pacto, vt ibi: an lege vel à principe: vt hic fauor inducatur. Primo casu obtinet, quod ibi: secundo quod hic dicitur. Sed hoc non valet: vt. ff. de leg. commiſ. l. ij. & de in diem addic. l. Sabinus. Sed tu dic, quòd ibi non est fauor: quia non est extra ius commune. tunc enim dicitur fauor vel priuilegium, cum est extra ius commune. nam dicitur priuilegium, id est, priuata lex. Item cõtra. ff. de pac. do. inter socerum. §. cum inter. Sed ibi non fuit aliquis fauor proprie.

*Fauor q. do dicitur*

*Priuilegi vnde dicti tur.*

*Diuiſio.*

LEges. Hæc lex plana est, & diuiditur in duas partes. Primo ponit regulam, secundo exceptionem. secũda ibi, niſi. Not. ex tex. cum glos. quòd licitum est allegare leges veteres & correctas ad decisionẽ præteritorum negotiorũ: ad quæ lex noua & corrigens non trahitur, sed debet decidi secundũ legem veterẽ. vide Bald. in. l. fi. ff. de falſ. & glos. in. c. nouit. de iudi. super verbo, quicunque. Pau. hic.

f *Futuris.* vt. j. de vſu. l. de vſuris.

g *Cautum sit.* vt supra, de sacrosan. eccle. l. antepe. & penult. & fin. Sed quid si agitur causa post legem factam, & de contractu inito ante legem? Dic veterem seruari legem: vt in authen. vt cum de app. cog. in princip. col. viij. & in authen. hæc constitutio interpre. prio. constitu col. vj. &. j. de teſt. l. iubemus. in fi. *ADDITIO.* Intellige glos. veram in casu quo lex respicit litis decisionem: secus vero quando lex pertinet ad litis ordinationem. ita loquitur. l. ij. in princip. & in. §. fi. j. de iureiuran. propter cal. dan. secundum Bar. hic.

*Diuiſio.*

HVmanum. Tria facit. Primo ponit dictum seu formam legis condendæ, secundum Pe. Secundo dicit aliter, non procedendum quàm forma seruata. Tertio commendat ea quæ fiũt cum deliberatione, secunda ibi, scitote. tertia ibi, bene enim. Bal.

h *In publica.* vt si quæratur an ciuitas posſit dari in feudum.

i *Priuatáve.* vt an posſit monachus vel clericus succedere in feudum.

k *Legata.* id est, delegata alicui notario, vt dicetur.

l *Recenseri.* id est, tractari an æquum sit.

m *Vniuersorum.* vniuersitas enim consentit. Et sic est ar. contra. ff. de acquir. poſſ. l. j. in fin. &. ff. de lib. vniuer. l. j. fraus sit legi de persona ad personam: vt. ff. de do. l. j. in fi. &. j. de contractibus. l. vnica. &. ff. de admi. re. ad ciui. pertinen. l. j. §. j. De re ad rem. ff. ad Mace. sed Iulianus. §. j. Mutui datione: vel de re ad rem eandem. j. de agri. & censi. l. quemadmodum. lib. xij. De contractu ad contractum, & hoc dupliciter: vel ad eundem: vt. ff. ad Vell. quãuis. §. si cum essem. vel ad alium: vt. ff. de dona. inter vi. & vxo. sponſus. §. circa. Vel de nomine ad nomen: vt in authen. vt nulli iudicum. §. j.

n *Promulgandam.* Ar. pro Ir. ad id quod dixit. ẽ. de emen. Iuſti. codi. in fi. Sed potest responderi, quòd in principio quando cõdidit. l. istam, non credebat amplius se cõrigere vel emẽdare. ll. quas fecerat in corpore iuris. Sed mutauit propoſitum. nã quod medicamẽta morbis, hoc exhibent &c. vt in auth. hæc cõſtitutio innouat. col. viij. Tu dic post Bar. hic quòd iſte ordo nó est neceſsitatis sed voluntatis: ideo omiſsio eius non vitiat.

*Additio.*

*Redundare.*

BIU Cujas

perij, & ad nostram gloriam redundare. [a] Dat. XVI. Kalen. Nouemb. Aetio. III. & Symmacho. Conss.

*Leges non debẽt ab aliquo ignorari. hoc primo. Et si circa legem principis occurrit dubitatio, est ad principem recurrendum. Bald. Vel sic: Ab omnibus debent sciri iura, ad permissa sectanda, & prohibita declinanda. Et legum obscuritas vel duritia à principe est interpretanda & mollificãda. hoc dicit. Salycetus.*

IX. Impp. VALENTINIA. & MARTIA. AA. ad Palladium præfectum præto. B

3 LEges sacratissimę quę cõstringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent: [b] vt vniuersi præscripto [c] earum manifestius cognito, vel inhibita declinent, vel [d] permissa [e] sectentur. ℣ Si quid vero in hisdem legibus latũ fortasis obscuri [f] fuerit, oportet id ab imperatoria interpretatione patefieri, duritiamque [g] legũ nostræ humanitati incongruam emẽdari. Dat. VI. Id. Feb. Anthemio. * Cons.

*Dubitatio super noua lege nouiter emergens, debet dirimi per interpretationem cõditoris. h. d. Non intelligas quòd non possit dirimi per iudicem causæ inter litigantes, sed inter vniuersos debet dirimi per conditorem. h. d. & tunc habet vim legis generalis. h. d. lex seq. Bal. Vel sic: Vbi legis intellectus consuetudine vel alia lege nõ est declaratus, princeps est adeundus. Salyc.* C

X. Impp. LEO. & ZENO. AA.

CVm de nouo [h] iure quod cinueterato vsu [i] nõ adhuc stabilitum est, dubitatio emergat: necessaria est tam [k] suggestio iudicantis, quàm sententiæ principalis auctoritas. Dat. X. Kalen. Maij Leone iuniore. A. Cons.

p *Agere.* i. viuere.
q *Cuius.* s. officij.
r *Principẽ.* patrẽ serenitatis nostrę. qđ est. s.
s *Commouerunt.* not. quòd pia allegatio mouet principem.
t *DE OFFICIO comitis Orientis. Procurator erat rerum quæ erant in Oriente. & non legitur hic titulus.*
u *DE OFFICIO præfec. Augu. &c. Hic est spectabilis: vt infra de priua. car. l. i.*
x *OMnia tributa. Tuæ.* Loquitur præfecto Augustali.
y *PRæfectus. Puniẽdi.* imò videt: vt. ff. de offic. præsi. l. illicitas. §. q vniuersas. quæ est cõtra. Solu. speciale hic, vt nõ habeat ius gladij. Vel dic, nõ habet ius in hos, habet tamen in alios.
z *DE OFFICIO vicarii. Non legitur.*

PAlatinis[a] hęc cura debet esse præcipua, vt piculo ꝓprio notariis destinatis, super negligentia iudicum (si ita res exegerit) conquerantur, [b] ne eorũ sit impunita desidia. [c] Iudices quoque de eorum nominibus referre cõuenit, quos commodis propriis magis, quàm vtilitatibus publicis studere prouiderint: [d] breues etiã quadrimẽstruos ad officiũ palatinũ noue rint dirigẽdos, aurúmq; exactũ ad sacras largitiones [e] sine vlla dilatione esse mittẽdũ. Dat. III. Kalend. Maij, Honorio. VII. & Theodosio. II. AA. Conss.

*TITVLVS XXXIII.*

DE OFFICIO COMITIS rerum priuatarum. [f]

I. Impp. VALENTI. & VALENS. AA. ad Honoratum consularem Byzantij.

SI quid[g] negotiorũ actitatũ fuerit, in quibus aliquid cõmodi fiscalis appareat, ad officiũ rei priuatæ [h] tua grauitas acta trãsmittat: vt ĩstructione percepta, quid sibimet[i] iuris auxilio debeatur, agnoscat. Dat. VI. Kalend. Ianuar. Valenti. & Valente. AA. II. Conss.

*TITVLVS XXXIIII.*

DE OFFICIO COMITIS sacri palatij.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Mineruio comiti rerum priuatarum.

AD palatinorũ curã, & rationaliũ officia, omniũ rerũ nostrarum, & totiꝰ ꝑpetuarij, hoc est emphyteuticarij iuris exactio reuertat. D. Kal. Ianua. Mediolani, Cæsario & Attico Cõss.

II. Iidem. AA. Vrsatio comiti rerum priuatarum.

SI quis iudicum vir illustris, vel præfectus vrbi, cognitionẽ comitiuæ rerũ priuatarũ examini debitã, sibimet vindicãdã cẽsuerit, vel tuitionem cõtra eiusdẽ statuta sedis prẽstiterit: ad quinquaginta librarũ auri illationem pœnę nomine officiũ eius teneatur, quam decet in articulo [k] exigi, mansuetudinis nostræ ærario sociãdã. Dat. VI. Id. Aug. Rauennæ, Constantio & Constantino Conss.

*TITVLVS XXXV.*

DE OFFICIO PROCONSULIS, & legati.

I. Imp. CONSTANTIN. A. Aeliano proconsuli Africæ.

LEgati[l] nõ solũ ciuiles, sed etiã criminales causas audiãt: ita, vt si sentẽtiã in reos ferẽdam prouiderint, ad ꝓcõsules eos trãsmittere [m] non morentur.

*TITVLVS XXXVI.*

DE OFFICIO COMITIS sacri patrimonij. [n]†

I. Impp. HONOR. & THEODO. AA. Simplicio ꝓcõsuli Asiæ.

OFficium Hellesponti consularis æternæ recordationis patrem serenitatis nostræ adiit: [o] & expositis suis incõmodis, quibus à Vicarianis apparitoribus vrgebatur, orauit sub† tuæ sublimitatis agere[p] potestate: cuius[q] allegationes humanæ ꝓcliuius piũ principẽ[r] cõmouerũt: [s] qđ† & nos obtinere cẽsem⁹.

*TITVLVS XXXVII.*

DE OFFICIO COMITIS ORIENTIS. [t]

I. Imp. LEO. A. Vseo* præfecto prætorio.

TItulos qui Lyciarchię & Syriarchię muneribus in prima Syria deputati sunt, ꝓ officia tã viri spectabilis comitis Orientis, quàm viri clarissimi rectoris ꝓuinciæ flagitari prẽcipimus. † Lyciarchiæ quidẽ ludi, cura viri spectabilis comitis Orientis, & ei⁹ officio: † Syriarchiæ vero sollicitudine viri clarissimi moderãtis ꝓuinciã, eiúsq; apparitoris, exerceãtur: nullíque penitus curialium, nec si voluerint, idem munus vel honorem subeundi licentia permittatur.

*TITVLVS XXXVIII.*

DE OFFICIO PRAEFECTI Augustalis. [u]

I. Imppp. VALENTI. THEOD. & ARCAD. AAA. Florentio præfec. Augustali.

OMnia tributa per Aegyptiacã diœcesim cura & ꝓuidẽtia claritatis tuæ[x] à moderatoribus prouinciarũ exigi iubemus. Si qui tamẽ ex possessoribus, siue militarib⁹, siue nõ militaribus, ad ĩferẽda quæ debẽtur, audaces extiterint: eos ꝓ militare etiã auxiliũ (si opus exegerit) ad solutionẽ cõpelli sancimus.

II. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino præfec. præto.

PRæfectus prætorio Augustali ordinariorum sub se iudicum examinandi flagitia, & super his referendi, non amouendi vel puniẽdi[y] habeat potestatẽ.

*TITVLVS XXXIX.*

DE OFFICIO VICARII. [z]

I. Imppp. VALENTI. VALENS & GRATIAN. AAA. Antonio præfec. præto.

IN ciuilibus causis vicarios comitib⁹ militũ cõuenit anteferri, in militaribus negotiis comites vicariis anteponi. Quotiẽs societas in iudicãdo cõtigerit: prior loco vicari⁹ ponet, comes adiũct⁹ accedat. Siquidem prefecturę meritum[a] cęteris dignitatibus anteſtet: & vicaria dignitas ipso nomine eius se trahere iudicet portionẽ, & sacræ cognitionis† habeat potestatem, & iudicationis nostræ soleat repręsentare reuerentiam. [b]

II. Iidem AAA. ad Hesperium præfec. præto.

RElationes vicariorum, siquando vsus attulerit, ad nostram mansuetudinem referãtur. Relationes enim iudicũ libẽter audimus: ne administratorũ decrescere

a *Meritũ.* cuius est hic vicarius.
b *Reuerẽtiã.* cũ præfectus repræsentat reuerẽtiã principis. & sic iste vicarius præfecti fit per medium præfectum: vt. ff. de offi. præfec. præto. l. j.

† *aliàs deſiſta rudica: & lex, officium erit lex. tit. præſidem.*

† *In quibuſdã exemplaribus legitur, ad uit ſub tua perpetua ſublimitate agere poteſtate. ſuæ. cuius aliæ. pre. pręſen. uerit. & nõ.*

† *ſpem.*

† *ſpem.*

† *Concem. I. cũ glo. extra de offi. archidia.*

BIU Cujas

decrescere videatur auctoritas, [a] si eorum consulta veluti profanorũ preces à nostris adytis repellamus.

*TITVLVS XL.*

## DE OFFICIO PRAETORIS. [b]

1. Imp. CONSTANTIVS. A. ad Senatum.

PRætori deferẽ hæc iurisdictio sanciẽtib⁹ nobis, vt liberale negotium ipse disceptator examinet. sanè interponi ab eo decreta cõuenit, vt siue in integrũ restitutio referenda est, probatis dumtaxat causis, ab eodem etiã interponatur decretum: seu tutoris dãdi, seu ordinandi curatoris impleatur ab eo interpositio decretorũ: quippe cum apud eum quoque adipisci debeat patronorum iudicio sedula seruitus libertatem. Nec sanè debita filiorum votis patrum vota cessabunt, vt patẽti copia liberos suos exuant [c] potestate, magis propriis obsequiis mãcipatos: cũ sese intelligant his obsequij plus debere, à quibus se meminerint sacris vinculis exutos. Dat. VI. Kalend. Ian. Eusebio & Hypatio Conss.

2. Impp. VALENTIN. & MARTIANVS. AA. Tatiano præfecto prætorio.

TRes [d] tantummodo prętores electæ opinionis in hac vrbe per singulos annos iudicio senatus pręcipimus ordinari: qui cõpetentes causas, & debitos actus integre disceptare atque tractare debebunt: vt hi tantum tres ex his, qui propriũ larẽ [e] in hac alma vrbe habeãt, nõ ex prouinciis eligãtur. Nec si quis forte propter alias causas ad hanc vrbem de prouinciis venerit, ad prætur æ munus efferatur: sed hi tantũmodo (vt dictum est) qui hic domicilium fouent: ita tamen, vt nec ipsi sumptus quosdam inferre cogantur inuiti, sed habeant spõtaneum liberalitatis arbitrium.

*TITVLVS XLI.*

## DE OFFICIO RECTORIS prouinciæ, [f] & vt nulli patriæ suæ administratio sine speciali permissu principis permittatur.

1. Imp. ALEXAND. A. Iuliano.

POtest [g] † de falso causam cognoscẽs præses prouinciæ, incidentẽ proprietatis quæstionẽ dirimere. Dat.

VI. Kalen. April. Maximo. II. & Vrbano Conss.

2. Imp. CONSTANTINVS A. ad Maximia. præs. pro.

PRæsides [h] prouinciarum oportet si quis potentiorum extiterit insolẽtior, [i] & ipsi vindicare nõ possunt, aut examinare, aut pronũciare nequeunt: de eius nomine ad nos, aut certè ad prætorianæ præfecturæ scientiam referre: quò [k] prouideatur, qualiter publicæ disciplinæ, & læsis tenuioribus consulatur. Dat. V. Kalend. Maij. Probiano & Iuliano Conss.

3. Idem. A. ad prouinciales.

IVstissimos & vigilantissimos iudices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus potestatẽ: vt honoris eis auctiores proferamus processus: & ecõtrario iniustos, & maleficos, querelarũ vocib⁹ accusandi: [l] vt censurę nostræ vigor eos absumat. [m] Nã si veræ voces [n] sint, nec ad libidinẽ per clientelas effusæ, diligẽter inuestigabim⁹: prędectis prætorio, & comitibus qui per prouincias cõstituti sunt, prouincialiũ nostrorũ voces ad nostrã scientiã referẽtibus. Dat. Kal. Nou. Cõstãtinop. Basso & Ablauio Cõss.

4. Idem. A. ad Periclem præsidem.

IN officiales [o] prędectorum, cursum publicum [p] laniantes, vel praua contra vtilitatẽ publicã molientes, vindicãdi tibi dedimus potestatẽ: ita vt prędectos de eorum culpa facias certiores. Dat. X. Kalend. Nouemb. Nicopoli, Constantio & Albino. Conss.

5. Impp. VALENTINIA. & VALENS. AA. ad Apronianum præfect. vrbi.

POtioris gradus iudicibus ab inferioribus cõpetẽs reuerẽtia tribuatur. [q] Sed vbi publica tractatur vtilitas: etsi minor iudex veritatẽ inuestigauerit, nulla maiori irrogatur [r] iniuria. † Sanè qui insignia dignitatis ad hoc exercet, vt indignis iniuriis existimet adficiendos eos, qui officia cũ potestate moderantur: non declinabit nostrę indignationis aculeos. Dat. V. Kalen. Iun. Arintheo & Modesto Conss.

6. Imppp. VALEN. GRATIAN. & THEOD. AAA. Cynegio. P. P.

CIuitas Phodiorum † iniuriã suam non tam decẽter, quàm sero conquesta est. Vnde inuiolabili obseruatione sancimus, vt quoniã tempore hyemis nauigatio sępe periculosa est, & semper incerta: in illis quinque vrbibus quæ potiores esse cæteris asserũtur, vicissim hyemãdũ sibi iudices recognoscant. † Quòd si cuiquam tale existat ingeniũ [s] vt prędicepta nostra contẽnat: quinquaginta ab eo argenti libræ, centum ab eius officio, si aliter factũ fuerit, fisci nostri iuribus inferantur.

7. Imppp. VALENT. THEODO. & ARCAD. AAA. Cynegio. P P.

QVi ordinariam gesserit dignitatem: [t] quicquid ex venturæ delegationis titulis profligauerit, [u] cum dispendio pudoris atq; fortunę de propriis facultatibus intra prouinciã positus inferre debebit. Dat. VII. Kalend. Iun. Constantinop. Honorio nobiliss. puero & Euodio Conss.

8. Idem. AAA. Cynegio præfecto prætorio.

NE quis iudicũ in prouincia sua præfectianum, vel palatinum, vel militem, vel ex his etiã omnibus, qui antea in huiusmodi officiis fuerint commorati,

[q] *Potioris. Tribuatur.* vt &. ẽ. de offic. præfec. vrb. l. studentibus. *hanc. l. in argu. quòd duæ petitiones eodẽ iudicio expediantur.*

[r] *Irrogatur.* aliàs iniuria, & aliàs pœna. & facit. ï. de offic. diuer. iud. l. singuli. & .ẽ. de vete. iure enu. l. j. §. omnibus. &. §. sed neque.

[s] *Ciuitas. Ingenium.* id est superbia.

[t] *Qvi ordinariam. Dignitatẽ.* aliàs potestatem.

[u] *Profligauerit.* quia accepit de salario sequentis potestatis.

[a] *Relationes. Auctoritas.* No. cõtemptum esse sinõ auditur.

[b] *DE OFFICIO prætoris.* *Spectabilis est, & dic primam legẽ quæ tractat de officio eius, & nota tex. ibi. sedula seruitus. & quòd plus seruiet emãcipatus patri quàm si sit in potestate.*

[c] *Prætori. Exuant.* id est, liberent.

[d] *Tres.* Olim. xviij. vt. ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde diuus Augustus.

[e] *Proprium larem.* sic &. ẽ. de episco. & cle. l. in ecclesiis. Sed contra. ï. de cri. sacri. l. fin. sed speciale in prætore. Itẽ cõtra. ff. de offic. prætо. l. Barbarius.

*DE OFFICIO rectoris prouin. &c.*

[f] *Caſus.*

[g] *Potest.* Pone casum: Quidã fecit scribi rem in instrumẽto, quę ab alio possidebatur, suam esse. qui cum de falso accusaretur, dixit se non accusari posse, quia verũ erat quod in instrumento est scriptum. vel dixit: De falso me accusas, sed ego dico te seruum meum esse: & sic proprietatis tui ipsius tibi refero quæstionem: vt &aliàs. ï. de adul. l. quoniã Alexãdrũ. Vel tertio dic: Petebam fundum à mulière, & ostendebam instrumẽtum. ipsa illud de falso accusabat. ego eã dico non admitti, quia fœmina est, quæ non admittitur ad publicã accusationẽ. sed ipsa dicit suum esse fundum, & sic pro sua re debere admitti: vt. ï. qui accu. non pos. l. vxor. sed l. sc. contra. & facit. ï. de fal. l. & si ad te. & de ordi. iudi. l. j.

[h] *Præsides.* Hæc lex non legitur, nec sequentes: vide tamen notabilia.

[i] *Insolẽtior.* id est, immodestior, inobediẽs.

[k] *Quò.* pro vt.

[l] *Vstissimos. Accusandi.* repete, damus potestatem.

[m] *Absumat.* sic .ẽ. de episc. & cleri. l. quoniã venerabilis.

† *Cleſ. in. c. cũ ſuper. ſuper verbo, petitorii, de cau. poſ. & pro. inducis*

[n] *Voces.* contra malos iudices.

[o] *In officiales.* facit. ï. de spor. l. ij.

[p] *Publicũ.* scilicet officium.

† *Concor. ẽ. ad noſtrã. iunct. glo. i. circa fi. de conſue. vbi habetur q. quãdoq; reuelatur minori, quod maior neſcit.*

† *Rhodiorũ*



BIU Cujas

a NE quis. Contra consulta cælestia. id est contra præcepta huius legis.

b NVllum. Possessor. id est ciuis vel rusticus.

c Horreat. quia nō ibit ad eum. & ita palatini imminēt iudicibus, & iudices collatoribus.

d OMnes. Insolentia. id est officialiū siue apparitorum inobedientia.

e NVlli iudicum. Palatia. scilicet prīcipis.

f DE OFFICIO præfecti vigilum.

Licet cœpit tractare de clarissimis, hic tamen est spectabilis: vt. ff. eod. l. 3. Quare ergo hic ponitur? Respon. considerauit prima tempora, secūdū quæ non erat præfectus vigilum, immo erat quidam qui præerat excubiis: vt ff. eo. l. 1. in fi. & de ori. iur. l. 1. §. hæc omnia. & non legitur hic titulus.

PRæfecti vigilum. Tuæ. præfecti prętorio vel vrbis.

DE OFFICIO ciuilium iudicum.

h HOnorati. id est aduocati.

i Panduntur. vt. ĭ. de postu. l. quisquis. in fi. Sed in aliis horis sedere possūt: vt. ĭ. de offi. diuer. iudi. l. fi.

k Residendi. id est sedendi. Accursius.

l SI quis. aliàs est hic rubrica De officio præfecti annonæ.

Sequēs titulus de offic. mili. iud. non legitur, sed. s. l. j. signatur contra. ff. de rei vin. l. qui restituere. Solu. vt ibi. Itē sequēs de comi. rei mili. non legitur.

† aliàs, illicitéve.

DE OFFICIO militarium iudicum.

m NVnquam. dic vt in superiori rubrica.

n PRæcipimus nequādo. In eo. iudicio magistri militum.

o Comitianum. id est comitis qui præest prouinciæ.

morati, intercessorē, id est executorem, cuiusquam litigatoris petitione in quolibet seu priuato seu publico negotio putet esse tribuendum. Nam peccantem contra consulta cœlestia, a cum officio suo non solū detrimentum famæ, sed etiam patrimoniorum damna comitentur. Dat. Non. Aug. Constantinop. Honorio N.P. & Euodio Conss.

IX. Idem. AAA. Polemio præfecto prætorio Illyrici.

NVllus prouinciæ moderator augustissimam vrbem sine iussione nostra adire audeat. Nam si patuerit quē contra decreti nostri præcepta venisse: is congrua condemnatione plectetur. Dat. X. Kalēd. Ianuar. Mediolani post consulatum Timasij & Promoti.

X. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Limenio Comiti sacrarum largitionum.

NVllum palatinis tibi obsecundantibus cum prouincialibus volum' esse cōmerciū, sed iudices scire debent hoc sibi præcipue esse cōmissum, vt ipsi à prouincialibus exigāt, & consueta deposcant: palatinum vero possessor b non horreat: c qui non sibi, sed iudicibus atq; officiis præceptus est imminere. Dat. VI. Kal. April.*

XI. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEODO. AAA. Theodoro præfecto prætorio.

MOderatores prouinciarū curam gerere iubemus, ne quid potētum procuratores perperam iniustēq; †cōmittant. Dat. VI. Kal. Decēb. Rauennę, Basso & Philippo Conss.

XII. Impp. HONOR. & THEO. AA. Monachio. P.P.

OMnes prouinciarū apparitores pro inueterata auctoritate iuxta motū iudicis nudatos, verberibus (si ita res tulerit) subiacere præcipimus: vt & facilis executio rerum publicarum sit, & officiorū insolentia d comprimatur, & iudicum seueritati cōpetens reddatur auctoritas. Dat. VI. Kal. Ian. Honor. IX. & Theodosio V. AA. Conss.

XIII. Imp. LEO. A. Constantino P. P.

SI quis cohortalibus adhuc obsequiis obligatus, regimen prouinciæ, vel cingulum cuiuslibet militiæ dignitatisve quoquo modo meruerit: contra licitum vsurpatis impetratisve careat, etiā si vltroneè à nostra liberalitate ius regendæ prouinciæ vel militię seu dignitatis cuiuspiā sibi iactauerit delatū fuisse. Dat. VII. Id. Aug. Leone. A. IIII. & Probiano. Cōss.

† aliàs, Impe. Anastasius. A. Viuiano præf. prætorio.

XIIII. Idem. A. eidem præfecto prætorio. †

A NVlli iudicum, qui prouincias regunt, in ciuitatibus, in quibus sacra palatia aut prætoria sunt, liceat his relictis priuatorum sibi domos ad habitandū veluti prætoria vindicare: sed sacratissima modis omnib' inhabitare palatia e seu prætoria cogātur: vt hāc necessitate cōpellantur eorū reparationi prouidere. ℣ Vbi autē & palatiū est, & prætorium: palatiū quidem habitationi præsidis, prætorium autem vel susciendis conseruandísq; speciebus publicis horreorum vice, vel alij necessariæ rei deputetur. Quod si quis aliquādo dissimulare tētauerit: protinus eum atq; officium eius quinquaginta librarum auri multam ad reparandum sacrum quod neglexerit palatiū soluere sancimus. Dat. VI. Id. Febr. Clementino & Probo Coss.

XV. Idem imperator.

B NVlli, † patriæ suæ administratio sine speciali permissu principis permittatur.

† In vet. sin codi. hæc lex non habetur tit. esse titulum tale quid præ se fe. rat.

TITVLVS XLII.

DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILVM. f

I Impp. THEOD. & ARCA. AA. Nephridio pfecto vigilū.

PRæfecti vigilum huius vrbis nihil de capitalibus causis sua authoritate statuere debent, sed si quid huiusmodi euenerit, culmini tuę g potestatis referre: vt memoratis causis celsiore sententia iudicetur.

TITVLVS XLIII.

DE OFFICIO CIVILIVM IVDICVM.

I Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Curtio præfecto prætorio.

HOnorati h qui litem habere noscuntur: his horis vel tēporibus quib' causarum vel merita vel facta pāduntur, i residendi k cum iudicibus nō habeant facultatē. Dat. III. Non. Feb. Rauennæ Basso & philip. Coss.

C

II. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio præfecto prætorio.

SI quis l pro publicis functionibus, quæ flagitantur, aliquo se defendere tentet munimine: adeat iudicem, & promat quæ duxerit adserenda. Quem si iudex (quod non arbitramur) minus audire maluerit: ipse quidem administrator triginta librarum auri, apparitor * vero eius quinquaginta feriatur dispendio. Dat. XIII. Kal. Aug. Constantinopo. Honorio VIII. & Theodosio. III. AA. Coss.

* apparitio.

TITVLVS XLIIII.

DE OFFICIO MILITARIVM IVDICVM.

I Imppp. VALENTI. THEOD. & ARCAD. AAA. magistris & comitibus vtriusque militiæ.

NVnquam m omnino in† negotiis priuatorum, vel tuitio militaris, vel executio tribuatur. Dat. prid. Id. Feb. Constantinop. Theodosio. A. III. & Abundantio Coss.

† aliàs in est ius.

D

II. Impp. HONOR. & THEODO. AA. Monachio* præfecto prætorio.

* Martio.

PRæcipimus, nequando curiales vel priuatę conditionis homines ad militare exhibeantur iudicium, vel contra se agentium actiones† excipiant, vel litigare in eo n cogantur. Interminationem autem quinquaginta librarum auri aduersus comitianum o officium proponi decernimus, si quid cōtra hoc aliquando tentauerit. Dat. VI. Kal. Septemb. Theodosio. A. VII. & Palladio Coss.

† aliàs accipiant.

III. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Anatolio magistro militum.

NEmo de his qui in virorū spectabilium ducum officiis militauerit, scholæ agentium in rebus quacunque

a NEmo. *Hæc.* aliàs, huius.
b DVces. *Principibus.* id est, maioribꝰ iudicibus non legitur.

*NE REI MILITARIS comitibus &c.*

c OMnem. *Adæra-tionem.* aliàs, exactionem, id est collectam.
d *Ministerium.* vt lauacra eis præstentur.

*CE OFFICIO DIuersorum iudicum.*

e NEmo. *Materfamilias.* quæ ipsa †*aliàs, qua* sit, habes. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. l. nam ciuium.
f *Prorahat.* sic. ff. de in ius voc. l. neque impuberes. in princi. & l. plerique. & ll. sequentibus. Et potes hic dicere authen. quæ est in authen. vt nulli iud. §. necessarium. coll. ix. & est scripta. j. de custo. re. super illa. l. quoniã.
g *Eius.* ſ. mulieris.
h *Quę.* ſ. mulier.
i *Necessitatibus.* id est, debitis. idem tamen in priuatis.
k *Posse seruari.* publicis necessitatibꝰ: quod habetur. ſ.
l Singuli. *Celsioribus.* id est, legũ doctoribus.
m *Viris.* sic. ſ. de officio rect. prouinciæ. l. potioris. &. j. l. proxi.
n *Sciant principes.* id est, maiores officiales.
o *Cornicularii.* id est, tubatores.
p *Honoratis.* scilicet doctoribus.
q *Denegata.* vt &. j. vbi sena. vel cla. l. fi. §. sedẽdi. nisi ĩ casu: vt. ſ. de officio ciui. iudi. l. j.

*VT OMNES IUdices tam ciuiles, &c.*

r NEmo. *Excedere.* id est, recedere.
ſ *Antequam quinquaginta.* Nota.
t *Super furtis.* scilicet suis & domesticorum & manipulariorum: vt j. ad leg. Iul. repe. l. j. & in quadruplũ damnatur: vt ibidem dicitur, &. j. titu. ij. l. consiliarios. &. j. vbi de ratociniis. l. fi.
u *Respondeat.* apud episcopum causam examinantem, & non ex scripto: sicut & cũ fugit. vel etiã apud principem: vt in authen. vt iudi. sine quoquo suf. §. si quis autem &. §. necesitatem. &. §. si autẽ voluerit. col. ij. vel a-

quacunq; subreptione post cõpletam militiã societur, nec agendi vices viri clarissimi principis accipiat facultatẽ. Si quis autem aduersus hæc [a] nostræ perennitatis decreta venire conetur: militia spoliat' proscriptionis pœna pro parte bonorũ tertia constringatur. Dat. V. Kal. Feb. Constantinop. Maximo. II. & Paterio Coss.

IIII. Iidem. AA. Nomo magistro officiorum.

DVces militum, & præcipue quibus gentes, quæ maxime cauendæ sunt, appropinquant, in ipsis limitibus cõmorari, & milites ad proprium redigere numerum imminẽtibus magisteriis potestatibus, diuturnisque eorũ exercitationibꝰ inhærere præcipimꝰ. Castrorũ quietiã refectioĩs lustrationisq; curam habeãt. Quibus cũ principibus [b] castrorũmque præpositis, pro laborum vicissitudine, limitaneorum militũ duodecimam annonarum partem, distribuendam videlicet inter eos magisteriæ potestatis arbitrio, deputamꝰ. Dat. ij. Id. Sep. Constantinopo. Maximo. ij. & Paterio Coss.

**Constitutio Græca.*

*TITVLVS. XLV.*

NE REI MILITARIS comitibus, vel tribunis lauacra præstentur.

I. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Anthemio. præfecto prætorio.

OMnem inquietudinem à curiis & ciuitatibus præcipimus prohiberi, nec vlla priuata ab his succendi balnea ad tribunorum vel ducum aliorũmve militarium comitum vsus: nec adærationem [c] aliquã pro hac causa profligari. *Illustribus enim tãtummodo viris comitibꝰ ac magistris militum (si tamẽ id voluerint) hoc ministerium [d] indulgemus: dupli pœna violatoribus huius sanctionis imminẽte. Dat. V. Kal. Decẽb. Arcadio. A. vj. & Probo Coss.

*TITVLVS. XLVI.*

DE OFFICIO DIVERsorum iudicum.

I. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Domitium Celsum vicarium.

NEmo iudex aliquẽ officialem ad eam domũ in qua materfamilias [e] degit, cũ aliquo præcepto existimet esse mittendum, vt eandem in publicum protrahat, [f] cum certum sit debita eius [g] quæ [h] intra domum cõsiderato sexu semet contineat, domus eius vel cuiuscũque rei habita distractione, publicis necessitatibus [i] posse seruari. [k] ¶ Quòd si quis in publicũ matremfamilias posthac crediderit protrahendam, inter maximos reos citra vllam indulgentiam capitali pœna plectetur. Dat. IIII. Id. Aug. Sabino & Rufino Coss.

IN AVTHEN. vt nulli iudi. §. necessarium. coll. ix. consti. ix.

SEd hodie nouo iure pro fiscalibus vel priuatis debitis nulla mulier debet includi, sed ad iudicẽ veniet per se, vel per procuratorem suum: vel mittat vnum, vel alterum, quatenus negotiũ legitimè exequantur. ¶ Si cõtra factum fuerit, maiores iudices viginti libris auri, minores decem puniãtur. Obedientes autem eis cingulo spoliabuntur, & pœnis subiacebunt corporalibus, & in exilium damnabuntur.

II. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Principium. P. V.

SInguli quique iudices sciant celsioribus [l] viris, [m] & his quorum nonnunquam iudicio prouehuntur, honorificentiam debitam esse præstandam: nec in proscriptionibus suis fratres audeant nominare: apparitione multanda, cuius hæc est cura. Dat. Idibus Febr. Richomere & Clearcho Coss.

III. Iidem. AAA. Constant. P. P. Galliarum.

SCiant principes [n] & cornicularij [o] & primates officiorum, & iudices etiam, ternas libras auri à suis facultatibus eruendas, si honoratis [p] viris (quibus etiam consistorium nostrum ingrediẽdi facultas præbetur) secretarij iudicum non patuerit ingressus, aut reuerentia nõ fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum iudice societas denegata. [q] Dat. V. Id. Nouemb. Tyberiade, Timasio & Promoto Coss.

*TITVLVS. XLVII.*

VT OMNES IVDICES TAM CIVILES quàm militares post administrationem depositam quinquaginta dies in ciuitatibus vel certis locis permaneant. *Leo.

I. Imperator ZENO. *A. Sebastiano præfecto prætorio.

NEmo ex viris clarissimis præsidibꝰ prouinciarum, vel consularibus aut correctoribꝰ, vel qui administrationis maioris insulas meruerint, id est, viri spectabiles proconsules, aut præfectus augustalis, aut comes Oriẽtis, aut cuiuslibet tractus vicarius, aut quicũque dux, vel comes cuiuslibet militis, vel diuinarũ comes domorũ, postquã sibi successum fuerit, audeat excedere [r] de locis quos rexisse noscitur, antequã [ſ] quinquaginta dierũ †cõstitutus numerus finiatur. Sed per id tẽpꝰ prẽsides quidẽ & cõsulares, necnõ correctores in metropoli: spectabiles vero iudices, tã ciuiles quàm militares in ciuitatibꝰ administratę diœceseos illustriorib', publicæ, nõ domi, vel intra sacrosãctos terminos, vel religiones aut potẽtes †domos latitãtes, sed in celeberrimis locis ãte omniũ, quos nu p gubernauerãt, ora versẽtur: vt pateat omnibꝰ facultas libera super furtis [t] aut criminibus querimoniã cõmouẽdi: ita, vt ab omni defensus iniuria, puisione post eũ administrãtis, ac periculo officij, nec minꝰ curialiũ, & defensoris ciuitatis: iuratoriæ tãtũ cautioni cõmissus postquã fuerit in querimoniã deuocatus, pulsare volentibus (vt dictũ est) pro legũ ratione respondeat: [u]

*Concor. in c. de causis. in glo. 1. in fi. extra de offic. deleg.*

† *aliàs, penates domꝰ.*



BIU Cujas

a *Copia.* aliàs, diuina, id est, reuocatoria.

b *Inferre.* idem velut seruus inhonestus capi

†*In quibus-dã exẽ. legi-tur, tribuat: vel diuina reuocatoria vel codicillis alterius administrationis oblatis, vel præcepto aplissimæ tuæ sedis, vt alterius puĩciæ moderatoris vicẽ obtineat, aut præcepto præfatæ vel alterius ciuilis seu militaris cuiusc̃ũque potestatis, vt quãcunque sollicitudinẽ publicã gerat, aut exhibeatur, aut deducatur, aut postremo cuiuslibet occasionis excogitata calliditas excludatur: vt modis, &c.*

† *aliàs, aut super eis fugã protin requirẽdũ.*

potest: vt in authen. vt iudi. sine quoquo suff. §. necessitatẽ. &. j. ea. l. §. ipse autem.

c *Peruenerit.* nisi per duos dies tantum: vt in authen. de administratore. §. illud autem. col. vij. si vero nullũ mittat nũcium, semper iudicat vsque ad aduentum successoris: vt. ff. de offic. procon. l. meminisse. in prin. Nunc autẽ ponit de his qui gerunt vices mortuorum & absentiũ, & appellantur suffecti: decedentes autem dicebãtur demortui. Azo.

d *Debito tamẽ honore.* immo non seruato honore: vt in authẽ. vt iud. sine quoquo suff. §. necessitatem. col. ij.

e *Irretitus.* scilicet per accusatorem, qui inscripsit.

f *Perdurabit.* & patiatur pœnam pro qualitate delicti: vt. ff. ad legem Iul. repe. l. lex Iulia. ij. §. fi.

g *Tuæ.* ô præfecte prętorio.

h *Orta.* per contestationem.

i *Terminare.* specia-le. j. de iudiciis. l. properandum. in prin.

k *Præfato modo.* id est, intra viginti dies.

*DE OFFICIO Eius, qui vicem alicuius, &c.*

*Dictum est. ẽ. de magistratibus ordinariis: nã & vicarii (de quibus dictum est) ordinarii erant & in tempus certũ eligebantur: quod etiã erat ordinariis præfixum: vt ipsi vices ordinariorum præsentium & viuentiũ supplerent. Nunc autẽ ponit de his qui gerunt vices mortuorum & absentiũ, & appellantur suffecti: decedentes autem dicebãtur demortui. Azo.*

l *IN causa. Reipublicæ.* ciuitatis alicuius: & sic in iudicio restituitur ciuitas: vt & j. de iure reip. l. j. li. xj. & in contractu: vt eo. ti. l. rẽ. &. j. qui. ex cau. maio. l. respublica. & hoc patet, quia de prę-side dixit aliàs procur. Cæsaris.

m *Reipublicæ.* ordinabit autẽ respublica syndicum vel actorem cõ-

nec vllam ante præfinitũ tempus de prouincia discedẽdi excusationem ei tribuat: vel diuinæ vocis scopia, [a] vel codicilli alterius administrationis oblati, vel prẽceptũ amplissimæ tuę sedis vt alterius prouinciæ moderatoris vices obtineat aut præceptũ præfatæ, vel alterius ciuilis, vel militaris cuiuscũque potestatis, vt quancunque sollicitudinẽ publicam gerat, aut exhibeatur, vel deducatur, aut postremo cuiuslibet artis astutia, cuiuscunque occasionis excogitata calliditas excludatur: vt modis omnibus, quæ pro vniuersarum prouinciarũ salute sancimus, sortiantur effectum. ℣ Quòd si quis temeritate punienda saluberrimam legẽ circunscribendam vel violandam crediderit: licet & maiestatis reus nõ immerito iudicetur, attamen quinquaginta librarum auri multã publicis calculis inferre [b] cogetur: simili pœna plectendo eo, qui post eum administratione susceptа minime eũ curauerit honeste retinendum, aut super eius fuga protinus referendum. † ℣ Administrationẽ autem deponere non volumus decessorem antequam successor ad prouinciæ fines peruenerit, [c] licet literis ad eum, seu prograṁate, vel edicto ad officiũ & prouinciales vsus fuerit. Ipse autem qui præsentem fugiens non obseruauerit legẽ: vbicunque repertus fuerit, licet in hac florentissima ciuitate, ad prouinciã sine vllo penitus obstaculo prœceptione tui culminis, cura etiã viri clarissimi rectoris prouincię, in qua repertus fuerit, deducetur, p sex mẽsium curricula ibidem moraturus: quatenus interea minime possint crimina vel furta celari. ℣ Officium etiam quod eum, debito tamẽ honore [d] seruato, non prohibuerit cõtra legis tenorẽ discedere, triginta librarum auri dispendio feriatur. ℣ Quòd si intra quinquaginta dierũ numerũ fuerit forte pulsatus, & prefato tempore elapso necdum finita lis fuerit: ciuiliter quidem super furtorũ sceleribus pulsatus, dato procuratore instructo post quinquaginta dies protinus habeat licẽtiã discedendi. accusatione vero super criminibus facta, per

A inscriptionũ laqueos irretit[e], [e] vsque ad terminum causæ ibidẽ necessario pdurabit. [f] ℣ Sciãt autem vniuersi iudices, apud quos vel administrationis iure, vel ex præcepto amplissimæ tuæ [g] sedis huiusmodi controuersiæ ciuiliter vel criminaliter ventilãtur, intra viginti dierum spacium debere se præfata litigia postquã orta [h] fuerint, terminare. [i] Nam si superfederint, ipsos quidem decem librarum auri condemnationẽ subire cẽsemus: accusationem vero seu ciuilem intentionẽ semel in iudicium deductam prefato modo [k] legitimè terminari. Dat. V. Id. Octob. Constantinop. Zenone. A. ij. Coss.

B

IN AVTHENTIC. vt iudices sine quoquo suf. §. necessitatem. col. ij. consti. ij.

SI vero antequam cõpleantur quinquagĩta dies, fugiẽs capiatur: detineatur à prouincialibus, & omne quod datum fuit ei occasione, furti actione exigatur: prẽsente tamen Deo amabili episcopo & causam ex non scripto examinante.

*TITVLVS XLVIII.*

C

DE OFFICIO EIVS QVI vicem alicuius iudicis, vel præsidis obtinet.

1. Imp. GORDIANVS. A. Domitio præfecto prætorio.

IN causa, quæ spectat ad vtilitatem reipublicę, eũ qui vice præsidis prouinciã administrat, potuisse cognoscere, in dubiũ nõ venit. ℣ Sane si in aliquo captum est ius reipublicę: [l] iuxta scita diuorum principũ defẽsores reipublicę, [m] si modo adesse fiduciã negotio putãt, restitutionis auxilium possunt flagitare. [n] Dat. III. Non. Nouẽb. Sabino. ij. & Venusto Coss.

D

II. Mandata imperatorum THEOD. & VALENT. AA. missa Antiocho cæterisque præfect. prætorio. per referendarium, quæ sic habent.

SVggerente magnificẽtia vestra, [o] docta imperialis æternitas debere eos, [p] qui prœceptione principali seu vestræ sedis [q] amplissimæ tueri locũ rectorum [r] prouinciarũ noscũtur, auctoritatẽ habere [s] tutores seu curatores petẽtibus dare, decretũ etiã interponere ad alienandas minorũ similiúmq; eis personarũ seu curialiũ facultates, & emancipationes quoque legibus celebrare, & omnia quæ ad iurisdictionem rectoris prouinciæ pertinent actitare: [t] præcipere dignata est pro dispositione vestræ celsitudinis præfatas huiusmodi sollicitudines peragendi habere licentiam. Dat. prid. Idus Octob. Constantinop. Hierio & Ardaburio Coss.

*TITVLVS XLIX.*

DE ADSESSORIBVS, ET DOMESTIcis, & cancellariis iudicum.

I Impp. DIOCLET. & MAXIMIANVS. AA. Paulino.

Studiorum

tra priuatum. & cognoscet præses prouinciæ, vel eius vicarius.

n *Flagitare.* ad instar pupilli: vt. j. de iu. reipu. l. rempublicam. li. xj. & .j. quib. ex cau. ma. l. respublica.

o *Svggerente. Vestra.* ô præfecte.

p *Eos.* s. vicarios.

q *Sedis amplissimæ.* vel alterius, qui habet merũ imperium: vt. ff. de offic. eius cui man. est iur. l. j.

r *Rectorũ.* scilicet decedentium vel absentiũ, qui decedentes dicũtur demortui, & substituti vicarij dicũtur suffecti. Secus si delegaret: quia talia delegari non possunt: vt. ff. de offic. eius cui man. est iu. l. mandata. & ff. de re iu. omnia. est enim vicarius ordinarius à lege, non delegatus. *Delegatus in quibus dãs posit.*

s *Habere.* faciendi ea quæ dicit. s. tutores.

t *Actitare.* præter vltimum suppliciũ forte, & membri abscissionem: vt in authẽ. de col. §. ad hoc id prohibemus. col. ix.

*DE ADSESSORIbus & domesticis, &c.*

*De iudicibus & eorum officiis. ẽ. dictum est. Nũc videamus de collateralibus eorum, id est, adsessoribꝰ & domesticis, & cã cellariis. Quis sit adsessor, quis domesticus, quis cancellarius, & qui possint esse, & quod sit eorũ officium. Azo.* *Comma.*

† *alias, aut summa.*

BIU Cujas

STudiorum labor † meretur, vt hi qui in publicis admini A
strationibus cõstituti sociari sibi consiliorũ participes cupiunt, spe præmiorũ atq; honorificentia sua prouocent † [a] eos, quorũ prudẽtiam sibi putant esse necessariã, non metu terribili, & necessitate ĩcõgrua libertati. Da. pri. Id. Iu. Tyberio & Maximo * Coss.

II Imp. CONSTANTIN. A. ad Bassum P. V.

PRæsides nõ per adsessores, sed per se subscribant libellis. [b]*ℱ Quòd si quis [c] adsessori B
subscriptionem incõsultis nobis pmiserit: mox adsessor qui subscripsit, exilio puniatur: prę sidis vero nomen ad nos referri iubemus, vt in eum seuerius vindicetur. Dat. XV. Kalend. Septemb. Constantino. A. VI. & Constantino Cæsare Coss.

III. Impp. ARCAD. & HONO. AA. Messalæ P. P.

COnsiliarios iudicũ, [d] & cã- C
cellarios, [e] & eos qui domesticorũ funguntur officio, [f] post depositam administrationem quinquaginta dies in prouinciis residere præcipimus. [g] ℱ Pro confesso autem tenebitur, qui accusatus huiusmodi personam subtraxerit: [h] eáque in quadruplum restitui iubemus, quæ docebuntur † ablata: vt duplum spoliatus accipiat, & duplum noster fiscus [i] acquirat. Dat. VI. Kalen. Ianua. Mediolani, Theodosio & Rumoridio Coss.

IIII. Iidem, & THEOD. AAA. ad Cæcilianum vicarium.

DOmesticus iudicis à publicis actibus arceatur. [k] ℱ Quòd si necessitatibus publicis sese cõuictus fuerit miscuisse: statim eum ad maioris potestatis [l] examen deduci oportet, vt competens in eum vindicta promatur. Dat. VI. Id. April. Honorio. A. VI. & Aristeneto Coss.

V. Impp. HONOR. & THEODO. AA. Seleuco præfecto præt.

I NEmo in prouinciis, qui semel domestici vel cã- D
cellarij ministerium gesserit, ad eandem obseruationem aliqua ambitione [m] iterũ remeare cõcedatur. Dat. III. Id. Decembr. Rauen. A A. X. & VI. Coss.

VI. Iidem. AA. Vitaliano duci Libyæ.

NEmo de domesticis ducum vel comitum militarium, officiis eorum connumeratus, post completũ sui tẽporis actũ ad eãdẽ rursum sollicitudinem audeat adspirare: decem librarum auri condemnatione proposita, si quis hanc violare voluerit sanctionem: eadẽ pœna officio quoq; eius coërcendo, si per ambitionem, vel auaritiam ex his aliquid temerariè consenserit. † Dat. VIII. Kalend. Nouemb. Honorio. A. XI. & Constãtio. II. Coss. † *aliàs, temerari concesserit.*

VII. Iidem. AA. Eustachio præfecto prætorio.

VElut [n] castrense peculium filiifamilias adsessores etiam post patris obitum vindicent, qui consiliis propriis administratores iuuare consueuerũt, si quid licitis honestísque lucris coadunare potuerint. Dat. Kalen. April. Constãtinop. Hono. XIII. & Theod. X. AA. Coss.

VIII. Iidem. AA. Asclepiodoto præfe. prætorio.

NVllus iudicum ad prouinciam sibi commissam quenquam secũ ducere [o] audeat, cui domestici vel cancellarij nomen imponat: [p] nec profectum ad se vndecunque suscipiat, ne famæ nota cum bonorũ publicatione plectatur. Periculo enim primatũ officij cancellarios sub fide gestorum ex eodẽ officio electos iudicibus applicari iubemus: ita vt post depositam administrationem nec militiam deserant, & prouincialibus præsentiam sui exhibeant, quò volentibus sit accusandi eos facultas. † Si enim idonea causa exegerit: ad detegenda iudicis flagitia & quæstioni eos subdi oportet. [q] Dat. prid. Kal. Iul. Asclepiodoto & Mariniano Coss. † *aliàs, facilitas.*

IX. Impp. THEOD. & VALENTINIANVS. AA. ad Taurum.

SI post depositam administrationẽ iudicum, præsentiam vel exhibitionem domesticorum, querimonia prouincialium aut curialium vel aliqua publica necessitas postulauerit, per eosdem [r] administratores, quorum domestici fuerint, iudicio legibúsque tradantur. Dat. V. Non. Iul. Constantinop. Theodosio. A. XIIII. & Maximo Coss.

X. Iidem. AA. Florentio præfecto prætorio.

IN consiliariis obseruari censemus, vt in eum, qui in sua prouincia [s] vltra quatuor mẽses moderatorib⁹ adsederit [t] aduersus leges antiquas, & diuorum retro principũ scita, proscriptio bonorũ, & accusatio publici criminis immineat, nisi per cœleste oraculũ vel amplissimę tuę sedis pceptionẽ sese defendat. Dat. XIII. Kalẽ. Feb. Theod. XVII. & Festo Coss.

XI. Iidem. AA. Zoilo præf. præt. Orientis.

NOn minus adsessoribus maiorũ magistratuum, quàm ipsis iudicibus nostræ beneuolẽtiæ liberalitas tribuẽda est. ℱ Ideoque consiliarios virorum illustrium præfectorum tam prætoriorum, quàm huius inclytæ vrbis, eminẽtissimorumq; magistrorum militũ, necnõ etiã viri illustris magistri officiorũ, siue prædicto officio iam functi sunt, seu fungẽtur in posterum: post depositum etiã officium ab omni indictionis onere, seu ciuiliũ, seu militariũ iudicũ, prorsus immunes esse præcipimus: vt nec ab amplissima quidẽ sede tui culminis eis vlla molestia super suscipiẽdo quolibet grauamine penitus iniungatur: quinquaginta librarũ auri officio tui culminis condemnatione multando, si quid aduersus statuta clementiæ nostræ innouari concesserit. Dat. V. Kal. Mart. Theodosio. A. XVIII. & Albino Coss.

[a] *Studiorum. Prouoc.* sic &. ĩ. de statuis. l. & virtutũ. Acc.

[b] *Præsides. Libellis.* id est petitionibus quę fiũt super alienandis prædiis minorum, & pro transactionibus alimentorum, & aliis faciendis, quę sunt mixti imperij. secus in testamento. vbi per alium subscribit quis: vt infra de testa. l. fi. & l. iubemus. & authen. & non obseruato.

[c] *Si quis.* prędes.

[d] *Consiliarios.* i. adsessores.

[e] *Et cancellarios.* vt suos notarios.

[f] *Officio.* vt sui milites, & alij de familia. de quorum omnium delictis tenentur vt hic, & ĩ. ad. l. Iul. re. l. j.

[g] *Præcipimus.* vt. ĩ. vt omnes iu. tã ciui. quàm mi. l. j. in prin.

[h] *Subtraxerit.* vt &. ĩ. de exacto. tri. l. iij. li. x. & ff. ad Syl. l. lege. §. pe.

[i] *Fiscus.* vt &. ĩ. de modo mult. l. fina. §. quod si quis.

[k] *Domesticus. Arceatur.* id est, nõ sit patronus in causis.

[l] *Potestatis.* scilicet pũsidis.

[m] *Nemo. Ambitione.* non enim potest quis continuare honores: vt hic, &. ff. de mune. & hono. l. honor. §. gerendorum. & ĩ. l. proxi. secus autẽ si non est ibi ambitio: vt ĩ. e. liceat. &. ĩ. de prin. agen. in re. l. ex agentibus. lib. xij. Vel illa. l. liceat. loquitur in adsessore: hæc in domestico vel cancellario.

[n] *Velut.* Nota & fa. infra de aduo. di. iud. l. fori. &. ĩ. de inoff. test. l. fi.

[o] *Nullus. Secum ducere.* immò videtur, cũ inde habere nõ possit: vt. ĩ. l. in consiliariis. sed illic in adsessore, hic etiã in aliis. Vel hic nomine, sed nõ re erat cancellarius.

[p] *Imponat.* cum non sint tales. arg. contra. ĩ. eo. l. consiliarios.

[q] *Oportet.* & sic tenetur pro his quos secum duxit: vt &. ff. de offic. proconsl. l. obseruare.

[r] *Si post. Per eosdem.* & sic. ĩ. de aboli. fallaciter. Sed ar. cõtra ĩ. de testi. l. nimis graue

[s] *In consiliariis. Prouincia.* ĩ. e. nullus. contra. Solu. vt ibi.

[t] *Adsederit.* ex iussu principis. aliàs nec intra hoc tempus potest: vt. ff. ex q. cau. maio. l. hi qui. &. l. si cui. in prĩ.

*Honores non sunt continuãdi. † aliàs, desiderantur.*

*† Nota quòd studere laboriosum est. facit authent. habita. ĩ. ne fili. pro pat.*

*† Concor. in ca. cum ab omni. in gl. super verbo, adsessorum. in fi. extra de vi. & ho. cle. vbi hæc verba recitantur.*

** aliàs, & rectius, Tyberiano & Dione.*

** aliàs, libelles.*



BIU Cujas

a *Iceat. Et sæpius.* cũ alij nõ inueniunt idonei: vt. ff. de mu. & ho. l. honor. §. fin. & in authen. de defen. ciui. §. fi. col. iij. &. j. de aduo. di. iud. l. si quis de togatis. alioquin contra: vt supra eo. l. nemo. vel. §. male egit primo anno, hic bene.

b *Nemo. Cuiuscunque magistratus.* Nõ potest ergo qs simul esse adsessor & aduocat⁹, sicut nec iudex & aduocatus: vt. j. de postu. quisquis. nec in duabus militiis: vt. j. qui mil. non pos. l. v. §. in posterum. li. xij. sic nec plures habere honores: vt. ff. ad munici. libert⁹. §. prescriptio. &. ff. e. l. pe. Item nec vicẽ duarũ personarum: vt. ff. de pactis. si plures. &. j. de pxi. sacro. scri. l. hac parte. li. xij. nec in duab⁹ societatibus: vt. ff. de colle. illici. l. j. §. fi. & facit in decre. lxxxix. distin. singula. & ibi not. ple. de hac materia.

c *Ad vtrũque festinat.* vnde illud, Qui binos lepores vna sectabit hora, Vno quãdoq;, quãdoq; carebit vtroq;.

d *Sufficere.* sic. ff. de rebus eorum. l. magis. §. in primis. &. ff. de neg. gest. at qui natura. §. cum me.

e *Quasdam literas.* sic §. de legi. & cõsti. l. nõ dubium. &. j. de natu. lib. l. legem. in fi.

f *Vindicare.* aliàs iudicare, deposita etiam aduocatione.

g *Incorrupti.* i. boni.

h *Iudicis.* vt. ff. de iur. om. iudi. l. prætor. nec testis: vt. ff. de testi. l. fi.

*DE ANNONIS, &c.*

*De maioribus & minoribus magistratib⁹. ſ. dictũ est. Nũc autẽ ponit de eorũ solatiis, vel salariis. Et quia ipsi percipiebant salaria in annonis, ideo ponit de annonis & capitu, id est, capitatione ministrantium & adsessorum, & aliorum gerentium publicas dignitates, id est quæ dabantur administrantibus publica officia. Azo.*

Continuatio rubri.

i De annonis, &c. *generaliter de annonis, specialiter de capitatione dicit hic, & infra de serui. & aqua. Vel dic de annonis, &c. i. de annona quæ pro capite & ꝑsona magistratuũ & adsessorum dabatur. & hoc est quod dicitur. j. de anno. ciui. l. fi. lib. xi. & de eroga. mi. ãno. l. fi. li. xii. q̃ milites nostri annonas & capita singulis diebus cõsequebãtur. Sicut enim capitatio dicitur tributũ qđ quidẽ ꝑ capite datur: ita annona dicitur tributũ, quia pro capite magistratus datur: vt dixi. ſ.*

Annona & capitatio sunt tributa.

k *Omnibus. Et capite.* i. capitatione. alias, capitu.

l *Dignitatis.* i. debito & capite præstando.

m *Particularibus.* i. singulorum descriptionibus. Cũcta leguntur.

n *DE CONTRA ctibus iudicum, vel eorũ qui sunt, &c.*

o *Quicunque. Emere.* vt. ff. de contrahẽ. emp. l. nõ licet. &. l. qui officij. in prin. & de iure fisci. l. aufertur. §. ij.

p *Præterierit.* sic. j. si maior factus ratũ ha. l. fi. Accur.

q *Prouincias.* hoc in

†hac subscriptio ad Græcã cõstitutionẽ Zenonis A. ꝑtinet, quæ deesse notatur.

XII. Impp. VALENT. & MARTIAN. AA. Palladio præfecto prætorio.

LIceat omnibus iudicibus illustri præditis potestate cõ siliarios sibi eosdem secundo, ac tertio, & sæpius[a] adiungere: quia qui semel recte cognitus est, non debet ob hoc solum, quòd iam probatus est, improbari. Data. VI. Kalend. Iul. post cõsulatum Decij & Longini.†

**Constitutio Græca.*

XIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni præfecto prętorio.

NEmo ex his, qui aduocati causarũ constituti sunt vel fuerint etiã in hac regia vrbe, in quocunque iudicio deputati, & in aliis omnibus ꝑuinciis nostro subiectis imperio, audeat in vno eodemq; tẽpore tam aduocatione vti, q̃ cõsiliarij cuiuscũq; [b] magistratus, quib⁹ respublica gerenda committitur, curam arripere: cum satis abũdeq; sufficiat, vel ꝑ aduocationem causis perfectissime patrocinari, vel adsessoris officio fungi: ne cum ad vtrunq; [c] festinat, neutrum bene peragat: sed siue aduocatus esse maluerit, hoc cũ debita solertia implere possit: vel si adsessionẽ elegerit, in ea videlicet permaneat: ita tamen, vt post consiliarij sollicitudinẽ depositam, liceat ei ad munus aduocationis reuerti. ℣ Nec sit concessum cuiquã duobus magistratibus adsidere, & vtriusq; iudicij curã peragere: (neque enim facile credẽdum est, etiam duabus necessariis rebus vnum sufficere. [d] nam cum vni iudicio adfuerit, alteri abstrahi necesse est. sicque nulli eorum idoneum in totum inueniri.) sed altera adsessione penitus semota, vnius magistratus esse contentum iudicio. ℣ Nec callidis machinationib⁹ huiusmodi legem putet quis esse circunscribendam, etsi non consiliarij signum, quod solitum est, chartis imponat, sed alias quasdam literas [e] excogitatas adsimulauerit, existimans ei licere fungi quidem memorato officio, sub huiusmodi tamẽ vmbra latere: cum in legem cõmittant & hi, qui vigorem eius scrupulosis & excogitatis artibus eludere festinant. ℣ Neque sibi blandiri quenquã oportet, quòd præsentis etiam legis aculeos possit euadere, quemadmodum & anteriores leges super hac re positas deludebat. Si quis etenim in tali commisso fuerit inuentus, sciat se de matriculis aduocatorum penitus esse delendum, & decem librarum auri multam nostris priuatis largitionibus illaturum, per virum illustrem comitem rerum priuatarũ exigendam: & aliam maiorem regalis culminis subiturum offensam: cũ nec ipse iudex qui hoc fieri passus est, & sciens prudénsque hoc commiserit, sine imperiali commotione remanebit. Eidem pœnæ quidẽ subiiciendo etiam eo vel eis, qui in his causis, quarum patrociniũ adepti sunt, quibúsque aduocationem suam præstiterunt, adsessiones cuiuscunq; magistratus colore audeat, vel audeant vindicare: [f] ne affectiõis suę vel aduocationis memor, incorrupti[g] iudicis[h] non possit nomẽ perferre. Dat. V. Kalẽ. Octob. Chalcedone, Decio. V. C. Cos.

*TITVLVS L.*

DE ANNONIS, [i] ET CAPITATIONE† adminis trantium, & eorum adsessorum, aliorúmve publicas sollicitudines gerentium, vel eorũ qui aliquas consecuti sunt dignitates. †aliás capit.

I. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Florentio præfecto prætorio.

OMnibus tã viris spectabilib⁹, quàm viris clarissimis iudicibus, qui per prouincias siue militarem, siue ciuilem administrationem gerunt, necnon comiti cõmerciorum, magistro æris, siue priuatæ rei rationali per Ponticam atq; Asianã diœcesim, itẽ & adsessorib⁹ iudicum singulorũ in præbẽdis solatiis annorũ hic fixus ac stabilis seruabitur modus, vt ea pro annonis & capite[k] † dignitatis[l] suæ debitis precia cõsequantur, †capita q̃ particularibus[m] delegationibus solent cõtineri. Dat. III. Kal. Iun. Cõstantinop. Theodosio. XVII. & Festo Coss.

*TITVLVS LI.*

DE CONTRACTIBVS IVDICVM[n], VEL eorũ qui sunt circa eos: & inhibẽdis donationibus in eos faciendis: & ne administrationis tẽpore proprias ædes ædificent sine sanctione pragmatica.

*Prætores & prouinciarũ rectores nõ possũt per se vel per alios cõtrahere in loco sibi cõmisso, nisi pro necessitate victus & vestitus. Saly.*

I Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ præfecto prætorio.

QVicũq; administrationẽ in hac florẽtissima vrbe gerũt, emere[o] quidẽ mobiles res vel immobiles, vel domos extruere nõ aliter possũt, nisi specialẽ nostri numinis hoc eis permittentẽ diuinã rescriptionẽ meruerint. ℣ Donationes vero omnimodo recusent, sciẽtes nõ esse validas eas, inquibuscunq; rebus, & quacunque æstimatione, nisi post administrationẽ depositã vel specialiter in scriptis donator candẽ donationem ratam habuerit, vel tẽpus quinquẽnale præterierit[p], in quo nulla querela super hisdẽ donationib⁹, vel ab ipso donatore, vel ab eius successoribus facta sit. ℣ Prouincias[q] vero moderantibus, non solum donationes,

BIU Cujas

minoribus.ſ. in præſidibus, qui ſunt clariſſimi: vt.ĩ. de pri.car.l.j. & ita inter minores quid iuris ſit audi, vbi nõ poſſũt ratificari huiuſmodi cõtra[a], multo minus ergo & ĩ deſẽſore ciuitatis, vel magiſtratu municipali, q̃ nõ habent merũ imperium, ſed modicã iuriſdictioné & coẽrcitionem: vt.ff.de iur. omiu.l.magiſtratibus. ſed præſides etiã merũ imperium habẽt: vt.ff. de off.preſi.illicitas.§. qui vniuerſas. Sed quid ſi duo ſint in magiſtratu? an alter emere poteſt ex officio ſi alter auctoreſ? Videtur q̃ ſic, ſicut in duob[b] tutoribꝰ quorũ vno auctorante alter emit: vt.ff. de auct.o.tu.l.pupillus. §.ſane. Sed puto cõtra, quia ibi eſt media pſona vt pupilli, cui pſtat auctoritas, quia ipſe cõſentit: quod dici nõ poteſt in vniuerſitate, q̃ cõſentiat: vt.ff. de lib. vniuer.l.j. Vel, qđ verius eſt, ipſe magiſtratus vniuerſitatẽ repræſentat: vnde nõ inuenitur media pſona: vt ſ. in pupillo dictũ eſt.

*Magiſtratũ ſi duo gerãt an vnus alteri auctoritatẽ præſtare poterit.*

*Hæc aliàs deſunt.*

a *Alimoniam*. Not. ſic &.ff.de offi. præſi.l. plebiſcito.

b *Aedificationes*. repete, prohibemus.

c *Datum eſt*. vel quia ex rebꝰ ciuitatum aliis vendiderat: vt infra de vend.re.ci.l.ſi.lib.xj.

d *Perſonam*. vt &.ĩ.de his q̃ vi mẽtúſve cau. l.pe.& facit.ĩ.ſi cer.pe. l.eos.&.l.penul.

e *Iudicationibus*. id eſt ſententiis.

*DE MODO MVLtarum, &c.*

*Dictum eſt.ſ.de magiſtratibus ſere omnibus: ſed quia permiſſum eſt eis defendere iuriſdictionẽ ſuã pœna vel multæ iudicio: vt.ff. ſi quis ius dicẽti nõ obtemperã.l. i. ideo ponit de modo multarum.*

f A iudicibus. *habentibus merum imperium, non aliis: vt. ff. de iudi. l.ii.§.ſi.& infra.l.ii. & l.iii.quas lege.*

g *Multa damnum*. extraordinarium. Et not. pro condẽnatis Bononię bonum argumentum, quòd nõ ſunt infames, cum extraordinariè condemnentur.

*Logiſta quid ſit &*

h *Vrator. Logiſta*. id eſt rationalis.

tiones, ſed etiã emptiones quarumcunq; mobiliũ vel immobilium rerũ (præter eas quæ ad alimoniam[a] vel veſtes pertinẽt) & ædificationes, [b] licet ſacri apices aliquid eorũ permiſerint, penitus interdicimus. ¶ Nec ratum ſit, quod his donatione vel vẽditione datũ[c] eſt, licet quinquennale tẽpus poſt depoſitam adminiſtrationẽ exceſſerit, vel cõſenſus donatoris vel vẽditoris poſt eandẽ adminiſtrationẽ adiectus ſit. ¶ Hæc autẽ etiã ad domeſticos & conſiliarios eorum trahi neceſſarium duximꝰ: illud etiã adiicientes, vt nec per interpoſitam perſonam[d] aliquid eorum ſine periculo poſſit perpetrari: quę etiam ad prẽterita negotia referri ſancimus, niſi tranſactionibus vel iudicationibus[e] ſopita ſint. † Dat. V. Id. Decemb. Conſtantinop. D. N. Iuſtiniano. A. II. Cos.

*TITVLVS LII.*

## DE MODO MVLTArum, quæ à iudicibus[f] infligũtur.

*Not.glo.hic poſitam quæ ad hoc conſueuit allegari, quòd damnatus ex inquiſitione non ſit infamis: quod clarius tenet glo.ĩ.de ſuſpec.tu.l.ſi. Salycetus.*

I Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Firmo.

MVlta damnum[g] famę nõ irrogat. Dat. V. Id. Apri. Antonino. A. & Geta vtriſque. ij. Coss.

*Procurator Cæſaris non habet poteſtatẽ multandi. Sal. & idem in procura. fiſcali: vt in.l.ſeq. Saly.*

II. Imp. ALEXADER. A. Decimio præfecto prætorio.

PRocuratores meos vel rationales, multæ indicendæ ius non habere ſæpe reſcriptũ eſt. Dat. XIII. Kalẽd. Septẽb. Modeſto & Probo Coss.

III. Imp. GORDIANVS. A. Celeri præfecto prætorio.

CVrator reipublicæ (q̃ Græco vocabulo logiſta[h] nuncupatur) multandi ius non habet. Dat. Idib. Septemb. Gordiano. A. & Auiola Coss.

IIII. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEODOSIVS. AAA. Eutropio præfecto ptorio

ILluſtres viros prẽfectos prẽtoriis vſque ad quinquaginta librarum auri multam, cum peccatum grauiſsimum erit, peruenire ſinimus. Dat. VIII. Id. Ian. Gratiano. V. & Theodoſ. AA. Coss.

*Nota duo. Primo, quòd multa applicatur fiſco. Secundo, quòd iudex poteſt multam in eius impoſitione in ſalarium aduocatorum deputare, vel in refectionem alicuius rei ſpectantis ad rempublicam. Salycetus.*

V. Imppp. VALEN. THEODOSIVS & ARCADIVS. AAA. ad Prætextatum præfectum prætorio.

MVltarum ſeuera[i] compẽdia ærario[k] noſtro protinus eſſe quærenda nullus ignoret: niſi ipſe iudex id, quod ad pœnam admiſsi facinoris exculpitur,[l] vel publicis operibus, vel curſui[m] publico, vel aliis neceſſariis cauſis ſpecialiter deputauerit. Dat. V. Id. Septemb. Aquileiæ, Richomere & Clearcho Coss.

*Secundum varietatem iudicum maior & minor multa poteſt imponi. ob correctionem tamen malorum morum, vltra ter quis non poteſt multari: & contrà faciens punitur: nec multa impoſita poteſt minorari, niſi ob paupertatem multati. Saly.*

VI. Impp. ARCADIVS & HONORIVS. AA. Meſſalæ præfecto prætorio.

EOs qui ordinario[n] prouincias iure moderantur, erga eorum perſonas, quos culpa reddit obnoxios, vltra duarum vnciarum auri ſummam condemnare non patimur. ¶ Proconſularem[o] vero poteſtatem, ſi multãdi neceſsitas imminebit, ſenarum vnciarum auri ſumma cohibebit: in qua forma etiam comes Orientis atque præfectus Auguſtalis erit. Cæteri vero ſpectabiles[p] iudices, & qui vice noſtra adminiſtrationis gubernacula ſuſceperint, vltra tres auri vncias ſibi intelligant licentiam denegatam. ¶ Id quoque obſeruandũ à moderatore eſſe cenſemus, vt in vnius correptione perſonę (ſi ad id continuatio peccati impulerit) trinæ[q] tantũmodo in anno condemnationis ſub præſtituta ſumma ſeueritas exerceatur. † Quòd ſi quis[r] prædictũ modũ exceſſerit: [ſ]huius auctor[t] † admiſsi condemnato ad dupli reſtitutionẽ: fiſco[u] verò noſtro ad inferendam eam quantitatem quam multæ nomine inflixerit, tenebitur. ¶ Nec tamen ad huius legis moderationem pertinere ſe credant,[x] qui in peculatibus[y] aut manubiis, id eſt, deprædationibus, aut cõcuſsionibus, furtis, aliiſque flagitiis, q̃ coẽrceri ſeuerius conuenit, fuerint deprehenſi: ſcilicet vt ſcripta per iudices memoratos, in cuiuſlibet[z] fuerit dirigẽda diſpendiũ ſentẽtia proferat. [a] ¶ Nec putent factu facile eſſe, vt aut præcipiti perſuaſione condẽnẽt, q̃ culpa nõ ingrauet: aut erubeſcẽda varietate[b]

iudicij

à logos, quòd eſt ſermo. inde alogiſta: vt ff. de admi.tu.l.quidam decedens. *vnde dicatur.*

i *Multarum ſeuera*. id eſt crudelia.

k *Aerario*. niſi in caſibus: vt.ſ. de epi. aud. l.ij.&.ff.de iure pa.l.diuus.ij.§.fi.

l *Exculpitur*. id eſt aufertur.

m *Vel curſui*. id eſt ſalariis aduocatorum.

n *Eos qui ordinario*. delegati non niſi in caſu: vt infra de ſpor tu.l.ij.

o *Proconſularem*. idẽ videtur in epiſcopo, quod in proconſule & iſtis: vt.ſ.de epiſ.audi. l. epiſcopale. & in authen. de ſanctiſ. epiſc. §.ſi autem œconomus. col.ix.

p *Spectabiles*. ſecus in magiſtratibus municipalibus: vt infra titu.j. defenſores.ij.

q *Trinæ*. ſed cõtra.ĩ. de ſeruis fugiti.l.iiij.§. j.Sol.vt ibi.

r *Quòd ſi quis*. ſcilicet iudex.

ſ *Exceſſerit*.ſ.iudex.

t *Actore*. id eſt iudice.

u *Fiſco noſtro*. vt & ſupra de adſeſſ.l.conſiliarios.

x *Se credant*.q.d.prædictus modus ſeruabitur in delinquẽtes, niſi reperiantur commiſiſſe peculatum, vel furtum, vel aliqua crimina, quæ grauius ſolent coẽrceri. tũc enim maior multa poteſt à prędictis indici.

y *In peculatibus*. ſic ponitur in authentica de trien.& ſemiſ.§.hęc à nobis.col.iij.

z *In cuiuſlibet*. id eſt, contra vel ſuper, dummodo in caſibus prædictis. Accurſius.

a *Proferatur*. etiam vltra ſummam prędictã.

b *Varietate*. Not. q̃ varietas reprobatur. Sed arg. contra. ff. de col.bo.l.nõnunquã.in prin.& dixi.ff. de procu.l.in cauſſæ. in prin. *Varietas reprobatur.* †*aliàs, exeratur.*

†*actore. legit Accur.*

BIU Cujas

a *Paupertas.* vt &. ff. de offic. præſi. l. illicitas. §. fi.

*DE DEFENSO-ribus ciuitatum.*

*Cõtinuatio.* *Dictum eſt. ſ. de maioribus magiſtratibus, ſcilicet prouinciarum: nunc de minoribus, id eſt ciuitatum defenſoribus videamus. Et in primis qualiter defenſor conſtituatur, & poſtea quod ſit eius officium. Axo.*

b De defenſorib⁹ ciuitatum. *qui ſunt minimi, qui nec merũ nec mixtum habent imperium: vt in authen. eo. §. nulla. in fi. col. 3. ſed modicam coercitionem: vt eod. titu. §. audient.*

c *Si quis. Crediderit.* De defenſorib⁹ loquitur.

d *In minoribus cauſis.* aliter quandoque ponitur minima ſumma: vt. ff. ſi cui pluſquam per. l. Falci. l. iij. §. quãuis. hodie vſque ad trecentos aureos: vt in authen. eod. §. & iudicare. col. iij. Accurſius.

e *Iudicialia.* ſcilicet tua.

f *Conficiat.* ſ. actor.

g *Delegationem.* quia forte à fiſco annonam conſequebantur: vt. ĩ. de numerariis, actu. & chartu. l. exceptores. lib. xij.

h *Reſtituas.* id eſt, reſtitui facias.

i *Cæteras.* ſcilicet res.

k *Defenſores. Idoneis.* & catholicis: vt ſuprà de epiſco. aud. l. iubemus.

l *IN defenſoribus. Erit.* hæc forma. & non legitur hæc. l.

m *Quinquennii.* hodie biennij: vt in authenti. eod. §. iuſiurandum.

n *Procacitati.* repete, occurras.

o *Iudicem.* id eſt, præſidem.

p *Exigendi.* aliàs, exhibenda: aliàs, exigenda. id eſt, inferenda. Accurſius.

q *Defenſores. Multas.* niſi in caſu: vt infrà de ſportu. l. ij.

r *Plebem.* id eſt, populum.

ſ *Deſinant.* ſic nomina ſunt conſequentia ſeu conuenientia reb⁹: vt inſtitu. de dona. §. eſt & aliud. & ar. ĩ. de feri. l. à nullo.

t *Per omnes.* non legitur. Accur.

u *Coaleſcere.* i. creſcere.

iudicij pro arbitrio proprio immutandum eſſe, quod iuſſerint: niſi paupertas [a] condemnati hoc perſuaſerit. Dat. XII. Kalend. Septemb. Theodoſio. A. II. & Cynegio. Conss.

*TITVLVS LIII.*

## DE DEFENSORIBVS [b] ciuitatum.

I. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA. Senecæ defenſori.

SI quis de tenuioribus ac minuſculariis* rebus interpellandum te eſſe crediderit, [c] in minoribus [d] cauſis, id eſt vſque ad quinquaginta ſolidorum ſummam acta iudicialia [e] cõficiat: [f] ſcilicet vt ſiquãdo quis vel debitũ iuſtũ, vel ſeruũ qui per fugã fuerat elapſus, vel quodvltra delegationẽ [g] dederat, poſtulauerit, vel quodlibet huiuſmodi, tua diſceptatiõe reſtituas. [h] Cæteras [i] vero quæ dignæ forẽſi magnitudine videbuntur, ordinario inſinuato rectori. Dat. XV. Kalen. Ianuar. * Terici. Valentiniano & Valente AA. Conss.

II. Iidem. AA. ad Probum præfectum prætorio.

1 DEfenſores ciuitatum, nõ ex decurionum, ſeu cohortalium corpore, ſed ex aliis idoneis [k] perſonis huic officio deputentur. Dat. III. Non. Nouembr. Iiſdem Conss.

III. Iidem, & GRATIANVS. AAA. ad Senatum.

VTili ratione perſpectũ eſt, vt innocẽs & quieta ruſticitas, peculiaris patrocinij, id eſt defenſoris locorum beneficio perfruatur, & apud eum in pecuniariis cauſis litigandi habeat facultatem. Dat. IIII. Id. Auguſt. Hierapoli, Valentinia no & Valente. AA. vtriſque. II. Conss.

IIII. Imppp. GRATI. VALENTI. & THEODO. AAA. Theodoro defenſori.

IN defenſoribus vniuerſarum prouinciarum erit [l] adminiſtrationis hæc forma, & tempus quinquennij [m] ſpacij metiẽdum: ſcilicet vt in primis parentis vicem plebi exhibeas: deſcriptionibus ruſticos vrbanóſque non patiaris adfligi: officialium inſolẽtiæ, & iudicum procacitati [n] (ſalua reuerentia pudoris) occurras: ingrediendi A cum voles ad iudicem [o] liberã habeas facultatem: ſuperexigẽdi [p] damna, vel ſpolia plus petentium ab his quos liberorum loco tueri debes, excludas: nec patiaris quicquam vltra delegationem ſolitam ab his exigi, quos certum eſt niſi tali remedio non poſſe reparari. Dat. XI. Non. Ianuar. Conſtantinopo. Arcadio & Bautone Conss.

x *Maturari.* id eſt, perfici.

y *Defenſores. Imbuti.* vt. ſ. de epi. audi. l. iubemus. & in authen. iuſiurandũ quod præſt. col. ij.

z *Vbemus.* non legitur.

V. Imppp. VALENTINIA. THEOD. & ARCAD. AAA. Potamio præfecto Auguſtali.

2 DEfenſores nihil ſibi inſolenter, nihil indebitum vindicantes, nominis ſui tantum fungantur officio. Nullas infligant multas. [q] Seuiores B non exerceant quæſtiones. Plebem [r] vel decuriones ab omni improborum inſolentia & temeritate tueãtur: vt id tantum quod eſſe dicuntur, eſſe non deſinant. [ſ] Dat. III. Non. Mart. Conſtantinopo. Arcadio. A. II. & Rufino. Conss.

VI. Iidem. AAA. Tatiano præfecto prætorio.

PEr omnes [t] regiones in quibus fera & periculi ſui neſcia latronum feruet inſania, probatiſſimi quique & diſtrictiſſimi defenſores adſint diſciplinæ, & cotidianis actibus præſint, qui non ſinãt crimina impunita coaleſcere. [u] remoueant patrocinia quæ fauorem* reis, & auxilium ſceleroſis impertiendo maturari [x] ſcelera fecerunt. Dat. V. Id. Aprilis. Arcadio A. II. & Rufino. Conss. *ſeruorum

VII. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Cæciliano præfecto prætorio.

3 DEfenſores ciuitatum oblatos ſibi reos in ipſo latrocinio vel congreſſu violẽtiæ, aut perC petrato homicidio, aut ſtupro, vel raptu vel adulterio deprehenſos, & actis publicis ſibi traditos, expreſſo crimine cũ his à quibus fuerint accuſati, mox ſub idonea perſecutione ad iudicium dirigant. Dat. Prid. Kalend. Ian. Mediolani, Stilichone. II. & Anthemio. Conss.

VIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Cæcilio. PP.

4 DEfenſores ita* præcipim⁹ ordinari, vt ſacris orthodoxæ religiõis imbuti [y] myſteriis, reuerẽ diſſimorũ epiſcoporũ, necnon clericorũ & honoratorum ac poſſeſſorũ & curalium decreto conſtituãtur: de quorũ ordinatione referendũ eſt ad illuſtriſſimã prętorianã poteſtatẽ: vt literis eiuſdẽ magnificę ſedis eorũ ſolidetur auctoritas. ℣ Quòd ſi quid à qualibet perſona cõtra publicã diſciplinã in lęſionẽ poſſeſſorum fieri cognouerint defenſores: referẽdi habeãt poteſtatẽ ad illuſtres & magnificos viros præfectos prętoriis, & illuſtres viros magiſtros equitum & peditũ, magiſtros etiã officiorũ, & comites tã ſacrarũ largitionũ quã rerũ priuatarũ. Dat. XV. Kal. Feb. Rauẽnę, Honorio. VIII. & Theodo. III. AA. Cõss. *al. ſic, Defenſores ciuitatum iudicamus ordinari, &c.

IX. Iidem. AA. Cæcilio. PP.

IVbemus [z] cura ac ſolertia defenſorũ minimè poſſeſſores maioribus menſuris & ponderibus à ſuſceptoribus prægrauari: ſed eos deprehenſos, ad iudiciũ dirigi cum ipſo cõmiſſæ fraudis indicio. ℣ Illud etiã fieri permittimus, vt ſi prouincialib⁹ noſtris cõteſtari iniurias ſeu lęſiones* ſuas cupiẽtib⁹, actorũ cõfectio à defenſorib⁹ denegetur: licentia eis tribuatur querelæ propriæ libellũ conſcriptũ, eo tempore quo fuerat cõteſtãdum, in frequẽtiorib⁹ ciuitatum locis proponendi, conueniendiq; ſcribas, tabularios, & cætera officia publica cõmonẽdi (per quæ libellũ colligi oportebit, * *al. iniuriæ lęſiones ſuas, &c.*

BIU Cujas

a *Oportebit.* hæc protestatio habetur pro libello dato. Accur.
b *Constiterit.* scilicet acta recipere.
c *Exeratur.* id est, exerceatur per præsidem, cum defensor nolit facere.
d *Nvlli. Liberare.* vt. ff. de offi. præsi. l. legatus.

*DE MAGISTRATIBVS municipalibus.*

*Continuatio rubri.* *Supra de magistratibus ciuitatum: Nunc de magistratibus municipiorum vel villarum seu burgorum: in quibus satis dici potest eadem seruanda quæ dicta sunt in defensoribus ciuitatum. Axo.*

e *DE MAGISTRATIBVS municipalibus.* *Hic ti. tractat de magistratibus castrorum & villarum, non ciuitatum.*

* *exercetur.* * *al. sic, Defensores ciuitatum ita iudicamus ordinari, &c.*

f *Decuriones. Tres menses.* antequam incipiat eorū administratio. Accur.

g *Magistratus.* facit. j. l. proxi. tit. proxi.

*DE OFFI. IVri. Alexand.*

h *Ivbemus. Dūtaxat.* q.d. non apud aliū in eadem ciuitate.

i *Dicerentur.* vt & ff. eo. l. j. & ꝟ. titu. proxi. l. ij. & ꝟ. de don. l. in hac.

*DE EDENDO.*

*Cōtinuatio.* *Dictū est de magistratibus: sequitur de iudiciis, quæ per magistratus exercentur: vt. ff. de orig. iur. l. 2. §. post originē. & primo de edendo,* a *quod præparatorium est iudiciorū. Vel sic: Dictum* b *est. §. de magistratibus & eorū officio iudicis indaganda. hoc dicit secundum vtramq; lecturam. Primo in codice rationum intelligitur. Secundo in instrumentis: vt in glos. Alexand. Imo. Vel sic: editio petitur iudicis officio, causa cognita exhibenda. hoc dicit. Salycetus.*

a *Istū glo. approbant omnes scribentes hic. & istud non sentiunt, quæ diximus cōsiste re in contentiosa iurisdictione. Contentiosa autē iurisdictio est in iudiciis cognoscendis & terminādis: quorum iudiciorū præparatio est editio actionis. Et ideo ponit de edendo. id est, de editione faciendā: subaudi, eorū quæ necessaria sūt in agēda causa. Sed in primis necessaria est editio actionis: postmodum litis cōtestatio: in processu causæ necessaria est editio rationum instrumentorū & actorum: de quibus omnibus videam⁹. Axo. Et nota quòd triplicitercᵉ edictum de edendo dicit, scilicet actionū: vt. j. eo. l. 1. edita. Rationū, vt. j. eo. l. 1. & l. non est. & l. iustum. & l. fina. Et instrumentorum:* d *vt j. eo. l. 2. l. qui accusare. & l. procurator. Et dic de edendo, id est, demonstrando, ab edo edis. Sed quæritur, quare dixit de edendo per gerundium, & non de editione? Item quare non subiunxit accusationis? & dic vt dicentur. Fulginus. Alexā. & Iason. & Clos. ibi.*

b *Constiterit.* scilicet acta recipere.
c *Exeratur.* id est, exerceatur per præsidem, cum defensor nolit facere.
d *Nvlli. Liberare.* vt. ff. de offi. præsi. l. legatus.

*DE MAGISTRATIBVS municipalibus.*

*Continuatio rubri.* *Supra de magistratibus ciuitatum: Nunc de magistratibus municipiorum vel villarum seu burgorum: in quibus satis dici potest eadem seruanda quæ dicta sunt in defensoribus ciuitatum. Axo.*

e *DE MAGISTRATIBVS municipalibus.* *Hic ti. tractat de magistratibus castrorum & villarum, non ciuitatum.*

* *exercetur.* * *al. sic, Defensores ciuitatum ita iudicamus ordinari, &c.*

f *Decuriones. Tres menses.* antequam incipiat eorū administratio. Accur.

g *Magistratus.* facit. j. l. proxi. tit. proxi.

*DE OFFI. IVri. Alexand.*

h *Ivbemus. Dūtaxat.* q.d. non apud aliū in eadem ciuitate.

i *Dicerentur.* vt & ff. eo. l. j. & ꝟ. titu. proxi. l. ij. & ꝟ. de don. l. in hac.

*DE EDENDO.*

*Cōtinuatio.* *Dictū est de magistratibus: sequitur de iudiciis, quæ per magistratus exercentur: vt. ff. de orig. iur. l. 2. §. post originē. & primo de edendo,* a *quod præparatorium est iudiciorū. Vel sic: Dictum* b *est. §. de magistratibus & eorū officio iudicis indaganda. hoc dicit secundum vtramq; lecturam. Primo in codice rationum intelligitur. Secundo in instrumentis: vt in glos. Alexand. Imo. Vel sic: editio petitur iudicis officio, causa cognita exhibenda. hoc dicit. Salycetus.*

a *Istū glo. approbant omnes scribentes hic. & istud non sentiunt, quæ diximus cōsiste re in contentiosa iurisdictione. Contentiosa autē iurisdictio est in iudiciis cognoscendis & terminādis: quorum iudiciorū præparatio est editio actionis. Et ideo ponit de edendo. id est, de editione faciendā: subaudi, eorū quæ necessaria sūt in agēda causa. Sed in primis necessaria est editio actionis: postmodum litis cōtestatio: in processu causæ necessaria est editio rationum instrumentorū & actorum: de quibus omnibus videam⁹. Axo. Et nota quòd triplicitercᵉ edictum de edendo dicit, scilicet actionū: vt. j. eo. l. 1. edita. Rationū, vt. j. eo. l. 1. & l. non est. & l. iustum. & l. fina. Et instrumentorum:* d *vt j. eo. l. 2. l. qui accusare. & l. procurator. Et dic de edendo, id est, demonstrando, ab edo edis. Sed quæritur, quare dixit de edendo per gerundium, & non de editione? Item quare non subiunxit accusationis? & dic vt dicentur. Fulginus. Alexā. & Iason. & Clos. ibi.*

c *Imò quadrupliciter Baldus. & Pau. d Quorū ap. eo. l. 2. l. qui accusare. Et dic de edendo, id est, demonstrando, ab edo edis. Sed quæritur, quare dixit de edendo per gerundium, & non de editione? Item quare non subiunxit accusationis? & dic vt dicentur. Fulginus. Alexā. & Iason. & Clos. ibi.*

oportebit,ᵃ) atq; inuitis supra memoratis personis sub actorū confectione ingerendi, quorū quæstione fides possit inquiri: qua probata, in eos quos gesto rum petitam cōfectionem negasse constiterit, ᵇ vigor iudiciarius exeratur. ᶜ*Dat. XI. Kalend. Feb. Rauennę, Honorio. VIII. & Theodosio. III. AA. Conss.

*Nota quòd non potest aliquis renunciare officio defensoris ciuitatis, nisi cum auctoritate principis. Bartol.*

x. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Cyro præfecto prætorio.

NVlli defensorum licere de cernimus, si de publica solicitudine se voluerit liberare,ᵈ nisi diuinos affatus intimauerit tuæ sublimitatis iudicio: triginta librarum auri pœnā tam moderatoribus prouinciarū, quàm cæteris iudicibus vel temeratoribus sacri nostri oraculi subituris, si neglecta fuerit auctoritas principalis. Dat. XV. Kalend. Septem. Constantinopo. Cyro. V. C. Cos.

*TITVLVS. LIIII.*

DE MAGISTRATIBVS municipalibus. ᵉ

I. Imp. CONSTANTINVS. A. ad Florentium. PP.

DEcuriones ad magistratum, vel exactionē annonarū, ante tres menses,ᶠ vel amplius, nomi nari debent: vt si querimonia eorū iusta videatur, sine impedimento in absoluendi locum alius subrogetur. Dat. Id. Apri. Constantinop. Seuero & Rufino. Conss.

II. Impp. VALENTINIA. & VALENS. AA. ad Germanianum.

MAgistratus ᵍ conficiendorum actorum habeant potestatem. Dat. XIII. Kalend. Ianuar. Gratiano. N. P. & Dagalaipho. Conss.

*TITVLVS. LV.*

DE OFFICIO IVRIDIci Alexandriæ.

I. Impp. LEO & ANTHEMIVS. AA. Alexandro duci & pf. Augustali.

IVbemus apud Alexādrinæ dūtaxat ʰ clarissimę ciuitatis iuridicum, licitum & concessum esse, singulis quibuscūq; volētibus donationis cōscriptæ solēniter instrumēta referare: eisdēq; robur adiiciat gestorū series apud eundē confecta, tanquā si apud virum clarissimum moderatorem prouinciæ, vel magistratus, vel defensores plebis, habita fuisse dicerentur. ⁱ

# Codicis do MINI IVSTINIANI sacratissimi principis ex repetita prælectione, Liber secundus.

*TITVLVS PRIMVS.*

DE EDENDO.

*Actor primo debet inspicere quā facultatem probandi habet: quia reus habens rationes vel instrumenta ex quibus possit de iure ipsius actoris doceri, non tenetur edere: nisi ex iusta causa in iure expressa officio iudicis indaganda. hoc dicit secundum vtramq; lecturam. Primo in codice rationum intelligitur. Secundo in instrumentis: vt in glos. Alexand. Imo. Vel sic: editio petitur iudicis officio, causa cognita exhibenda. hoc dicit. Salycetus.*

I. Imp. ANTONINVS PIVS. A. Aemilio.

IPse dispice ᵏ quēadmodū ˡ pecuniā quā te deposuisse dicis, deberi tibi probes. Nam quod desideras, vt rationes ᵐ suas aduersaria tua exhibeat: id ⁿ ex causa ad iudicis officiū ᵒ si quis. §. ex hoc? Sed dic vt ibi dixi. Alij ⁱ qui intelligunt in instrmentis: dicunt ex causa edere reum actori. scilicet ad replicationem probandam, non intentionem fundandā: vt. j. eod. l. fi. in fi. & sic etiam loquitur. l. qui accusare. scilicet vt non petat ad intentionem fundandam: facit etiam ad hūc secundum intellectū ff. ad leg. Fal. l. maritus. §. fina.

o *Officium.* dicit vna lex, quòd si tutor non faciat rationes, vel factas non exhibet, siue non edit, habere locum actionem tutelę: vt. ff. de tut. & ra. det. l. j. §. officio. Alia contra procuratorem non edentem dari mandati contra socium pro socio: vt. ff. eod. l. quædam. in prin. sic ergo cum semper argentarius conficiat vel habeat mandati, & non officium iudicis, vel actio in factum ex illo edicto

A sint rationes, vel si mihi editæ sunt, sed amissę fortuito casu. tunc enim iudex iubebit mihi exhiberi. Viuia. Ex hac. l. no. primo *di: & nō de editionis effectu: ideo* potest probari non solū per instrumētum publicum, sed etiā per *rub. cōcipiteſtes & per omnē aliā speciē probationis. Not. secundo singulariter secundum Ias. ex *tur per gerū diū. Barto.* hoc tex. quòd etiam in *Pau. Alecōtractu depositi reus xā. & Ias.* non tenetur edere actori librum rationum ad fundandam intentionem actoris. Nota tertio ibi, ad iudicis off. ciū. hic videri text. quòd editio actionis petitur officio iudicis. & sic intelligunt glo. Bart. & docto. Ias. hic.

k *Dispice.* id est, diuersis modis aspice omnē speciem probationis.

l *Quēadmodum.* scilicet vel ex causa depositi, vel ex alia, cū multa sunt genera credendi. Vel sic, f qua specie

f *Istę est vepbationis: hoc est per rus intelleteſtes vel instrumenta, *clus quē ap* vel confessiones. *probāt Bal.*

m *Rationes.* id est, co- *Pau. Ia. &* dicem rationū in quo *Ioan. Ma.* accepta & data solent describi: vt. ff. eod. l. si quis. §. rationem. alij

g *Sequitur eam Bart. Bald. Pau.*

intelligunt in instrumentis.

n *Id ex causa.* vt faciat edi. scilicet si me vel procuratore meo mandāte scriptæ sunt, non aliter. ff. eo. si quis. §. pertinere. &. l. prætor. §. j. Vel quia semel editæ sunt, debent tamen iterum edi: quia *Editio non* actor amisit sibi editū *debet fieri* fortuito casu: vt. ff. eo. *sine causæ* si quis. §. prætor. &. j. *cognitione.* de fi. instru. l. illatæ. In *Fœmina* hoc est ergo causæ co *nō potest esse* gnitio si sint scriptæ *argētaria.* me mandante vel pro- h *Ista glo.* curatore meo, vel nō. *est diuina.* Item an amiserim ca- *tiua. ideo* su fortuito vel non. sci *dic & me*licet semel editū. Sed *lius quod i*quomodo potest poni *sta fœmina* in rationibus, cū fœmi *virtute offi*na esse nō possit argē- *cii publici* taria: vt. ff. e. l. fœminę. *nō cofecerat* & hic dicit fœminā te *rationes. sed* neri? Respon. h hæc *aliās volū*succesit argētario: vt *tarię. nihi*ff. eod. quædā. §. nihil. *lominus ta*Ité quomodo per offi- *mē in eis p*ciū fit exhibitio: imò *cedit dispo*per actionē: vt. ff. eod. *sitio huius* *l. secundum* *Bar. Bald.* *Pau. & om*nes scriben*tes.*

i *Iste intel*lectꝰ est vi*latius litera: ideo dis*plicet *Pau.* *Areti. Io. Ma*ria.

Io edicto

lo edicto de edendo. sic ergo totus tractatus de edendo, videtur destructus vbicunque notant doctores dari officium iudicis, vel

*a Ista sol. modicū videtur cōcludere secūdū Bart. & Ia so.* actionem in factū. Respon. [a] quotiēscūque ab initio contrahitur cū aliquo vt gerat negotia mea, vel vt sit meus socius: vt fuit in. d. l. quædam. vel vt sit tutor & gerat negotia mea, & faciat libū rationum: vt fuit in. d. §. officio. contra tutorem procuratoré & sociū locum habet tutelæ, vel mandati,

*b Nisi mā datū fieret ad monitionem tātum, & non ad inducendā obligationem. Bart.* [b] vel p̄ socio: vt in p̄nem al. l. aut non fuit ab initio contractum, sed dixit tantum scholaris argentario vt scribat rationes: tunc habet locum officium iudicis, vel actio in factum ex illo edicto de edendo: vt. ff. de eden. l. si quis ex argētariis. §. ex hoc. Accur. *ADDITIO.* Tota hæc materia debet intelligi in rationibus publicis, & factis ab his qui publicū exercent officium: secus in priuatis secundum docto. l. argentarius. ij. respon. ff. eod. vt expresse tenet hic Ioan. Faber in suo breuiario.

** Et sic iudex debet īquirere veritatē. concor. c. iudicantem. 30. q. 5. & c. 2. oc cidit. 23. q. 8.*

pertinere solet. PP. IIII. Kalend. Octobr. Sabino. II. & Seuero. Conss.

*Acta publica sunt edenda cuilibet prætendenti interesse. hoc dicit. Pau. de Cast. Vel sic. Acta tam criminalia quàm ciuilia, iudicis officio edenda sunt tam iudici quàm parti cuius interest. hoc dicit, secundum communem lec. Alexand. Imo.*

II. Imperatores SEVERVS & ANTONINVS. AA. Fausto.

IS apud quem [a] res agitur, acta publica [b] tam ciuilia, quā criminalia exhiberi [c] inspicienda, ad inuestigandam veritatis fidem * iubebit. PP. Non. Iulij Seuero. A. & Albino Conss.

*IS apud.*] *CASVS* huius. l. ponitur. ☞. vt libellus princ. l. ij. j. de iudi. properandum. §. j. & ff. de iudi. l. mortuo. Item in causa appellationis: vt. j. de app. l. ne causas. & l. eos. & l. à procōsulibus. Item in administratore. vnde siquis egit contra aliquem, & testes vel aliàs probationes induxit: & iudex distulit causam vltra tempus statutum, scilicet trium ann. & actor iterū incipit agere: quæritur, cū acta illa siue ciuilia siue criminalia quæ prius facta fuerunt, sint apud administratorem: vtrum possit cogi ad exhibendū, eo forte quòd testes mortui sunt? & dicitur quòd iudex cōpellet eū exhibere, vt veritatem inuestiget. Ex hac. l. no. tria. Primo quòd iudex causæ facit edi acta. Secundo not. quòd hoc est verum in qualibet causa tam ciuili quàm criminali. Tertio not. quòd finis & vtilitas editionis est inuestigatio veritatis: vt hic, vt infrà, eo. l. non est nouum. Bald. hic.

*e Vt ☞. posuimus. secundū Vinia. & quælibet casus positio placet Bar. B. Pau. Alex. Are. & Ia.*

a *Is apud quem.* scilicet iudex. & dic quinque modis casum. [c] Primo res. i. causa appellationis: vt. j. de ap. l. ne causas. & l. à procōsulibus. & l. eos. in fin. Secundo res. i. causa principalis. Sed exhibetur acta, quia diu abfuerat actor: vt. j. de iudi. properandū. §. & si quidem. Tertio res. i. causa principalis, quæ apud successorem primi iudicis agitur: vt. ff. de iudi. l. mortuo. Quarto in administratore. i. ordinario qui cōmisit seu delegauit totam causam cognoscendā retenta sibi definitiua sententia, qui acta debet videre ter: vt. j. de iudi. authen. ad hæc. Quinto loquitur de publicatione testium quā iudex mandat fieri: vt &. ☞. vt lit. pen. l. ij. & in authen. de testi. §. quia vero multi. col. vij.

*d Ista prima declaratio gl. est verior secūdū Alexā. & Ias. hic: & est de mente Bar. Bald. & Pau. in l. 1. ☞. eo.*

b *Acta publica.* Publica acta vocat omnia acta quæ fiunt publicè coram iudice.

*e Imò quia ibi fit mentio de instrumentis, quorum appellatione etiā acta continentur. Ia. f Vide gl. plenior ē in l. 2. §. quod obseruari. j. de iureiur. propter calum. dan.*

c *Exhiberi.* officio suo, [d] vel condictione ex hac. l. & faciet exhiberi sibi vel actori & reo secundū diuersas positiones. Sed videtur, quòd criminalia acta etiā fisco nō edantur. q. d. multo magis nec priuato edantur: vt. ff. de iure fisci. l. ij. §. diuus. in fi. §. quæ est contra. Sol. ibi nō dicit [e] de actis, sed de aliis instrumētis: quæ quidem ciuilia exhibentur, criminalia non: quia pecuniariter ea exhiberi non interest: argu. ff. ad exhiben. l. si liber. hic autem de actis dicit. Vel dic & in ciuili & in criminali debent exhiberi fisco instrumenta: vt. ff. eod. ne quisquàm. sed in ciuili eo ipso quòd non exhibentur, finguntur fisco subtracta, vt possit agere furti pro ipsis instrumentis, quod non est in criminali: vt in. l. cō tra. hic autē de actis dicit. & hęc verior, vt dixi. Et not. hic quòd iudex laborat ad veritatem inueniendam, & sic est arg. quòd testes debent iurare pro vtraque parte. Item est ar. quòd minor f iuret de veritate dicenda, licet de calūnia non iuret: vt. ☞. de epi. & cle. authen. sed iudex. &. ☞. de hære. & Ma. l. quoniam. in fin. & j. de quæstio. interrogari. &. ff. de proba. cum probatio. Item an ex his actis probari potest contra omnes, quod contra vnum agendo testes asseruerunt? Respon. non: vt ar. ff. de iureiur. sed & si possessori. §. fi. &. l. seq. Sed arg. cōtra. ff. de cri. expi. hæred. l. res hæreditarias. &. ff. fa. erci. l. hęredes. §. idem scribit. sed. l. illam intellige quòd prosunt, scilicet ad præsumptionem qualemqualē, non, plenam probationem: vt. ff. de re iudi. l. fæpe. in princ. & eo-

dem modo respondeo ad. §. idem scribit. Vel ad vtranque potest responderi. quia non diuersæ, sed eędem personæ censentur. Item nec inter easdem personas præiudicat, nisi sint testes producti præsente aduersario: vt. j. de testi. si quandǫ. §. fina. & secūdum hoc intelligo. j. de arbi. l. penul. in fi. *ADDITIO.* Ex hac glo. colligitur quòd acta faciunt fidem inter easdem personas: sed inter alias præsumptionem tantum. de hoc vide hic plenius Io. Fab. in suo breuiario.

*Editio actionis debet demonstrare speciem futuræ litis: potest tamen emendari & mutari prout edicti perpetui monet auctoritas, & ius dicentis dictat æquitas. Bald. Vel sic: Libellus actoris qui editur reo, debet clare continere id super quo litigari debet: potest tamen emendari & minui, dummodo hoc fiat sine præiudicio conuenti tam in concedendo, si opus fuerit facultatem iterum deliberandi an velit cedere vel contendere, quàm in refectione expensarum quas reum propter hoc facere oportet. ita enim est de mente edicti prætoris, & conueniens æquitati iudicantis cui hoc committitur. hoc dicit in effectu. declaratio patet ex summario & glos. Alexand.*

III. Iidem. AA. Valenti.

EDita [d] * actio [e] speciem [f] futuræ litis demonstrat: [g] quam emendari [h] vel mutari

*EDita.*] *CASVS.* Certum est quòd actio debet edi. sed edita quid operetur, quæritur? & respon. quòd speciē futuræ litis demonstrat. & sic actionis editio proposita in libello conuentionali speciem &c. & hæc emendari potest: vt si primo petiisti minus, postea plus petere possis vniuersali iudicio: vt est petitio hęreditatis. & hoc vsque ad sententiam, siue generali: vt in actione tutelæ: nego. gest. sed in singulari vsque ad lit. contesta. Item & mutari potest, vt si rei vindi. proponam pro aliquo furto: postea potero agere pro parte, vel etiam in quantitate: vt si primo proposui pro. xx. possum postea ad. x.

** De materia huius. l. tractat gl. vnica post me. in. l. extra de libel. obla.*

d *Edita actio.* nemo experitur sine actione: vt. ff. de admini. tut. l. quoties. §. item si temporalem. ff. de nego. gest. l. si pupilli. §. fina.

*Libellus quicquid debet dari petit.*

e *Actio.* id est, actionis editio.

f *Speciem.* i. qualitatem futuræ litis: vt. ff. eod. l. j. ij. respō. & recita hic quod ibi not. in tribus primis glos. illius legis.

g *Demonstrat.* si edatur sicut debet, scilicet cū suis comitantiis.

h *Emendari.* emendo cum primo petebam minus, nūc plus, vel econtra quod dicūt fieri posse vsq; ad sentētiam: vt instit. de act. §. si minus. nos [g] idem dicimus in vniuersali iudicio: vt. ff. de peti. hære. l. iiij. & l. si quo. & dicimus idem in generali: [h] & vt. j. de iudi. licet. In singularibus vsque ad lit. contesta. non post: [i] vt. ff. de iudi. l. non potest. &. ff. de excep. rei iudi. l. cum quæritur. &. l. egi. Sed quare non potest fieri emendatio semper, cum ibi non mutetur actio? Respondeo, [k] imò mutatur actio, cum vna de comitantiis mutetur scilicet res. Ei autem quod dixi post litem cōtesta. non fieri emendationem, non obstat. ff. de noxa. in delictis. §. si detracta. quia ibi non mutatur actio vel res vel causa: sed quoddam beneficium datur vel aufertur conuento, quod per legem datur. Item nec dictus. §. in institu. quia exponitur ibi, in eodem iudicio, id est, coram eodem iudice, in alio tamen iudicio siue instantia: vt ibi dixi. Subiicit de mutatione, quando scilicet vetere relicta nouam vult eligere. Circa quod dicas [l] quòd post lit. contesta. non fit mutatio: vt. ff. de iudi. l. non potest. &. l. de qua re. sed cumulatio sic, id est agetur via veteri, & nihilominus via noua, cum nulla lex vetet: [m] vt. ff. ex Alexand. quib. cau. maio. l. necnon. §. quod eis. nisi per veteré in qua nec esse habeat persistere, obstaret exceptio rei iudicatæ. in noua, quia eædem sunt personæ, eadem res. eadem causa agendi, licet alia sit actio. ff. de exceptio. rei iudi. l. si mater. §. eandem. &. l. cum quæritur. & de iureiur. duobus. §. exceptio. vel nisi actio vetus in qua necesse habet persistere, ita se habeat ad secundam vt tollatur electione: quod contingit in casibus: vt. j. de fur. l. j. & j. si ser. extero se emi man. l. j. &. j. de codi. l. fina. &. j. de pac. inter emptorem. l. commissorię. &. ff. de tribu. quod in hæredem. §. eligere. & de le. ij. l. cum filius. §. variis. his enim casibus nec cumulatio fieri potest. Quod dixi nō fieri mutationem post lit. contest. idem hodie & ante litem contest. si iam sit reus conuentus, & libellus datus. si autem non sit conuentus, nec libellus datus, impune actor posset desistere: vt infrà, quomodo & quando & iud. authen. qui semel. Sed nunquid super noua actione cumulata iurabitur de calumnia? quod videtur secundum Azo. quia super ipsa actione iuratur: vt. ff. famil. erciscun. l. inter cohæredes. §. qui familiæ. Sed H. contra. dicit enim potius super facto quàm super actione iurari. & pro eo. infrà, de iuramen. calumn. authenti. in ista. iuratur [n] tamen quia causa mutatur. id est, in cumulata actione quod noua causa est, & sic nouum fa-

*Et hoc vera vnum quidem per cumulationē. §. eligere. Alex. Salyc. Pau. Ias. Hoc vera vnum quidem per cumulationē. §. eligere. Alex. Salyc. Pau. Ias. Et hoc Bart. Pau. Alex. & Ias. Et hoc Bart. Pau. Alex. & Ias. Et hoc Bart. Pau. Alex. & Ias. m Hoc Bal. Pau. Alex. Salyc. Ias. n Hoc vera vnum quidem per cumulationē. §. eligere. Alex. Salyc. Pau. Ias.*

BIU Cujas

ctum. Item nunquid super eo quod primo petitum est, feretur sententia? Respon. non, si posset fieri præiudicium per hanc sententiam in sequenti petitione: alioqui feretur sententia secundū quosdam. sed forte non est ita, cum modo dixerim non admitti cumulationem, cum talis est secunda cui ex prima obstaret exceptio rei iudicatæ. Ité an in noua actione nouas debet habere dilationes causa deliberationis? Dic quòd sic, [a] nisi vbi in secunda potest esse instructus ex deliberatione prima. Quid [b] enim si conuentus est vi bo. rap. & postea ex eadem rapina cōueniatur furti & cōdictione furtiua in id quod plus est? Respondeo, non dabuntur dilationes, cū possit esse instructus ex prima deliberatione. *ADDITIO.* Actio & causa agendi an mutari possit, & libellus non specificans causam agendi, an debeat admitti, & an possit declarari post litem cōtestatam, tractat hic ingenioſe Ioan. Faber in suo breuiario: quem videas si tibi corde sedet.

a *Cum ista glos. tenent omnes scribentes hic.*
b *Istud exemplū glos. non valet. Bar. Alex. & Ia.*

licet, prout [a] edicti perpetui [b] monet auctoritas, vel ius reddētis [c] decernit æquitas. Dat. II. Kal. Septemb. Seuero. III. & Antonino. AA. Conss.

*Reus non tenetur edere actori propria instrumenta ad intentionem fundandam: & actore non probante reus absoluitur. Alexan. Bald. & Salycetus.*

IIII. Imp. ANTONINVS A. Epaphrodito.

QVi [d] accusare* volūt, probationes habere debent: cum neque iuris [e] neque æquitatis [f] ratio permittat vt alienorum instrumentorum inspiciendorum potestas fieri [g] debeat. Actore [h] enim nō [i] probante, qui [k] conuenitur, etsi nihil ipse præstat, [l] obtinebit. [m] PP. V. Id. Mart. Duobus & Aspris Conss.

*Mercator tenetur edere reo codicē rationū suarum, vt veritas appareat. hoc dicit. Bal.*

V. Imp. ALEXANDER A. Valentinianæ.

NOn est* nouum, eum [n] à quo petitur pecunia, [o] implorare rationes [p] creditoris, vt fides veri constare possit. PP. VII. Idus Mart. Maximo. II. & Aeliano Conss.

*Publicæ rationes debent edi vt appareat quid est solutum, & quid restet fisco soluendum. h. d. Bald.*

VI. Idem. A. Vranio.

IVstum est desiderium eius [q] à quo pecunia petitur (licet nomine publico) vt rationibus publicis exhibitis constet quantum sub nomine suo solutum [r] sit. PP. XVI. Kal. Decemb. Maximo. II. & Aeliano Cōss.

*Fiscus tenetur edere instrumenta communia sibi & priuato, tam vt exemplentur, quàm etiam vt ex eis cum necessitas exegerit, probetur. Saly. Vel sic: Instrumenta communia debent esse apud digniorem, & alteri fieri copia. Et cum expediens fuerit, debebit etiam originale exhiberi ad requisitionem minus digni. h. d. Alex. Imo.*

VII. Idem. A. Valenti.

PRocurator priuatæ [s] rationis, instrumentorum quæ communia tibi esse cum [t] fisco dicis, describēdorum facultatē

Item contra ff. eod. l. argentarius. in princ. sed ibi in rationibus dicit quæ sunt communes: vt eo. tit. l. prætor. §. j. [f]
h *Actore.* idem in accusatore: vt. j. de pœn. qui sententiam. præterquam in quibusdam casibus: [g] vt. j. ad. l. Cor. de fal. l. vbi. & de aboli. l. fallaciter. in fi.

*f Adde & dic quòd omnes istæ solu. approbantur per Bart. Bal. & alios scribentes hic.*
*g In quib⁹ l. exigit probationem à reo secundū Cy. Bartol. Bal. Saly.*

i *Non probante.* plene vel semiplene: & sic tollo contrarium [h] quod est. j. de rebus cre. l. in bonæ fidei. & l. delata.
k *Qui conuenitur.* scilicet reus.
l *Præstat.* id est, nullam defensionem vel probationem. Accur. m *Obtinebit.* id est absoluetur. [i]

*h Et bene Iaſ. hic.*
*i Definitiue à petitis per actorē. Pan. Alexan. Ia.*

NOn est nouum.] CASVS. Campsores scribunt in codice rationum debita & credita, soluta & soluenda. si campsor petat à me. x. quia plus solui quàm soluere debui: vel confiteor me debuisse, sed dico soluisse: & hoc volo probare per rationes campsoris: nunquid si petam quòd mihi exhibeat rationes, sim audiendus? & respon. quòd sic. Not. ex hac l. quòd finis editionis est declaratio veritatis, secundum Bal. hic.
n *Eum.* scholarem reum.

o *Pecunia.* quam reus scholaris solutam asserit.
p *Rationes.* proprie accipe rationes. Alij [k] dicunt in instrumentis quæ hic petuntur ad exceptionem probandam: non autem ad actionem probandam: vt. j. l. fi. in fi. & his modis dic vt. j. l. proxi. statim.

*k Ista est bona de mēte Cy. Bartol. Bal. Alex. Iaſo.*

IVstum.] CASVS. Quod dixit in. l. proxima in debito vel ratione priuati, dicit hæc. l. in rationibus fisci. pone ergo quòd nomine fisci petebam ab aliquo. x. qui dixit soluisse. petit vt hoc manifestetur per rationes publicas. an debeant exhiberi, quæritur? & respon. quòd sic: vt appareat de veritate solutionis. Not. per librum probari affirmatiuam & negatiuam. vnde omnis qui reperitur inter non soluentes, videtur non soluisse: & similiter omnes qui reperiuntur non scripti in libro, præsumuntur non soluisse: vt. l. j. de exacto. tribu. lib. x. j. Bald. hic.
q *Eius.* scilicet rei.
r *Solutum.* scilicet à se, vel ab alio: vt. j. de fide instru. l. illatæ. Et nota quòd lex superior dicit quando est actor priuatus, hic fiscus. & sic est huic contra. ff. de iure fisc. l. in fraudem. §. neque. vbi non eduntur alij contra fiscum. Solu. ibi agebat priuatus contra fiscum, hic defendebat. vel ibi loquitur in actis & instrumentis, hic in rationibus. Item ibi à tertio non eduntur, hic ab aduersario.

PRocurator priuatæ.] CASVS. Decessit paterfa. relictis duobus hæredibus. ante diuisionem bonorum patris vnus filiorū propter commissum crimen condemnatus est. successit ei fiscus. instrumenta patrisfami. apud fiscum deposita sunt tanquam digniorem ex more. alter filiorum in causa aliqua necesse habet vti instrumētis ad probationem aliquam. an ea exhibere debeat fiscus, quæritur? & dicitur quòd sic, si velit is qui conuenitur, eis vti: alioquin si his vti non vult, faciet fiscus facultatē describendi ea, vt habeat exemplum penes se. Not. ex hoc tex. quòd fiscus est dignior quàm priuatus, & quòd instrumentum cōmune fisco & priuato debet teneri in archiuo publico, vt possit inde extrahi cum necessitas exegerit. Bald.
s *Priuatæ.* id est fisci secundum quosdam. vel melius, id est Cæsaris: vt. ſ. de modo mult. l. ij.
t *Cum fisco.* vt quia fratri tuo tecum successerat, ex quo erant communia. Vel pone exemplum, id est, quia ego & fiscus ex vna parte contraximus cum quodam alio ex alia parte, sicque apud eum (vtpote potiorem) erant: vt. ff. de fide instru. l. fi.

*Morem.*

a *Dic quòd textus iste etiam intelligitur in quæstione criminali secundum Sal. Alex. & Ia.*

* *Tractatur extra de pha. c. l. & concor. ca. 3. circa fin. extra de can. poſ. & proprie.*

* *De editione instrumentorum vide bonā glo. in c. C. perpetuū. in verb. cōmunia. de fide instru. Glos. seq. Bar. & Ia.*

d *Imò officio iudicis. Bar. Alex. & Ia.*

c *Reddentis.* scilicet iudicis.

QVi accusare. CASVS.] Si agere vis contra me, & ad intentionem tuam fundandam petis vt exhibeam instrumenta, an sis audiendus, quæritur. & dicitur quòd non, cum neque iuris neque æquitatis ratio hoc permittat: & si non probaueris, absoluar. nam actore non probante reus absolui debet. vel sic: si volo te accusare de adulterio, an probare debeas te non commisisse, vel ego quòd commiseris, quæritur? & respon. quòd ego debeo probare: alioquin absolueris. prima positio verior est. Nota in hac. l. quatuor. Primo quòd omnis agens debet habere probationes: aliàs temere agit. Secundo not. quòd quis non tenetur suum aduersarium instruere. Tertio not. quòd actore non probante, &c. Quarto & vltimo not. quòd ille qui occultat proprium instrumentum, non committit dolum, nec falsum: cum non teneatur edere: secus si occultaret protocolum notarij. & ita not. infrà de fal. l. eum. &. ff. de falsis. l. Paulus. Bald. hic.

e *Dic quòd textus iste etiam intelligitur in quæstione criminali secundum Sal. Alex. & Ia.*

d *Qui accusare.* id est agere, in ciuili [e] quæstione subaudi: vt in authen. de san. epis. §. si quis autem pro pecuniaria. col. ix. econtra ponitur actio pro accusatione quandoque: vt. ff. de sepul. vio. l. iij. §. fin.

e *Iuris.* scilicet scripti: vt. j. de proba. actor. & de rei vin. l. fin. & de prohi. seq. pecu. l. j. & instit. de interdic. §. commodum. & instit. de leg. §. nō solū. &. ſ. eo. l. j. &. j. de testib⁹. nimis graue. & de act. & oblig. l. negantes. & de excep. si quidem. &. ff. de pub. iud. is qui. &. j. de vſur. l. creditor. &. j. de peti. hære. l. cogi.
f *Æquitatis.* scilicet non scriptæ. Accur.
g *Fieri debeat.* scilicet aliquo modo, cum reus nolit vti: aliàs contra: vt. ff. eod. l. j. §. edenda. Item contra. ff. eod. l. ne quisquam. vbi exhibentur agenti pro fisco. Sol. speciale ibi in fisco.

BIU Cujas

secundum morem[a] fieri iubebit: & siquando res exegerit ad fidem petitionis tuæ apud alium iudicem probandam aliquod eorum[b] proferri: desiderante eo qui conuenitur,[c] vt id fiat, præcipiet. PP. X. Kal. Mar. Fusco & Dextro Conss.

IN AVTHEN. VT spon. larg. §. & hoc insuper. col. ix. consti. ij.

*Non creditur exemplo, nisi producatur originale, vel alio genere probationis appareat veritas. Baldus.**

SI quis in aliquo documento[d] mentionem faciat alterius documenti: nulla ex hac memoria[e] fiat exactio,[f] nisi aliud documẽtum cuius memoria in secundo facta est, proferatur, aut alia secundum leges quantitatis debitæ probatio[g] exhibeatur,[h] quia & quantitas cuius memoria facta est, pro veritate debeatur. Hoc enim & in veteribus legibus inuenitur.[i]

*Ista no. lex secundum primam lect. hoc intendit: Reo actor tenetur edere instrumenta ad exceptionem fundandam: sed econtra reus non tenetur edere actori ad originem petitionis fundandam. & vbicunque fit mentio de rationibus, accipe pro instrumentis secundum istam lect. sed secundum Azo. hoc intendit: Vbi de rationibus quærimus, illæ eduntur indistincte: sed instrumenta non eduntur. Bald.*

VIII. Idem Augu. Floro.

ET quæ à diuo[k] Antonino patre meo, & quæ à me rescripta sunt, cum iuris[l] & æquitatis[m] rationibus congruunt. nec enim diuersa sunt vel discrepantia, quòd multum[n] interfit an ex parte eius[o] qui aliquid petit, quique doli[p] exceptione submoueri ab intentione petitionis suæ potest, rationes[q] promi reus desideret,[r] quibus se posse instruere contendit, quod vtique ipsa rei æquitas suadet: an vero ab eo, à quo aliquid petitur, actor desideret rationes exhiberi:[s] quandò[t] hoc casu non oportet[u] ori-

ET quæ.] CASVS. Dic vt hic notatur. Hucusque tractauit de exhibitione instrumentorum facienda reo ab actore, vel econuerso. hic ponit de exhibitione instrumenti de aliqua re communi pluribus, & est apud alterum eorum vt custodiatur: & est generale quòd vbi instrumentum commune est, debet residere penes potentiorẽ & digniorem. Viuia.

*Sequitur glos. Paul. Alexã. & Iason.*

*Hæc glo. loquitur cõtra tex. ibi, inverbo, ad fidem petitionis tuæ, &c. secundum Fulgo. Sal. & Ias.*

*Et concor. c. ex inquisitione. cũ glo. 2. in fi. extra de rescript. & c. 1. de fi. instru.*

*Iste. alii.*

*Barto. & omnes.*

*Et bene. Barto.*

*Vocata parte cuius interest: al. nõ creditur exemplo. Barto. & omnes.*

*Idẽ Bar. & omnes.*

a *Morem*. est enim mos (vt dixi) vt sint apud digniorem, & præbeat ille aliis copiam authentici instrumenti ad scribendum: vt. d. l. ff. de fide instru. l. fi. &. ff. fami. ercisc. l. si quæ.

b *Eorum*. authenticorum.

c *Conuenitur*. scilicet iste[b] qui habet communia cum fisco instrumenta. conuenitur enim iste à quodam alio qui vult exhiberi sibi authenticum. Accursius.

*SI quis in aliquo.*] CASVS. Hæc authen. confirmat. l. C. Lex enim. C. dicebat: si duo habebant instrumenta communia: siue priuatus cum fisco, siue priuatus cum priuato: illa instrumẽta debent esse apud digniorem cohæredem: & dignior cohæres debet facere copiam describendi illud: & si exemplum non probat, potest petere exhiberi authenticum seu originale. Hęc authen. idem dicit, sed clarius. Nam dicit quòd si aliquod instrumentum est exemplatum, quod faciat mentionem de originali, exemplatum non probat: sed necesse est quòd originale ostendatur, vt fiat fides testibus in exemplato positis ita verum esse. & istud est iure nouo. hoc idem etiam in legibus veteribus continetur. Not. ex hac. l. quòd exemplo non creditur. & ratio est, quia nõ creditur tabellioni de facto de quo non est rogatus. sed iste qui exẽplificat, nõ est rogatus de facto principali, sed solum de ipsa exẽplatione: ideo merito nõ probat factũ principale. Secunda ratio est: quia non creditur tabellioni nisi de gestis tempore confecti instrumenti. sed tunc temporis non fuit confectum originale: ergo de eo non creditur sibi. istam rationẽ ponit Inno. in. c. cum in iure. de offi. deleg. extra de proba. quoniã contra falsam. Tertia ratio est, quia quando vnum instrumentum habet relationem ad aliud, oportet quòd constet de cætero ad quod fit relatio: quia si deficit exemplum, deficit exemplatum: vt. ff. de condit. & demon. l. in testamẽto. j. Quarta ratio est, quia posset fraus & deceptio interuenire. nam posset esse quòd originale esset falsum: & si crederetur exemplo, non posset ex comparatione literarum, vel ex signo quod nõ videretur, disci de falsitate: & daretur materia falsum fabricandi secundum Iaco. But. hanc rationem tangit Inno. in ca. Albericus. extra de testi. in fi. & in. c. abbate. de verb. signi. secundum Bald. hic.

d *Si quis in aliquo documento*. priuato. secus forte si publicum alterius publici faciat mentionem: quia tunc creditur exemplo secundum Al. argu. in authen. vt fratrum fi. §. illud quoque. col. ix. &. ff. de admini. tuto. l. chirographis. in prin. &. ï. de testa. l. publicati. Sed Io. contra[c] etiam si publicum sit exemplum. nam ad hoc creditur exemplo publico, quia ita continetur in alio, & potest esse quòd in originali erant aliæ literæ vel cãcellationes quæ nõ cõtinentur in exemplo, vnde nõ probatur plene per exemplum: vt hic, & in. l. nostra, procurator. &. ff. fami. ercisc. un. l. si quæ. & l. Pomponius. & de fide instru. l. ij. nisi[d] originale sit officio iudicis publicatum,[e] id est, exemplatum: vt in authen. vt fratrum filij. §. illud quoque. &. ff. de admini. tu. l. chirographis.

e *Memoria*. id est instrumento in quo habetur memoria primi. & sic multa habet nomina, vt not. ff. de fide instru. l. ij.

f *Exactio*. id est condemnatio.

g *Alia probatio*. scilicet vel per testes, vel per confessiones.

h *Exhibeatur*. scilicet talis.

i *Inuenitur*. aliàs inuentum est.

k *Et quæ à diuo*. duobus modis potest intelligi hæc lex. Primo[f] in instrumentis. dixerat enim iperator Antoninus in. l. j. in fi. &. l. qui accusare. non posse actorem petere edi instrumentum rei. Sed in. l. non est nouũ. &. l. iustum. dictum est reum posse petere ab actore. Hæc quidem videtur contraria, sed non sunt: quia multũ interest an petat reus ab actore, quod quidem potest: an actor à reo, quod non potest, ad probandam intentionem, sed ad iuuandam[g] replicationem: & secundum hoc expone literam, & quę à diuo: scilicet in. l. j. & . l. qui accusare. & à me, scilicet in. l. non est. & . l. iustum. Alio secundo[h] modo in rationibus. nam dictum erat in. l. j. quòd petit edi rationes actor à reo ex causa. & in. l. non est. &. l. iustum. dixit idem econtra: vtrunque dicit hic esse iustum: quia non interest vtrum petat actor à reo, vel econtra. vtrunque enim permittitur: quia commune est quodammodo instrumentum: vt. ff. eod. l. prætor §. j. &. l. si quis. §. rationem. Sed si actor à reo vel econtra petat instrumentum alterius tantum, non commune, vt ex eo instruatur: nunquam licet: vt in fi. huius. l. dicitur: vterque tamen ab altero petit sibi exhiberi instrumentum quo est vsurus principaliter, non vt instruatur ad probationem per se præstandam, sed vt videatur si sit talis charta cui iudex debeat habere fidem, an non: vt. ff. eod. l. j. §. edenda. & secundum hunc etiam expone literam, & quæ à diuo, scilicet in. l. j. & à me, in. l. non est. &. l. iustum.

f *Ista*

g *Pro*

*dicto*

*tex. in*

*§. fi. ff.*

*Fal.*

2 PActum quod bona fide s interpositum docebitur: etsi scriptura non existente, tamen si aliis probationibus t rei gestæ veritas cõprobari potest, præses prouinciæ secundũ u ius custodiri efficiet. PP. IX. Kal. Iul. hisdẽ Cõss. quibus supra.

*Ex receptione partis debiti soluti ab vno ex correis debendi, inducitur diuisio debiti: ex qua quo ad omnes reos debendi inducitur exceptio tacitæ pacti: & sic alii pro virilibus partibus tantum conueniri possunt. Alexand.*

XVIII. Iidem. AA. Iulio & Aemilio.

SI creditores vestros ex parte debiti admisisse quenquã vestrum x pro sua persona

p *Auferre.* vt. j̃. eo. l. fin. & de inoffi. testa. l. si quando. §. j. & de colla. l. pactum. &. ff. pro socio. l. cum duobus. alias, si fratres. §. idem respondit. est enim turpe pactum non solum quod cõtra ius vel naturam est: sed & illud quod facit nõ esse liberi arbitrij, quod esse debebat: vt. s. de sacrosanct. eccle. l. j.

*Cum proponas.* ] CASVS. Duos filios hæredes instituisti, & rogasti, vt si quis eorũ sine liberis decederet, q̃ alij portionem suam restitueret. illam substitutionem factã adinuicem remiserũt. an valeat pactum, quæritur? & respon. q̃ sic, licet videtur contra, cũ factum sit de non succedendo: vt. j̃. de colla. l. pactũ. quia licet vnicuique renunciare iuri suo. Viuia.

q *Cum proponas.* licet hoc pactum videatur contra ius, non tamen est: quia vnicuiq; &c. vt. j̃. eo. l. pe. & ff. eo. l. pactum. & fa. j̃. tit. j. l. de fideicommisso. & de pac. conuen. l. hæreditas. Item si vnus fratrũ cum alter frater rem venderet, præsens non cõtradixit, dico g eum sibi fecisse præiudiciũ:

r *Eximeretur.* scilicet sine liberis.

*Pactum.* ] CASVS. An sine scriptis valeat pactum, quæritur? & respon. q̃ sic. & ideo præses seruabit secundum ius, id est secundum iuris formam: vt si fuerit ad agendum, agatur: si ad excipiendum, excipiatur. Viuia.

s *Bona fide.* id est non dolo vel metu.

t *Probationibus.* id est approbationibus: videlicet si tales sunt personæ quæ pacisci, & res quæ in pactum possunt deduci: nec pactum sit improbatum, scilicet contra leges vel bonos mores. Ego i aliter lego, vt ponatur hæc dictio proprie. & exponatur: puta testibus vel confessionibus partium.

u *Secundum ius.* id est secundum iuris formam, siue ad agendum, siue ad excipiendum. Sic ergo nota quòd tantum valet pactum sine scriptura, quantum cum scriptura: vt infrà titu. j. l. cum te. & infra fami. erciscũ. l. non ideo. & de rei vind. l. indicia. & de fide iustrumen. l. j. &. l. instrumentis. &. l. sequen. &. l. in exercendis. sed fallit, vt supra authen. hoc ius porrectum. de sacrosan. eccles. & infra de non nume. pecu. l. generaliter. & infra de fide instrum. l. contractus. & de iure emphy. l. j. &. ff. de probationib. l. census. & infra si minor se maxime. l. iij. & supra de mandatis principum. l. j. sed non est pactum.

*Si creditores.* ] CASVS. Habebas tres debitores qui tenebantur tibi in. x. & in solidum: vnum conuenisti: & pro parte sua exegisti, volens à quolibet suam partem exigere. remisisti portionem aliis non soluentibus. an regressum contra eum pro portione istorum habeas? Respond. obstare exceptionem pacti: quia videris cum eo pepigisse accipiendo partem debiti, & diuisim & nõ in solidum conueniendo, ne pro portione illorum conueniatur. & sic non potes agere. Viuia.

x *Quenquam vestrum.* qui singuli in solidum tenebamini.



BIU Cujas

a *Ne alter.* scilicet qui soluit.
b *Pro altero.* qui non soluit.
c *Prouidebit.* taciti pacti exceptione oppositā? vt. ĵ. de fideiuſ. l. liberum. Sed contra. eo. ti. l. reos. Sol.[a] hic admiſit dicendo: quemlibet admitto pro parte: vt patet ex verbo, quēquā. i. quemlibet veſtrum. eſt enim ſignū vniuerſale: vt. ff. de here. inſti. l. hoc articulo. & ſecundū hoc eſt expreſſum pactum. Vel etiam dic tacitū. ſ. reſiduum non petam. Vel ibi in ſolidū vnū conuenit. ſecus ſi diuiſo, ſed reciprocē ſic. Bar. Bald. P. Alexā. & Iaſon.

a Iſta ſolu. eſt in ſe vera: ſed ſecūdum eā tex. eſt de caſu indubitabili. Bar. Bal. Alex. & Iaſon.

b Dic quòd immo petēdo q̄ parte nō ſit diuiſo, ſed reciprocē ſic. Bar. Bald. P. Alexā. & Iaſon.

c Iſta ſol. eſt diminuta. Iaſon.

ſoluentem probaueritis: aditus rector prouincię pro ſua grauitate, nealter[a] pro altero[b] exigatur, prouidebit.[c] PP. VII. Id. Ian. Diocletiano. III. & Maximiano. AA. Conss.

*Pactum futuræ ſucceſſionis inter priuatos, non valet etiam pro donatione cauſa mortis: ſed inter milites ad diſcrimen belli pergentes factum contemplatione mortis vim habet vltimæ voluntatis. h. d. & non eſt alibi ſecundum dom. Alex.*

XVIII. Iidem. AA. Victoriano militi.

LIcet[d] inter priuatos[e] huiuſmodi ſcriptum, quo cōprehenditur, vt is qui ſuperuixerit, alterius[f] rebus potiatur, ne donationis quidem mortis[g] cauſa geſtæ efficaciter ſpeciem oſtendat: tamen cum voluntas[h] militum, quæ ſuper vltimo vitæ ſpiritu, déque familiaris rei decreto,[i] quoquo[k] modo contemplatione mortis in ſcripturam deducitur, vim poſtremi iudicij obtineat, proponáſque te ac fratrem tuum ad diſcrimen prælij pergentes,[l] ob communem mortis fortunam inuicem eſſe pactos, vt ad eum qui ſuperſtes fuiſſet, res eius cui ca-

*Licet.* ] CASVS. Pactum inter priuatos de futura ſucceſſione cōtra bonos mores factum eſt: vnde nō valet. verùm ſi duo milites ad bellum venientes pepigerunt, vt quicunque illorum in bello decederet, bona eius ad ſuperſtitem deuoluerentur: an valeat pactum, quæritur? & reſpon. q̄ ſic propter priuilegium militiæ: & ad bona decedentis vocabitur ſuperſtes. Vi. Not. primo ex hac. l. q̄ per donationē cauſa mortis non poteſt dari hæreditas: ſicut nec per codicillum vel epiſtolam. quod tene menti ſecundū Bar. Secundo not. quòd verbum, potiatur. & verbum, pertinere. videntur eſſe verba directa. Tertiò not. quòd nomine rerum vniuerſa hæreditas ſignificatur, ſecundum Bal. hic.

d *Licet.* id eſt quanuis.
e *Inter priuatos.* non priuilegiatos.
f *Alterius.* ſcilicet qui non ſuperuixerit.
g *Mortis cauſa.* vt. ĵ. de pact. conuen. l. hæreditas. huic enim donationi potius accedere videbatur, ſed tamen non eſt: quia in donatione præfertur donatarius hæredi: vt. ff. de do. cau. mor. l. Seia. per. l. illam in. §. fi. dic q̄ non videtur donare cauſa mortis niſi expreſſerit: vt. ff. de do. cau. mor. l. ſenatus. §. j. hic autem tali pacto heredem ſibi efficere cupiebat. Item donatio, emolumentum, & non onus afferre poteſt: vt. ff. man. l. ſi hæreditatem. hic autem etiam onus habet propter viciſſitudinem, quia in perſona cuiuſlibet eorum habebat locum dictum pactum. ADDITIO. Dicit hic Cy. q̄ ideo non eſt hic donatio cauſa mortis, quia illa requirit quinque teſtes: vt. ĵ. de codicil. l. fi. hic autem non fuerunt niſi duo: ergo non poteſt valere vt donatio cauſa mortis inter priuatos.

g Iſta ratio gloſ. pla ei Barto. Paul. & Iaſoni.

h *Voluntas.* ſcilicet aliàs in alio caſu.
i *Decreto.* id eſt diſpoſitione.
k *Quoquo modo.* vt. ĵ. de teſta. mili. l. milites.
l *Pergentes.* iam armati. ADDITIO. Iſta gloſ. eſt not. ſecundum Io. Ma. hic ad hoc q̄ ille qui ſtat armatus iuxta delinquentem, videtur ſibi præſtare opem, & de rixa cogitaſſe.
m *Conſtitutionum.* id eſt legum.
n *Compendium.* ſcilicet vniuerſitatis, non ſolū quodlibet emo-



A lumentū ſingulare. Sed quæritur an ſit teſtamentū? Quidam q̄ ſic:[c] vt hic innuit in fi. l. Alij contra, & dicunt ſimpliciter vltimā voluntatem. ADDITIO. Iſta gloſ. eſt ſing. ſecundū Ang. in. l. iij. §. genera. ff. de acqui. poſ. & ſecundū Ia. hic ad hoc quòd dabilis eſt vltima voluntas in genere.

c Iſta plācet Bar. Salyce. & Ia.

*Traditionibus.* ] CASVS. Cōueni tecum de permutanda re mea cum tua nudo pacto, traditione nō ſecuta. an propter hoc rei meæ dominus effectus ſis, quæritur: & rñ. q̄ vſucapiōe & traditiōe dominia rerū transferūtur: nō nudo pacto. vel aliter pollicit[o] ſum tradere: & nō tradidi. & vide vt prius. Viuia. Ex hac. l. not. tria. Primo q̄ rerum dominia quæruntur p traditionem. Secundo, q̄ rerū dominia transferūtur per vſucapionē. Tertio, q̄ ipſa rerū dominia nō quæruntur per obligationē ſeu cōuentionē perſonalem. Bal.

o *Traditionibus.* vel quaſi: f vt inſt. de re. diui. §. interdū. Ité intelige cum cauſa vera vel putatiua. ff. de acquir. re. do. l. nunq̄. & idonea ad trāſferendū dominiū: vt inſtit. de re. diui. §. per traditionē. & à domino: vt. ff. de acqui. re. do. l. traditio. vel quaſi: vt inſti. qui. alie. licet. §. j. Sed & his interueniētib[p] fallit in re vendita tradita, niſi ſatisfaciat de ꝓcio: vt iſt. de re. diui. §. véditę.

f Idē Bar. & Iaſon.

p *Et vſucapionibus.* vt. ff. de vſuca. l. vſucapio eſt. Sed an idem in præſcriptione? Quidā vt M. & ſic: vt. ff. de vſuca. l. eum qui. & inſtit. de vſuca. §. j. in fi. Nos cōtra, vt. ĵ. de præſcri. xxx. an. l. ſi quis emptionis. in prin. & dicta iura q̄ dicunt dominiū q̄eri, nō obſtant. Sed dic, ſcilicet vtile, ſiue effectum dominij.

g Iſta opi. eſt approbata per omnes hic.

q *Non nudis.* vt. ĵ. de rei vin. l. ſeruū. & nudū appellat omne qđ nō eſt traditione ſubnixū. i. quod nō habet rei traditionē annexam: licet ſit veſtitū: vt. ff. de pig. act. l. j. fallit ī pacto legis cōmiſſoriæ, & addictionis in diē: vt. ff. de rei vind. l. ſi q̄s hac. in prin. & ĵ. de pac. inter emp. & vēd. l. cōmiſſoriæ. Ité in eccleſia: h vt. ſ. de ſacroſan. ec. l. fi. & ĵ. de dona. quæ ſub mo. l. j. Ité in man[p] iniectione: vt. ff. de cōtrahē. emp. l. ſi q̄s ſub hoc. vel ibi poſt iniectionē i man[p]. Ité in vltimis volūtatib[p], vt. ff. de ſeruit. l. Papinian[p]. & de leg. ij. l. cū pater. §. ſurdo. & de acqui. poſ. l. cū hęredes. ī prī. Ité aliud in poſſeſsióe: vt. ff. de acquir. poſſeſ. l. ſi q̄s. ij. §. differentia.

h Idem in fiſco vel pupillis. Iaſ.

i Iſtā gloſ. approbant Salycetus, Alexāder, & Iaſon.

*Cum proponas.* ] CASVS. Hæreditaté fratrū meorū ex teſtamēto dicebas te poſsidere: dixi teſtamentū illud eſſe falſum: & me debere eis ſuccedere ab inteſtato. me agére hære. peti. mecum q̄ dimidia hæreditatis tranſegiſti. ex iſto themate tres eliciuntur quæſtiones. Vna, an ſi poſsideā rē mihi adiudicatā noīe tranſactionis, & eā reuocare vis: an tibi obſtet exceptio? dicitur q̄ ſic. Eſt & alia: ſi nō poſsideā, an ex pacto tranſactionis agere poſsim, ſi placitis nō ſtes? reſpō. q̄ nō, ſi ſtipulatio nō interceſsit: & ſi ago cōtra te, & excipias de tranſactione: replicabo de dolo, ſcilicet quia fides tranſactionis ſiue pacti tibi ſeruanda non eſt, ex quo mihi eam ſeruare non vis. Vel aliter hæreditatem fratris mei poſſediſti, quia te inſtituit hæredem. fundum à te petebā paternum: & mecum pro dimidia hære. tranſegiſti: & procede ſicut in primo caſu facta fuit ſuper hæreditate tranſactio: vt tibi remitterem quæſtionem fundi. Vitia.

r *Inter vos.* ſcilicet te & aduerſarium.
ſ *Fratrum.* præmortuorum ſcilicet, qui vel totum vel maiorē partē hęreditatis aduerſario tuo reliquerant. Sed cum ei de fundo quodā quæſtionē faceres, vt ei illam remitteres, cōuenit tecū



BIU Cujas

hæreditatem æqualiter diuidere: vt dicit. Vel dic ꝙ totam vindicabas ex alio forte titulo. & sic planius legitur.

a *Causa.* de fundo habita, de quo quæstionem inferebas. vel aliter vt dixi.

b *Potes.* contra illū qui habebat tecū quæstionē, nisi forte vellet dicere pactū nudū, & sic non valere.

c *Possides.* i. quod ex transactione ad te peruenire debuit.

d *Placito.* i. ex hac pactione seu cōuētione nuda fuit pactio.

e *Natam.* cur non? Respon.[a] quia nondū videor plene impleuisse ex parte mea, licet actionē remittā: vt. ff. de condic. inde. l. eleganter. §. penul. & dices. j. tit. j. l. siue apud.

f *Stipulatione.* subaudi, Aquiliana.

g *Vti.* scilicet exceptione trāsactionis. & sic not. non esse seruandam fidē nō seruāti: [b] vt. ff. de inoffi. testa. si instituta. in prin. &. j. tit. pxi. si quis maior. &. l. siue apud. & facit ff. de leg. ij. cū pater. §. libertis. &. j. de fideicō. l. quoties. j. &. j. p̄ soc. si societatis. & facit. ff. e. l. diuisionis. Sed cōtra. j. tit. j. l. cum mota. vbi & seruatur fides nō seruanti, & ex pacto transactionis nascitur actio præscriptis verbis. Solu. vt ibi. *ADDITIO.* Dic quòd ibi fuit facta conuentio p̄ verba in quibus poterat cadere implemētū, hic nō, sed per ista verba, promitto nō agere, vel non petere: vel similia. Bar. hic.

a *Et bene Bart. Paul. & Salyceius.*

b *Sequitur Bart. Paul. & Iaſ. & cōcor. optime in. c. per uenit. cū gl. extra de iureiur.*

*Actum.*] *CASVS.* Quæsiuit quidam an curator adulti possit facere pactū de non petendo & recipiendo partem cum debitore ipsius adulti. item an possit partem remittere? Et rñ. ꝙ neq; adulto præiudicat, nec remittens, sed cum effectu debitum exigens eum liberabit.

*Tutor an possit remittere.*

h *Remittentes.* gratis, & liquidum debitum: quia tunc non sunt loco domini, cum pupillum spoliant: vt. ff. de admi. tu. l. Lucius Titius. ij. §. fi. &. ff. pro emp. l. qui fundum. §. si tutor. & ar. ff. de transac. cum hi. §. si prętor. Sed contra. ff. de fur. l. si pignore. in fi. &. l. interdum. ij. §. qui tutelam. sed ibi [c] non erat liquidum: vt. j. tit. j. l. præses. Item contra. ff. de iniur. l. sed si vnius. §. j. sed ibi facit pactum vt non nascatur actio: quod potest. hic natam volebat tollere. Item contra. ff. de iureiur. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. j. &. l. tutor. sed nec ibi erat liquidum.

c *Istam gl. vsque ad fi. sequuntur Bart. Paul. & Iason.*

*Filius.*] *CASVS.* Si debitori patris pactum fecit filius de non petendo: an valeat pactum, quæritur: & rñ. ꝙ non: nec si debitor ei soluat, liberatur. patri enim filio præiudicare nō potest.

Not. primo ꝙ filius non potest in præiudicium patris pacisci. Secundo no. ꝙ id quod patri debetur, non potest filio solui. de hoc vide quod leg. & no. ff. solu. ma. l. vero procuratori. cum simi. Bald.

i *Filius.* vt si patri postea succedit.

k *Obligationi.* vt &. j. de re. cre. l. nec filius. &. ff. de sol. filiusfamilias. & de cōpen. l. debitor. Sed cōtra. ff. de excep. l. filiusfa. sed ibi erat redhibenda res à filio vendita. vnde recipiendo eam facit quod pater necesse habuit facere. Item fallit hæc regula. ff. eo. l. contra iuris. in fi. &. l. seq. & repete hic quæ possunt adaptari ad filium, ex his quæ diximus in seruis: vt. ſ. eo. l. seruus.

d *Adde*

æquis ex partib⁹ diuidi, & trāsactionis causa[a] probari possit hanc intercessisse cōuentionē, exceptione te tueri potes, [b] si possides. [c] Quòd si aduersarius tuus teneat: ex hoc placito [d] nullam actionē natam [e] esse, si tibi stipulatione [f] non prospexisti, debes intelligere: nec aduersario tuo transactione vti [g] cōcedendum est, nisi ea quæ placita sunt, adimplere paratus sit. PP. Kalend. Maij. Fausto. II. & Gallo Conss.

*De debito liquido per administratorem non potest fieri gratuita remissio. hoc dicit. Salycetus. Vel sic: Legitimus administrator potest recipiendo solutionem debitorem liberare, non autem debitum liquidum remittere. Alexander.*

XXII. Iidem. AA. &. CC. Archelao.

3 PActum curatoris recipere minorem quantitatem paciscentis, adultæ ætatis suffragiū ne noceat, efficiet. tutores enim & curatores exigētes pupillis & adultis debitum, etiam non remittētes [h] præstant obligationis liberationē. PP. XVIII. Kalēd. Decemb. Sirmij, ipsis. VII. & VI. AA. Conss.

*Filius non potest tollere actionem competentem patri, per pactum de nō petendo, vel etiam debitum recipiendo. h. d. secundū Paul. de cast.*

XXIII. Iidem. AA. &. CC. Honorato.

FIlius [i] paciscendo aut debitum accipiēdo, nihil detrahit patris obligationi. [k] PP. XVII. Kal. Decēb. Sirmij, ipsis VII. & VI. AA. Conss.

*Pactum de non petendo factum aliquibus hæredibus tantum, non prodest aliis cohæredib⁹. hoc dicit secūdū primā lect. Alex.*

XXIIII. Iidem. AA. &. CC. Dominæ.

SI actionem legati vel fideicōmissi quam aduersus hæredes mariti quondam tui habuisti, te adfectione hæredū [l] aliis remisisse probetur: exceptionem pacti cōtra debitores instituenti, actiones nocere tibi minime posse intelligis. PP. XVII. Kalend. Ianua. Sirmij. CC. III. Conss.

*Debitores super iure creditorum pacisci non possunt. Bal. Vel sic. Pactum inter debitores factum seu hæredes debitorum, quòd alter soluat omnia debita seu hæreditaria, non nocet creditoribus quo minus agere possint cōtra quemlibet pro debita sua hæreditaria portione. h. d. cum. l. seq. secundū Paul. de cast. & Alexandrum.*

XXV. Iidem. AA. &. CC. Euhemero.

DEbitorum [m] pactionib⁹ [n] creditorum petitio nec [o] tolli nec mutari [p] potest. S. IIII. Kalend. Maij. Sirmij. CC. III. Conss.

*Creditor non tenetur seruare pacta hæredum debitoris: sed ipsi hæredes inter se seruare tenentur. Bald. Vel sic: Lex præcedens ponit regulam: ista ponit exemplum regulæ. h. d. Vel sic: Aes alienum ipso iure inter hæredes diuiditur: nec eorum pacto creditoribus præiudicatur. Et non exhibito instrumento communi ad interesse potest agi. Salycetus.*

XXVI. Iidem. AA. &. CC. Corneliæ.

*Quid quando debeat esset cum Clum. Liū. vel. nunctet. testi. L. si. pactum. &. l. seruus. po. & lu. l. per hoc. cit hic. quod si. nachus. ponat. nantur. cum. cet quo. tur alio. nationē. mes pe. monacho. solicito. tingi. ratio. e. hāc. & alio. probat. f. Dic. ibi bene. ſ pacio. ganus. in libro. rio. li. g. Rol. torqua. de solu. tabili. corpo. tera. dem. &*

a *Et bene Bart. Paul. & Salyceius.*

b *Sequitur Bart. Paul. & Iaſ. & cōcor. optime in. c. per uenit. cū gl. extra de iureiur.*

c *Istam gl. vsque ad fi. sequuntur Bart. Paul. & Iason.*

d *Adde*

*Ipso iure.*

BIU Cujas

PActo† successorum debitoris, ex lege duodecim tabularum æs alienum hæreditariũ pro portionibus quæsitis singulis ipso iure [a] diuisum, in solidum vnũ [b] obligare creditori non potest: [c] quod & in honorario [d] succedentibus iure, locũ habet. De chirographis [e] itaq; cõmunibus exhibendis [f] cohæredem, [g] † vel non perfectis in diuisione placitis, [h] conuenire [i] quanti tua interest, potes. PP. III. Id. Octob.* Variani. CC. Conss.

*Pactum cohærens contractui stricti iuris, informat illum adeo, quòd ex eo sic informato datur actio ad id quod in pacto deuenit. Saly. Vel sic: Legitur tribus modis in glo. tamen secundum veram lec. hoc intendit: Pactum cohærens contractui stricti iuris, informat actionem quæ oritur ex illo contractu, vt ex ea sic informata agi possit ad id quod in pacto deuenit. Alexand.*

XXVII. Iidem. AA. & CC. Aurelio Chresimo.

PEtens [k] ex stipulatione, quæ placiti [l] seruandi causa secuta est, seu antecessit pactum, seu post statim [m] †interpositum sit, recte secundum se ferri sententiã postulat. S. VI. Id. Noueb. Heracleæ. CC. Conss.

*Præstatio temporalis non est modus obligationis validandæ. Vel sic: Nudum pactũ de contra tabu. l. si post mortem. §. fi. Accursius.*

l *Placiti.* quod erat de dando centum animo nouandi, secundũ tertiam positionem.

m *Statim.* siue ante, siue post: vt. j. de edil. act. siue apud. & de vsur. l. si vsuras. & ar. ff. de incẽ. rui. nau. l. si quis. §. quod ita. & ff. si certa petam. l. lecta.

*præstatione lõgi temporis non vestitur. Vel sic: Præstatio regulatur à causa à qua descendit: non autem regulatur à præstatione. Et loquitur hæc lex in præstatione formali, id est ad certã causam relata. h. d. secundum Bald. Vel sic: Præstatio diuturna non est efficax ad confirmandum pactum nudum, seu obligationem inualidam. Vel sic: Pactum nudum rei interuentu non vestitur contra ipsum impletem: sed vestitur verbis, id est si sit stipulatione vallatum. Alexan.*

XXVIII. Iidem. AA. & CC. Leontio.

B SI certis [n] annis, quod nudo pacto conuenerat, datũ fuerit: ad præstãdum in posterum indebitũ solutũ obligare [o] non potuit eum qui pactũ fecit, nisi placitis stipulatio interceserit. S. III. Noñ. Decẽ.* Burtodixi. ipsis VIII. & VII. AA. Conss.

*Priuilegio fori à lege vel à principe indulto potest renunciari, & iudex vel arbiter qui admittit exceptionem declinatoriã non admittendam, facit litem suam. hoc dicit. Bald. & Salycetus.*

XXVIIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni. PP.

C SI quis in conscribendo [p] instrumento sese confessus fuerit non vsurum fori prescriptione [q] propter cingulũ militiæ [r] suę vel dignitatis, [s] vel etiã sacerdotij prærogatiuam: licet antea dubitabatur si opõrerat: scilicet credebat forte se promisisse post manumissionem, cum ante promisisset. sed quando credidit quòd teneatur ciuiliter. Dic ergo si certis, scilicet paucioribus tribus, secundum M. & sic soluitur contrarium. j. de fideicom. l. j. vel ibi duplici fauore, scilicet alimentorum, & vltimæ voluntatis. [k] Vel hic errans soluit, ibi sciẽs. & sic etiã nõ obstat. j. de nõ nume. pecu. l. cũ fidẽ. [o] *Obligare.* de præstando in posterum. Sed contra. ff. de vsur. l. cum de in rem verso. Solu. vt ibi in glos. f. decennio.

k *Hanc solutionem tenet hic Bar to. reprobatis priore & sequenti.*

*SI quis in conscribendo.*] CASVS. Hæc lex dicit, q̃ si aliquis specialiter fori priuilegio renunciet, quod sibi ratione militiæ vel dignitatis competit, nõ potest contra suam renunciationem seu pactum venire: & subiicitur ratio, quia non licet decipere contrahentes, pacta quæ legitimæ inita sunt retractando, quæ prætor tuetur: neque antiquæ regulæ repugnare, qua dicitur q̃ vnicuique licet his quæ pro se introducta sunt renunciare. In fine vero dicitur q̃ si iudices, maiores vel minores arbitri, siue illi qui in locum recusati iudicis eliguntur, hoc obseruare neglexerint, punientur. Nota primo ex hac. l. secundum Bald. quòd ille qui confitetur, renunciare videtur. Secundo not. circa finem, & ad hoc semper allegatur, quòd sicut iudex qui male iudicat, facit litem suam: ita arbiter vel arbitrator: sed tamen non tenentur nisi de dolo & lata culpa postquam fuerunt assumpti de cõsensu partium, per. l. j. §. j. ff. si men. falsum mo. dixe. Pau. hic.

a *Ipso iure.* vel dic pro portionibus quæsitis singulis ipso iure. & sic punctabis post dictionem, iure. vel dic [a] verius, æs alienum diuisum ipso iure: vt ar. j. si cer. pet. l. j. & fami. erc. l. ea. & l. licet. & de hære. vend. l. j. & l. pro hæreditariis. de hære. actio. & quod dicit, æs alienum: id est quod ipse aliis, vel alij sibi debebãt: vt. ff. de verb. sig. l. cedere diem. §. æs.

b *Vnum.* succedere.

c *Non potest.* id est pro ære alieno quis in solidũ obligari non potest pacto suo &c. Azo. [b] conuenerat enim inter eos quòd vnus haberet chirographa debitorũ, & satisfaceret creditoribus: quod si non faciat, vel vt reddat chirographa, vel ad interesse vt faciat quod conuenit, conuenietur.

d *Honorario.* id est iure prætorio.

e *De chirographis.* id est instrumentis.

f *Exhibendis.* scilicet cõdictione ob causam. Vel dic vt exhibeãtur secundum l. ff. famil. erci. si quæ sunt.

g *Cohæredem.* cõuenire potes. aliàs, cõtra hę redẽ. & aliàs, cũ hærede. & sub. agere potes.

h *Placitis.* vt scilicet perficiantur.

i *Conuenire.* præscriptis verbis. Sed nunquid illo casu ille qui debuit ex conuentione in solidum creditoribus respondere, prius conuenietur: vt euenit in duobus magistratibus dantibus tutorem, & conuenientibus vt alterius tantum periculo detur: vt. ff. de mag. con. l. j. §. si inter? Respond. [c] non: quia vt ibi dicit, perinde est ac si alter tantum dedisset tutorem.

k PEtens. Quidã ita ponũt casum: [d] Stipulatus sum à te quod nudo pacto conueniſti, vel cõuenies. hæc positio non valeat quia quare diceret, statim? nã si post vel ante per mille annos pactus esset, idem esset: præterea non ageretur ex pacto: [e] vt ar. ff. de hæred. insti. l. asse. & de condit. instit. l. institutio. Alij dicũt [f] q̃ pepigi tecum q̃ in contractu quẽ feci vel faciam tecum, de imperialibus intelligatur. & contractus stipulationis erat in decem. Tu dic tertio secũdum V. [g] pactum fieri incontinẽti vt aliquid fiat stipulatori, & agitur ex stipulatione informata, & ex pacto præscriptis verbis. Sed quid si vt aliquid fieret, cõuenit debitori accipienti pecuniã sine vsuris? Respondeo, [h] non puto ei informari stipulationẽ: quoniam nõ ipse, sed alius interposuerat: sed si daret vsuras, forte cõtra esset, [i] quia gratia vsurarum se creditor onerauit. Item ad hoc vt vestiatur pactum nudũ ex stipulatione, intellige stipulationẽ factam super principali, pactum vero nudũ super accessorio. Aliud autem dico si nudo pacto conuenio de permutando: & si non dederis, stipulor pœnam. nam hic non puto pactum vestiri à stipulatione, cum stipulatio pœnæ sit accessorium: pactũ vero principale: & principale non vestitur ab accessorio. Sed contra: vt. j. de cõtrahen. stipul. l. nuda. Item si nudo pacto conuenio de permutando, & incontinenti aliquid nudo pacto paciscor, deinde ex interuallo primum pactum ex rei traditione vestiatur, an & secundũ pactũ à primo sumat vires? Respõdeo non, quia ab initio fuit nata tantum naturalis obligatio, & postea nascitur ciuilis. sed secus dico vbi à principio nascitur etiam conditionaliter ciuilis & naturalis, vt in venditione conditionali: vt. ff. de peri. & cõmo. rei vendi. l. si in venditione. secundum Azo. Item quid si pacto nudo & vestito interposito tollam per acceptilationem vestitum, an remaneat aliud? Quidam dicũt q̃ sic: vt. ff. de contrahen. emp. l. sed Celsus. §. si fundus. & arg. ff.

a *Ista placet Saly.*

† *In nonnullis exẽplaribus sic legitur, Pactu successorũ debitorũ ex lege. xii. tabu. ad es alie. hære. &c.*

*portionibus quæsitis singulis, ipsoq; iure diuisum &c.*

b *Ista glos. est de mente Saly.*

† *Aliàs, cũ cohærede.*

† *Aliàs, seu post pactum statim interposita sit.*

c *Idẽ Bart. & Saly.*

d *Ista casus positio placet Ias. sed displicet. Bart. Paul. & Alexã.*

e *Istud concedit Ias. nec verba tex. innuit cõtrariũ secundũ eundem.*

f *Et male Bart. Paul. & Ias.*

g *Ista placet Barto. Paul. Alexan. sed prima melius congruit textui secundum Saso.*

h *Et bene Bart. Bald. Paul. et Ias.*

i *Omnes gl. solutiones vsque ad finẽ sequuntur Bart. Bal. Paul. et Ias.*

*Clerici priuilegio fori renunciare nō possunt.*

de episc. & cleri. vbi dicitur q̄ non possunt renunciare priuilegiis fori. & in authen. de sanc. episc. §. œconomos. coll. ix. *ADDITIO.* Dic quòd illa iura loquuntur in eo qui renunciaret foro sui ordinarij. sed text. iste potest etiā hodie procedere in eo qui renunciaret priuilegio fori, vt non posset conueniri nisi coram aliquo particulari iudice, puta coram Archidia. vel alio iudice speciali. Bart. Ioan. Maria, & Ia.

a *Scripturam.* in qua fuit cōfessus se nō vsurum fori priuilegio.

b *Nemini licere.* pacisc̄entium, secundū Pyno. quia iudices eorū possunt eos extrahere. vel lex ista loquitur in illis personis, quæ tres iudices habent: vt scholares.

c *Decipere.* hæc duo simul iuncta non permittuntur: sed alterum, vt contra pacta venire licet quandoque: vt statim dices in casibus in quibus nō videtur decipere, cum auctoritate legis fiat. Item licet contrahentib² mutuò decipe: vt. ff. de minor. l. in causæ. ij. §. penul.

d *Edicto.* quod est. ff. eod. l. iure gentium. §. prætor ait.

e *Non valeant.* nō potest reddi ratio: vt. ff. de verb. oblig. l. à Titio. in fi. ibi, cur non idem &c.

f *Antiqui.* vt &. ff. ad Velleia. l. fi. §. pe. in fi. & de mino. si iudex. &. ff. eod. l. pactū. &. ī. de episc. & cleri. l. si quis in conscribendo. Sed contra. ff. de iurisdic. omn. iudic. l. si conuenerit. Sol. vt ibi.

g *Iudices.* ordinarij.

h *Obseruent.* si de hoc ipso aliqua coram eis causa est, vt non audita allegatione fori procedant.

i *Pedaneos.* i. delegatos. & ponitur in authē. de iudic. §. vetus. col la. vj. aliàs ponitur etiā pro ordinario qui tantū de minimis cognoscit: vt. j. de peda. iudi. l. fina. & quod subiicit, cōpromissarios, scilicet cū pœna: & arbitros electos, scilicet sine pœna. Vel die cōpromissarios, scilicet arbitros & electos: vt ponatur totū pro eo qui datur in locum recusati iudicis: vt. j. de iud. l. apertissimi. Vel die vt pri⁹. Vel qđ subiicit, electos, scilicet in locū recusati.

k *Suam.* sed qualiter potest habere locum in arbitro? Respondeo: vt quia compromisimus de causa principali: & sic sunt duę rationes: scilicet quia cō promisit, & quia renunciauit. Vel dic quòd de hoc ipso fuit compromissum an renunciatio valeat.

l *Intelligātur.* & sic actione in factū ex quasi maleficio tenentur: vt instit. de oblig. quæ ex qua. delicto. in prin. Sed videtur quòd arbiter non faciat litem suam: vt. j. de arbi. authen. decernimus. quæ est contra. Solu. ibi deliquerunt partes cōpromittendo contra legem: & ita arbiter non tenetur eis.

m *Aduocatione.* id est ab aduocatis Cæsaris.

n *Alienæ.* hæc lex non loquitur de liberis, duplici ratione. Prima, quia ipsi non insidiarentur vitæ parentum vt extranei. vnde Ouidius: Filius ante diem patrios inquirit in annos. Item quia non de aliena, sed de sua hereditate dicerētur pacisci: vt ff. de lib. & posth. l. in suis. secundum quosdam. Tu dic idem in liberis, quia & ipsi insidiātur: vt insti. quod cum eo. §. penul. & non sunt domini, sed propter spem dicuntur quasi domini: vt insti. de hære. quali. & dif. §. sui. cum ergo sit eadē ratio, ergo idem ius: vt. ī. l. proxi. &. ff. de verb. obli. l. à Titio.

o *Quibus.* pactis.

p *Declarabatur.* per stipulationem, puta dabo tibi tertiam partē hæreditatis, si ad me peruenerit tota. & tu mihi idem facies. vel si mihi & tibi obuenerit, promitto q̄ diuidam æqualiter. Nam ita demum est pactū, si vni ab altero quid est dandum vel faciēdum, non ab alio tertio alteri eorum, vel ab altero eorū alteri tertio. Et ita non placet f positio quorundam qui in præmissis casibus admittunt pactionem: & hanc intelligunt cum promisi q̄ tu succedas vel possis succedere. Sed hoc certe non esset pactum: quia etiam ex volūtate partium nullus eorum alteri eorum de aliquo dando vel faciēdo adstringitur. Pactum ergo erat, vt dixi, de disponendis rebus per successionem deuoluendis.

q *Quæstionem.* id est dubitationem.

r *Quia adhuc.* hæc erat ratio quare non valent: vt. ff. de vul. & pupil. substi. l. ij. §. prius. aliàs, interdum.

Dat. Kalen. Septemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

*Pactum quo disponitur de hæreditate viuentis, non valet: nisi ille consenserit, & in eodem consensu perseuerauerit vsq; ad mortem. hoc dicit. Salycetus & Alexander.*

xxx. Idem. A. Ioanni præfec. præt.

DE quæstione tali à Cæsariē si aduocatiōe m interrogati sumus: Duabus vel pluribꝰ p̄sonis spes alienæ n hæreditatis fuerat ex cognatione forte ad eos deuoluēdę: pactaq́; iter eos inita sunt p̄ aduētura hereditate, quibus o specialiter declarabat, p si ille mortuꝰ fuerit, & hæreditas ad eos puenerit, certos modos ī eadē hereditate obseruari: vel si forte ad quosdam ex his hereditatis cōmodū p̄uenerit, certas pactiones euenire. Et dubitabat si huiusmodi pacta seruari oporteret. Faciebat autē eis quæstionē, q quia r adhuc

*b Quibus opimo placet Bar. Ia. Maria, & Ia.*

*c Sequitur Salycetus.*

*DE quæstione.* ] CASVS. Hic quęritur si duo vel plures de cognatis alicuius q̄ suā hæreditatem ad se sperant deuoluendam, nō tamen necessario, sub hac forma pacta conficiant, si hæreditas cognati mei, puta auuncli, ad aliquem nostrum pro parte vel in solidum perueniat: inter nos pro virilibus portionibus diuidatur: vtrum valeat, necne? dicitur quòd videbatur valere, eo quòd neque de succedendo, neque de non succedendo tractabatur, sicut si conueniſſet de ipsa disponenda. sed quia ex pactione dispositionis futuræ successionis alicuius idem periculum possit prouenire quod de ipsa successione contingere consueuit: omnia huiusmodi pacta tanquam contra bonos mores inita penitus prohibentur: nisi de voluntate ipsius processerint de cuius hæreditate hic talia tractabantur. & hæc vera sunt quocunque genere contractuum huiusmodi pacta fiant. Nota primo in hac. l. quòd pactum de hæreditate viuentis certo modo disponendo post mortem eius, censetur esse contra bonos mores, & ideo non valet, nisi consentiat dominus, & vsque ad mortem in consensu perseueret. Secundo not. quòd licet quis possit hypothecare bona præsentia & futura, non tamen potest hypothecare bona viuentis, quæ sperat sibi per successionem deferri, secundum Bald. hic.

*Ouidius.*

*d Et hoc Ioan. Maria, & Ia.*

*e Idē ipse in paremibus. Ia. Casum ponit.*

*f Et hanc Bart.*

*† Vide gl. i. in. c. si diligenti. extra de foro comp.*

*a Tu dic quòd quādoq; aliquis est iudex alterius, sed ille ex p̄prio priuilegio potest eō declinare. exē plū in scholari, authē. habita. ī. ne filius pro patre. exēplū etiā in. l. i. ī. si qua p. po. l. i. tunc per pactum potest renunciare. ita loquitur hic, & tex. in. c. i. extra de iudic. secundū cōmuniter doc. ibi. Aut quis nullo modo est iudex: et tunc per pactū ista exceptio iudicis incompetentis nō potest impediri. ita loquitur. l. si conuenerit. ff. de iurisdic. omniū iudicū. secūdum Bar. hic.*

*Pedaneus iudex quis dicatur.*

BIU Cujas

a *Et quia.* hæc est ratio econtra quare valeant.
b *Enentus.* propter insidias, quæ parantur eius vitę super cuius bonis paciscuntur: vt infra titu. j. l. de fideicommisso.
c *Conueniunt.* aliàs, conuenerunt, vt quasi futuri ei hæredes.
d *Obseruari.* sed potius [a] aufertur eis hæreditas vt ab indignis, etiam si eis deferatur: vt. ff. de dona. l. quidã. §. vlt. & l. seq. & de his quibus vt indig. l. ij. §. fin. Item not. hic arg. secundum quosdam q̃ nõ tenet cõcessio prębendę non vacantis, [b] vel feudi nondũ aperti in domino: vt arg. ff. de iure codi. l. litęræ. sed falsum est: vt. ff. pro socio. l. iij. §. de illo. & infra vt actio. ab hærede & contra hæredem. l. j. & ff. de domna. causa mortis. l. mortis causa capim^v. ĩ prĩc.
e *Accõmodauerit.* sed ipse nõ potest pacisci: vt infra tit. j. l. cum donationis. & de pactis cõuen. l. hæreditas. Et sic not. quòd nõ potest facere. l. pacisci: alij tamen consentit. sic. ff. de manu. vin. l. si pater. in fi. Item fructuarius manumittere non potest: vt. j. de vsufru. l. vsufructu. matri tamẽ cõstitere potest manumittentiv infra communia de manu. l. j. Sic econtra quãdoque potest per se, quod nõ potest per alium: vt. ff. de solu. l. fugitiuus. & de vi & vi ar. l. cum fundũ. & infra de thesau. l. nemo. lib. x. per stipulationem tamẽ potest fieri, vt si promittã tibi bona mea post mortem meam: vt infra vt act. ab hærede. l. j. & erit donatio causa mortis, vel inter viuos. *ADDITIO.* Dic quòd ille casus est penitus diuisus à casu legis nostræ, secundum Iaso. glos. tamen est vera in se, secundum eundem Barto. & Paul.
f *In ea.* scilicet voluntate.
g *Tunc.* scilicet quando ille de cuius hæreditate fit diuisio, consensit diuisioni quam isti faciebant.
h *Acerbissima.* id est vt præsumitur quòd isti insidientur vitæ eius: quia nisi essent boni, non præsumitur quòd iste consentiret diuisioni quam isti faciebant de bonis eius.
i *Constitutionibus.* quas non habemus.
k *Introductum.* per hanc. l.
l *Iubemus.* redit ad primum casum.
m *Talium.* sic fac tas ꝓpter spẽ successionis: vt fuit ĩ primo casu.
n *Rerum.* scilicet adhuc viuentis.
o *Pacisci.* scilicet sic vt dixi: ne sit contra. ff. de contrahen. emp. l. rem alienam. Sed videtur contra. ff. pro soc. l. iij. §. de illo. Solu. dibi non de hæreditate certæ personæ. Item contra. ff. de hære. vendi. l. ij. §. illud. Sol. ibi abundat, maxime. eItem cõtra. ff. de act. emp. l. si quis seruum. Solu. vt ibi. Itẽ videtur quòd pactum huius. l. non est de futura successione: quia tunc est de futura successione, quando id agitur vt per pactum successio ad aliquem perueniat. Hic vero tale pactũ nõ inuenitur. nec enim de eo dubitabatur, cum & ante Iustinianum hoc erat certum: vt infra de col. l. pactum. & supra eod. l. pactum. j. & infra de inuti. stipu. l. ex eo. & ff. de verbo. oblig. stipulatio hoc modo. Sed respondeo quòd est futuræ successionis, scilicet disponendæ, quæ ad eos erat deuoluenda.
p *Secta temporum &c.* id est nos qui sequimur alios imperatores, non patimur. & facit. ff. de aqua plu. ar. l. in diem. & ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. ij. §. sed dominorum.

a ista glos. sequitur Barto.

Prębenda non vacans cõferri non potest. b Vide de hoc ca. nullã. seq. extra de concess. præben. & c. relatũ. in glo. de pæ. bendis. & addenda. de postulanda. de cõcess. præben. li. vi. c Cõcor. ca. accepimus. cum glos. i. extra de pac.

*DE TRANSACTIONIBVS.*
*De pactis [f] in genere dixit, nunc in specie.*

NEque pactio.] CASVS. Tres curatores habuisti cum fuisti adultus: qui tibi ex mala administratioue teneba ntur. contra duos litem instituisti, & cum eis transegisti, vel eis pacto remisisti. nunquid trãsactio facta cũ duobus, tibi prejudicet aduersus tertium quo minus cum eo agere possis, quæritur? & resp. quòd non, siue cõiuncta, siue separata fuit administratio. Viuia. q *Pactio.* pactio gratuita dicitur, trãsactio econtra. [g] ff. eod. l. j.
r *Cum quibusdã.* vnusquisque enim in quo deliquit tenetur. ar. ad hoc infra de pœ. l. sancimus.
s *Cum igitur.* dixit in genere: nũc [h] in specie.
t *Tertium.* cum quo propter vnitatẽ actionis videbatur transactio, & pone exemplũ infra si vnus ex pluri. ap. l. j. sed nõ est: vt hic, & ff. de pactis. l. idem in duobus. §. j. & l. si vnus. §. ante omnia. & infra de repu. hæredi. l. suus. & infra si aduersus rem iud. l. j. & infra arb. tut. l. omnes. & l. cum qui. & infra quibus res iudi. non no. l. ij. Sed contra. ff. de tut. & ra. dis. si ex duobus. in fine. Sed ibi in eo quod accipit, non vltra præiudicat. Et distingue hic: aut diuisa est administratio per iudicem, aut à testatore, aut ab eisdem, aut à nullo. Primis duobus casibus nullus ex alterius parte tenetur, & sic posset [i] loqui hæc lex in eo qđ dicit, separatim: vt. j. de diui. tut. l. ij. §. j. sed fallit in casibus ibi dictis: sed in aliis duobus subdistinguitur: quia aut omnes gesserunt, sine dolo tamen, aut vnus, aut nullus, aut omnes dolose. Primo casu præiudicat [k] in virili, cum omnes in viriles teneantur beneficio diuisionis: vt. ff. de tut. & ra. dis. l. j. §. nunc tractemus. & quia cessio fieri nõ posset: vt. ff. de solu. l. Stichum. §. penul. In secundo dic quòd electo gerente liberantur alij: vt ff. de admini. tuto. l. si pupillus. j. respõ. In tertio & quarto dic idem ius in vno quod in alio. Nam & vterque eorum in solidum tenetur sine beneficio diuisionis, secũdum Azo. [l] licet H. contra, & verius: & nulli ceditur actio: vt. ff. de tu. & ra. dis. l. j. §. nunc tractemus. & ff. de admini. tut. l. si plures. His ergo casibus vno electo non præiudicat nisi in accepto: vt arg. ff. de fideiusso. si stipulatus. §. fi. & de tu. & ra. dis. l. si ex duobus. Loquitur ergo hæc lex in eo quod dicit, separatim, scilicet quando à testatore vel à iudice facta fuit diuisio: vt contra tertiũ remaneat in sua parte administrationis. Item & quando gesserunt omnes sine dolo in eo quod dicit, communitérve &c. & sic tertius conuenitur, scilicet pro virili, & in duobus vltimis similiter conuenitur tertius. Sed tunc in omni eo quod deest, [m] potest intelligi hæc lex. Item not. q̃ si vnus soluit totũ cũ dicitur culpa gessisse, habet regressum cõtra alium, etiã si actio nõ cedatur: vt dicto. §. nũc tractemus. quare nõ ita in fideiussore: vt. ff. de fideiusso. l. vt fideiussor? Respondeo: quia fideiussor habet cõtra reum actionẽ mãdati: vnde nõ sic facile ei subuenitur. tutor cõtra nullum. datur ergo ei cõtra tutorem. Vel dic q̃ tutor conuenitur actione bonę fidei scilicet tutelę: fideiussor ex stipulatu, quæ est stricti iuris: vt. ff. de Carboniano edicto. l. iij. Vel dic alio modo vt not. dicta. l. vt fideiussor. & de hoc etiã plura habes. ff. de negotiis gestis. l. ex facto. *ADDITIO.* Et ibi glossa inuit verã solutionem,

f Ista cõtinuatio placet Barto. & Ias.
g Approbatur per Bar. Salyce. & Ias.
h Approbatur per omnes.
i Approbata est per Bar. Pau. Alexã. & Ias.
k Pupillo. Pau. hic.
l Ambæ opiniones approbantur per Barto. Alexã. & Ias.
m Clo. male loquitur secũdũ Alexã. & Ias.

## TITVLVS IIII.
## DE TRANSACTIONIBVS.

*Transactio facta cum quibusdã ex administratoribus, non patrocinatur cæteris cum quibus non est transactum. h. d. Bald. & Salycetus. Vel sic: Liberatio facta per pactum gratuitum, vel per transactionem vni ex tutoribus vel curatoribus, non prodest alteri quo minus pro mala administratione conueniri possit. hoc dicit. Alexan. & Pau.*

1. Imp. ANTONINVS. A. Celerio.

NEque pactio [q] neque transactio cũ quibusdã [r] ex curatoribus siue tutoribus facta, auxilio cæteris est in his quę separatim communitérve gesserunt, vel gerere debuerũt. ✓ Cũ [s] igitur tres curatores habueris, & cum duobus ex his trãsegeris, tertiũ [t] conuenire nõ prohiberis. Dat. Kalend. Maij Gentiano & Basso Conss.

C. TH. . 11, 24.

BIU Cujas

tionem, istam scilicet si tutor soluens vt correus hoc agit, vt suum contutorem correum liberet sicut se, merito habet actionem contra eum. fideiussor vero principaliter agit vt liberet reum: sed confideiussores liberantur per quandam consequentiam: igitur contra eos non habet actioné nisi cedatur. Bartolus.

*Timor litis motæ vel movendæ, etiam de facto & non de iure, est sufficiens causa propter quam possit fieri transactio valida: ideo ex cautione interposita datur actio, & soluti inhibetur repetitio. h.d. Salycetus & Alexander.*

II. Idem. A. Luctatio.

CVm te proponas cũ sorore tua de hæreditate trãsegisse, [a] & ideo certã pecuniã ei te debere cauisse: [b] etsi nulla [c] fuisset quęstio hęreditatis, tamẽ ppter timorẽ litis trãsactione interposita, pecunia rectè [d] cauta intelligitur: ex qua causa si fisco [e] soluisses, repetere non posses: & si non soluisses, tamen iure conuenireris. [f] P P. III. Id. August. Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

*Specialis transactio specialem operatur effectum. hoc dicit. Bart. Vel sic: Specialis transactio non præiudicat vltra deducta in ea. hoc dicit. Salycetus. Vel sic: Si petatur pars pecuniæ debitæ, & super parte petita transigatur, transactio ad alteram partem non extenditur. hoc dicit secundum lecturam quæ ponitur in glos. in verbo, nominatim. Alexander.*

III. Imp. ALEXANDER. A. Tulliæ.

AGe cum Geminiano, [g] ꝙ pater eius curator tibi datus negotia [h] tua gesserit: & si apud iudicem negabit se hac actione [i] teneri, quoniã transactio [k] & Aquiliana stipulatio [l] interposita [m] est: iudex cõtemplatione iudicij [n] (quod bonæ fidei est) quæret de quãta [o] pecunia nominatim [p] transactum sit: & si apparuerit de minore [q] transactum, † quantam pecuniã reliquã ex administratione curæ deberi probatũ fuerit, soluere eum iubebit, [r] quòd [s] non in stipulationem Aquilianam obligationis iure [t] tantum deductum est, quanta erat quantitas pecuniæ quę debebatur. [u] Dat. Prid. Id. Aug. Maximo II. & Aeliano Conss.

*Hoc intẽdit: Ad actionem ipso iure per transactionem & acceptilationem extinctam non datur regressus: sed dolo ductus habet actionem de dolo, qua sibi succurritur, nisi super dolo transegerit. Bal. Vel sic: Generalis transactio acceptilatione vallata actionẽ sic extinguit, quòd ad eam amplius regressus haberi non potest: sed dolo inductus agit de dolo, nisi de illo dolo trãsactum fuerit. Saly.*

IIII. Idem. A. Numidio.

ACtione administratę curę [x] ab eo qui legitimę ętatis annos [y] cõpleuit, in Aquilianã stipulationẽ deducta, [z] & per acceptilationem extincta, nullam aliam superesse nisi [a] de dolo

a *Trãsegisse.* & sic eras actor. Nã pprie actor dicitur transigere, reus improprie.

b *Cauisse.* id est cautionem promisisse: vt infra de verb. sig. l. sancimus. & illa [a] dabat tibi totam hereditatẽ, vel dic [b] improprie transegisse, & eras reus.

a *Placet Ias. & est de mente Bar. Trãsactionem an vitiet calumnia.*

b *Istũ intellectũ sequũtur omnes.*

c *Nulla.* scilicet de iure. de facto tamẽ erat. & subaudi, non per calũniam. nã tũc nõ valet trãsactio, siue actor siue reus per calũniã litiget, secũdũ Rogeriũ: vt. ff. de cõdic. inde. l. in summa. sed in actore cõsentio. in reo autẽ existẽs calũnia nõ impedit trãsactionẽ, licet alia via conueniri possit dolosus: vt. j. eo. l. sub prętextu.

d *Rectè cauta.* i. recta & naturalis causa trãsactionis fuit timor litis: vt & arg. ff. de pecul. l. quod debet. & de ali. iudi. l. itẽ. §. potest.

e *Si fisco.* qui forte tuæ sorori successit. Vel dic idẽ esse in fisco quod in priuato.

f *Conueniveris.* certi condictione ex huiusmodi cautione: vt. j. eod. l. nec intentio. & de non nu. pecu. l. si transactionis.

*Age.* ] C A V S. Curã alicuius gessisti, & negotia in pluribus speciebus administrasti: & cõuenit te is cuius negotia fuerunt, interuenit transactio interposita Aquiliana stipulatione & acceptilatione. decessisti. an non obstante ista transactione facta super vna re, conuenire possit hęredẽ de aliis speciebus, quæritur? & respõdetur quòd potest. Dicitur in litera de quãta pecunia. i. de quibus speciebus &c. dic quòd hic fuit specialis transactio: vnde transactione facta super vna specie, puta frumento, non potuit impedire petitionem super alia. Viuianus.

g *Age cum Geminiano.* scilicet vtili negotiorum gestorũ actione: vt. j. de neg. gest. l. curatoris. & est verbũ permittẽtis, nõ pręcipientis age, secundum Ir. aliàs esset contra: vt infra, vt nemo inuitus agere vel accu. l. j. *ADDITIO.* Ex hac glos. nota quòd quando alicui imperatur aliquid quod eius priuatam vtilitatem continet, verba imperatiui modi habent vim consilij: vt hic, & probatur in. l. ij. in fi. ff. mandati. Bar.

h *Negotia.* & male.

i *Actione.* scilicet prædicta.

k *Transactio.* ratio quare non teneatur, vel econtra ratio quare iudex inquirat.

l *Stipulatio.* supple, & acceptilatio, scilicet inter te & patrem

A Geminiani. & qualiter fiant hæc, dic vt insti. qui. mo. tol. obli. §. est autem acceptilatio.

m *Interposita.* scilicet cum patre Geminiani.

n *Iudicii.* scilicet actionis negotiorum gestorum, quæ est bonæ fidei: vt hic, & ff. de neg. gest. l. quia tantundem. & insti. de act. §. actionũ. sed aliàs aliter accipitur iudicium: vt not. insti. qui. non est permis. fa. test. §. præterea. Et notant quidam hic ex eo quòd dicit, quæret, quòd iudex supplet de facto in bonæ fidei iudicio: qđ est falsum, nisi ei sit cognitum vt iudici. & sic intelligitur hic, & infra de tẽ. & repara. ap. l. ij. §. fi. & de appel. l. amplioré. circa prin. & ff. de testi. l. iij. ibi, tu magis &c. sed de iure potest: vt. j. vt quæ desunt aduo. l. j. Quare ergo dicit, bonæ fidei? Respond. subaudi, c maxime: quia í his latius est officium iudicis: vt patet instit. de act. §. í bonæ fidei. Sed tamen idem in hoc casu esset in stricti iuris, si de parte non de toto est transactum.

† *Aliàs, si minore rei actum esse quantitate pecuniæ, quam ex admini. &c.*

c *Et bene Pau. & ita probatur per Bald.*

o *Quanta pecunia.* id est de quot speciebus, licet generaliter fuerit actum cõtra curatoré.

p *Nominatim.* debebat. cc. & petij. c. & de his transegi pro. l. potero petere alia. c. Ac.

q *De minore.* id est, de vna specie.

r *Iubebit.* opposita replicatione: vt & infra de iudi. l. licet. quod nõ placet. d immo ibi in iudiciis. Sed contra infra eod. sub prætextu specierum. sed distingue: quia aut est generalis petitio, & generalis transactio, & tunc obstat exceptio in omnibus: vt ibi, nisi in duobus casibus: vt. ff. de pac. l. tres fratres. &. ff. eod. l. non est. Aut generalis petitio, & de specie transactum est: & tunc obtinet quod hic dicit. Aut econtra specialis petitio, & generalis transactio: & tunc similiter in specie petita tantum nocet: vt infra eod. l. si de certa. aut vtraque specialis: & tunc idem: vt. ff. de pact. l. si vnus. §. & in summa. aliàs, ante omnia.

d *Illã glo. vsque ad hanc sequitur Bar. Pau. & alij.*

s *Quòd.* id est quia.

t *Iure.* aliàs pure. aliàs, curæ.

u *Debebatur.* ex obligatione curæ male administratæ.

*Actione. C A V S.* Curam alicuius gessisti, & male. si maior factus te cõuenerit ex mala administratione, & tecum dolo inductus transegit, quia forte inebriasti: an liberatum te per acceptilationem prima actione conuenire possit, quæritur? & respond. quòd non, sed sibi superest actio de dolo: quia dolo eum induxisti ad transigendum: & hoc si super dolo nulla intercessit transactio lite super eo postea mota. Ex hac. l. not. quòd dolus non impedit quin acceptilatio ipso iure perimat actionẽ: & quòd postquam actio est ipso iure perempta, nunquam resuscitatur. Baldus.

e *De lata actione, videtur Bar. hic & Ias. in regula peccatis. de reg. iur. lib. vi. Itẽ de actione, videtur Bar. in authẽ. his qui intra. C. de transac. & ibi glo. in verbo, prætext. in authẽ. his qui intra. C. de transac. & ibi glo. in verbo, nisi de dolo.*

x *Curæ.* id est vtilis neg. gest. vt supra. l. proxi. Accursius.

y *Annos.* xxv. &c. vt infra de his qui ve. æta. l. fi.

z *Deducta.* quod ideo fit, quia obligatio iure gentium non posset accepto ferri, nisi deduceretur in stipulationem Aquilianam: vt instit. quibus modis toll. obliga. §. item per acceptilationem.

a *Nisi de dolo.* hæc dictio, nisi, c ponit, scilicet quòd de dolo detur. sic &. ff. si quis cau. si eum. §. fina. in fi. & dic argu. quod ibi no taui. Sed pro quo dolo datur de dolo? Respõd. pro dolo in trãsactione commisso. nam dolo fuit inductus ad transigendum: vt. j. eo. l. sub prętextu instrumenti. ij. respon. Alij dicunt, vt Py. quia non im-

c *Nisi missa non complet. ut pragmatica. sanctio.*

BIU Cujas

non implet quod conuenit: quòd non placet secundũ Azo. vt. ff. de dolo. l. j. §. si quis. Item alia ratione, quia tunc daretur condictio ob causam, vt se reponat in obligationem: vt. ff. de condic. cau. da. l. si quis accepto. Vel datur actori præscriptis verbis ad interesse quasi ex do vt des: vt hoc remittere sit dare: vt. ff. de cõdic. causa. da. l. si mulier. & de præscri. ver. l. ob eam causam. & sic cessaret de dolo. Sed si velis tueri P. dic quòd ibi in. l. si quis accepto. loquitur de condictione certi generalis, quæ concurrit cum actione de dolo. Vel quia ibi erat certum eum fuisse debitorem, hic nó. Vel tertio, quia hic nó agebatur vt tantũ accepto ferret: sed vt in perpetuum desisteret. Vnde etiam cõmittitur pœna, si vel de facto agatur post Aquilianã stipulationem: vt. j. eo. l. vbi. cum ergo non sit in totum causa secuta, propter quam reus dare cõuenit, agi nó potest cõdictione ob causam, vt se reponat i pristinã obligationẽ: quia nódũ est verũ eum in perpetuũ destitisse: vt ff. de condic. indebi. & eleganter. §. penult. ad hoc allegabatur hic. §. siue in perpetuum, &c. & hoc vbi fit trãsactio super re quę est in cõtrouersia & lite: vt hic erat. Aliud si super re certa remittẽda gratis vel nó gratis, vt in. l. si quis accepto. sed primam lecturam approbo per. l. j. ff. de dolo. §. si quis. sed & aliter potest dici vt ibi.

*Iste textus est singularis secundũ Bal. hic, & Pa. in. l. ff. de prima. dele.*

intra concessa tempora [a] non ambigitur: nisi specialiter etiam de dolo transactum [b] sit. PP. ij. Non. Mart. Alexã. A. ij. & Marcello Conss.

*Idem operatur cõfessio quod publicũ instrumentũ factum de contractibus. Vel sic: Non est minor probatio per confessionem, quàm probatio per publicum instrumentũ. Bald. Vel sic: Confessio probat, & defectus scripturæ transactionem non vitiat. Salycetus & Alexander.*

V. Idem. A. Euocato.

CVm te trãsegisse cũ herede quondam tutoris tui profitearis: si id post legitimã ætatem feceris, frustra† desideras vt à placitis [c] recedatur. licet enim (vt proponis) nullũ instrumentũ interceſſerit: [d] tamẽ si de fide cõtract⁹ cõfessione tua cõstet: scriptura quę probationem rei gestę cõtinere solet, necessaria [e] non est. PP. Kalẽd. Mart. Albino & Aemiliano Conss.

*Querela inofficiosi sopita non potest instaurari, etiam ob non obseruantiam promissorum: sed agitur præscriptis verbis, vel ex stipulatione vt seruentur promissa. Salycetus. Vel sic: Ad querelam inofficiosi testamenti motam, & per transactionem remissam, non datur regressus hæredibus trãsigentis, licet promissa eis non seruentur, sed cõtra nõ seruãtem succurritur per actionem ex stipulatione, vel præscriptis verbis, si stipulatio non interceſit. Alexand.*

VI. Idem. A. Pomponiis.

CVm mota [f] inofficiosi querela matrẽ vestrã cũ diuersa parte trãsegisse ita, vt partem bonorũ susciperet, [g] & à lite discederet, ꝓponatis: instaurari [h] quidẽ semel omissam querelam per vos [i], qui matri hęredes extitistis, iuris ratio nõ sinit. [k] Verũ si fides placitis præstita non est: in id quod ĩterest, diuersam partẽ [l] recte conuenietis. [m] Aut enim stipulatio cõuẽtioni subdita est, & ex stipulatu [n] actio cõpetit: aut si omissa verborũ obligatio est, vtilis actio, [o] quæ præscriptis verbis rẽ gestã demõstrat, danda [p] est. PP. VIII. Id. Ian. Agricola & Clemẽte Cõss.

*Procurator ad agendum, transigendo non præiudicat domino. Alexand. & Salycetus. Vel sic: Qui habet exercitiũ actionis, non habet potestatem decisionis. Iacob. Butri.*

VII. Imp. GORDIANVS. A. Iunio militi.

CTrãsactionis† placitum [q] ab eo [r] interpositum, cui causæ actionem, [s] non decisionem litis mandasti, nihil petitioni tuæ derogauit. [t] PP. XIIII. Kalẽd.

a *Tempora.* olim annum vtilem, hodie biẽniũ: vt. j. de dolo. l. fi.

b *Transactum sit.* actione de dolo mota, & sopita per trãsactionem. & intellige secundum B. etiam si per dolum sit transactum super dolo, quòd valeat: vt. j. de plus peti. l. j. ne in infinitũ eatur.

*Transactio facta cũ curatore liberat eũ etiã si male gessit per dolum.*

Ité quæritur, si trãsegi cũ curatore meo: vtrũ possim eum postea conuenire de eo quod per dolum male gesit, quasi non videar transegisse super dolo? Videtur quòd possim: vt. ff. de libe. lega. l. Aurelio. §. fin. Sed dico cõtra. Aliud est enim legare liberationẽ: & tunc obtinet lex, Aurelio. §. fin. & aliud est dicere, nolo vt cõueniaris, vel remitto tibi actionẽ. quo casu omnia remisisse videtur: vt dicta. l. Aurelio. in princ. & eod. titu. l. si quis rationis. & l. petitor. & de administra. tuto. l. quidam decedens. in fine.

*Vm te.*] C ASVS. Tutelam alicuius gessisti, & decessisti. si pupillus factus adultus de mala administratione conuenit hæredem tuum, & transegit, non ob hoc quòd scriptura nõ interceſit, minus stabit placitis. cũ enim transactionẽ interceſisse aliis ꝓbationib⁹ ꝓbari possit: scriptura necessaria nõ est. Viuia.

c *A placitis.* id est à transactione. aliàs, à placito.

d *Interceſſerit.* vel interceſit, & est amissum: vt infra de fide instrumen. l. j.

e *Necessaria non est.* vt infra si mi. se ma. dix. l. j. & facit ad hoc supra titu. j. l. pactum. ij. & infra de probatio. proprietatis. & l. cum res. & de rei vindi. l. iudicia. & famil. ercisc. l. non ideo.

*Vm mota.*] C ASVS. Si auus tuus decesit, & matrem tuam exhæredauit, & extraneos instituit, & inofficiosi querela agens cum eis trãsegit, vt accepta parte hæreditatis à lite discederet, & discesit: an si placitis non steterint instituti, possis tu hæres matris tuæ redire ad querelam inofficiosi, quæritur? & respon. quòd non. sed si interceſit stipulatio, ages ex stipulatu. si non, ages præscriptis verbis. Nota primo, quòd querela inofficiosi sublata, amplius non potest institui. Secundo not. quòd ex non obseruantia pactorum non resuscitatur actio perempta. Tertio, quòd ex pacto de bonis suscipiendis in stipulationem deducto, agitur ad interesse. Baldus.

f *Cum mota.* quo solo casu transmittebatur ad hæredem, nisi sopita esset per transactionem: vt hic fuit, & ff. de inofficio. testamen. l. posthumus. §. fina. & l. sequen. hodie vero etiam non præparata transmittitur ad hæredem: vt infra de inofficio. testa. l. si quis filium.

g *Susciperet.* vnde patet quòd fuit do vt facias: licet prœuentum fuerit in faciendo.

h *Instaurari.* id est intentari.

i *Per vos.* sed per matrem posset, si viueret, & ei fides non seruaretur: vt. ff. de inofficio. testamen. l. si instituta. in princ. quæ est cõtra.

a *Clouiũ sequitur Bar. Bal. Saly. & Iason.*

[a] Vel ibi sub cõditione renunciauit si seruaretur ei fides. prima verior. Vel ibi præparata, hic habetur ꝓ nó præparata: quia destitit omnino siue renũciauit: vt. ff. de inofficioso testamen. nam & si. §. j. & l. Papinianus. §. si quis. post rem. & l. nam & si. §. j.

k *Sinit.* vt. ff. de inofficioso testamen. nam & si. §. j. & l. Papinianus. §. j. & ij.

l *Partem.* scilicet cohæredis.

m *Conuenietis.* scilicet vos filij.

n *Stipulatu.* proprie si de incerto dando conuenit. Si autem de certo, tunc expone: id est certi cõdictione: vt. ff. si certum pet. l. si quis certum. & insti. de verbo. oblig. in prin.

†*Concor. cũ nõnulli. cũ gl. sup ver. speciali mã dato. in prĩ. extra de rescript.*

o *Vtilis actio.* id est præscriptis verbis efficax, quæ demonstratur à re gesta.

p *Danda est.* scilicet à lege: & sic est datiua. sed nó est hoc verum.

b *Reprobatur per omnes, dẽptis Bar. & Alexand.*

[b] Sed dic vt alibi notatur. Sed videtur dari de dolo: vt. ff. de præscrip. verbis. l. naturalis. §. quòd si faciam. quæ est cõtra. Sol. hic fuit do vt facias: licet ipsa prœuenerit in faciendo: vt in litera modo notaui. Item contra supra titu. j. l. cum proponas. ij. nam & ibi non seruatur fides non seruanti. Item actio ex pacto non datur: in quibus duobus hęc lex cõtrarium seruat. Solu. speciale est pro filiis. cum enim vnum sit contra eos, quia non datur eis querela etiam præparata, quod fieri debet: vt. ff. de inofficio. testamen. l. quemadmodum. aliud pro eis posset induci, vt habeant actionem præscriptis verbis: vt arg. ff. de iureiurando. l. eum qui. in princi. Vel dic quòd sit speciale ratione querelæ: quia ipso iurẽ per pactum tollitur: vt in actione furti, & similib. vt. ff. de pactis. l. si tibi. §. quædam. & l. si vnus. §. pactus. in fi. idem vbicunque per pactum ipso iure tollitur actio, vt acceptilatione: vt dixi supra eod. l. actione. alioquin rediret ad primam: vt infra eo. l. siue apud.

*Actio quãdoque ipso iure per pactũ tollitur.*

TRansactionis.] C ASVS. Si procuratorem ad agendum instituisti, & cum aduersario tuo transegit, cum hoc ei non mandasti, tibi præiudicare non potuit. Viuianus.

q *Placitum.* id est pactum.

r *Ab eo.* id est procuratore.

s *Actionem.* id est actum siue exercitium: [c] vt exponitur supra de sacrosan. eccl. authen. hoc ius porrectum.

c *Approbatur per omnes.*

t *Derogauit.* nisi in tribus casibus, si habet speciale mandatum, vel si liberam, vel si sit in rem suã: vt. ff. de procuratoribus. l. procurator cui generaliter. & ff. de iureiurando. l. iusiurandũ quod ex. §. fin. & l. seq. & de pact. l. rescriptum. in fi. cũ tribus. ll. sequẽ. & j. de noua. l. non abstulit. & ff. de solu. hoc iure. ADDITIO. Declara hanc glos. secundum Pau. cum dicit ibi, vel si liberam, quòd quando habet liberam administrationem omnium bonorum, vel habet liberam administrationem in lite & causa illa in qua transegit, secus si in lite tantum: quia tunc nõ posset transigere

*Procurator transigendo quãdo præiudicet domino.*

BIU Cujas

transigere de causa principali, sed solum super instantia: vt not. per Bart. ff. de procuratoribus. l. mandato. & l. qui Romę. §. Calpurnius. ff. de verbo. obliga. & probatur in cap. qui ad agendum. de procura. lib. vj.

*De alimentis.*] *CASVS.* Si tibi in testamento alicuius alimenta relicta sunt, & cum hærede super his non petendis sine prętore vel præside transegisti, non valet transactio, neque tibi præiudicat: de præteritis autem si tibi nō soluit, non de futuris potuisti transigere sine prætoris aut præsidis auctoritate, & sine causæ cognitione. Viuianus.

† *In nōnullis exempl. hac lex de alimētis. & lex, transactionis. inuersæ sunt.*

a *Trāsigi potest.* etiam sine prætore.

b *Præside.* vel cum eo, sed non causa cognita. cognoscere enim debet & modum alimentorū, & personas trāsigentiū, & causas transactionis: & potes etiā alia addere: vt. ff. eo. cū hi. An autem possit agi pro futuris alimentis? dic quòd sic: vt dixi. ff. de vsuris. l. j. §. j. secundum Azo. per. l. j. de fideicom. l. j. Accur.

* *aliàs, de.*

*ADDITIO.* Hanc. l. intellige in alimentis relictis in vltima volū tate: secus in debitis ex contractu: quia de his potest indistincte trāsigi: vt. d. l. cum hi. §. plane. Bar.

* *ratione. Transactio super alimētis an fieri possit.*

*Si super.*] *CASVS.* Marito sororis tuæ super fundo tibi quęsito quæstionem mouisti: & cum eodem transegisti, vt sibi cederes possessionem fundi, si tibi decem daret intra octo dies: & si placitis nō staret, vlterius quęstionem de fundo non moueret: si non fecit quod conuenit, sibi agenti obstabit doli mali exceptio: & si sua auctoritate accipiat, præses prouinciæ vim mihi fieri prohibebit. Viuianus.

*Leuir. Glos. Einateres.*

c *A fratre.* qui dicitur Leuir. sed soror viri dicitur Glos. duorum fratrum vxores dicuntur Einateres: vt. ff. de gradibus. l. non facile. §. gradus.

d *Vim.* neque iudicialem neque aliam. Sed cōtra. j. eod. l. transactio nullo. Sol. sufficit aliquod emolumentum posse capere, cum per eum stet quo minus caperet, vt hic fuit. Vel dic quòd dicitur pactum, non transactio: secundū Odo. Et facit. ff. de rei vind. l. si quis hac lege. &. ff. de pactis. l. tale pactum. §. j. &. j. de pact. inter empt. l. j. Accursius.

e *Competeret.* pro fundo quem possides.

f *Submoueri.* si intentetur.

*Fratris.*] *CASVS.* Filios fratris tui super hæreditate & super statu conueniisti: quia dicebas eos non esse filios suos, vel forte filios, sed se venundari passi sunt ad precium participandū, & transegisti. si à principe impetrare volueris vt à pacto transactionis resilire possis, & quęstionem sopitam resuscitare, non eris audiendus, tum ratione sanguinis, tum propter fidem transactionis, tum quia nullus esset litium finis: quia qua ratione recedi posset à transactione, & à sententia, & à iureiurando: & per sententiā & per transactionē receditur à lite: vt. ff. de iureiurando. Nota primo ex hac. l. quòd de quæstione spurietatis vel status potest transigi. Secundo not. quòd finis debet litibus imponi. Bald.

g *Ac statu.* id est libertate: vt quia passi fuerunt patre viuente se vendi ad precium participandum, & ideo patri vt serui non debebant succedere.

Ian. Gordiano A. & Auiola Conss.

*Super alimentis præteritis libere transigitur: super futuris vero auctoritas prætoris requiritur. ratio est, quia ex futuris alimentis pendet vita hominis, non ex præteritis. Bald.*

VIII. Idem A. Licinio.

De alimentis † præteritis si quæstio deferatur, transigi potest: [a] de futuris autem sine prætore seu præside [b] interposita transactio, nulla auctoritate* iuris censetur. PP. X. Kalend. Ian. Pio & Pōtiano Cōss.

*Transactio conditionalis valet: & sufficit ad transigentem aliquid peruenire posse vt transactio valeat. Et transactio parit exceptionem etiam contra realem actionē. Saly. & Alexand. Vel sic: Quanuis nihil fuerit datum nomine transactionis: si tamē fuit dandum, transactio tenet. Iacob Butri.*

IX. Idem. A. Agrippino.

Si super * possessione quæ tibi quęsita est, cum quęstionem patereris à fratre [c] vxoris tuæ, pactum conuentum, & stipulatio inter vos (vt allegas) interposita est, vt si intra diem certū idē aduersarius tuus decē aureos tibi numerasset, possessione ei cederes: vel si eā inferre quantitatē non curasset, vlterius quęstionē non patereris: & is qui ita spopondit, promisso satis non fecit: cōsequēs est, te, ad quē res pertinet, vim [d] ab eo pati non debere. Cuius rei gratia vir clarissimus præses prouinciæ interpellatus vim fieri prohibebit: præcipue cum etiā si in rem diuersæ parti actio cō peteret, [e] huiusmodi pactione propter vtilē exceptionē posset submoueri. [f] PP. VI. Id. April. Gordiano Aug. II. & Pompeiano Conss.

*Exceptio transactionis impedit processum, vt finis sit litium. h. d. & ad hoc semper allegatur ista lex. Salyc. Vel sic: Exceptio transactionis impedit processum inchoari super his quæ per trāsactionē remissa fuerūt, & sic impedit litis ingressum seu cōtestationem: quia est exceptio litis finitæ. & ad hoc allegatur semper ista lex. Alex.*

X. Imp. PHILIPPVS. A. Apollophaniæ.

Fratris tui filiis de paterna successione ac statu [g] etiam nunc [h] † cōtra fidem sanguinis, itémque placitorum, quæstionem inferre parum probe [i] potulas. nullus [k] etenim erit litiū finis, si à trāsactionibus bona fide [l] interpositis cœperit facilè discedi. PP. Prid. Kalen. April. Peregrino & Aemiliano Cōss.

*In reciproca remissione æqualis speciei nullo intelligū lædi, nec senex, nec iuuenis. h. d. not. Bald. Vel sic: Fideicomissum vicissim iniunctum potest remitti, nec ex hoc dicitur minor lædi. Salycetus. Vel sic: Quando reciprocum fideicommissum remittitur: neutra pars lædi videtur. h. d. & non est alibi secundum Bald. & Alexand.*

XI Imppp. VALERIANVS, GALLIENVS. AA. & VALERIANVS nobilis Cęsar Caiano militi.

De fideicōmisso à patre inter te & fratrē tuū vicissim dato, [m] si alter vestrū sine liberis excesserit [n] vita, interposita trāsactio [o] rata est: cū fratrū cōcordia, remoto captādæ [p] mortis alterius voto improbabili, retinetur: & nō potest eo casu rescindi tāquā circūuētus sis, cū [q] pacto tali cōsenseris, neq; eam cui hoc debuit rescindi, cū iure communi vsus fuisti: quia quantū tu remisisti, & ille tibi remisit. vnde cōtra tale pactū non eras restituendus: vt. ff. de mino. l. denique. §. vltimo. Nota primo ex hoc textu de verbo concordia, quod sæpe reperitur in statutis: Retinetur concordia, dum discordia & causa discordiæ amouetur: vt hic textus expresse dicit. & de hoc verbo vide. c. j. extra de mutuo peti. Secundo not. quòd ille qui non proponit causam sufficientem, non debet audiri. Bald.

h *Etiam nunc.* ante trāsactionem faciebat contra fidem sanguinis, nunc transactione facta & cōtra eandem, & contra pactū transactiōis. sic &. §. de episc. audien. l. decernimus. Accursius.

i *Parum probe.* i. male.

k *Nullus.* sed nōne remanet finis sententiæ & iusiurandum: vt. ff. de iureiurā. l. j. &. ij? Respō. si liceret recedere à trāsactione, eadem ratione ab aliis: & sic nullus remaneret finis. Et nota de fine litis: & dixi † *aliàs, etiam.* ff. si cer. peta. l. quidā. in fine.

l *Bona fide.* secus si mala: vt. §. c. l. actione. vbi rescinditur per actionem de dolo. &. j. eo. sub pretextu instrumenti. in fi.

*De fideicommisso.*] *CASVS.* Si te & fratrem tuum testator instituit, vt si alter vestrum sine liberis decederet, ad alterum veniret sua portio, & econtra: & hoc fideicommissum inuicem remisistis: valebit remissio & trāsactio, & hoc duplici ratione. vna, quia tollitur votum alterius mortis captandæ. alia, quia iure communi vsi sint. Et not. qp īproprie ponitur transactio. Vel dic, forte dubium fuit an hinc inde fuissent grauati: hoc casu potest dici transactio: & valebit vt concordia inter vos retineatur: neq; debet trāsactio rescindi, si dicas te deceptū, cum minor non fuisti. si etiam minor fuisses, non ob remissisti, & ille tibi remisit. vnde cōtra tale pactū non eras restituendus: vt. ff. de mino. l. denique. §. vltimo. Nota primo ex hoc textu de verbo concordia, quod sæpe reperitur in statutis: Retinetur concordia, dum discordia & causa discordiæ amouetur: vt hic textus expresse dicit. & de hoc verbo vide. c. j. extra de mutuo peti. Secundo not. quòd ille qui non proponit causam sufficientem, non debet audiri. Bald.

m *Dato.* id est relicto vt detur.

n *Excesserit.* id est decesserit.

o *Transactio.* id est finis quidam siue refutatio. nam improprie ponitur, cum non sit de re dubia & lite incerta: vt. ff. eod. l. j. Vel dic quòd dubium erat an hinc inde essent grauati à testatore: vt faciat ad titulum. Accursius.

p *Captandæ.* id est optādę vel machinādæ. alibi ponitur pro acquirere: vt cum dicimus, talis captauit beneuolentiam talis.

q *Cum pacto.* hæc dictio, cum, potest esse ratio quare non sit circunuētus: & cōtra quare videbatur circūuentus. & subaudi semper, sine machinatione alterius: vt. §. tit. j. l. cū proponas. j. aliàs secus. §. tit. j. l. cū postea. sed si sciret illū dolose facere, non infirmatur: vt. ff. de act. empti. l. j. §. fin. &. ff. de re iudi. l. nemo videtur.



BIU Cujas

a *Agere.* id est habere.
b *Ageres.* id est haberes.
c *De causis.* quas apposuisti, quia nō es circunuentus. vsus enim fuisti iure cōmuni, ideoq; nō es circūuētus: vt. ff. de mino. l. verū. §. sciendū. & seq. Itē nō restituitur: vt. j. de in integ. resti. l. nō videtur. & facit. ē. tit. j. l. j. & l. cū proponas. j.

*Præses.* ] CASVS. Si debitori ciuitatis administrator eiusdem trāsactionis causa remisit debitū, hoc casu an valeat trāsactio, quæritur? vnde distinguēdū est: aut liquidū fuit ciuitatis debitum: quo casu nō valet remissio: vt hic. aut non, & valebit: quia tūc de re dubia fit. & hoc præses. i. maior magistratus, potuit. potuit esse q̄ credebas te aliquid ciuitati debuisse, cum non tenebaris.

d *Ambitiose.* Ambiebat. i. desiderabat honorem per debitorem.
e *Nam priore.* quando de re dubia, & lite incerta.
f *Non sinet.* vt & arg. ff. de iureiurādo. l. eum qui. §. in popularibus. & l. tutor. in princi. & l. iusiurādū quod ex. §. j. & ff. de pact. l. imperatores. & de decret. ab ord. fa. l. ambitiosa. Sed cōtra. j. de vsur. l. aduersus. Solu. vt ibi. Et not. quod dicit hæc lex in administratore ciuitatis, idē in omni alio simili administratore: vt prælato, tutore, vel curatore. Sed quid si non ambitiose, sed bona fide gratis remittūt: & liquidū debitū erat: sed quia forte vsura erat, vel alia iniqua pecunia? dices valere: vt hic innuit, ambitiose. & ff. de fur. interdū. ij. §. qui tutelam. & l. si pignore. §. fi. & de iniur. l. sed si vnius. §. j. Pla. cōtra. ē. titu. j. l. pactū. iij. ADDITIO. Istā opinionē Pla. sequūtur cōmuniter doctores, vt testatur hic Bar. solues rationē & iura per glo. allegata.

*Interpositas.* ] CASVS. Si metū intulisti, nō valet trāsactio: & hoc in prima. refert tamē an fuerit talis metus, qui potuit cadere in cōstātem virum, quo casu nō valebit: alioquin secus. & hoc in secūda. Si autē cū mihi promitteres, metū intuli, & super promisso trāsactum est, & mihi cōcessisti aliquid: nō videbitur metu extorta trāsactio. vnde licet in principali causa & in promissione probaueris tibi metū illatū, nō propter hoc metum intercessisse probasti in trāsactione: vnde cōtra eam venire nō poteris. Vel dic, in principali causa protestatus fuisti magno clamore tibi vim trāsigēdo illatā. hoc autē solū nō sufficit ad probādum metū, sed probare debes: vt. j. de dolo. l. dolus. Vel dic q̄ habebas iustā causam & liquidā, vnde nō erat verisimile te trāsigere, &c. nisi tibi metū intulissem: sed nō sufficit ad probationē illationis metus: quia necesse habebas aliter probare, quàm per qualitatem causæ principalis. Si autem me seruum tuum dixeris, & hoc probaueris: non valebit transactio, cum inter dominum & seruum non teneat pactio. Viuianus.

Nota ex hac. l. bonum tex. quòd ad hoc vt competat actio directa quod metus causa, ex verbis & mente edicti prætoris positi in. l. j. ff. quod met. cau. requiritur metus iustissimus, scilicet mortis, vel cruciatus corporis, secundum Paul. de cast. hic.

g *Edicto perpetuo.* quod habes. ff. quod metus cau. l. j. Sed & quādoque locū habet tātū edicti sentētia: vt. ff. quod met. cau. l. ilti quidē. §. si is. quādoque officiū iudicis: vt. ff. eo. tit. l. fi. §. fi fœnerator. & de var. cog. l. medicus. & qua. re. acti. non datur. l. j. §. quę onerādę. quādoque constitutio: vt. j. quod metus cau. si per impressionem. & his omnibus modis rata nō habētur. Itē quod subueniri solet, ætatem agere[a] te ꝓponas: nec si ageres, [b] iisdē illis de causis [c] in integrum restitutionis auxilium impetrare deberes. PP. XV. Kalend. Decemb. Valeriano & Gallieno AA. vtrisque ij. Conss.

*Administrator ciuitatis potest super re dubia transigere: non autem debitum liquidum remittere. h. d. secundum Alexand. Bald. & Salyce.*

XII. Iidem. AA. Primo.

PRæses prouinciæ existimabit, vtrū de dubia lite trāsactio inter te & ciuitatis tuæ administratores facta sit: an ambitiose, [d] id quod indubitatè deberi posset, remissum sit. nam priore [e] casu ratā manere trāsactionē iubebit: posteriore verò casu nocere ciuitati gratiā non sinet. [f] †PP. XVI. Kalēd. Mart. Aemiliano & Basso Conss.

*Transactio facta iusto metu, rescinditur: metus tamen iustificatio ex sola qualitate facti in transactionem deducti non probatur: & inter dominū & seruum trāsactio non valet. Alexāder & Salycetus. Vel sic: Transactionem vitiant metus & dominium seu seruitus: vbi inter dominum & seruum interuenit. Iacob. Butri.*

XIII. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. Probæ.

INterpositas met[g] causa trāsactiones ratas non haberi, edicit, perpetuo: id est generali. multa enim significat: vt diximus ff. pro soc. l. j. Vel dic sine temporis præfinitione: vt. ff. quod metus cau. l. si mulier. §. quod metus. & supra de diuer. rescrip. l. ij. non autem quòd ex eo actio perpetuo detur, nisi ad simplum: vt. ff. quod met. cau. l. si cum. §. j. & ij.

*Perpetuum qualiter accipitur.*

Edicto perpetuo [g] continetur. Nec tamē [h] quilibet metus ad rescindēdū ea quę cōsensu terminata sunt, sufficit: sed talē metū probari oportet, qui salutis [i] periculū, vel corporis cruciatū [k] cōtineat. Ad vim tamē vel dolū arguēdū qualitas [l] causę principalis non sufficit: vnde si nihil tale ꝓbari potest, cōsensu quęstiones terminatas minime instaurari oportet. Sed quoniam eū cum quo te transegisse commemoras, [†] ex ancilla tua natum, seruum tuum esse adseueras: si vera sunt quæ precibus complexus es, alia ratio [m] pactum reformat. [n] Nec enim dubij iuris est, dominos cum seruis suis paciscentes, ex placitis teneri atq; obligari nō posse. [o] S. IIII. Non. April. Byzātij, ipsis. IIII. & III. AA. Cōss.

*Transactio dissoluitur consensu simul & actu contrario, & agitur causa ex integro. Saly. Vel sic: Communi consensu partium à transactione recedi potest. Alexād.*

XIIII. Iidem. AA. Sopatræ.

SI diuersa pars [p] contra placitum [q] agere nititur: æquitatis ratio suadet, refusa [r] pecunia [s] (cum & tu [t] hoc desideras) causam ex integro agi. [u] PP.

h *Nec tamen.* licet dicat generaliter de metu, non tamen quilibet sufficit, vt subiicit: vt ff. quod me. causa. l. metū autē non, &c. & ff. quibus ex causis maio. l. iij. & j. de distra. pig. & qui. & j. de rescin. ven. l. si voluntate.

i *Qui salutis.* vt mortis, & quasi mortis. qđ die per exempla: vt. ff. quod metus cau. l. isti. §. penul. & fi. vt sic differat à sequenti casu.

k *Cruciatum.* quod iudicis discernitur arbitrio: vt. ff. ex qui. ma. l. metus autē causa. in fi. & sic notat causam principalem ipsam venditionem.

† *aliàs, ex ancilla seruum natum adseueras.*

l *Qualitas.* veluti si in vēditione dol[s] vel metus fuerit, ex qua vēditione trāsactio processerit ex interuallo: per hoc enim nō creditur fuisse in transactione dolus. Vel principalē causam dicit cōtestationē doli vel metus: quæ sola non sufficit, nisi cōsequēter probetur: vt. j. de dolo. l. dolum. & quod met. causa. l. metum. & j. eo. tit. si maior. Vel tertio [a] qualitas causæ. s. q̄ dicat ita se iustā & liquidā habuisse causam, vt non sit verisimile transegisse. vnde habebat instrumenta, quibus sufficienter poterat fundare intentionem suam.

*a Idē Bar. & Ias.*

m *Alia ratio.* superior enim erat dolus vel metus, hic autem ratio personæ: quia cum ea paciscī non potest.

n *Reformat.* id est rescindit. sic referare id est aperire. formari autem pactum dicitur, quando vestitur.

*Formari pactū quādo dicitur.*

o *Non posse.* nisi de libertate paciscatur: vt ar. j. de libe. cau. l. cū affirmes. &. l. post certi. secundum quosdam. Nos cōtra arg. earundem legum. Sed cōtra nos. ff. de acquir. hære. l. si seruum. §. si quis dederit. Solu. vt dixi in. d. l. cum affirmes. Item cōtra. j. eo. l. fi. Sed ibi dicit valere transactionem super quæstione libertatis factam: quod verum est, [b] si tamen dubitabatur de statu. sic &. ff. de iudi. vix. hic autem super alia quæstione. ADDITIO.

*b Idē Bar. & Ias.*

Dum quæritur an pactum factum inter dominum & seruum valeat, distinguit hic Bart. aut fit pactum inter dominum & seruū de alio quàm de libertate, & indistincte non valet: vt hic. aut fit de libertate, & tunc aut erat dubium an esset seruus, & valet: vt l. fi. j. eo. aut certum, & tunc aut fit cum domino futuro, & valet: vt. l. si seruum. §. si quis dederit. ff. de acqui. here. aut cum præsenti, & tunc secus: vt. d. l. cum affirmes. infra de libe. causa.

*SI diuersa.* ] CASVS. Si me ad fundum conueniisti, & transegisti vt mihi fundum cederes, & tibi darem decem: an à pacto trāsactionis discedere possim[o], queritur? & respōd. q̄ sic, dūmodo hoc fiat de vtriusq; cōsensu: & actione pristina agere potes, refusa mihi pecunia quā dedi nomine trāsactionis. Viuian[o].

p *Si diuersa pars.* id est actor.
q *Contra placitum.* scilicet transactionis.
r *Refusa.* id est restituta.
s *Pecunia.* transactionis nomine data per reum ipsi actori. & dic condictionem indebiti competere ad hanc pecuniam repetendam: vt. ff. de condic. indebi. l. eleganter. iij. respon.
t *Tu.* scilicet reus.
u *Agi.* vt &. ff. de solu. pupilli. §. j. Sed nunquid ipso iure non obstante

*Ciuitatis administratores an trāsigere possint.*

*aliàs, posse priore nocere ciuitati gratia nō sinet.*

BIU Cujas

obstante prima transactione? Respon. non: vt. ff. de pac. si vnus. §. pactus. & dixi. ẽ. tit. j. l. pacta nouissima. Item quid si sublata erat prior actio per acceptilationem & Aquilianam stipulationem? Respon. idem videtur esse dicẽdum, quòd agatur veteri: vt. j. eo. vbi. Sed arg. cõtra. ff. de pac. si vnus. §. sed si pactum. Sed forte dabitur ei prior actio vtilis ex æquitate: vt arg. j. si aduersus transl. j. & ij. Item quare secus in sententia, vbi etiã lata per partium cõsensum secunda nõ valet: vt. j. quando prouo. non est necesl. j. nisi cum esset dubium an esset iudicatum, & super hoc iudicaret: vt. ff. quæ sen. sine app. rescin. l. j? Respon. quia fit ex cõsensu trãsactio, & ideo cõtrario cõsensu tollitur: vt. ff. de regu. iur. l. nihil tam naturale. sed iudicium in inuitũ redditur: vt. ff. de verb. obli. l. inter stipulantem. §. j.

*Sententia secunda etiã de partium consensu nõ valet.*

*VT responsum.* ] CASVS. Quærebas à principe an mulier tepro dote cõueniens, & tecũ transigens, venire possit cõtra trãsactionem? & respon. declarare debes an facta fuit simpliciter transactio: quo casu ei agẽti actio ne pristina, obstabit excep. transactionis. an fuit sublata per accepti lationem interposita Aquiliana stipulatione: quo casu nullam habebit aduersus te actionem, neque vniuersalẽ: id est hære. peti. neque singularẽ, vt rei vind. Viuianus.

a *Possis.* tu qui simpliciter quæris an possit aduersaria tua contra transactionem venire. Et nota quòd benigne docet imperator supplicantem qualiter proponat: vt. ẽ. de preci. impera. offe. l. fi. Durius autem respondet alibi iurisconsultus: vt. ff. de testamen. l. Domitius

b *Fuerit.* his enim duobus modis fit: vt. ff. eo. l. ij.

c *Illuxerit.* id est apparuerit.

d *Vel in rem.* sed quomodo istæ actiones accepto ferentur, cum sola verborum obligatio possit accepto ferri: vt. ff. de accep. l. an inutilis. §. acceptum? Respon. [a] deducũtur in stipulationẽ Aquilianam prius: vt insti. qui. mo. tol. oblig. §. item per acceptilationem. Sed quomodo potero rem meam stipulari: vt. ff. de le. j. l. cætera. §. j. & de verb. oblig. l. nemo? Respon. non rem, sed quanti mea interest: vt insti. qui. mo. tol. oblig. §. est autem. &. ff. de verbo. oblig. l. scire debemus. §. si à fure.

*a Et bene: Bar. & Ia.*

e *Palam est.* nisi vt. j. si aduersus transactionem. l. ij. Accur.

*CAusas.* ] CASVS. Transegi tecum, postea impetraui iudicem contra te super debito super quo transegi, non facta mentione de transactione. certe si facio te citari coram iudice, & tu compares, & excipis de transactione iam facta, & facis de ea fidem, iudex debet pronunciare rescriptum esse surreptitiũ: quia si de transactione fecissem mentionem, tale rescriptum non obtinuissem: quia non est intentio principis lites sopitas per transactionem vel sententiam, resuscitare: & sic pronunciabit se non esse iudicem competentem, secundum Pau. de cast. hic.

*Causa & lis differunt.*

f *Causas.* dicunt quidam causam ante litis contestationem: post controuersiam tamen. sed post litis contestationem incipit esse lis: vt. ar. j. de litig. authen. litigiosa. alij causas criminum, sed lites ciuiles: vt. ff. de testi. l. j. §. j. &. ff. de verbo. sig. l. litis nomen. Tu potes dicere tertio, scilicet causa post cõtestationẽ litis. sic enim dicit Tullius: Causa est res, quæ habet in se controuersiam in dicendo positam cum certarum personarum interpositione. sed lis est ante & post, & sic est genus, & causa species. v. j. quomodo &

## IIII. Non. Iul. ipsis. IIII. & III. AA. Conss.

*Transactio facta per Aquilianam stipulationẽ & acceptilationem, perimit omnem actum, & perimit ipso iure. secus si nõ interueniat Aquiliana stipulatio & acceptilatio: quia tunc non perimit ipso iure, sed ope exceptionis. Bald. Vel sic: Si transactio fiat per acceptilationem præcedente Aquiliana stipulatione, non potest actor ad pristinam etiam realem redire, licet reus transactionem non obseruet. Alexander.* i

XV. Iidem. AA. Pontio.

VT responsum congruens accipere possis, [a] insere pacti exemplum. ita enim intelligemus vtrũ sola conuentio fuerit, an etiam Aquiliana stipulatio necnõ & acceptilatio secuta fuerit: [b] quę si subdita esse illuxerit, [c] nullã aduersariæ tuæ petitionem hæreditatis, vel in rem [d] specialem competere, palam [e] est. PP. XV. Kalend. Aug. ipsis. IIII. &. III. AA. Conss.

*Legitima transactio rescripto principis non tollitur. Alexand. Bald. & Salycetus.*

XVI. Iidem. AA. & CC. Cæcilio.

CAusas [f] vel lites transactionib[g] legitimis [g] finitas, imperiali rescripto resuscitari nõ oportet. [h] S. V. Id. Mart. ipsis V. &. IIII. AA. Conss.

*Ex transactione pœnali cum clausula, rato manente pacto, datur exceptio, & pœ*

A quando iudex. authen. qui semel. An ergo ante contestationem potest transigi? videbatur quòd non, quasi non sit res dubia lite: vt. ff. eod. l. j. Sed contra est, vt hic, &. ff. de condic. indebi. eleganter. §. si quis. non autem post sententiam: vt in ea. l. §. si post.

g *Legitimis.* aliàs non: vt. ẽ. tit. j. l. cum postea.

*næ exactio: ex non pœnali vero sola exceptio. Salycetus. Vel sic: Potest quod datum est repeti, & exceptio transactionis opponi contra actorem, promissa non seruante reo, si hoc actum fuit, id est si in transactione fuit apposita clausula, rato manente pacto. Alexander.*

XVII. Iidem. AA. & CC. Marcello.

CVm proponas †, ab ea [i] cõtra quam supplicas, litem quam tecum habuit, trãsactione decisam, eámque acceptis B his quę negotij dirimendi causa placuerat dari, nunc de conuẽtione resiluisse: [k] ac petas vel pacto [l] stari, vel data restitui: pspicis, [m] si quidem de his reddendis manente transactionis placito, statim stipulatione, si contra fecerit, prospexisti, & vigintiquinque annis maior fuerit: [n] quòd exceptionem pacti, & actionem datorum habeas. [o] Quòd si nihil tale cõuenit: exceptio [p] tibi, non etiam eorum quæ dedisti, repetitio [q] cõpetit, parta [r] securitate. PP. V. Id. Iun. ipsis. AA. V. &. iiij. Conss.

*In omni pœna sanguinis potest transigi vel pacisci, excepta pœna adulterii: de alia pœna non, nisi falsi. Saly. & Alexand.* C

XVIII. Iidem. AA. & CC. Valenti.

TRansigere [f] vel pacisci de crimine capitali, [t] excepto

h *Oportet.* cum enim exhauriat in totum ius alterius, presumitur cõtra ius: & ideo non valet: [b] vt hic, &. ẽ. de preci. impe. offe. l. quoties. & si contra ius vel vtili. publi. l. omnes. &. j. de erro. aduo. l. fin. & sen. rescin. non pos. l. fi. nisi diceret, non obstãte hac. l. ff. de leg. iij. si quis. in prin.

*b Cõcor. sup. verbo. ipsarum. in fi. c. audita. extra de rest. fi. ipsol.*

† *Facit ad hãc. l. gl. fi. in fi. c. de lect. extra de arbi.*

*CVm proponas.* ] CAESVS. Mulier aliqua petebat à te fundum. tecum transegit vt dares ei decem, & à lite discederet. nõ vult stare pacto transactionis. petis vt pacto stet, vel reddat quæ nomine transactionis dedisti. qualiter tibi consulatur, quæritur. & respondetur, aut conuenisti vt staret trãsactioni, & si non staret trãsactioni, repetere posses quæ dedisti transactione manente: aut non. Primo casu repetes quæ dedisti, si non stet pacto: & ei agenti obstabit transactionis exceptio, cum interces sit stipulatio, si contra transactionem veniret, neque fuit minor. xxv. an. Si autem non conuenisti, sed vt à lite simpliciter discederet, dedisti: sibi agenti similiter obstabit transactionis exceptio, neque datorum tibi dabitur repetitio. Viuia.

i *Ab ea.* scilicet actrice, vel à creditrice præsente.

k *Resiluisse.* id est resilire velle.

l *Pacto.* scilicet transactionis.

m *Perspicis.* id est intelligis, vel intelligere debes.

n *Fuerit.* nam si minor esset, iuuaretur in integrũ restitutione.

o *Habeas.* id est habebis: vt. ff. de transac. l. qui fidem. Sed contra. ff. de pac. l. rescriptum. §. j. sed ibi non fuit dictũ, rato manente pacto.

p *Exceptio.* vt. j. de dolo. l. si superstite. Et not. ℣ huius. l. distinctio locum habet vbi non iurauit se non venturũ contra transactionem. tunc enim & soluit pœnam, & reddit accepta, nec agere potest: vt. j. e. l. si quis maior. Item intellige cum vetus actio supereset: [c] alioquin restituit accepta, & nó agit. Item præstat pœnam: vt. j. e. l. vbi. Sed quid si est stipulatus reddi data non eo addito vt remaneret placitum? Respon. dicunt quidam esse in electione promissoris reddere data, aut stare pacto: vt ar. j. eod. vbi. Tu dic [d] in electione repetentis: vt. ff. de condic. indebi. eleganter. §. si quis post. in fi. & de pac. rescriptum. §. j. &. ff. eo. l. pacto. &. l. qui fidem. & de verb. oblig. l. ita stipulatus. in fi. & de euic. l. vindicantem.

D

*c Idem. & Ias.*

*d Appro tur ℣ Bar. & Ias.*

q *Repetitio.* scilicet simul, sed per se sic: vt. ff. de condic. indebi. eleganter. §. si quis. in fi. & dices. j. eo. l. siue apud.

r *Parta.* id est quæsita.

*TRansigere.* ] CASVS. Titius accusauit aliquem de crimine publico capitali. quæritur an super hoc crimine possit transigi vel pacisci? Respon. & distingue. aut enim irrogat pœnã sanguinis, aut non. Primo casu transigitur præterquam in crimine adulterij. In secũdo casu nõ, præterquã in crimine falsi. Viuia.

f *Transigere.* scilicet gratis quo ad pacisc̃tes, & non gratis quo ad transigentes: vt. ff. eo. l. j.

t *Capitali.* puta quod ingerit pœnam sanguinis. Tribus modis dicitur

BIU Cujas

*Crimẽ dicitur capitale tripliciter.*

dicitur capitale crimen. Primo dicitur vltimum supplicium: vt instit. de publi. iudi. §. publicorum. Secundo amissio libertatis, & per consequens ciuitatis, puta quia damnatur in metallum, vel opus metalli. Tertio amissio ciuitatis tantum: vt cum deportatur. ff. de publi. iudi. l. ij. &. ff. de bo. pos. l. edicto. §. rei autem capitalis. &. ff. de pœ. l. ij. &. l. quidã. hic autem strictius accipitur pro eo quod ingerit pœnam sanguinis tantum: vt no. per sequentem literam. & sic stricte poniꝰ. ff. de bo. eo. qui sibi. l. j. sed in. l. ij. eiusdem titu. large.

adulterio, prohibitum [a] nõ est: in aliis autem publicis [b] criminibus, quę sanguinis pœnã non ingerunt, transigere non licet [c] citra falsi [d] accusationem. S. III. Kalend. Septemb. AA. Conss.

*Noua repertio instrumenti non vitiat transactionem: sed dolus ipsum occultantis eam inualidat, si actio prima non erat ipso iure sublata: aliàs inducit actionem de dolo. Salycetus. Vel sic: Transactio non rescinditur prætextu instrumentorum nouiter repertorum, si bona fide facta fuit: sed si reus per dolum extorsit eam, rescinditur, vel per doli replicationem si actio non erat ipso iure sublata, vel per doli actionem si actio sublata erat. Alexand.*

XIX. Iidem. AA. &. cc. Irenæo.

Sub† prætextu [e] instrumenti pòst reperti transactionem bona fidè finitam rescindi iura non patiuntur. ¶ Sane si per se [f] vel per alium subtractis instrumentis, quibus veritas argui [g] potuit, decisionem litis extorsisse probetur: si quidem actio [h] supereſt, replicationis auxilio doli mali, † pacti exceptio remouetur. Si vero iam peremptа [i] est, intra constitutum [k] tẽpus tantùm actionem de dolo potes exercere. [l] Dat. IIII. Kalẽd. Octob. Sirmij. AA. Conss.

*Contra transactionem non potest veniri: sicut nec cõtra rem iudicatam: nec tempus noctis vitiat transactionem. Saly. Vel sic: Transactio & sententia paris sunt auctoritatis: & valet transactio facta de nocte sicut de die. Alexand.*

*a Reprobatur p Bart. Bal. & Ia. excepto Fulgo.*

*a Prohibitum.* scilicet accusato, [a] sed accusanti est prohibitum. vnde si pacisceretur vel transigeret, incideret in Turpilianum. ff. ad Turpil. l. ab accusatione. sed accusato licet qualitercũque redimere sanguiné suũ: vt. ff. de bo. eo. l. j. Item nunquid transactio talis præiudicabit aliis si velint eum interim de eodem crimine iterum accusare? Respon. non: [b] vt. ff. ad legem Iul. de vi pub. l. qui cœtu. §. fi. Sed arg. contra. ff. de præua. l. præuaricationis. &. ff. de iureiuran. l. eum qui. §. in popularibus. sed illud est quia habent iudicis auctoritatem: hic autem partium consensum tantum. Alij dicunt gratuitum pactum non præiudicare: vt. d. l. qui cœtu. in fi. sed transactio. sic. Immo contra in eo quòd excepit adulteriũ tantum: vt hic, &. j. ad legem Iul. de adul. l. de crimine. immo & raptus videtur excipi: vt. j. quibus ex causis ser. pro præ. li. ac. l. pe. Solu. Idem statuitur in raptu virginis, quod in adulterio, propter similitudinem quam inter se habent. sed secundũ Ioan. bene potest transigi vel pacisci de raptu: vt videtur velle litera illa. dicit enim pacto transmissum: ergo apparet quòd per pactum est remissum, ergo fuit licitum pactum. Item cõtra in eo quòd hic dicit de adulterio nõ posse transigi: vt in authen. vt li. ma. & auiæ. §. fi. coll. viij. ibi, nisi tamen nõdum aut iudiciali decreto, aut amicabili conuentione, &c. Solu. dicunt quidam hoc corrigi. sed verius secundum Ioan. quod ibi dicitur, non est referendum ad capitulum adulterij, sed ad alia capitula in eadem authen. primo posita. Item contra in authẽ. vt nulli iudi. §. adulteram. col. ix. Sol. speciale forte in viro. Vel verius ibi actũ erat, & etiam mulier punita, quia in monasterium erat missa: sed vir sibi reconciliat intra biennium. Item contra. ff. de adul. l. si maritus. ij. §. si negauerit. Sol. ibi repudiauit, non autem transegit, vel pactũ fecit. Item cõtra. ff. de pact. iurisgen. §. si pacisc ar. &. §. seq. vbi non permittit valere pactum contra publicam vtilitatẽ factum. Solu. illa distinguitur per istam: vt ea locum habeat in crimine quod non ingerit pœnam sanguinis. Alij dicunt eam tantum loqui in gratuito pacto, istam in transactione tantum. & exponunt hic transigere vel pacisci, pacto scilicet non gratuito: & inducunt supra eo. l. præses.

*† Vide. c. i. eũ gl. i. extra de trãsactio. & c. i. ter monasterium. de re iudica.*

*b Omnes gl. solutiones communiter teneut de cto. hic.*

b *In aliis autem publicis.* Publica iudicia sunt, quæ enumerata sunt. ff. de pub. iud. l. j. Quid autem erit in priuatis delictis? Resp. Ioan. vt in eis possit transigi & pacisci. Satis enim est quòd nõ inuenio prohibitum in eis: vt. ff. qui. ex cau. ma. l. necnon. §. j. Sed ar. contra. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. Iulianus. &. ff. de his qui not. infa. l. quoniam. & potest sic distingui c an criminaliter, & tunc non licet. an ciuiliter agitur, & tunc licet.

*e Ista gl. sequitur Albe. Barto. Bald. Paul. Saly. & omnes moderni.*

c *Non licet.* vt. j. de contrahen. & commit. stipu. l. si quidem. in fi. quia si transigat, pro confesso habetur: vt. ff. de præuari. l. in omnibus. Et nota quòd non repetit nisi transigere. nam pacisci bene licet: vt. ff. de iure fisc. l. in fisci. &. l. eius. & ad legem Iul. de vi pu. l. qui cœtu. §. fi. quod nõ placet Iaco. vt alibi no. Sed quid si transigat? Dicunt quidam transactionem valere inter eos: sed aliis non præiudicare. quod non placet: quia sic nulla esset differentia, an transigat quis super re familiari, an super re publica: sed lex aperte facit differentiam: vt. ff. de pac. l. iuris gen. §. si pacisc ar. &. l. si vnus. §. pacta. & sic dico etiam inter eos non valere: vt not. d. §. si pacisc ar. in glo. Fit enim nunciatio, &c. hic videtur aliter dicendum vt alibi notatur, scilicet cum refertur ad pecuniariam æstimationem.

d *Falsi accusationem.* vt. j. de fal. l. ipse. & est ratio, quia plerunque falsi accusatio refertur ad pecuniariam æstimationem, secũdum Ioan. & hoc solo casu videtur eam accusationem exceptam à transactione, scilicet prohibita: videlicet vt fieri possit transactio super falso, quod refertur ad pecuniariam æstimationem. nã quandoq; irrogat pœnam sanguinis: vt. j. de fal. mo. l. j. §. sin vero. & l. pe. Vel dic [d] cp̃ semper super crimine falsi licet transigere, etiam quando irrogat pœnã sanguinis: vt in prin. l. item cum non irrogat: vt hic. alioquin nõ esset bona exceptio quã fecit. Et no. versus: Sãguinis in pœnis (nisi mœchus) trãsigit omnis. In reliquis nulli liceat: nisi crimine falsi.

*Trãsactio an possit fieri super crimine falsi.*

*d Approbatur p Bart. Bal. & Ia.*

*† Cõcor. glo. in. c. i. super verb. obtineat. extra eo. titu.*

*Sub prætextu.* ] CASVS. Mutuaui tibi x. factum est instrumẽtũ. negasti te mihi debere, vel te soluisse dicis: vnde venit in dubium. tecum transegi pro v. & alia. v. remisi: quia instrumẽtum reperire non potui: sed transactione facta instrumentum inueni. an eius prætextu litem finitam transactione resuscitare possim, quæritur: & resp. quòd non. Si autem instrumẽta subtraxisti per seruum vel per alium credentem tua esse, & neutro casu cõmissum fuit furtum, vt propter hoc facilius veniretur ad trãsactionem: aut fuit simplex transactio, aut Aquil. stipulatione vallata & accepto lata. Primo casu agam actione pristina: & si excipias de pacto transactionis, replicabo de dolo. Secundo casu cũ nullum detur mihi auxilium, agam de dolo. Viuianus.

e *Sub prætextu.* Prohibent iura, nisi in causa publica: vt. ff. de re iud. l. imperatores. & nisi in causa ecclesiæ: vt arg. in authen. de non alie. §. sinimus. col. ij. & nisi in causa pupilli: vt. j. de iur. reipu. l. rempublicam. lib. xj. & nisi sit testamentum: vt. ff. eo. de his. Idem de codicillis: vt. ff. eo. l. imperatores. §. j. &. l. non est.

f *Per se.* per se possunt subtrahi, ita vt non cadat in nomen furti: vt si apud eum sint, & non contrectet, sed celet: vt. ff. de fur. l. inficiando. circa prin. Si autem contrectaret, fieret furtum, & daretur actio furti ad duplum eius quod continetur in instrumẽto: vt. ff. de fur. l. qui tabulas. & sic nõ daretur de dolo, quam hic dicit dari: vt. ff. de dolo. l. j. §. ait prætor. &. l. ij. Per alium autem subtrahit: vt si alicui mandauit vt acciperet ea: qui putans esse mandantis, ea accepit. Nec enim mandator commisit furtum: quia non contrectauit, nec fuit præsens. nec accipiens commisit furtum: quia non fuit in dolo: vt. ff. de fur. si is qui rem. ij. §. si tu Titium. &. l. si quis perferendum. &. l. falsus. §. si quis nihil. Alij non exigunt huiusmodi expositiones: quia dicunt competere furti actionem cum actione de dolo: cum sint famosæ ambæ. quod non placet: vt. ff. de dolo. l. j. &. l. ideoque. *ADDITIO.* Aduerte quòd duplex est dolus: vnus commissus in subtrahendo, & ex illo competit actio furti, & non de dolo. Secundus est dolus commissus in celando & extorquẽdo à te transactionem, & ex isto non oritur actio furti: quia assidua contrectatione nõ nascitur. l. ei qui. ff. de furtis. vnde merito agitur de dolo: & isto casu loquitur hæc lex secũdũ Iac. But. quod approbat hic Bart.

g *Argui potuit.* id est argute probari.

h *Actio.* quæ est, si quidem, &c. vt statim dicit.

i *Peremptа.* s. actio vetus. & sic fuit stipulatio & acceptilatio.

k *Constitutum tempus.* s. biennij: vt infra de dolo. l. optimum.

l *Exercere.* sic ergo vbi quis per calũniã resistit, valet trãsactio: vt hic: licet sit secus in actore committente dolũ: vt dixi. ẽ. l. ij. Sed cũ dolus dederit causam transactioni: quare nõ est nulla ipso iure, sicut vẽditio: vt. ff. de dolo. l. & elegãter. post prin? Resp. in vẽditione, qui rem tradit, habet de dolo. Nam vt ait B. præcessit venditio vt infirma: secuta est traditio vt infirmanda per actionem de dolo. sed iste videtur tradidisse, cũ remisit actionẽ. Vel aliud in bonæ fidei, aliud in stricti iuris, sicut est transactio secundum B. sed hoc non placet: vt. j. de inuti. stip. l. dolo. Item quomodo datur de dolo, cũ alia competit: vt. ff. de dolo. l. j. §. si quis cum? respõdet Bu. hic nulla competit post dolũ admissum. Vel dic quòd hic in ea admittẽda passus est dolum: vt ibi dicit.

*Transactio facta p dolum, non est nulla ipso iure.*

Item

Item quare non datur cõdictio ob causam vt se reponat in obligationem: vt.ff.de condic.cau.da.l.si quis? Resp. quia hic factum fuerat à reo, quod conuenerat: sed actor dicebat se dolo inductũ: vt dixi.ſ.e.l.actione.& facit.ĵ.in qui.cau.ceſſ.lon.temp.præſcrip. l.j.&.ſ.tit.j.k.cũ poſtea.&.ĵ.de re iudi.ſub ſpecie.&.ff.de excep.l. qui agnitis. & de iureiur.l.admonendi. in fi.

XX. Iidem. A A. & C C. Antiſtiæ.

*Non minorem.*] CAVSA S. Parem auctoritatem habent res iudicata & tranſactio: quia vtraque finit lites: quia nihil, &c. neque refert an nocte vel die fiat, cum nullo tempore excluditur conſenſus. Viuianus.

† *Cõcor. glo. in.c. conſuluit. ſup verbo, odit lucẽ. in fi. extra de offi. deleg.*

a *Non minorem.* quantum ad decidendas lites, & quantum ad exceptionem parandam: quandoque tamen ſecus eſt: vt.ſ.e.l.ſi diuerſa. Item pactio non facit ingenuum, ſed ſententia ſic: vt.j. de inge. ma.l.diffamari. & plene potes dicere vt.ff. de iureiur.l.ij.

b *Siquidem.* i. quia.

c *Fidei.* vt.ff.de pac. l.j.in prin.& inſtitu.de rerum diui.§.per traditionem.ff. de act. emp. l.ex empto.in prin.

d *Pactũ.* ſcilicet trãſactionis.

e *Secunda hora.* puta in gallicãtu. Et ſic not. q̃ valet de nocte quod fit, ſicut de die: vt.ff. de teſta.l.ad teſtiũ.§. poſſe. Sed ſi de nocte fit, cum poſſit, vt dictum eſt, nunquid erunt neceſſaria luminaria? Reſpõ. ſic.ff.de ven. inſpi. l.j.§. tria lumina. &.ĵ. de ſenten. ex breui. reci.l.ij. Sed ar. contra.ĵ. ad legem Iul. de adul. Gracch⁹. & ĩ authẽ. de iudi.§.ſedebũt.coll.vj.

f *Tempus.* de die, vel de nocte.

g *Repudiet.* quin poſſit tranſigi.

*Cum ea.* Pone caſum in terminis vt in glo. proxima. Ex qua gloſ. pro declaratione ipſius nota dum dicit, ſcholaris in dando reus, id eſt qui cõueniebatur, dedit ſiue reſtituit. ſed dum dicit, in retinendo actor, id eſt quòd dum ſcholaris ageret, conuenit quòd aduerſarius retineret. & finalis concluſio huius legis ſtat ſolum in hoc, q̃ vbi eſt vera tranſactio & ſimulata emptio, ſtatur tranſactioni: & contractus ſimulatus nihil operatur, ſecundum Baldum. Et adde ſecundum Iaſ. quòd ſimulatio non poteſt liquide probari: ideo ſufficiunt veriſimiles coniecturæ, ſicut in dolo.l.dolum.ĵ.eod.

*Caſus literalis.*

h *Cum ea.dari.* ſcholaris glorioſus & inanis gloriæ cupidus in retinendo actor, in dando reus, cum ageret ad fundum, conuenit vt aduerſarius retineret fundum velut emptor, cum retineret ex cauſa tranſactionis, modico dato ſcholari. Item ſi aliam rem dedit nomine tranſactionis vt ſibi daretur fundus petitus, & conuenit vt illa titulo emptionis retineretur ab aduerſario. econtra in dando reus, qui reſtituit fundum, cum ſit reus, ſed fingit emptionem modica pecunia accepta per tranſactionem.

*Si quis maior.*] CASVS. Mecum transegisti. nomine transactionis dedi tibi. x. stipulatus sum. c. si contrauentum fuerit. & similiter de non veniendo contra, interpositum est sacramentum. vis recedere à transactione. In primis eris infamis. Secundo cades à petitione tua. Tertio pœnam præstabis. Item omne emolumentum quod fueris consecutus ex pacto vel transactione, amittes, & mihi applicabitur, quia sto placitis. prædicta ve-

*Si ex falsis.*] CASVS. Petebas à me codicem meum, & alias plures res. produxisti instrumentum falsum, cuius timore veni ad transactionem prætextu falsi instrumenti. an possim retractare transactionem, quæritur? & respon. quòd sic. & licet interposui sacramentum de non veniendo contra, tamen rescindetur prædicta transactio. & si plures fuerũt causæ super quibus trãsactum est timore illius falsi instrumenti, in his maneat rata trãsactio in quibus instrumentum falsum non est, in aliis autẽ infirmetur. & hęc sunt vera nisi quęstio falsi ĩstrumẽti plati mota cũ



BIU Cujas

aliis controuersiis fuerit decisa: vt si protulisti cõtra me instrumẽtum falsum, & illud arguebã de falso, instituicõtra te actionem, deinde transegi tecum. Ex hac.l.no. quòd quando capitula sunt separata, falsitas vel dolus circa vnum capitulum non vitiat aliud capitulum: seçus tamen esset in connexis capitulis vel dependentibus: quia vitiato principali, omnia capitula vitiãtur: vt.ff. de mino.l.etiã.§.j. Iaſ.

a *Si ex falsis.* id est timore falsorum instrumentorũ ab actore cõtra reum, vel à reo cõtra actorem productorum. & idem in falsis testibus.

b *De his.* scilicet trãsactionibus.

c *Ciuiliter.* non solum criminaliter. nam potest quam viam velit prius eligere: vt.ĩ. de fal.l. damus. Quatuor ergo modis agitur de falso. Vno criminaliter per actionem legis Corne. de fal. cuius pœna est deportatio, & omnium bonorum publicatio: vt.ff. ad leg. Cor. de fal.l.j.§. fi. Secundo per actionem in factũ ad interesse: vt.ff. de fal. l. qui nomine. Tertio, per exceptionẽ, si actor agat ex trãsactione facta timore falsorum instrumentorũ, & reus excipiat. Quarto, per replicationem si reus excipiat ex transactione inita ex falsis instrumentis: nam actor replicat. & isti sunt tres modi ciuiles de quibus hic dicit.

*a vide glo. in verbo, post sentẽtiã. in me. in vers. & no. quòd secũdũ. c. licet. extra de proba. Not. Bar. v hac glo. singulariter, quòd titul⁹ si ex fal. in stru.ĩ.& l. diuus. ff. de re iudi. hãbẽt locũ etiã si fuerint ꝓ ducta ĩstrumẽta falsa absq; dolo partis. qꝫ not.*

d *Præcipimus.* a per in integrum restitutionem: vt.ff. de re iudi. l.diuus.&.ĩ. titu.iij. l.j. Nec enim intelligitur tacita conditio si vera sint: quia non retractarentur, sed ipso iure non valerent: vt arg.ff. de acqui.pos.l.quod meo.§.si furioso.&.ff. qui satisda.cog. l.fina. Nec distinguo si sciat, an nesciat falsa qui vtitur eis: sicut nec in sententia. aliàs si calũnioſe agat, nil prodesset allegare instrumentorum falsitatem: quia & sine his hoc casu non valeret transactio: vt.ff. de condic. indeb. l. in summa. §.j. Item contra.ĩ. si mi.se ma.dix.l.si alterius. in fi. vbi post iuramentum non retractatur pactio. Sol. licet hic & ibi non iurantis sed aduersarij malitia interuenit, hic tamen maior: quia falsitas. vnde hic remittitur, ibi non. Item contra.ĩ. si aduer. ven. l.j. Sol. vt & modo dixi. Vel dic quòd ibi fuit venditio facta cũ decreto: vnde valuit. hic non valuit transactio. Item contra.ĩ. ad leg. Corne. de fal.l. ipse. vbi post transactionem non tractatur de falso. Solu. hic non fuit mota quæstio falsi ante transactionem, ibi fuit. alioquin secus: vt hic in fi.l.&.ĩ. si ex fal. instru.l.j.& de fi. instru.l.fi. Itẽ cõtra.ĩ. de plus peti. l.j.&.ff. de excep.l. qui agnitis. sed nõ sunt cõtra. Et ibi ante transactionem fuit mota quæstio falsi. Item quid si ex sacramento falso, id est in quo falsum asseruisti? Dic, aut detulit iudex, ant pars. primo casu possit retractari: secundo non: vt.ff. de iureiur.l. admonendi. Aut nullus, sed vltro obtulit: & tunc detur de dolo.ff. de dolo.l.si legatarius.

e *Firmis.* vt si quinque data sunt vt actor nõ petat fundum paternum, nomine cuius non exhibetur falsum instrumentum, & decem sunt data ne petat hæreditatem forte cuius nomine vtebatur falso instrumento. Sed quid si non appareat pro quo scilicet sit datum, sed est data pecunia pro omnibus qui erãt in cõtrouersia, sed pro quibusdam tantum ostẽdebatur falsum instrumentum, cuius timore transactum est? videtur quòd pro precio rerum interpretor pro vnoquoque datum: vt ar.ff. de leg.ij.l.qui solidum.§. cum post. Item no. hic arg. quòd instrumentum non est totum vitiosum ratione partis: vt.ĩ. de Lati.lib.tol.l.j.§. pe. Alij cõtra: vt.s. de ve.iur.enuc.l.ij. in fi.&.ff. quemad.test.ape.l. j.§. si quis.& dixi.ĩ. de testa.l.si vnus. Item intellige si causa sit diuidua, alioquin secus: vt.ff. de mino.l.etiam.§.j.

f *Nisi forte.* illa tãtummodo causa vel pars retractetur nisi &c. vnde non refertur ad omnia prædicta.

SI ex falsis a instrumẽtis trãsactiones vel pactiones initæ fuerint: quamuis iusiurandum de his b interpositum sit, tamen ciuiliter c falso reuelato eas retractari præcipimus: d ita demũ, vt si de pluribus causis vel capitulis eædẽ pactiones seu trãsactiones initæ fuerint, illa tantũmodo causa vel pars retractetur, quæ ex falso instrumento composita conuicta fuerit: aliis capitulis firmis e manentibus: nisi f forte etiam de eo quod falsum dicit, cõtrouersia orta decisa sopiat. g Dat. Kal. Iul. Cõstp. Martiano & Zenone Conss.

*Quæstio mota super conditione seruili vel adscriptitia, potest transactione decidi. Alexand.*

XLIII. Imp. ANASTASIVS. A. Thomæ. PF. P. per Illyricum.

IVbemus h in omnibus litigiis iam i motis k & pendentibus l seu postea m super seruili vel adscriptitia conditione mouẽdis, transactiones celebrandas vel iam celebratas (si non alio iuri cognito modo eas vacillare contigerit) vires suas obtinere, nec ob hoc videri tenorem earum titubare, quòd pro conditione seruili n vel adscriptitia confectæ sunt. Dat. XV. Kalend. Decemb. Patricio & Hypatio Conss.

g *Sopiatur.* nam potest transigi super falso expresse vel tacite: vt supra eo.l. transigere. & infra de fide instru.l. fina.

g *Sopiatur.* id est extincta sit.

h *Iubemus.* ]CASVS. Mouebam tibi quæstionem status, dicendo te seruum meum esse, vel adscriptitium. transegisti vt remitterem tibi quęstionẽ status. an valeat ista transactio, quæritur? & respon. quòd sic: neque obest quòd super seruili vel adscriptitia conditione interposita fuerit. secus ex diuerso, quia contra bonos mores & contra formam transactionis.

i *Iam.* ante legẽ istã.

k *Motis.* & finitis trãsactione. Accursius.

l *Et pendentibus.* tẽpore huius legis.

m *Postea.* post legẽ istam.

n *Seruili.* hic est cõtra supra eo.l. interpositas. Sol. vt ibi. sed si *Trai.* vt qui valet inter seruum & *matro.* dominum, quid si dicatur quòd seruus fuit *leo.* vel adscriptitius, & aliquid ei detur? Respõ. nõ valet: tum quia est cõtra bonos mores: vt arg.ff. de verbo. oblig. l. inter stipulantem. §. homo liber. Item quia nõ trãsiret ad eum cõmodum aliquod: vt supra eo.l. transactio. Item pro hoc infra de libe. causa. l. nec si volens. Item no. hic arg. quòd in causa cõuersionis & monachationis ratione dubitationis valet transactio, & in causa matrimonij: vt arg.ff. si quis in ius vo. non ie. l. ex quacumque. sed decretum episcopi est necessarium, cum sit *Epi.* spiritualis causa. nam & in alia re alienanda est necessariũ epi- *decre.* scopi decretum: vt in authen. hoc ius. supra de sacrosanct. eccle. *dos q trãsi.*

## TITVLVS V.
## DE ERRORE CALCVLI.
### *Constitutio Græca.

*Error calculi non nocet, etiam si sæpe sit erratum, & etiam si stipulatio interuenit, nisi sit iudicatum vel transactum. h. d. Bal. Vel sic: Si erratum sit in calculo, potest calculi fieri retractatio, nisi super errore sit transactum vel iudicatum. & indebitum per errorem calculi promissum condicitur. Salyc. & Alexand.*

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. Aureliano Quarto.

ERrorem o calculi, siue ex vno contractu, siue ex pluribus emerserit, veritati non afferre præiudicium

*Trai.* *mater.* *mus.* *leo.*

*Epi.* *decre.* *dos q trãsi.*

*Dixit de transactione, in cuius computatione quandoque erratur, ideo de tali errore dicit. Vel sic: Dictum est supra de transactione: quæ quia fit per errorem calculi, id est computationis: posito eo per quod fit, pro eo quod fit: sic econuerso id quod fit, ponitur pro eo per quod fit: ideo ponit de errore calculi. Azo.*

ERrorem. ]CASVS. Tenebaris mihi in aliqua quantitate pecuniæ ex pluribus causis, puta ad x. ex causa mutui, ad alia x. ex causa emptionis & venditionis, & ad. v. ex causa permutationis. computaui dicens. x.&.x.&.v. faciunt. xxx. cum nõ faciãt nisi. xxv. & sic computaui demum quòd tenebaris mihi in. xxx. & hoc per errorem. an tibi præiudicetur quo minus iterum fiat computatio, quæritur? & respõ. quòd non: nisi fuerit quæstio super errore computationis sopita transactione, vel per sententiã. vnde si pluſquam debuisti promisisti, liberationem condictione sine causa cõdices. Idẽ erit si penes me mercatorẽ aliquã quãtitatẽ deposuit scholaris, puta. c. cõputauit quòd penes me remaneret, & quod recepit. apparuit quòd restabant *l.* & alia *l.* soluissem, cum tamen non soluissem nisi. x. an iste error præiudicet scholari, quæritur? & respõd. quòd non. vel apparuit quòd *l.* essent soluta, cum essent soluta *l.* x. hoc non præiudicat mihi mercatori: & licet propter hoc promisi pluſquam debui, agam condictione sine causa, vt liberer. & hæc sunt vera, nisi veniret in dubium computatum esset necne, & de hoc esset transactũ, vel sententia lata. Not. ex hac.l. quòd erronea calculatio etiam sæpe facta non nocet: & est argumentum quòd erronea confessio sæpius repetita, possit reuocari, secundum Bald. hic.

o *Errorem calculi.* id est computationis, quę fiebat olim per lapillos, qui dicuntur calculi, eo quòd non impune pedibus calcantur. vnde Persius: Hunc Macrine diem numera meliore lapillo. quia pro bono die ponebant album lapillum: pro malo nigrum. quandoque ponitur pro cognitione causę: vt infra de iudi.l.rem non nouam. in prin. quandoque pro sententia: vt infra de appel.

*Calculus. Persius.*

BIU Cujas

de appel.l si actor. quia lis calcatur.i.terminatur,secundum P.

a *Constitutum est.* si veritas appareat:vt hic,&. ff.de offi.præsi.l. illicitas.§.veritas.&.ꝫ.de iur.& fac.igno.l.si non. &.l. error.

b *Res.* i. quæstiones habitæ super errore cõputationis. Accur.

c *Vel transactio.* Sententia ergo & transactio finem imponit quæstioni habitæ super errore cõputationis,etiam si hæc sententia vel transactio non recte faciat computationem: vt hic dicit:& j. de re iudi. l. ij. & sic est contra. ff. quæ sen. sine appel. l.j. in prin. &.§.j.vbi dicit non valere sententiam. Solu. distingue in vtroque, vtrum fuerit expressa causa erroris,vel non: vt primo non teneat, secundo sic. & hæc bona. Alij dicunt quòd hic errauerunt partes, ibi iudex. Vel tertio distingue in sententia, vt ibi dicit. sed in trãsactione dic quòd valet semper errore sublato de medio p exceptionem vel replicationẽ, vt in eo nõ valeat trãsactio: vt. ff.si quis cau. l.sed & si. §.fi. &. ff.de fideiusl.si quis postq̃.

*Transactio & sententia finem imponunt litib.*

d *Condictio.* sine causa:vt.ff.de condict.sine cau.l.iij.&.j.de cõdic. inde.l.si citra.&.l.cum & soluta.

*DE POSTVlando.*

*Quia in iudiciis, de quorum initiis dixit.ꝫ.de edendo, & de in ius vocan. sunt necessarii aduocati:ideo de his dicit,*

sæpe constitutum est: [a] vnde rationes etiam sæpe computatas denuo tractari posse,si res [b] iudicatę non sunt,vel transactio [c] non interuenit, explorati iuris est.Sed & si per errorem calculi velut debitam quantitatem, cum esset indebita, promisisti, cõdictio [d] liberationis tibi cõpetit. Dat.VI. Kal.Mart. AA. Conss.

*TITVLVS VI.*

## DE POSTVLANDO.

*Sententia quæ definitum tempus non continet, perpetuum habet effectum. h. d. Vel sic:Remotus ab officio,nunquam illud recuperat.h.d.Bal.Vel sic:Non appellans à sententia per quam prohibetur causas agere, non potest postulare.Salyc.*

I. Imp. ANTONINVS. A. Artemidoro.

CVm à prẽfecto Aegypti perpetuò causas agere prohibitus non appellaueris, placitis [e] obtempera. [f] PP. III. Kal. Aug. Sabino.II. & Anulino Conss.

*Etiam libertini possunt aduocare si sunt literis eruditi. h.d.text. Bald.& Salyc.*

II. Imp. ALEXANDER A. Polydoro.

*CVm à prefecto Aegypti.*] *CASVS.* Præfectus à postulatione aliquem prohibuit, quia forte falsa aliqua allegauit, vel testes subornauit: & non appellauit prohibitus. an iste ab officio aduocationis abstinere debeat,quæritur? & respon. q̃ sic.

e *Placitis.* id est sententiæ,sic dictæ,quia placet iudici.

f *Obtempera.* vt &.ff.de pœ.l.moris.in prin.& si non pareas sententiæ,punieris:vt.ff.eo.l.j.§.qui aduersus. præsumitur enim tibi placuisse,cum nõ appellasti:vt.ꝫ.vt lit.pend.l.fina.&.j.de appel. l.hi qui ad ciuilia.& quomodo & q̃s iudex,l.ab eo.& de iurisdi. om.iud.l.j. & de senten.quæ sine cer.quanti.l.fina.& de nup.l.si vt proponis.j.& arg. ff.ad Maced.l. si filiusfamilias.ij. Sed videtur vltra annum prohibitionem non porrigi: vt.ff.de pœnis.l. fina.quæ est contra. Solu. aliud in aduocatione, aliud in cæteris operibus siue artibus, quæ vitæ hominum sunt necessariæ. Sed certe & aduocare est necesse: vt.j.tit.ij. l.laudabile. Alij dicunt quòd hic præfectus erat perpetuus.aliud autem in præside annali,vt ibi.nec hoc placet, quia & hic erat annalis: vt.ff. de offic. præfect.Augu.l.j. Tertij distinguunt, an velit in perpetuum interdicere,quod potest,vt hic:an ad tempus,quod potest,sed intra annum tantum,vt ibi.arg.j.de iudic.authenti.ad hæc. Tu dic secundum Ioan.quòd sententiando definitiue præcedente accusatione de aliquo delicto potest in perpetuum:vt hic, interloquendo vsque ad tẽpus suæ administrationis:vt ibi. [a] Item quod dicit,prohibitus,dic scilicet expresse.& tunc poterit in alia prouincia postulare,nisi ex ea causa sit prohibitus quæ irrogat infamiam:vt.ff.eo.l.ex ea.vel tacite, vt in condemnando eum ex ea causa quæ irrogat infamiam:& tunc si pœna sit perpetua,perpetuo prohibitus videtur:quia infamis non potest postulare: vt.ff. eo.l.j.§.hoc edicto. Si autem fuerit temporalis: si quidem nõ est aucta vel minuta,transacto tempore euitat infamiam.idem si fuerit aucta.idem si minuta, sed causa cognita: aliàs non,nisi finito tempore communi:vt habes hic, &.ff.eo.l.imperator. & de infamibus.l. quid ergo. §. pœna. & de re milit.l. qui cum vno. §. ad tempus.&.ff.ad le. Cor.de fal.l. falsi. §. ordine. &. j. ex quib.

a *Hanc solutionẽ dicit Bar.hic veram esse & notabilem: & facit pro ea.ſ.iuncta glo.l.extra de offi. deleg.*

*Postulare prohibitus in vno loco, an possit in alio postulare.*

A cau.insa.irro.l. & si seuerior. Accursius.

g *Nec cæterorum. Facere.* nam & adsidere possunt: vt.ff. de offic. adsess. l. ij. Quid autem si non sint literis eruditi? Respond. idem, si factorum peritiam habent: vt.j. de iudi. l. penult.non tamen inter aduocatos numerabuntur:vt infra tit. j. l. nemini. & titu. ij. l.iubemus.§.nec de cætero. &. ff.de var. cogni. l. j. §.aduocatos. Accursius.

NEc cæterorum liberti,nedum mei quidẽ, si ita sunt literis eruditi,vt patrocinia desiderantibus præstare possint: prohibentur id facere. [g] PP. Non. Mart.Iuliano. II. & Crispino Conss.

*Ista.l.est notabilis,& hoc dicit:Confessio vel cautio facta sub spe futuræ causæ, aquiparatur confessioni factæ spe futuræ numerationis: & ideo potest intra tempus*
B *constitutum exceptio opponi, & cautio condici. Bald. Vel sic:Si occasione salarii ex causa mutui promittatur: potest intra tempus legitima exceptio obiici,& liberatio condici. Bal.*

III. Imp. GORDIA. A. Flauiano.

SI sub [h] specie honorarij [i] quod aduocato vsque ad certum [k] modum deberi potuisset, [l] eam quantitatem [m] quã desiderio tuo complecteris, te daturum cauisti,& quasi mutuã pecuniã accepisses, eam te redditurum promisisti, nec temporis spacio [n] gesto negocio consensum ac fidem accommodasti: competenti [o] exceptione nõ numeratæ [p] pecuniæ tutus [q]
C es: & ex hac [r] causa cautionem interpositam vsitato more [s] potes condicere. [t] PP. V.Id.Iuñ. Sabino.II.& Venusto Conss.

*SI sub specie.*] *CASVS.* Si aduocato tuo.cc. aureos pro defensione tua dare cauisti, cum non oportuerat te dare nisi centum:& ex causa mutui recepisse confessus es, & te soluturum promisisti: post causam finitã pœnitebat te tantum promisisse, an si petat.cc.obstet tibi exceptio non numeratæ pecuniæ, quæritur? & respon. quòd sic, si adhuc biennium nõ currit. ante autem & post biennium competere potest exceptio non numeratæ pecuniæ in id quod excedit. sed post non vt aduocatus probet: sed probabis tu cautionem in id quod excedit. c. aureos, ex turpi causa interceſsisse: & sic ante & post biennium posse liberationẽ aut cautionem in id quod excedit,condici manifestum est. No.ex hac l.& ad hoc semper allegatur, argu. à contrario sensu literæ, q̃ temporis spacio gesto negocio consensus ac fides adhibetur. & sic est argumentum quòd in chirographo post biennium fit naturalis obligatio propter consensum. quod est valde notandum secundum Bal. hic.

h *Si sub specie.* id est occasione.

i *Honorarii.* id est salarij.

k *Certum modum.* æstimandum ex consuetudine fori, & facundia aduocati, & qualitate causæ: non tamen vltra centum aureos: vt. ff. de var. & extraordin. cog. l. j. §. in honorariis. & §. si cui.

l *Potuisset.* puta decem.

m *Quantitatem.* puta viginti.

n *Spacio.* scilicet biennij hodie, licet olim quinquennj: vt instit.de liter.oblig.§.multum. Accur.

D o *Competenti.* nunc respondet.

p *Non numeratæ.* id est in factum pro pecunia non numerata: vt.j.de non nu.pecu.l.cum vltra. & hoc in id quod excedit legitimum modũ. At in eo quod est infra legitimũ modũ, nõ obstat exceptio etiam intra bienniũ:vt ar.j.de donat.l. si quis argentũ. §. sed in his omnibus.& si quid solutum est, repeti potest condictione indebiti & incerti vt liberetur: vt.ff.de condic.sine cau.l. iij. Quid autem si biennium est elapsum? Videtur idem ac si non excesisset:quia nõ fecit hoc spe futuræ numerationis.& sic subauditur, maxime, in superiori litera:sed hoc est contra.l.istam. Alij dicunt ante biennium cõpetere exceptionem nõ numeratæ pecuniæ in id quod excedit, sed post nõ vt creditor probet, sed probat debitor ex turpi causa cautionẽ interceſsisse: vt.j.de cõdic.ob tur.cau. l.j. Tu dic in eo quod non excedit, præiudicari biennio, in alio autẽ & ante & post cõpetit sine causa exceptio. etiã secundũ hoc quod dicitur in prin.glo.satis est bonũ.Accur.

q *Tutus es.* si conueniaris ad præmissa.

r *Ex hac.* nunc dat aliam viam.

s *Vsitato more.* agendo condictione sine causa.

t *Condicere.* i.petere si conueniaris vel non.

*Velamento.*] CASVS. Si absente aduocato tuo tempore sen tentiæ latæ prætextu absentiæ suæ ad litem finitam redire volueris: an sis audiendus, quæritur? & respon. q̃ non.

a *Velamento.* id est prætextu. Accursius.

b *Causæ.* tempore sententiæ.

c *Conatur.* vt. j. de repu. bo. posl. l. j. nisi ī aduocato fisci: vt. j. de aduoca. fisc. l. fi. Accur. & ff. de iure fisc. l. si fisc⁹. & de hoc extra vt li. non contest. c. j.

*Absentia aduocati nō vitiat sententiā. h. d. Fallit in aduocato fisci. Bal. & Saly.*

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Theodotioni.*

VElamento[a] † absentiæ patroni causæ,[b] rursus ad finitas quæstiones redire quis frustra conatur.[c] S. IIII. Kal. Iañ. Nicomediæ. CC. Conss.

*Aduocatus qui de quota litis paciscitur, debet officio aduocationis priuari, seu priuatus declarari, & secūdum glo. tanquam deprædator. Bal. Patitur etiam aliam pœnam, de qua in. l. si vero non remunerādi. §. fi. ff. man. & idem in procuratore, vt ibi patet, & in. l. licet. de procu. secundum Paul. de cast. hic.*

V. Imp. CONSTAN. A. Helladio.

SI qui[d] aduocatorum existimationi[e] suæ immensa[f] atque illicita compendia prætulisse sub nomine honorariorum[g] ex ipsis negociis quæ tuenda susceperint, emolumenta sibi certæ* partis cū graui damno litigatoris & deprædatione poscentes fuerint inuenti: placuit, vt omnes qui in huiuscemodi sæuitate permanserint, ab hac professione penitus arceātur.[h] Dat. III. Kal. April. Paulino & Iuliano Conss.

*Non debet esse idem aduocatus & iudex eiusdē causa, nec debet in cōtumeliam prorumpere nisi expediat: nec debet studiose litem protelare, nec debet loqui vltra quàm deceat: & cum allegat, debet stare, & non sedere. h. d. secundū Bal. Nec contractū potest lite pendente inire cum cliente, sed exiguum clientis munus debet placide accipere.*

VI. Impp. VALENTINIA. & VALENS. AA. ad Olybriū pfectū vr.

QVisquis† vult esse causidicus,[i] non idem in eodem negocio[k] sit aduocatus[l] & iudex: quoniam aliquem inter arbitros[m] & patronos[n] oportet esse delectum.[o] Ante omnia autem vniuersi aduocati ita præbeant patrocinia iurgantibus, vt non vltra quàm litium poscit vtilitas,[p] in licentiā conuiciandi & maledicendi temeritate prorūpant. Agāt quod causa desiderat,[q] temperent[r] se ab iniuria. Nā si quis adeo procax[s] fuerit, vt non ratione, sed probris putet esse certandum, opinionis[t] suæ imminutionē[u] patietur. Nec enim conniuentia[x] commodanda[y] est, vt quisquam negocio derelicto, in aduersarij sui cōtumeliam aut palam pergat, aut subdolé. ¶ Præterea nullum cum eo litigatore contractū[z] quem in propriam recepit fidem, ineat aduocatus: nullam conferat pactionem. ¶ Nemo ex his quos licebit accipere, vel decebit,[a] aspernāter habeat[b] quod sibi semel officij gratia libero arbitrio obtulerit[c] litigator. ¶ Nemo ex industria[d] protrahat[e] iurgium.

*Partis appellatione continetur dimidium.*

*tertia.

† *Concor. cū hac lege lxiiii. dist. c. 1. & 2. & glo. sup verbo, aduocatus. prope fi. in. c. 1. vt lit. nō cōte.*

* *Theodotiano.*

d *Si qui.*] CASVS. Si petit. hæred. mecum egeris, & cum aduocato tuo de præstāda ei medietate hæreditatis pepigeris, an valeat pactū, quæritur? & dicitur q̃ nō: sed officiū aduocationis interdicet illi aduocato.

e *Existimationi.* id est famæ. Accur.

f *Immensa.* ex hoc verbo dixit M. q̃ liceat ei paciscī de dimidia parte litis. & ad hoc facit illud verbū, partis. nā appellatione partis, si nulla adiiciatur quota, dimidia continetur: vt ff. de verbo. signi. l. nomen filiarū. §. portionis. & sic dicit hanc legem loqui, cū paciscitur de magna parte. qđ non placet secundum H. & Azo. & no. de hoc. j. man. l. si contra. melius quàm hic. Item quid si cū ageretur ad hæreditatē, paciscatur de re eiusdem hæreditatis cum cliente? Videtur q̃ valeat. & expone, certæ partis, scilicet quotæ. Nā differentia videtur inter rē certam, & partem quotam: vt infra de sen. pas. l. si debitor. & insti. de fideicom. hæred. §. si quis. præterea nomine palmarij, id est victorię, licet ei aliquid pacisci: vt. ff. de var. cog. l. j. §. & si nomine. Sed Azo contra, ne fiat fraus legi. & pro hoc est. ff. man. l. si remunerandi. §. fi. sed prima verior, scilicet vt posit pacisci de re hæreditatis, quia non mutatur. Accursius.

*ADDITIO.* Contrarium notatur. ff. de pact. l. sumptus. & hoc cōmuniter tenetur: vt attestatur Bar. hic: & idem in dicta. l. sumptus. Et ratio q̃ non valeat huiusmodi pactum, est, quia inducit aduocatum ad delictum. nam cognoscens se habiturum partem eius quod prosequitur, etiam calumniose aduocabit. siue igitur faciat pactum de quota litis, siue de certa specie seu quantitate: eadem semper est ratio: ergo, &c.

g *Honorariorum.* i. salariorum: vt. s. eo. tit. l. si sub specie.

h *Arceantur.* ipso iure. & facit. j. de procu. l. litem. & manda. l. si contra licitum. & ff. de pact. l. sumptus. & ff. de offi. procon. l. nec quicquam. §. ij. & j. de condic. ob cau. da. l. si cum exiguam. & j. quod me. cau. l. si per impressionem.

*Quisquis.*] CASVS. Nullus in ea causa in qua est aduocatus, iudex esse debet. hoc in prima. Item probra nō alleget, sed rationes & leges. alioquin infamis de facto efficitur: neq; ferendus est aliquis negocio derelicto allegare quicquā in contumeliam aduersarij sui. & hoc in secūda. In prin. litis conueniat cum clientulo de salario: neque pendente lite amplius petat, quàm sibi fuerit constitutū in prin. & hoc in tertia. In quarta ita dicit, q̃ si munus aliquod licet modicum sibi offerat clientulus, recipiat, nec asperne tur. In quinta dicit, q̃ litem nō protelet. In sexta, vt scias qui dicantur honorati. sunt enim honorati, qui dignitatem habent siue administrationem, & intrant secreta iudicis & imperatoris quando volunt, & causis intersunt: vt. j. de offi. diuer. iud. l. vlt. Dicit igitur Imperator in hac parte, q̃ honorati in vrbe Roma si officium aduocati sibi elegerint, aduocent quando voluerint, nec sibi turpe salarium constituant. In septima dicitur, quòd si quis vult esse aduocatus in aliqua causa personam suam petente, non mutet. q. d. non sit iudex neque assessor: nec p̃ malo reputet, si sibi stādi onus immineat, ex quo elegit sibi ius standi quādo officium aduocationis elegit. No. bene hanc. l. quæ instruit aduocatū in bonis moribus: & si quis seruaret hanc legem, reputaretur sapientissimus aduocatus quo ad deū & mundum. Sed credo (vt dicit Bal.) q̃ pauci reperiuntur hodie.

† *Facit hoc prin. Instit. de pœn. tem. in. c. j. memento. sup. vers. iuramento. in mar. vers. q̃. bet sup. re. extra. positula. prala.*

i *Causidicus.* Causidicus generaliter dicitur quicunque causas dicit, siue aduocatus, siue iudex.

*Causidicus. quicunque.*

k *Negocio.* & eodem tempore. diuerso enim tempore potest secundum quosdam: vt. s. de assess. l. nemo. circa prī. quod non placet: vt in ea. l. nemo. in fi. & ff. de iurisdi. om. iudi. l. prætor.

l *Aduocatus.* supplet tamen: vt. j. vt quæ desunt aduo. partium, iudex supple. l. j.

m *Arbitros.* id est iudices. multas enim habet significationes: vt no. ff. de recep. arbi. l. penult.

n *Patronos.* id est aduocatos. Accur.

o *Delectum.* id est differentiam: vt. ff. de ritu nup. l. palā. circa prin.

p *Vtilitas.* videtur q̃ vtilitas exposcit quandoque cōuiciari: quod Ioan. admittit: vt si quis obiiciat aduocato, quòd testes falsos instruxit, vel calumniatus est.

q *Desiderat.* quòd vnus alteri dedecus non dicat.

r *Temperent.* id est abstineant.

s *Procax.* id est superbus.

t *Opinionis.* id est ipso iure erit infamis secundum quosdam. Tu dic quòd eius opinio grauetur apud bonos & graues. Nam quandoque consumitur, quandoque minuitur fama: vt. ff. de var. cog. l. cognitionum.

*Fama. docue. mitur. depe. nosi.*

u *Imminutionem.* q. d. opinio sua denigrabitur.

x *Conniuentia.* id est consensus.

y *Commodanda.* id est accommodanda.

z *Contractum ineat.* Ergo emere vel aliàs contrahere cum clientulo non potest. & est ratio, quia omnia daret propter timorem litis, sicut infirmus propter timorem mortis: vt. ff. de var. cog. l. medicus. Item hoc pendente lite: ante vero & post sic. ff. de var. cog. l. j. §. fi cui. Sed quid si ante non conuenit de salario? Respond. secundum Ioan. & tunc potest conueniri pendente lite, arg. huius literæ, in propriam recepit fidem, &c. & hoc non puto, licet æquitas me multum moueat in cōtrarium. Item intellexit M. inuito cliente: sed eo volente sic: vt ar. d. l. medicus. & in eo. titu. l. diuus.

*Antec. cum cliē. contrahe. non po. Instit. de actio. sanctū. ratus. ōia. dat.*

a *Decebit.* hoc propter honoratos, quos accipere aliquid non licet: vt. j. proxi. §.

b *Habeat.* vnde Cato: Exiguum munus dum dat tibi pauper amicus: Accipito placide: & plene laudare memento.

c *Obtulerit.* puta vnum par caponum.

d *Ex industria.* id est sagacitate & malitia.

e *Protrahat iurgium.* id est protelet litem: vt. j. de iudi. l. apertissimi. aliàs

BIU Cujas

simi, aliàs grauiter punitur: vt. j. de iudic. l. properandum. §. illa proculdubio.

a *Honoratii*. de quibus dicit supra de offi. ciui. iudi. l. j. & de offi. diuer. iudi. l. ij. & iij. habent enim dignitatem sine administratione.

b *Orare*. i. aduocare.

c *Maluerint*. sed nunquid hoc est verum, si tota die vult dicere? Respondeo, imponit ei iudex modum: vt. ff. de his quæ in test. delen. l. proximè. sed hic videbatur q̃ eis nõ liceret, quia maximè dignitatis sunt.

d *Ad turpe*. nullum enim debent recipere salariũ isti: vt. j. subiicit, nã si lucro, &c.

e *Per eam*. scilicet aduocationem.

f *Quousque*. quod intelligitur in tota causa, nisi fiat iudex in administratione positus: vt. ff. de iurisdi. om. iudi. l. prætor.

g *Standi*. stare, proprium est aduocatorũ: sedere, iudicum: vt hic, & in authen. vt ab illustribus. §. j. colla. v. & supra de offi. ciui. iudi. l. j. & de offic. diuer. iudic. l. fina. Item not. non turbari ordinem officiorum: vt & j. de testa. l. consulta. in fine. &. j. de spor. l. j.

*Aduocatus stare, iudex sedere debet.*

P*Rouidendum.*] CASVS. Si tecum habuero causam, & meliores aduocatos propter potentiam meam habuero: iudex prouidebit vt æqua distributio fiat aduocatorum. si autem aduocatus à iudice monitus patrocinium tibi præstare noluerit, non solum interdicitur sibi forũ, sed & agẽdi copia. & si apparuerit me tibi copiam parem defensionis subtraxisse: videbor litem iniquam fouisse, & auctoritatem iudiciariam elusisse: & ob hoc puniar. Ex hoc text. nõ. primo ibi, nobilissimos, quòd virtus nobilitat hominẽ. Secundo no. ibi, æqua diuisio, æqualitatẽ esse seruandam. & quod dicitur in aduocatis, idem in quibuscunque per iudicem eligendis. Et tria sunt dicta huius. l. secundum ibi, Si quis vero. tertium ibi, Si quis autem.

*Hæc verba sequẽtia punitur in c. cõstitutis. 2. cãsa fin. extra de testib.*

*Diuisio.*

h *Meritum*. id est quòd bene sciunt, & quòd bene studuerunt.

i *Nobilissimos*. id est discretissimos iudices. potes etiam hic notare, quòd scientia nobilitat si proprie accipis nobilissimos, sicut & vetustas, vt hic subiicit, & supra de episco. & cleri. l. parabolani. vbi dicit quòd qui pro consuetudine, &c. & j. de iudi. l. penult. & ff. de iu. immu. l. semper. Dic ergo secundum. l.

PApud vrbem autem Romanam etiam honoratis [a] qui hoc officium putauerint eligẽdum, eousque liceat orare, [b] quousque maluerint, [c] videlicet vt non ad turpe [d] compendium stipémque deformem hęc arripiatur occasio, sed laudis per eam [e] augmenta quærantur. Nã si lucro pecuniáque capiantur: veluti abiecti atque degeneres inter vilissimos numerabũtur. PQuisquis igitur ex his quos agere permisim⁹, vult esse causidicus: eam solam quam sumet tẽpore agẽdi, sibi sciat esse personã, quousque [f] causidicus est. Nec putet quisquã honori suo aliquid esse detractũ, cùm ipse necessitatẽ elegerit standi, [g] & contempserit ius sedẽdi. PP. X. Kalend. Septẽb. Valentiniano & Valente. AA. Conss.

*In aduocatis concedendis debet seruari æquitas: & qui subtrahit aduocatum, præsumitur habere malam causam. h. d.*

VII. Iidem, & GRATIA AVS. AAA. ad Olybriũ prefectũ vrbi.

PRouidendũ est, ne hi quos in foro aut meritum [h] nobilissimos [i] fecerit, aut vetustas, in vna parte cõsistant: aliã à rudibus [k] atq; tyronib⁹ necesse sit sustineri. atque ideo si in vno auditorio [l] duo tãtum præ cæteris fuerint, vel plures, quorum fama sit hilarior: in iudicãtis officio sit, vt par causidicorum distributio fiat, & exæquetur partibus auxilium singulorum, & æqua diuisio procedat. PSi quis verò monitus à iudice, ea excusatione quæ [m] nequeat cõprobari, cuicunque [n] parti patrocinium denegauerit, careat foro: [o] sciat etiam nunquam [p] sibi ad agendum copiam posse restitui. PSi quis autem ex litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse cum pluribus, [q] & aduersario suo tali fraude subtraxisse paris [r] defensionis copiam: ostendet proculdubio iniquã à se litem foueri, [s] & auctoritatem iudiciariam à se delusam experietur. Dat. Kal. Mart. Treueris, Valentiniano & Valente. AA. vtrisque. III. Conss.

*Nullus potest esse aduocatus, qui non sit Christianus: aliàs tam ipse, quàm eum recipientes puniuntur pœna hic statuta. Saly.*

VIII. Impp. LEO & ANTHEMIVS. AA. Nicostrato pref. prẽt.

NEmo [t] vel in foro magnitudinis tuæ, [u] vel in prouinciali iudicio, vel apud quẽquam iudicem accedat ad togatorum consortium, nisi sacrosanctis catholicæ religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem aliquid quoquo modo, vel quadam machinatione factum, vel attentatum fuerit: officium quidem sublimitatis tuæ [x] centum librarum auri iacturam pro cõdemnatione sustineat. idem verò quicunque ausus fuerit contra prouidum nostræ serenitatis decretum officium aduocationis per surreptionem arripere, & prohibitum patrocinium præstiterit: ab aduocationis officio remotus, stylum [y] proscriptionis atque perpetui exilij specialiter sustinebit: scituris etiã prouinciarum rectoribus, quòd is sub cuius administratione aliquid huiusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proscriptionẽ, & pœnam exilij per quinquennium sustinebit. Dat. Prid. Kalend. April. Constantp. Anthemio. A. II. Cos.

## TITVLVS VII.

## DE ADVOCATIS diuersorum iudiciorum.

*Prævaricatio aduocati probata facit aduocatum puniri, & iterũ de causa quæri: non probata facit accusantem puniri, & sententiæ stari. h. d. Baldus. Vel sic: Ex prævaricatione sua punitur aduocatus: & sententia lata rescinditur. Si prævaricatio non probatur: allegans punitur, & sententia manet rata. h. d.*

SI. Imp. ANTONINVS. A. Doloni.

SI patronum causæ prẽuaricatũ [z] putas, ciariam à se delusam experietur. Dat. Kal. Mart. Treueris, Valentiniano & Valente. AA. vtrisque. III. Conss.

*Nullus potest esse aduocatus, qui non sit Christianus: aliàs tam ipse, quàm eum recipientes puniuntur pœna hic statuta. Saly.*

VIII. Impp. LEO & ANTHEMIVS. AA. Nicostrato pref. prẽt.

NEmo [t] vel in foro magnitudinis tuæ, [u] vel in prouinciali iudicio, vel apud quẽquam iudicem accedat ad togatorum consortium, nisi sacrosanctis catholicæ religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem aliquid quoquo modo, vel quadam machinatione factum, vel attentatum fuerit: officium quidem sublimitatis tuæ [x] centum librarum auri iacturam pro cõdemnatione sustineat. idem verò quicunque ausus fuerit contra prouidum nostræ serenitatis decretum officium aduocationis per surreptionem arripere, & prohibitum patrocinium præstiterit: ab aduocationis officio remotus, stylum [y] proscriptionis atque perpetui exilij specialiter sustinebit: scituris etiã prouinciarum rectoribus, quòd is sub cuius administratione aliquid huiusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proscriptionẽ, & pœnam exilij per quinquennium sustinebit. Dat. Prid. Kalend. April. Constantp. Anthemio. A. II. Cos.

## TITVLVS VII.

## DE ADVOCATIS diuersorum iudiciorum.

*Prævaricatio aduocati probata facit aduocatum puniri, & iterũ de causa quæri: non probata facit accusantem puniri, & sententiæ stari. h. d. Baldus. Vel sic: Ex prævaricatione sua punitur aduocatus: & sententia lata rescinditur. Si prævaricatio non probatur: allegans punitur, & sententia manet rata. h. d.*

SI. Imp. ANTONINVS. A. Doloni.

SI patronum causæ prẽuaricatũ [z] putas,

istam fiebat par distributio aduocatorum: quia salaria percipiebant de publico. hodie contra seruatur. ADDITIO. Dic quòd licet hodie aduocati non percipiant salaria ex publico, tamen salaria quæ percipiunt à clientulis, succedunt loco salariorum publicorum. arg. l. fori, infra titu. j. ideo est hodie idem quod olim quãtum ad casum huius legis. Itẽ quia eadẽ est ratio hodie, quę olim: ergo &c. Ita vult Bar. hic.

k *A rudibus*. i. nouis aduocatis qui non bene sciunt.

l *In auditorio*. id est curia.

m *Quæ*. s. excusatio.

n *Cuicunque*. scilicet siue reo cũ adiuuabat actorem: siue actori, cũ adiuuabat reum.

o *Foro*. ipso iurẽ.

p *Nunquam*. id est nullo tempore, & nullo loco. si autẽ iustam habet causam, excusatur: vt. j. de excu. tuto. l. humanitatis.

q *Plurimis*. scilicet aduocatis.

r *Parũ*. id est aduocati, qui sit par aduocato quem habet iste qui est de bonis aduocatis de terra.

s *Foueri*. præsumitur enim contra eum: sed ex tali præsumptione non damnatur.

NEmo.] CASVS. Nullus nisi catholicus admittatur aduocatus: alioquin officialis præfecti prætorio in centum libris auri puniatur. Aduocatus si patrocinium vetitum alicui fuerit impertitus, in perpetuum relegabitur. defensor autẽ ciuitatis, qui hoc passus fuerit, in dimidia parte bonorũ multabitur, & per quinquennium relegabitur. Ex text. ibi, sin autem. nota quòd ille qui admittit non admittendum ad officiũ, debet puniri, secundũ Baldum. Cætera plana sunt vsque ad tit. de aduoca. fisci.

t *Nemo*. loquitur prefecto prætorio.

u *Magnitudinis tuæ*. ô præfecte prætorio.

x *Sublimitatis tuæ*. ô præfecte prætorio.

y *Stylum*. i. sententiam damnationis bonorũ: vt subiicit. & est de verbo ad verbum hæc lex supra de epi. aud. l. nemo.

*DE ADVOCATIS DIVERSORVM IVDICIORVM.*

*Dixit. s. de postulando: nunc de personis postulantibus.*

*Si patronum. Prævaricatum.* id est ex altera parte animo, & ex altera parte corpore consistentẽ: vt. ff. de præuari. l. j. &. ff. de his qui not. infa. l. athletas. §. penult. &. ff. ad Turpil. l. j. in princ. Item si renunciet consilia suæ partis: vt. ff. de re mili. l. omne.

*Prævaricator quis dicatur.*

BIU Cujas

omne.§.exploratores. Præuaricationis delictum dicitur duobus modis,scilicet publicum,cum quis accusat aliquem.aliud priuatum moribus inductũ:vt in aduocato:vt.ff.de præuari.l.j.&.iij.

a *Impleueris*. id est præuaricatum probaueris in publico vel priuato iudicio.

b *Commisi*. id est peccati. fiet enim infamis: vt.ff.de his qui not.infa.l. athletas.§. penul. & extraordinarie punietur:vt.ff. de præuari.l.j.in fine.&.l.ij.

c *Denuo*.i.iterum.

d *Quæretur*.apud eundem iudicem: vt .ff. de mino.l.in causæ.ij.§.fi. &.j. quo. & quan. l. si præses. & ipso iure nõ valente sententia prima:vt hic.& sic est cõtra.ff.de mino.l.minor. ij.§.j. vbi dicit dari restitutionem. Sol. quidam dicunt & hic dari restitutionem,non autem ipso iure, vt ibi.& argu. ff. de re iudica.l. diuus.&.j. si ex fal. instru. per totum titu.[a] Alij dicunt quòd hic allegauit pro aduersa parte, ibi non: licet pro sua parte dicenda non dixerit, vel dixit non dicenda. Tu distingue, vt si est pecunia corruptus, tunc ipso iure:vt hic,&.j.de pœna iudi. l. constitit. Si nõ pecunia,sed precibus,tunc per restitutionem: vt ibi. &.ff. ad Trebellia. l. seruo inuito. §. cum prætor. si tamen & calliditas aduersarij interuenit: vt ff.de iudi.l. si prætor.§. Marcellus. Sed opponitur ad hoc,quòd detur de dolo: vt.ff.de dolo. l. & eleganter .§. si dolo malo procurator. sed illud intellige ad cętera dãna & expẽsas,nõ ad id qđ in principali petitione continetur.

e *Quòd si nõ docueris*. id est non probaueris. & est arg.pro Io.quòd eo ipso quòd quis non probat, calumniari videtur,[b] & de calumnia est puniendus:vt in authen. de sanctiss. episc. §. si quis autem electũ. & .ff. de testib. l. iij. §. idem diuus. Sed argu. contra .ff. ad Turpil.l. j.§.j. & .l. mulier. &.j. de calũ.l.qui non probasse.&.l.ij.&.ad.l.Iul: de adult. l. quanuis. ij. sed illa in specialibus casibus. *ADDITIO*. Vide pulchram glos.quæ est in verbo,ex vtraque.in.l.athletas.§. calumniator.ff.de his qui not.infa.

f *Notaberis*.quia patieris eandem pœnam,quam aduocatus passus esset,si probasses eum præuaricatum.

g *Vi necessario*.id est ex necessitate, veluti magistratus, qui stant ad fiscum cuiuscunque municipij.

h *Patriæ*.genitiui casus:& regitur à dictione municipio.

*a Hæc prima solutio cõmuniter tenetur: vt testatur hic Bart. Ad hoc autẽ vt sententia sit ipso iure nulla ꝓpter corruptionẽ ad uocati: tria requirũtur. primũ quòd dolus aduersarii corrũpẽtis intercesserit.secũdũ,quòd ad uocatus falsas allegationes corruptus fecerit. tertiũ, quòd sententia fuerit lata contra absentẽ. ita loquitur §. Marcellus. ante fi. huius gl.allegatus.*

*† aliàs,deest,eis.*

*b Concor.c. qui nõ probat.2.q.4.*

& impleueris [a] accusationem: non deerit aduersus eum pro temeritate commissi [b] sententia: atque ita de principali causa denuo [c] quæretur. [d] Quòd si non docueris [e] præuaricatum: & calumnia notaberis, [f] & rebus iudicatis à quibus non est prouocatum, stabitur. PP. III. Kalend. Octobr. Antonino.A.IIII.& Albino Conss.

*Aduocatus qui in terra sua ad magistratum assumitur, extra eam non potest vagari, & in ea potest officium aduocationis exercere, præterquam contra rempublicam.Baldus.*

II. Imppp. VALENS, GRATIANVS & VALENTIN. AAA.ad Antonium prefectũ prẽt.

QVi necessariò [g] patriæ [h] suę debent municipio functiones, [i] eos decurionibus aggregatos [k] nolumus euagari: [l] permittentes vt in negotiis, causidicorum fungantur officiis, [m] & in ciuitatibus propriis subeant munera [n] curialium:ita tamen, vt non contra rempublicã ciuitatis in qua honorem hunc consecuti sunt, eis † adesse permittatur. [o] Dat. XV.Kalend.Septemb.Rauennæ,Valente.VI.& Valentiniano.II.AA.Conss.

*Aduocati non possunt esse collectores collectarum, neque volentes, neque nolentes.hoc dicit secundum Bart.*

III. Impp. ARCAD.& HONOR.AA.ad Africanũ præf.prẽt.

NE quis ex corpore togatorum, minimè curialibus nexibus illigatus, [p] prouinciales suscipiat functiones:scilicet vt ambientibus [q] claudatur ingressus, [r] & inuitis necessitas auferatur.Dat.III.Noñ.Augu. Constantinop. Arcadio. IIII. & Honorio.III.AA.Conss.

*Quod aduocati quærunt ex aduocatione,vel eius occasione:quasi castrense peculium reputatur.Baldus.*

IIII. Impp. HONORIVS & THEOD.AA.Eustathio prẽfect.præt.

FOri tui culminis & vniuersorum iudiciorum aduocati, [s] quicquid ex huiusmodi professione,vel ipsius occasione quæsierint, id post patris obitum præcipuum, veluti peculium castrense, [t] ad exemplum militum, proprio dominio valeant vindicare. [u] Dat. X.Kalen. April. Constãtinop. Honorio XIII.& Theodosio X.AA.Conss.

*Priuilegia quibusdam concessa possunt ad alios per principem siue superiorem generalibus verbis transferri.Bald.*

V. Impp. THEOD.& VALENTINIAN.AA. Cyro præf. vr.

QVicquid animi largitate, & munificentia principali præstitimus togatis per Orientem eminentissimæ præfecturæ reuerentia studiorum:id sibi præsenti sanctione præstitum esse cognoscant patroni causarum illustris vrbicariæ [x] præfecturæ. Dat. VII. Kalend.Ianua. Constantinop. Theodosio XII.& Valẽtiniano II.AA.Conss.

*Aduocatis nullum munus personale debet iniungi, nisi necessitas consulendi, arbitrandi,& iudicandi.Baldus.*

VI. Iidem. AA.ad Florentium præfect. præt.

SAncimus, vt aduocatis qui apud tuam magnificentiam causas acturi sunt, à nullo iudice, nec ab ipsa eminentissima præfectura solicitudo vlla penitus iniungatur: sed nec aduocatis prouinciarum vel spectabilium iudicum quisquam existimet aliquid iniungendũ. [y] Nulla igitur togatis inspectio, [y] nulla peræquatio [z] ingeratur,nulla operis instructio, [a] nulla discussio, [b] nullum ratiocinium [c] imponatur, nullum denique aliud eis mandetur, præter arbitrium [d] in eodem† dũtaxat loco vbi aduocationis exercẽt officium: quinquaginta librarum auri pœna officio feriendo quod † legis istius re-

i *Functiones*.i.qui fungũtur aliquo munere prẽstãdo suę patrię.

k *Aggregatos*.id est electos vel associatos.

l *Euagari*.i. ad diuersa officia assumi. Accur. Vel dic,ad militiam vel solicitudinem aliquam: vt.j. de decur.l. curiales vltra. &.l.quidam.&.l.qui derelicta.lib.x.

m *Officiis*. hæc duo permittit.

n *Munera*.id est munera quæ imponũtur decurionibus.

o *Permittatur*. nisi in casibus:vt.ff. de postu. l. penult. & vlti. quæ sunt contra.

p *NE quis illigat*. secus si curialis esset:quia tunc cuncta munera ciuitatis p eum complentur: vt.j. de decur.l.curiales omnium.lib.x.

q *Vt ambientibus*. nec ergo volẽs admittitur. Sed contra.§.de pactis. l.si quis in conscribendo.Solu.hoc ideo,quia fieret iniuria toti suo ordini.Accursius.

r *Ingressus*. contra .j. eod.l.petitionem.in fine.Solu.vt ibi.

s *Fori*. Aduocati. vel adsessores:vt §.de adsess.l.velut.

t *Castrense*. hoc forte nõ erit hodie,cum aduocati non habeant salarium de publico: nisi sit aduocatus pauperũ: sed in iudicibus communitatis Bononiæ potest habere locũ: quia ipsi percipiunt de publico : & sic erit quasi castrense. secus si aliunde forte, & à clientulis.Sed certe cum istud sit subrogatũ loco publici salarij, videtur idem quòd olim, ꝙ sit quasi castrense. argu.§. de adsesso.l. velut. vbi non percipit ex publico:vt.j. eod.l. cum aduocatio. ad fi. & facit §. de episco. & cleri. l. sacrosancta.

u *Vindicare*. idem in filentiariis:vt.j. de filẽ. l.fi.lib.xij.& facit.j.fami.ercisc.l.si filius.& de inof.testa.l.fi.

*Vicquid*. Hæc nõ legitur.

x *Vrbicariæ*.id est aduocati præfecti vrbis.

y *Sancimus vt aduocatis*. *Inspectio*. vt inspiciant qualiter opera publica fiant.

z *Peræquatio*. vt exæquent hoies in collecta sẽcũdũ facultates suas.

a *Instructio*.vt instruant rusticos ad opera.

b *Discussio*.vt discutiant quãta pecunia sit necessaria.Azo. Sed contra.j.de discus.l.fina.lib.x. sed hic de aduocatis spectabilium iudicum, ibi clarissimorum.vel ibi in subsidium: quia alius non inueniebatur idoneus.

c *Ratiocinium*.vt computent cum his qui administrant.

d *Arbitrium*. scilicet iudicandi, vt delegationem: quod mandatur

† *Cxx*

*superuacua remittere.*

*in.c.pastoralis.de*

*fi.delega.*

*extra.*

† *aliàs ſ.*

datur inuito: vt hic,& ff.de mune. & hono. l. fina.§. iudicandi. & de vaca. mu. l. prætor. §. qui autem non habet. secus in arbitrio compromissorio: vt .ff. de arbi.l.iij.§.j.

a *Isdem priuilegiis. Togam.* id est togatos.

b *Toga.* id est togatus.

c *Vm aduocatio.* vt j.eod.l.iubemus.

d *Minuendo.* vt.j. titu.j.l.iubemus.

e *A cohortis.* hæc cohors erat vilium officialium. inde cohortalis.

f *Consortio.* quia consors eorum nō erit:aduocatus tamen erit, & comes consistorij.

g *Decernimus.* sic &.s. eod.l.fori.

h *Si quis de togatis. Abstractus est.* No. post depositum honorem iterum posse fieri aduocatum. & facit .s. de adsess.l.liceat.

i *Binos.* Non legitur in scholis. Sed pone casum: quia olim ex curia præfecti prætorio eligebatur vnus ad præstandum pro fisco patrocinium. hodie duo eligūtur. dicit Imperator illos duos habere idem priuilegium,quod olim habebat ille vnus.

k *Ambiendos.* id est fulciendos honore.

l *Nemini. Adsidendi.* scilicet simulando quòd sit adsessor,cum non sit,sed aduocatus.

m *Consilium.* clientulorum.Accur.

n *Cohortalibus.* hi erāt vilis conditionis.s.eō. l.cum aduocatio.& facit.j.eod.l.iubemus.§. post lapsum.

o *Iurisperitos.* Nota de scrutinio.

p *Eorū.* aduocatorū.

q *Posthac.* id est post hanc legem.Accursius.

r *Cæteris.* no. vt &.j. ti.j.l.iubemus .§. & filios.&.j.eod.l.petitionem.§.cæteros.

s *Sancimus.* non legitur.

t *Quotannis.* id est singulis annis.

u *Consortio.* erāt enim plures.

x *Petitionē.* Nec ista legitur. Et nota quòd hæc lex loquitur in aduocatis Alexandriæ, sed superior lex, nemini. in aduocatis præfecti prætorio.

gulas temerare tentauerit. Dat. VIII.Kal.Mart. Constātinop. Theodosio.A.XVII. & Festo Conss.

*Concordat cum.l.quicquid.s.eod.Bald.*

VII. Iidem. A A. Thalassio præfec. præt.per Illyricum.

HIsdem priuilegiis,hisdémque immunitatibus potiri togam [a] illustrissimę per Illyricum præfecturæ, quibus fruitur toga [b] per Orientem prętorianæ sedis excelsæ, decernimus.Dat.VII.Id.Septemb.Cō stātinop.Theodosio.A.XVII. & Festo Conss.

*Officium aduocati fisci liberat de conditione curiali. Et quod ex eo officio quæritur:quasi castrense peculium est, nec patribus nec auis acquiritur.Bald.*

VIII. Iidem. A A. Cyro præfecto prętorio.

CVm aduocatio [c] prætoriana centum quinquaginta numero togatis minimè vel minuendo [d] vel augendo concludatur, iubemus eos qui ex his ad fisci patronatū peruenerint, à cohortis [e] vel alterius vilioris conditionis nexibus cum liberis quandoque genitis liberos custodiri: postque tale officium depositum,annumq; cōpletum, aduocatorum consortio [f] abscedere cū comitiua cōsistoriana: omneq; quod togatis fori celsitudinis tuę quolibet casu, quolibet acquiritur titulo, quasi castrēse sibimet vindicare:nec patribus, nec auis paternis earū rerū cōmodum acquirere, legis istius auctoritate decernimus: [ε] his omnibus etiam ad vrbicarię præfecturæ aduocationem trahendis. Dat. III. Kal.Ianuarij. Valentiniano.A. V. & Anatolio Conss.

*Si aduocatus ad vnum officium assumitur, eo finito potest ad aduocationis officiū remeare.Baldus.*

VIIII. Iidem. A A. Apollonio præfecto prætorio.

SI quis de togatis fori celsitudinis tuæ,vel Illyricanę seu vrbicariæ præfecturæ, siue de his qui in prouincialibus iudiciis causarū patrocinium profitentur, electione tuę sedis regendæ prouinciæ munus potestatemq; susceperit: post peractā integrè ac sine vlla opinionis labe administrationē, & ad illud officium vnde abstractus est, [h] & vnde sibi vitæ subsidia cōparabat,remeandi habeat facultatem: nec causas orare denuo quadam prohibeatur inuidia.Dat. XII. Kalend. Septēb. Constātinop.Eudoxio &Dioscoro Conss.

*Quando in officio cui vnus consuevit præesse,plures eliguntur:quilibet illorum illis priuilegiis vtitur, quibus ille solus vtebatur.Baldus.*

X. Impp. VALENTINIAN. & MARTIANVS. AA. Palladio præfec.præt.

BInos [i] qui priores in tui culminis sede inueniuntur ad patronatum fisci singulis quibusque annis accedere,paribus dignitatis & priuilegiorū insignibus ambiēdos [k] esse præcipimus,quibus antehac vtebatur is qui solus fisci creabatur patronus. Dat. XIIII.Kalend.Iul. Constantinopoli, Herculano & Asporatio Conss.

*Sub colore assidendi prohibitus,in consilium non debet assumi. Item nullus in aduocatorū collegium assumatur, nisi prius probatum fuerit eū non esse cohortali conditioni adstrictum,& doctoris iuramento fuerit approbatus:filiis aduocatorum,& his qui sunt vltra numerum,in subrogatione præponendis.Bart.*

XI. Imp. LEO. A. Viuiano præfect.præt.

NEmini licere sancimus aliquē sub adsidendi [l] colore statutis cētūquinquaginta aduocatis, quos sibi eminētissima præfectura in consiliū [m] assumpserit,aggregare. Non aliter verò cōsortio aduocatorū tuæ sedis aliquis societur: nisi prius in examine viri clarissimi rectoris prouincię ex qua oriūdus est,præsentibus cohortalibus [n] gesta cōfiant, quibus aperte pateat cohortali vitæ † ac fortunę eundē minime subiacere.Atq; hæc fieri volumus,si præsens vir clarissimus rector prouinciæ fuerit in eius examine: si vero abfuerit,apud defensorē sui oppidi gesta cōfiant. Iu risperitos [o] etiā eorū [p] doctores iubemus iuratos sub gestorū testificatione depromere, esse eum qui posthac [q] subrogari voluerit,peritia iuris instructū.Filios autē togatorū excellētiæ tuæ, qui vel nunc causas agunt, vel futuris tēporibus actitauerint,cęteris [r] supernumerariis anteferri. Illud insuper decernimus, vt etiā his qui vltra centūquinquaginta aduocatos eminentissimę tuę sedis reperiūtur,liceat & apud virū spectabilē proconsulē,vel præfectū augustalē,vel comitē Orientis,apud viros etiā spectabiles vicarios,& apud rectores prouinciarum negotia perorare. Dat. Kalen.Febr.Cōstātp. Magno & Apollonio Conss.

† *alias, statui.*

*Officium aduocati fisci olim durabat anno:nunc durat biennio.Bald.*

XII. Idem. A. Eusebio præfec.præt.Illyrici.

SAncimus [s] patronum fisci iudicio celsitudinis tuę non iam quotannis, [t] sed biennio pro vetere consuetudine finem officij sui sortiri:saluis eidem consortio [u] priuilegiis omnibus,quæ à retro principibus meruit, manentibus.Dat.X.Kalend.Mart.Constantinopoli,Basilio & Viuiano Conss.

*Nomina eorum qui sunt de collegio,debēt scribi in matricula:& debet scribi tempus in quo recipiuntur in ipsa matricula,quæ probat eos esse de collegio. Et si aduocatus decedit: integrum salarium quod à fisco recepit,ad hæredem transmittitur,scilicet illius anni.Bald.*

XIII. Impp. LEO & ANTHEMIVS. AA. Alexandro duci Aegyptiaci limitis,præfecto vrbi.

PEtitionem [x] virorum disertissimorū aduocatorū Alexandrinæ splēdidissimæ ciuitatis,quā de fori sui matricula & fisci patrono obtulerunt, merito admittētes,hac sanctione decernimus quinquaginta statutos haberi:eorumque nomina pro tempore matriculæ conficiendę inscribi: [y] & eos aduocationis officium in iudicio tam viri spectabilis præfecti Augustalis,quàm viri spectabilis ducis Aegyptiaci limitis petentibus adhibere. cęteros vero vltra memoratum numerum constitutos,apud alios iudices eiusdē Alexandrinæ ciuitatis perorare: filiis [z] scilicet statutorum

y *Inscribi.* in foro Alexandriæ.Accursius.

z *Filiis.* vt.s.eo.nemini.§.filios.Accursius.

BIU Cujas

a *Decorari*.nota quòd excõsul dignitatem habet.Accursius.

b *Ei*. scilicet aduocato fisci: & durante biénio, vsque ad quod tempus durat eius officium:vt.ſ.l. proxi. & ſ. ea.l.§. egredientem. Accursius.

c *Et vxoribus*. & facit.ĵ. titu.j.l. iubemus. §.ad hæc.

d *Defuncti*. aduocati fisci.Accursius.

e *Speraturis*. præter salarium eius anni: vt.ĵ. eod.l. post duos.§. his quoque.quæ est cõtra. Accursius.

f *Inuitis*. ergo ar.à cõtrario sensu sumpto, si velint suscipere functiones, possunt: & sic ar. est contra.ſ. eod.l. ne quis.Solu.ibi durante officio aduocatióis: hic non.Accursius.

g A *Duocati, qui dirimunt*. id est dicunt ea propter quę dirimuntur.nam ipſi non dirimunt:sed iudex.Accursius.

h *Fata*.i.fines.Accur.

i *Lapſa*. vt quia propter omissas aliquas allegationes iuris quis sententiam reportauerat cõtrariam: & postmodũ restauratur per aduocati industriam eius causa.Accur.

k *Fatigata*. vt quia fuit multo tẽpore causa protracta.

l *Aduocatos*.& merito.militãt nanque &c. Accursius.

m *Militant*.sic & quilibet in suo officio: vt ĵ.in quibus cau. mili.l. j.Item & illud, Militat in ſyluis catulus. Acc.

n *Spem*. vt acquirant quod non habẽt. Acc.

o *Vitam*.vt non perdant quod habent.Accursius.

p *Posteros*.ne infamẽtur, vel ne in seruitutẽ deducantur. & facit.ĵ. ti.j.l.laudabile.

q P*ost duos*.Non legitur.Accur.

r *Muniuntur*.vt.ſ.eo. l.binos.Accursius.

ſ *Sexagintaquatuor*. qui erant in præsenti, scilicet foro tui præfecti,qui sunt aliis meliores,qui inter omnes erant centumquinquaginta:vt.ſ.eod.l.nemini.Accursius.

t *Gradum*.scilicet aduocandi.

*Aduocati ſalariũ ad hæredẽ trãſmittitur.*

u *Totius anni*.istud puto priuilegium aduocatorum:vnde aliud dicorum in loco deficientium supernumerariis anteponendis.

¶ Egredientẽ autem post biennium fisci patronum, contemplatione laborum, exconsularis moderatoris prouinciæ dignitate decorari: z licentia facultatéque ei b non deneganda,cum vsus exegerit, tam pro se quàm pro filiis,parentibus & vxoribus, c necnon etiam personis ex transuerso latere vsq; ad quartum gradum constitutis,patrocinium suum adhibere. ¶ Quãdo autem fisci patronum mori cõtigerit,gradu eum sequentem sine vlla dilatione in locum eius subrogari: hæredib⁹ defuncti d nihil exinde sibi cõmodi acquiri posse sperauturis: e cunctis priuilegiis quæ hactenus habuisse noscuntur, necnon his quæ suggestio tuæ magnitudinis cõtinet, etiam in posterum intactis inuiolatísq; seruandis:quatenus huiusmodi delato eis liberalitate nostræ serenitatis honore, possint in otio & tranquillitate reliquum vitæ suæ tempus peragere,nulla eis inuitis f ingerenda solicitudine.

*Aduocati militibus æquiparantur:quia per eos tanquam per milites vita & patrimonia hominum defenduntur. Bal. Vel sic: Aduocati dicũtur militare:& ita sunt necessárii reipublicæ sicut alii milites armorum.Salycetus.*

XIIII. Iidem. A A. Callicrati præfecto prætorio Illyrici.

A Duocati,qui dirimũt g ambigua fata h causarũ, suæq; defensionis viribus in rebus sępe publicis ac priuatis lapsa i erigunt,fatigata k reparant: non minus prouident humano generi,quàm si præliis atq; vulneribus patriam parentésq; saluarẽt.Nec enim solos nostro imperio militare credimus illos, qui gladiis,clypeis, & thoracibus nitũtur,sed etiam aduocatos. l militant m nanque causarum patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, n vitam, o & posteros p defendunt. Dat.V.Kalen. April. Constantinop. Zenone & Martiano Conss.

*Aduocatus transmittit ad hæredem salarium totius anni in quo moritur. h.d. & not.Salycetus.*

XV. Imp. L E O. A. Dioscoro præfecto prętorio.

P Ost duos q fisci patronos, qui ex anterioribus constitutionibus iisdẽ beneficiis muniũtur, r sexagintaquatuor ſ togatos,qui in præsenti sunt,à primo vsq; ad sexagesimumquartũ imperialibus beneficiis perfrui censemus, quibus fisci patroni liberiq; eorum honorati sunt.His quoque illud adiiciẽdũ esse statuimus,vt si quis patroni† fisci adeptus gradũ, t fatalem diem obierit,vniuersa totius anni u solatia ex quo hoc idem officium peragere cœperit, ad hæredes seu successores suos, siue liberi, siue extranei fuerint,transmittẽdi tam ex testamento quàm ab intestato liberam habeat facultatẽ. Dat. B XVII.Kalend.Iuñ.Constantinop.Festo & Martiano Conss.

XVI. L E O iunior & Z E N O, A A. Iustiniano præfecto vrbi.

A D similitudinem x sexagintaquatuor aduocatorũ fori amplissimæ prætorianæ præfecturæ, y quindecim tantum ex foro tuæ magnitudinis, qui in præsenti gradus primos obtinent,post fisci videlicet patronum,eisdem priuilegiis nostræ mansuetudinis beneficio perfruantur, quibus fisci patroni liberiq́ue corũ muniuntur. Dat. C XVII.Kalend.April. Constantinop.Leone iuniore.A.Cos.

XVII. Imp. Z E N O. A. Paulo præfect.præt.per Illyricum.

I Vbemus aduocationem fori tui culminis z centũquinquaginta † (sicut antea cõstitutum fuerat) aduocatis * concludi: eundémque numerum quoties vel professionis fine, a vel morte, vel quocunque fuerit casu imminutus, electione magnificæ tuæ sedis impleri: ita vt in præsenti quidem & hinc vsque ad biennium b ad impletionẽ c † suprà definiti d numeri subrogandi, sine vlla cohortalis aut D cuiuslibet deterioris conditionis quæstione succedant: salua videlicet aduersus eos apparitoribus e siqua f cõpetit actione:quam certum est,postquam fisci patronatum officio impleto exegerint,† euanescere. post lapsum g vero biennium foro tuæ magnificæ potestatis inseri postulantes, h nõ aliter nisi sub gestorum confectione minime eos cohortali conditioni subiacere patefactum fuerit, admittantur. Cuncta sane priuilegia quæ magnificæ per Orientem præfecturæ aduocatis ex diuinis retro principum seu inclytæ recorda-

in fortuito casu cõtingente in persona scriptoris, qui locauit operas suas. & est ad hoc ff.de var. cog. l.j.§. pe. & de offic.adsess.l.diem functo.&.ff.loca.l. sed addes.§.fi. Item dicunt quidam secus esse in legato annuo alicui reli † *Alibi* cto quàm hic dicat in *tranſac.* salario præstãdo alicui aduocato singulis annis:vt.ff. de an. leg.l. si in singulos annos. Sed certe immo idem est in legato:vt.ff. de an. leg. l.in singulos annos.§.illud certe. Nec obstat contra. quod signatur huic legi.ſ. eod.l. petitionem.§.fi.vt ibi dixi. Item facit.ff. de stipu. ser.l.si seruus.ij.§. cum seruus.Accursius.

x *Ad similitudinẽ*. Nec hæc legitur. Et not. q̃ de alio præfecto loquitur hęc lex quàm superior. nã plures erant præfecti.

y *Præfecturæ*. vt.ſ.l. proxi.Accur.

I *Vbemus*.non legitur. Accursius.

z *Culminis*. Ista lex dirigitur præfecto prætorio per Illyricum.

a *Fine*.quia ibi biennio iam steterat.

b *Biennium*.quasi dicat,vltra non duret.

c *Ad impletionẽ*.aliàs ad pleniorem, scilicet numerum.

d *Definiti*. quasi diceret, scilicet quã.ſ. de- † *Al.* finiuimus.Accursius. *quinqua* e *Apparitoribus*. aliàs *ginta.* apparitionibus,scilicet * *alias* primæ curiæ, vnde isti *tui.* erant cohortales.

f *Siqua competit*.quia interim non currit accusationi tempus.

g *Post lapsum*.facit.ſ. c.l.nemini.§.nõ aliter. † *alias* h *Postulantes*.id est pe *plenum* tentes iterum esse aduo *prædi* catos. *mum*

*DE ADVOCA- regis tis diuersorũ iudicum.*

*Superiori titulo dixit de illis aduocatis qui adhuc sunt in officio aduocationis: sed hic loquitur de illis qui iam deposuerunt officium illud:vt patet.ĵ. eodẽ.l.i. & l.iubemus.§.ad hæc.&.§. filios. &.§.vt autem.&.l. petitiones.&.l.laudabile. vn de nullus est superfluus: vt quidam dicunt. Item superior de postulatione cõplexus est tam eos qui pro se quàm eos qui pro aliis postulare possunt. Aut in illis duobus cõplectitur tantum eos qui pro aliis. vel* *Robert. Simon. dem. differ.* † *Exact.*

*titulo*

BIU Cujas

titulo ſuperiori loquitur de illis qui ſcripti erãt in matricula, & ſalaria de publico percipiebant: hic de aliis. Vel aliter.ſ. de illis aduocatis, qui neceſſe habebant poſtulare in certis iudiciis, vel in certis locis, puta in illa ciuitate vel in illa prouincia. hic de illis qui neceſſe habebant poſtulare coram certis iudicibus in quacunque eſſent quincia, ciuitate, vel loco.

* Al. deeſt iſta rubrica et ſic lex Suggeſtionem. que eſt prima, erit ſecuũ.

a *Vbemus.* non legitur.

b *Primatẽ.* erat enim quidam aduocatus qui præerat aliis, & erat ancianus ſupra alios.

c *Et ſolatia.* i. ſalariũ. nam ſolatium eſt eis habere ſalarium. Accur.

d *Conſequi.* facit. j. eodem. l. petitiones. circa princi.

e *Aduocatorum.* qui ſunt ſub primate.

f *Conſortium.* ſic &.ſ. de ſacroſan. ecc. l. non plures.

g *Officiũ.* prædicti primates ſiue anciani qui poterant quieſcere.

h *Pro iugali.* ſic &. j. e. petitiones. §. ad hæc. &.ſ. ti. j. l. petitionem. §. licentia.

i *Eorum.* primatum, ſcilicet poſt depoſitum officium.

k *Metatorum.* id eſt militũ quos recipere non tenentur: vt hic.

l *Si tamen.* hæc vera ſunt ſi tantum vnã domum habẽt. ergo à cõtrario, ſi plures domos habẽt, non habẽt iſtud priuilegium.

m *Modum.* id eſt æquitatem.

n *Notitia.* id eſt petitio eorũ nobis porrecta ſuper hoc. petebãt enim ſe non teneri ad ſportulas, vel teneri ad paruas in cauſis ſuis.

o *Per ſtatuta.* ſcilicet quinquennij: vt in procemio. ff. §. ſed quia ſolitum.

p *Et filios.* & ſic. ſ. titu. j. l. nemini. §. filios.

Doctorum iii in quo ſunt priuilegiati.

q *Sumptibus.* No. arg. quòd filij doctorũ non debẽt aliquid dare pro ſumptibus cum legunt ordinariè vel extraordinariè, vel examinantur, & ꝙ aliis etiã ęque bonis præferantur.

r *Exhibitionis.* in iudicio faciendę. Accur.

ſ *Deductionis.* vt ducantur inuiti ad principem, vel ad alium iudicem: niſi vt ſubiicit.

t *Per ſententiam.* comminatoriam.

A tę recordationis Leonis, vel noſtris ſanctionib⁹ indulta ſũt, tuę quoque glorioſiſimę ſedis cauſidicis abſque vlla diſcretione competere, per hanc in æternũ valituram legẽ ſancimus. Dat. VI. Kalen. Ian. Conſtantinop. Decio & Longino Conss.

*TITVLVS VIII.*

## DE ADVOCATIS DIuerſorum iudicum.*

*Aduocati comitis rerum priuatarum principis & proconſulis Aſiæ, poſt depoſitũ officium clariſſimi efficiuntur. Salycetus.*

I. Imp. ANASTASIVS. A. Euſebio magiſtro officiorum.

B SVggeſtionem viri illuſtris comitis rerum priuatarũ, & proconſulis Aſiæ duximus admittẽdam: per quã noſtræ ſerenitatis auribus intimauit, fori ſui aduocatos communi petitione magnopere poſtulaſſe, vt poſtquam aduocationis depoſuerint officium, dignitate quadã noſtra liberalitate potiantur. ℣ Iubemus itaque poſt depoſitũ (vt dictum eſt) præfatum officium, vnumquẽque eorum qui in pręſenti ſunt vel poſtea matriculis eorũ pro tempore fuerint inſerti, clariſſimi primi ordinis comitis perfrui dignitate: quatenus & tempore quietis fructum præteritorum laborum conſequantur: próque fide atque induſtria erga clientes ſuos comprobata, à priuatæ conditionis hominum multitudine ſegregati, clariſsimis meritò cõnumerẽtur. Dat. II. Kalend. Iañ. Conſtantinop. Anaſtaſio. A. II. Cons.

*Aduocati præfecti in aduocatos fiſci aſſumpti, cohortali conditione liberantur tam ipſi quàm eorum liberi, & eorum patrimonium. Salycetus.*

II. Idem. A. Thomæ præfecto præt. per Illyricum.

D ADuocatos ampliſsimæ tuæ ſedis, qui pro tempore ad fiſci patroni gradum & officium prouehũtur, vnà cũ liberis iam natis, vel poſtea procreãdis, ab omni cohortalis ſeu cuiuſlibet deterioris conditionis vinculo immunes ac liberos cum patrimonio ſuo cõſeruari decernimus, cum cõſtet hoc iampridẽ tam aduocatis ampliſsimæ prętorianæ per Orientem, quàm magnificæ vrbicariæ præfecturæ ſacris conſtitutionibus eſſe indultum: & non dubiũ ſit non tantum eas, ſed etiã ſublimiſsimæ tuæ ſedis germanas eſſe poteſtates. Dat. XII. Kalend. Decẽb. Patricio & Hypatio Cõss.

III. Idem. A. Conſtantino præfecto prætorio.

IVbemus [a] pro tempore primatem [b] aduocatorum fori viri illuſtris comitis Orientis, per biennium fiſci patroni fungi officio, & ſolatia [c] ſibi communi conſenſu deputata per idem biennium conſequi: [d] hoc quoque tranſacto, profeſsionem aduocationis deponere: conſortio videlicet eorundem aduocatorum ad quadraginta tantum viros redigendo, ita vt ſi qui ſuperflui ſunt iam eidem conſortio ſociati, de aduocationis officio minime reiiciantur: nemine alio eis adiiciendo: ne quadraginta virorum numerum, aduocatorum [e] conſortium [f] excedere cõtingat. Ad hęc eos qui (prout ſtatutum eſt) fiſci patroni depoſuerint officiũ [g], poſtea quoque non prohiberi ſingulos tam pro ſe, quàm pro iugali [h] ſua, & ſocero & ſocru, necnon genero & nuru, liberiſque propriis, colonis & ſeruis ad ſe pertinentibus, aduocationis fungi officio: nec ædiculas eorum [i] metatorum [k] onere moleſtari, ſi tamẽ [l] in vna tãtummodo ſuáque domo ſinguli talem prærogatiuam ſibi vindicare maluerint. ℣ Pro ſportulis præterea modum [m] quem notitia [n] nobis porrecta declarat, tam pro his, ꝙ pro colonis & eorum ſeruis cuſtodiri: neminíque præberi licentiam eundem modum circa ſportularum exactionem contra eos excedendi. Nec decætero quenquam antè quàm per ſtatuta [o] tempora legum eruditioni noſcatur inhæſiſſe, ſupradicto conſortio ſociari. Et filios [p] aduocatorum, vel adhuc in tali conſtitutorum officio, vel eorum qui fiſci patronatum depoſuerint, ſuperſtitum vel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi: eiſque gratis & ſine ſumptibus [q] ſociari, ſi & ipſi (prout diſpoſitum eſt) ſolito tempore legum doctrinam meruerint. ℣ Vt autem his qui fiſci patroni officium adepti ſunt, vel fuerint, non tantum ſuperſtitibus, ſed etiam morte præuentis proſpiciatur: tam ad hæredes fiſci patroni, qui ſemel ad talem gradum vocatus ſit, ſolatia eius tranſire, híſque ſeruari: quàm ipſos qui fiſci patronatum iam depoſuerunt, vel poſtea depoſuerint, minime cuiuſlibet actus publici ſolicitudinem nolentes ſubire compelli, nec exhibitionis [r] ſeu deductionis [ſ] onere (niſi ſpeciali auctoritate noſtra) moleſtari: & in prouincia incuſandos per ſententiam [t] viri ſpectabilis comitis Orientis, vtpote competentis iudicis, conueniri atque litigare decernimus. Dat. Kalend. Iulij, Conſtantinopoli, Sabiniano & Theodoro Conss.

*Hæc lex priuilegiat aduocatos fiſci. Salycetus.*

IIII. Idem. A. Euſtathio præfec. præt.

LAudabile [u] vitæque hominum neceſſarium aduocationis officium, maxime principalib⁹ præmiis oportet remunerari. Ideoque iubemus viros clariſsimos fiſci pro tempore patronos fori tuæ celſitudinis ſolẽni die feſtiuitatis Kalendarũ Ianuariarum ipſius tantummodo anni per quem tale peragunt officium, inter ſpectabiles ſacri noſtri cõſiſtorij comites diuina noſtræ ſerenitatis manu puncti cõſequi ſolatia. [x] ℣ Et poſtquã tale depoſuerint officiũ, ſi quidẽ filios ingenuos habeãt, eos clariſsimorũ notariorũ inſeri [y] conſortio,

u *Laudabile.* Non legitur.

x *Solatia.* aliàs ſolatium. Nota de ſtrenis, de quibus ſtrenis habes expreſſe in decre. xxxvij. diſtinct. ca. legant. & xxvj. q. vlti. nõ obſeruetis.

y *Inſeri.* repete, iubemus: quod eſt. ſ. & hoc

BIU Cujas

dico percepturos sine quadam suffragij solutione.

a *Sacras solitas epistolas tribunorum*. id est missas à tribunis. Vel hic expone vt infra eod. restituendæ. §. sacras.

b *Alterutri*. si duo sunt fisci patroni.

c *Affectu*. id est contracto matrimonio per affectum.

d *Allegationibus*. id est probationibus.

e *Eas*. allegationes.

f *Commendari*. i. allegari & probari.

g *Absentibus*. Not. testes posse recipi absente altera parte ante litem contestatam ad publicationem faciendam: vt in authen. de testi. §. & hoc vero. colla. vij.

h *Petitiones*. Et hęc non legitur.

i *Iubemus*. ab isto verbo in antea vsque in finem est hæc lex de verbo ad verbũ. ſ. eo. l. iubemus.

k *Ad triginta*. contra. ſ. eo. l. iubemus. nã ibi. xl. hic. xxx. sed ibi in alio foro q̃ hic.

l *Modum*. id est quantitatem.

m *Porrecta*. id est, petitio eorum nobis porrecta super hoc. petebant enim se nõ teneri ad sportulas, vel teneri ad paruas in causis suis.

n *Restituendæ*. Hęc est intentio huius. l. quia olim. lx. libræ dabantur patronis fisci: sed Zeno abstulit eas patronis fisci, & deputauit pedaneis iudicibus, & quibusdam aliis qui arbitrabantur & æstimabant vires fideiussorum datorũ p rebus pupillorum. & postea Zeno esse æquũ credidit, si eis qui estimabant res fideiussorum, auferrentur pro parte: non tamen in totum abstulit: sed iustinianus omnib⁹ aufert, & prioribus restituit.

*Aduocati fisci quæ salaria olim habebant.*

o *Luminibus*. i. aduocatis fisci.

p *Arbitris*. id est pedaneis iudicibus.

q *Principis*. eiusdem Zenonis.

r *Vtrunque*. aduocatorum fisci. erant enim duo: vt. ſ. tit. j. l. binos.

s *Pro voto*. id est, si aliquod beneficium vel priuilegium concederitur alicui potestati, puta rectori prouinciæ consortio, tribunorum sacras solitas epistolas [a] sine quadam suffragij solutione percepturos. Et si quis per sententiam sublimitatis tuę monitus, super agnito debito vel agnita causa, quæ ingeritur ei, confessionem exponere paratus sit: eam non arbitro delegato, sed tunc temporis fisci patronis, vel alterutri [b] eorum, si alter adesse nõ possit, pro more tamen solito sub actorum testificatione intimari. ¶ Quotiesque de nuptiis quis sine dotalibus instrumentis mutuo cum contrahendi matrimonium animo celebratis, super affectu [c] suo liberis ex huiusmodi coniugio iam extantibus, vel necdum procreatis, legitimis allegationibus [d] vti maluerit, eas [e] apud eosdem pro tempore fisci patronos, vel alterutrum eorum (vt dictum est) gestis interuenientibus commendari, [f] ita videlicet, vt iuri cognitæ allegationes absentibus [g] personis, si quæ competunt, seruentur intactæ. ¶ His insuper quicunque apud viros glorioſos pro tempore consules mancipia sua libertate donare voluerint, antelatos fisci patronos ad easdem libertates peragendas propriam aduocationis vocem accommodare. ¶ Aliis nihilo minus priuilegiis, quæ iam pridem memoratis vel fisci patronis, vel adhuc aduocationis pro tempore peragentibus officium togatis, diuersis modis indulta sunt, ex hac etiam sanctione nostra in sua stabilitate duraturis. Dat. XII. Kalend. Decemb. Constantinop. Ariouinio & Messala Conss.

*Nota quòd nullus potest assumi in aduocationis officium, nisi tempore statuto studuerit. quod tempus est quinque annorum. Bald.*

v. Idem A. Sergio.

PEtitiones [h] virorum diserti ſimorum fori præsidalis secundæ Syriæ prouinciæ aduocatorum cum competenti moderatione censuimus admittendas: & iubemus [i] pro tempore primatem eorum per biennium fisci patroni fungi officio, & solatia sibi communi consensu hoc in vsu deputata, per idem biennium consequi: hoc quoque transacto professionem aduocationis deponere, consortio videlicet eorundem aduocatorum ad triginta [k] tantummodo viros redigendo: ita, vt si qui superflui sunt iam eidem consortio sociati, de aduocationis officio minime reiiciantur: nemine alio eis adiiciendo, ne triginta virorum numerum aduocatorum excedere consortium contingat. ¶ Ad hæc, eos qui (prout statutum est) fisci patroni deposuerint officium, postea quoque non prohiberi singulos tam pro se, quàm pro iugali sua, & socero & socru, necnon genero & nuru, liberisque propriis, colonis & seruis ad se pertinentibus aduocationis fungi officio: nec ædiculas eorum, metatorum onere molestari: si tamen in vna tantummodo suáque domo singuli talem prærogatiuã sibi vindicare maluerint. ¶ Pro sportulis prẽterea modum [l] quem notitia nobis porrecta [m] declarat, tam pro his quàm pro colonis & eorum seruis custodiri: neminique prẽberi licẽtiam eundem modum circa sportularum exactionem cõtra eos excedendi. Nec decætero quenquam antequam per statuta tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse, supradicto consortio sociari. Et filios aduocatorum, vel adhuc in tali constitutorum officio, vel eorum qui fisci patronatum deposuerint, superstitum vel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi: eíque gratis & sine sumptibus sociari, si & ipsi (prout dispositum est) solito tempore legum doctrinam meruerint. ¶ Vt autem his qui fisci patroni officium adepti sunt vel fuerint, non tantum superstitibus, sed etiam morte præuentis prospiciatur: tam ad hæredes fisci patroni, qui semel ad talem gradum vocatus sit, solatia eius transire, hísque seruari: quàm ipsos qui fisci patronatum iam deposuerunt, vel postea deposuerint, minime cuiuslibet actus publici solicitudinem nolentes subire compelli, nec exhibitionis seu deductionis onere (nisi speciali auctoritate nostra) molestari: & in prouincia incusandos per sententiã viri clarissimi prouinciam in qua degunt moderantis, vtpote competentis iudicis, cõueniri atque litigare decernimns. Dat. Kalend. Decemb. Anatolio & Agapito Conss.

vel similibus: omnibus qui sub eo sunt, videtur esse concessum. & est sic. ff. de cõdi. & demon. l. municipibus.

t *Primatibus*. id est aduocatis fisci, qui præsunt aliis aduocatis cũ eligebantur ex primatibus aduocatorũ: vt. ſ. eo. l. iubemus.

u *Alterus*. erant enim duo aduocati fisci: quorum vnus vel alter faciebat literas approbatorias: vt &. ſ. eo. l. laudabile. §. & postq̃.

x *Illustranda*. scilicet aduocati fisci.

y *Ad hæc altiore*. auget dignitatẽ illustrem superiorum tribunorum & notariorum: vt vni concessa dignitas, prosit alteri amico vel nõ amico, dũmodo de sua prouincia sit.

VI. Imp. IVSTINIANVS. A. Marino. PP.

REstituendæ [n] sunt clarissimis elequentiæ luminibus [o] sexaginta auri libræ, quas sub imperio Zenonis diuæ memoriæ pedaneis deputatas arbitris, [p] necnon fideiussorũ vires æstimantibus, tamen auferendas credidit pro parte posterioris subtilitas principis: [q] vt iam liberalitate nostri numinis, viri clarissimi fisci patroni præfatam auri summã sine fraude annis singulis consequantur, ab amplissima tua sede pari lance in vtrunq; [r] diuidendam. ¶ Nam vniuersis redditur, quod pro voto [s] omnium primatibus [t] indulgetur. ¶ Sacras insuper epistolas, quib⁹ approbãtur viri clarissimi tribuni prætoriani & notarij, non vnius tantũ noſe, sed alterius [u] quoq; vtrius prẽstãdas perspicim⁹, siue suos filios siue alios quosdã duxerint illustrãdos. [x] Ad hæc [y], altiore beneficio codicillos,

quibus

BIU Cujas

quibus illustris honoratur dignitas, cõsequãtur: quos [a] vnius solum nomine eisdem viris facundissimis daturos nos pollicemur, profuturos scilicet alteri [b] eorum altero concedente: seu qui ex prouinciis suis, vel ex amicis voluerint, in prouinciis tamen degentibus. Licentiam eis præterea facimus binos homines singulis annis itidem [c] offerendi, nostram [d] adoraturos purpuram, statutis inferendos præsentialib[9] domesticis, vnũ [e] equitum, alterum scholæ peditum, in vacantem eorum locũ, qui idẽ functi sunt: nullo dum B supererũt, de militia venundãda pacto cum eis interposito, quorum eiusmodi conuentiones intersunt: ita tamẽ, vt iidem viri facũdissimi [f] cum offerendos [g] eosdem crediderint hominesbina solidorum pro singulis milia, nihilq; amplius, nouerint depẽdenda viris magnificis comitibus dicatissimorũ [h] domesticorum, id est equitum quidem pro eo qui inter equites meriturus est: peditum autẽ pro eo qui inter pedites inserẽdus est, solitis videlicet statim stipendiis, [i] necnon cæteris solatiis [k] iisdem tyronibus [l] deputandis sine quolibet alio dispẽdio. aliis etiam priuilegiis potiantur, quæ diuersis tẽporibus consecuti sunt, siue per augustos apices, siue per dispositiones & sentẽtias amplissimę tuæ sedis. nam qui nobis digni iudicati [m] sunt, hi multo magis in anterioribus quoq; sunt adiuuandi. Dat. Kalend. Decemb. Constantinopo. ipso. A. & Eutherico Conss.

VII. Idem. A. Theodoro præfecto prætorio.

PEr hanc legem [n] decernimus, ne antequam in octoginta tantum virorũ numerum fori tui culminis togatorũ collegium deductum fuerit, adspirare quis qualibet arte cõcedatur, aut possit: nisi vel [o] eorum [p] filij, qui triginta priorum obtinent numerum, [q] facundiæ studiis eruditi, gratis [r] videlicet, & sine vllo suffragio, aut fortasse exteri [s] non vltra duos per annos singulos facundia & ipsi conspicui, taxati fuerint: nullo deinceps postquam in octoginta virorum numerum redacti fuerint, superare qualibet rursus ambitione vel astutia quantitatem ausuro. ℣ Interdicenda quoque cunctis licentia præuertendi progressus seriem, quam ipsius temporis ordo suppeditat: & vt in mercatorum [t] contractibus, loca permutandi: & adhuc tyrones iam interesse veteribus. Hoc etiam pronunciandum censemus, ne quis ex his in aliis degat regionibus, relicta obseruatione glorificæ tuę sedis. Nouerint etenim qui post nomen impetratum patroni litium, vltra trium annorum spacium ex sacratissima hac vrbe morandum duxerint: nec nuncupationem togati, nec priuilegia virorum huiusmodi, cõcedenda sibi: vt ne repetitis ex industria [u] prædictæ sedis auctoritatibus protrahãtur, aut multiplicetur peregrinationis [x] excursus. Quorum omnium si quid vel minimum quocunque tempore fuerit violatum: viginti primates eiusdem ordinis, & qui pro tempore solicitudinem ab actis in amplitudinis tuæ gerent officio, adiutores etiam eorum [y] denis singuli libris auri ferientur, quòd aduersus imperialia consulta serenitatis nostræ tendentibus non statim obiecerint [z] intercessionem legis præsentis, aut non restiterint, & omnino non prohibuerint, ne quid tentaretur contrarium: cum nec in administratores sublimissimæ tuæ sedis, si non intente custodierint dispositaalutaria, & vt nõ temerẽtur prospexerint, pœna deerit decem auri librarũ. ℣ Sexcenti autẽ aurei, quibus pro tempore fisci patronis fori tuæ celsitudinis, ad exẽplum priorum temporum, ex arca tui iudicij consulatur: ne post decursum celerẽ aduocationis, & labores glorioſos egeni exeant: nõ (vt sępe contingit) incerto die præstentur, sed cũ ad medium iter peruenerint patrocinij rerũ fiscaliũ, id est kalẽdis Octobribus per annos singulos [a] sine cunctatione [b] soluẽtur. ℣ Quicquid insuper priuilegiorũ retro principũ sacris affatib[9], vel auctoritate tribunalis, [c] cuius interest, [d] huic eidẽ ordini datũ ostenditur, inuiolatũ seruari. ℣ Cũq; lite quisquã eorũ [e] pulsatus fuerit, seu ciuilis causæ certamine, aut criminalis quæstionis obtentu, hic, [f] vel in prouinciis: cũ per cõcessum [g] tẽpus eorũ adesse quenquã euenit, [h] nullas executores sportulas adsequi: nec [i] qui cõtrouersiis mouẽdis inseruiunt, aut excipiẽdo, seu præparãdo, vel officio quolibet alio, quocũq; nomine sumptũ exigẽdũ cẽsemus. Dat. Id. Feb. Cõstãtp. Iustiniano & Opilione Cõss.

VIII. Idem. A. Archelao præfect. præt.

NEmo, [k] excepta Menandri [l] fisci patroni persona, speret decætero permutationum saltibus superiore gradu captato fruiturum [m] se beneficiis quæ [n] patronis ærarij, [o] seu dum officium exhibent [p] causis fiscalibus, aut post impletum agmen [q] impertita monstrantur. [r] Dat. XII. Kalend. Septemb. Iustiniano & Opilione Conss.

VIIII. Imp.

a *Quas*. scilicet codicillos, id est literas quas alicui dirigit imperator de præstando beneficio, vel priuilegio aliquo, puta forte quòd sit illustris.
b *Alteri*. sic. ſ. de diuer. rescrip. l. j.
c *Itidem*. id est de illo loco vnde sunt.
d *Nostram*. homines dico: id est ambasiatores adoraturos nostrã purpuram: id est nos qui sumus vestiti de purpura. Accur.
e *Vnum*. id est vnus horũ ambasiatorum ponetur inter domesticos militum: alter peditũ in locũ defuncti.
f *Facundißimi*. scilicet tribuni & notarij.
g *Offerendos*. id est mittendos.
h *Dicatißimorum*. id est dissertißimorum.
i *Stipendiis*. id est denariis quos habẽt pro expensis.
k *Solatiis*. i. salariis.
l *Tyronibus*. id est ambasiatoribus.
m *Iudicati sunt*. nota hic maiorẽ honorem deberi his qui electi sunt ab imperatore ad aliquam dignitatem, quàm his qui ad eandem dignitatem sunt electi ab aliis. sic &. ff. de al. scri. l. fina.
n PEr hanc legem. Non legitur.
o *Vel*. istud vel, respicit aut, quod est. j. Accursius.
p *Eorum*. scilicet aduocatorum.
q *Numerum*. scilicet in matricula. filij ergo aliorũ quinquaginta, qui sunt postea scripti, non possunt postea ibi tarari siue poni.
r *Gratis*. sic &. ſ. eo. l. iubemus. §. & filios. & l. petitiones. §. & filios.
s *Exteri*. id est extranei.
t *Et vt in mercatorũ*. subaudi, sit interdicẽda licentia.
u *Industria*. id est calliditate aduocati.
x *Peregrinationis*. scilicet aduocati.
y *Eorum*. scilicet primatum.
z *Obiecerint*. sic &. j. de appella. l. quoniam iudices.
a *Per annos singulos*. nam incipiebant anni singuli secũdum antiquos in Kalẽdis Aprilis. & sic est argumentum pro pensione soluenda in medio anni.
b *Sine cunctatione*. id est sine mora.
c *Tribunalis*. i. iudicis.
d *Cuius interest*. id est ad quem spectat dare talia priuilegia.
e *Eorum*. scilicet aduocatorum fisci.
f *Hic*. s. in Roma.
g *Concessum*. scilicet dilationis.
h *Euenit*. quia venit in termino constituto.
i *Nec*, subaudi ab illis, qui &c. & accipe sumptum exigendum, quod est in fi. l.
k NEmo. non legitur.
l *Menandri*. propriũ nomen aduocati fisci.
m *Fruiturum se*. qui fecerunt saltum.
n *Quę*. scilicet beneficia. Accursius.
o *Aerarii*. qui sunt aduocati, & non per saltum.
p *Exhibent*. qui fecerant saltum.
q *Agmen*. i. officium. & facit. ff. de muneri. & ho. l. vt gradatim.
r *Monstrantur*. Nota

BIU Cujas

non habet priuilegium qui per saltum prouehitur. sic & de eo qui fit sacerdos antequam sit diaconus. *ADDITIO.* Vide de hoc extra de cleri. per saltū pro. in. c. vnico. cū ibi not. per glos.

a *De constitutione.* Non legitur.

b *Si.* id est an.

c *Habere.* scilicet illa constitutio.

d *Eorum.* scilicet aduocatorum Illyrici.

e *Commeatu.* i. licentia habita à superiore.

f *Assistere.* id est esse cum eis.

g *Eiusdem.* Illyricanæ. Accursius.

h *DE ADVOCATIS fisci.*

*Quia quædam specialia seruantur in eis, ideo de eis dicit.*

*Vnte.*] *CASVS.* Si pro fisco, non p persona priuata aduocasti, prætextu salarij tibi non soluti aduersus eum in eadem causa consistere prohiberis. Ex ista. l. not. argu. quòd licet non soluatur salariū doctoribus, non tamen possunt interdici facere studium, secundū Bal.

i *Agitasse.* sed nó vsque ad finem.

k *Proponas.* tu aduocate fisci.

l *Placitis.* id est conuentioni, vt ducas ad finem. Vel dic placitis, scilicet principum.

m *Præstare.* in eadem causa. secus in aliis: vt ff. l. proxi. nisi in casibus, vbi etiam in eadē causa: vt. ff. de postu. l. pe. & fi. secus in patrono priuati si salarium non soluatur: vt. ff. de iudi. l. properandum. §. illo proculdubio.

*Potes.*] *CASVS.* Si in vna causa pro fisco aduocasti, an in alia causa pro priuato contra fiscum possis cō sistere, quæritur. & dicitur quòd sic. Viuia.

n *Potes auctoribus.* per l. istam.

o *Declines.* nisi in casibus: vt. §. l. proxi. dixi.

*Fisci.*] *CASVS.* Si pro fisco aduocas: ea quæ sibi necessaria sunt, occultare nó debes, neque nomine fisci contra priuatum calumniū mouere. Viuia.

p *Negotio.* quantum ad fiscum qui nullum ius habet: & facit. ff. de admini. tu. l. quoties. §. nec vtique.

*Rationales.*] *CASVS.* Si causam habeat fiscus cōtra priuatū: corā rationali. i. procuratore Cęsaris Augusti debet agi, & presente patrono fisci: alioquin lata sentētia rescindetur. Viui.

q *Rationales.* id est procuratores Cęsaris: vt. §. de modo multarum. l. ij. qui cognoscunt inter fiscum & priuatum: vt. ff. si aduersus fisc. l. j. & ij. Vel pro eisdem.

r *Suscipiant.* aliter rescinditur sententia: vt. ff. de iur. fisc. l. si fiscus. secus in priuato: vt. §. de postu. l. velamento.

VIIII. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni. PP.

DE constitutione [a] diuinæ recordationis Iustini patris nostri super togatis amplissimæ tuę sedis prolata, Illyricani aduocati postulauerunt à nobis eis clarū fieri, si [b] locum etiā circa eos possit habere, [c] siue cum commeatu, siue sine commeatu iudicio eiusdē sublimitatis tuæ absuerint. [f] Sancimus itaq; talem legē generaliter etiā in persona eorum [d] valere, vt si quis sine commeatu [e] vltra continuum biennium absuerit, vel cum cōmeatu vltra quinquennium, de matricula penitus aboleatur: nulla licentia ei danda gradum suū vindicare, nec iterum viris disertissimis togatis eiusdem sedis adsistere. [f] Perfruantur igitur aduocati eiusdem [g] sublimitatis hac nostra generali sanctione.

*TITVLVS VIIII.*

DE ADVOCATIS fisci. [h]

*Fiscalem causam aduocatus fisci nō debet deserere prætextu salarii nō soluti. Bal.*

I. Imp. ANTONIN. A. Claudio.

CVm te fisci causam agitasse [i] pponas: [k] quātuis te salarium percepisse neges, tamen placitis [l] acquiesce. Eos enim qui causam fisci egissent, prohibitum est aduersus fiscū patrocinium præstare. [m] PP. XIII. Kalend. Ianuar. Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

*Qui in vna causa fisco præstitit patrocinium, in alia potest contra fiscum postulare. hoc dicit. non tamen intelligas in generali aduocato fisci. Baldus.*

II. Impp. VALERIANVS & GALLIEN. AA. Frequentio.

POtes [n] auctorib[o] nobis aduersus fiscum quoq; patrocinium exhibere priuatis: dum eam scilicet causam quā tu cū fisci aduocatus fueras, forte tractasti, suscipere declines. [o] PP. VI. Kalen. Mart. Valeriano. II. & Gallieno. AA. Conss.

*Aduocatus fisci nihil debet omittere: tamen aliquam litem non debet per calumniam mouere. h. d. not. ista lex. Bald.*

III. Imp. CONSTANTINVS A. Aeliano proconsuli Africæ. post alia.

FIsci aduocatus pœnas metuens, caueat ne fiscalia cōmoda occultet, néve vllo negotio [p] existente, fisci nomine priuatis audeat calumnias commouere. Dat. VI. Id. Nouembr. Treu. Constantino. A. IIII. & Licinio Cæsa. IIII. Conss.

*Procurator Cæsaris non debet cognoscere absente aduocato fisci inter fiscum & priuatum: sed aduocato præsente. Bald.*

IIII. Imppp. GRATIANVS VALENTIN. & THEODO. AAA. ad Amianum comitem rerum priuatarum.

RAtionales, [q] priuatę rei causis, vel sacris ærariis præsidentes, examen præsente † fisci aduocato suscipiant. [r] Dat. XIIII. Kal. Ian. Merobaude II. & Saturnino Conss.

*TITVLVS X.*

DE ERRORE ADVOcatorum [s], vel libellos seu preces [t] concipientium. [u]

*Hoc intendit: Illud quod præsente parte aduocatus profert, ipsa pars proferre videtur. Bald.*

I. Imp. ALEXAND. A. Aureliæ.

EA quæ aduocati p̄sentib[o] [x] his quorū causę aguntur, allegāt, perinde [y] habēda sunt, ac si ab ipsis dominis litium proferātur. PP. Kal. Mart. Albino & Maximo Conss.

*Error scribentium libellum, non nocet parti probato errore. Baldus.*

II. Imp. GOR. A. Rogato militi.

ERrores eorū qui desideria, id est preces [z] scribūt, veritati prę iudiciū afferre nō posse, manifestū [a] est. Et ideo si cōdemnationē cuius mentionē libello insertam [b] esse proponis, manifeste probare potes non interceſisse: [c] allegationes tuas

*DE ERRORE ADVOCATORVM.*

*Quoniam aduocati de quibus dictum est, erāt in officiis suis exequēdis: ideo ponit de erroribus eorum, & ea occasione subiicit de erroribus scribentium libellos conuentionales, vel libellos precum. Azo.*

f *De errore aduocatorum.* scilicet noceat vel non.

t *Preces.* principi porrigendas.

u *Cōcipiētiū.* qui similes sunt in hoc aduocatis.

*EA quæ*] *CASVS.* Si in causa mea aduocatus fuisti, & aliqua me præsente & intelligente allegasti, perinde allegata sunt ac si egomet allegassem. & intelligo idem quo ad effectū: quia sicut ego si errasse, renocare possem errorem vsque ad sententiam: eodem modo & tu. Viuianus.

x *Præsentibus.* & intelligentibus.

y *Perinde.* quo ad iuris rationem. sicut ergo suum errorem potest corrigere vsq; ad sententiam, vt. §. de iuris & fac. ignor. l. error. sic & aduocati secundum Io. & H. quidá cōtra: vt. j. eo. l. fi. dices.

*Errores.*] *CASVS.* Habebam causam contra te. dedit iudex contra me interlocutoriam sentētiam, sciēs me grauatum. volo petere restitutionem in integrum: quia forte eram minor. in libello supplicatorio quidam scripsit ita, petit restitutionem, cum sit condemnatus. nec tamen eram condemnatus. an ille error mihi noceat, quæritur. & respon. q non, si probare possim quòd non fui cōdemnatus. Viuia. No. primo ex ista. l. quòd error scribentis libellum supplicatorium vel cōuentionalem non præiudicat veritati, secundum Bald. No. secundo argu. quòd quando quis respondet confitendo positionem, addit tamen, prout in tali instrumento continetur: quòd si in illo instrumento non sic continetur, illa confessio non habetur pro cōfessata, licet dixerit, cōfiteor: qa est positio inefficax. casus est hic secūdum Bal. Vltimo no. negatiuam probari, secundum eundem.

† Olim

z *Preces.* vel principi vt delegeat iudex, vel iudici ordinario datas.

a *Manifestum est.* vt. ff. de offi. præs. illicitas. §. veritas. & de reg. iur. l. si librarius. &. j. de testa. l. errore. Accur.

b *Insertam.* errore scribentis. volebam enim scribi in libello me petere restitutionem à contractu: ille adiecit à sententia, qua dicebam me esse condemnatum: sed non eram condemnatus, vel non in tantum.

c *Interceſisse.* quomodo probatur negatiua: vt. j. de proba. l. actor? Respondeo, eo ipso quòd non probatur contra. secundum quosdam:

BIU Cujas

quosdam: vt.j.qui mili.non pos. super seruis. lib.xij. Vel secundum Pla. probo non interces̄isse, scilicet sicut dicit actor. nam dicebat in quinquaginta, eo quòd in precibus meis sic continebatur: & sic probabo contra per sententiam, quæ dicit in quantum sim condemnatus. & sic secundum Pla. aliter ponitur casus, q̄ dictum est in prima glo. Vel tertio probabo tunc iudicem fuisse alibi, vel mortuum: cum à certo iudice dicas datam sententiam: vt.j.de contrahen. stipu.l.optimam.

a *Disceptaturus*. quis iste? Respondeo, delegatus vel ordinarius sublato errore.

*Sententiis*] *CASVS.* Eras aduocatus in causa mulieris. ea præsente & non contradicente confessus es eam debere. x. triduo elapso lata est sententia contra eam. non appellauit intra. x. dies cū potuit. vult impetrare rescriptum à principe, vt retractetur sententia. an sit audienda, quæritur? & respond. quòd non. nam negotia per sententiam, &c. maxime cum hęc mulier intra triduum errorem aduocati non reuocauit, neque à sententia appellauit, cum appellare potuit. Not. quòd incontinéti dicitur fieri, quod fit intra triduum: & sic si quis incontinéti offert se aliquid probaturum, sufficit si hoc probat intra triduum: vt hic, & j.de iudi.l.fin. Nota vlterius quòd error potest reuocari & corrigi in causa appellationis. & sic habes quòd confessus appellat: quia in causa appellationis potest reuocare errorem, & probare contrarium. hoc probatur aperte. ff. de appel. l. creditor. §. iussus. Bald. hic.

† *Quid sit ex confessis.*

*Facit ad tit. de. bo. me. cum gl. per verbo, quamus.*

*Vera de pœn. prala.*

b *Oportet*. vt &.ſ. vt lite pendēte. l.j.&.j. senten. rescin. non pos. l.j.&.ij.&.ſ. de transa. l. causas. &.j. de iudi. si cum tibi.

*Error aduocati vsque quo possit corrigi.*

c *Triduo*. si contingat quòd duntaxat per tres dies causa durauit post errorē. & sic non obstat. ſ. de iu. & fac. igno. l. error. Alij, vt Pla. dicūt errorē aduocati intra triduum tantū posse corrigi: vt hic, &.j. de iud. l. fi. Prima verior: vt. ſ. eo. l. j. De errore autem iuris constat apud omnes vsq; ad sententiā: vt.j. de iudi. l. iudices.

*VT QVAE DESVNT ADVOCATIS partium, &c.*

*Si errent aduocati, quid iuris sit, audisti. nūc si minus dicāt. ADDITIO vel sic secundum Bal. Dictum est. ſ. qualiter error aduocatorū corrigatur: hic qualiter omissum suppleatur.*

*Index de iu. ſ. supplet, vel de facto.*

d Aduocatis. *de iure profert index, & supplet, vt quia actor dicit, mutuaui decem: vnde de æquitate facias mihi restitui: licet non sim mihi stipulatus. nescit autem dicere debitorem obligatū re. certe hoc profert iudex. vel si dicat obligatū re, non tamen adducat legem. nam tunc index supplet inducendo legem. vel cum actor inducat minus bonam legem, iudex supplet bonam. vel melius potes hic dicere hoc modo: quod iudex hic proferat cū actor dicit factū: vt cum dicit aliquem obligatū sibi aliqua actione, sed nō dicit ius. i. non adducit legē: vel si dicit factū & ius. i. legē sed non bonā: iudex supplet meliorē. de facto autem supplere vel proferre non debet, quod est ei notum vt priuato: sed sic vt iudici, vt per testes.*

*Non dubitandum est.*] *CASVS.* Si aduocatus tuus minus prote allegauit, quàm debuit: vel omisit, quod omittere nō debuit: hoc supplere potest iudex, & proferre: dummodo iuri communi sit consonum. Viuianus.

e *Ab his*. vt aduocatis, vel procuratoribus.

f *Minus*. etiam si nihil dixerint: quia minus dicit, qui nihil dicit: vt. ff. de verb. sig. l. minus.

lædi non oportere, is qui super negotio disceptaturus[a] est, non ignorabit. PP. X. Kal. Iul. Pio & Pontiano Conss.

*Error aduocati potest reuocari vsque ad sententiam, & etiam in causa appellationis. Bald.*

III. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. Vlpiæ.

SEntentiis finita negotia, rescriptis reuocari non oportet.[b] Nec enim quæ constituta sunt, id est vt aduocatorum error litigatoribus non noceat, tibi etiam opitulari possunt: cū te præsente neque causę palam ex continenti, † id est triduo[c] proximo contradixisse, neque post sententiā appellationis remedio (si tibi hæc displicebāt) vsam esse opponas. D. VI. Kal. Septēb. Viminatij. CC. Cons.

*TITVLVS XI.*

VT QVAE DESVNT aduocatis[d] partiū, iudex suppleat.

*Iudex ex officio suo supplere potest in iure, non in facto. Alexand.*

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. ad Honoratū.

NOn dubitandū est† iudicē si quid à litigatoribus, vel ab his[e] qui negotiis adsistūt, minus[f] fuerit dictū: id supplere,[g] & proferre[h] quod sciat legibus & iuri publico[i] conuenire. S. XVI. Kal. Mart. Diocletiano. V. & Maximiano IIII. AA. Conss.

*TITVLVS XII.*

EX QVIBVS† CAVSIS infamia irrogatur.

*Inquisitio pendens non irrogat infamiā inquisito. Bal. Vel sic: Missus in carcerem, vel vinculatus causa maleficii inquirendi, non est infamis. Bart.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Manilio.

INfamiæ[k] detrimētum minime tibi affertur ob id solū, quòd in carcerem coniectus[l] es, vel vincula[m] tibi iussu legitimi iudicis iniecta sunt. PP. sine die & consule.

*Publicanus condemnatus in duplum, quia exegit indebitum, non notatur infamia. Bald.*

II. Iidem. AA. Venerio.

NEque[n] furti, neque vi bonorum raptorum, neq; peculatus[o] damnatus intelligi potest, qui cum plus debito nomine debitorum exegisset, in duplum recipiendo si non potest conuenire aliquo modo actio causę: vt. ff. de offi. adsess. l.j. &. j. vt nemo priuat⁹. l.ij. in fi. aliàs amittat actor causam recipiendo. i. si iudex recipiat talem libellū in quo proponitur actio, quæ non potest cōuenire causæ: vt ff. si mēsor fal. mo. dix. l.j.§. ideo. Itē inducendo casum similē, vel dicendo ad inconueniēs: vt. ff. de leg. iij. Aufidi⁹. aliàs Offidius. in facto autē non, nisi sit ei notum vt iudici: vt dixi. ſ. de trāsac. age. licet Pla cē. contra: vt. ff. de pet. hæredi. l. fi. sed expone eam vt ibi.

*Suppletio de iure quæ fit per iudicem.*

† *aliàs, De causis ex quibus infamia alicui irrogatur.*

i *Publico*. id est cōmuni, & secundū hoc dic legibus, scilicet specialibus vel magistratibus qui tuētur ius publicū in se consistens: vt. ſ. de eden. l. edita. in fi. &. ff. de orig. iur. l.ij.§. post originem.

*EX QVIBVS causis infamia, &c.*

*Quia à postulando de quo dictū est, remouentur infames: ideo de his dicit.*

*INfamiæ.*] *CASVS.* Si iudex te in carcerem vel in vincula ob crimen quod dicit te commisisse, siue iuste, siue iniuste coniecit: an propter hoc sis infamis? & respon. quòd non.

k *Infamiæ*. id est infamia, quæ est detrimentum famæ. sic dicitur creatura salis: id est creatura quæ est sal.

*Infamia detrimētū est famæ.*

l *Coniectus*. iuste, vel iniuste.

m *Vincula*. ob crimen explorandum, nō exploratum, scilicet in pœnam: vt. j. eod. l. nullam. &. ff. de cust. re. l.j.&.ij. Et not. quòd infamia dicitur famæ priuatio seu deminutio. priuatur enim quis quādoque in totum: vt per maximam & mediam capitis deminutionem: & de hac nihil in titulo isto, cum constet q̄ ad nullum ciuile vel publicum officium admittatur is cuius fama est in totum cōsumpta: vt. ff. de pœnis. l. quidam. Fama autem minuitur cum ciuitas & libertas retinetur, sed circa statū pœna plectimur: vt. ff. de var. cog. l. pe. §. consumitur. &. §. minuitur. Fama autem econtra est illæsæ dignitatis status legibus & moribus comprobatus, & in nullo deminutus, &c. Et no. q̄ fama, & opinio, & existimatio, idem significant: vt. ff. de var. & extra. cog. l. pe. §. existimatio. *ADDITIO*. Tu dic melius secundum Bald. hic quòd duplex est fama, scilicet hominis in seipso, & de homine apud alios. Prima fama recte definitur. ſ. in glo. Fama vero secundo modo accepta non definitur per est: sed per dicitur. Est enim fama ista dictum & opinio maioris partis gentium: vt. ff. de quæstio. l. de minore. §. tormenta. & ibi per Bar.

*Infamia quid est.*

*Fama quid est.*

*NEque furti.*] *CASVS.* Publicanus nomine tributorū exegit plus q̄ exigere debuit. actione in factū quæ datur cōtra publicanos, egisti, & in duplū condēnatus est. an propter hoc efficiatur infamis? & resp. q̄ nō, cum neq; fur dicendus est, neq; raptor, neq; in crimē peculat⁹ incidisse: quæ crimina infamāt. Viuian *Neque furti*. quia hic actor à volente demum exegit: licet coactè volēte. & eadem est ratio quare nec vi bonorum raptorum tenetur. vel aliter vt in fi. huius. l. dicam.

o *Peculatus*. quod videbatur. nam & in crimine peculatus damnatur quis in duplum si pecunia erat alicuius ciuitatis, vbi non proprie dicitur peculatus, non autem erat pecunia reipublicæ

*Peculatus vbi proprie dicatur. Publicanus furti non tenetur.*

Romanorum, vbi proprie dicitur peculatus? vt. ff. de fur. l. ob peA cuniam. & ad legem Iul. pec. l. iiij. §. fi.

a *Condemnatus est.* suo officio, quod inhęret actioni in factū in libello propositæ. Et sic no. publicanum non teneri furti: quare est contra. ï. de fur. l. etiam. Sol. vt modo dixi, hic à volēte: ibi ab inuito exegit. vel hic ignorans, ibi sciens: vt &. ff. vi bo. rap. l. ij. §. si publicanus. Tu dic verius quòd hic fuit dānatus in actione in factū de publicanis, quæ est arbitraria, nec infamat: vt hic, &. ff. de publi. l. j. in prin. & . l. hoc edicto. in prin.

plum à præside condemnatus est. [a] PP. V. Id. Ian. Laterano & Rufino Conss.

*Pœna accessoria deminuitur ex parte pœnæ principalis. Et potest iudex causa cognita alterare pœnā delicti. Bald. Vel sic: Vbi iudex ex causa minuit pœnā criminis: videtur sup infamia trāsigere. Ia. But. Vel sic: Si pœna maleficii fuerit per sententiam deminuta, videtur infamia esse remissa. Alexand.*

III. Iidem. A A. ad Metrodorum.

ET si [b] seuerior † sentētia dici debuit, [c] tamē cum proconsul vir clarissimus [d] certis [e] rationibus motus mitiorē sentē tiā dixerit, & ordine decurionū te biēnio abstinere iusserit, trās acto [f] tēpore non esse te in numero infamiū palam est: eo q̄ post bienniū remisisse [g] tibi ꝓhibitionē decurionatus iudex videtur. PP. X. Kalend. Ian. Laterano & Rufino Conss.

*Sententia causa cognita lata in minori pœna vel maiori, intelligitur super infamia dispēsare, vt non duret post tempus sententiæ. hoc dicit textus cū gl. secundū vtrāque lecturam. Bald.*

IIII. Iidem. A A. Venustiano.

SI Posidonium [h] in tempus anni relegatum, [i] sententiam non excesisse [k] proconsulis probaueris: quinque annis exilio temporali damnandum [l] inter infames haberi nō oportet: [m] quoniā [n] sentētiæ [o] seueritas cum cæteris damnis [p] trāsigere [q] videtur. PP. VI. Kal. Mart. Saturnino & Gallo Coss.

*Decuriones non incurrunt infamiam ex genere pœnæ: sed incurrunt eam quæ irrogatur ex genere sententiæ. h. d. secundū Ia. But. & Bal. Vel sic: Licet decuriones et eorum filii non debeant fustibus cædi: tamen iniuriarum damnati sunt infames. h. d.*

V. Iidem. A A. Ambrosio.

*SI paterno.*] CASVS. Si vxoris tuæ filiam, non tuam, quæ priuigna dicitur, aluisti: vel in magistrum suum vt eam doceret aliquid impendisti: an repetere possis, quæritur? & distingue: aut paterno affectu, id est ea affectione qua pater filium suum aleret, vel in eum impenderet, ita eam aluisti, non repetis: si autem animo repetendi sumptus fecisti, illos recuperabis. Viuianus.

t *Si paterno.* lex ista intelligitur in prima parte quando fecit impensas circa personas, in secunda quando circa res.

u *Priuignas.* id est filias vxoris tuæ.

x *Aluisti.* scilicet tu vitricus.

y *His.* scilicet priuignis.

z *Magistris.* vt docerẽt eas suere vel texere, qđ est ꝓpriũ mulierũ.

a *Erogationis.* id est eius expensæ.

† *Imputare alias impẽdere.*

*Mulierum artificia quæ sunt.*

a *Nulla.* vt.ff.eod.l.is qui amicitia.
b *Repetiturus.* quod probare debes, secundum quosdam ex protestatione vel alio modo. [a] Tu dic quòd ipse debet probare te animo donandi fecisse: vt. ff. eod. l. Nesennius. Sed posset etiam distingui, an in eius stabant seruitio, vel non: vt. ff. de dona. inter vir. & vxo. sed si vir. §. fina. Et not. hic quòd cessat hęc actio ex multis causis. Primo propter paternum affectum: vt hic, vel amicitiam paternam: vt. ff. eod. l. is qui. &. l. ex duobus. §. fin. vel causa pietatis: vt supra eod. l. j. & ij. & infra de nup. l. patrem. Vel alimentorum ratione à matre factorum: vt supra eo. l. alimenta. Vel affectionis domesticæ: vt supra eod. l. quod in vxorem. Vel causa obsequij: vt supra eod. l. officio. vel phibitionis factæ à domino: vt infra eod. l. fi. Accur.

*a Puta quia scripsisti in libro tuo rationum: talis tenetur mihi, &c. vt. l. Nesennius. ff. eo.*

† *Aliàs intendenda.*

nulla [a] repetitio est. Quod si vt repeturus [b] ea quæ in sumptum misisti, aliquid erogasti: negociorum gestorum tibi intentanda† est actio. PP. VI. Id. Iul. Gordiano A. & Auiola Conss.

*Vbi non intercessit mandatum: soluenti pro alio datur actio negociorum gestorum. h. d. Salyc. Vel sic: soluens tributa pro alio: etiam si sit frater, per hanc actionem repetere potest. Alexand.*

XVI. Impp. GALLVS & VOLVSIAN. AA. Eutychiano.

SI negocium sororis tuæ gerens, pro ea tributa soluisti, [c] vel mandante ea, vel rogante [d] id fecisti: negociorum gestorum [e] actione, vel mandati, id quod soluisse te constiterit, repetere poteris. PP. XI. Kalend. Maij Gallo & Volusiano Conss.

*Obligatio contracta ratione administrationis, transit ad hæredem: sed ipsum officiũ nõ transit ad hæredẽ: & per hoc nõ transit alienandi potestas. hoc dicit. Bald. Vel sic: Contra hæredes gestoris necessarii competit hæc actio vtilis, in qua venit dolus & lata culpa defuncti, non leuis: licet officium ad ipsos hæredes nõ transeat. Alexãd.*

*SI negocium.* ] *CASVS.* Si pro sorore tua soluisti ea mãdante vel rogante, tibi contraria mãdati actio competit. Viuianus.

c *Soluisti.* sine mandato.

d *Rogante.* ex vna parte. Vel non mandante, vel non rogante alia competit, &c. secundum Girardum.

e *Gestorum.* immo mandati, siue rogatio, siue mandatum interueniat: vt. ff. manda. l. j. & l. si remunerandi. §. j. quæ sunt contra. Solu. Redde hic singula singulis: vt quod dicit hic negociorum gestorum, referatur ad principium legis. quod vero mandati, referatur ad id quod dicit, mandante vel rogante. Alij dicunt quòd hæc rogamina non fuerunt tunc admissa: sed postea gesit: & sic negociorum gestorum datur. Tertij exponunt, rogante, id est admonente: non autem volente se obligare ex eo mandato. sic. ff. eod. l. si serui mei. &. ff. manda. l. idémq;. §. si quis. sed in dubio statur significationi verborũ: vt. ff. de leg. iij. l. non aliter. prima verior est.

*CVratoris.* ] *CASVS.* Curam gessisti alicuius adultæ, decessisti: an hæres tuus de dolo & lata culpa à te commissa nego. gest. actione conueniri possit, quæritur? & respon. quòd sic. Sed an ad hæredem officium administrandi te defuncto pertineat, quæritur? & respond. quòd non. vnde alienandi res adultæ facultatem non habet. Vel sic: Certum est quòd curator nego. gest. actione vtili tenetur: an hæredes eius teneantur sicut defunctus? Respond. quòd sic de dolo & lata culpa. neque officium administrãdi ad eos transit, & ideo nullam &c.

f *Vtili.* id est vtiliter. sic ponitur per totum titulum. ff. de peti. hære. vbi dicitur vtilem dari contra titulo possidentem. nam exponitur, vtilis, id est vtiliter: & specialiter in. l. nec vllam. aliàs. l. etiam si. §. si quis sciens. Nam directo & vtiliter respectu gerentis negocia dicuntur: directa vero & vtilis respectu domini negociorum. & sic in curatorem vel eius hæredem, qui suspicione necessitatis gerit, datur directa vtiliter: in spontaneum gestorem, directa directo: vt. ff. eod. l. iij. §. penult. &. ff. de tut. & rat. distra. l. posthumo. & de act. & oblig. l. ex contractib⁹. &. ŝ. eod. l. curatorem.

*Actiones sunt in multiplici differentia.*

g *Actione.* actionum aliæ directæ: aliæ contrariæ. Primæ domino, secundæ gestori dantur: vt institut. de oblig. quæ ex quasi contractu. §. j. Item aliæ directæ, aliæ vtiles. Primæ dantur ex verbis & mente legis, secundæ ex mente tantum. & secundum hanc secundam diuisionẽ dominus habet directam in duobus casibus primi edicti. Item vtilem in tertio adiecto ab Vlpiano: vt. ff. eod. l. ait prætor. in princ. &. §. sed si quid. Econtra gestor spontaneus habet directam: vt institut. de oblig. quæ ex quasi contract. §. j. At qui ex necessitate, vtilem habet, cum verba edicti deficiant. verba enim edicti quæ sunt. ff. eod. l. iij. in spontaneo gestore dicunt: & sic patet quòd directa & vtilis per nomen ad actorem referuntur: siue dominus, siue gestor agat. Econtra per aduerbium tenetur directo quandoque aliquis: quandoque vtiliter: vt ecce gestor spontaneus directo: qui ex necessitate, vtiliter. Sic enim in rei vindicatione dicitur possidens teneri directo: at qui dolo desiit possidere, vtiliter. Item in petitione hæreditatis possidens pro hærede vel possessore, directo: qui titulo hæreditatem sciens emit, vtiliter: vt. ff. de peti. hæred. l. nec vllam. aliàs. l. etiam si. §. si quis sciens. Econtra dominus tenetur directo, scilicet quando sunt gesta negocia sua vel hæreditaria. Item vtiliter, quando neutrum horum erat: vt. d. §. sed si quid. Et not. ex præmissis ꝙ quandoq; datur directa directo: quandoque vtilis vtiliter: quandoque directa vtiliter: quãdoque vtilis directo. Item & no. ꝙ cõsiderata vtraque diuisione patet aliquando dari domino directã directo: quandoque directam vtiliter. Item econtra gestori contrariam directam, & cõtrariã vtilẽ.

XVII. Impp. DIOCLET. & MAXI. AA. & CC. Claudiæ.

CVratoris etiam successores negociorum gestorum vtili [f] conuentos actione, [g] tam dolum quàm latam culpam [h] prẽstare debere, nec ad eos [i] officium administrationis trãsire: ideoque [k] nullam alienãdi eos res adultæ potestatem habere conuenit. Dat. XIII. Kalend. Ian. Sirmij. AA. Conss.

*Hæc actio est bonæ fidei, siue sponte, siue ex necessitate geratur: ideo veniunt in ea vsuræ ex mora. Alexand. vel alia iusta causa, secundum glossam. Bald. & Salycetus.*

XVIII. Iidem AA. & CC. Pomponio.

OB negocium alienum gestum, [l] sumptuum factorũ vsuras [m] præstari bona fides suasit: quo iure contra eos etiam, quorum te necessitate [n] compulsum [o] negocium gessisse proponis, per iudicium negociorum gestorum vtêris. Dat. VIIII. Kalend. Ian. AA. Conss.

h *Culpam.* à defuncto commissam, non etiam leuem ex persona defuncti, sed sua sic, licet ex suspicione necessitatis gerat: vt. ff. eod. l. iij. §. penult. Item verum est quòd ex persona defuncti non tenetur nisi de dolo & lata culpa, nisi in tribus casibus: vt si lis fuerit cum defuncto contestata, vel ex damno pupilli lucrum captatum: aut gratia præstitum sit: vt infra de hæred. tut. l. j. ij. &. iij. & infra de in litem iuran. l. alio. &. j. de hæred. tut. l. j. secus autem in hærede eius qui sponte gerit. Nam si defunctus leuem, & ipse leuem præstet: vt. ff. eod. l. iij. §. hæc autem actio. At curatorem siue tutorem constat teneri de dolo, & lata culpa, & leui: vt infra eod. l. tutori. & infra arbi. tut. l. quicquid. Sed contra. ff. eod. l. actio. vbi dicitur non esse differentiam inter directam & vtilem: sed ibi vtilis pro solenni ponitur: vt ibi dixi. Accursius.

*Hæres tenetur leuiter.*

i *Ad eos.* scilicet hæredes: vt. ff. de his qui no. infa. l. furti. §. penul. & infra si quis igno. rem mi. l. j.

k *Ideoque.* id est cum officium administrationis ad eos hæredes non transeat: ideoque &c.

*OB negocium.* ] *CASVS.* Si negotia mea bona fide gessisti, & sumptum fecisti, moram autem in sumptibus reddendis feci: an ad vsuras tibi tenear act. neg. gest. quæritur? & respond. ꝙ sic. vel intellige quando pecuniam sub vsuris ob gerenda negocia mea accepisti. idem est in eo qui alienum gerit negocium ex necessitate, puta quia est curator, vel suspicatur se curatorem esse: vt. ff. eo. l. iij. §. vlti.

*Vsuræ quando sunt præstanda.*

l *Gestum.* scilicet sponte.

m *Vsuras.* vt quia accepisti sub vsuris, vel etiam tuam impendisti: & eras solitus fœnerare: vt. ff. de vsur. qui semisses. &. l. & in contraria. & infra manda. l. j. aliàs ex mora, vel ex alia iusta causa veniunt: vt. ff. eo. l. quia tantundem. &. l. at qui. §. fi.

n *Necessitate.* puta quia fuisti curator, vel suspicaberis esse: vt ff. eod. l. iij. §. penulti.

o *Compulsum.* vt curator. Accursius.

*AB vno.* ] *CASVS.* Si cohæres rem mihi & sibi communem meo & suo nomine vendidit, & venditionem ratam habui: an mihi contra eum pro parte precij dabitur neg. gest. act. quæritur? & respon. ꝙ sic, si ratum &c.



BIU Cujas

a *Communi.* si enim non vt communem vendidisset, non posset habendo ratum hanc actionem habere: vt. ff. eo. l. si pupilli. §. item quæritur. in fi. §. & §. sed si ego. in fi. & ff. de precar. l. si seruus. nisi in subsidium: vt infra de rei vin. l. si mater. & infra de rebus alie. non alienan. l. j. & ff. si cer. peta. l. si eum seruum. Sed hæreditatis petitione precium petet: vt. j. fami. ercis. l. in familiæ. Et distingue de hac materia vt dices dicta. l. in familiæ.

*Etiam pro communi negocio gesto habet locum negociorum gestorum actio. h. d. Bald. Vel sic: Habens ratam venditionem pro parte suo nomine factam, agit ad precium actione negociorum gestorum. h. d. Saly. Vel sic: Vendens cõmunẽ rem cũ alio tanquã cõmunem, tenetur socio restituere partem precii per actionem negociorum gestorum. Alexãd.*

XIX. Iidem AA. & CC. Alexandro.

AB vno hærede pro solido re veluti cõmuni[a] venundata, de precio cohæres venditoris negociorum gestorum actione, ratam faciens venditionem, agere potest. Dat. Id. Feb. Sirmij. CC. Coss.

*Officium tutoris & curatoris differt ab officio gestorum: quia illorum officium necessarium est, & necessitate cessante finitur: officium vero gestorũ est voluntarium, & propria voluntate finitur. Item illi actionem intentant: gestor vero non: vterque tamen etiam de leui culpa tenetur. Salycetus, & Alexand.*

XX. Iidem AA. & CC. Octauianæ.

TVtori[b] vel. curatori similis non habetur, [c] qui[d] citra mandatum negocium alienum sponte gerit: quippe superioribus[e] quidem necessitas[f] muneris,[g] administrationis finem huic[h] autem propria voluntas[i] facit.[k] Ac satis abundéque sufficit, si cui vel in paucis amici labore consulatur: secundũ quæ[l] super his quidé quæ nec tutor nec curator constitutus, vltro quis administrauit: cum nõ tantum dolum & latã culpam, sed & leuem[m] præstare necesse habeat: à te[n] conueniri potest: & ea quæ tibi ab eo[o] deberi patuerit,[p] cum vsuris[q] compelletur reddere. De cæteris vero quæ ab aliis tui constituta iuris, detenta exacta non sunt,[r] ab hoc qui nec agendi quidé propter exceptionis[s] obstaculum facultatem habere potuit, exigi non potest:[t] & idcirco aduersus eos quos res tuas[u] tenere dicis, detorquere tuas petitiones debes. Dat. VIII. Kal. Maij. Sirmij. CC. Conss.

b *Tutori.* dominus negociorum volebat gestorem, & de gestis, & de gerendis, & de actionibus non intentatis, ad similitudinem tutorum vel curatorum, qui tenentur de gestis & gerendis, sibi teneri. Et hoc est thema, & imperator respondet.

c *Non habetur.* quantum ad negocia administranda: quod hic timebatur.

d *Qui.* ille subaudi.

e *Superioribus.* scilicet tutori & curatori.

f *Necessitas.* scilicet finita.

g *Muneris.* scilicet publici. nam placuit, &c. vt instit. de excusa. tuto. & curato. in princi. Et quod subiicit necessitas, dic quòd est necessarium in subeundo: quia inuitus datur, & inuito, nisi adulto extra iudicium: vt. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. necnon. & instit. de cura. §. item inuiti. Item est necessarium: quia ex quo est, tenetur omnia gerere. hæc ergo necessitas, scilicet cessans, facit finem, vt quandiu scilicet duret officium: & sic ex necessitate tenetur omnia gerere. Finitur autem tutela siue cura multis modis: vt instit. quibus mo. tut. fi. & de curat. in prin. nisi quandoq;: vt. j. vt eau. post pub. adsit tu. l. j.

*Tutor datur inuitus & inuito.*

h *Huic.* scilicet spontaneo gestori.

i *Propria voluntas.* quam ab initio habuit. Nam si quasi omnia gesturus accesit, de omnibus tenetur: vt. ff. eo. l. Pomponius. ij. & l. sequen. secundum Guil. de Cabriano. Sed Ioan. contra: vt licet accesit quasi omnia gesturus, non tamen teneatur nisi de gestis: non autem de gerendis: vt. ff. eod. l. nam & Seruius. §. si vno. Dic ergo, propria voluntas facit finem, vt quæ vult gerat: & quæ non vult gerere dimittat: licet omnia gesturus accedat. nam sufficit &c. vt hic, & ff. de admi. tuto. l. tutores qui. §. iij. & ff. de procu. l. qui proprio. §. ei qui. &. j. nec vxor. p mari. l. fi. Sed secũdú secũdã expositionẽ est arg. cõtra. ff. cõmodati. l. in cõmodato. §. sicut. Sol. hic in inchoandis: ibi in inchoatis. Vel ibi alius erat gesturus: vt arg. ff. de nego. gest. l. si pupilli. §. fina. vel secundum Guil. hic quasi vnum gesturus accesit, ibi vero vt omnia gereret. Prima verior est: & expone vel, pro saltem. *ADDITIO.* Circa hanc glo. sic distingue secundum Bar. hic. aut quis incepit gerere, & postea illud omisit: & de illo tenetur: vt. d. l. in commodato. §. sicut. aut non incepit, & tunc aut ab initio accesit vt omnia gesturus: & de omnibus tenetur: vt. d. l. Pomponius. ij. & l. sequen. Aut non accesit vt gesturus omnia, sed vt gesturus quædam: & tunc aut alius fuisset gesturus omnia, nisi ipse accessisset: & tenetur de omnibus. d. l. si pupilli. §. videamus. Aut alius non erat gesturus: & tunc non tenetur nisi de his ad quæ geréda accesit: vt hac l. cum similibus.

*Negociorũ gestor an teneatur de gerendis.*

k *Facit.* scilicet finé administrationis.

l *Secundum quæ.* quia tunc nõ tenetur de gerendis, quando vnum gesturus accesit. nam si accesit tãquam omnia gesturus, de gestis & gerendis tenetur: vt hic subiicit, secũdum quæ, &c. secundum G. Vel secũdum Ioan. sic, secundum quæ, scilicet quia de gestis tantum tenetur: etiam si omnia gesturus accesit, super his, &c. Vel secundum H. secũdum quæ. i. secundum prædictã differentiam: quia tutor vel curator omnia sine mandato agere potest: hic vero cætera sine mandato facit: non autem actionem exercet. Conueni ergo eum de his quæ gesit: de his autem quę gerere non potuit sine mandato, non conuenies. Vel aliter patet ex supradictis esse differentiam inter tutorem & curatorem ex vna parte, & spontaneum gestorem ex alia: nunc assignat aliam differentiam inter prædictos, scilicet quòd tutor vel curator intentat actionem nomine pupilli: & si non facit, imputatur sibi. At secus in gestore, vt hic subiicit.

m *Et leuem.* quæ omnia præstat tutor: vt. j. arb. tu. l. quicquid. Item in gestore est hoc regulare. quandoque enim de solo dolo, quandoque etiam de leuissima culpa tenetur: quandoque etiam de fortuito casu: vt dixi. ff. eo. l. iij. §. interdum.

*Gestor de quo tenetur.*

n *A te.* scilicet domino.

o *Ab eo.* scilicet spontaneo gestore.

p *Patuerit.* accedens ergo vt vnum gesturus, à se debet exigere secundum Ir. & colligitur. j. proxi. & ff. eod. l. si pupilli. in fi. & l. diuortio. & l. qui sine. & secundum hoc dicit patuerit, ex antiquo contractu. Et alij exponunt, patuerit deberi: scilicet ex administratione.

*Gestor an teneatur à seipso exigere debita.*

q *Cum vsuris.* quæ in hac actione veniunt ex mora, & ex aliis causis: vt. j. de vsu. l. in bonæ fidei. & ff. eod. l. at qui. §. pe. & l. quia tantundem. & l. qui sine.

r *Sunt.* ab eo qui sponte gesit. Accursius.

s *Exceptionis.* quæ est, si ei mandatum non est: & sic sine actione nemo experitur: vt. ff. eo. l. si pupilli. §. fin. &. ff. de admi. tut. l. quoties. §. item si temporali.

t *Exigi non potest.* nisi erat de coniunctis, qui sine mandato agunt, & poterat facilè satisdare: vt. ff. eodem. l. si autem is fuit. in prin.

u *Res tuas.* quaslibet, etiam debitum: vt. ff. si certum petatur. l. j. in fin.

*SI cognati.*] CASVS. Si seruus tuus negocium gessit, & eum manumisisti: an ob hoc quod gessit, videtur impediri eius manumissio, quæritur? & respondetur quòd non. Videbatur quòd sic: quia erat obligatus. An autem de eo quod gessit in seruitute, liber factus teneatur, quæritur. Et distinguitur: aut est administratio connexa: vt quia in seruitute ædificare inchoauit, & liber factus consummauit. quo casu gestum in seruitute, in iudicium negociorum gestorum actione venit, non vt ex eo teneatur: sed vt separetur id quod actum est in libertate, vt ex postfacto teneatur. Si separata, vt quia quod ædificauit in seruitute, corruit in libertate, & iterum reædificauit: de ante gestis non teneatur. Viuianus.

a *Contendis.* & male, supple. & sic erãt obligati tantũ naturaliter.
b *Non potuit.* contra videbatur: quia obligati erãt serui: vt. j. de ser. pig. da. l. ab eo. sed ibi realiter, hic personaliter.
c *Quin.* pro etiam.
d *Autem.* pro sed.
e *Præcedenti.* quod fecit eo tẽpore quo erat seruus.
f *Non connexa.* quid si connexa? Respõdeo secundum B. & H. venit prima administratio in iudicio, vt separetur, non vt restituatur: & de hoc quod gessit postq̃ liber factus fuit, conuenietur. Alij contra: vt habes. ff. eo. l. eum actum. & l. seq. & l. at qui. in prin. & §. Scæuola. Reliqua tamen de peculio legato retineri possunt: vt. ff. de pecu. leg. l. si peculium. in fi. & de lib. le. Aurelius. §. Sticho.
g *Procul dubio.* vt &. j. an seruus ex suo facto. l. j. &. ff. de regu. iur. l. quod quis. Sed cõtra. j. de peti. hæred. l. fina. Solu. illud speciale: vt ibi dices.

N *Egocium gerẽtes.*] CASVS. An negociorũ gestor de fortuito casu teneat, quæritur? & respon. quòd non: nisi cõuenit vt teneatur: verbi gratia: Cum viderem te velle gerere negocia mea, dixi: si cõtingat te gerere, volo quòd de casu fortuito tenearis. quo casu si consensisti, teneberis. vnde regula est: q̃ gestores de casu fortuito non tenentur, nisi in se suscipiant casum fortuitum. Viuia.
h *Negocium gerentes.* in procuratore poni oportet. aliàs gestor sine mandato qualiter pacto se adstringeret? Vel dic etiã in gestore hoc modo: Cum viderem te velle gerere, dixi, si contingat te gerere: de casu fortuito tenearis. cui pacto consensisti. & sic per eadem verba dico remitti vsuras. ff. eo. l. si pupilli. in fi.
i *Speciali.* pro nobis, vt debeant numerari casus fortuiti, saltem quidam secundum B. vt diximus. ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. quæsitum. & sic est contra M. sed ipse exponit speciali, id est expresso, quod sufficit: licet generaliter exprimatur. & pro eo. j. l. fin. in prin. & ff. de procu. l. procurator totorum. & supra de procu. l. procuratorem. Item no. hic casum vbi gestor de fortuito casu tenetur. Sunt & alij, vt no. ff. eo. l. si negocia.
k *Compelluntur.* vt. j. cõmo. l. j. & de pigno. act. l. quæ fortuitis.

*Casus fortuiti periculum quomodo quis in se suscipiat.*
*Gestor quãdoque de casu fortuito tenetur.*

N *Egociis gestis.*] CASVS. Actio nego. gest. an in rem sit, an in personam, quæritur? & respon. quòd in personam. videbatur tamen contrarium q̃ datur ad rem, & ex re nascitur: puta ex gestione. Viuianus.
l *In rem.* contra videbatur: quia ex re, id est gestione datur. vel quia ad res: quandoque tamen datur in rem: vt. j. de admi. tuto. l. pro officio. vt infra arbi. tu. l. iij. &. ff. quando ex fact. tu. l. ij. &. j. de rei vindi. l. si vt proponis. &. ff. de dona. inter virum & vxo. l. vxor marito.

S *I quis.*] CASVS. Si me nolente & expresse contradicente mea negocia gessisti, & in ea aliquid de tuo impendisti: an aliqua actione id à me repetere possis, quæritur? & respon. quidam quòd ibi directa vel vtilis nego. gest. datur. Alij dicunt q̃ nulla danda est, vt Iulianus iurisconsultus distinguit: aut post denunciationem tibi factam negocia mea gessisti, & nulla tibi actio competit ad repetendum quod impendisti: sicut dixit Iul. aut ante, & dabitur. alioquin esset absurdum, scilicet quòd si ante denunciationem multas impensas vtiliter fecisti: & tunc prohibui ne anteriores expensas repetere possis, & quòd nulla ad anteriores sumptus tibi darei actio: quod esset inconueniens: sed ex eo die ex quo tibi denunciatio facta est, vel in scriptis, vel sine scriptis sub testificatione tamen aliorum, ne gereres: sumptus repetere potes anteriores. i. ante denũciationem factos & vtiliter: posteriores vero repetere nõ potes actione contra me sua natura currente. Ex ista. l. no. quòd tres erant opiniones veterum. Quidam cõcedebãt actionem directam ad differentiam vtilis. Alij cõcedebant vtilẽ contrariam, & non directã contrariã. Tertij concedebant neutram, & ista est sententia Iuliani, quæ hic approbatur. Ratio autem talis est, quòd sicut non cogor tecum contrahere inuitus, nec etiam incidere in obligationẽ tuam, ita nõ cogor tecum quasi contrahere, nec te habere creditorem, secundum Bal.
m *Specialiter.* id est expresse. sic ponitur. ff. eod. l. sed an vltro. in prin. &. j. l. negocium. secundum M.
n *Bene ab eo gesta sint.* Locupletatur ergo cũ aliena iactura, propter suam cõtradictionem. Et sic est contra. ff. de instit. l. si quis mancipiis. §. Proculus. sed ibi licet dominus contradiceret, seruus tamen voluit, qui etiam inuitum dominum de peculio vel de in rem verso obligat: vt. ff. de pecu. l. si quis seruum. §. etiam. & continua sequentia hoc modo: Bene dico expensas post denunciationem factas non repeti: antiquiores autem sic. quid enim, &c. vt. ff. de re milit. l. desertorem. §. in bello.
o *Patimur.* nã nemo &c. vt. ff. de reg. iu. l. nemo potest mutare.
p *Currentem.* natura eius est vt currat vsque ad xxx. an. vt infra de constit. pecu. l. ij. cum sit personalis. & supra eod. l. negociis. & l. aduersus. Item an de æquitate dabitur aliqua actio pro gestis post denunciationem cum bene est gestum? In simili casu potest quæri, Vt si mandaui vt emeres rem pro decem, & dedisti viginti, & vtiliter, quia bene valet, & plus? Et ait M. agi posse. arg. ff. de verbo. sig. l. cum in testamento. & de condict. inde. l. nam hoc natura. sed B. contra, & Ioan. & nos, scilicet vt non possit agere, nisi pro taxata quantitate: vt. ff. eod. l. qui aliena. §. libertos. &. l. si ex duobus. & hic, &. ff. mand. l. si remunerandi. §. si passus. &. l. si pro te. nisi in casu: vt. ff. de reli. l. at si quis. §. idem Labeo ait.

*Obligatio personalis non impedit libertatem serui: & factus liber non tenetur de ante gesto. h. d. Bal. & Saly. Vel sic: Seruus qui alterius negocia male gessit, non prohibetur à domino manumitti: nec ex ante gesto post manumissionem conueniri potest. Alexand.*

XXI. Iidem AA. & CC. Michræ.

S I cognati tui seruos suos manumiserunt: hoc, quòd administrasse eos rem tuam contendis, [a] impedimento eorum libertati fieri non potuit. [b] Quin [c] autem [d] ex actu præcedenti [e], post manumissionem, si vtriusque tẽporis administratio non connexa, [f] sed separata sit: conueniri nõ posse, procul dubio [g] est. Dat. VI. Kalend. Octob. Viminatij. CC. Conss.

*Negociorum gestor de casu fortuito non tenetur, nisi hoc fuerit conuentum: secundũ Bald. Salyce. & Alexand.*

XXII. Iidem AA. & CC. Eulogio.

N Egocium gerentes [h] alienum, non interueniente speciali [i] pacto, casum fortuitũ præstare non compelluntur. [k] Dat. XI. Kal. Decẽb. CC. Cõss.

*Pro negociorum gestione datur actio personalis, non hypothecaria, quæ est in rem. Alexand.*

XXIII. Iidem AA. & CC. Theodoro.

N Egociis gestis, nõ in rem [l] sed in personam est actio. Dat. XII. Kalend. Decemb. Nicomediæ. CC. Conss.

*Prohibitio domini tollit negociorum gestorum actionem in his quæ post prohibitionem geruntur: secus in his quæ prius gesta fuerunt. Saly. & Alexãd.*

XXIIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni. P. P.

S I quis nolente & specialiter [m] prohibente domino rerũ administrationi earũ sese immiscuit: apud magnos auctores dubitabatur, si pro expensis quæ circa res factæ sunt, talis negociorum gestorum habeat aliquam aduersus dominũ actionem? Quam quibusdam pollicentibus directam vel vtilem, aliis negantibus (in quibus & Saluius Iulianus fuit) hoc decidentes sancimus, si cõtradixerit dominus, & eum res suas administrare prohibuerit, secundum Iuliani sententiam nullam esse aduersus eum, vel directam, † vel vtilem contrariam actionem, scilicet post denunciationem, quam ei dominus transmiserit non concedens ei res eius attingere, licet res bene ab eo gestæ sint. [n]
V Quid deinde si dominus aspexerit ab administratore multas expensas vtiliter factas: & tunc dolosa adsimulatione habita, eum prohibuerit, vt neque anteriores expẽsas præstet? quod nullo modo patimur: [o] sed ex quo ea testatio ad eũ facta est vel in scriptis, vel sine scriptis, sub testificatione aliarũ tamen personarũ: ex eo die pro facien dis meliorationib⁹ nullã ei cõpetere actionẽ: super anterioribus autẽ, si vtiliter factæ sunt, habere eũ actionẽ cõtra dominũ concedimus sua natura currẽtẽ. [p] Dat. XIIII. Kal. Decẽb. Lampadio & Oreste Conss.

† *Alii aliter distinguebant. Quidam cõcedebãt actionem directam. Alij &.*

*Et continua: Supra dixit de neg. geſt. quæ ab alio geſta, rata habemus: nunc de his quæ à nobis geſta infirmantur.*

*Perſecutionem.*] CASVS. Res ablata vel ſubrepta cuius periculo ſit, queritur? & reſpond. quòd auferentis, & metum inferentis & ſurripientis. vnde ſi rem tuam tibi aliquis abſtulit vel ſurripuit, & periit: æſtimationem repetere poteſt per actionem quod metus cauſa. Viuianus.

a *Perſecutionem.* largũ eſt verbũ perſecutionis: vt. ff. de act. & obli. l. actio in perſonam. & quod dicit, vi, ſcilicet compulſiua. & de furto gratia ſimilitudinis dicit. Diſtingue ergo quinque genera violẽtiarũ: quia alia expulſiua, alia ablatiua, alia turbatiua, alia compulſiua, alia inquietatiua. Prima parit interdictũ vnde vi. ff. de vi & vi ar. l. j. §. ij. Secunda actionem vi bo. rap. vt inſtitu. vi bo. rap. in princ. Tertia actionẽ quod metus cauſa, perſonalem & vtilem in rem: eo caſu quo vim paſſus erat domin⁹ ante traditionẽ, & exceptionem: vt dices. j. l. iij. Item in primis duabus ſine diſtinctione pertinet ad delinquentem periculum: vt. ff. de vi & vi ar. l. j. §. rectiſsime. & l. pen. In tertia ſimiliter, niſi in caſibus, vt ſtatim dices, & hoc ſi agatur contra metum inferentem: ſecus ſi contra bonæ fidei poſſeſſorem: vt. ff. eod. l. ſi cum. §. aliquando. & l. ſi ipſa. Quarta, ſcilicet turbatiua, locum habet quando duo ſẽ poſsidere contendunt: & inducit in rebus immobilibus interdictum vti poſsidetis: in mobilibus, vtrobi: vt inſtit. de interdic. §. retinendæ. Quinta, ſcilicet inquietatiua, locum habet quando aliquid facis in meo, prohibitus, vel ſciens te prohibendum. & hæc inducit quod vi aut clam: vt. ff. quod vi aut clam. l. iij. §. fi. & l. iiij. Eſt ſexta vis, quando ſine auctoritate iudicis proſequor ius meum: vt. ff. eo. l. extat. ſunt & alia genera violentiarum: vt ibi dixi. *ADDITIO.* Vide ſimilem fere glo. in verbo, cauſa. in ca. ad audientiam. extra eo.

b *Interciderint.* niſi intra tempora quadrimeſtria poſt ſecũdam ſententiam currentia pereant: vt. ff. eod. l. ſi cum exceptione. §. quòd ſi homo. Item hoc, quando non erat peritura penes actorem: quod dic vt. ff. eod. l. ſi cum ex. §. ſed & ſi ſine culpa. in gl. vt quia diſtracturus &c. Item hoc, niſi moram purgauerit per oblationem factam domino: quod dic vt. j. de fur. l. ſubtracto.

c *Reſponſum.* vt. ff. de vi & vi arma. l. j. §. rectiſsime. & l. pe. & j. de condic. fur. l. ij. & ff. de condic. fur. l. fi. & . ff. ſi cui pluſquã per leg. Fal. l. iij. in princ.

*Cum te.*] CASVS. Aliquis te coëgit vt ſibi pecuniam promitteres, & promiſiſti: poſtea per interuallum temporis ſoluiſti: an iſtã pecuniam poſsis repetere quaſi per metum extortam? & reſpond. quòd non: quia potuiſti actionem quod metus cauſa, intentare, & te liberare ab obligatione per metum extorta. quod cum non feciſti, ſed ſponte ſoluiſti: videris ratam habuiſſe promiſsionem: ſecus ſi vt ſolueres, metum tibi intuli, quo caſu repetes. Viuianus.

d *Cauiſſe.* id eſt coacte promiſiſſe per metum.

e *Soluiſſe.* ſponte.

f *Paſſus.* in cauendo.

g *Non poteſt.* immo videtur perſpici poſſe: vt. ff. de condic. ob turpem cau. l. ex ea. & . ff. eo. l. metum autẽ. §. ſed quod prætor. quę ſunt contra. Solu. ibi in promittendo & ſoluendo fuit facta vis: hic in promittendo tantum. Vnde nullo modo repetit: tum quia ſublata eſt proxima cauſa turpitudinis. turpitudo enim eſt vis & metus. Cauſa proxima dicitur coacta voluntas, quæ tollitur: quia ratũ quod fecit videtur habere ſponte ſoluendo: vt. ff. de condic. ob tur. cau. l. ſi ob turpẽ. Tum etiã quia odioſa eſt exceptio hæc: vt. ff. de excep. doli. l. ij. & . iij. in princ. & l. apud Celſum. §. pe. vndẽ omnino ceſſat repetitio: vt. ff. de condic. inde. l. qui exceptionem. Tum etiam quia vna ſolutio nó parit liberationẽ & repetitionem: vt. ff. de ſol. l. qui hominẽ. §. fi. Vnde his tribus rationibus reprobatur gloſ. Ir. quæ dicit ſponte ſoluentẽ admitti ad repeten

*Violẽtia eſt multiplex.*

*Concor. cũ hac. digl. ſu. per verbo, ad reſigna. nõẽ. in. c. ad audien. extra eo. ſit.*

*Turpitudo eſt vis, & metus.*

## TITVLVS XX.

## DE HIS QVAE VI METVſve cauſa geſta ſunt.

*Periculum interitus ſpectat ad furem & metum inferentem. Salyc. & Alexand.*

1. Imp. ALEXANDER. A. Felici.

PErſecutionẽ[a] eorũ quę vi vel furto ablata ſunt, etiã ſi poſtea intercederint,[b] integrã eſſe, iure reſponſum[c] eſt. PP. X. Kal. Decẽb. Maximo. II. & Aeliano Conss.

*Spontanea ſolutio metum in promittendo adhibitum purgat: & ſic actionem quod metus cauſa, tollit. Salyc. & Alexand.*

II. Idem. A. Alexandro.

CVm te † non ſolum cauiſſe,[d] verum etiam ſoluiſſe[e] pecuniam cõfitearis: qua ratione vt vim paſſus[f] reſtitui quod illatũ eſt, poſtules, perſpici non poteſt:[g] quandò[h] † veriſimile nõ ſit ad ſolutionẽ te properaſſe,[i] omiſſa querela[k] de chirographo, vtpote ꝑ vim extorto, niſi & in ſoluẽdo vim te paſsũ dicas.[l] PP. VI. Kal. Iul. Alexandro. A. II. & Marcello Coss.

*Vendens vel eius hæres fundum propter metum, venditũ repetit vtili actione in rem à quolibet poſſeſſore, ſi precium offerat, & poſſidens longo tempore non præſcripſerit. Salyce. & Alexand.*

III. Imp. GORDIA. A. Caio.

SI vi[m] vel metu fundũ auus tu⁹ diſtrahere coact⁹ eſt, etiã ſi maxime[n] emptor eũ alij vẽdidit: ſi tamẽ tu auo tuo hęres extitiſti:[o] vt tibi reddito[p] à te p̃cio reſtituat, poſtq̃ placuit ĩ rẽ[q] dum, ſi probet vim factam in cauendo, his verbis: Præſumitur enim querelã de vi non habuiſſe. aut ergo omnino nõ repetit: aut eatenus impeditur, donec probet cõtrariũ. Ir. Primam ergo partem ſecundũ B. & Pla. & Ioan. admittimus: ſecundã non, ſcilicet ꝙ poſsit probare vim factã in cauendo. Sed Py. eam exponit donec probetur contrarium, ſcilicet vim factã in ſoluẽdo. quod nihil eſt ſecũdum Azo. nam † quia certum erat vim non adhibitam in ſoluendo: præſumitur ergo nec in promittẽdo. Item quid ſi parũ poſt cautionem coactã ſpõte ſolui? Reſpond. ſecundum Al. repeto: vt argu. ff. de mino. l. iij. §. ſcio. & j. ad Velle. l. ſi mulier. ij. & . ff. ex quib. cau. ma. l. ab hoſtibus. §. fin. quod non placet ſecũdum H. Item quid ſi iuraui per metum da re decem: & do ſponte? Reſpond. non repeto: quia ſoluere non tenebar. argu. ff. qui ſatiſd. cog. l. fi. & quia ſublata eſt proxima cauſa turpitudinis: vt. ff. de condic. ob tur. cau. l. ſi ob turpem. Sed Pla. contra: vt argu. j. ſi aduer. vendi. l. j. & in authen. ſacramenta. ſed ſecundũ canones ſoluo & repeto: vt in vſuris: vt extra de iureiur. c. ad noſtram. ij. & . c. debitores. Item nónne hac l. ſoluens errat in iure, credens ſe teneri: ergo in damno vitando ſubuenitur ei: vt. ff. de iuris & fac. ign. l. error? Reſpon. hic fuit ſatuus error: vt. ff. eod. tit. l. nec ſupina.[a] Item nunquid fuit turpis promiſsio, & ſic contra legem: quicquid ergo ſequitur ex eo vel ob id & c. vt. ſ. de legib. & conſti. non dubium? Reſpon. non fuit turpis, ſed turpiter facta: quia non venit turpe in obligatione.

*Soluũ per metũ interueniẽte iuramento, an repeti poſsit. ſit.*

*Sed nónnẽ quilibet error in dãno vitando patrit repetitio*

h *Quando.* pro quia.

i *Properaſſe.* cum nemo ſuas pecunias iactet: vt. ff. de proba. l. cum de indebito. verſi. j. ſic ergo ad primordium tituli poſterior non formatur euentus: quod ſit alibi: vt. j. de impo. lu. deſcrip. l. j. in fin. lib. x.

*nẽ. l. ſed & ſi me putẽ. ff. de cõdic. indeb. vnde dic quòd licet errãs in iure non re-*

k *Querela.* ſcilicet metus.

l *Dicas.* & fidem iudici facias: vt. ſ. de tranſac. interpoſitas. & l. ſi maior. j. & . j. eod. l. metum.

*petat in caſu iſti⁹. l. p actionẽ qđ met⁹ cauſa: repetit tamẽ per condic. indeb. d. l. ſed & ſi me putem. nec obſtat quòd hæc gl. ſ. in verſi. tum etiam quia odioſa &c. dicit hanc exceptionẽ eſſe odioſã, &c. quia in hoc non dicit verum ſecũdũ doc. hic: vt hic refert Bar. quẽ de hoc vide latius.*

SI vi.] CASVS. Si auo meo metum intuliſti vt tibi fundum venderet, & tu emiſti, & alij eum vendidiſti: an contra ſecundum emptorem refuſo precio quod auus acceperat, ad repetendum fundũ actio mihi competat, & quæ, queritur? & reſpõ. quòd ſic: & datur ei in rem vtilis actio: niſi præſcriptione. xx. vel. xxx. an. ſe tueri poſsit: cum hæres ei directo vel per patrẽ meum medium exiſtam.

m *Si vi.* quantum ad corpus. *metu* quo ad animum.

n *Si maxime.* i. quod maximum videbatur, vt agere non poſſes.

o *Extitiſti.* ſiue directo, ſiue per medium patrem datur hæredibus hæc actio: vt. ff. eod. l. quod diximus. §. fi.

p *Reddito.* ſcilicet ei qui dedit, vel ei qui emit ab eo: & ſic fuit hic: & cogetur primus emptor habere ratum, cum ipſe teneatur ſecundo de euictione: vt. ff. de neg. geſt. l. ſoluendo. &. l. Pomponius. j. & . l. quæ vtiliter. §. fi. & . l. ſeq. & de excep. doli. ſi opera. ſicque quilibet in ſuo reponitur ſtatu: vt. j. de reput. quæ ſi. in iudi. l. j. & . ff. de mino. quod ſi minor. §. reſtitutio. Sed ad hoc quòd dicit reddi debere precium, eſt contra. j. de rei vin. l. ſi mancipium. ſed hic reſtituit, quia verſum eſt in ſui vtilitatem, id eſt aui, cui ſucceſsit, cuius perſonam hæres ſuſtinet: vt in authen. de iureiuran. à mo. preſtito. §. j. coll. v. ſic &. ff. de rei vind. l. emptor. Et eodem modo ſoluitur. j. de præſcrip. xxx. an. l. j. in fi. & . j. ne rei domi. vel templo. l. ij. Item ad idem eſt contra. j. de reſcin. vend. l. j. ſed ibi abundat, maxime. Item ad idem eſt contra. j. eod. ſi per impreſsionem. Sol. ibi ſpeciale. Item quod precium redditur? Reſpon. quod præſtitũ eſt auo. Nam & ſi nihil auo præſtitum eſſet, nihil redderet: vt. j. de euict. ſuper emptione. ſed ſi aliquid ſit minus, & illud reddi poteſt: vt. j. de reſti. mili. l. ſi cum militaribus.

q *In rem.* licet enim non ſit dominus de iure ciuili (tranſtulit enim dominium in emptorem) tamen de æquitate prætoria videtur dominus, quia nemo videtur re ſua excluſus, &c. vt. ff. de in



BIU Cujas

integ.resti.l.nemo. & non videtur possessionem adeptus &c. vt ff.de acqui.pos.non videtur. Et dic in rem, id est rescissoriam.

*Actio quod metus causa qualis est, & contra quem datur.*

a *Quoque.* q. d. non solum personalem quod metus causa, quæ est in rem scripta: & datur vtilis non directa, quia translatum fuit dominium: vt.ſ. dictū est, & datur contra quēlibet possidentē: vt ff.cod.l.metum autem. §.fi. &.l.ſi cū.§. in hac. & .§. aliquando. Tria ergo auxilia dantur ex hoc edicto. Actio in rem vtilis, & actio personalis quod metus causa. Item exceptio metus: vt hic, &.ff.eo. l. metum .§. sed quod prætor.&.§.licet. &.§. volenti.

b *Longæ possessionis.* vt decennij inter præsentes, vel.xx. iter absētes.

c *Munitus.* præscribit enim vtili rei vindicationi, nó actioni quod metus causa, cum ipsa sit personalis: vt insti. de actio. §. præterea quasdam. & earum sit meta.xxx. an. spacium: vt.ĭ. de cōsti. pecu.l.ij. secundum Pla. & sic, si modo &c. refertur ad vtilem in rem, non ad personalem. Vel dic prę scribi actioni quod metus causa. nam cum excedit suos terminos in eo quòd est in rem scripta, & datur contra quemlibet possidentem: vt.ff.eod. l.metum autem.§. fi. exceditur à non suis terminis: vt.ĭ. de edic. diui Hadri. tol. l. fi. in fi. Item oppono, quomodo præscribit qui dominus factus est per traditionem: vt insti. de rerum diui.§.per traditionem.& per voluntatem, licet coactam: vt.ff.eod.l. ſi mulier.§.ſi metu.&.ff.de vſuca.l.ſequitur.§. lana? Respō. quo ad ius ciuile verum est: sed de prætorio contra: vt .ff. de in integ. resti. nemo. Præterea quia est dominus de iure ciuili, multo fortius præscriptione longi temporis tueri in dominio prætorio se debet: vt sic magis contra intentionem agentis præscribatur, quàm dominium: vt.ff.de cap.in bello.§.ſi quis ſeruum. Item adhuc contra instit. de vſuca. §.furtiuæ.&.ĭ. de vſuca. pro empto. l.ſi partem.&.ff.de vſuca. l.non solum. in princ. & .l.ſequitur.§. quod autem. quibus legibus dicitur quòd res furtiuæ & vi possessæ non præscribuntur. Solu. ibi de vi expulsiua: hic autem compulsiua, in qua est voluntas: hodie enim malæ fidei possessor, &c. vt in authen. vt sponsal.largi.§. rursus.coll. ix. & .ff. de dolo.l.& eleganter.in princi.nam in metu dolus est. Item ſi emptor est munitus exceptione, nónne poterit agi contra metum inferentem? Respond.non: vt.ĭ. de his qui à non do. ma.l. fi. in fi.[a] Item nunquid finitur anno rescissoria? Respond.illud, quando officio iudicis petitur restitutio: hic actionis iure. Item & illud post completam vſucapionem, hic ante. Item quo iure est obligatus bonæ fidei emptor? an actione personali? Respond.ex variis figuris causarum: vt.ff.de actio.& oblig.l.j.in princi. Item quid ſi res est integra, an agetur quod metus causa contra eum qui me compulit vt venderem? Respond. secundum Ioan. non, cum ipso iure non teneat contractus, vt in dolo simplici: vt.ff.de dolo.l.& eleganter.in princip.vel illud in simplici dolo.

*Vſucapio nō habet locum in rebus furtiuis & vi possessis.*

*a Istud reprehendunt hic oēs, vt etiā refert Bart. hic. Nec obstat. l. fi. hic alleg. quia loquitur quando dominium rei est causa actionis personalis: ita quòd actio datur in cō sequentiam dominii: qđ hic non est. Vide de isto latius eūdē Bar.ſ.l. iii. ff.vi.bonorū raptorum.*

*Actio personalis scripta in rem præscribitur longo tempore.*

† *Concor.c. pe.ĭ me. extra de his quæ vi metúſve causa fiunt.*

quoque [a] dari actionem secundum formam perpetui edicti, adito præside prouinciæ poteris postulare: ſi modò qui secūdo loco cōparauit, lōgę possessionis [b] præscriptione non fuerit munitus. [c] PP. VI. Id. Auguſt. Pio & Pontiano Conss.

*Actio quod metus causa, intra annum datur ad quadruplum, ſi res nō restituatur: post annum vero ad ſimplum, ſi alia non competit. Bald. Saly. & Alexand.*

IIII. Idem. A. Primo & Euthydico.

SI per vim, [d] vel metum mortis, aut cruciatus† corporis, [e] venditio à vobis extorta est, & non postea eam cōsensu [f] corroboraſtis: iuxta perpetui formam edicti, intra annum quidem agentes, (quo experiūdi [g] potestas est) ſi res non restituatur, [h] quadrupli condemnationem referetis, [i] scilicet reddito à vobis precio. [k] Post annum vero causa cognita, eadē actio in simplū permittitur. quæ causæ cognitio eò pertinet, vt ita demū decernatur, ſi alia actio [l] nō sit. PP. III. Nonas Aug. Gordiano. A. & Auiola Coss.

*Actio quod metus causa, competit, ſiue quis sit coactus vendere, ſiue minori precio vendere: nec refert an vendatur metū inferenti, an alii. Salyc. & Alexand.*

V. Idem. A. Rufo militi.

B NOn† interest [m] à quo vis [n] adhibita sit patri & patruo [o] tuo, vtrum ab emptore, an vero sciente emptore ab alio, [p] vt vi metúve possessionē vendere [q] cogerentur. Nam ſi [r] adhibita vi cōpulſi sunt, possessiones suas, quæ maiore [ſ] valebāt, minimo distrahere: [t] iurisdictionis tenore, [u] vt id quod improbè factum est, in priorē statū reuoluatur, impetrabūt. [x] PP. VI. Kalend. Ian. Gordiano A. & Auiola Conss.

f *Conſenſu.* expresso vel tacito: vt.ſ.l.ij.

g *Experiundi.* ergo est annus vtilis: vt.ff.eo.l.ſi cum.§. post annum.&.ff.de diuersis & temporal.præscriptionib.l.j.

h *Restituatur.* per primam sententiam: vt.ff.eo.l. ſi cum.§. satis. scire enim debemus ꝙ duæ sententiæ feruntur in hac lite quod metus causa. Prima in qua condemnatur vt rem reddat. Secūda est: quia ſi iste condemnatus nó reddit rem, dānatur ad quadruplum: vt.ff.eo.l.ſi cum.§.hæc autem actio. & in hoc quadruplo inest res, vt præalleg. l. §. quadruplabitur. Item quæritur, an vtraque sit definitiua? Iteé an ab vtraq; possit appellari? Item quod tēpus esse debet inter primam & secundam sententiam? & alia multa, quę notantur.ff. e. l. ſi cum exceptione. §.hæc autem actio.

*Sen. dua ſe. in lit. me. ca.*

† *Concor. hac.l. bar. ext. eo.tit.*

i *Referetis.* id est referri facietis.

k *Precio.* hic signa & ſolue eodem modo cō traria quæ sunt .ſ. l. proxi.

l *Alia actio.* scilicet ciuilis & ordinaria, veluti petitio hæreditaria: vt.ff.eo.l. ſi cum.§. post annum. nam cum actione de dolo datur: vt.ff.eo.l. ſi cum.§. eum qui. & cum vtili rei vindicatione: vt.ff. eod.l.metum autem.§.volenti.&.ĭ.eod.l.proxi. raro enim inuenitur quin alia competat, quandoque tamen inuenitur, vt cum promiſi per metum: vel acceptum tuli per metum. Item post annum secundum iura vetera non competit de dolo. Potest etiam exponi secundum Ioan. ſi alia actio non sit, id est ſi aliunde actio non sit. Tertij dicunt non dari quod metus causa, vbi datur in rem: & in prædictis casibus tantum vbi non datur in rem, dicunt dari quod metus causa: quod non placet.

C

*Non interest.*] CASVS. Si pater tuus vel patruus metu compulsus fundum distraxit, non aliàs distracturus: an repetere possit per act. quod metus causa, quæritur? & respō. quòd sic: neque refert an ab emptore compulsus fuerit, an ab alio sciente emptore: ſi aliàs fuerat distracturus, & metu compulsus minori precio distraxit: puta valebat cētum: distraxit pro. l. quod actum est, per actio. quod metus causa retractabitur.

*b Item quę cōtra hoc vide.*

m *Non interest.* quo ad emptorem. nam vtrobique tenetur.

n *Vis.* compulsiua.

o *Patruo.* id est fratri patris tui.

p *Ab alio.* vtrobique enim agitur actione quod metus causa contra emptorem. Item nec hoc interest: non erat aliàs venditurus vt hoc casu, aut erat venditurus, & fuit coactus vt minoris vēderet: vt.ĭ. proximo casu. nam ſi adhibita, &c. b Item quod dicit, sciente emptore, ſupplent quidam, & fraudem participante: & sic soluitur contra.ff. eod. l. metum autem.§. sed licet. Sed certe in alio prorsus casu ibi loquitur: & hic ſubaudi maxime. Nam idem est in emptore ignorāte, scilicet quòd ſemper teneatur quod metus causa: sed in hoc est solum differentia inter emptorem scientem & ignorantem: quia ſi ignoret, liberatur rei interitu: vt.ff.eo.l.ſi cum.§. in hac.&.§.aliquando.

D

q *Vendere.* pater tuus & patruus.

r *Nam ſi.* probat à minori.

ſ *Maiore.* scilicet precio, & ſubaudi, maxime. nam licet aliàs vēditorem compellam iusto precio vendere, teneor: arg. ff.re.amo. l.non enim. Ioan. Sed Py. contra, arg. ff.eo. ſed & partus.§.fi.&.l. ſi cum. in prin. Sed certe secundum Azo. potest interesse eius magis quàm valeat res: vt.ff.de mino. ſi in emptione. Item maioris precij est quod magis eligis: vt insti. de actio.§. huic autem.&.§. præterea ſi quis.&.ff.de in diem addic.l.ſi venditor.

t *Distrahere.* aliàs venditurum, vt differat à priori casu.

u *Tenore.* id est actione quod metus causa.

x *Impetrabunt.* ita quòd ſi contumax est, in quadruplum condemnabitur. quod verò iusto precio deest, ſuppletur secundum

P. & Ir. Accurſius.

*Ex ſola dignitate non præſumitur dolus vel metus inferri. Bald. Vel ſic: Ex ſola dignitate contrahentis non præſumitur violentia. Alexand.*

VI. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. & CC. Polliæ.

AD inuidiam[a] alicui nocere nullam dignitatẽ oportet. vnde intelligis, quòd ad metũ arguendum, [b] per quẽ dicis in tum eſſe contractum, ſenatoria dignitas aduerſarij tui ſola non eſt idonea. PP. iij. Kalend. Maij Heracliæ. CC. Conss.

*Minæ capitales inducũt iuſtum metum: & omnis contractus qui fit per metum, poteſt peti reſcindi. Bald. Vel ſic: Quilibet cõtractus celebratus iuſto metu, ſiue ſit hincin de obligatorius, ſiue ex altera tantum parte: reſcinditur. Alexand.*

VII. Iidem. AA. & CC. Cotui.

SI donationis, vel trãſactionis, vel ſtipulationis, vel cuiuſcunque alterius [c] contractus obligationis confectum inſtrumentum, metu mortis, vel cruciatu corporis extortum, vel capitales [d] minas pertimeſcendo, adito præſide prouinciæ probare poteris: hoc ratum haberi ſecũdum edicti formam [e] non patietur. Dat. II. Nonas Ian. AA. Coss.

*Metus ne quis vocetur ad munera, nõ inducit actionem quod metus cauſa. Bal. Vel ſic: Venditio facta vt cautio frumenti ſibi reddatur: vel ne ad ciuilia munera vocetur, per actionem quod metus cauſa non retractatur. Salyc. & Alexand.*

VIII. Iidẽ. AA. & CC. Tryphonio.

CVm te domus & horti vẽditionem feciſſe [f] ſub ſpe recipiendi [g] quod de frumẽto feceras [h] inſtrumentum, [i] vel timore ne ad ciuilia munera [k] nominareris, ꝓponas: & reſcindi venditionem veluti metus cauſa factã, deſideres: intelligis ad ratum nõ habendũ contractũ, metũ huiuſmodi prodeſſe non poſſe. [l] Dat. XI. Kalen. Septẽb. Viminatij. CC. Coss.

*Ex ſolis minis non probatur metus, niſi fuerit deuentum ad actum. Bald. Salyc. & Alexand.*

IX. Iidem AA. & CC. Hymnodæ.

METum nõ iactationib⁹ [m] tantum, vel cõteſtationibus, ſed atrocitate [n] facti probari conuenit. Dat. Kalen. Decemb. CC. Coss.

*Timor accuſationis inſtitutæ vel inſtituendæ, non facit hanc actionem competere ad reſcindendum contractum. Alexan.*

X. Iidem. AA. & CC. Fauſtinæ.

ACcuſationis inſtitutæ vel futurę metu, alienationem ſeu promiſsionem factam reſcindi poſtulantis, improbum eſt deſiderium. [o] Dat. VI. Kalend. Febr. CC. Coss.

*Venditio facta officiali deputato ad inſtitiam adminiſtrandam, reſcinditur condictione ex hac. l. ſi facta fuit per impreſsionem, ſiue ſit facta venditio ſibi, ſiue alteri ſuppoſito ab eo, nec precium ei redditur. Alexand.*

XI. Imp. CONSTANTINVS A. ad Euagriũ præfectũ prætorio.

a *Ad inuidiam.* i. malam præſumptionem.

a *Inuidiam.* i. creandam præſumptionem: vel, id eſt blaſmum: vt quia dignitaté habeat, non præſumitur feciſſe vim: ſed cõtra in paſſo vim, facit præſumptionem contra eum ſua dignitas: vt. ff. eod. non eſt. in prin.

b *Arguendum.* i. argute probãdum, quod eſt neceſſe: vt. j. eod. l. metum. &. j. titu. j. l. dolũ. Accurſius.

*SI donationis.* ] CASVS. Si vt tibi donarem aliquid, vel promitterẽ, vel tecũ trãſigerem, mihi metum intuliſti: an valeat quod actum eſt, quæritur? & reſpon. quòd non, quãuis inde factum fuerit inſtrumentum: & hoc prætoris edicto, quod eſt. ff. eod. l. j.

c *Alterius.* innuit donationem vocari contractum: vt &. j. de preſcrip. xxx. an. l. ſi quis emptionis. in princ.

d *Capitales.* puta ne cõbureret inſtrumenta ſtatus, quod eximit caput de ciuitate, ſicut mors naturalis: vt. ff. e. l. iſti quidem. §. ſi is. nõ dico ꝙ loquatur vbi timui capitalem accuſationem, licet Ioan. procedendo hic reſponderit, quia tunc nullo modo repetitur: vt. j. eod. l. accuſationis. nec dico quòd loquatur vbi minabatur quòd me interficeret: quia hoc cõtinetur ſub illo membro, metu mortis. & facit. ſ. de tranſact. interpoſitas. &. j. de reſcind. vendi. l. j. &. ff. de condic. ob tur. cau. l. ex ea.

e *Formam.* quæ eſt. ff. eod. titu. l. j.

*CVm te.* ] CASVS. Exactori tributorum, frumentum me ſoluturum promiſi publicum, & factum eſt inſtrumentum promiſsionis. facta ſolutione ipſe retinet inſtrumentum ſpe recuperandi inſtrumentum: fundum meum vendidi ei: volo fundum reuocare per act. quod metus cauſa: an poſsim, quęritur? & reſpõ. ꝙ non. Item ſi electus fuiſti in ciuitate aliqua vt aliquos nominares ad ſubeunda ciuilia munera, & ne me nominares, fundum quẽ affectaſti, tibi vẽdidi: an reuocare poſsim quaſi per metũ inductus, quæritur? Et reſpõ. ꝙ non. & eſt ratio, quia cauſa pro qua vendidi, non fuit expreſſa: vt. j. de condic. ob cau. l. ſi repetendi.

f *Feciſſe.* ſcilicet exactori tributorum.

g *Recipiendi.* expreſſẽ tamen hoc non dixiſti.

h *Feceras.* quod modo erat ſolutum. Accurſius.

i *Inſtrumentum.* eidem enim caueras de dando inſtrumento.

k *Munera.* nominator enim erat. Et not. quòd prætor hos caſus in edicto non poſuit, ſed princeps interpretatus eſt, quia in his ſæpe continetur atrocitas: vt. ff. eod. l. non eſt. Accurſius.

l *Non poſſe.* vt & arg. j. de reſcin. vend. nõ idcirco. &. ſ. de trãſa. ſi maiores. Ideo autem nõ repetitur, quia in neutro caſu fuit cauſa expreſſa. Quid autem ſi fuiſſet cauſa expreſſa? Reſpõ. in primo caſu huius legis repetitur: vt. j. de condic. ob cauſam. l. ſi repetendi. &. ff. de condic. cauſa da. l. iij. §. ſi quis. In ſecundo, ſi quidẽ erat inhabilis, repetit: vt. j. de condic. ob tur. cau. l. quod eui tãdi. ſi habilis, non repetit, licet ſit cauſa expreſſa: quia in pari delicto &c. vt. ff. de condic. ob tur. cau. ſi ob turpen. Eſt enim delictum militiã detrectare, vel munus militiæ euitare: vt ff. de re milita. l. qui cum vno. §. qui poſt. Accurſius. *Munus militiæ euitare, delictum eſt.*

*ETũ.* ] CASVS. Qui metum allegat, probare debere certum eſt. ſi ergo aliquando minas mihi intuliſti, quia mihi vim inferres, vel coram pluribus: an talis iactantia mihi quòd vim inferres, ſufficiat ad metum probandum, quæritur? & reſpon. quòd non.

m *Iactationibus.* quia præſens metus accipitur: vt. ff. eo. l. metum. iij. in princi. & diſtingue quæ perſona ſit quæ iactauit ſe illaturã vim, vel metum: potẽs, vel non: de qua ſit veriſimile quòd inferre poſsit: vt. j. ex qui. cau. ma. l. ij. &. iij. &. ff. e. nõ eſt. in princi. & ſecundum hoc dic quòd hęc duo verba, iactationibus & cõteſtationibus, intelligantur in eo qui dicitur feciſſe metum: vt iactatio dicatur quę fit præſente nullo, conteſtatio quæ fit præſentibus pluribus. poſſunt ecõtra intelligi in eo qui dicitur paſſus. Poſſunt etiã diuiſim intelligi, vt iactatio ad metũ inferẽtem referatur, quia plerũque minatus fuerat hũc ſe interficere: conteſtatio ad vim paſſum qui exclamauit corã aliis, vel nõ corã. *Metus vt ſufficienter probetur, ꝙbatur iactatione minantis.*

n *Sed atrocitate.* in qua capitales continentur minæ. & facit. ſ. de tranſac. l. ſi maior. j.

*ACcuſationis.* ] CASVS. Ne te accuſarem de crimine aliquo, vel vt iam accuſatione inſtituta deſiſterẽ, fundum mihi vendidiſti, vel aliquid promiſiſti: an repetere poſsis, quæritur? Et reſpon. quòd non. non enim ſufficit talis metus ad vẽditionem reſcindendam, quia præſumitur tranſactio. Viuianus.

o *Deſiderium.* hoc eſt planum, ſi non fuit cauſa expreſſa ob quam dedit. Si autem fuit expreſſa, quod fieri debet: vt. j. de condic. ob cauſam da. l. ſi repetendi. aut erat accuſatio calumnioſa, & tunc datum repetitur: vt. ff. de condic. indebi. l. in ſumma. in princip. aut non calumnioſa: & tunc ſi tale erat crimen de quo poterat tranſigi, & non ſtetur tranſactioni, repetitur datum, & exceptio obiicitur: ſi non poterat tranſigi, non repetitur datum, quaſi turpiter datum: vt. ff. de condic. ob turpem cauſam. l. ſi ob turpem. &. j. de contrahen. ſtipula. l. ſi quidem. De quibus autem criminibus tranſigi liceat, vel non: habes. ſ. de tranſactio. l. tranſigere. Sed contrarium huic. l. eſt. ff. eod. l. nec timorem. §. fina. &. l. ſequen. vbi dicit repeti poſſe id quod ab eo datum eſt, qui in adulterio ſit deprehenſus. Solu. ibi metus inſtabat. vel hic timebat pœnam legitimam, & à legitima perſona inferendam: ſecus vbi deprehendor in adulterio: nam ibi poſſum, vel non poſſum iure occidi: & ideo iuſte timui, quia non iure prẽcipiente, ſed permittente occidor. Item quia nõ eſt ibi miniſter legis vt iudex: ſicut eſt hic. *Accuſatus tranſigens an poſsit dare repetere.*

*SI per impreſsionem.* ] CASVS. Si tibi in aliquo officio conſtituto timore officij tui me oppriméti fundum vendidi: vel amico

BIU Cujas

amico, quẽ interposuisti per fraudẽ, cũ forte tibi emere non licuit: totũ debet rescindi, nec preciũ restituitur. Nota istã legem contra fœneratores, qui faciũt res vel recipi ĩstruméta per vxores vel per familiares eorũ. quod tene méti secundũ Bal. hic.

†*Concor. c. sup hoc. cũ glo. parua super verbo oppressionẽ. extra de renuncia.*

a *Aliquem.* Castaldionem puta.

b *In mediocri.* aliàs, in modico.

*Metꝰ multipliciter punitur.*

SI per impressionẽ† quis aliquem[a] metuens saltẽ in mediocri[b] officio constitutum, rei suæ in eadem prouincia vel loco vbi tale officiũ peragit, sub vẽditionis titulo fecerit cessionem: & quod emptum fuit, reddatur,[c] & nihilo minus etiã pecunia retineatur:[d] simili pœna seruanda, si qui[e] vel coniugis, vel amici nominibus abutentes, prædam[f] tamen sibi acquirant.[g] X. Kalẽd. Octob. Aquileiæ. Constantino. A. VII. & Constantino Cæs. Conss.

*Extortũ per potẽtiã, ĩfirmatur. Bal. Vel sic: Quilibet cõtractus metu potẽtis celebratus, venit rescindendus. Saly. & Alexand.*

XII. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS. AA. ad populum.

VEnditiones, donationes, transactiones, quæ per potentiam extortæ sunt, præcipimus infirmari.[h] Dat. XIII. Kalend. Mart. ipsis. AA. VIII. & III. Conss.

## TITVLVS XXI.
## DE DOLO MALO.

*Si creditor pignora sibi obligata velit iure creditoris vendere, fideiussor non debet pro se emere: aliàs tenetur de fide rupta, quia cẽsetur habere mãdatũ solvẽdi, & sic liberãdi pignꝰ. vnde si emat, tenetur rẽ debitori reddere, restituta sibi sorte cũ vsuris. Alex.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Clementinæ.

SI fideiussor à creditore pignora[i] emerit: oblata[k] quãtitate sortis & vsurarum,[l] tibi dominiũ[m] cũ fructibꝰ quos bona fide pcepit, cõsulti[o] restituet,[n] ne fidei ruptę[o] gratia de dolo P posit actio exerceri. Accepta. D. III. Idus Maij, Plautiano & Geta Conss.

*Actio de dolo non concurrit cum alia, & causa cognita competit. Bald. & Saly. Vel sic: Actio de dolo cum alia regulariter non concurrit. Alexand.*

II. Imp. ANTONINVS. A. Agrippæ.

DE dolo[q] actio, cum alia[r] nulla cõpetit, causa cognita[s] permittitur. Dat. Non. Nouẽb. Gentiano & Basso Conss.

*De vtili tempore deducitur tempus absentiæ. Alexand.*

III. Imp. GORDIANVS. A. Aquilino.

NOn possunt obesse tibi tẽpora quę in actione de dolo solent computari,[t] quibus[u] tempus, res, persona. Tempus, vt vltra annum non detur secundum antiqua iura: hodie vltra biennium: vt infra. l. vlt. Item res, quia pro modica re non datur: vnde nisi quãtitas sit vltra duos aureos, non datur. Item persona, vt non contra parentes vel patronũ detur, cũ sit famosa: vt. ff. e. l. si oleum. §. vlt. &. l. seq. Vel pone casum vt in gl. seq.

*Dolus duplex est.*

*Ideo dicit, malo: quia est & bonus & malus dolus: vt. ff. eo. l. 1. Et continua: Dixit de resti. iure ac. quod metus causa: nunc de ea quæ datur iure actionis de dolo. Accursius.*

SI fideiussor.]CASVS. Mihi decẽ mutuasti: pignora & fideiussorem dedi, & fideiussori iure creditoris pignora mea vẽdidisti: qua actione ea reuocare possum, quæritur: & respon. quòd si fideiussor emerit, consulte faciet si oblata sibi sorte cum vsuris, pignora cum fructibus restituat: alioquin dabitur contra eum de dolo actio, id est actio mandati nomine doli, propter fidem ruptam. q. d. propter tacitum pactum videtur tacite conuenisse de seruanda fide in toto cõtractu. vnde mihi nõ sibi pignora luere debuit. Nota ex hac. l. secundum Bald. quòd quando actio est famosa, lex consulit debitori quòd soluat, & non expectet sententiam. concordat. ff. de procu. l. si reus paratus.

i *Pignora.* exposita venalia.

k *Oblata.* hic respondet. Et dic, oblata, id est deposita & consignata quantitate à te debitore isti fideiussori.

l *Vsurarum.* scilicet solutarum, & etiam vsuras totius quantitatis solutæ: cum & fructus reddat, & bonę fidei sit iudicium: vt. ff. mand. si vero non remunerandi. §. si mihi mandaueris.

m *Dominium.* fuit ergo dominium translatum: vt instit. quibus ali. licet. §. j. Vel dic dominium, id est rem ratione dominij: vt. ff. de verbo. signi. l. interdum.

*Præsumptio iuris, & de iure, nõ admittit probationẽ in cõtrarium.*

n *Restituet.* est ergo præsumptio iuris & de iure, contra quam non recipitur probatio: quòd ex necessitate fuit facta venditio: ideoque debitori supereſt ius offerendi: vt. ff. de distrac. pig. l. ij. &. l. cum secundus. §. j. Item nota generale, non admittitur, scilicet fideiussor, vt quilibet alius: sic &. ff. de vulg. substitu. l. coheredi. §. cohæres. & de leg. ij. l. fi. §. quatuor. & de distrac. pig. l. ij. Sed arg. contra. ff. quod cuiusque vniuer. l. item. in prin. & de adop. l. si paterfamilias. §. qui duos.

n *Restituet.* sine lite. Accursius.

o *Ruptæ.* scilicet taciti pacti. nam bonam fidem promisisse videtur in toto negotio, quam non seruat emẽdo, sed luẽdo: vt. ff. mã. l. si mãdato. ij. §. j. in fi.

p *De dolo.* immo datur mandati: vt. ff. man. l. si mãdato. ij. §. j. & de pig. l. ij. & sic nõ de dolo: vt infra. l. proxi. Solu. expone hic, id est mandati nomine doli secũdum Ioan. Alij, vt Ir. quòd hic emit debitore inuito. Alij q hic iam erat actũ mandati: vt arg. ff. famil. ercis. l. si familia. §. familiæ. Alij quòd hic fideiusit ad tempus, & tẽpore elapso emit pignora. arg. contra hãc solutionem. ff. mand. si fideiussor. j. §. fi. vel distingue, an officio iudicis sit adsecutus fideiussor, & tunc mandati: an cõtra spõte emit: & tunc de dolo: vt ar. ff. de distrac. pig. l. ij. Alij aliter soluunt, sed omnes reprobo prẽter primam: vt in cõtrario notaui. Accursius.

*Actio de dolo quot annis detur.*

*De dolo.*]CASVS. Ita demũ de dolo datur actio, si nulla alia competit, & hoc cum causę cognitione. Hęc autem in causæ cognitione versantur, tempus, res, persona. Tempus, vt vltra annum non detur secundum antiqua iura: hodie vltra biennium: vt infra. l. vlt. Item res, quia pro modica re non datur: vnde nisi quãtitas sit vltra duos aureos, non datur. Item persona, vt non contra parentes vel patronũ detur, cũ sit famosa: vt. ff. e. l. si oleum. §. vlt. &. l. seq. Vel pone casum vt in gl. seq.

*Casus de valid.*

q *De dolo. CASVS.* Emi à te equum, non vis mihi tradere: volebam agere actione de dolo. dicit Imperator, non potes, sed ex empto.

*Actio de dolo quot annis detur.*

r *Alia.* scilicet specialis. & æquum sit actionem dari ex dolo commisso: secus si generalis, vt condictione certi vel sine causa: nam species non excludit suum genus. Item nulla alia, quæ non sit arbitraria & prætoria, & ex eadem æquitate inducta, & restitutoria. alioquin contra: vt. ff. quod metus causa. l. si cum. §. eum qui. & sic potest dici interdictum vnde vi, & quod vi aut clam, & iniuriarum actionem dari cum hac actione: quia & cum actione quod metus causa, datur etiam vnde vi: vt. ff. quod metus causa. l. metũ. iij. in prin. Sed contra est. ff. de in integ. resti. l. diuus. in fi. &. ff. eo. l. j. §. ait prętor. ibi, vsque adeo &c. Sic nota hanc actionem habere se ad modum inuidi: qui non maiori vel minori statu, sed pari inuidet: sic hæc non cum pari, sed cum generali supra se, vel speciali sub se bene datur, vt dictum est.

*Actio de dolo quot annis detur.*

s *Cognita.* in causæ cognitione spectatur quantitas, tempus, & persona: vt. ff. eo. l. si oleum. §. fi. &. ll. seq.

NOn possunt.]CASVS. Vltra annum vtilem à tempore doli commissi, de dolo non datur actio. si ergo tibi competit, & reipubli. causa aberas, an currat tibi tempus, quæritur? & respon. quòd non. quod verum est, si procuratorem relinquere nõ potuisti. ff. de diuer. & tempo. præscript. l. j. sed à tempore tuæ reuersionis, quo tibi experiendi fuit facultas, currit: & extũc, nisi intra prefinita tempora litem terminaueris & agas, tibi præiudicasti: hodie tamen hæc actio intra biennium potest experiri.

t *Computari.* scilicet vtilis anni secundum iura vetera, hodie biennij: vt infra eo. l. fin. in prin.

u *Quibus.* s. diebus, subaudi: nullo enim modo currũt si nec per se nec per alium agere potuit: si vero per alium potuit, currit: vt. j. eo.

BIU Cujas

vt infra eo.l.fin. Sed restituitur: vt.ff.de diuer.& tẽp.præscript. l.j.sic & dicimus.ff.de in integ.resti.l.fi. Item quòd mero iure currant, sed restituantur, patet per.l.vlt.infra eo.quæ est contra.& infra de restit.mili.l.j.&. ij. vel solue vt ibi.

a *Exinde.* id est eo tempore.

b *Cedere.*i.currere.

c *Intra.*id est iuxta.

d *Præstituta.*olim annus, hodie biennium.

CVm pponas. ]C ASVS. Anc llã meã tibi in cõtubernio copulasti, & cõueniſti vt mihi aliud mancipium dares vt eã manumitterem, vel darem tibi ad manumittendũ eã: postea manumisi, vel tu manumisisti, & est cõtractus, facio vt des. si non facias quod cõueniſti, qualiter mihi succurratur, quæritur. & distinguitur, aut est manumissa, aut non. si sit manumissa, in seruitutem non reuocabitur, sed mihi de dolo dabitur actio, si tempus quo mancipiũ dari debet, nondũ excesſit. si manumissa nó est, eam cum partu recuperabo, si mihi à te vel ab ea quæstio status nó moueatur, puta quia dicat se ingenuam à natiuitate. Viuianus.

c *In contubernio.* nam inter liberos tãtum est matrimonium: vt.ff. ad legẽ Iul.de adul.l. inter liberas.& infra de incest.nupt.l.cum ancillis. *ADDITIO.* Tu dic quòd de iure canonico etiã inter seruos potest contrahi & esse matrimonium, de quo in.c.j.& per totum titul. extra de coniug. seruorum.

f *Tibi.* domino ancillæ.

g *Eadem.* manumittenda prius à te, & ita fuit facio vt des, licet postea pro facto quod facere debuit, alij dedit ad id faciendum,& sic datio est pro facto.sic.ff.loca.l. si tibi habitationem.

h *Tradidisti.* hoc casu videtur contractus do vt des, & sic videtur præscriptis verbis non de dolo dari: vt.ff.de præscrip.ver. l.naturalis.§.j.quæ est contra. Sol.hic tradidi non vt sibi haberet, sed vt per eum velut per ministrum manumitterem. Vnde ego videor manumisisse, sicut & superiori casu cum per me manumitto.ff.de admi.tut.l.ita autem.§.gesisse. Sed huic solutioni obuiat quod aliàs dicitur, quòd nemo manumittitur per alium: vt infra communia de ma.l.j.in fi.& de vin.liber.l.nec mulierem. Sed hic possum: quia transtuli dominium, & in rem suam feci eum procuratorem: non autem per simplicem procuratorem, nisi sit filius, vt ibi. Item adhuc est contra.& vtrique casui supra de transac.l.cum mota.vbi in facio vt des, videtur dari præscriptis verbis. Sol.ibi fuit do vt facias, licet in faciẽdo fuerit præuentum. Item adhuc contra.ff.de condic.causa da.l. iij. §.idem erit.ver.quinimmo &c.vbi non de dolo, sed condictionem dicit dari in facio vt des. Sol.ibi dicit de condictione certi, quæ est genus ad hanc, quæ de dolo specialem secum admittit.vel aliter vt ibi.

i *Non habes.* scilicet fauore libertatis.

k *Statutum.* in actione de dolo.

l *Tempus.* non dando tibi mancipium quod promiserat.

m *Actionem.* actione præscriptis verbis deficiente, cum nó ita dedisti vt aliquid de tuo facto ei videatur adesse. Vel vt hac datione eum obligare volueris, sed potius manumissionis eum facere ministrũ. Et hæc est ratio secũdũ eũ quare ĩ facio vt des, nõ detur præscriptis verbis: sed hãc reprobaui, sed postea approbatur: vt.ff.de præscrip.ver.naturalis.§.cp si faciã. vel dic vt ibi. Ac.

n *Remansit.* quia adhuc non tradidisti, nec manumisisti, nec hac cõditione expresse tradidisti, si daret prius mancipium: vel incontinẽti dicebat se daturum, vt in venditione videmus: vt instit. de rerum diui. §. venditæ.

o *Cum natis.*i.filiis.

p *Moueatur quæstio.*ab ea dicente se liberam à natiuitate vel ab isto. nam tũc terminaretur quæstio status antequã agat rei vindicatione.

SI superstite. ]C ASVS. Filiam tuam impuberẽ à matre institutam emancipasti: *Aphrodires eius vt tutor legitimꝰ administrasti. maior facta tecum transegit: reuocato in dubiũ an ei ex administratione obligatus esses: vult venire contra transactionẽ an posit, quæritur. distinguitur an fuit interposita transactio bona fide tua, an non. Primo casu aut fuit simplex pactio, aut vallata stipulatione Aquiliana, subsecuta acceptilatione. Primo casu cum fuit simplex cõuẽtio, dabitur tibi exceptio. Secundo casu nulla sibi supereſt cõtra te actio, cum ipso iure libereris. si autem mala fide, sibi cõtra te in factum actio dabitur: cum de dolo dari non posit: quia contra parẽtem vel patronum non datur. Viuia.

q *Patrem.* vt instit.de leg.parentum tutela.

r *Manumissorem.* id est emancipatorem: vt. ff. quando ac.de pec.est an.l.j.§.j.

s *Transegisti.* facta maior.

t *Bona fide.* scilicet interueniente ex parte tua. Vel dic bona fide: quia dolus patris non interceſsit.

u *Pactum.* id est simplex transactio.

x *Per exceptionem.* replicabis tamen in factum, si pater dolum commisit, vel non replicabis quando dolum non fecit pater.

y *Supereſſe.* scilicet: quod est notandum.

z *Si læsa.*vt quia dolo te ĩduxit ad trãsigẽdũ, secꝰ si nõ prẽstitit ꝓmissa. tũc enim agis cõdictione ob turpẽ causam: vt.ff.de condic.ob tur.cau.l.si quis.vel aliter vt not.ĩ.de transac.l.actione.

a *Immodice.*id est vltra duos aureos: vt.ff.e.l.si oleum.in fi.vel dic iudicis arbitrio æstimabitur.

b *Tribuenda.*sic ergo restituitur filia contra patrem: vt infra de bo.quę lib.l.fi.§.sin autem patre.& sic est contra infra qui & adu*er.quos.l.fi.Sol.vt ibi. Item not.hic quòd actio famosa nõ datur in patrẽ: vt.ff.de obsequiis.l.parens.&.l.licet.&.ff.eo.nõ debet. Et sic est contra.ff.de fur.si quis vxori.§.j. vbi dicitur dari furti etiam in patrem, sed hęc famosior. Vel verius expone ibi id est in factum nomine furti.sic.j. de iure do.l.j. Item ad idem est contra.ff.de in ius voc.sed si hac.§. prætor ait.&.ff.de iniur. prętor edixit.§.præterea. vbi iniuriarum dicit filio dari in patrem, & liberto in patronum. Sed & ibi expone vel tempera secundũ Azo.i.in factũ nomine iiuriarũ. Itẽ ad idẽ cõtra.ff.de vi & vi ar. l.j.§. interdictũ hoc. Sed illud nõ infamat: vt.ff.illo tit.l.neque.

*Actio famosa an posit in patrem dari.*

*Dolum.*

---

A

B

C

D

*Valet transactio inter filium emancipatum & patrem, cuius tutelam pater gesſit, sed si dolus patris interuenit, talis dolus purgatur per actionem in factũ, non per actionem de dolo. Bal. Vel sic: Transactio facta pacto nudo, tollit actionẽ ope exceptionis; sed si facta fuit per acceptilationem, tollit ipso iure. Quòd si pater fuit in dolo transigendo, datur filiæ contra eum actio in factum, loco actionis de dolo. Alexand.*

V. Iidem. AA. &. CC. Amphidrosæ.*

SI superstite patre per emancipationem tui iuris effecta, matri succesisti: rebúsque tuis per legitimum tutorem patrẽ q eundémque manumissorẽ r administratis, postea transegisti s cum eo bona fide: t perspicis quòd si pactum u tantùm factũ sit, petitio tua per exceptionẽ x submouetur. Si vero nouatio legitimo modo interceſsit, & acceptilatio subsecuta est: nullam tibi iam supereſſe y actionem. Sane si læsa z es immodice, a liberatione soleniter per nouationem atque acceptilationem tributa: nõ de dolo propter paternam verecundiam, sed in factum actio tibi tribuenda b est. Dat. Idib. Iun. CC. Conss.

*Dolus non præsumitur, nisi per indicia vrgentia probetur. Bald. Salyce. & Alex.*

VI. Iidem AA. &. C C. Hymnodæ.

IIII. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. & CC. Menandræ.

CVm proponas inter te & eum quẽ in contubernio e ancillam tuam sibi coniunxisse memoraſti, placuisse, vt tibi f pro eadem g daret mancipium: intelligis quòd si manumisisti, vel ei tradidisti, h & ille manumisit: reuocandæ libertatis potestatem nõ habes: i sed solum, si necdum statutum k tẽpus l excesserit, & fidem placiti rũpat, desiderare debes de dolo tibi decerni actionem. m Quòd si penes te dominium eius remã-

BIU Cujas

*Dolum.*]IC ASVS. Delata mihi erat hæreditas aliqua: persuasisti vt eam adirem, quamuis minus soluendo esset: si decam te dolo induxisse me ad adeundum, an dolum probare debeam, quæritur? & resp. quòd sic, ex perspicuis circunstantiis. nõ enim doli sufficit attestatio: vt. ff. de transac. si maior. No. q̃ ea quæ consistunt in animo, non possunt probari directo, sed probantur ex indiciis perspicuis. q.d. leuia indicia non sufficiunt ad probationem, secũdũ Bar. & Bal.

a *Dolum.* vòlo agere actione de dolo, & dico quòd talis est ille, qui solet homines decipere.

b *Perspicuis.* id est probationibus manifestis.

c *Conuenit.* vt. j. de rescin. vẽ. si dolo. & l. dolus. & ff. e. l. & eleganter. in fi. & ff. de trãsac. si maior. j. & ff. tit. j. ad inuidiam. & ff. eo. quid enim. & de mino. l. iij. §. j. in fi. & de proba. l. quoties. §. j. hoc tamẽ fallit ĩ illa regula brocardorũ, Dolum præsumi: vt. ff. man. si procuratorem. §. si ignorantes. & ff. ad leg. Fal. dolo. & ponebat Aldricus casum in hac lege in Hispanis, qui inuitauerant eum ad prandiũ, vt fideiuberet pro eis, vel rationes suas accommodaret: & dabant ei vinum album, quasi aquã rubeo mixtã, vt sic inebriaretur.

*Hispanorũ cautela.*

*ADDITIO.* Aduerte q̃ quãdocunq; aliquis omittit id quod scit se facere debere, præsumitur esse in dolo. ita loquuntur. ll. per gl. alleg. Si autem facit quis aliquid, tũc aut illud est simpliciter prohibitum, & etiam præsumitur esse in dolo. l. j. infra de sica. & l. si non. de iniuriis. & c. j. extra de præsump. Aut est simpliciter permissum id quod facit, & non præsumitur dolus nisi probetur: vt hic.

*Si maior.*]IC ASVS. Frater tuus te maiorem. xxv. an. hæredem instituit, & vxorem suam tibi substituit: dolo inductus ab vxore eam hæreditatem repudiasti: an tibi ad adeundam hæreditatem detur facultas, quæritur? & respon. quòd non, sed tibi contra eam de dolo datur actio. Viuianus.

d *Si maior.* si enim minor esses, cessaret actio de dolo, cum locum haberet in integrum restitutio: vt. ff. e. l. j. §. ait prætor. & ff. de mino. l. & si sine dolo. §. restitutus.

e *Factum est.* vt eam hæreditatem repudiares.

f *Potes.* sed oppone, quia ipso iure videtur nulla repudiatio dolo dante ei causam, vt in venditione dicitur: vt. ff. eo. & eleganter. in prin. & l. si quis affirmauerit. & sic nõ est necessaria de dolo actio, cũ ipso iure sit munitus. Respõ. tãtam vim habet repudiatio, quantam venditio, cum sequitur traditio: sed vẽditio præcedit vt infirma: traditio vt infirmanda per actionem de dolo. sic ergo à simili infirmãda est repudiatio per actionẽ de dolo. & facit ad hãc. l. §. de iur. & fac. igno. l. ij. & ff. e. l. seruus. & infra de rescin. ven. si dolo. & ff. de act. emp. l. Iulianus. §. si venditor.

*Vẽditio facta per dolũ non valet.*

*Optimum.*]IC ASVS. Tempus statutum est intra quod de dolo debet exerceri actio: à quo tempore, quæritur: vtrũ à tempore doli commissi, an à quo quis scit dolum commissum? & respon. quòd non intra annum vtilem, sed intra biennium à tempore doli commissi exerceri debet & terminari: siue absens fuerit, siue præsens, qui dicit se dolum passum: nulla igitur detur licentia alicui eam post biennium mouere, seu motam exercere.

g *Mouere.* sed biẽnio trãsacto perpetuo tenetur actione ĩ factũ de eo quod ad eum peruenit: vt. ff. eo. l. itaque. §. j. & l. Sabinus.

h *Abfuerit.* currunt ergo hic tempora absenti. & sic est contra

DOlum[a] ex indiciis perspicuis[b] probari conuenit.[c] Dat. Kalẽd. Decẽb. CC. Cõss.

*Dolo inductus ad repudiandum hæreditatem, agit contra inducentem per actionẽ de dolo. Bal. Vel sic: Repudians hæreditatem dolo substituti, contra illum agit de dolo. Saly. Vel sic: Repudiatio hæreditatis facta per dolum alterius ad quem deuoluta fuit hæreditas, non redditur propterea nulla: sed contra illum per actionem de dolo succurritur ad interesse. Alexander.*

VII. Iidem. AA. & CC. Sebastiano.

SI maior[d] quinque & viginti annis hereditatem fratris tui repudiasti: nulla tibi facultas ei[e] adeundæ relinquitur. ℣ Sane si eius vxoris tibi substitutæ dolo factum[e] est: actionem de dolo contra eã exercere potes.[f] Dat. XVI. Kalen. Maij. CC. Conss.

*Actio de dolo hodie dumtat tantum biennio, continuo à tempore doli commissi numerãdo, quod tẽpus currit absenti & ignoranti: & lis intra illud biennium inchoata, debet etiam terminari. Saly. Vel sic: Hæc actio debet hodie intra biẽnium moueri & terminari: aliàs ipso iure tollitur, & istud tempus absenti etiam ignoranti currit.*

VIII. Imp. CONSTANT. A. ad Symmachum vicarium.

OPtimum duximus, non ex eo die quo se quisque admissum dolum didicisse commemorauerit, neque intra anni vtilis tempus, sed potius ex eo die quo adseritur cõmissus dolus, intra continuum biennium de dolo actionem moueri:[g] siue absuerit,[h] siue præsto sit is qui dolum[i] se passum esse conqueritur. Omnes igitur sciant, neque incipiẽdæ post bienniũ, neque ante cõpletum bienniũ cœptę, post biẽniũ vero finiẽdæ[k] doli actionis esse cõcessam licentiam. Dat. VIII. Kalend. Aug. Nesso. Cõstantino. A. V. & Licinio Cæsare Conss.

*Fluxio perpetuæ actionis.*

*Litis restitutio perpetuat actionẽ.*

*TITVLVS XXII.*

## DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE minorum vigintiquinque annis.

*Minor læsus in renunciãdo querelæ inofficiosi testamenti tacite vel expresse, restituitur in integrum. Bal. & Alexan. Vel sic: Renunciatio querelæ expressa vel tacita, præiudicat maioribus non minoribus ætatis beneficio. Salyce.*

I. Imp. ALEXANDER. A. Plotianæ.

ILlud inspiciendũ[l] est, num[m] inofficiosi querelæ, vel palam,[n] vel tacita dissimulatione[o] sit renũciatũ. P ℣ Nec[q] hoc[r] autem in tuã[f] personam cadere[t] posse, auxiliũ de inoffi. testa. expresse renunciauit vel tacite. Expresse, vt quia dixit se nolle eam intentare. Tacite, vt quia agnouit legatum in eo testamento ei relictum, vel hæredi patrocinium præstando: an ad eam redire possit, quæritur? & respon. quòd non, si fuit maior: si fuit minor, potest desiderare vt in integrũ restituatur.

*Querelæ inofficiosi testamẽti.*

l *Inspiciendum.* quantum ad ius commune & regulariter.

m *Num.* id est an.

n *Palam.* quia fecit pactum de non agendo viua voce: vt & supra de pac. l. postquam.

o *Dissimulatione.* agnoscẽdo iudiciũ defũcti, accipiẽdo aliq̃d ex testamẽto, vel præstãdo patrociniũ legatariis: vt. j. de inoffi. testa. parẽtibus. & ff. de inoffi. testa. Papinianus. §. si cõditioni. & l. fin.

p *Renunciatum.* an non, subaudi: vt si renunciatum sit, amplius moueri non possit, & hoc si est maior: nam si est minor, distinguitur, vt hic sequitur.

q *Nec &c.* hucusque loquitur in maiore: sed hic, nec hoc &c. in minore loquitur.

r *Hoc.* id est nõ solummodo hoc, immo & cætera præiudicia.

f *Tuam.* scilicet minoris.

t *Cadere.* s. cũ effectu vel efficaciter. cadit enĩ, sed restituitur: & sic ponitur per totũ titulũ. j. quibus nõ ob. lõ. tẽpo. præscript. & hoc si cũ auctoritate tutoris renũciauit: aliàs ipso iure nõ nocet: vt. j. eo. l. iij. Sed certe immo videtur semper ipso iure nõ nocere: vt. j. in quibus cau. in integ. resti. nõ est necess. l. ij. quæ est cõtra. Sol. a secus est in trãscursu tẽporis, quàm in renũciatione expressa vel tacita, quę fit ipsa re, vt aduocãdo pro testaméto: vt. ff. de inoffic. testa. l. fi. Vel dic b q̃. s. dixit tacita dissimulatione, dices tacẽdo quinquẽnio: vt. j. de inoffic. testa. l. cõtra maiores. Et secũdũ hoc verbũ cadere, pprie & improprie ponitur: proprie quãtũ ad hoc quod dicit, tacita: quia tũc ipso iure tutus est, vt in cõtrario. Improprie quãtũ ad id quod dicit, palã: quia tũc vere cadit in minorem, sed restituitur. sic & aliàs. ff. de offic. procon. & leg. l. ij. Vel c tertio dicit quòd hæc lex corrigitur per illam. Vel dic secundum Hugo. d speciale in odium querelæ: vt etiam

*Litis restitutio perpetuat actionẽ.*

a *Fluxio.* supra eo. l. non possunt. Sol. hic corrigit: vel illa in vtili tẽpore, hic in cõtinuo. Vel ibi reipublicæ causa aberat, hic ex alia causa. Vel verius currũt vt hic: sed restituitur vt ibi. & solue vt ibi.

i *Dolum.* sed consulitur ei actione in factũ vsque ad. xxx. annos.

k *Finiendæ.* nõ ergo perpetuatur actio lite contestata. sic est in rescissoria secundum quosdã: vt. j. de tẽp. in integ. restit. l. superuacuã. quod nõ placet. & ibi loquitur de restitutione quæ officio iudicis fit ad rescissoriam recuperãdã. Generaliter ergo omnis actio lite cõtestata perpetuatur: vt. j. de præscrip. xxx. an. l. fi. & ff. de regu. iur. l. nõ solet. & l. nemo enim. & ff. de noua. l. aliam. Sed fallit in actiõe de dolo: vt hic. & ff. de pecul. l. quæsitũ. §. fin. Itẽ fallit in retractatione status defuncti, quæ fieri debet vsq; ad quinquẽniũ tãtum: vt. ff. ne de sta. defun. l. ij. § fi. & de collu. de. l. ij. §. aliter atq;. Sed ar. contra in ea. l. ij. §. quinquennium autem non.

*DE IN INTEGRVM, &c.*

*Dixit. ff. de restitutionibus quæ dantur iure actionis: nunc de his quæ dãtur iudicis officio. Primo quæ dãtur minoribus præmittendo generalem tit. postea speciales supponendo.*

*ILlud.*]IC ASVS. Pater filiũ suũ exheredauit, & extraneũ ĩstituit hæredem. querelæ

BIU Cujas

expressa renunciatio minori non noceat ipso iure per legē istā.
a *Impertitur*. i. datur, & tamē hoc inspiciendum est, vt si nō renūciaueris, nec lęsa dicaris, & ideo nō restituēda. si autē renūciueris, videris læsa & restituēda. *ADDITIO*. Ex ista glo. no. secundū Bal. Pau. & Alexan. q minor eo ipso q est læsus, potest petere restitutionē in integrum absque hoc quòd probet læsionē.

*Eo tempore.* ]*IC ASVS.* Sorori tuæ habenti. xx. an. & v. liberos, delata est bonorū possessio in bonis patris sui, neque intra annum petiit: vult restitui vt petere possit: obiicitur q restitui non potest: quia filij. v. pro. v. an. debeāt cōputari: vt tūc cōpleuerit. xxv. an. an dabitur ei restitutio, quæritur? & respō. q nō obstāte prędicto numero liberorū restitui debet, si adhuc tēpus nō excesserit intra qd petere debet. No. ex ista. l. q liberi nil adiiciūt ætati, & ideo nō excludūt beneficiū restitutionis. Bal.

b *Auxilio ætatis iuuabatur*. vt quia. xx. an. habebat.

c *Debuit*. intra annū: vt instit. de bo. pos. §. liberis. sed hodie in tali præscriptione ipso iure seruatur illæsa: vt j. in quib⁹ cau. in integ. resti. non est ne. l. fin.

d *Edicti*. quod est de minoribus: vt. ff. de mi. l. j. §. j.

e *Largitur*. i. si adhuc minor est, vel intra tēpora restitutionis. qd enim dictū est, vt singuli liberi pro singulis annis cōputētur, ad honores pertinet: vt. ff. e. l. ij. &. j. de admi. tuto. l. de his. &. ff. de mune. & hono. l. ad rem. & facit infra qui & aduer. quos. l. j. in fi.

*Si curatorem.* ]*IC ASVS.* Si minor. xx. an. curatorem habens, eo non auctorizante mihi prædium vendidit: an teneat venditio, quæritur? & respon. q nō ipso iure: neq; est restituēdus: sed quod vēdidit, rei vindicatione recuperare potest. similis est enim ei cui bonis interdictū est, qualis est ꝓdigus. si autē curatorē nō habuisti cum cōtraxisti, tenet contractus: sed in integrum restitueris causa cognita: vt si dolo malo vel facilitate læsus fuisti: neque tempus ad restitutionem petendam adhuc excesit.

f *Si curatorem habens*. tu scilicet.

g *Pupillarem*. & ita erat adultus.

h *Ætatem*. intra enim, ipso iure non valet indubitanter: [a] sed de hoc dubitabatur.

i *Res*. scilicet mobiles. vel hodie [b] quæ seruando seruari non possunt: vt infra de admi. tuto. l. lex. in fi. &. ff. de mino. l. ait prętor. §. quæsitum. De aliis autem immobilibus etiam cum tutore non valet sine iudice.

k *Non oportet*. scilicet ipso iure propter defectum tutoris vel curatoris, vnde nec restituendus es: vt. ff. e. in causæ. ij. in prin.

l *Absimilis*. quantum ad hoc. Item quantum ad aliud, vt se non obliget, sed alios sibi sic: vt. ff. de verb. oblig. l. is cui. Sed & ille cui est bonis interdictum, similis est pupillo, non solum adulto habenti curatorem: vt. ff. si cer. pet. l. certi condictio. §. item quęri potest. sic ergo adultus curatorem habens, similis est pupillo, non solum adulto: sed in casibus sunt dissimiles, scilicet adultus curatorem habens, & prodigus: quia adultus testatur, non prodigus: vt. ff. de testa. l. is cui bonis. & de lib. le. l. Aurelio. §. fi. & instī. qui. non est per. fa. test. §. præterea. &. §. item prodigus. &. ff. de bon. pos. secundum tab. l. j. §. si quis autem. & de leg. ij. l. cum pater. §. curatoris. Item differt adultus à pupillo, vt in accusatione suspecti tutoris: vt instit. de suspec. tu. §. impuberes. Item in restituenda hæreditate curatori vel tutori: vt. ff. ad Trebel. l. j. §. fuit quæsitum. Item ad prin. legis videtur cōtra. ff. de verb. obliga. l. puberes. sed caute ibi punctabis, & non erit contra. Sed quid si habens tutorem vel curatorem cum decretō iudicis fecerit, & sine tutore vel curatore? Quidam quòd non valet, quasi vnū sit omissum de necessariis: vt. ff. de trāsactio. l. cum hi. §. si prętor. & infra si propter pu. pen. l. fi. Sed cōtrarium videtur: vt. ff. eo. ait prętor. §. permittitur. & infra qui admit. ad bono. poss. l. bonorum quidem. *ADDITIO*. Vide Bartol. hic pulchre distinguētem de hac quæstione.

pupillarem [g] ætatem [h] res [i] vendidisti, hunc cōtractum seruari non oportet: [k] cum nō absimilis [l] ei [m] habeatur minor curatorem habens, cui [n] à prætore curatore dato, bonis interdictū est. ¶ Si verò sine curatore cōstitutus, [o] contractum fecisti: [p] implorare in integrum restitutionē, si necdū tēpora præfinita excesserint, causa cognita [q] nō prohiberis. Dat. XIIII. Kalen. Maij, Heracliæ. AA. Coss.

*Allegans ætatem ad suæ petitionis fundamentum, debet eam probare. Idem in eo qui allegat ætatem ad fundamentum suæ intentionis, vel defensionis. ad hoc allegatur secundum Iaco. But. Bal. Vel sic: Qui petit restitutionem in integrū ratione minoris ætatis: necesse habet ætatem probare quam allegat. aduersarius verò qui vult ipsum excludere, necesse habet probare quòd tempus petendæ restitutionis in integrum sit finitum. Alexand.*

m *Ei*. scilicet ꝓdigo.

n *Cui*. scilicet ꝓdigo.

o *Cōstitutus*. valet cōtractus, sed restituitur: quia aliter nō valeret.

p *Fecisti*. hic enim videtur quasi paterfamilias: & ideo quod fecit valet, & sic necessaria est restitutio, si læs⁹ est.

q *Cognita*. si fuerit lęsus [c] sui facilitate, vel dolo aduersarij. & facit ad. l. cui bonis. ff. de noua. & infra qui leg. per. l. ij. &. ff. de regu. iur. furiosi.

*c istā glos. sequitur Saly. hic.*

II. Imp. GORDIANVS. A. Alexandro.

EO tempore quo soror tua auxilio ætatis iuuabatur, [b] si patris intestati bonorum possessionem accipere debuit: [c] licet quinq; filios superstites habuerit, non tamē ideo minus ad edicti [d] prerogatiuam pertinet: scilicet si nunc per ætatem beneficiū restitutionis largitur. [e] PP. VIII. Id. Aug. Pio & Pontiano Conss.

*Si minor habens curatorem, contrahit sine eo, contractus est nullus: sed si non habet, contractus valet: sed restituitur si lāditur. Bal. Vel sic: Contractus celebratus ab adulto curatorem habente, sine illius auctoritate, non valet ipso iure: ideo non est necessaria restitutio in integrum: sed cum auctoritate illius valet mero iure: tamen si lāsus est, restitutionem petere potest. h. d. lex ista melior de corpore iuris in suo casu. Alexander.*

III. Impp. DIOCLETIA. & MAXIMIAN. AA. & CC. Attiano.

SI [*] curatorem [f] habēs minor quinq; & viginti annis post

B

C

D

*Et sic prę sumitur maior, nisi probetur minor. & cōcor. si præsentia. cum gl. sup verbo, secūdæ. extra de proba. *aliàs, restitutioni.*

*Præsūptio non semper præsumitur de præterito ad præsens.*

quinq; & tēpora restitutionis *prestituta [t] excesisse, ab aduersario tuo cōprobatū [u] nō fuerit: prędes prouincię in integrū restitutionis dare tibi auxilium debet. Dat. VI. Kalend. Maij, Heracliæ. AA. Conss.

*Si minorem.* ]*IC ASVS.* Minor. xxv. an. prædium mihi vēdidit, & lęsus fuit. vult restitui, dicēsse minorem tempore contractus. dico eum minorem nō fuisse. quis nostrum probare debeat ipsum minorem tempore contractus, quæritur? & respon. quòd ipse probare debet: & hoc probato, nisi probauero eum quando petit in integ. restitui, excesisse tempora intra quæ datur restitutio, proculdubio restituetur.

r *Fuisse*. tunc, & læsum.

s *Ostenderis*. non enim qui est minor &c. vt. ff. de iureiur. l. nam postea. §. si minor.

t *Prestituta*. aliàs præfinita, scilicet vsque ad xxix. an. vt infra de temp. in integ. resti. l. superuacuam.

u *Comprobatum*. quasi ad instar exceptionis. est ergo duplex præsumptio: vna quum tempore contractus præsumitur maior fuisse, nisi probetur contrarium. Secunda, quia hoc probato, hodie præsumitur esse intra tempora restitutionis. quod vtrumque puto verum in dubio. secus autem si ex aspectu appareat contrariū: quia aspectus transfert onus ꝓbationis: vt. ff. eo. l. de ætate. &. l. minor. xxv. an. adito. Sed cum aliquando fuerit minor: quare non semper minor pręsumitur, si probat se fuisse minorem, vt hic, & infra de proba. cum te? Respon. ideo quia solo tractu tēporis quis maior efficitur. Vel quia est hodie maior, sicut & in possessione: vt. ff. de acquir. pos. si quis vi. §. differētia. & in quasi possessione: vt. ff. de proba. si arbiter. nisi possidens habeat ab eo causam: vt infra de pig. act. l. nec creditores. &. ff. ad exhi. l. tigni. Item nisi probetur eum tempore litis contestatę possedisse: nam præsumitur postea possidere: vt infra ad exhi. l. non ignorabit. Itē in indebita pecunia. licet enim cōstet aliquādo fuisse indebitā, nō tamē sequitur q hodie sit: vt. ff. de proba. cū de indebito. secus autē in dominio: vt. j. de ꝓba. l. siue. ar. tamē sumi potest q solo tractu tēporis dominiū amittatur: vt. j. de omni agro deser. l. qui agros. lib. xj. & ibi de hoc. Vel vere intelligēti hic colligitur, q qui fuit minor, & hodie præsumitur minor: quod est verū si cōstet eū aliquādo fuisse minorē ex probationibus: vt hic. secus si cōstet id solum secūdum naturam: vt in dicta opinione.

*Minoribus.* ]*IC ASVS.* Minor si in cōtractu quē fecit doceat se deceptū fuisse facilitate sua, restituetur: licet non ꝓbet dolum

dolum aduersarij sui interceſsisse. vnde in quibuscunque decem annis ptum se ostendit ante cõpletos.xxv.annos, restituetur: & demum intra tempora ad hoc præstituta.

a *Captos.* sui facilitate, vel dolo aduersarij sui: vt.ff.eo.l.j.

b *Possunt.* nec enim &c. vt.ff. de iureiur.l. nam postea. §. si minor. & ff.e. verũ. §. item sciẽdum. & .l.patri. §.j.

c *Quintum & vicesimum annum.* nõ postea tantum, vt aduersarius adserebat: vt.j.si minor se ma.dixe.l.j. Sed tamẽ fallit in his qui veniam ætatis impetrauerunt, maribꝰ post.xx. annos, fœminis post. xviij. in eo quod postea faciũt præterquam in alienatione vel hypotheca rerum immobilium: vt j. de his qui ve.æta.impe.l.j. & penũl.

*Si intra.* ] CASVS. Si minor intra tempus quo restitutio dari cõsueuit, eam petiit, & litem est cõtestatus, & ea pendẽte decesit aduersarius, an ei oberit quo minus eam aduersus hæredes defuncti implorare seu prosequi possit, quæritur? & respon. ꝙ non, nisi ei tacite vel expresse renunciauit, & in maiore ætate: vt.ẽ. de pac. l. postquam. tacite: vt.ff. de minori. l. minor autẽ magistratus.

* *minorem. Pau.*

* *Quia beneficium restitutionis in integrũ non extinguitur eũ persona, sed trãsit ad hæredes: vt j. l. nemo autẽ magistratꝰ. §. fi. ff. de minori.*

d *Renunciatum est.* scilicet in maiori ętate, & expresse: vt .ẽ. de pac. postquam. vel tacite: vt ff. de minori. si filius. In minori nõ potest, cum hoc ipso esset læsus: vt ff.e.l. interdũ. ibi, hoc enim ipso &c. &.l. & si sine. §. restitut. & .l. ait prætor. in princ.

*a Ista repreheditur per Bar. & Alex. & dicit Pau. hic ꝙ ista solutio nõ est multũ necessaria.*

e *Fraudi.* id est damno: vt.ff. de ædil. edic. l. cum autẽ. §. excipitur. Sic ergo restitutio datur contra hæredes: vt hic, & .j.l. proxi. & hæredibus: vt.ff. de in inte. resti. non solum. & .ff. de mino. l. minor autem magistratus. §. fina.

*b Hæc magis tuta. Bar. & sequitur Bal. & dicunt Pau. & Alex. quòd est vera in se, sed dubinat.*

De tutela. ] CASVS. Aunculus tuus tutelã tui administrauit. tu probas te ad instãtiam eius esse maiorem falso. eum à tutelæ ratione liberasti. vis restitui: an possis, quęritur. & respon. ꝙ si tempus non excesit, eam petere potes, neq; debuit auunculus tuus ætatem tuam ignorare, tum quia tutor, tum quia cõsanguineus est: vnde si decesit, hæredes eius conuenire potes. No. istam. l. ꝙ coniuncti præsumũtur scire ætatem. Item allegatur ꝙ non repellitur ille qui allegat dolum proprium contra illum qui sciuit dolum, secundum Bald.

*c Ista gl. allegatur hic per doc. cuius naturã est cõtractꝰ, illius naturæ est distractus.*

f *Auunculi.* sic enim probauit quòd fuit natus quando imperator Friderichus intrauit Lombardiam, sed nunc. xxv. an. elapsi sunt, ergo fuit maior.

g *Probata.* à te minore, & sic turpitudinẽ suã allegat hic minor, quod non licet: vt.ẽ. de transac. l. transactione. sed non est ita. a nam tuor præsumitur scisse, & sic dolus ei non infertur: vt.ẽ. de transac. l. cũ donationis. Vel tunc credidit se maiorẽ, & nunc aliter credit. b Et secundũ hunc casum est contra. ff.e.l. minor. xxv. an. adito. vbi nõ auditur ex quo falso ꝓbauit ætatẽ. Sol. c hic duo sunt contra eum: quia tutor, & quia auunculus. ibi enim tutor vel curator. Item ibi d corã iudice, hic nõ. Item contra. j. si mi. se ma. dix. l. j. & .ij. & .l. si alteriꝰ. in prin. Sol. & ibi tutorẽ ignorãtem decepit minor, hic sciens fuit tutor, vt hęc lex præsumit. Vel dic secundo secundũ Ir. probata à tutore tibi minori. Et tũc quæro, quomodo tenet remissio, cũ dolus c dederit ei causam? Respõ verum est si statũ esset in finibus pacti: vt.ẽ. de trãsac. l. sub prętextu

*Vbi reperitur minor ætas & læsio: ibi cõpetit in integrum restitutio. h. d. Bald. Vel sic: Minor læsus restituitur etiam si non dolo aduersarii sit læsus, sed sui facilitate. Item restitutio in integrum potest implorari durante etiam minori ætate, nõ solum post. hoc dicit. Alexander.*

V. Iidem. AA. & CC. Rufo.

1 MInoribus in integrũ restitutio, in quibus se captos a probare possũt, b etsi dolus aduersarij non probetur, cõpetit. ante impletum etiã quintum & vicesimũ annum, c de his in quibus se captos existimant minores, posse in integrum restitutionem implorare, certissimi iuris est. Dat. V. Kal. Maij, Heracliæ. AA. Conss.

*Instantia causæ in integrum restitutionis transit in hæredem. Bald. & Salyc. Vel sic: Iudiciũ restitutionis in integrũ inchoatum, non extinguitur morte rei, sed continuatur contra hæredem eius. Alexand.*

VI. Idem. AA. & CC. Sententiæ.

SI intra ætatem * cui succurri solet, in integrum restitutionis auxilio lis inchoata est, nec ei à te renũciatũ d est: mors eius cõtra quem hæc fuerit implorata, fraudi e tibi esse nõ potest.* Dat. V. Kalen. Maij Sirmij. CC. Conss.

*Non dicitur decipi qui credit adsertioni quam scit esse falsam. Et ideo licet minor in liberatione tutoris & auunculi se maiorem adseruit, illa adsertio auunculo vel tutori non patrocinatur, nec restitutionem minoris excludit. Bald. Vel sic: Minori qui adseruit se maiorem vt induceret aduersarium ad transigendum, non denegatur restitutio si aduersarius sciuit vel scire præsumatur eũ fuisse minorẽ, & sic eũ mentiri. secundũ primũ intellectũ glos. Alex.*

VII. Iidem. AA. & CC. Seueræ.

DE tutela auunculi f eiusdémque tutoris, cui falso ætate probata g præstitisti liberationem, quem h ignarũ i ætatis tuæ non fuisse tam officium tutelæ quàm sanguinis proximitas arguit, k si necdum statutum l tempus excesit, ex causa in integrum restitutionis hęredes m eius n conuenire potes. Dat. XI. Kal. Augu. CC. Cõss.

*In omissis ex certa scientia vel sine, minor restituitur. Salyc. & Alexand.*

VIII. Impp. HONOR. & THEODO. AA. Iuliano proconsuli Africæ.

2 MInoribus in his quæ vel ptermiserũt, o vel ignorauerunt, p innumeris q auctoritatibus r cõstat esse consultũ. Dat. Non. Maij. Constantio V. C. Cos.

*Minor læsus nõ sui facilitate, quia facit id quod diligens paterfamilias faceret, nec etiã læsus dolo aduersarii. sed casu fortuito: non dicitur circunscriptus: & ideo non restituitur in integrum. Alexand.*

IX. Imp. ZENO. A. Aeliano præfecto prætorio.

NOn videtur s circunscriptus: qui cum minoris esset annis, instrumenti. quia tunc nõ valeret remissio ipso iure: sed hic per acceptilationẽ fuit liberatus: quare tũc valet remissio ipso iure. Et quod facit traditio in venditione, hoc facit liberatio: vt.ẽ. de transac. sub prętextu instrumẽti. vtrobiq; ergo dolo dãte causam contractui, debet dari de dolo: sed restitutio hic eã excludit: vt.ff. de dolo. l. ij. Si autẽ nudo pacto fuisset facta remissio, ageretur f prima actione. & si exciperetur, replicaretur g de dolo: vt.ff. de trãsac. sub prętextu instrumẽti. & sic cessat restitutio, cũ iure cõmuni sit tutus: vt.ff.eo. in causę. ij. in prin. vel si velis dicere ꝙ nudo pacto remisit etiam in casu Ir. dic cũ iudicis h auctoritate: aliàs ipso iure tutus est, si est pupillus: si adultus carens curatore, remissio i tenet, sed datur restitutio: vt ẽ. eod. l. si curatorem.

*f Et hoc Bart. & Pau.*

*g Et mala. Salyc. licet Pau. cõtra.*

*h Dicit tamen Bal. quòd iudicis auctoritas nõ potest cõualidare cõtractũ sui interueniẽtis & pupillum.*

h *Quem.* s. auunculũ.

i *Ignarum.* arg. ꝙ aliquis ratione sanguinis & officij præsumitur cognoscere alteriꝰ ætatem, vel statũ: vt.ff. vnde cognati. l. octauo. §. j. & .j. de li. cau. si filiũ. & .ẽ. de epis. audi. l. si le gibus.

*i Cõcordat hac glos. hoc Bal. Pau. & Iyc.*

k *Arguit.* id est arguẽdo probat.

l *Statutum tempus.* scilicet tẽpus vtilis anni.

m *Hæredes.* & etiam ipsum auum si viueret.

n *Eius.* s. auunculi.

*Inoribus.* ] CASVS. Si minor sibi querelam cõpetentẽ inofficiosi test. omisit, restituit: vt.ẽ. eo. l. j. Si autẽ per ignorantiã legatũ in minus solenni testamento relictum soluit, restituitur: vt.j. si aduer. sol. l. indebito soluto. neque istud tantum verũ est exemplis: sed multis iuris articulis vel auctoritatibus.

o *Prætermiserunt.* omittẽdo quod omittere nõ debuerũt: vt.ẽ. c. l. j. & .j. si vt omissam hære. per to. Et dic prætermiserũt. s. sciẽtes: vt differat à sequẽti dicto. vel ibi fecit qđ sibi nocuit: hic omisit.

p *Ignorauerunt.* etiam de iure: vt.j. si aduer. solutionem. l. indebito. & .ff. de iur. & fa. ign. l. regula. §. j. & sic fecerunt quod facere non debuerunt.

q *Innumeris.* id est infinitis.

r *Auctoritatibus.* vt.ff. eodem titu. per totum.

*Non videtur.* ] CASVS. Tu minor seruum tibi necessarium emisti, postea interiit, vis restitui: an sis audiẽdus, quæritur? & respon. ꝙ non: quia iure cõmuni vsus es: vnde nõ videris circunscriptus: vt.ff.e.l. verum. §. item sciendũ. Vel sic: Consuetudo est in aliqua regione ꝙ omnis qui vendit rem, promittat duplum euictionis nomine. minor existens in illa regione rem suam mihi vendidit, & promisit de duplo nomine euictionis secundum consuetudinem regionis. si velit restitui, non est audiendus: vt.ff. de pig.ac.l. si vendito pignore. §. vlti. & .l. sequen.

s *Non videtur.* pone casum vt.ff.e. verum. §. sciendum. & .§. item non restituetur. & .§. si locupleti. vel pone quando de dupla promisit de euictione secundũ regionis morem: vt.ff. de pigno.ac. si pignore. §. fi. & .l. seq. quilibet enim hoc feciſſet. & est ad. l. istã. ff. de re. iu. l. nihil cõsensui. §. j. & de fideiuſ. inter eos fideiussores. §. cum inter. & de solu. l. in pupillo. Fecit autẽ dominus Ir. super. l. istam glo. talem: Consequentiã tollit. s. hæc. l. non oppositum infert, quia pars eius est. Hæc consequentia tollitur si vsus est iure cõmuni. ergo est circunscriptus. Item infert cum dico, iure cõmuni vsus est: ergo nõ est circunscriptus: quod infertur, scilicet, ergo

BIU Cujas

ergo non est circunscriptus, non est oppositū primi, scilicet vsus iure cōmuni, & vere nō est oppositum: quia quod infert, scilicet vsus iure cōmuni, est species: quod infertur, scilicet non est circunscriptus, est genus: & species potest inferre genus affirmādo: vt homo est, ergo animal est: nō autem genus infert speciē. bene dico quòd non circunscriptus, est genus. Nā non circunscriptorum quidā vtunt iure cōmuni: vt cū deliberatione adeuntes hæreditatem. & quidā nō, vt sine deliberatione adeūtes hereditatē locupletē. Sed certe secūdum Hug. si bene discutias, habēt se vt excedentia & excessa: nisi velis dicere q̄ tantū importat dicere, est vsus iure cōmuni: quantum si diceres, fecit quod quilibet diligens faceret: quare nō videtur circūscriptus, sic nec restituendus. Et secundū hoc dic quòd eius pars est, id est particulariter est verum. i. in quibusdā est verum, in quibusdam non, q̄ qui est circunscriptus, est vsus iure cōmuni. & econuerso: & qui nō est circunscriptus, est vsus iure communi, & ecōuerso. Item potest dici tertio hanc consequentiam tolli, est vsus iure cōmuni, & minor, ergo læsus. Vel secundum Azo. cuius verba hæc sunt, sic expone: est minor & læsus, ergo circūscriptus. hoc tollitur, aliàs colligitur per hęc verba: vsus iure communi, id est eoipso quòd iure cōmuni vtitur minor, videtur nō circunscriptus: quasi diceret, & si est circunscriptus, nō denegabitur ei hoc beneficium: & sic ordinabis literam, minor qui iure communi vtitur, videtur non circunscriptus. præsumitur ergo contra eum hoc ipso, quòd non restituatur. Ia.

a *Qui iure.* id est qui fecit quod quilibet sapiens faceret adeundo pinguem hæreditatem, quanuis postea vineæ, prędia &c. alluuione, chasmate, perierint.

*DE FILIOFAMILIAS MINORE.*

*Dixit de restitutione in genere, nunc in specie, & primo in specie personarum, scilicet filiifamilias cuius restitutio patri proficere videbatur, & ideo etiam sibi deneganda, sed tamen datur, vt in hoc titu. & ff. de mino. l. iii. §. sed vtrum.*

*Filiusfamilias.*] *CASVS.* Hæc lex dicit, q̄ minor. xxv. an. siue pro extraneo siue pro patre fideiusit, neq; ei succedit: restituitur. secus si succedit: quia tunc non restituitur, duplici ex causa. vna, quia læsus non videtur si succedit. alia ratio, quia extincta non est sua obligatio.

b *Non prohibetur.* vt. ff. de mino. l. ait prætor. §. non solū. reus tamen remanet obligatus: vt. ff. e. l. minor se in id. in vlt. col. Item accipe extraneū omnem præter patrē, vel alium in potestate habētem: vt auus paternus: vt. j. de rei vxo. ac. §. extraneum. Item est hoc verum quod hic dicit, secundū P. si non est soluendo ille pro quo fideiusit, vt sic in subsidiū detur restitutio: vt arg. ff. e. l. cum mādato. §. sed si ex euētu. &. §. si autē ipse. sed ibi in vno casu primo principaliter iure maioris cōtraxit minor, hic secundario in alio non cōtraxit minor, sed procurator eius: vnde ipse in subsidiū restituitur. Vel aliter, & verius, quod ibi dicitur, intelligitur quando pater stauerat iniquū preciū, & filius pro illo statuto à patre precio vēdidit, licet res plus valeret, nō tamen filius potest restitui, secundū Ia. & Azo. Dic ergo eum hic restitui etiam si sit soluēdo principalis, quia interest sua potius nō soluere q̄ solutū repetere: vt. ff. de cōpen. ideo. &. ff. de fideiuss. si stipulatus. in prin.

c *Fideiussor.* quæ fideiusio valet: vt. ff. de fideiuss. si dubitetur. §. filiusfami. &. ff. qui satisda. cog. l. ij. §. & filius.

a *Distraxit.* forte patre viuente. & ita nullā recipit dubitationem lex ista secūdum quosdā. sed nō placet: quia in fi. l. reprobatur. nam imputat tutoribus. dic ergo eo mortuo.

b *Non habet.* vt. j. de restit. mi. l. quæ à patre. & de re. ali. l. mancipia. Hoc tamē fallit in duobus casibus secundum Bul. s. ꝓpter enorme damnum, vel fraudis cōsilium cum emptore participatū: vt. s. l. pxi. & j. de prę. miñ. l. ij. & ff. de distrac. pig. l. si creditor. §. illud. in quibus etiā ad rem restituitur. sed maior tantū cōtra creditoré aget: vt. j. si vē. pig. aga. per totum.

c *Versatus est.* non tamen participauit emptor fraudem: nec fuit enorme damnum, aliàs restituitur etiā ad rem. Et circa hoc distīgue: quia si cœperit cōuentionale pignus à minore, restituitur pro mōdico damno, licet non pro minimo: vt in aliis suis cōtractibus: vt. j. de præd. mi. l. j. & ff. de in integrū restit. l. scio. Si prętorium vel iudiciale quod potest incipere à minore: vt. ff. de reb. eo. l. iij. §. j. tunc pro enormi dāno restituitur: vt. ff. de mino. l. si ex causa. in prin. & l. pe. vel fraudis cōsilio: vt eo. ti. l. & si fine. §. idem faciunt. Sin autem à prædecessore, triplex est opinio. Prima Bul. quòd restituitur pro enormi damno: vt. s. l. pxi. vel fraudis cōsilio: vt. j. de præ. mi. l. ij. nō aliter, vt hic. Fraudē intellige cum emptore participatā, aliàs nō dat restitutionē: sed cōtra venditorē agit iure cōmuni, vt hac. l. bene ꝓbatur. Secūda Io. quòd exigatur vtrūq;, scilicet grande damnum, & fraudis cōsilium. & pro eo est, q̄ hęres debet omnino vti iure defuncti: vt. ff. eo. l. Aemilius. & quib. ex cau. in poss. ea. l. apud. Sed est arg. cōtra. ff. de ver. obli. l. cū filiusfamilias. §. in hac. Sed ibi tot sunt stipulationes, quot sunt facta: vt in eo. tit. l. si sic stipulatus. quæ nō possunt intelligi in pupillum ex suo facto cōmitti. hic autē vna est cōuētio, ex qua defunctus & hæres eius tenetur, & præiudicium patitur. Tertij dicunt primo casu cū cœpit à minore, exigi enorme dānum, per. l. j. huius tit. Sed in secūdo quādo à prædecessore, etiā pro modico, si modò fraus interuenerit. Potes dicere secūdū Azo. q̄ nullo modo restituatur cōtra emptoré quādo cœpit à prædecessore, per. l. ff. e. l. Aemilius. & secundum eum cœpit pignus à prædecessore. *ADDITIO.* Quando pignus cœpit à prædecessore, sic distingue secundum Bar. hic. aut venditio sit ex pacto habito cum defuncto: tunc minor nō restituitur. ita loquitur hęc. l. & l. Aemilius. ff. de mino. & l. apud Iulianum. §. j. ff. quib. ex cau. in pos. ea. Aut aliquid gestum est cum minore: vt quia interpellauit eum, & ex mora eius fum consecutus potestatem vendendi à lege &c. tunc ipse posset impetrare restitut. in integ. vt. l. cum filiusfa. §. in hac. ff. de ver. oblig. hanc distinctionem tangit glo. in. l. si cum militaribus. infra de resti. militum.

*Minor. pōt vēdere an sit ei inuenda restitutio.*

*Vti iure defuncti.*

cum hodie minores vos esse affirmetis, auxilium restitutionis vobis impertietur. Dat. X. Kal. Decēb. Sirmij, ipsis. AA. Cōss.

*Contra venditionem pignoris quod incepit ab auctore minoris, minor non restituitur: sed si creditor fuit in aliqua fraude, succurretur minori contra creditorem. Item cōtra tutorem vel curatorem qui passi sunt venundari. Bal. Vel sic: Vbi pignus cœpit à prædecessore minoris, contra venditionem minori non datur restitutio, sed contra venditorem agit si fraudem commisit, & etiam contra tutorem vel curatorem, qui venundari passus fuit. Saly.*

II. Iidē. AA. & CC. Seueræ & Clementinæ.

REm quam à patre vestro quondā creditor eius obligatam sibi distraxit, [a] per ætatem vestram postulantium reuocari desiderium non habet [b] rationem. quod iuris est etiam si extraneo successistis. Nam si creditor non bona fide versatus [c] est, ipsum magis [d] vel tutores siue curatores [e] vestros, qui hanc venūdari passi sunt, conuenite. Dat. XIII. Kalend. Maij Sirmij. CC. Conss.

*TITVLVS XXX.*

## SI ADVERSVS DONATIONEM, &c.

*Minor non restituitur contra congruentem donationem propter nuptias vel nuptialia munera consueta. Bal. Vel sic: Donatio sponsalitia non immoderata, prætextu ætatis non reuocatur. Saly.*

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Theodoræ.

A d *Magis.* pignoratitia actione: vt infra si ven. pig. aga. per totum. & dic magis, quàm emptorem ad rem.

e *Curatores.* vtili actione nego. gest.

*SI ADVERSVS DONATIONEM &c.*

*Scilicet petatur restitutio à minore.*

SI quę res [f] ante nuptias [g] congruenti moderatione [h] à minore annis vigintiquinque marito [i] sponsaliorum tempore, etiam curatore [k] præsente tibi donatæ sunt: obtentu ętatis non reuocabuntur [l]. S. III. Noñ. Nouēbr. Diocletiano & Aristobolo Conss.

B *Pater non potest alienare res donatas filiis emancipatis: nec obest filio minori cōsensus in re quæ sine decreto alienari non potest. Baldus.*

II. Iidem. AA. & CC. Medeæ.

SI in te ac fratrē tuū emancipatos [m] pater vester donationē fecit: ī aliū postea trāsferēdo portionē eius [n], nihil vobis [o] abstulit: nec si frater tuus sibi quęsiti prędij rustici partē donāti patri cōsensit, dominiū ab eo discedere potuit [p] ꝓpter senatusc̄ōsulti [q] auctoritatē, nec auxiliū† in integrū restitutionis hac in re necessariū est. In aliis verò rebus quæ etiam sine decreti recitatione alienari possunt: [r] si postquam sibi donatæ fuerint, postea alij donanti eandem patri voluntatem in minori ætate commodauit, nec præstituta tempora restitutionis excesit: hoc auxilium implorare potest. [s] Dat. VIII. Kalend. Ianuar. AA. Conss.

C

*Si quæres.*]C ASVS: Si minor in spōsam suam donationem ꝓpter nuptias fecit: an restit. beneficio eā repetere posit, quæritur? & respō. q̄ nō, secuto matrimōio, si modò data fuerit, & præsente curatore: aliter enim non valet: vt supra de in integ. resti. l. curatorem.

f *Res.* s. mobiles.

g *Ante nuptias.* hodie appellatur ꝓpter nuptias: vt. j. de do. ante nup. l. fi. Vel dic q̄ fuit hic donatio spōsalitia siue simplex ante matrimoniū, aliàs nō exigeretur insinuatio, cuiuscunque esset quantitatis: vt ī authē. vt fratrū filij. §. illud. col. ix.

h *Moderatione.* quę ꝓ qualitate personarum est attēdenda, sicut dicitur in dote: vt. ff. de iure do. l. quæro. &. l. siue generalis. &. l. cū post. §. gener. & de mino. l. si ex causa. §. in dotis.

†*Cōcor. gl. in ca. i. super verbo, vedire. in fi. extra de resti. in integ.*

i *Marito.* futuro. Ac.

k *Curatore.* sine eo enim non valet donatio: vt supra de in integ. restitu. mi. l. si curatorem. & infra de iure dot. l. mulier.

l *Non reuocabuntur.* ipso iure, sed restitutione data. Vel speciale est vt contra talem donationem nō restituatur. subest enim iusta causa. i. spes matrimonij. vnde spe durāte nō reuocatur, sicut aliàs. ff. de tute. & ra. dist. l. j. §. sed nōnullos. &. ff. de ad. tu. l. cū plures. §. fi. Sed videtur in hoc casu reuocari: vt. j. de præ. mino. l. prædia. quæ est cōtra. Solu. hic de mobilibus dicit: ibi de immobilibus, quæ sine decreto alienari non possunt. Alij dicūt, hic de donatione ꝓpter nuptias, ibi de spōsalitia largitate loqui. Alij cōtra. prima placet. An autē sine decreto in re immobili fieri possit donatio ꝓpter nuptias, habes. j. de admini. tuto. l. lex quę. in prin. & si maior fact⁹ aliena. &. c. l. fi. §. fi.

*Donatio ꝓpter nuptias facta per minorē, an possit retractari.*

D SI in te. ]C ASVS. In te & fratrē tuū emācipatos pater donationē prędij fecit: si portionē illius in aliū trāsferat, nō præiudicat vobis. si autē frater tuus patri donādi cōcessit dominiū: ab eo discedere nō potuit ꝓpter auctoritatē cuiusdā senatusc̄ōsul. quod non habemus: neque restitutione opus est. Si autem vobis talem rem dedit, quæ sine decreto alienari possit, & eam postea alienauit: restitutionis auxilium vobis impartietur.

m *Emancipatos.* secus si in potestate: quia tunc non valeret: vt infra de inoffi. dona. l. ij.

*Donatio facta filio in potestate à patre, non valet.*

n *Eius.* scilicet donationis.

o *Nihil vobis.* vt. j. de prę. mi. l. cū emācipatis. &. j. de cri. stel. l. ij.

p *Potuit.* vt. j. de prę. mi. l. si ad resoluēdā. & de his qui à nō do. ma. l. si patri. nisi factus maior habeat ratū: vt. j. si maior fact⁹. l. fi.

q *Senatusc̄ōsulti.* cuius nomē nō habemus, sed verba sunt orationis in senatu recitatæ, quæ ꝓhibēt alienationē rerū minorum sine decreto: vt. ff. de reb. eo. l. j. & infra de præ. mi. l. prædia.

r *Possunt.* quales sunt res mobiles omnes tempore huius legis. sed hodie idem in illis quod in immobilibus, exceptis his quæ non possunt seruari: vt infra de admiñ. tut. l. lex quæ. Accursius.

s *Potest.* Sed non videtur danda contra patrem: vt infra qui &

aduer.quos.l.fi.quæ est contra. Solu.petit restitui: sed non datur secundum Ir.quod non placet. Tu dic quòd datur contra emptorem si non habet regressum de euictione, vt hic: non contra patrem: vt ibi. Alij, quòd per obliquum restituitur, & sic de euictione teneatur: vt hic.non autem directo: vt ibi.

*SI ADVERSVS libertatem,&c.*

## TITVLVS XXXI.
## SI ADVERSVS LIbertatem, &c.

*Minor restituitur contra sententiam qua pronunciatur aliquem liberandum,sed non contra sententiam libertatis.h.d.hæc lex not.Baldus.*

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Hamniæ.

SI post decretum[a] prætoris viri clarissimi,qui[b] fideicõmissariã libertate deberi[c] pnũciauit,[d] Secũdus,[e] (quẽ cõditioni[f] nõ paruisse cõquereris)manumissus non est:ætas tua litis instaurationem admittit.[g] Quòd si libertatem (quamuis indebitam)dedisti,[h] non posse eam reuocari[i] intelligis: sed damnũ quod ob eam causam[k] illatũ[l] est, iudicio negociorũ gestorũ à curatoribus tuis[m] esse sarciẽdũ.PP.II.Kal. Iul.Laterano & Rufino Conss.

*Manumissio vindicta, id est causa cognita & cum decreto,ratione minoris ætatis retractari non potest.h.d.Bald.Vel sic: Minor aduersus libertatem præstitam,licet dolo manumissi,non restituitur: sed manumissus propter dolum tenetur. Salycetus.*

II. Imp. GORD.A.Solanoæ.

ET si minor viginti annis,[n] vt allegas, constituta seruũ tuũ ab eo circũscripta[o] in cõcilio[p] manumisisti: tamẽ vindictæ ĩpositio, †qua libertas iusta munit, nec obtẽtu[q] quidẽ ætatis rescĩdi potest: ĩdẽnitati verò tuę à manumisso scilicet sarciẽdæ, ab eo cuius iurisdictio est, quaten[r] iuris ratio pmittit, cõsuli debet.PP.VI.Id.Mart.Gordiano.A.II.& Põpeiano Cõss.

†aliàs, tamen vindicta ĩposita, qua &c.

*Quod est nullũ,nõ rescinditur per restitutionẽ in integrũ.Itẽ inepte petitur restitutio in integrũ super eo quod nullũ est.Itẽ resarcitio dãni, & punitio criminis possunt procedere ex eadem instantia.Bal.Vel sic: Libertas præstita à minore causa non probata,non valet ipso iure: ea verò probata valet,nec restituitur: sed contra manumissum vel dolosum curatorem agit. Saly.*

III. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS.AA.Marthonę & Sabinillæ.

QVos retrahi ĩ seruitutẽ postulatis,si non in concilio causa cognita, cũ minores annis vigĩti fuissetis, manumisistis:nõ per in integrũ restitutionẽ, sed ipso iure[t] persequi potestis. Quòd si probata causa libertas præstita est: restitutio in integrũ cõtra libertatẽ locũ habere non potest.[u] Si tamẽ in ea re, culpa seu fraude liberti,[u] eiusdémq; curatoris, ratio vestra lęsa sit:sarciri dãnũ ab eo qui hoc intulit, prędes pũciæ curabit: non dubitaturus[x] etiã grauiorem[y] executionẽ[z] adhibere,si quid tã aperta fraude commissum est, vt puniẽdũ in liberto crimen deprehendatur.[a] PP.VIII.Kal.Octob.Seculare II.& Donato Conss.

*Contra sententiã libertatis procedit appellatio: sed non in integrum restitutio.h.d.Bal.Vel sic:Aduersus sentẽtiam in causa liberali declaratorie latam minor non restituitur, sed appellatur. Saly.*

IIII. Impp. DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.&.CC. Tatiano.

IN iudicio de liberali causa sententiam pro libertate[b] latam, ne quidẽ prærogatiua minoris ætatis sine appellatione[c] missus dũ seruus fuit,curabat vestra negotia,& male:nũc tenetur forte actione de dolo.arg.ff.de dolo.l.& elegãter.in prĩ.ar.ff.de offi.prędi.l.fin.Vel dic cp quidã liberta[a] alius,& curator tuus,prędicta de seruo passus est eũ facere, vel forte etiã dolose minorẽ ad ea faciẽda induxit.& pro hoc infra de admini.tut.l. si liberti.

x *Dubitaturus.* præses.

y *Grauiorem.*id est si deprehensum erit quòd ille libertus commiserit dolum.

z *Executionem.* duplici ergo ratione punitur:quia idem est libertus & curator.

a *Deprehendatur.* in persona vel arbitrio iudicis: sed in rebus non potest.

*SI ADVERSVS libertatem,&c.* Si post.] CASVS. Pater fecit testamẽtum,& minorem instituit: rogauit hæredem de manumittendo seruum, si daret ei. x.seruus libertatem coram iudice petiit:& pronũciauit iudex sibi libertatẽ deberi: & eum nõ debere dare.x.vult hęres minor restitui cõtra sententiam:an possit,quęritur?& dicitur: aut seruus manumissus est,aut non.si non: restituetur.si sit: eam libertatem,licet indebitam, reuocare non potest,sed damnũ si quod passus est, iudicio nego.gest.vt à curatore resarciatur, consequetur. Not.ex ista.l.cp aliud est pronunciare quem esse liberãdum, & aliud pronunciare quem esse liberũ. Bal.

a *Post decretum.*id est sententiam.

b *Qui.*scilicet clarissimus.

c *Deberi.* scilicet Secundo.

d *Pronũciauit.*& male.

e *Secundus.*proprium nomen serui.

f *Conditioni.* scilicet adscriptæ in testamento.& sic male pronunciauit:sed tamen valuit sententia: quia contra ius litigatoris fuit lata: vt.ff. quæ sen.sine app.l.j.§.j.in fi.

g *Admittit.*per in integrum restitutionem. Sed certe ĩmo ipso iure nõ est liber nisi cõditione impleta: sicut nec redit prædium obtributa venditum in bonis domini, nisi soluerit tributum: vt.ff. de rescin.ven.l.pe.quæ est argu.contra.Est & aliud ar.contra.ff. si quis omiss.causa test.l. quia autẽ.§. fi.Sol.in prima erat obligatus dare:hic nõ,si volebat esse liber:vt.ff. si quis omis.cau.test. l.si quis sub.Vel vt soluas vtrunque,dic quòd hic fuit in sententia expressum ne etiam decem det: vt.ff.de compensa.l. quod in diem. §.si rationem.& de nego.gest.l.si autem.§.pe.vnde necessaria est restitutio. Item contra infra eo.l.fina.&.ff.de dolo.l. sed de dolo. Sol.hic liberandus:ibi liberatus fuit iudicatus.

h *Dedisti.* maior infante,& tutore auctore, & decreto prætoris, & peculio non sequente manumissum: vt.ff.de manumis. vindic.l.pupillus.

i *Reuocari.* nisi ex magna causa hoc à principe consequatur: vt.ff. de mino.l.nisi.

k *Ob eam causam.* id est ob manumissionem.

l *Illatum est.* pupillo.

m *Tuis.*sed si non sint soluendo,de dolo actio vel in factum, inquantum interest minoris,detur ad interesse in manumissum: vt.ff.de dolo.& eleganter.in princ.& de inoffi.testa.l.si sub hac. &.ff.eo.l.verum.in princ.& facit.ff.de admini.tuto.l.si minoris.

*ET si minor.*] CASVS. Ad intelligentiam casus no.cp minor xx.an. manumittere non potest nisi ex causa probabili allegata & approbata in cõcilio. Pone ergo, si mulier minor circũscripta à Sticho manumisit eũ,an per beneficiũ restitutionis eam libertatẽ reuocare possit,quęritur? & dicitur cp nõ.& quod dicit,neq; obtentu &c. dic de qua magis videtur, quàm per act.de dolo.sed vt dãnũ quod passa est eũ manumittendo,à manumisso vt sibi resarciatur,act. de dolo consequetur.

n *Viginti annis.* dũmodo excesserit infantiã:vt.ff.de manu.vindi.l.pupillus.

o *Circumscripta.* promisit multa, nec soluit postea.Accursius.

p *In concilio.* i. causa probata,quę sunt multæ: vt instit.qui manumit.non pos.§. eadem.

q *Nec obtentu.*de quo magis videtur.

r *Consuli.* actione de dolo,vel in factum: vt supra.l.proxi.dixi.

*QVos retrahi.*] CASVS. Si minor xx.an. causa apud cõcilium nõ probata seruum suum manumiserit:ipso iure manumissio ĩpediẽte lege Aelia Sentia nõ tenet: vnde neq; restitutione opus est. si autẽ causa cognita & pbata libertas data est,per in integ.restit.reuocari non potest.si autem culpa vel fraude liberti curatoris sui manumisit: damnum quod passus est ab eo,per iudicẽ vt resarciatur cõsequetur.cp si fraus eius aperta fuerit, grauius procedet contra eum, corporalem ei pœnam infligendo.

s *Ipso iure.* quia lex Aelia Sẽtia impedit libertatẽ:vt ĩstit.qui manu.non pos.§. eadem.

t *Nõ potest.*semel enim causa approbata siue vera siue falsa libertas præstita,non retractatur:vt instit.qui manu. non pos.§. semel.

u *Liberti.*i.hic manumissus dũ seruus fuit,curabat vestra negotia,& male:nũc tenetur forte actione de dolo.arg.ff.de dolo.l.& elegãter.in prĩ.ar.ff.de offi.prędi.l.fin.Vel dic cp quidã liberta alius,& curator tuus,prędicta de seruo passus est eũ facere, vel forte etiã dolose minorẽ ad ea faciẽda induxit.& pro hoc infra de admini.tut.l. si liberti.

*IN iudicio.*] CASVS. Si minor aliquem de possessione libertatis in seruitutem reuocare voluerit, dicendo eum esse seruum suum, & pro libertate sententia data est: an aduersus eam si petat restitui, audiendus sit, quæritur?& dicitur quòd non.

b *Pro libertate.*cõpetẽte,nõ cõpetitura.& sic nõ est cõtra.ẽ.eo. l.j.hæc enim est liberalis causa, ibi non.nã petitur ibi vt detur libertas.ff.de iudic.l.qui se.& ar.ff. de mi.l.si ex causa.in fi.&.l. seq. &.l.verum.§.j.&.ij.&.ff.de dolo.l.si dolo.in fi.Accursius.

c *Sine appellatione.* potest ergo appellari in causa liberali: vt &.ff.de appel.l.illud.



BIU Cujas

*SI ADVERSVS TRANSACTIONEM vel diuisionem in integrum minor restitui velit.*

CVm in integrum.] *CASVS.* Minor fundum petiit, & transegit: aduersus transactionem vult restitui. an eo minore restituto, restituatur maior ad actionem pristinam, quæritur? & respond. quòd sic. & expone verba ibi, tu quoque. tu scilicet qui cum eo transegisti. vel dic, tu, id est, tu pupilla. & sic dic casum. l. sequen. A pupilla fundū quis petiit, & transegit. si aduersus transactionē restituitur minor in integ. an ad act. restituatur maior? Et si minor excipiat de pacto de non petēdo, replicabit maior, quòd fides ei seruanda non est, qui fidem seruare voluit. Si autem interuenit stipulatio Aquiliana & acceptilatio: ad pristinum ius restituetur iudicis officio.

a *Tu quoque.* id est tu pupilla impetrata in integrum restitutione. Vel dic tu, qui cum ea transegisti: & secundū hoc est cōtra. ff. de mi. l. cum minor. Solu. hic habebat actionem aduersus pupillam à primordio, qua modo poterit vti contra minorem: ibi non. Vel dic vt infra. l. proxi. Accursius. *ADDITIO.* Tu dic quòd aduersarius non restituitur nisi ad actionem illam in qua læsus erat per illum actum contra quem petita est restitutio. secus si suam actionem aliàs amiserat: vt in contrario. Bart.

b *Vtēris.* distingue: an fiat transactio super re quam petebat minor: quæ poterat alienari sine decreto, vt tunc sine tutore nulla sit, cum eo. s. tutore valeat: sed restituitur. idem in adulto habente curatorem: vt. s. de in integ. restit. mi. l. iij. an quæ non poterat alienari sine decreto: & tunc ipso iure nulla sit sine decreto: licet interuenerit tutor vel curator: vt infra de præ. mi. l. non solum. & ff. de transact. l. cum hi. §. sed cum lis. Sed arg. contra. ff. de reb. corū. l. iij. §. idémque erit. *ADDITIO.* Dic cp aliud in sententia, vt ibi: aliud in transactione, vt hic. Bar.

c *Si ex persona. Transactum.* aliàs, transactionem.

d *Imploretur.* vt non dent promissa, vel dic vt supra. l. proxi.

e *Replicatione.* eo casu quo per pactum simpliciter transactio facta est.

f *Peremptam.* scilicet per acceptilationem.

g *Instauratione.* ita enim fit restitutio, vt vnusquisque suum habeat: siue erat species, siue quantitas: vt tunc inquantum minor est locupletior: vt. ff. de mino. l. quod si minor. §. restitutio. &. ff. de act. empt. l. Iulianus. §. si quis colludente. & arg. s. de transact. l. vbi pactum. Si vero erat actio, & tunc restituitur ipso iure aduersarius minoris ex quo minor est restitutus: & sic habet exp̄sona minoris, quod ex sua non potest: vt hic, & supra. l. proxi. & infra de temp. in integ. resti. l. petendæ. in fi. &. ff. ad Velle. l. si debitrix. §. si pro eo. &. ff. eo. l. fi. & contra alium: non solum contra minorem: vt. ff. de tute. & ra. distra. l. alterius. licet aliàs actio extincta &c. vt arg. contra. ff. de solu. l. qui res. §. aream. sed speciale est hic in minore ratione qualitatis. iniquum enim esset, cp minor restitueretur, alter non. seruari enim debet æqualitas: vt infra de impu. & al. sub. l. ij. & l. quāuis. & arg. ff. si ex noxa. cau. aga. l. ij. in. fi. Alij dicunt per officium restituendum, non ipso iure: vt hic innuit: & arg. j. de acceptila. l. fi. Sed quodcunque dicas, est contra. ff. eo. l. cum minor. vbi aduersario minoris non datur restitutio, licet minor restituatur. Sol. distingue, aut perdidit aduersarius actionem ob restitutionem minoris: vt hic, & sic restituitur: aut nō, vt ibi. vel ibi in sentētia, hic in transactione. Vel verius distingue, an sint coniunctę species, an non: vt. ff. eo. l. etiā. §. j. & infra de temp. & repa. appel. l. per hanc. & infra de appel. l. fin. in prin. Item quid differt hæc. l. à superiori? Respond. hæc clarius distinguit sit perempta prima actio ipso iure vel nō, quàm prima. Item in prima pupilla agebat ad rem super qua fuit transactum secundum primum casum ibi positum, in secunda conueniebatur. Item in prima de diuisione etiam dicit, de qua non dicit in secunda: de qua dic cp prouocatur minor, & non prouocat: & valet tūc etiā sine decreto, sed restituitur: vt. j. de præ. mi. l. inter omnes. &, ff. de reb. eo. l. si pupillorum. & econtra actor suę actioni restituitur: vt. s. l. proxi.

*Minor quo catur, nō tamē quocat.*

h *SI ADVERSVS solutionem à tu. &c. De hoc tractat lex prima. Accursius.*

i Vel à se. *de hoc tract. l. ii. Accursius.*

k Factam. *subaudi, vel it minor restitui.*

*Exemplo.] CASVS.* Si tutor pupillo ex administratione teneatur in. c. & ei facto adulto vel eius curatori soluit: an liberetur, quæritur? & respon. quòd sic. si autem pecunia consumpta fuerit, vel aliàs læsus per solutionem sibi factam, neque tempus restitutionis in integ. excesserit, puta. xxix. annorum, aduersus solutionem restitui potest.

l *Tutores.* q.d. non solum debitores alij.

m *Administratione.* scilicet mala.

n *Liberantur.* j. de admi. tut. l. frustra. ij. Accursius.

o *Implorari.* scilicet officium iudicis: vt. ff. de mino. l. quod si minor. §. vlti.

p *Potest.* quia sic quælibet datur: vt. ff. de mi. l. in causæ. j. §. causa. Et considera hic, quia debitor pupilli aut plenam, aut pleniorem, aut plenissimam consequitur securitatem. Plenam, si soluit pupillo sine tutore, vel adulto sine curatore, & hanc pecuniam saluam habet, vel tantundem: vt instit. qui. ali. lic. §. nunc autē admonendi. &. ff. de sol. l. in pupillo. Pleniorem, quando cum auctoritate tuto. vel cura. nā tunc ipso iure liberatur. sed restituitur minor si non habet pecuniam saluam, vel tantundem: vt insti. in d. §. & hic: nisi in tribus casibus: vt infra de admi. tu. l. sancimus. j. &. l. constitutionem. & infra ad Trebel. l. pe. in prin. Plenissimam, quando cum iudice: vt d. l. sancimus. & insti. d. §. &. ff. eod. l. ait prætor. §. j. &. ij. *ADDITIO.* Similem habes glo. in §. fi. insti. qui. alie. li. vel non. Item aliam similem in. l. ait prætor. §. permittitur. in verbo, imputandum. ff. de mino.

*Debitor pupilli plenā, pleniorē & plenissimā consequitur quandoque securitatē.*

*Indebito.] CASVS.* Si minor ex minus solenni testamento per ignorantiam iuris legata soluit indebita ciuiliter, licet naturaliter debita: an per beneficium restitutionis sibi detur restitutio, quæritur? & respō. cp sic. Vel dic cp detrahere potuit Falcidiam, & non detraxit, sed legata solida soluit, & restituetur.

q *Indebito.* scilicet iure ciuili, sed naturaliter debito: vt quia poterat per legem Falcidiam retineri, vel quia non erat solenne testamentum.

r *Licet per errorem.* quia fecit pater legatum non adhibitis septem testibus.

s *Iuris.* quo casu non daretur maiori repetitio, quia naturaliter debebatur, sed minori datur restitutio: vt supra de iuris & fact. igno. l. cū quis. & infra ad. l. Fal. error. sed p erroré facti solutum

*SI ADVERSVS TRANSACTIONEM vel diuisionem in integrum minor restitui velit.*

posse rescindi, ambigi non potest. Dat. VI. Id. Ian. ipsis. AA. V. & IIII. Conss.

*TITVLVS XXXII.*

SI ADVERSVS TRANSactionem vel diuisionem in integrum minor restitui velit.

*Minore restituto contra transactionem vel diuisionem, restituitur aduersarius ad veterem actionem. Bal. Vel sic: Minor aduersus transactionem vel diuisionem potest restitui. quo restituto, aduersarius eius in pristinum statum reponitur. Saly.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Antonio.

CVm in integrum pupilla restituta, rescindi transactionē vel diuisionem placuit: tu quoque a actionibus quas pridem habuisti, vtēris. b PP. XV. Kalend. April. Sirmij, CC. Conss.

*Per restitutionem actio elisa roboratur aduersario: vel denuo oritur, si prima erat ipso iure extincta. Bald.*

II. Impp. DIOCLE. & MAXIMIAN. AA. & CC. Hymnodæ.

SI ex persona minorum in integrum restitutio aduersus transactum c propter ætatis auxiliū imploretur: d tibi quoque agēti ex integro, vel replicatione e contra exceptionem pacti, vel si peremptā f esse constet pristinā obligationē, ex instauratione g negocij tributa tibi actione consulendū est. Dat. Kal. Decēb. CC. Conss.

*TITVLVS XXXIII.*

SI ADVERSVS SOLVtionem h à tutore vel à se i factam k &c.

*Minor causa cognita restituitur aduersus solutionem factam eius curatori. h. d. Bald. Vel sic: Tutores quondam pupillorū soluentes curatoribus eorum liberantur: sed eis dabitur restitutio, si pecunia eis non sit salua. Salycetus.*

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Soterieæ.

EXemplo cæterorū debitorū tutores l etiā quæ ex administratione m tutelæ debent, curatoribus soluentes liberantur: n sed ante tēpus in integrum restitutionis præstitutum edicto perpetuo permissum beneficiū implorari, o & an sit tribuendum, per causæ cognitionē æstimari potest. p Dat. VI. Id. Feb. CC. Conss.

*Minor restituitur contra solutionem debiti naturalis, quam facit lapsus errore iuris. Bald. & Salycetus.*

II. Iidē. AA. & CC. Laurinæ.

INdebito q legato, licet per errorem r iuris s à minore

cti solutum etiam à maiore repetitur: vt. d. l. error. Et distingue: aut est debitum vtroque iure, scilicet iure naturali & ciuili, aut neutro, aut vno tantum. Primo si est tale quid quod non potest alienari sine decreto, non potest soluere sine decreto nisi defunctus permiserit: vt. ff. de reb. eo. l. magis. §. si pupillus. aliàs cum tutore faciat: vt instit. de auct. tut. in prin. & si sine eo faciat, liberatur per consumptionē creditoris, nó aliàs: vt ff. si cer. peta. l. nó omnis. §. si pupillus. In secundo repetit iure cómuni per condictionē indebiti. In tertio si est naturaliter tantum debitum legitime solutū, id est cū tutore vel curatore vel decreto, nó repetitur nisi per restitutionem, extet vel nó: vt hic. sed nó legitime solutū, si extat, vindicatur. si est cósumptum, cedit in solutum: & ex communi iure patitur cópensationem: sed ratione ætatis cópensationem euitat, & repetit: vt. ff. de neg. gest. l. iij. §. alteri[9]. &. ff. si cer. pe. l. non omnis. §. fi. & hic, &. ff. ad Trebel. si eius. Sed quidā dixerūt pupillum suo noīe repetere etiam sine restitutione: vt diximus. ff. de condic. inde. l. interdum.

*Indebitum solutū à minore, quemadmodum repetatur.*

a *Tempus.* scilicet vsque ad annum vtilem olim: hodie vsque ad quadriennium: vt infra de tempo. in integ. restitut. l. superuacuam.

soluto, repetitionem ei decerni: si necdum tempus[a] quo restitutionis tribuitur auxilium, excesserit: rationis est. Dat. XV. Kalēd. April. Sirmij. CC. Conss.

### TITVLVS XXXIIII.

### SI ADVERSVS DOtem restitutio postuletur.

*Hæres minoris, qui sui facilitate dederat omnia bona sua in dotem cum pacto de lucrando, vel sine: potest ex persona mulieris in integrum restitui: vt corrigatur excessus huiusmodi. hoc dicit ista lex not. Bal. Vel sic. Minor circunscripta in datione dotis viro tanta dote nō digno, potest restitui, & eius hæres. Salycetus.*

I. Imp. ALEXANDER A. Valenti.

QVoniam circunuentam[b] dicis sororem[c] tuam omnia bona[d] in dotem dedisse: an veritas allegationi tuæ adsistat, si ad te hæreditas sororis tuæ vel bonorum possessio pertinuit, [e] & tempora nōdū præterierint intra quæ legibus conceditur ex persona defuncti [f] postulare in integrū restitutionē: præses prouinciæ

*SI ADVERSVS DOTEM restitutio postuletur.*

*QVoniam circunuentam.*] CASVS. Si mulier minor omnia bona sua marito qui indignus erat tot bona recipere, circunuenta in dotem dedit, & in matrimonio postea decessit: an frater suus ad quem de iure sua hæreditas pertinet, ex persona defunctæ restitui possit, quæritur? & respō. q̄ sic, si nondum tempus excesit quo locum habet in integ. resti. sed cum videatur q̄ iure cómuni repetere possit, cum sit hæres, intellige q̄ maritus fecit pactum de parte dotis lucranda mortua muliere in matrimonio: ad quam vult iste restitui, & ad fructus quos medio tempore ex portione quæ in dotem dari nó debuit, recepit maritus. & sic est contra. ff. de mino. l. in causæ. in prin. sed ibi fuit maior, secundum Io. No. ex ista. l. quòd mulier potest dare in dotem omnia bona sua: tamen si est minor & læsa, potest petere restitutionem in integ. non aduersus matrimonium, sed aduersus modum dotis constitutæ. No. insuper quòd restitutio transit ad hæredem, secundum Bald.

b *Circunuentam.* quia facto pacto de non petendo condonasset marito suo bona sua.

c *Sororem.* quia cum nobiliori & ditiori & pro minori quantitate potuisset contrahi.

*Prædia minoris an possint in dotē dari.*

d *Omnia bona.* sed an prædia possint dari in dotem? Respond. non, secundum Io. arg. j. de prædi. mi. l. ob æs. Arg. contra. ff. de iure dotium. l. Titia. quanquam possit responderi quòd ibi non dederit minor, sed maior effecta, secundum Io. minor tamen erat cum permutauit. & eodem modo respondeas ad id quod est. j. de admi. tu. l. lex quæ. in prin. sed secundum Azo. potest dici speciale in dote: nec obstat. d. l. ob æs. vt ibi notaui.

e *Pertinuit.* de iure prætorio. ad quid ergo fuit necessaria restitutio: cum communi iure possit repetere, cum sit hæres: vt. ff. eo. l. in causæ. ij. in prin? Respond. dic quòd pactum erat hic q̄ partem dotis lucraretur vir mortua vxore. Vel aget pro fructibus medij temporis eius portionis quæ non debuit dari in dotem, cū vir non esset dignus tanta dote: vt. ff. de vsufruct. l. qui vsumfructum. §. fin. &. l. quæsitum. sed secundum Azo. etiam cū actione

A cómuni cópetit restitutio: vt. ff. de mino. l. in causæ. §. Póponius.

f *Defuncti.* quod fieri potest: vt. ff. de in integ. restitut. l. non solum. & intra quantum tempus fit dices. j. de temp. in integ. restit. l. ea quæ. §. j.

g *Præsente.* vel per contumaciam absente. ff. de mi. l. in causæ. j. §. causa. Et vt omnia soluas contraria, dic q̄ mulier maior omnia quæ habet potest dare in dotē: vt. j. de iure dotium. Inulla. minor, si vltra patrimoniū promittat, ipso iure nó valet, etiā si tutor vel curator promittat: nisi dolo vel animo donandi: quo casu valet in sui tutoris vel curatoris præiudicium: vt. ff. de iure do. l. siue generalis. & de admi. tut. l. cū post. §. j. si vero vltra vires, vt habens centum debet quinquaginta, & lx. dat in dotem: valet, sed restituitur: vt. ff. de mi. l. si ex causa. §. in dotis. sed & cum auctoritate tutoris vltra vires valet promissio, sed exceptionem habet de æquitate: vt. ff. de admi. tu. l. cū post. §. j. & hæc in ea. in hærede autem ei[9] dicas vt modo dixi.

*Mulier posit dare bona sua tem.*

*Vtrum quis dam cum legitur cum non ro, sed contra vent. ge*

*SI ADVERSVS delictum suum, &c.*

*Supra dixit qualiter in cōtractibus minorib[9] succurratur: nunc quomodo in delictis.*

B *Vbi minor deliquit per dolum, restitutio non procedit. sed vbi per culpam, ibi subuenitur ei per restitutionem in integrum. hoc dicit. Bal. Vel sic: Contra delictum culpa cōmissum minori succurritur ope restitutionis in integrum: contra vero cōmissum dolo non succurritur, si criminaliter agatur, secus si ciuiliter. Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Longino.

IN criminib[9] [h] quidem ætatis suffragio minores [i] non iuuantur. etenim malorū mores infirmitas [k] animi non excusat. si tamen† delictū [l] nó ex animo, sed extra venit: [m] noxia [n] nō cómittit, [o] etiā si pœnæ causa pecuniæ damnū irrogetur: [p] & ideo minoribus in hac causa [q] in integrū restitutionis auxiliū cōpetit. [r] Dat. Id. C Octob. Seuero A. II. & Victorino Conss.

*IN criminibus.*] CASVS. Si minor an. delictum aliquod commisit, an aduersus delictum restitui possit, quæritur? & distinguitur: aut ex animo prouenit delictum, aut non. si sic: non restituetur vt in nihilum teneatur. sed cum aliàs quàm ex animo, puta ex culpa deliquisset, ei posset pœna infligi: sed per in integrū restitu. succurritur. & hic subintelligitur ille versi. etiam si pœnæ, &c. vnde posset continuari cum prima parte: & tunc illi duo versi. sed cum &c. & illud, & ideo &c. debent distingui, dolo an culpa deliquerit: vt si dolo, non restituatur: & sic loquitur prima pars. vel culpa, & restituetur: & sic loquitur secunda pars.

h *In criminibus.* ex animo prouenientibus, vbi fuit voluntas nocendi: vt infra ad le. Cor. de sic. l. j. &. l. si quis. malitiam enim &c. vt infra si minor se ma. l. ij. &. iij.

i *Minores.* sunt tamen doli capaces.

k *Infirmitas.* est tamen doli capax, cum ex animo delinquat: aliàs non tenetur: vt. ff. ad l. Cor. de sic. l. insans. & de fur. l. impuberem. & infra de pœnis. l. impunitas. D

l *Delictum.* Delictum est genus generalissimum, siue veniat ex animo, siue non. sed crimen est genus subalternum. continet enim sub se furtum & adulterium, & alia quæ ex animo prouenient, id est ex conscientia. & sic caute dicit delictum, hic: sed supra dixit crimen.

*Delictum crimen sinus.*

m *Extra venit.* puta tantum ex culpa, non dolo: vt patet. ff. ad le. Cor. de sica. l. in lege. & ad le. Aquil. l. v. §. j.

n *Noxia.* id est delictum: vt instit. de noxa. in prin. vnde versus: Noxia delictum, delinquens noxa vocatur.

o *Non committitur.* scilicet inexcusabilis. nam commissa per in integrum restitutionem excusatur: licet aliàs si deliquisset ex animo, irrogaretur ei pœna pecuniaria. nam tunc non subuenitur nisi vt habeatur pro transacto vel confesso, vt subiicit: & dixi plene. ff. de mi. l. si ex causa. §. nunc videndum. Item contra. ff. commo. l. j. in fin. vbi ex dolo dicit pupillum non teneri. Solu. illud per tertiam statim legem ibi corrigitur: vt ibi diximus. Ac.

p *Irrogetur.* cum ex animo vel sine. & dic irrogetur, si non petat restitui.

q *Hac causa.* cum non ex animo delinquitur. Accur.

r *Competit.* scilicet in totum: vt. ff. de reg. iur. l. fere.

*Licet.*]

*Licet.*] CASVS. Prima lex loquitur quando minor delinquit in faciendo, hæc in omittendo. si ergo mulier minor, quæ lubrico ætatis lapsa est, intra annum filijs suis tutorem non petiit, an restitui possit quò magis ad successionem filiorum suorum possit venire, quibus non petiit tutorē, quæritur? & respō. quòd restitu. non eget auxilio: quia ipso iure tuta est, quia quòd amittat successionem filiorum, locum habet in maioribus matribus.

a *Constet.* cum ex animo proueniunt: vt. ff. l. proxi.

b *Denegari.* nec ipso iure. Accursius.

c *Obtineat.* vt intra annum petant, aliàs repellātur ab eorum impuberum successione: vt instit. ad Tertul. §. fin. &. j. de leg. hæred. l. sciant. &. j. quando mul. tutelæ offi. l. ij. & infra ad Tertul. l. matres. & infra qui petant tu. l. cum à matribus. sunt ergo tutæ matres minores ipso iure, nec est opus restitutione. sic & aliàs. ff. ex qui. causa. infa. irrog. l. pe. &. j. de fal. mo. l. j. in fi. &. ff. de epis. & cle. authen. si captiui. Accursius.

*Minor non petens tutorem filio impuberi, ipso iure seruatur illæsa: nec successione impuberis est priuanda. hoc dicit. Bald. Vel sic: Delictum tutoris non petiti, non cadit in matrem ætate minorem. ideo nō priuatur successione filii morientis in ætate pupillari. Salycetus.*

II. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS. AA. & CC. Proculæ.

LIcet in delictis ætate neminem excusari constet: [a] matri tamen, quæ filiis tutorem ætatis lubrico lapsa [†] non petiit, eorum minime denegari [b] successionem conuenit: cum hoc in maioribus matribus tantùm obtineat. [c] V. Noñ. Mar. CC.*

*TITVLVS XXXVI.*

## SI ADVERSVS VSVCAPionem restitutio postuletur.

*Contra vsucapionis damnum minor restituitur. h. d. Bald. Vel sic: Vsucapio inchoata cum defuncto finitur cum eius hærede, licet minore: sed restitui potest. h. d. secūdum intellectum communem docto. Saly.*

I. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Isidoræ.

CONtra eos qui res minorum tenent, si vsucapione [d] dominiū acquisierint, restitutionis auxiliū eis decerni debet. Dat. Kalēd. Maij Sirmij. CC. Cons.

*TITVLVS XXXVII.*

## SI ADVERSVS FISCVM restitutio postuletur.

*Minor restituitur etiam contra fiscum. h. d. Bald. vel sic: Si minor lædatur in venditione facta procuratori Cæsaris, potest restitui: & cōpetens iudex est procurator fisci. h. d. secundum vnam lectu. & verior. Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Longino.

SI Probus [e] in minore ætate constitutus, circunuentus [f] à Rufino dispensatore nostro, [g] venditionē rei prępcipiti animo precio longe minore [h] contrahere festinauit: iuris [i] publici [k] fiscus [l] noster in integrū restitutionis sequetur auctoritatē. Dat. * Seuero A. II. & Victorino Conss.

*Inter priuatos cognoscit præses prouinciæ. tamen inter priuatum ex vna parte, & fiscum ex altera, cognoscit procurator Cæsaris adiuncto præside. Bald.*

II. Imp. ALEXANDER. A. Antiocho & aliis.

SI aduersus priuatos in integrum restitutionem tam tu quàm fratres tui desideratis: prę sidis prouinciæ viri clarissimi notio est: isque causa cognita æstimabit, an auxilium quod imploratis, conferri vobis debeat. cp si aduersus fiscum id postulatis: intelligitis procuratorē meū [m] vnà cum [n] præside, præsente fisci patrono, [o] adire vos debere. Dat. Kalend. Augusti Alexandro. A. II. & Marcello Conss.

*SI ADVERSVS FISCVM, &c.*

*De personis minorum & rebus & negociis aduersus quæ restituuntur minores, dictum est: nunc de personis dicendum, aduersus quas restituuntur.*

*SI Probus.*] CASVS. Minor. xxv. an. procuratori Cæsaris longe minore precio quàm valuit vendidit, puta valebat. xxx. vendidit pro. xx. rem suam. si petat restitui, coram quo restitutionis causa agitari debeat? Respond. quòd coram procuratore fisci, qui iudex est inter priuatum & procuratorem priuatæ rationis, id est procuratorem Cæsaris.

e *Si Probus.* proprium nomen est.

f *Circunuentus.* re ipsa, nō dolo aduersarij. sic ponitur. ff. de mino. l. in causę. ij. §. idem Pōponius. aliàs non haberet in integrū restitutionem: cum si dedisset dol[9] causam cōtractui, ipso iure esset tutus: vel si incidisset, esset tutus actione ex eo contractu: vt. ff. de act. empt. l. Iulianus. §. si dolo. &. §. si venditor. &. §. per contrarium. Vel dic dolum dedisse causam contractui, sed processum fuit ad traditionem. vnde sicut maiori daretur de dolo, sic minori in integrum restitutio.

g *Nostro.* scilicet procuratore Cæsaris siue principis, qui etiam rationalis dicitur: vt. ff. de modo multarum. l. ij. & iij.

h *Minore.* non tamen vltra dimidiam iusti precij, quia & tunc ageret actione ex eo contractu: vt. j. de rescin. ven. l. ij. arg. ff. de iure dotium. l. si res. §. j. &. l. iure succursum. §. fin. Accursius.

i *Iuris.* ius priuatorum vocat hic ius publicum, ideo quia publica auctoritate est inuentum.

k *Publici.* id est iuris communis.

l *Fiscus noster.* id est procurator fisci, qui cognoscit inter priuatum & Rufinum procuratorem Cæsaris: vt. j. eo. l. iij. Vel dic Rufinum esse procuratorem fisci. & sic fiscus, id est procurator fisci Rufinus patietur dari contra se restitutionem. Sed hic expone, scilicet dispēsatore nostro, id est fisco. Sed tunc erit iudex procurator Cæsaris: vt. j. l. proxi. prima verior.

*SI aduersus.*] CASVS. Si quis aduersus priuatum vult restituī, coram quo agitanda sit causa restitutionis, quæritur? & respond. quòd coram præside prouinciæ. si autem contra fiscum priuatus vult restitui, cognoscet procurator Cæsaris an danda sit, necne: & hoc præsente prouinciæ præside, & aduocato fisci.

m *Procuratorem meum.* qui cognoscit inter priuatum & fiscum: vt hic, & infra. l. proxi. & infra vbi causæ fisc. l. ad fiscum. Et dicitur rationalis.

n *Vnà cum.* sed hodie secundum R. solus princeps cognoscit, vt in authen. vt omnes obe. iudi. §. fin. col. v. Accursius.

o *Patrono.* i. aduocato, qui si non adesset, ex integro cognosci oporteret: vt. ff. de iure fis. l. fiscus. &. ff. de aduo. fisc. l. fin. Et not. in hoc titulo priuilegiatum contra priuilegiatum admitti: vt. ff. ex quibus cau. ma. l. fina.

*Priuilegiatus contra priuilegiatum admittitur.*

*Edicto.*

BIU Cujas

*Si minoris res alicui est vendita à fisco iure creditoris minus solenniter, & iniusto precio: etiam post quinquennium retractatur, debitore satisfaciente fisco. h.d. Bald. Vel sic: Si fiscus vendidit rem alienam vt suam, dominus poterat iure isto rem vindicare vsq; ad quinquennium si erat maior. minor vero etiã vltra, si non vendidit iure creditoris. isto tempore neuter eorum auditur, nisi sit precio minori vendita, & solennitas debita non seruata: & de hoc cognoscit procurator Cæsaris. Salycetus.*

E Dicto] CASVS. Habebat minor aliquis prædium censuale pro quo reddere censum singulis annis tenebatur. cessauit in solutione. procurator fisci prędium distraxit. vult minor ad illud restitui. an sit audiendus, quæritur? allegat minor pro se ꝙ sit restituendus, quia edicto diui Marci continetur, ꝙ si fiscus vendit rem alienam vt suam, emptor securus sit prescriptione quinquénali. quo edicto excipiebãtur res minorum, vt vltra quintũ annum cõpetat minori rerũ suarum restitutio. Respõ. imperator ꝙ edictum pro minore isto nihil facit, quia tunc locum habet illud edictum cũ fiscus vendit rem alienam vt suam. hoc autem casu vendidit alienum propter aliquã cessationem censuum. si autem procurator fisci longe minore precio vendidit quàm valuit, puta valebat. xxx. & vẽdidit pro. x. vel solẽnitatem quæ in his desideratur, non seruauit, minor restituetur. Sũt enim tria seruanda in tali venditione. Primũ vt quis debeat, secundũ vt in solutione cessauerit, tertium vt res subhastentur. quorum si aliquod defuerit, si minor fisco satisfecerit, procurator Cæsaris qui cognoscit inter priuatũ & fiscum, fundum sibi restitui iubebit, venditione penitus reuocata.

*exempta.*

*Fiscus dupliciter rem alienam vendit.*

a *Edicto.* duobus modis vendit fiscus rem alienam. Primo vt suã, & in hac venditione locus erat edicto diui Marci, quo cauetur vt empor securus sit prescriptione. v. an. quo edicto excipiuntur res minorum, vt etiam vltra. v. an. possint repetere, vt hic: sed hodie hoc edicto sublato statim securus est emptor, licet intra quadriẽnium dominus possit agere contra fiscum: vt instit. de vsuca. §. fi. &. ï. de quadri. prescri. l. omnes. &. l. fin. Sed minor etiã vltra quadrienniũ ad rem suam admittitur: vt. ï. de restit. mi. l. neq;. Secundo vẽdit alienã ob aliquod debitũ sibi, cuius rei possessioné nunquam habuit: in qua venditione nec maiores nec minores iuuantur: & tria oportet ibi concurrere. Primũ vt aliquis debeat, & eũ cessare in solutione, & venditioné soléniter fieri. aliquo istorum deficiente reuocatur etiam à maiore talis vẽditio soluto precio: vt in fi. huius. l. &. ï. si propter pu. pen. l. fi. &. l. ij. & de rescin. vẽd. si quos. &. ff. de rescin. vend. l. fundus. &. ï. de fi. instru. & iure hastæ fisc. l. j. ij. &. vj. lib. x. & ar. ẽ. si aduer. vẽ. pig. l. ij. &. j. & de execu. rei iudi. l. ordo. &. ff. eod. l. si ex causa. §. pe.

b *Excepta.* à præscriptione. v. annorum indulta ex edicto, cum rem alienam vendit fiscus vt suam. Accursius.

c *Tum.* minoris: vt dixi. ï. de fid. instru. & iure hastæ fisc. l. penult. lib. x.

d *Siquidem.* id est quia.

e *Debiti.* erat autem edictum diui Marci, vt si quis rem emptam à fisco quinquennio possedisset, tutus esset, nisi res esset minoris. sed neque res minoris intelligebatur excepta, cum nomine paterni debiti à fisco ei quæstio moueretur: & ob id cessat beneficium edicti in hac parte.

f *Patris.* ergo vt alienam vendebat.

g *Ipsius.* scilicet minoris.

h *Quæstionem.* quia non vt suam, sed vt alienam vendidit: & sic emptor est securus, si interuenerunt tria quæ sunt necessaria.

i *Procuratoris nostri.* id est fisci, qui dicitur procurator imperatoris quantum ad iurisdictionem.

k *Iubebit.* scilicet procurator Cæsaris.

III. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS. AA. & CC. Laurentio.

E Dicto[a] quidem diui Marci parentis nostri res minorum exceptæ,* [b] nihil tuum[c] adiuuant desiderium: siquidẽ[d] debiti[e] causa patris[f] minoris, vel etiam ipsius[g] prædia venundata, quinquennij præscriptionis nullam admittunt quæstionem.[h] Sed quoniã per collusionem siue fraudem tunc tẽporis procuratoris[i] nostri nimis exiguo precio fundũ tuum cum mãcipiis venundatũ asseueras: si aditus Rationalis noster tuis adesse fidem allegationibus, nec seruatam solennitatem hastarum animaduerterit: fisco te satisfaciente, reuocata venditione, [l] fundum tibi restitui iubebit.[k] Dat. Id. Feb. Sirmij. CC. Conss.

## TITVLVS XXXVIII.

## SI ADVERSVS CREditorem &c.

*Ipse minor in mutuo læsus præsumitur, nisi mutuans probet versum in rem minoris: & ideo minor restituitur. hoc dicit cum. l. seq. Vel sic: Cõtra fœnerantem minori præsumitur, nisi probet mutuum in vtilitatem minoris conuersum: ex qua præsumptione restitutio datur, & data iustificatur. h.d. secundum omnes lectu. Bald.*

*Stricte hoc titulo ponitur creditor pro mutuatore, vt aliquid in eius odiũ inducatur specialiter: vt ï. l. proxi. dices.*

I. Imp. ANTONINVS PIVS A. Prunico.

C Vm & ipse[l] profitearis cũ Zenodora minore vigintiquinq; annis te contraxisse,[m] nec doceri potuisse prætorem virum clarissimum ex eo contractu locupletiorem[n] eam esse factam, intelligis eam merito in integrũ restitutam.[o] Dat. XI. Noñ. Aug. Largo & Messalino Conss.

II. Imp. GORDIANVS. A. Caiano.

S I (vt allegas) minor annis pecuniam fœnori accepisti, nec ea in rem tuam versa est:[p] aduersus cautionem per quam eo nomine te obligasti, in integrũ restitutionis auxilium potes soléniter postulare. PP. III. Noñ. Feb. Gord. A. II.*

## TITVLVS XXXVIIII.

## SI MINOR AB HAEREditate se abstineat.

*Filius qui se paternæ hæreditati non immiscuit, non eget beneficio restitutionis in integrum vt abstineat: quia tutus est ipso iure per beneficium prætoris. sed si se immiscuit, vel bonorum possessionem agnouit, & est minor & læsus: restitutio in integrum sibi est necessaria. Bald.*

C Vm & ipse.] CASVS. Si minori an. xxv. x. mutuasti, & ea perdidit: si restitui velit aduersus obligationem mutui, ne ea teneatur: an sit audiendus, quæritur? & respõ. quòd sic, nisi probes eum locupletiorem factum. vnde læsus præsumitur, nisi contrarium probetur. sed speciale est in odium creditoris: alioquin esset contra. ff. de iureiuran. nam postea. §. si minor. vbi dicitur quòd non ideo quia minor est, læsus esse intelligitur: vnde debet se læsum probare.

l *Cum & ipse.* scilicet tu fœnerator. Accur.

m *Contraxisse.* dando ei mutuam pecuniam. speciale est hic in odiũ fœneratoris. eius contrarium est generale. ẽ. de in integ. restit. l. minoribus.

n *Locupletiorem.* præsumitur ergo læsa, nisi contra probetur. & sic est cõtra. ff. de iureiur. l. nam postea. §. si minor. & ẽ. de in integ. restit. mi. l. v. Solu. speciale est hic in odium fœneratoris.[a] Arg. ff. de re. eorum. l. magis. §. ne tamen. &. ff. eo. l. patri. §. j. & argu. ẽ. de sacrosanc. eccl. auth. hoc ius porrectũ. in fi. Sed & aliàs videt idẽ: vt. ï. de prædi. mi. l. si prædium. sed expone vt ibi. Alij dicunt vt Py. quòd hic creditor sponte in se onus probandi susceipit: vt ar. ff. de proba. l. circa. Tertij dicunt ꝙ hic probauerat minor tria, scilicet se minorem tempore contractus fuisse, & pecunia nõ indiguisse, & acceptã amisisse. ergo est restituẽda, nisi creditor probet locupletiorẽ. & secũdum hos tres casus dic restitutam, id est restituendã. & sic. ẽ. de leg. & consti. l. j. Quarti dicunt quòd data fuerat restitutio iam minori, qui probauerat læsionem, & creditor appellauerat. Vnde in causa appellationis debet appellator ꝓbare, & iniquitatẽ sententię detegere: vt ar. ff. eo. l. prefecti. &. ï. de ap. l. hi qui. Sed male dicũt: immo idẽ qui prius, & nũc ꝓbare debet: vt. ï. de ap. l. iiij. &. ff. nil noua. ap. pen. l. j. &. ff. ad Turpil. l. j. in fi. & in auth. de his qui ingre. ad appel. §. illud quoque determinare. colla. v. & dicitur detegere iniquitatem appellator eo ipso quòd dicit, inique dico sententiam contra me latam. sic ergo quatuor modis intelligi potest hæc lex. sed primus verior.

*Aliãs dicitur ꝓbatio. hic, quia esse ꝓbatio. tuatum minori sufficere debet. hac de nota.*

*Appellans quid ꝓbare.*

o *Restitutam.* id est restituendam.

S I vt allegas.] CASVS. Minori an. xx. mutuasti, quæ cõfessus est minor se recepisse, sed perdidisse. vult restitui. an sit audiẽdus, quærit? & rñ. ꝙ sic, nisi ꝓbes pecuniã in ré suã versam esse: quod nõ præsumitur, nisi tu probes eam in eius cõmodũ versam.

p *Versa est.* quod probare debes, scilicet non esse versam secundum quosdam. Tu dic quòd præsumitur non esse versa, nisi creditor probet, in eius odium: vt dixi. ẽ. l. proxi.

*SI MINOR AB HAEREDITATE se abstineat.*



BIU Cujas

*Si vos.*] CASVS. Si filiosa minori delata fuerit hæreditas paterna, neque ei se miscuit, an non obstante eo quòd protestatus nó est se illam habere velle, sibi præiudicauit quo minus eam repudiet, ne à creditoribus conueniatur, qui dicunt eum filium & hæredem, quęritur? & respond. quòd non. si autè se immiscuit, & postea vult eam repudiare: an possit beneficium restitutionis in integrũ petere, quæritur? & respond. ꝙ sic.

*Adire & immiscere, differunt.*

a *Immiscuistis.* immiscere suorum est, adire extraneorum: vt instit. de hære. qualitate & dif. §. extraneis.

m *Actio.* s. in factum, quæ aliàs datur ex sentẽtia iudicis: vt. j. de re. cre. l. actori. est ergo hoc, quia vilis & nulla, non quia digna. Vel potest esse ratio quare nõ appellatur: quia appellationis remedio extinguitur pronunciatũ: vt. ff. ad Turp. l. j. in fi. sed cũ arbitrium nõ possit vere dici sentẽtia: vt. ff. ex quib. cau. infa. irro. l. quid ergo. §. ex cõpromisso. ergo nõ potest rescindi per appellationem: vt. ff. de iniu. testa. l. nã & si sub. §. j. Sed cũ quãdoq; detur actio, vt quãdo est expresse, vel decẽ dierũ taciturnitate firmata: vt. j. eo. l. pe. §. j. &. ij. an potest appellari? Rn. primo casu nõ, arg. j. de nõ nume. pec. l. generaliter. & quorũ appel. nõ re. l. obseruare. &. j. de re. cre. l. si quis. Secũdo nõ: quia ante. x. dies nõ dat, & sic nõ appellatur: vt hic. at post sero prouocatur. Et no. q̃ hic est locus argumẽtãdi à cõmuniter accidentibus. accidunt enim sentẽtię cõmuniter, vt à qua sentẽtia possit appellari, & ex eadẽ agi. ergo econtra à quo remouetur vnũ, & alterũ: sed licet appellari non possit, est tamen quædam species appellandi: vt. ff. eod. l. non distinguemus. §. cum quidam.

n *Inde.* id est ex sententia arbitri.

o *Metu.* ergo ea soluta potest recedi: vt in auth. decernit ius.

p *Cõmittit.* i. non incidit in obligationem: vt. ff. e. l. si cum. §. si intra. &. l. nõ distinguemus. §. compromisso. aliàs est versi. sub. §. summa rei. &. §. fi. &. l. fi.

*SI contra.* ] CASVS. Compromisimus tu & ego in arbitrum, interposita stipulatione pœnali si sententiæ ipsius non staretur. citauit te arbiter, nõ comparuisti: an in pœnã in cõpromisso cõprehensam incidisti, quæritur? respon. q̃ sic.

q *Compromissum.* i. contra id quod fuit actum in compromisso: fuit enim

BIU Cujas

fuit enim actum vt adesset quando arbiter præciperet.

a *Detrectauit.* id est noluit.

b *Placitæ pœnæ.* quam placuit imponere, si quis contra præceptum veniret. Accursius.

c *Obnoxius.* videtur enim nó stetisse sentétiæ, qui nó fecit præsentiam, quo minº arbiter sententiã possit ferre, vt hic, &. ff. eo. l. si cũ dies. §. si arbiter. &. l. dié. §. (aliàs est. l.) si quis litigatorũ. &. l. non ex omnibus.

ARbitrorum.] CASVS. Pater cum filia emãcipata in controuersia quã inter se habebant, in arbitrum cõpromisit. cõdemnatus est pater per sordes arbitri: non vult stare sententiæ: an teneatur soluere pœnã in cõpromisso cõprehẽsam, quæritur? Respõ. q̃ nõ: sed cõtra filiã agẽte ex stipulatu ad pœnã, excipiet de dolo. Item potest agere aduersus filiã ad interesse, quãdo cõmisit dolũ in toto negocio sen nõ cõmissurã.

*Cõcor. ca. cũ glo. sup verbo, fauẽ. ex. extra.*

d *Obtẽperans.* s. pater.

e *Ex stipulatu.* scilicet ad pœnam: cum nõ pareas sententiæ.

f *Poteris.* immo videtur q̃ ipso iure sit tutus, quasi sub hac conditione sit cõpromissum, si nõ fecerit dolo: vt. ff. eo. l. ita demũ. in princ. quæ est contra. Solu. a tacita conditio nõ facit negocium cõditionale: vt. ff. de condi. & demon. l. conditiones extrinsecus. Itẽ econtra videtur nõ excipi: vt. ff. eo. l. diem. §. stari. quæ est cõtra: sed ibi dicit, nisi sordes &c.

*Stiã sol. obtẽdũt. dicto. dic sẽ. eos. ẽ illa. demũ. cõditio. exceptio nõ ante. datiõi, sic non. ẽdit na. tatẽ a. nis, sed. cutionẽ. Bald. ẽ. cor. cũ. ca. cũ. ore. & parte. ra eo. ti. dicitur. id arbi. poteſt e. cũ iura. nto. licet. dare ſeriũ. os leges. s prohi. atur. vt ẽ. arbi. ſeq.*

g *Clausula.* nam cum multa in cõpromissis promittãtur hinc inde, inter cætera ponitur quãdoq; nullum dolũ cõmitti, ex qua clausula agitur: vt hic, &. ff. eo. l. ita demũ. in fi. Sed quid si arbiter dolo suo tulit, non dolo partiũ? Io. dicit stari, eũ is qui excipit, dolum actoris debet probare: quod hic facere non potest: vt. ff. de except. doli. l. ij. §. j. Item dolus commissus ab vno, non nocet alij: vt. ff. quæ in fraud. credi. l. qui à debitore. Sed contra puto secundum Bul. quia saltem nunc dolo facit cum pœnam petit: quod sufficit vt dicta exceptio locum habeat: vt. ff. de doli excep. l. ij. §. & generaliter. & de act. empt. l. si sterilis. §. cum per venditorem. & de tribu. l. illud. §. si tamen.

h *Conuenire.* ad interesse.

NE in arbitris.] CASVS. Innuit hæc lex quòd olim arbitrio pœna vallato, adiecto quoque iuramento, licitum fuit soluta pœna recedere à compromisso, & sic periurium cõmittere, & decreta eludere arbitrorum: quod absurdum non immerito videbatur. Obstruens ergo imperator viam periuriis, statuit quòd si arbiter de iuste arbitrando, partes vero de parendo simul iurauerint, vel se iurasse scripserint, seu apud acta se iurasse deposuerint, aut partes tantum, vel arbiter tantum: & hoc secundum prædictum modum firmauerit: sententiam à tali arbitro latam, firmam manere: ex ipsa, si ad incertum actum fuit, actionem in factum generalem concedens. Si vero ad certum: condictionem ex hac. l. & si forte res petita auctoritate iudicis tradita fuerit, vtilem rei vindica. si à possessione ceciderit. quod

A arbitrum præsentiam sui facere detrectauit, a placitæ b pœnæ videt obnoxi⁹. c PP. VIII. Kal. Ian. Caro & Carino Conss.

*Aduersus petitionem pœnæ competit exceptio doli, si per dolum vel sordes fuerit arbitratum. Bald.*

III. Impp. DIOCLE. & MAXIMIAN. AA. & CC. Petroniæ.

ARbitrorum ex cõpromisso sententiæ nó obtẽperans, d si sordes vel euidens gratia† eorum qui arbitrati sunt, intercessit: aduersum filiam tuam agentem ex stipulatu, e exceptione doli mali vti poteris: f sed ex doli mali clausula, g quæ compromissi stipulationi subiici solet, filiam tuam conuenire h non vetaberis. PP. III. Id. Ian. ipsis AA. & Conss.

*Si compromissum fuerit iuratum à partibus & ab arbitro, vel à partibus tantum, vel ab arbitro tantũ, vel in actis fuerit adsertum vel confessum esse iuratum: ex arbitri sententia condemnatoria oritur actio: ex absolutoria oritur exceptio. secus si iuratũ non appareat in actis, licet altera pars vel arbiter adserat esse iuratum: quia nec alteri parti, nec arbitro creditur. Item si arbitri sententia homologatur: ex sententia arbitri sine pœna electi actio & exceptio oritur. Et dicitur homologari, siue dicat, non improbo: vel, non contradico: nam non contradicere, homologationi par est. Bal.*

IIII. Imp. IVSTINIANVS A. Demostheni præfe. præt.

NE in arbitris cum sacramẽti † religione eligẽdis periurium cõmittatur, i & detur licentia perfidis hominibus passim definitiones iudicum k eludere: sanctissimo arbitrio & huiusmodi rem censemus esse cõponendã. ℣ Si igitur inter actorem & reum, necnon ipsum iudicem l fuerit consensum, vt cũ sacramenti religione lis procedat, & ipsi quidẽ litigatores in scriptis hoc suis manibus, vel p publicas personas scripserint, vel apud ipsum arbitrũ in actis propria voce deposuerint, q̃ sacramẽtis præstitis m arbiter electus n est, hoc etiam addito, o q̃ & ipse arbiter iuramẽtum præstiterit super lite cum omni veritate dirimenda: eius definitionem validam omnimodo custo diri censemus, & neq; reum neque actorem posse discedere,

B sed tenere omnifariã, quatenus obedire ei cõpellantur. ℣ Sin autem de arbitro quidẽ nihil tale fuerit vel cõpositum, p vel scriptum, q ipsæ autẽ partes literis hoc manifestauerint, quòd iuramẽti nexibus se illigauerint, r vt arbitri sententiæ stetur: & in præsenti f casu omnimodo definitionem arbitri immutatam t seruari, literis videlicet eorum similem u vim obtinentibus: siue ab initio hoc fuerit ab his x scriptum, vel prefato modo depositum dũ arbiter eligebatur: siue post definitiuam sententiã hoc scriptum inueniatur, quòd

C cum sacramenti religione eius audientiam amplexi sunt, vel quòd ea quæ statuta sunt, adimplere iurauerint. ℣ Sed & si ipse solus arbiter hoc litigatoribus poscentibus, vel scriptis vel depositionibus y (vt dictum est) manifestum facientibus, præstiterit z iuramentum, quòd cum omni veritate liti libramenta a imponat: similem esse etiã in præsenti casu prioribus eius definitionem, & eam omnimodo legibus esse vallatam: & in his omnibus b casibus liceat vel in factum, c

D vel condictionem ex lege, d vel in rem vtilem instituere actionem, secundum quod facti qualitas postulauerit.

si quidem sub prędicta forma arbitriũ vallatũ nõ fuerit, nullum erit. In fine vero dicit, q̃ si his non præcedentibus, vel partes subscripserint, vel se non contradicere ptestati fuerint: perinde est ac si expresse consenserint, & valebit in omnibus: vt. ẽ. dictum est.

i *Committatur.* arg. j. de indicta viduitate tollenda. l. ij.

k *Iudicum.* scilicet arbitrorum. sic & ponitur in authen. de appel. §. deinceps. colla. viij.

l *Iudicem.* id est arbitrum.

m *Præstitis.* vel à se vel à partibus.

n *Electus.* non aperit an iurauerit vel nõ: sed scripserunt omnes se iurasse: cui scripturæ creditur, siue sit verum, siue non: vt aliàs ff. de donat. l. ex hac. Et nota quòd primus casus est, quando omnes scriptum est iurasse. Secundus, quando partes tantum. Tertius, quando arbitrum tantum. Quartus, quãdo dicitur ab vno vel vtroque quòd sit iuratum, nó tamen scriptum inuenitur.

o *Addito.* in scriptura arbitri vel publica, vel in actis coram se.

p *Nihil tale fuerit vel compositum.* per se.

q *Vel scriptum.* per alium.

r *Se illigauerint.* nec hic aperit an iurauerint: sed dic vt in superiori casu.

f *In præsenti.* non solum in superiori casu quando omnes iurauerunt.

t *Immutatam.* id est immutabilem.

u *Similem.* supra in proximo casu.

x *Ab his.* scilicet actore & reo.

y *Vel depositionibus.* facta scriptura in actis.

z *Præstiterit.* id est præstitisse dixerit.

a *Libramenta.* id est finem. Accursius.

b *Omnibus.* scilicet tribus casibus. Accursius.

c *In factum.* scilicet generali: de qua dicitur. ẽ. de sacrosanct. eccle. l. sancimus. j. & sic non est contra. ẽ. eod. l. j. Et dic in factum dari, cum agitur ad factum quod est incertum: vt cum dixit, decem, aut noxæ dare. condictionem ex hac lege, quando est certum. in rem, quando actum est rei vindicatione, vel quando personali, & ex sententia fuit tradita possessio, & postea amissa: vt. ff. de publi. l. iij. in fi. aliàs non datur in rem ex sentẽtia lata in personali actione, nisi in casu: vt institit. de offi. iudi. §. fin.

*Sẽtẽtia lata in psonali actione, nõ parit actionẽ in rem.*

d *Ex lege.* scilicet ista.

*Tale.*

BIU Cujas

a *Tale.* de tribus prædictis casibus.

b *Sermones.* nam vox vnius, vox nullius: vt infra de testi.l.iurisiurandi. §. simili.at iudex ordinarius potest suam sententiam interpretari: vt.ff.de appel.l.iiij.& argu.infra de iudi.l. properandum.§. illo.argu.infra ad legem Corne.de fal.l.si quis decurio.quæ sunt argu.cõtra. An ergo potest esse testis iudex vel arbiter de his quæ coram eo acta sunt post sententiam? Dic quòd sic, cum non sint prohibiti: vt.ff. de testi.l.j. Et qđ hic dicit, est ideo: quia scriptura exigebatur, quæ non aderat: item erat solus.& pro hoc quòd posit, est.ff. de testib.l.ob carmen. §.illud quoq;.&.§. itẽ senatus. Sed arg.contra.ff.de testi.l.fina.& hoc notat Azo in summa de testib.§. habetur. sed prima placet.

†*Iste versi. cũ gl. semper allegatur quòd nõ statur dicto iudicis vel arbitri de gestis vel actis coram eis, & in hoc fundatur ca. quoniã contra falsam. extra de probatio. Pau. hic.*

†*Facit. c. cũ in iure. cũ glo. super verbo, sedis. ĩ versi. & id dicit. l. de offic. deleg. & c. cum à nobis. extra de testi. cum glo.*

*ADDITIO.* Distinguc, aut iudex assumitur vt testis in causa donec est iudex vel arbiter,& non potest,ne duplici fungatur officio: vt.l.quisquis.supra de postu.aut postquam causa est finita: & tunc si quidem assumitur vt testis super processu, valet eius testimoniũ: vt dicta.l.ob carmen. §. illud quoque.nisi ei obstaret quòd esset solus: vel quòd scriptura non esset facta: vt hac l. aut assumitur ad testificandum super iustitia sententiæ suæ, & non potest: quia suspectus est. arg.l.eos.ĩ prĩ. ĩfra de appel.& de hoc per glos.& Innoc. extra de testi.c.cũ à nobis.&. c. dilecto filio. & de elec.c.cũ dilectꝰ.

†*Si tamen est præstitũ seruari debet: vt.c.ii. cum glos. in verbo, sacramẽti. & ca. cum tẽpore. extra eo. titu.*

c *Iudice.* id est arbitro.& est sensus: etsi constat iuratum, tamẽ non est scriptum coram arbitro à notario, nec à partibꝰ: nec prę iudicat: vis est ergo in scriptura.

d *Incerti.* incertũ dicitur: quia eius effectus nõ est certus: immo econtra est certum quòd nullum effectum habeat.

e *Sanxerunt.* vt partes non teneantur stare, nisi esset pœna apposita: vt supra eo.l.j.

f *Decernit.* Hæc authentica corrigit hanc legem vsque ad.§. finalem: vt hodie non iuretur.& est ex authentico de iudi.§. quia vero multæ.coll.vj.& habent hic quidam, decernimus:& aliàs, decernit, scilicet noua constitutio. *CASVS.* Hæc authentica corrigit.l.C.in eo quòd dicebat posse arbitrum eligi cum iureiurando. hæc prohibet quòd nullus arbiter eligatur cum iuramento, sed cum pœna. postea imponit pœnam ibi, si contra factum fuerit. Not. ex ista.l.quòd lex ciuilis potest reprobare iuramentum. Secundo nota casum in quo arbiter male iudicans non facit litem suam. Tertio nota casum in quo dolus non punitur nisi à deo, secundum Baldum.

g *Fieri.* id est eligi.

h *Sacramenti.* præstiti à se vel à partibus secundum Azo. & Ioan. vt hic:& indefinite dicit.& secundum hoc habeas in fine,

ℙ Sin autem†in scriptura quidem aut depositione nihil tale[a] apparuerit, vna autem pars dicat iuramentum esse præstitum, quatenus arbitrali stetur sententiæ: huiusmodi litigatorum, vel solius arbitri†sermones[b] minimè esse credendos: cũ & si quis iuramẽtum datũ esse non iudice[c] suppositio, nec hoc scriptura partium testante, cõcesserit: incerti[d] certaminis cõpositio (quæ inter homines imperitos sępe accidit) nõ aliquid vigoris rebus iudicatis inferat, sed in huiusmodi casu hæc obtineant quæ veteres super arbitris eligendis sanxerunt.[e]

## IN AVTHEN. DE iudicibus. §. quia verò multæ. colla. vj. constitu. x.

*Hodie prohibetur fieri cõpromissum cũ iuramento: & licet arbiter iuret, si male iudicat, solum à deo punitur. Salycetus.*

DEcernit[f] ius nouum nullũ sic fieri[g] posse arbitrũ, vt cum sacraméti[h] †religione iudicet, sed pœnam statuat: qua præstita liceat à iudicatis recedere. ℙ Si contra hoc[i] iudicatũ fuerit: iudex qui male[k] iudicat, si dolo facit, pœnam[l] à deo expectet: si ignorãtia, nihil prẽter sacramẽtũ ei[m] erit, neq; litigatores rursus damno afficiẽtur.

*Finis authenticæ. Sequitur text. l. Codicis.*

Si quis autẽ post arbitri definitionẽ subscripserit, [n] ἐμμένειν, vel * πληροφορεῖν, vel * διδόναι, (Græcis enim vocabulis hoc enarrare propter consuetudinem[o] vtilius visum est,) etsi nõ adiecerit[p] ὁμολογῶ: & sic omnimodo per actionem in factum

A eis. sed B. à se arbitro præstiti tantum, & pro eo est finis huius authenticæ, prout habes ei. sic ergo secundum eum partes non prohibentur iurare. Sed quid si pœna & iusiurandum sit præstitum? respondent quidam non valere: quia contra legem factum est: vt supra de legi.& consti.l.non dubiũ. Sed Ioan. contra, quasi forma seu qualitas arbitrij sit improbata, non substantia. nam compromitti non est prohibitũ: sed sic compromitti prohibitum est: vt argu.ff. de cõdit. institu. l. quæ sub cõditione. §. quotiens. sic & matrimonij nimia festinatio punitur, sed matrimoniũ non cassatur: vt in authen. de resti.& ea quę pa. §. vnum. coll. iiij.& infra de secun. nup. l.j.

†*alias, huius tra*

*Matrimonium cũ festinatione contractum.*

B eum compelli[q] ea facere, quibus consensit. Qualis enim differentia est, si huiusmodi verbis etiã ὁμολογῶ adiiciatur[r], vel huiuscemodi vocabulum omnino omittatur[s] †? Si enim verba consueta stipulationum, & subtilis, ĩmo magis superuacua obseruatio ab aula[t] concesit, & nos quidem nuper legibus à nobis scriptis multa vitia stipulationum, multasque ambages, scrupulososque circuitus correximus: [u] cur nõ & huiusmodi[x] scriptura totã formidinem veteris iuris amputamus: vt si quis hæc scripserit, vel vnũ ex his, acquiescere eis cõpellatur, & ea ad effectũ omnimodo ꝓducere? cum non sit verisimile hæc ꝓpter hoc scripsisse, vt tãtum nõ cõtradicat, sed vt[y] etiã ea impleat, aduersus quæ obuiã ire non potest. Dat. III. Kaléd. Nouemb. Decio. V. C. Cons.

*Ex sententia arbitri pacto nudo & sine pœna assumpti homologata expresse vel*

C *tacite, oritur actio & exceptio. Item coram arbitro fit præscriptionis interruptio, & ex actis ibi probatis coram eo in alio iudicio inter easdem partes fit probatio. hoc dicit tota lex, quæ est notabilis & singularis secundum Bart. & Bald. Vel sic: Vbi ex sententia arbitri datur exceptio, actori nõ dabatur actio: hodie siue expresse siue taciturnitate decem dierum eius sententia sit homologata, actori datur actio, & reo exceptio: parte vero reclamãte sententia non habet effectum, nisi cum sacramenti religione arbiter fuerit electus. Et per litis contestationem factam coram arbitro interrumpitur præscriptio. Et gesta coram eo probant inter eosdem in iudicio ordinario. Salycetus.*

v. Idem. A. Iuliano. P. P.

CVm antea sancitum fuerat in arbitris eligendis, quos neque pœna compromissi vallabat, neque iudex dederat, sed

D

*Cum antea.*][*CASVS.* Petebã à te.x. negabas te mihi debere, compromisimus in arbitrum sine pœna. olim obtinuit quòd

[q] *Compelli.* dicit hic Ir. loqui quando fuit iuratum & scriptum: quod non placet: quia tunc valeret secundum hanc legem etiam sine huius confirmatione.

[r] *Adiiciatur.* id est non contradico.

[s] *Omittatur.* scilicet confirmo & laudo.

[t] *Ab aula.* id est à iure quod fit in aula: & sic ponitur id in quo fit, pro eo quod fit.

[u] *Correximus.* vt infra de contrahen. stipula. l. scrupulosam.&. l. magnam.&. l. omnes.

[x] *Huiusmodi.* i. hac lege. vel dic. i. hoc verbum, non cõtradico.

[y] *Sed vt.* sic ergo nõ est hic simplex abnutiuum, sed curare debet & seruare: vt.ff. de verbo. obli. l. inter stipulantem. in princi.

[k] *Male.* quid si bene? dicunt quidam valere. Tu dic quòd non: vt arg.ff. de re mili. l. iij. §. in bello.

[l] *Pœnam.* periurij: vt infra de iureiur. l. ij.

[m] *Ei.* quidã habent eis, scilicet partibus: quia vna alteram vocabit periuram: nõ autẽ sententia arbitri pariet aliquam actionem de his quæ dicũtur in l. ne in arbitris. §. sed & si ipse.& sic est pro Martino & Io. Alij habent ei, scilicet arbitro.& sic pro Barto.& secundũ hanc est contra. ĩ. de pac. l. si quis in conscribẽdo. in fi. Sol. hic speciale in odium eorum qui fecerũt iurare arbitrum, aliàs facit litem suam: vt ibi.

*ADDITIO.* Aduerte quòd hæc authẽ. habet locum in arbitro, non in arbitratore: ille enim potest assumi cũ iureiurãdo: vt ca. Quitauallis. extra de iureiur.&. l. si libertus ita. ff. de ope. liber.

[n] *Si quis subscripserit.* hoc est Græcum quod sonat, id est non contradico.

[o] *Consuetudinem.* hæc enim lex facta fuit in ciuitate Cõstantinopolitana, vbi loquuntur homines Græcis verbis. Accursius.

[p] *Adiecerit.* & hoc Græcum homologo. i. confirmo, vel laudo.

BIU Cujas

quòd si pro te lata esset sententia, valeret, & dabatur exceptio: si autem pro me, nō valeret, nec dabatur mihi ex ea actio. Quod corrigit imperator, statuens ꝙ si litigantes compromiserint in arbitrum, & conuenerint de stando sententiæ suæ sine pœna, & arbiter sententiauerit, & sententiæ subscripserunt quòd eis placeat, non solum dabitur reo exceptio si pro reo seratur: sed si pro actore lata fuerit, dabitur tibi actio, & mādabitur executioni per officialem prefecti, vel per eum iudicē cuius forū sequitur reus. In prouinciis autem per moderatores &c. vel iudicem in cuius foro est pulsatus. & hæc in prima & secunda. [*Sin autem.*] Si autem post sententiā nō subscripserint partes, sed per decem dies tacuerint, nec dixerint contra, videntur eam confirmare per taciturnitatem, & ideo dabitur exceptio actori. & hoc in tertia parte. Si autē altera pars intra decē dies stare noluerit sententiæ, immo reclamauerit: nec reo ex ea dabit exceptio, nec actori actio, nisi cum iuramenti religione fuerit assumptus arbiter: vt supra. l. proxi. quo casu seruabitur quod in ea lege statutū est. & hoc in quarta parte. An autem per litis contest. factam coram arbitro, vel per libelli oblationem, executore transmisso interrumpatur præscriptio sicut coram iudice, quæritur? Respond. quòd sic. & hoc in quinta parte. An autem partiū cōfessio, testium productio facta coram arbitro, si altera pars coram ordinario litigare voluerit, valeat coram ordinario si opus fuerit, quæritur? respond. quòd sic. & hoc in sexta. Ex ista. l. no. quòd homologatio debet fieri post laudum, non ante laudum: appellationi vero potest renunciari ante sententiam & post: vt infra de tempo. appel. l. fi. in fi. Vlterius not. in versi. sed in hac quidem. per quos sententia arbitrorum executioni mandetur, & dicit text. quòd per iudicem rei. non ergo respicitur locus arbitrij, sed forus cōuenti. quod est not. secundum Bald.

nulla sententia[a] præcedente cōmunis electio, vt illorum sententiæ staretur, procreabat: si quidem pro parte pulsata[b] forma[c] arbitralis procederet, exceptionem ei veluti[d] pacti generari: sin autē pro actore calculus[e] poneretur, nihil ex eo procedere ei[f] præsidij: sancimus in eos arbitros quos prædiximus, & quos talis consensus elegerit sub eo pacto vel in scriptis, vel non in scriptis habito, vt eorum definitioni stetur: si quidem subscripserint postquam[g] definitio processerit, quòd non displiceat ambabus partibus eorum sententia: non solum reo exceptionem veluti pacti generari, sed etiam actori ex nostro numine[h] in factum actionem, quatenus possit sententia eius executioni mādari, in hac quidem regia ciuitate ab officio eminentissimæ præfecturæ, vel eius cuius forum pars persequitur fugiētis: in prouinciis autē tam per moderatores, quàm per apparitores eorū, vel per iudices, quorum regimen pars pertimescit pulsata. ℣ Sin autem post sententiam minime quidem subscripserint[i] se arbitri formam amplecti,[k] sed silētio eam roborauerint, & non intra decem dies[l] proximos attestatio[m] missa fuerit vel iudici vel aduersario ab alterutra[n] parte, per quā manifestū fiat definitionē non esse amplectendam: tūc silētio partiū sententiam roboratā esse, & fugiēti exceptionē, & agenti memoratā actionē competere. ℣ Altera autē parte recusante secūdū præfatū[o] modū, & implere statuta minime cupiente: nihil fieri prę iudicij, neque parari vel exceptionem reo, vel actori actionē: exceptis videlicet arbitris, qui cum sacramēti religione electi sunt secundū nouellā nostri numinis cōstitutionē. [p] Tūc etenim ea omnia seruari oportet, quæ lege nostra super huiusmodi audiētia definita sunt: licet[q] nō ignoremus Iulij Pauli opinionem, & aliorū certorū prudētium, qui tetigerunt quidem huiusmodi quæstionem quam in præsenti aggredimur, nō autē peritissime peregerūt, sed vsq; ad quasdā[r] actiones tēporales stādum esse existimauerūt. Plenius autē & generaliter definimus cōuentū[s] in scriptis apud cōpromissariū iudicē factū, ita tēporis interruptionē īducere, quasi in ordinario iudicio lis fuisset inchoata. ℣ Ad hęc generaliter sancimus, in his quæ apud cōpromissarios facta sunt, si aliquid in factum[t] respiciens, vel professum[u] est, vel attestatū:[x] posse eo & in ordinariis vti iudiciis.[y] Dat. VI. Kalēd. *Lāpadio & Oreste. VV. CC. Cōss.

a *Sententia.* scilicet delegatoria.

b *Pulsata.* id est reo: illi enim acquiritur exceptio, sed pro actore non.

c *Forma.* id est sententia.

d *Veluti.* non enim verum pactum & expressum compromittentium processit, sed tamen quod statuitur ab arbitro, videtur eorum pacto statui. licet autem in hoc casu secundum quòd hic dicitur, exceptio reo competeret quasi facto pacto de nō petendo, sed arbiter id sentiet: tamen hoc hodie cessat: vt sicut actio in casu illo non competit, sic nec exceptio: vt j. eo. § altera. H.

e *Calculus.* id est sententia.

f *Ei.* hoc corrigitur infra eod. §. altera. nam quo casu valet pro actore: valet pro reo, secundum Azo.

g *Postquam.* aliud si ante, cum pactum sit nudum: ar. tamen contra. ff. de pac. l. & hæredi. §. filia. & supra de pac. l. j. si autem coram iudice ante sententiam fiat huiusmodi pactum, valet: vt infra de temp. & repara. ap. l. fi. §. fi. Accursius.

h *Numine.* supra. l. proxi. in fi. Sic ergo ex lege nascitur actio & exceptio[a] hoc casu, non ex sententia: & sic non est contra supra e. l. j. & ff. eo. l. ij. Vel hic speciale, quia non fuit apposita pœna. Sed nonne hoc casu etiam iure veteri poterat agi condictione incerti ad interesse: vt. ff. e. l. diem. §. fin? Respond. hic nudum fuit pactū in cōpromittendo, ibi stipulatione vallatū. Itē quid si pign⁹ detur arbitro pro sentētia seruanda? Respond. secūdum Ir. aut vt ipse teneat, quo casu est pignus naturali obligationi accedens, qua tenetur pars ipsi arbitro ad seruandam sententiam: vt argu. infra de vsur. l. per retentionē. aut vt det parti, & tūc est depositum certa lege datum, & sic agit pars cui est dandū, cōtra arbitrum actione depositi: vt. j. ad exhibendum. l. si res. Tu dic hoc vltimo casu dari præscriptis verbis. ff. de præscrip. ver. l. si rem. §. pe. Itē quid si pœna ꝓmittitur rato manēte pacto? dic vt. ff. eo. l. ij.

i *Subscripserint.* actor & reus. & collige hic sententiam arbitri in scriptis dandam, vt iudicis: vt infra de sentē. ex breuicu. recī. l. ij.

k *Amplecti.* s. velle.

l *Decem dies.* qui & postea per authen. statuti sunt ad appellandum à sententiis iudicum: vt in authen. de appel. & intra quę tēp. §. j. coll. iiij. Accursius.

m *Attestatio.* id est contradictio. Accur.

n *Alterutra.* vt. ff. e. l. litigatores. §. interdū. sed cōtra in. l. ij. eo. titu. & ſ. eo. l. j. Solu. vt supra eo. proxime in glos. supra. l. proxima.

o *Præfatum.* id est intra decem dies.

p *Constitutionem.* vt supra eod. l. proxi.

q *Licet.* hac lege habes effectū arbitrij ī fine, vt supra de actione vel exceptione danda. Item in principio: vt hic. Item in medio: vt infra proxi. §.

r *Ad quasdam.* non omnes, nec ad perpetuas.

s *Conuentum.* id est conuentionem factam in scriptis, & executore misso, non aliàs: vt infra de præscriptionibus triginta annorum. l. sicut. nisi in casibus coram principe: vt supra quando li. princ. l. j. & ij. Item nota hic libellum in scriptis debere dari coram arbitro sicut coram iudice: vt infra de litis contesta. authen. auferatur. Sed contra. argu. supra de episco. & cleri. authen. generaliter. in fi. Solu. vt ibi. *Libellus est coram arbitro dandus.*

t *Factum.* id est ad facti quæstionem.

u *Professum.* id est confessum ab eo.

x *Attestatum.* id est testibus adfirmatum coram arbitro.

y *Iudiciis.* data electione alteri parti, vtrum velit testes iterum ꝓduci si viuunt, an attestationes: vt infra de testi. l. fi. Et ita not. quod actum est in vno iudicio, valet in alio: vt hic, & infra de lib. cau. l. iubemus. quod intelligitur esse verum inter easdem personas. Sed an etiam inter alias personas? Respond. non: vt supra de eden. l. ij. & facit infra de re iudi. gesta. *Iudicii vnius acta faciunt fidē in alio.*

*Ancimus.*] CASVS. Petebam à te decem, negasti te mihi teneri, compromisimus in mulierem: an valeat cōpromissum, queritur? Respon. ꝙ non, quantæcunque fuerit opinionis: nec etiam

*a Clos. istā male loquitur secundū Pau. de cast. hic: sed debet intelligi sane qđ oritur ex sētia, propter legis auctoritatē erit exceptio rei iudicatæ, non pacti tātū. cōsideratio vero Iustiniani quòd nō sit distinguendū inter actorem & reū, fundatur in qualitate seruāda in iudiciis: vt j. de fru. & lit. expen. l. fi.*

BIU Cujas

nec etiam si liberti in patronam cõpromiserint,& pœnam hinc inde stipulati fuerint si sententiæ non stetur. nec enim non stans sententiæ, propter hoc incidit in pœnam. Viuianus.

a *Optima.* nam generaliter præsumũtur omnes sapientes: vt. j. de lib. cau. iubemus. &. ſ. de his qui ve. æta. impe. l. ij. §. j.

b *Agmine.* vt neq; arbitri sint neq; iudices, neq; aliud officium in iudicio habeãt: vt hic. &. ff. de iudi. l. cũ prætor. §. penul. & de reg. iur. l. ij. &. ff. de procu. l. neq;. & arg. ff. de vsufruct. sed & si quid. §. mancipiorum.

c *Earum.* scilicet mulierum.

d *Contemptores.* quidã habent cõuentores, id est conuenientes, siue promittentes, qui sunt iusti, quia non possunt ad eas conueniri. Alij habent contemptores, & idem est sensus. nam iuste contemnunt eis parere. Et quod dicit, nulla pœna, quę fuisset promissa: nulla pacti, &c. si pactum de non petẽdo loco pœnę fuit appositum: vt. ff. eod. l. litigatores. §. interdũ. Vel dic pacti, quia fuit compromissum, secundum formã. ſ. l. proxi. in princi. Quid in comitissa Campaniæ, & Matilde, quæ arbitrantur? Respon. serua consuetudinem, quæ dat eis iurisdictionem: vt j. de emanci. l. j. *ADDITIO.* De isto est casus expssus in. c. dilecti filij. vbi verba isti[9] l. recitãtur extra eo. tit. & ibi Innocẽ. Hostiẽ. & Ioan. And. tenent quòd succedunt in comitatu & iurisdictione, secundum Bald. hic.

*Consuetudo dat iurisdictionem.*

*Mulier non potest esse arbiter. h. d. Bal. Vel sic: Mulieres non possunt cõpromissum recipere, & per eas laudata nõ nocẽt. Saly.*

VI. Idem. A. Ioanni. P. P.

SAncimus mulieres suæ pudicitię memores,& operum quę eis natura permisit,& à quib[9] eas iusit abstinere, licet summæ atque optimæ [a] opinionis cõstitutæ in se arbitriũ suscepe rint, vel si fuerint patronæ, etiã si inter libertos suã interposuerint audientiã: ab omni iudiciali agmine [b] separari, vt ex earũ [c] electione nulla pœna, nulla pacti exceptio aduers[9] iustos earũ contemptores [d] habeatur. Dat. Kal. Septẽb. Constantinopoli Lampadio & Oreste Conss.

*TITVLVS LVII.*

DE SATISDANDO.

*Procurator actoris factus apud acta nõ tenetur satisdare de rato, sed de defendẽdo. Item reuocatio mandati, quæ in notitiam iudicis vel aduersarii non peruenit, iudiciũ nõ impedit: procurator vero rei indistinctè caueat de iudicato soluẽdo. Bar. & Bal.*

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC.

NOn est incerti iuris, eum qui apud acta [e] factus [f] est agentis procurator, nõ compelli ratam rem dominum habiturũ satisdare. hoc em̃ casu veluti præsentis [g] procuratorem interuenire intelli-

*DE SATISDANDO.*

*Dicturus de iudiciis, præmittit de satisdando, quia hoc fit ante litem contestatam: vt infra eod. §. 1. &. §. fin. & est satisdatio cum fideiussore: vt. ff. qui satisda. cog. l. 1.*

NOn est.] *CASVS.* A te decem petij in iudicio coram iudice, & te præsente ordinaui procuratorem, vel te nõ præsente: an compelli debeat procurator satisdare me ratum habiturum, quæritur? Respon. quòd non. Si autem te & iudice ignorantibus reuocaui mãdatum: tamen quicquid per procuratorem actum est, ratum debet habere iudex. & hoc in secunda. Si autẽ petas vt satisdet de defendendo, quia me vis reconuenire: an sis audiendus, quæritur? Respon. quòd sic. Alioquin iudex non procedet. Procurator autem scilicet rei, an satisdare debeat de iudicato soluendo, quæritur? Dicitur quòd sic: quod obtinet in omnibus casibus.

*Acta quæ dicantur.*

e *Acta.* Acta sunt scripturæ quæ fiunt de actitatis corã iudice.

f *Factus est.* aduersario præsente vel absente, & ante iudicij initium.

g *Præsentis.* dudum ante litis contestationem, actis tantum facientibus, quantum si nunc in initio causæ dominus esset præsens & consentiret: quo casu similiter non satisdat. Et idem si quolibet alio modo constet de mandato, vel per instrumentum, vel per literas domini missas ad iudicem vel aduersarium. nam

*a Cõcor. gl. i. circa prĩ. in. c. i. extra de procura.*

his casibus nõ satisdat: [a] vt hic, &. ff. vt in posses. lega. l. si is à quo. §. si procurator. &. ff. rem ra. ha. ne satisdatio. & institu. de satisda. §. sin autẽ. &. ff. de procura. l. si procuratorem. & supra de procura. l. j. Item hæc vera, nisi in duobus casibus: vt. ff. de ope. nouncia. l. de pupillo. §. qui procuratorio. &. l. seq. &. ff. ad Trebel. l. qui ita. §. etiam. Tu dic vt ibi.

h *Noluerit.* iudice & aduersario ignorante, secus vtroq; sciente: vt. ff. de solu. l. vero procuratori. §. sed & si quis. Quid autem si alter tantum sciuit? Respon. si iudex tantum, nulla est sententia: quia in non legitimam personam sciens tulit sententiam, ope replicationis. ff. de col. dete. l. iij. j. de leg. l. si legatarius. si reus tantum, tenet sententia:

gẽdum est. Itaq; etsi postea mutata voluntate procuratorẽ esse noluerit, [h] tamen iudiciũ quo quasi procurator expertus est, iudex ratum habere debebit. [i]

B ¶ Sin autẽ ei ab aduersario suo oppositа fuerit ĩ ipso litis exordio [k] defensionis [l] allegatio: [m] etiã ipse quasi absentis in hac parte procurator satisdationẽ super excipienda lite [n] præstare cogitur. qua [o] non præcedente, lis quæ ei data est, vlterius procedere à iudice nõ cõceditur. [p]

¶ Rei autẽ procurator [q] vel defensor, [r] etiã sub gestorũ testificatione factus, in ipso litis limine [s] iudicatũ solui satisdationẽ in omnibus causis præstare cogitur. [t] Dat. VIIII. Kalen. Nouemb. CC. Conss.

*TITVLVS LVIII.*

DE FORMVLIS ET IMpetrationibus actionum sublatis.

*Rubrum summat totũ nigrum: quia supernacuæ formulæ sunt sublatæ: & nõ oportet actiones à pontificibus impetrare, sed sufficit eas aperte proponere. hoc dicit lex prima & secũda. Bal. concor. Salyce.*

C I. Imp. CONSTANTIVS A. Marcellino præsidi Phœniciæ.

IVris formulæ [u] aucupatione [x] syllabarum insidiantes cunctorũ actibus,

l *Defensionis.* id est quòd defendat arbitrio boni viri: vt. ff. de procu. l. seruum. §. an prætor. Accur.

m *Allegatio.* id est exceptio quasi procuratoria.

n *Litc.* quacunque velit reus reconuenire procuratorem nomine eius pro quo agit: vt. ff. de procura. l. omnium. &. l. non solum.

o *Qua.* scilicet satisdatione.

p *Conceditur.* pœna enim non defendentis &c. vt. ff. de procu. l. mutus. §. pœna. tenetur etiam domino mandati ad interesse, quasi hoc fuerit mãdatum vt defendat: [b] vt. ff. de procu. l. ad rem.

D &. l. ad legatum.

q *Procurator.* cum mandato.

r *Defensor.* sine mandato.

s *Limine.* id est introitu.

t *Cogitur.* vt institu. de satisda. §. fi. &. j. de consor. eiusdem lit. l. ij. quæ continet tria: vt. ff. iudicatum solui. l. iudicatum solui. j.

*DE FORMVLIS ET IMPEtrationibus &c.*

*Dixit de solennitate satisdationis quæ fiebat olim & hodie in principio iudiciorum, nunc de solennitate formularum actionum quæ fiebant olim vt impetrarentur à collegio pontificum: vt. ff. de orig. iur. l. ii. §. deinde ex his legibus. hodie non, vt hoc titulo.*

IVris formulæ.] *CASVS.* Olim si quis volebat intentare actionem, impetrabat à iudice quandam formulam verborum quam debebat proponere: & si caderet à syllaba, cabebat à tota causa. quam formulam tollit imperator in hac. l. de medio.

u *Iuris formulæ.* id est solennitates.

x *Aucupatione.* quia sicut quis studet capere aues, sic studebat aliquis capere suum aduersarium in syllabarum prolatione, vt sic eum à causa cadere diceret, si à syllaba caderet.

*Amputentur.*

BIU Cujas

radicitus amputentur[a] Dat.X. Kaled.Feb.Constantio.III.& Constante.II.AA.Conss.

II. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS AA. Hierio præfecto vrbi.

NVlli prorsus non impetratæ actionis in maiore[b] vel minore[c] iudicio agẽti opponatur exceptio, [d] si aptam[e] rei & proposito negocio competentem eam esse cõstiterit. Dat.X. Kalend. Maij Felice & Tauro Conss.

TITVLVS LIX.

## DE IVREIVRANDO propter calumniam dando.

*Siue quis exigat ab aduersario probationem, siue quis petat ad probandum se admitti: debet prius iurare de calumnia: & testes qui sunt viles personæ, non sunt torquendi: nisi in defectum aliarum probationum. Bal. Vel sic: In omnibus causis in quibus necessitas probationum exigitur, petens prius de calumnia iurare tenetur: & vbi petatur quòd quæstio de seruis habeatur, debet iurare quòd non odio seruorum nec dominorum petit, sed quia aliter veritas haberi non potest. Salycet.*

V. Imp. IVSTINIANVS A. Demostheni præfecto præto.

IN omnibus causis, siue propter literas[f] fuerit apud te certatũ, siue propter instrumenta, siue propter quicquã[g] aliud in quo necessitas probationis incumbit: [h] sancimus nõ aliter easdem probationes præstare compelli, [i] nisi prius qui eas exposcit[k], iuramentum de calumnia præstiterit, quòd non causa differendi huiusmodi proposuit allegationes. Nam sacramenti timore contentiosa litigantium instantia cõpescitur. [l] ¶ Ne autem[m] perperam in quæstionem seruorum quidam venientes, sui animi crudelitatem exerceant: non aliter concedi eis qui quęstionem seruorum exposcunt, ad hoc venire, vel à iudicibus audiri, nisi prius tactis sacrosanctis scripturis deponãt,[n] quòd nõ odio seruorum, vel propter offensas cohæredum[o] ad hoc venerunt: sed quia aliter rerum hæreditariarum veritatem[p] exquirere vel ostendere non possunt. Dat. XII. Kal. Octobr. Constantinopoli Decio. V.C. Cons.

## IN AVTHEN. DE his qui ingre. ad appell. §. fi. col. V. consti. XI.

*Nota quòd iuramẽtum generaliter præstitum, videtur in quolibet articulo repetitũ. Vel magis propriè loquendo, Genus inest cuilibet speciei. Salycetus.*

HOc sacramentum[q] hodie remittitur: cum in initio iuret nihil se calumniose in toto negocio exigere.

## DE IVREIVRANDO PROPTER calumniam dando.

*Dixit de satisdatione quæ fit ante ingressum iudicii: nunc de iureiurando quod fit statim potest ingressum. vel econtra: dicturus de instantia iudicii siue de iudicio: præmittit de hoc quod fit in initio iudicii.*

IN omnibus.] CASVS. Petebam à te decem. lite contestata vel post, non curo: protuli instrumentum publicum quo continebatur me tibi mutuasse prædicta decem. tu contra excipis de falsitate instrumenti. an iurare debeas non animo calumniandi te probationẽ exigere, quæritur? respon. ꝙ sic, siue in medio causæ, siue in principio: siue fuerint prolatæ literæ priuatæ, siue instrumenta publi. & hoc in prima. in secunda dicit: si paterfamilias me & Titium instituit hæredes, & in diuisione rerum hæreditariarum occurrat aliqua res quam Titius cohæres dicit non esse hæreditariam, & petã seruos hæreditarios torqueri, vt eruatur veritas: an sim audiendus, quæritur? respon. ꝙ non, nisi prius iurauero me animo calumniandi hæc non petere, scilicet non in odium seruorum, vel in cohæredis offensam: sed quia aliter veritas sciri non potest. & hoc in secunda.

HOc sacramentum.] CASVS. Hæc authen. legitur super. l. in Omnibus. in qua dicitur ꝙ quandocunque aliquis petit aliquam probationem, debet iurare ꝙ animo calumniandi non petit eam. dicit ista authen. hodie non est iurandum super qualibet probatione: quia in litis contesta. iuratur semel pro omnibus, ꝙ in tota lite non exiget probationem non necessariam, vel calumniose. hoc dicit.

a *Amputentur.* vt. ff. de his qui in eccle. manu. l. fi. &. j. de testa. l. quoniam. &. ff. de arbi. l. ne in arbitris. §. fi. Sed arg. contra. ff. de in integ. resti. diuus. &. j. de appel. ex illo. &. l. nominationes.

b *In maiore.* vt apud ordinarios.

c *Vel minore.* scilicet pedaneo siue delegato.

d *Exceptio.* quòd nõ impetrauit actionem à collegio põtificum: vt ff. de orig. iu. l. ij. §. deinde ex his legibus. Accursius.

e *Si aptam.* ff. si mensor fal. mo. l. j. & si ineptam formam, amittit.

ADDITIO. Aduertas ꝙ de iure canonico non est necessarium nomen actionis exprimere, sed debet factum ita clare proponi, vt ex eo ius agẽdi colligat: vt in. c. dilecti. extra de iudiciis. Et si quis forte ineptam actionem vel intentionem proposuerit, absoluit reus ab instantia iudicij: & audietur iterum actor si apte egerit: vt in. c. examinata. illo titulo.

f *Literas.* literas dic priuatas: sed instrumentum publicum. vel dic literas, [b] vt quia dubitabatur an sint illius tabellionis: & sic est controuersia de scriptura, & per consequens veritatis. de instrumento dic ꝙ bene confitetur esse illius tabellionis: sed dicit eum falsum scripsisse, & sic de veritate quæritur sola.

g *Quicquam.* sic ergo in exceptione ante litis contestationem opposita iuratur. Sed an in accusatione criminali? Respon. ibi iuratur secundũ Ioan. & B. & H. & Azo. vt hic, &. j. l. proxi. vbi dicit, in omnibus litibus &c. circa princi. &. j. de pœna iudi. auth. nouo iure. &. j. de fide instru. l. fi. Sed M. cõtra. & pro eo: quia nihil videntur habere simile cũ cæteris iudiciis: vt insti. de publi. iud. in prin. Secũdo quia satis est eum puniri similitudine supplicij: vt. j. de accu. l. fi. Tertio quia cuilibet permittitur redimere sanguinem suum. ff. de bo. eorum qui ante sententiã mor. sibi cõ. l. j. Sed certe prima non obstat: quia non est similitudo aliqua in effectu exigendi, cum publica faciant pœnã fisco inferri: priuata faciunt dari actori. Itẽ nec secunda: quia non solum similitudine supplicij: sed etiam hoc iure compescitur calumniator. Nec tertia: quia licet permittatur redimere transigendo, non tamen calumniãdo. facit etiam pro M. ff. de bo. liber. l. qui cum maior. §. si patris. vbi etiã calumniosa permittitur accusatio. Itẽ pro eo quòd ad accusandũ admittuntur personæ minus legitimẽ, vt seruorum & minorum: quandoque quorũ voces aliàs non admittuntur: vt infra de auctor. præstan. l. clarum. &. ff. de accu. l. ij. &. l. qui accusare. cum. ij. ll. seq. iuncta. l. hi tamẽ. in princi. Accursius.

ADDITIO. Vide glos. in verbo, criminali. & ibi Abba. in. c. j. extra de iura. calum.

h *Incumbit.* vel producendi: quia prima facie præsumitur falsum instrumentum dicenti falsum: quia præsumitur instrumentũ verum vel econtra: vt. j. de proba. l. iubemus.

i *Compelli.* easdem.

k *Exposcit.* ab aduersario.

l *Compescitur.* Item & aliis duob[b] modis, scilicet pœna pecuniaria & metu infamiæ quãdoque: vt institu. de pœ. te. li. circa prin. Accursius.

m *Ne autem.* calumnioſam probationum exactionem compescuit: nunc tormentorum calumnioſam exactionem compescit. Vel aliter, supra de iuramento probationem exigentis ab alio fieri: nunc de iuramento probantis: sed per seruorum alienorum quæstionem. quæritur enim quandoque à seruis: vt infra de quæstio. l. j. &. l. interrogari. Et dic quid sit quæstio: vt. ff. ad Syll. l. j. §. quæstionem.

n *Deponant.* id est affirment: vt ponitur infra de testa. l. hac consultissima. circa finem.

o *Cohæredum.* si forte de seruis hæreditariis inter hæredes quæstio postuletur: vt. j. de quæstio. l. fi.

p *Veritatem.* [c] Vbi enim veritas aliter patefieri non potest, admittitur postulantis desiderium. sic. ff. si quis cau. l. si eum. j. respõ. &. j. de appel. eos. §. si quis. & de tẽp. & re. ap. l. per hãc. in fi. & ad leg. Cor. de fal. l. vbi. &. l. falsi. & quomodo & quãdo iud. authẽ. qui semel. ibi, perquisita veritate &c. &. ff. de hęr. & Ma. l. quoniã. in fi. & faciunt hæc ꝙ minor iuret de veritate dicenda: vt dixi. ff. de eden. l. is apud quem.

q *Hoc sacramentum.* quod sic scilicet fiebat pluries, quoties scilicet exigebantur aliquæ probationes etiam in media causa: vt in authen. de his qui ingre. ad appell. §. fi. col. v. vnde hæc sumitur. Sed videtur etiam pluries iurari: vt. ff. de dam. infect. l. qui bo-

*Sanguinẽm suum redimere cuilibet permittitur.*

*Exista ipso iuncto. Die secũ dum Ia. de ſ. quòd ſ. Ex legibus & miles locuntur de ſeminatis vitibus & neceſſariis: hic de ſpinacijs. Bald.*

*c. Sic dicit papa in cæterũ. extra eod. tit. quòd hoc iuramentum præſtatur ad veritatẽ eliciendã.*



BIU Cujas

*a Dic melius secũdũ Ia. Bartol. Bald. quòd ibi non fuit iuramentũ vniuersale præstitũ in figura iudicii: hic sic.*

qui bona.§.penul.Sol.illa corrigitur per hanc.[a] vel ibi extra iudicium, hic in iudicio. Item contra in authen.de testi.§.quia vero multi. in fi.§. coll. vj. vbi in medio causæ iuratur occasione probationum, sed ibi de alio iuramento dicit. *ADDITIO.* Aduerte secundum Bartol. hic quòd hæc authen. corrigit. l.& in his tantum, quæ fiunt post litem cõtestatam: & sic post præstitum semel iuramentum tale: sed in his quæ fiunt ante litem cõtestatam, ita iuratur hodie super qualibet exceptione sicut olim: & sic in hoc hodie non est correcta. l.C.

*Litigantes & patroni causarum debent iurare de calumnia: & si debentes iurare, ad iudicem venire non possunt, vel non decet eos venire: debet ad eos mitti. hoc dicit vsque ad.§. quod obseruari. Bald. Vel sic: Lite contestata debet iuramẽtum calumniæ præstari: & primo à litigantibus: secundo à patronis causarum Et si quis sunt qui ad iudicium venire non possunt: vel eos venire non deceat: iudex debet mittere notarium, qui ab eis exigat iuramentũ, aduersa parte præsente. Salycetus.*

11. Idem. A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm & iudices non aliter causas dirimere concesserimus, nisi sacrosanctis euangeliis propositis, [a] & patronos [b] causarum in omni orbe terrarum, qui Romano imperio suppositus est, prius iurare, & ita perferre causas dispositurum: [c] necessarium duximus præsentem legem ponere, per quam sancimus in omnibus [d] litibus quæ fuerint post præsentem legem inchoatæ, non aliter neque actorem, neq; fugientem [e] in primordio litis exercere certamina, nisi post narrationem [f] & responsionem, [g] antequam vtriusque [h] partis aduocati sacramentum legitimum præstent, ipsæ principales personæ subeant iusiurandum: & actor [i] quidem iuret non calumniandi animo litem se mouisse, [k] sed existimando † bonam causam habere: reus autem non aliter suis allegationibus vtatur, nisi prius & ipse iurauerit, quòd putans se bona

*CASVS.* In prin. dicit quòd fecit quandam constitutionem, qua cauetur quòd iudices cuiuscunque generis fuerint, non aliter lites dirimant nisi propositis coram eis sacrosanctis euangeliis. Item quòd aduocati iurent clientulis suis se fidele patrocinium præstaturos, aut causam deserturos ex quo nouerint iniustam vel desperatam esse: sed quia in illa constitutione nulla fiebat mentio de principalibus personis, actore scilicet & reo: ideo statuit hic q̃ nullo modo in allegationibus suis audiatur actor vel reus, nisi post litem contestatam iuramentum calumniæ præstiterint. & hoc in prima parte. Iurabit ergo actor se credere habere iustam causam, nec eam mouere animo calumniandi. reus, quia credit se vti iusta instantia, & ita ad colluctandum peruenerit. Demum iurent aduocati coram iudicibus, propositis sacrosanctis euangeliis, scilicet quod in constitutione illa. j. de iudi. l. rem non nouam. sancitum est. & hoc in secunda. Si autem aliquis fuerit qui iurare debet, & tantæ fuerit dignitatis, quòd ad iudicem peruenire non debeat, vel mulier: in domo sua iurabit misso officiali præsente aduersario vel eius procuratore. & hoc in tertia. An autem in causa pupilli, vel adulti, vel filij iurare debet pupillus, vel adultus, vel filius: aut tutor, vel curator, vel pater, quæritur? Respond. quòd tutor &c. quia illi forte nouerunt factum: nec iurabunt quòd sit iusta causa: sed quòd credant eam esse iustam, omnibus iuramentis &c. & hoc in quarta. Item si lis per procuratorem inferatur siue defendatur, demum facta litis contestatione nisi de calumnia iuretur, vlterius non erit procedendum. In eo tamen differunt, quòd actor coram iudice causæ, vel coram iudice loci in quo moratur: reus vero tantum coram de causa cognoscente iurat. & hoc in quinta. Hæc quidem ita vera sunt, quòd hoc iuramentum pro communi vtilitate introductum sit, & de consensu partium remitti non potest. & hoc in sexta. Si vero causa alicuius collegij seu alicuius vniuersitatis seu cuiuscunque corporis vel etiam priuati, data etiam satisdatione de rato, per alium moueatur: lite contestata vlterior non conceditur processus extendi, nisi vel priuatus vel maior pars vniuersitatis de calumnia iurauerit. & hoc in septima. Et si actor iurare contradixerit, cadit ab actione: reus vero pro confesso habetur, non tamen ipso iure: sed demum lata sententia: vt in authen. vt litigantes iurent. §. illa. & hoc in octaua parte. Hæc vero quæ dicta sunt de præstatione iuramenti: locum habent non solum in causis futuris, sed etiam iam cœptis: sub tali tamen diuisione, vt si vtraque pars præsens est, vtrinque iuretur. Altera vero absente, à præsente iuramentum præstetur: neutra vero præsente, absque calumnia huius iuramenti lis libere dirimatur. Viuianus. Nota ex ista. l. hic de duplici iuramento, scilicet partium & aduocati. primo iurant partes: secundo iurat aduocatus: & ex hoc ordine notat glos. quòd cum aduocatus antequam iuret non possit fungi officio aduocationis, quòd tempore quo reus respondet libello, debet iudex præcipere aduocato quòd stet à remotis: ita quòd non possit instruere respondentem: non potest ergo aduocatus dictare responsionem clientuli. de hoc est casus extra de iudi. c. pastoralis. Bald. hic.

a *Propositis.* sed non tactis: vt infra titu. j. l. rem non nouam. in princip. Nam de illa fit hic mentio, quæ fuit facta ante istam: licet posterior sit in ordine. sic etiam proponuntur, sed non tanguntur: vt supra de episco. & cleri. authen. sed iudex. Cum enim iurat in principio quando fit iudex, quòd omnia recte iudicabit: non oportet quòd plus iuret: vt in authen. iusiurandum quod præstatur &c. §. & æquus. col. ij.

b *Patronos.* id est aduocatos.

c *Disposuerimus.* vt. j. tit. j. l. rem non nouã. §. patroni.

d *In omnibus.* contra M. sed ipse ad pecuniarias refert: vt. ff. de verbo. significa. l. litis nomen.

e *Fugientem.* id est reum.

f *Narrationem.* id est dicere, post litis contestationem: vt infra de lit. contesta. l. j. sed certe immo in prin. debet fieri: vt infra ea. l. §. fin. quæ est contra. Solu. satis dicitur fieri in primordio, si statim post fiat: vt supra proxi. & ff. si cer. peta. l. lecta. §. dicebam.

g *Responsionem.* Nec distinguo an responsio sit affirmatiua vel negatiua: quia vtroque modo lis contestatur, quanuis contra videatur infra titu. j. l. rem non nouam. §. patroni. sed nos stamus huic literæ, quæ simpliciter loquitur. Iacobus.

h *Vtriusque.* per hoc apparet aduocatos partes non debere in interrogationibus vel responsionibus instruere, quia prius fiunt quàm ipsi aduocati iurent, vel aliquod officium habeant in causa.

DE SPORTVLIS ET sumptibus in diuersis iudiciis faciēdis, & de executoribus litium.

*Executor qui fuit in principio litis, debet vsque ad finem in ea persistere.h.d.Bar. Vel sic:Inchoata lis per vnum, nō debet per alium expediri,secundum Iacobū But.Vel sic:Apparitor siue nuncius in causa deputatus, debet in tota causa officio suo fungi, nec debet mutari.hoc dicit.Bal.Vel sic:Per vnum & eundem nūcium tantū debet quis citari vsque ad vltimum.hoc dicit secundū vnam lecturā.Vel sic:Ille cui quis est traditus custodiendus,non debet illum alii tradere custodiendum. hoc dicit secundū aliā lecturā.Vel sic:Nūcius in causa deputatus, nō potest per iudicē mutari.h. d.glos.posita sup verbo,temerauerit. & notabiliter. Sal.*

1. Imppp. GRATIANVS, VALENTI.& THEOD. AAA. ad Potitum vicarium.

Q Visquis fuerit exhibitus: e vsque ad negotij terminū f ab eo apparitore g cui primū traditus h fuit, obseruari eū decernimus: siqua præsumptione fuerit hęc māsuetudinis nostrę posthabita i præceptio,primiscrinio, k qui iussa temerauerit, l quinq; librarū auri cōdēnatione multādo. m Dat. Kalend.Iul.Mediolani, Ausonio & Olybrio Conss.

**Græca Constitutio Iustiniani.A.*

*Si executores non fuerint idonei,sed negligentes,remouentur ab officio : & alii in eorum locum subrogātur.hoc dicit. Vel sic: Executores seu nuncii negligentes,vel aliter in officio delinquentes,possunt ab officio remoueri:& si res exegerit, multari etiam corporaliter,& alii eorū loco substituti.Sal.*

II. Idem. A. Iuliano. P. P.

O Mnibus iudicibus licentiam præstamus, siue his quibus à nostro numine lites mādantur, n illustribus vel spectabilibus, vel clarissimis, vel togatis fori cuiuscunque præfecturæ,vel aliis quibusque,vel his qui ex nostris iudicibus delegandas lites accipiūt, executores, si cessauerint, causas eis īstructas offerre, o & remouere ab executione eos,& alios idoneos supponere, p vel etiā multis afficere.si quidem q illustres sint iudices, vsq; ad sex solidorū summā. r sin autē alij, s vsq; ad tres tātūmodo aureos: & ad iudices t quorū ītereſt, referre, quaten⁹ militia exuti pœnas luāt corporales. f Nostris autē amplissimis u iudicib⁹ licētia sit & maiores x pœnas,& corporales maculas executorib⁹ imponere,si male fuerint circa lites versati : vt sciant non esse causas à se deludendas, nec lucri gratia aliquod eis y vitium imponendum.Dat. V. Kalēd.April.Lāpadio & Oreste Conss.

*TITVLVS III.*

DE PEDANEIS IVDIcibus.

*Sententia lata per delegatum ab incompetenti iudice ordinario,est ipso iure nulla. h.d.Bal.vel sic: Procurator Cæsaris nō habet potestatem delegandi in causa priuatorū:ideo talis delegati sententia nō valet.Sal.*

*Omnibus iudicibus.]CASVS.* Iudex siue à principe fuerit delegatus,siue ab alio ad vniuersitatem causarum: executores litium nisi obediant, ab executione remouendi facultatem habet,& alios idoneos loco eorum substituere.si iudex maior est,puniet executorem in quinque solid.si minor,in tribus.Si autem superillustris fuerit,maiori pœna,si visum fuerit,scilicet corporaliter. Nota primo ex hac.l. quòd iudices delegati possunt in causa sibi commissa eligere nūcios.cōcor. de offi.delega.c.pastoralis. in princip.qui nūcij debent ante omnia iurare, facere officium suū bene & legaliter: quod iuramentum facit quòd stetur postea eorum relationi:vt extra de appella.cum parati. Secundo no.q si nuncius deliquit in officio, potest puniri corporali multa,& debet ab officio reuocari, & alius subrogari loco ipsius. Tertio no.quòd hoc est verū in maioribus iudicib⁹, qui possunt imponere multas corporales,& maiores multas.secus est in minoribus iudicibus qui hoc nō possunt:& ideo habes notare quòd vicarij castrorum & villarū nō possunt nunciis in officio delinquētibus imponere multas corporales, sed leuem multam tantū,secūdū Bal.

n *Mandantur.*repete, siue. Vel dic,illustrib⁹ delegat princeps,& sic nihil repetes. Accur.

o *Offerre.* Quod sæpe faciūt pessimi executores huius terrę nō volentes parēre iudicibus.Azo.Accursius.

p *Supponere.*patet ergo quòd hi delegati eligunt executores ex auctoritate delegātis: vt in authen.de iudi.§.necessitatem.&.§.vnoquoque.&.§.si vero iudex.colla.vj.& in authen.de defen.ciui. §. licentiam.colla. iij.loquitur tamē authē.de iudicib⁹& forte lex ista de delegatis ad vniuersitatem causarum: vt ex princi.patet : & ideo forte secus est in aliis.& pro hoc est quod subiicit de imponenda multa: vt supra de modo multarum.l.eos.in princi.&.ff.de iudi.l.ij.§. fina.& de verbo.significa.l.aliud.in fine. Accursius.

q *Si quidem.* modo distinguit multas. Accursius.

r *Summam.* possunt punire executores.

s *Alii.* scilicet inferiores. Accursius.

t *Ad iudices.* scilicet præsides quibus suberant executores, vel ad alios delegantes, vt in authent.de iudi. §. necessitatem.&.§. vnoquoque.colla.vj.& ad hoc supra de offic.rec.prouin.l.iiij. Accursius.

u *Amplissimis.* amplissimos vocat superillustres, cum de illustribus dixerit. Accursius.

x *Maiores.* vltra sex solidos. Accursius.

y *Eis.* scilicet causis. Accursius.

*DE PEDANEIS IVDICIBVS.*

*Sicut pes est pars inferior corporis : sic & pedaneus iudex est inferior aliis. Accursius.*

*Procuratori nostro.]CASVS.* Procurator Cæsaris cognoscit inter fiscum & priuatū.procurator fisci cognoscit inter pcuratorem

tatorem principis, & priuatum. si ergo procurator Cæsaris causam inter duos priuatos delegauit, non valet delegatio: ergo non valet sententia ab eo lata, nisi forte vices præsidis gerat, non dico à præside delegatus.

a *Nostro.* scilicet Cæsaris: qui inter fiscum & priuatum tantum est iudex: [a] vt supra si aduersꝰ fisc. l. ij.

b *Agēti.* sed tūc agit vice præsidis, cum in eū priuati consentiunt prorogantes eius iurisdictionem: vt infra de iurisdictio. omnium iudicum. l. j. Vel quia mortuo præside gerit eius vicem: vt supra de officio eius qui vicem all. j. &. ij. &. ff. de tutō. & curato. da. ab his. l. j. Vel etiam [b] eo viuo in loco suo gerit eius vicem, si abest.

c *Priuatas.* non tamē iter fiscū & priuatum.

d *Arbitros.* id est iudices delegatos.

e *Nullo iure.* neq; speciali, neque communi: vt infra si à non compe. iudi. l. ij. &. l. fi. &. ff. de app. l. ex cōsensu. §. j. & infra vbi cau. fisc. l. iij. & infra ad. l. Fabiā de plagi. l. non valet. & infra ne de sta. defunc. l. si pater. &. j. de pœnis. l. procurator. Sed quid si vterque sciebat eum ab incongruo delegatum? Respō. idē: [c] vt infra de iurisdi. om. iudi. l. priuatorum. Item quid si sciebant à congruo delegatum, sed in causa in qua non potuit delegari, vt in causa appellationis, [d] quę ipso iure est nulla? Respon. idē. [e] argu. ff. de postulan. l. quos prohibet.

f *Placet nobis.* Ad euidentiam casus no. quòd tria erant genera causarum: vt in glos. j. scilicet minima, media, & maxima. de minima potuit iudex cognoscere, & indistincte eam alij delegare: & mediam similiter: sed hodie non, nisi causa cognita: vt si propter publicas occupationes vel pluralitatem causarum causæ superesse non potest. maximam nec olim nec hodie potest delegare, nisi in casu: vt. ff. de eo cui man. est iurisd. l. si nec. Hæc dicta sunt, non vt aliquid detrahatur honori præsidis, sed potius augeatur. Licet autem causa maxima, vt dixi, possit delegari in casu: non tamē causa status. & hoc est quod subiungit in quarta parte ibi, dum tamen &c. vt de ea præses, qui olim per se cognoscere consueuit, de ea hodie tantum cognoscat. Vel sic: olim præses prouinciæ vel alius iudex ordinarius si impediretur ex quacunque causa per se cognoscere de causa, poterat eam alij delegare: sed hodie non indistincte delegabit, sed tunc demum si impediatur publicis occupationibus, vel propter multitudinem causarum. Non autem responsum intelligas vt possint in prædictis casibus quamlibet causam delegare, quàm illas de quibus poterant prius cognoscere, nec delegare: sic nec modo possunt: vt sicut olim de ingenuitate & libertinitate poterāt cognoscere, & debuerunt per se: ita & nunc sic. prima verior. Viuianus.

f *Placet.* ad euidentiam huius. l. no. tria genera causarum olim. Viles, & has cognoscere, & alij delegare poterat præses, siue iusta causa impediatur, siue non: [f] vt infra eo. l. fi. Item mediæ, vt quæ competunt iure magistratus secundum H. vel istę quæ sunt mixti imperij, non meri: & illas poterat indistincte delegare. Sed hodie si impediatur, aliàs non: vt hic. Vel dic [g] causas pecuniarias vltra. ccc. solidos esse medias. sed in causis mixti imperij idem est quod in mero. & prædictæ pecuniariæ ad cognitionem tantum. [h] & sic ter audiet: vt supra de iudi. authen. ad hæc. Item maximæ: & has non delegat nisi in casu cum abest, non si aliàs impediatur præsens etiam ob necessitates publicas: & tunc ad cognitionem: vt hac. l. &. ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. l. j. Sic ergo in maximis causis & in minimis nihil mutatur hodie: sed in mediis tantum: [i] vt dictum est. & sic sunt hodie etiam tria genera causarum: licet P. dixerit esse tantum duo. Alij sic dicunt:

1. Imp. GORDIANVS. A. Vicanis.

PRocuratori nostro [a] nō vice præsidis agenti [b] dandi iudices iter priuatas [c] personas nō cōpetere facultatē manifestū est: & ideo si (vt allegastis) iter priuatas personas is cuius meministis, arbitros [d] dandos putauit: sententia ab eis prolata, nullo [e] iure subsistit. PP. Kalend. Febr. Attico & Prætextato Conss.

*Istam l. dicit Bart. difficillimam quàm quæ sit in toto Codice: & hoc intendit: Causas medias præsides debent audire per se, vel delegare reseruata sententia, si propter occupationes publicas, vel causarum multitudinem impediantur. Causas vero meri & mixti imperii, & causas iurisdictionis magnas iudicent per seipsos. Causas vero minimas delegent indistincte. h. d. cum l. seq. secundū Bar. Vel sic: Causæ pecuniariæ cētum aureos excedentes, quas præsides leui causa impediti poterant delegare, hodie nō possunt delegari, nisi præsides publicis occupationibus, vel multitudine causarū sint impediti. Causæ vero meri vel mixti imperii non delegantur nisi causa ingenuitatis & libertinitatis. Salycetus.*

II. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS. AA. & CC. Vicariis.

PLacet [f] nobis, præsides de his causis in quibus quòd [g] ipsi non possent cognoscere, [h] antehac [i] pedaneos iudices dabāt, notionis suę examen adhibere: ita tamē, vt si vel propter occupationes publicas, vel ꝓpter causarū multitudinē [k] omnia huiusmodi negotia nō potuerīt [l] cognoscere, iudices dādi habeāt potestatē. Quod non ita accipi cōuenit, vt in his etiā causis in quib' solebāt ex officio [m] suo cognoscere, dādi iudices licētia eis ꝓmissa credatur. Quod vsq; adeo in prędium [n] cognitione retinēdū est, vt eorum iudicia non deminuta [o] videantur: dum tamen [p] & de ingenuitate, supꝰ qua poterāt etiā ante cognoscere, & de libertinitate prędes ipsi diiudicēt. [q] Dat. XV. Kal. Aug. CC. Cōss.

g *Quòd.* pro quia.

h *Cognoscere.* propter facti impedimentum.

i *Antehac.* aliàs antehac: aliàs ante hanc, id est ante. l. istam.

k *Multitudinē.* vel quia contingit eos abesse.

l *Non potuerint.* scilicet de iure, quia vilia erant negotia secundū quosdam: quod nō placet, [l] cum non inueniā eos antiquitus de his non posse cognoscere, nec debere eos cognoscere: immo delegantur huiusmodi: vt infra eo. l. fi. Sed dic nō possunt cognoscere propter occupationes publicas, vel ꝓpter causarum multitudinē, [m] vel aliud iustum impedimentū: vt in authē. vt defunc. seu su. §. illud. col. v. & de iudi. §. j. col. vj. & tūc possent delegare. sed si non habent tale impedimentum, nō possunt: vt hic subiicit. sed olim etiā sine causa poterant delegare, sed principium contradicit fini. Respō. [n] sed primo expone, non possunt quamlibet etiam vilia. Accursius.

m *Ex officio.* puta ex lege vel senatusconsulto: vt. ff. de offic. eius cui man. est iur. l. j. Dic ergo, solebant & debebant, nisi in casu: & tunc ad cognitionem: vt. d. l. dicitur. &. ff. de offi. procon. l. aliquando. &. l. solent. Accursius.

n *In prædium.* nomen generale est pro quolibet ordinario habente imperium. ff. de offi. præsi. l. j. Accursius.

o *Deminuta.* sed aucta: quasi diceret, hoc dicimus non detrahendo [o] honori præsidis, sed augendo eum. Accursius.

p *Dum tamen.* sic continua. P dixit ibi quòd non ita &c. maximas non posse delegari, nisi absit: dum tamen &c. melius enim dixisset, Sed & de ingenuitate &c. nam & istæ sunt de maximis. In his ergo vt in aliis in casu delegat ad cognitionem, non ad definitionem: vt hic. Vel referas ad id quod supra dictum est de mediis, iudices dandi habeant potestatem: vt sic illud recipiat istam determinationem: & illam, quod non ita accipi &c. sed hodie etiam de definitionem videtur posse cōmittere in causa status: vt in authen. de colla. §. prohibemus. col. ix.

q *Diiudicent.* s. tantum, & non delegēt: vt. j. ne de sta. defunc. l. si pater. &. j. vbi causa sta. l. iamdudū. & argu. ff. de iudi. de qua re. & de arbi. nō distinguemus. §. de officio. Sed cōtra. j. de ordi. iudi. l. j. Sed ibi nō loquitur de prędice, sed alio minore: cū generale nomē sit prędis: vt. ff. de offic. prędi. l. j. Vel secūdū Ioā. distingue, [q] an pupillus agat vel cōueniatur possessorio iudicio: quo casu differtur quæstio status per Carbonianū in tēpus pubertatis si moueatur quęstio status & bonorū. Si vero status tātū, tūc dic ꝙ differtur similiter in fauorē pupilli per cōstitutiones: vt. ff. de Carbo. edic. l. j. §. j. an petitorio: quo casu non differtur quæstio status si agat: sed si conueniatur, differtur: vt. ff. de car. edic. l. iij. §. si quis liber. &. §. missum. &. §. si duo impuberes. Alij dicunt quòd ibi non poterat cognoscere, quia incidens erat: hic principaliter intentabatur. Sed certe secundū omnes cognoscitur de incidenti etiam antequam de principali: licet de hoc an sit sententiandum, sit opinio: vt ibi dices. *ADDITIO.* Tu dic quòd illa. l. j. de ordi. iudi. non intelligitur quòd nō possit cognoscere propter defectū iurisdictionis: sed propter qualitatem personæ de cuius statu agitur, quia erat pupillus. Pau.

k *Cōtrarium tenent Bal. & Salyce.*

l *Istam gl. approbant B. B. P. & Salycetus.*

m *Immo dic quòd propter leue impedimētum: ne scilicet aliæ causæ impediātur. B. B. & P.*

n *Idem Sa.*

o *Quia potest cognitionē delegare reseruata sententia. Iac. de Aretio. Barto. & Pau. iuxta formā authē. ad hæc. in princi. s. de iudiciis.*

p *Istā glos. approbant Bar. Bald. Pau. & Salycetus.*

q *Istam gl. sequuntur Bal. & Salyc. i. l. i. j. de ord. iud. Pupilli fauore an differatur quæstio status.*

PLacet. ] CASVS. An iudex delegatus causam sibi demandatam ad delegātē remittere possit, quæritur? Respō. ꝙ nō. Et loquitur ꝓperator præfecto prętorio significās ei ꝙ si aliquā

causam deleget ei, nullo modo patiatur eam remitti: sed delegatus per sententiam definitiuam determinet. tamen si alicui litigantium sententia iniusta fuerit visa, pateat prouocādi facultas.

a *Dederit.* i. delegauerit, & loquitur hic Serapioni præfecto.

b *Cognoscant.* vt. ff. de iudi. de qua re. in prin. & in authen. vt iudi. non expec. sac. iusſ. §. j. col. ix. & de iudi. §. fi. col. vj. Sed contra. j. de relati. l. j. Ibi in ordinario, hic in delegato. Vel solue vt ibi.

c *Tribuatur.* vt. j. de app. l. ſ maioribꝰ. &. ſ. ſi ſæpius in integrum reſti. poſtu. l. j.

*Iudices delegati debent iudicare de qua causa cognouerint: nec possunt ad delegantē remittere: & ab eis potest appellari. Bal.*

III. Exemplum ſacrarum literarum eorundem AA. & CC. ad Serapionem.

2 PLacet, vt iudicibus (ſi quos grauitas tua diſceptatores dederit) [a] inſinues, vt delegata ſibi negotia lata ſententia terminent, nec in his cauſis in quibus pronunciare debēt & poſſunt, facultatē ſibi patere remittēdi ad iudicium præſidale cognoſcāt: [b] maxime cū & ſi iudicatio alicui litigatorū parti iniuſta videatur, iterponēdę ꝓpuocationis poteſtas à ſententia ex omni cauſa ꝓlata libera litigatoribꝰ tribuat. [c] Dat. VIII. Kal. April. Antiochiæ. CC. Conss.

*Si iudices delegati sunt impediti, debet causa aliis committi: vel per delegantem ad vlteriora proceda, & terminari. hoc dicit. Bald. Vel sic: Vbi delegatus lite contestata impeditur ratione publicæ absentiæ de causa cognoscere: detur alius, qui loco eius debet subrogari.*

IIII. Iidem. AA. &. CC. Firmino.

PLacuit, quoties pedanei iudices dati poſt litem conteſtatam vel ad aliud iudiciū neceſſario diriguntur, vel publicę vtilitatis ratione in alias prouincias proficiſcuntur, vel diē obierunt, atque his rationibus negotiis cœptis finis non potuit adhiberi: alium in locū eorum iudicem tribui, qui negotium examinet: ne huiuſmodi caſibus interueniētibus impedimētū aliquod in perſequendis litibꝰ afferat. [d] Dat. X. Kal.* Tiberio & Maximo Conss.

*Iudex pedaneus duobus modis dicitur delegatus.*

*Causæ minimæ iurisdictionis possunt indistincte delegari. hoc dicit. Bal. Vel sic: Præsides possunt constituere iudices pedaneos, qui de vilioribus cognoscant. Salyc.*

V. Imp. IVLIANVS. A. Secundo præfec. præt.

QVEDĀ ſunt negotia in quibus ſuperfluum eſt modē ratorem expectare ꝓuinciæ: ideoque pedaneos iudices [e] (hoc eſt, qui negotia humiliora diſceptant) conſtituēdi damus præſidibꝰ poteſtatē. Dat. V. Kalēd. Aug. Antiochię, Mamertino & Neuita Conss.

## TITVLVS IIII.
## QVI PRO SVA IVRISDICTIONE iudices dare, daríve poſſunt.

**Conſtitutio Græca.*

*Non potest delegari causa quæ ad iurisdictionem delegantis non pertinet: & ille cui delegatur, debet esse de iurisdictione delegantis. Item cum delegatus principis subdelegat, appellatur ad ipsum. Bald.*

I. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS AA. Cyro præfecto prætorio.

IN cauſarum delegationibꝰ illud cō ſultiſsimè præcipimus obſeruari, vt ita valeant, ſi ad iuriſdictionem [f] pertineant [g] delegantis. Quòd ſi quis alienę iuriſdictionis cauſam crediderit delegādam, [h] nec præcepto† cognitorem datum [i] patiētiam [k]** accōmodare cēſemus. Et ſi cōtra leges [l] obtēperauerit delegāti; omnia quę ab ea delegatione gerū tur, ita pro infectis haberi præcipimꝰ, ac ſi ipſi qui delegauerant, alienę iuriſdictionis iudices [m] reſedisſent: [n] vt ne appellādi quidē neceſsitas victis aduerſus eas ſentētias imponatur. ſ Hęc teneāt niſi iudices à nobis ſpecialiter [o] delegātibꝰ dati, aliis cauſas delegauerint† iudicādas. [p] nam [q] his delegantibus, nullo perſonarum cauſarúmve habito tractatu, appellationum ad eos [r]** iure iudicia remeabūt. Dat. XIII. Kal. Ianuar. Valētiniano. A. & Anatolio Conss.

*Iudex pedaneus delegatus* Quidam. *Iudices.* Duobus modis dicitur iudex pedaneus delegatus: vt in authē. de iudi. §. vetus. &. §. ſedebunt. &. §. illo. &. §. ne autē. col. vj. & hic. Itē ordinarius, ſi tamen humiliora diſceptat, ſcilicet vſque ad. ccc. ſolidos, vt defenſor ciuitatis: vt ī auth. de defen. ciui. §. & iudicare. col. iij. & de iudi. §. audient. colla. vj.

*QVI PRO SVA iuriſdictione &c.*

*Occasione sumpta à pedaneis, qui sunt delegati: generaliter de personis eorum qui dare possunt & dari, subiūgit. Accur.*

IN cauſarum.] CASVS. An poteſtas Bonoñ. homini ſuæ iuriſdictionis duorum Mutiñ. cauſam, quæ ſua ordinaria non eſt, poſsit delegare, quæritur? Reſpon. quòd non: quia ſi cauſam ſuam ordinariam hominī non ſuæ iuriſdictionis delegauit, puta duorum Bonoñ. Mutiñ. præcepto eius impune non parebitur. & ſi paritum fuerit, & lata fuerit ſententia, non valebit: nec ab ea erit neceſſario appellandum. & hæc ſunt vera, niſi in delegatis à principe. & ſi a delegato à principe fuerit appellatum, ad delegātem appellabitur: ſi quidē eſt in litera, ad eos. ſi, ad nos: tūc dicit, appellabitur ad primū delegātē. & quod dicit cauſarū, dic ſiue fuerit ordinariꝰ, ſiue nō. & quod dicit perſonarū, dic cuiuſcūq; fuerint iuriſdictionis.

*a Istam gl. approbant Bar. Bald. & Salyc.*

f *Si ad iurisdictionem.* ſcilicet ordinariam, nō delegatam, niſi ſit à principe delegatus: vt. j. ea. l. §. hæc. niſi in caſu [a] quando cōfirmatur, et iā ſi nō erat de iuriſdictione delegātis à principe: vt. ff. de offi. procōſul. & leg. l. iiij. §. fi. & l. v. Et not. ꝙ hic delegat in homine ſuę ꝓuincię cauſam nō ſuā ordinario iure: ſed in ſequēti

A caſu & cauſam non ſuæ iuriſdictionis, & in hominem alterius prouinciæ, ſecundum Io.

g *Pertineant.* l. cauſæ. ergo à contrario ſi nō ſunt de iuriſdictione ſua cauſæ: licet in hominem ſuæ ꝓuinciæ deleget, non valet.

h *Delegandā.* in hominē nō ſuæ prouinciæ, vt addat ſuperiori.

i *Datum.* i. delegatū.

k *Patientiā.* id eſt cōſenſum. ſed quid ſi hic cognitor delegatus habebat aliās iuriſdictionem, & partes ſcientes eum ab incongruo delegatum, ſub eo tamen litigauerint? Videtur ꝙ teneat ſententia: [b] vt ſupra de iuriſdi. om. iud. l. j. Itē quid ſi in principio cauſæ delegatę carebat alia iuriſdictione: ſed poſtea eam eſt adeptꝰ? Videt cōfirmari: vt ar. ff. de iudi. l. licet. à tēpore iſto, & nō prius: [c] vt. ff. de offi. ꝓcon. l. obſeruare. §. vlti. [d]

l *Leges.* ſcilicet iſtam *lyc.* & ſimiles.

m *Iudices.* ipſimet.

n *Reſedisſent.* quo caſu non valet ſententia: vt infra ſi à non compe. iudi. l. fi. nec ergo nunc cum delegat: vt hic, &. ſ. vbi & apud quem. l. fi. &. ff. de procura. ſed & hæ. §. defendere. nam quicquid ſequitur ex eo vel ob id &c. vt hic, & ſupra de leg. & conſti. l. non dubiū. niſi hic partes poſt ſententiam conſenſiſſent: [d] vt infra commu nia vtriuſque iudi. l. ij. Sunt ergo tria neceſſaria vt valeat delegatio, & poſsit compelli delegatꝰ, ſcilicet quòd ſit ordinarius delegās. Item quòd cauſa ad eū ordinarie ſpectet. Item quòd delegatus ſit de iuriſdictione delegantis: vt. ff. de offi. procō. & le. l. iiij. j. fi. ſed ſi hoc vltimū deſit, valet tamē delegatio: [e] vt. ff. de offic. eiꝰ cui mā. eſt iuriſ. l. & ſi prætor. ſed nō poteſt cogi iudicare: vt habes hic, &. ff. de iu. om. iudi. l. eum qui.

o *Specialiter.* i. ad vnū ſpeciē. & ſubaudi, etiā. Vel dic. i. expreſsim.

p *Iudicandas.* Nam ipſi delegant ſibi delegatam: vt hic, & ſupra de iudic. à iudice. Sed quidam praue intelligunt, vt poſsit delegatus à principe cauſam delegare, quæ non fuerat ſibi delegata, per hoc quod dicit cauſas, indefinite, & infra, nullo perſonarum cauſarum &c. Quid ergo ſi delegatus à principe cauſam criminalem ſibi commiſſam delegat? Videtur quòd poſsit ex hac. l.

q *Nam.* pro, certe.

r *Ad eos.* aliàs eſt, ad nos. & aliàs, ad eos. & ſecundum primam concor. ff. quis & à quo appel. l. j. in fi. ſecundum aliam eſt contra. d. l. quæ dicit ad principem deferri ſi delegatus delegat. & tunc ſolue quòd hic in delegato à principe ad vnam, ibi à præſide ad vniuerſitatem cauſarum. ſed hoc videtur hodie hic corrigi per. l. infra de appella. l. præcipimus. §. hæc ſi appellatio. vſq; in finem. l. Vel verius ibi in. l. præcipimus. ab ipſo delegato principis appellabatur: hic à delegato delegati. Item ſecūdū eandem

literam,

BIU Cujas

literã,ad eos,est contra.ff.de iudi.l.fin. Sol.vt ibi. *ADDITIO.* Aduertas quòd de iure canonico si delegatus commisit in totũ vices suas, tunc à subdelegato appellatur ad primum delegantem.Si vero reseruauit sibi aliquid delegatus,appellatur ad eum: vt in.c.super quæstionum.§.porro.extra de officio deleg.

*NE QVIS IN sua causa,&c.*

*TITVLVS V.*

NE QVIS IN SVA causa iudicet,vel ius sibi dicat.

*Nemo est iudex in causa propria. Bald.& Salycetus.*

1. Imppp. VALENS, GRATIANVS & VALENTINIANVS AAA. ad Gracchum præfectum vrbi.

GEnerali † lege decernimus neminem sibi esse iudicem, [a] vel ius sibi dicere debere. [b] In re enim propria iniquum admodum [c] est, alicui licentiam tribuere sententiæ. [d] Dat. Kal. Decembr. Valente. VI.& Valentiniano.†II. AA. Conss.

*TITVLVS VI.*

QVI LEGITIMAM personã standi in iudiciis habeant, vel non.

*Sententia lata contra pupillum indefensum, ipso iure non tenet. Bald.*

1. Imp. GORDIANVS A. Candidæ.

SI cum esses pupillaris ætatis,sine tutoris auctoritate cũ aduersario tuo consistens [e] præses prouinciæ aduersus [f] te pronunciauerit: minime auctoritate iudicati nititur quod statutũ est. Dat. Id. Decẽb. Gordiano. A.& Auiola Conss.

*Pupillus cũ auctoritate tutoris,& adultus cum auctoritate curatoris recte possunt agere & conueniri. Bald.*

11. Impp. DIOCLET. & MAXI. AA.& C C. Gemachæ.

IN rebus quæ priuati [g] iudicij quæstionẽ habent, sicut pupillus tutore auctore & agere & conueniri potest:ita adultus [h] curatore consentiente litẽ & intendere & excipere debet. Dat.IX.Kal.Iañ.CC.Conss.

*Minor potest mouere possessoriũ:sed non potest mouere petitoriũ,nec sibi moueri sine auctoritate tutoris vel curatoris. Bald.*

111. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS.AA. Iuliano proconsuli Africæ.

MOmentaneæ [i] possessionis actio [k] exerceri potest per quancunque [l] personam. Sub colore autem adipiscendæ possessionis obreptitia [m] petitio [n] alteri obesse non debet, maxime cum absque conuentione personæ legitimè aduersus ipsum possit intentare reconueniendo petitorium,quæritur? Respon.quòd non.& hoc in tertia.sic consueuit poni casus hic.

i *Momentaneæ.* aliàs, momentariæ. Iudicium aliud petitorium, aliud possessorium. Petitorium, cum aliquam rem vel possessionem ratione dominij petõ, vt perpetuo apud me sit. Possessorium, quãdo de possessione tantum, siue adipiscenda: vt interdicto quorum legatorum. siue retinenda: vt per vti possidetis. siue recuperanda, vt per vnde vi. quod vltimum dicunt quidam corrigi per. l. infra vnde vi. si quis in tantam. Sed certe [f] quòd perpetuo sit apud actorem, est ex vi constitutionis, non interdicti: vt in eo. titu. l. momentaneæ. Item agitur de possessione p actionem, vel per officium iudicis,vel con dictionẽ indebiti, vel triticaria: vt infra loca.l. siquis conductionis. &. ff. de condict. indebi. l. indebiti. §. j. & de tritica. l. ij. Item per interdictum de precario. Item per interdictum quod vi aut clam.& per Saluianum, quod datur pro rebus coloni. loco tamen cuiuslibet interdicti in factum actio hodie datur: vt instituta.de interdi.§.fi. & dic vt ibi. &. ff. de vi & vi arma. l. j. §.fin. Prædicta quidem iudicia dicuntur momentaria aptitudine: quia poterat esse quòd qui amisit in possessorio, vincet in petitorio:& sic parum durabit apud eum possessio. potest esse econtra, & sic multum durabit apud eum possessio. Potest [g] etiam dici momentaria,quia cito debet experiri,& sine mora:vt arg. infra,vt intra certum tempus.l.ij. §.fi.

*Iudiciũ est duplex.*

*Possessoriũ est triplex.*

*f Idẽ Bal. Salycet⁹ & Paul.*

*Possessio multis modis repetitur.*

*g Ista etiã est bona:sed alia melior secundum docto.*

k *Actio.* scilicet in factum,vel alia pro possessione competens: vt dixi. Et nota actio:quia non sic si conueniatur [h] pupillus.Alij idem si conueniatur. Accursius.

*h Idẽ Bar. Bal.& Sa.*

l *Per quancunque.* id est quælibet persona nomine suo agere potest,etiam pupillus & seruus in recuperanda vel retinenda, non sic in adipiscenda:vt.j.si per vim vel alio modo.l.j.& hic est primus casus huius.l. Si tamen pupillus succumbens in possessorio obrependo pedetentim agere velit de proprietate,non potest vt alter teneatur ei respondere sub colore quæstionis de possessione.Maxime autem ideo subiungit, quia si de possessione egisset pupillus cum tutore,& idem vellet de proprietate agere sine tutore, idem esset vt non admitteretur. & hic est casus secundus. Sed si pupillus obtinuit in possessorio,& recõueniatur in petitorio sine tutore, non valet sententia. & hic est tertius. & sic sunt casus tres secundum Azo. [i] Alij intelligunt totã.l.cum pupillus agit nomine alterius de momentaria possessione, & ipse idẽ vult agere de proprietate. Vel recõueniatur,& eædem dantur respõsiones.& similiter sunt tres casus,qui non placent. Alij vt Ir.dicunt quòd tota lex duos tantum ponit casus. Primus vsque illuc, sub colore &c.& sic nõ mutatur prima positio. Secũdus ab inde vsq; illuc,nihil autẽ &c.& quod subiicit,nihil autẽ &c.est expositio secundi.& secundũ hoc dices,adipiscẽdæ.i.adeptę.& alteri.i. minori. sed secũdũ nos adipiscẽdæ,proprie ponit: & alteri.i.aduersario minoris,qui est maior.posset etiã dici quatuor casus, vt vnus assumatur in illa dictione maxime,alij tres non mutentur.

*i Idẽ Bar. Bald. & Pau. & est cõmunis lectura secũdum Saly.*

m *Obreptitia.* puta quia volebat intendere rei vindicationẽ, & de proprietate iste minor probare.

n *Petitio.* quam aduersarius fecit de reconuentione siue proprietate.

*NE QVIS IN sua causa,&c.* *Enerali.*] CASVS. Ne quis in sua causa sit iudex, vel ius sibi dicat, prohibet imperator & in rubro, & in nigro. Et quod dicit, quòd nullus sit iudex,intelligo in possessorio vel petitorio: vel non sit iudex definiendo. vel ius sibi dicat etiam interloquendo: vel sit iudex in iudicando, & ius sibi dicat in exequendo: & causam subiicit, in re enim propria &c.

† *Concor.cũ tua.l.a.cum quærentes.cũ gl.& super hoc, videtur. extra de rest. spo.*

a *Iudicem.* quo ad proprietatem.

b *Debere.* quo ad possessionem. vel primo definiendo, postea interloquendo vel iudicem iudicando: ius dicere exequendo. sic & ff.quod me.causa.l.extat. Sed contra.j.de fideicó.l.fi. Solu. vt ibi. Item contra. j. man.l. in re mandata. Sol. vt ibi. Item contra. ff. de offi.præsi.l.senatusconsulto. sed ibi [a] cum lis aliàs peritura erat. Itẽ contra.ff.de confes.l.j. sed ibi non sententiando,sed confitendo.

*Aliàs Valent. 7. & Valentin. AA.*

c *Admodum.* id est valde.

d *Sententia.* vt. ff. de iudi. Iulianus. & de iur. om. iudi. qui iurisdictioni. & de arbi. l. penult. Sed arbitrator sic: [b] vt ff. de ope. liberto. l. si libertus. ij. & infra de contrahen. empt. l. finali.

*Idẽ Bal.*

*Approbatur B.B. & Saly.*

*QVI LEGITIMAM PERSONAM standi in iudiciis habeant, vel non.*

*Supra de persona iudicis, nunc actoris & rei.*

*Cõtinuatio.*

*SI cum esses.*] CASVS. Pupillum sine tutoris auctoritate in iudicio conueniſti, & condemnatus est. an valeat sententia, quæritur? Respond. quòd non. Lex sequens idem dicit quod ista, sed addit idem esse in adulto quod in pupillo.

a *Approbatur & publicatur.*

e *Consistens.* in iudicio: sed in arbitrio dic vt.ff. de arbitris.l. si pupillus.

*Id quod nõ credit mutuatur,se dũdo Bal. Sa. & Ia.*

f *Aduersus te.* secus si pro te: [c] vt supra de procura. l. non eo. Item intellige, pronunciauit definitiue : vt supra si aduerrem iudica. l. cum & minores. et. ff. de re iudi. l. acta. §. contra. in fin. secus in interlocutoria: [d] vt. ff. quibus ex cau. in posses. ea.l. apud Iulianum. §. Marcellus. &. l. in possessione.§. j.& de bonis auct.iudi.possid.l.si minor. & hæc omnia serua in adulto:vt.j.l.proxi.

*Minor aliquãdo sine curatore in iudicio esse potest.*

g *IN rebus quæ priuati.* vel publici: vt infra de auct. præstanda. l. clarum.

h *Ita adultus.* hic excipe, nisi impetrauerit veniam ætatis: vt supra de his qui ve. æta. impe.l. ij. & nisi interdicto de libero homine exhibendo: vt. ff. de libe. homi.exhib.l.quod & lex. §. sed & si mulier. vel nisi interdicto momentaneæ possessionis: vt infra.l. proxi.vel nisi pro coniunctis: [e] vt. ff. de procura. l. minor.

*Approbatur per Bal. & Saly.*

*MOmentaneæ.*] CASVS. An minor de possessione rei suæ per vim expulsus, sine curatoris auctoritate agere possit interdicto vnde vi, ad recuperandam possessio. suam,quæritur? Respon. quòd sic. & hoc in princi. Sed quid si succumbat in possessorio: an petitorium similiter curatore non auctore intentare possit, quæritur? Respond. quòd non. & hoc in secunda. Si autem obtinuit in possessorio, an aduersarius



BIU Cujas

a *Initiatum.* id est inceptum: vt in possessorio. nam idem & si interuenisset tutor in possessorio, vt modo dixi. & ad hoc. ĭ. qui da.tu.poss. l.in vniuersis.

b *Iurgium.* scilicet totale possessorij & petitorij. sed pars eius, scilicet possessorium fuit finitum, in quo succubuit.

c *Circa minorem.* id est vult aduersari[a] obrepere contra pupillū, & de proprietate litigare. & hic vltimus nō variatur.

d *Custodiri.* scilicet potuerit. nam & minor potest conueniri cum auctoritate tutoris. ff. de admini. tuto. l. j. §. sufficit. Item ex eo q̄ dicit, obreptitia petitio alteri obesse non debet: not. arg.[a] quòd testes in causa possessionis non sunt interrogandi de proprietate. Vel si interrogentur, nihil in ea dictum eorum prosit. sic &. ff. de peti: hæredi. l. si quis liber. §. fina. in fin. &. ff. de iureiuran. l. si duo patroni. §. ij. &. l. eum qui. circa princ.

initiatum[a] iurgium[b] videatur. Nihil autem opitulatur conuentio circa[c] minorem habita, cū id rectius circa curatorem debuerit custodiri.[d] Dat. II. No. Mart. Rauennæ, Constantio & Constantino Conss.

## TITVLVS VII.
## VT NEMO INVITVS agere vel accusare cogatur.

1. Imp. DIOCLET. A. Camerio.

INuitus † agere vel accusare nemo cogatur. Dat. Id. Octobr. Carino. II. & Numeriano Conss.

## TITVLVS VIII.
## DE ORDINE iudiciorum.

*Si pupillo agenti petitione hæreditatis contra hæredem scriptum obiicitur quòd nō est filius: iudex debet examinare de principali & incidenti: non tamen habet de incidenti pronunciare, sed solum de principali. hoc dicit. Bal. Vel sic: Si quæstio status incidit quæstioni bonorum, de ea plenè cognoscitur, licet iudex aliàs cognitionem de statu non habeat, sed de principali tantum expressim pronunciatur. Salyce.*

1. Impp. SEVERVS & ANTONI. AA. Marcellinæ & aliis.

ADite[f] præsidē prouinciæ, & ruptum esse testamentū Fabij Præsentis agnatione[g] filij, docete: neque enim impedit notionem eius,[h] quòd status quæstio in cognitionem vertitur,[i] etsi[k] super status causa cognoscere non possit.[l] pertinet enim ad officium iudicis qui de hæreditate cognoscit, vniuersam incidētem quæstionem,[m] quæ in iudiciū deuocatur, examinare: quoniā[n] nō de ea, sed de hęreditate pronūciat. Dat. XIII. Kal. Decemb. Geta & Plautiano Conss.

*a Approbatur per Bar. Bal. Paul. & Salyc. Testes ī eau sa possessionis p̄ducti, nō super p̄prietate interrogandi.*

† *Cōcor. gl. vnica circa fi. in vers. non sitreus. in. c. ii. extra de libel. obla.*

*VT NEMO INVITVS agere vel accusare cogatur.*

INuitus.] CASVS. Tenebaris mihi in quinque. non potes cōpellere me vt conueniam te. vel si habeam contra te actionem criminalem, non potes compellere me vt te accusem inuitus.

c *Inuitus.* idem dicit tex. quod rubrica. & probatur hæc regula

*b Idē Bal. Pau. & Sa.*

ĭ. de vsu. pu. l. vlt. & de pig. creditor. & idem est[b] econtra in defendendo: quia sufficit in possessionē missio: vt. ff. de in ius voc. l. satisq;. nisi in casu: vt. ff. de procur. sed & hæ. §. præter. sed etiam in agendo quandoq; quis cōpellitur causatiue: vt gestor negociorum coniuncti: vt. ff. de neg. gest. sin autem. in prin. Item procurator: vt. ĭ. man. l. à procuratore. &. l. procuratorem. Item tutor: vt. ĭ. arbi. tu. l. ij. &. ĭ. de administr. tut. l. debitoribus. &. l. tutores. ij. Item hæres: vt. ĭ. de his quibus vt indig. l. j. Item administrator ciuitatis: vt. ff. de admini. re. ad ciuita. perti. l. ij. §. si eo. Item mater: vt. ĭ. de leg. hære. l. sciant. Item ille qui semel actionē proposuit. nam loquitur hic ti. quando adhuc nullam proposuit actionem: vt. ĭ. quomodo & quādo iudex. authen. qui semel. Sed solet quæri an Bonoñ. possit cogi à scholari vt agat cōtra scholarem qui in breui est recessurus, cum forte Bonoñ. sperat eum conuenire cum habet pedem in stripedio. & est arg. l. ista q̄ non

*Agere quādoque quis cōpellitur.*

*c Istam gl. approbant Bar. Bal. Pau. & Sa.*

possit. magis tamen puto[c] iudicem debere ei statuere tempus intra quod agat: & postea eum non audiri: arg. ĭ. de remiss. pig. si eo. &. ĭ. de inge. ma. l. diffamari. &. ff. de opti. leg. l. mancipiorū. &. ff. de cu. bo. dan. l. j. &. ff. de bo. aucto. iudi. pos. l. si seruus. &. ff. de Carb. edic. l. iij. §. duæ.

### DE ORDINE IVDICIORVM.

*Id est de quæstionibus ordinandis in iudicio, puta si concurrant duo iudicia inter easdem personas principaliter vel incidenter: quod præcedere, & quod consequi debeat. sic ergo dicitur iudiciorum, id est quæstionum vel rerum de quibus possunt fieri iudicia, id est quæstiones.*

ADite.] CASVS. Testamentum fecisti nulla facta mentione de ventre vxoris, quæ pręgnans erat: & extraneum instituisti. natus est posthumus. agere vult tutor petitione hæreditatis aduersus scriptum hæredem. obiicit ei scriptus hæres q̄ pupillus non sit filius defuncti legitimus, sed seruus natus ex ancilla sua. quæ quęstio præferri debeat, quæritur? Respon. q̄ præses simul de vtraque cognoscet: nec quæstio status incidens impedit notionem præsidis: licet aliàs de statu cognoscere non posset, quando pupillus scilicet conueniretur petitorio: vt. ff. de Carb. edi. l. iij. §. si quis liber. licet in. §. missum. dicatur contrarium. sed ibi agit pupillus. pronunciabit autem tantum super petitione hæreditatis.

f *Adite.* ô vos tutores posthumi.

g *Agnatione.* i. natiuitate, quæ rumpit testamētū: vt. ĭ. de posthu. hær. instī. vel exhære. l. j. & de bo. pos. contra tab. l. posthumo. &

A agitur peti. hæredi. secundum B. sed secundū eum est contra. ĭ. de Carb. edic. l. j. vbi dicit eam petitionē hæreditatis differri. sed hic subaudi, *d* si impuberi. s. expediat: quia testes possunt mori: vt. ff. de Carb. edic. l. iij. §. duæ. Item secundum hunc casum super illo versiculo huius legis, & si super causa status &c. est contra. ĭ. de peti. hære. l. liber. Sed ibi de statu defūcti: hic hæredis. Itē super eodē est contra. ff. de Carb. edic. l. iij. §. missum. vbi dicit posse agi de statu si ipubes agat petitione hæreditatis. Sed expone hic q̄ nō posit aliàs quando pupillus petitorio iudicio conueniretur: vt in. §. si qs liber. in e. l. iij. nam tūc in eius fauorem differtur quæstio status per Carbonianū: nō quia præses de libertate cognoscere nō posit: vt ŝ. de ped. iud. l. placet. ĭ. &. ff. de Car. edic. l. iij. §. duæ. hic autē agebat pupillus petitorio: & ideo nō differtur quæstio status. Sed huic solutioni videtur cōtrariū: vt. ff. de Carb. edic. l. pe. vbi petitorio agit pupillus, & tamen differtur quæstio status. Sed ibi cōtra alios possidentes res hæreditarias. secus autem si contra eum qui ei mouit quæstionem status. Vel loquitur ibi cum satisfecit pupillus: vnde admittitur pupillus vt curator bonis datus: vt in eo. ti. l. sed & si is. §. j. sed & poni

*d* *e* *f* *g*

B impedit notionem eius,[h] quòd status quæstio in cognitionem vertitur,[i] etsi[k] super status causa cognoscere non possit.[l] pertinet enim ad officium iudicis qui de hæreditate cognoscit, vniuersam incidētem quæstionem,[m] quæ in iudiciū deuocatur, examinare: quoniā[n] nō de ea, sed de hęreditate pronūciat. Dat. XIII. Kal. Decemb. Geta & Plautiano Conss.

C potest huius. l. casus in possessorio: [e] vt si dicas q̄ pupillus volebat adipisci possessionem vel retinere ex Carboniano, quod potest. & vtrobique differtur quæstio status. & hoc dicit: & si super &c. vt hic. &. ff. de Carb. edi. l. iij. §. parui. &. ff. de inoffi. testa. l. qui de inofficioso. nisi hactenus, vt summatim cognoscatur: vt. ff. de Carb. edict. l. iij. §. causæ. & quod hic subiicit, de hæreditate, secundum hunc casum expone, id est de possessione rerum hæreditariarum. Vel dic retento eodem casu etiam de hæreditatis proprietate summatim cognosci, cum petitur Carboniana: vt si euidenter probetur eum hęredem nō esse, nec filium, denegetur ei Carboniana: vt. ff. de Carb. edict. l. iij. §. causæ.

*e* *f* *g* *h* *Eius.* scilicet præsidis.

i *Vertitur.* dicebāt enim aduersarij eum nō esse filium Fabij, vel dicebant eum seruum.

k *Etsi.* id est quanuis.

l *Non possit.* scilicet aliàs cum conueniretur petitorio. hic autem sic, vt subiicit, quia hic agit. Vel dic non possit, scilicet vt pronunciet. cognoscit tamen, vt subiicit, ne sibiipsi hæc litera contradicat. & hoc prout posui in petitorio. sed secūdum alium casum dic quòd non possit propter Carbonianum, quod differri præcipit.

D m *Quæstionem.* scilicet de statu: fundata tamen prius intentione actoris: vt infra de proba. l. exceptionem. & infra de except. l. si quidem. sed prout in Carboniano posui, quomodo de statu cognoscitur? Respond. summatim: vt infra de Carboñ. edic. l. ij. prout autem in petitorio posui, plene cognoscitur.

n *Quoniam.* dixi cognoscendum, quasi non pronunciandum, quoniam &c. & sic si detur sententia pro puero in principali, etiam in incidenti pro eo data videtur. secus si contra eum in principali secundum Ioan. f vt hic, & infra de ordi. cog. l. ij. & supra de iudi. l. quoties. Sed videtur non præiudicari in incidenti, nisi de ea pronuncietur: vt. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. pe. &. ff. de lib. ag. l. si quis à liberis. §. si vel parens. Solu. vt d. l. ij. de ordine cognitio. Et not. quòd primæ tres scilicet leges huius tit. dicunt de incidentibus quæstionibus, quæ in modum exceptionum vel defensionum opponuntur. vltima vero loquitur quando in modum reconuentionis vel accusationis, non defensionis tantum. An autem in incidenti sit pronunciandum? Pla. dicit quòd sic: vt. ff. de iudi. l. de qua re. in princ. &. ff. de minor. l. intra. secundum vnam casus positionem. &. ff. de præua. l. iij. j. respon. Bul. dicit quòd non, per. l. j. huius tit. & infra de ordi.

*f* *g* *Sententia Pla. sit super eodem. Bul. nuncian-*

BIU Cujas

ordi.cog.l.ij. & in illa, de qua re. intelligit principaliter. alia duo specialia dicit. Ioan.* vero distinguit inter incidentes: vt quæ habent causam vetustiorem ante iudicium, vt tunc nō pronuncietur: vt in fi.huius.l.& emergentes, vt quæ nouam causam habent & originem, vt falsus testis, & tunc pronuncietur: vt infra de dila.à procedente.&.ff.de libe. cau.liberis.§. fi. &. l. seq. & hoc ideo quia aliter in causa procedi non potest:& hoc quando ciuilis incidit ciuili, vt in prima & secunda.l. huius tit. si autem criminalis criminali, tūc de vtraque pronunciatur secundū Bul.& pone exemplum vt.ff. ad le.Iul.de adul.l.ij. §. si publico. & arg.ï.de libe.causa.l.si filium. idē si criminalis ciuili: vt si ex instrumēto te cōueniam, quod dicis falsum. vel econtra ciuilis criminali: vt si de plagio te accusem, & tu dicas seruum tuum venditum fuisse: vt.ï. eo.l.penul. vel pronunciatur ibi per consequētiam secundū Ioā. vt ibi dices. *ADDITIO.* Vide de materia huius glos. aliam pulchram glo.in.c.j.extra de ordi.cog. Bar. vero hic breuiter & clare sic distinguit: quòd aut exceptio opponitur ad impediendum processum, & sup ea est pronunciandum de necessitate: vt.ï. de dila. l. à procedente. cum similib⁹. Aut opponitur ad iustitiā causæ,& tunc super ea nō est pronunciandū, vt hic in fi. quod intellige de necessitate: potest tamen iudex si vult: vt. l. intra vtile. ff. de mino.

*Inter patrueles, si quæstio status non refertur, hæreditas delata æquo iure diuiditur. sed si quæstio status refertur, prius de ea discutitur quàm super petitione pronuncietur. h.d. Bal. Vel sic: Si quæstio status incidit in iudicium diuisorium, prius de statu cognoscitur quàm sententia definitiua detur. Paul. de castro.*

II. Imp. ANTONINVS A. Magnillæ.

SI quæstio [a] tibi [b] generis [c] ab his quos fratres patrueles [d] esse dicis, non fiat: adito præside prouinciæ, & accepto familiæ erciscundæ iudicio, experire. [e] Quòd si de ea re quæstio [f] erit: prius de natiutatis veritate secundū iuris formā quęri, [g] idē vir clarissimus curæ habebit. PP. X. Kal. Aug. Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

*Quando ciuilis quæstio est principaliter mota, & incidens criminalis est: eadem sententia terminatur. Bald.*

III. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS. AA. Demetrio.

CVm ciuili disceptationi principaliter motæ quæstio criminis incidit, [h] vel crimini prius instituto ciuilis causa adiungitur: [i] potest iudex eodem tempore [k] vtranque disceptationem sua sentētia dirimere. PP. Non.* Gall. A. V. & Fausti no Conss.

*Prius de criminali est pronunciandum, quàm de ciuili causa cognoscatur. Bald.*

IIII. Imp. CONSTANTINVS A. ad Calphurnium.

QVoniā ciuili disceptatione intermissa, [l] sæpe fit [m] vt prius de crimine [n] iudicetur, quod, vtpote maius, meritò minori præfertur: ex quo criminalis quæstio quocūque modo cessauerit, [o] oportet ciuilē causam velut ex integro in iudicium deductam distingui: [p] vt finis criminalis negotij ex eo die quo inter partes fuerit lata sentētia [q], initium ciuili quęstioni tribuat. Dat. Id. Mar. Nepotiano & Facūdo Conss.

## TITVLVS IX.

## DE LITIS CONtestatione.

*Nec postulatio, nec libelli editio faciunt litis contestationem: sed narratio cum contradictione. Iaco. But.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Valenti.

REs [r] in iudicium deducta [s] nō videtur, †si tātū postulatio simplex [t] celebrata sit, vel actionis species ante iudicium reo cognita. [u]

*Tempore.* immo videtur prius finienda criminalis: vt.ï.l.proxi. quæ est contra. Solu. [c] ibi reaccusando: & sic ambæ quæstiones erant principales. hic secunda in modum exceptionis proponitur. Item quomodo pronunciatur hic super vtraque, immo tantum super principali: vt.s.e.l.j. in fi. quæ est cōtra? Sol. ibi incidit ciuilis ciuili, hic criminalis ciuili: vel econtra secundū Bul. Vel potest dici secundum Io. [d] q̄ hic vtrāque dirimit, pronunciando tamen de principali tantum: & adeo incidens determinari videtur, vt si contra eā quis veniat, competat exceptio rei iudicatæ: vt.ï. de fi. instru. l. fi. in fi. nisi vbi de incidenti summatim cognoscit: vt. ff. de libe. agno. si qs à liberis. §. si vel parēs. &. §. meminisse.

*Quoniam.* ] CASVS. Petebam à te decem, in modum reconuentionis accusabas me de homicidio. quæ sit præferēda, quæritur? Respō. q̄ criminalis: & illa ciuilis differēda est quousq; criminalis terminetur. & intellige, criminali quocunque modo finita absolutione, ciuilis quęstio tunc ex integro aperit. Viuia. l *Intermissa.* id est dilata ciuili.

m *Sæpe fit.* nam quandoque [e] aliter fit, vt cū ciuilis est præiudicialis: vt instit. de act. §. præiudiciales. &. ï. ad le. Iuliam de adulte. l. quoniam Alexandrū. Item hic erant ambæ quęstiones principales: sed in superiori. l. nō. Itē est cōtra. huic. ff. de iudi. qui prior. sed hic fallit illa regula, quæ fallit & aliàs: vt ibi dixi.

n *De crimine.* hanc l. intelligebat Ir. [f] cum criminalis extinguit ciuilem: vt.ï. ad le. Iuliam de adulte. l. adulterij. aliàs non: cum nō prohibeatur quis post commissum crimen agere contra quemlibet suum debitorem, nec donare: vt. ff. de dona. l. post contractum. sed certe non prohibetur hic agere, sed debet differre donec criminalis terminetur. & posses hic distinguere vt dices. ï. de accusa. l. qui de crimine.

o *Cessauerit.* per absolutionem. Vel dic vt.ï. de his qui ac. non pos. l. j.

p *Distingui.* id est finiri.

q *Lata sententia.* absolutionis. alioquin non datur, immo tollitur initiū ciuili quæstioni. & sic intellige.s.quocūq; modo. s. per sententiā absolutoriam, vel per pactum, vel per transactionem.

### DE LITIS CONTESTATIONE.

*Quia iudicia accipiunt exordium per litis contestationem, & ideo de ipsa ponit.*

REs.] CASVS. Ad decem me conuenire voluisti, & citari fecisti, & libellum porrexisti, & ea petisti in iudicio: quæ me tibi debere contradixi. quo istorum modorum fiat litis contesta. an per citationem, an per libelli oblationem, vel per interrogationem & responsionem hinc inde factam, quæritur? Respon. per vltimam.

r *Res.* id est causa vel quæstio.

s *Deducta.* id est petita.

t *Simplex.* vt vocetur aduersarius in ius [h]. Sic igitur tria not. postulatio, libelli editio, & contestatio. Primum non facit contestationem, cum & post possit iurisdictio declinari: vt. ff. si quis in ius voc. l. ij. Nec secundum: vt hic, &. ff. de iudi. l. non videtur. & arg. ff. rem ra. ha. l. amplius. nisi in casu: vt.s. quando li. prin. da. l. j. &. ij. Tertium sic.

u *Cognita.* per libelli dationem: vt.s. de eden. l. edita. qui dabatur aliter

c *Approbatur Bar. Bal. Paul. & Saly.*

*Ciuilis quæstio quādoque incidit ciuili, quādoque criminalis ciuili &c. d Idē præscribentes.*

† *Cōcor. extra de lit. cōtest. c. vnicum cum glo. vnica. e Istā glo. approbant Bar. Bald. Pau. & Salycetus.*

f *Idem Iacob. Butri. Bald. & Pau.*

g *Istam cōtinuationē sequuntur Bal. Paul. & Saly.*

h *Approbatur per Pau.*

BIU Cujas

tur aliter olim: vt.ff.de eden.l.j.§.j. aliter hodie proponitur: vt in authen. hic posita.

a *Cum iudex.* vel arbiter: vt.ff.de arbi. l. j. & quod dicit narrationem, scilicet & responsionem: vt .ś. de iura. calum. l. ij. in princip. & de iudi. rem non nouam. §. patroni. merita enim causarum, partium adsertione panduntur: vt infr. si per vim vel alio modo. l. ij. & quod subiicit, per narrationem negocij, scilicet principalis, [a] vt debet mihi decem Titius, & Titius dicit nego, vel non est verum, vel simile, vt si exceptionem opponat pacti vel iurisiurandi. Secus si dicat, non teneor respondere [b] ratione iudicis, vel actoris, vel temporis: quia tũc declinat. Item secus si dicat reus, respondeo, sed non animo contestandi litem: vt arg. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. l. si debitor. §. j. & de vsufru. l. sed & si quid .§. fin. &. l. seq. Sed argu. contra. ff. de condic. inde. l. quod quis. sed ibi tantum in mente concepit. Item puto per veritatem responderi: sed per sacramentum calumniæ: quod fit post de credulitate. Quid autem si confiteatur? Respon. non fit contestatio: sed puto, si erat libellus datus, & animo contestãdi hoc faciat, quòd est contestatio, & dabitur definitiua. aliàs si simpliciter sic petat actor sine libello, non est cõtestatio: sed præcipitur reo vt vsque ad certum tempus soluat: vt .ff. de iudi. l. si debitori.

Inter litem enim contestatam, & editam actionem permultum interest. Lis enim tunc cõtestata videtur, cum iudex [a] per narrationem negocij causam † audire cœperit. Dat. Kalend. Septembr. Seuero. III. & Antonino. AA. Conss.

IN AVTHEN. de exhib. & introdu. reis. §. sancimus. coll. v. consti. vj.

*Vocato in iudicium libellus est offerendus, & danda dilatio viginti dierum ad deliberandum an cedat vel contendat, in iudicem dissentiat vel consentiat, vel contradicat, vel fideiussorem præstet: & sine his contestatio facta non tenet. hoc dicit.*

o *Vsuras.* de pecunia redacta ex venditione rei hereditarię ante litẽ contest. & eius vsuris, loquitur secũdũ Io. & Azo. & H. & secũdũ hoc dicit collectas ante litem cõtest. & sic cũ sit bonæ fidei, nõ tenetur nisi in quãtũ locupletior est. & idem de fructibus ante lit. cõtest. perceptis dicit: sed post litem cõtest. tenetur etiã de omnibus scilicet fructibus & vsuris dictę pecunię currẽtibus post. Alij dicũt etiã hãc. l. loqui in vsuris pecunię in hæreditate inuẽtæ. & quod dicit, rerũ hereditariarũ vsuras, subaudiũt etiã: quod nõ placet: quia de tali vsura nemo tenetur etiã ante vel post litem cõtest. nisi eam attingat malæ fidei possessor: vt. ſ. eo. l. ſi possessor. j. in princ. & de rei vindic. l. ſi nauis. attingere autẽ videtur, ſi cõsumit vel erogat. secus ſi cõtemplatione hæreditatis latius vtatur rebus suis: vel ſi pignori obligat rem quę est in hęreditate: vt. ff. eo. l. sed & ſi. §. ſi quis. &. §. quod autem quis. Item quid est quod dicit, post litem cõtestatam? nõne idem est & cõtrouersia mota? Respõ. ita. nam fit malæ fidei sola cõtrouersiæ motione denũciatione facta: vt. ff. eo. l. item veniunt. §. petitam. &. l. sed & ſi. §. ſi ante. &. j. de his quibus vt indig. l. j. nisi quo ad fatalitatẽ: vt. ff. eo. l. illud. Item quid de vsuris fructuum, à quo vel qualiter prẽstari debẽt? & quidẽ bonæ fidei possessor post litem cõtestatam tenetur præstare vsuras fructuum perceptorum ante litem cõtest. sed perceptorũ postea nõ, quia ex necessitate pcepit. & sic ītellige. ff. eo. l. hęres furiosi. §. fi. licet M. aliter illũ. §. intellexit.
p *Vero.* pro igitur: vel pro certe.
q *Locupletiores.* quod tẽpore rei iudicandæ inspicitur: vt. ff. eo. l. ſi à patre. §. quo tempore.
r *Post litem.* vel qualemcumque scientiam vel cõtrouersiam, vt dixi. Et nota quoddam speciale circa huiusmodi vniuersales actiones, scilicet petitionem hæreditatis, & famil. ercis. vt tantum operetur controuersiæ motio, quantum litis contestatio, quantum ad vsuras & fructus. secus in rei vindicatione, & communi diuidundo. Hinc est quòd in familiæ erciscundæ iudicio, etiam post motam controuersiam tantum impeditur alienatio: vt habes. ff. fami. ercis. l. alienationes. &. ff. eo. l. diuus.
s *Poterant.* vt infra de fruct. & lit. expen. l. litigator.

*Bonæ fidei possessor in petitiõe hæreditatis quid restituere teneatur.*

*Si post-*

BIU Cujas

*Si post motam.* ]C.AVG.S. Titius Seium instituit hæredem: Seius conuentus à legitimo hærede puta Caio, Sépronio vendidit partem dimidiam. demum hæreditate euicta, an fructus teneatur Sempronius restituere, quæritur? Distinguitur, aut post motam controuersiam emit, aut ante. primo casu tam ipse quàm eius hæredes tenentur ad fructus. & cum ista parte cõtinua illud verbũ, fructibus enim &c. & dic, augetur hæreditas, id est hæreditatis petitio. Secundo casu non, nisi à tempore litis contest. non motæ cõtrouersiæ: vt. ff. l. proxi. dictum est. & hęc vera sunt, cũ vniuersitas empta est. Si vero emptæ res singulares sint, per actionẽ in rem vindicari possunt ab eo, non petitione hæreditatis, quia titulũ habet. & hoc in prima parte, & secunda, & tertia.

a *Menecratis*. Menecrates fecit Titium hęredem: qui hæres scriptus conuẽtus petitione hæreditatis à legitimo qui dicebat testamentũ non valere, vendidit partem dimidiam Musæo. Distingue tamen, vtrum emit post motam controuersiam, vt tunc ipse & hæredes sui sicut malę fidei possessores conueniantur de fructib⁹ scilicet perceptis & percipiendis. & ad hunc casum est adaptãda litera quę sequitur, fructibus enim &c. An ante, vt tũc nõ nisi à tempore litis contestationis vel motę cõtrouersiæ, vt. ff. l. proxi. dixi, censeatur malę fidei quantum ad fructus, & quantũ ad vsuras restituendas. Et licet superiori casui bene aptetur litera quæ sequitur, fructibus enim &c. tamen & ad hunc potest aptari: & in primo casu subaudias, totis. nam & ante litis contestationẽ augetur fructibus, etiam bonę fidei possessore possidente, sed nõ totis. non enim cõuenitur, nisi scilicet in quãtum locupletior est, sed postea tenetur de omnibus: & hoc vbi empta est vniuersitas. Si vero quis fuerit emptor rei singularis, vel rerum singulariũ, non tantum tenetur restituere fructus, sed etiam rei vindicatione tenetur pro illis singularibus rebus: non autem petitione hæreditatis, quia titulo munitus est. Item no. secundum Bulg. quatuor casus hic poni, scilicet cum quis emit post litis contestationem. Item cum ante litem. Item tenetur de omnibus fructibus. Iteꝫ tenetur de illis quos percepit, & locupletior est: sicꝫ; redditur quartũ secundo, & tertiũ primo. Item notant hic quidã emptorẽ vniuersitatis semper teneri petitione hęreditatis per. l. istam. Sed tu distingue, quia cum quis emit vniuersitatẽ, si mala fide, tenetur vtili, vt hic, &. ff. e. l. etiã. §. si quis. si bona fide, nõ tenetur nisi modico est distracta, vel vẽditor non cõparet: vt. ff. e. l. etiam. §. qꝫ si quis. si tamen nõ habet regressum pro euictione: vt. ff. e. l. sed & si. §. iteꝫ si rem. Iteꝫ tenetur, si titulus habetur pro nõ titulo: vt. ff. e. l. nec vllã. §. j. Si vero rem singularẽ siue bona fide siue mala, nõ tenetur, nisi titulus habeat pro nõ titulo.

*Petitio hæreditatis, an detur cõtra emptorẽ hæreditatis.*

b *Comparauit.* post motam enim litem prohibetur possessor aliquid alienare, nisi in casibus: vt. ff. eo. l. diuus.

c *Quàm hæredes.* etiam illatam quæstionem ignorantes: vt. j. de fruc. & lit. expen. l. ij. &. ff. de diuer. & temp. præscrip. l. cum hæres. &. ff. de publi. l. si ego. §. partus. nec sibi prodest quòd vere est hæres: vt. ff. e. l. nec vllam. §. Neratius. &. §. hæredem. aliàs. l. Neratius. &. l. etiam. §. hæredem. Accursius.

d *Probetur.* hoc ipso quòd contrarium non probatur. sic. j. de præscrip. lon. temp. l. super. &. ff. de proba. l. verius.

e *Deducta est.* controuersia mota: vt diximus. ſ. l. proxi.

quàm vsuras precij rerum ante litis contestationem venditarũ, ex die contestationis cõputandas, omnimodo reddere compellantur. PP. VI. Kalen. Febr. Claro & Cethego Conss.

*Malæ fidei emptor hæreditatis, tenetur petitione hæreditatis, titulo nõ obstãte. hoc primo. In qua petitione tanquã in vniuersali fructus includũtur. hoc secundo. Sed bonæ fidei emptor non tenetur de fructibus, nisi ex die litis inchoatæ. hoc tertio. Et non tenetur petitione hæreditatis: sed tenetur rei vindicatione tãquã possessor rei singularis. hoc quarto, secundũ Bal. Vel sic: Emptor hæreditatis ad aliũ spectãtis quàm ad venditorẽ, tã ipse, quàm hæredes eius tenentur ad fructus etiã nõ perceptos, sed qui percipi potuerunt. h. d. primo. Sed bonæ emptor nõ tenetur ad illos nisi post litẽ contestatã. & hoc secundo. Itẽ fructus rerũ hæreditariarũ augẽt hæreditatẽ: ideo veniunt in petitione hæreditatis simpliciter intentata, licet de ipsis nulla sit facta mentio. hoc tertio. Non sic in iudicio particulari, vt in rei vindicatione ꝓposita pro re in qua nõ veniret fructꝰ nisi fuerint petiti. & hoc vult glo. & doct. Emptor vero singularũ rerum hereditariarũ, non totius hæreditatis vel quotæ, non tenetur petitione hæreditatis, sed rei vindicatione. hoc quarto & vltimo. Et est difficilis, & male declarata per doc. secundum Pau. de cast.*

II. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Marcello militi.

SI post motã cõtrouersiã Menecratis[a] bonorum partẽ dimidiã Musæus ab hærede scripto quęstionis illatę nõ ignarus cõparauit:[b] tã ipse quasi malæ fidei possessor, qꝫ hæredes[c] eius fructꝰ restituere cogũtur. Si verò venditionẽ lite antiquiorem esse liquidò probet:[d] ex eo die fructus restituãtur, ex quo lis in iudiciũ deducta est.[e] Fructibꝰ enim augetur[f] hęreditas, cũ ab eo possideat à quo peti potest.[g]

B ℣ Emptor autẽ qui proprio titulo possessionis munitus est, etiam singularum[h] rerum iure cõuenitur.[i] Dat. Cal. Iul. Seuero. A. II. & Victorino Conss.

*Exclusus à petitione hæreditatis ex vna successione ꝓposita, nõ excluditur si ex alia successione ꝓponatur, licet ad easdẽ res. Itẽ exclusus à querela, potest hæreditatẽ ex alia causa vindicare. h. d. Bal. Vel sic: Siue actũ sit petitione hæreditatis, siue querela, absolutoria lata non nocet agenti ex alia persona vel causa. Salyc.*

III. Idem. AA. Epictesi.

C HAereditas[k] †materterę petita[l] nõ infringit alteri[ꝰ] hęreditatis[m] petitionẽ, qꝫ venit ex alia successione. ℣ Sed & si qꝫstionis[n] titulus prior inofficiosi testamẽti causam habuisset: iudicatæ rei præscriptio non obstaret eandẽ hæreditatẽ ex alia causa vindicanti. [o] PP. V. Id. Aug. Geta & Plautiano Conss.

f *Fructibus enim augetur.* adeo vt eadem actione veniant, licet non sic in rei vindicatione: vt dixi. ff. e. l. item veniunt. §. fructus. & ad hoc. j. famil. ercis. l. non est. &. ff. de verb. signifi. l. pecuniæ verbum. §. j.

g *Peti potest.* vt quia possidet pro hęrede, vel pro possessore, vel titulo habito pro nõ titulo, nõ aliàs: vt. ff. e. l. regulariter. & j. in quibus cau. cess lon. temp. præscrip. l. hæreditatẽ.

h *Singularum.* inõ solum facit fructus suos cũ est bonæ fidei, sed & singularũ &c. Vel aliter. i. nõ tantũ fructuũ existentiũ nomine tenetur, sed etiã singularũ &c. Vel secundũ alios nõ tenetur tantũ petitione hæreditatis, sed etiã &c. Vel potest hic recitari casus superior, scilicet cũ emit vniuersitatẽ. & dices, non tantum tenetur petitione hæreditatis, sed etiã singularũ rerum rei vindicatione. Sed an vtraq; possit simul intentari, non potest dubitari. Arg. ꝙ non. j. de noxa. l. fin. & dic vt ibi in fi. magna glo. Vel dic contra diuersos simul intentari, contra vnũ petitio, cõtra aliũ rei vindicatio. ff. e. l. si bonæ fidei. §. fi. cõtra eundẽ pro diuersis rebus possunt simul intentari, vt quia pro omissa petitione hæreditatis agitur rei vindicatione: vt. ff. eo. tit. l. si quis libertatẽ. §. fin. pro iisdẽ rebus nõ possunt: quia lata sententia in petitione hæreditatis, parit exceptionem rei iudicatæ in rei vindicatione. ff. de excep. rei iudic. l. si quis cum totum. §. penult. & ideo simul intentari non possunt. arg. ff. de except. l. fundi. &. l. fundum.

i *Conuenitur.* scilicet rei vindicatione: vt. ff. eo. l. nec vllam. §. ꝙ si quis. &. l. quòd si in dies. §. fi. in fi. §.

k *Hæreditas*. Quidam sic intelligunt, peto à te hæreditatẽ materteræ: demũ succumbo: decedis me hærede relicto: & ego eandẽ hæreditatem modo peto à quodam possidente. Videbatur ꝙ non possem, quia in eadẽ hæreditate semel succubui. sed non est ita, quia ex alia successione nunc ago. sed certe est hic & alia ratio quare nõ obstat exceptio rei iudicatæ, quia non est eadẽ persona quę conuenitur: quod esset opus: vt. ff. de except. rei iudi. l. cũ quæritur. &. l. seq. Dic ergo secundũ Io. & P. ꝙ peto à te hæreditatẽ materteræ, quæ nec ad te nec ad me pertinebat, sed ad Titiũ: succubui. postea Titius me heredẽ instituit. si agam cõtra te, nõ ideo quia semel succubui cõtra te, repelles me: quia nũc ex alia causa. i. alia successione ago. sed & si nulli successissem, si tamen ex alia causa nunc ageré, & ex alia egi, puta primo modo vindicabã hæreditatẽ, quia testamentũ matris meæ dicebã inofficiosum: modo ex alia causa peto, puta ex fideicõmisso, vel falso, vel irrito, bene possum. & sic est hæc. l. in argumentũ, ꝙ qui proponit querelã, videat intẽdere petitionẽ hęreditatis: vt dixi. ſ. de inoffi. test. l. j. Vñ dic ꝙ primo egi querela, & succubui, & per cõsequés in illa petitione hęreditatis, qꝫ erat mouẽda post querelã.

l *Petita.* & super ea sententia dicta contra petitorem.

m *Hæreditatis.* licet sit eorundem bonorum. & transitiue lege.

n *Quæstionis.* quod. ſ. facit diuersitas successionum, facit hic causarum diuersitas. Accursius.

o *Vindicanti.* vt. ff. eo. l. Lucius. &. ſ. de inoffic. test. l. eum qui. & j. ad exhib. l. neque. &. ff. de excep. rei iudi. l. & an eadem. &. l. si is. &. ſ. de iur. & fac. igno. l. cum falsa. Accursius.

*In restituenda.* ]CASVS. Hæreditatem ad me pertinentem possedisti bona fide. egi contra te: & succubuisti: an per retentionem

BIU Cujas

tionem consequi possis quod probaueris in funus defuncti, vel infirmitatem eius impendisse, quæritur? Dicitur quòd sic. Idem est si creditoribus hæreditariis probaueris te soluisse bona fide: quia à creditoribus, quod sibi debitum solutum est, repetere non poteris. & hoc dicit cum. l. seq.

a *In restituenda hæreditate.* à bonæ fidei possessore.

b *Compensatio.* i. retentio. Vel dic, cõpensatio ad actionem negociorum gestorũ: vt. ff. e. l. hæreditas. §. j. & ad hoc. ff. de reli. l. impẽsa.

c *De hæreditate. Bona fide.* inspecta causa hęreditaria: id est quia hæreditas debet. nam nomine hæreditatis soluit. si vero suo nomine, quia se debere vt hæredem putabat: non aliàs detrahit, quàm si condictionem indebiti cesserit euincenti hæreditatem: vt. ff. eod. l. si quid possessor. & sic nõ obstat huic legi. ff. de condic. indeb. l. si pœnæ causa. §. j. nec. j. de condic. indeb. l. si à patre. & plene de his distinxi. ff. e. l. si quid possessor. in glos. in omni casu &c.

d *Exoluisse.* de tuo.

e *Bona fide.* contra. j. de condic. inde. l. si à patre. Sol. hic nomine hæreditario, illic suo: vnde potest repetere: tamen hic potest agere actione negociorũ gestorum.

*Possessor à quo eninctus hæreditas, deducit sumptus quos se fecisse probat in infirmitate & funere defuncti. Bal. idem Saly.*

IIII. Imp. ANTONINVS. A. Vitaliano.

IN restituenda hæreditate [a] compensatio [b] eius habebitur, quod te in mortui infirmitatem, inque sumptum funeris bona fide ex proprio tuo patrimonio erogasse probaueris. PP. Kalen. Mart. Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

*Possessor qui hæreditatem restituit, deduxit quod creditoribus hæreditariis hæreditario nomine soluit. Bald. idem Salyc.*

V. Idem. A. Posthumianæ.

DE hæreditate quã bona fide [c] possidebas, si contra te pronunciatum est: in restitutione eius detrahetur, quod creditoribus eiusdem hæreditatis exoluisse [d] te bona fide [e] probaueris. nam repeti à creditoribus, qui suum receperunt, non potest. PP. VI. Kal. Iunij, Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

*Ratione dubitationis tenet iudicium cum minus legitimo tutore inter auum & nepotem in eius potestate constitutũ. h. d. secundũ veriorem lecturam. Ia. But. & Bald.*

SI putas. ] CASVS. Habebas filium, & ex eo nepotes: filium emancipasti: nepotes in potestate tua retinuisti. decessit filius. dati sunt tutores nepotibus, cum dubiũ esset eos in potestate tua esse. cognoscet iudex de vtraq; quæstione, scilicet de hæreditate, & an eos in tua potestate retinueris: & si cõperiat eos in tua potestate esse, non tenebit datio. Vel sic: Habui filium. est emancipatus. habui nepotes ex eo. si dicatur quòd post emãcipationem eos substituerit, & quòd eo mortuo nõ sunt in potestate mea, sed eis dati sunt tutores, & postea comperio eos in potestate mea esse, quia natos ante filij emancipationem: an possim hæreditatem petere filij per nepotes mihi quæsitam, quæritur? Dicitur quòd possum secũdum iura vetera, & remouere tutores. prima positio verior est, & plus concordat cum litera. Viuia.

f *In tua esse.* nam tutor datur ei qui sit sui iuris: vt hic, & instit. de tute. in princ. sic & aliàs non tenet decretũ iudicis in dandis tutoribus: vt. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. Seiæ. & hic dicit, an à præsidalibus &c. & acta per talem tutorẽ non valent: vt. ff. de reb. e. l. qui neq;. in prin. Sed hoc videtur iniquũ, decipi. s. contrahentes qui decreto iudicis crediderũt: vt. s. de his qui ve. æta. impe. l. j. Sed ibi erat decretũ veniæ ad permittendas alienationes, & ad contractus faciẽdos. hic tutoris est datio ad conseruandũ magis.

g *Petere.* ad gubernandum.

h *Ab his.* scilicet tutoribus. nam nepotes possidẽt pro hærede vel pro possessore hæreditatem, & tutores eorũ nomine debent respõdere, etiã si dicãtur nõ iure dati: & valet tale iudiciũ ratione incertitudinis. arg. ff. de iudi. l. si quis ex aliena. & sic non est cõtra. in eo. titu. l. lis nulla. nam incertum est an sint in potestate aui, & per consequens an sit quæsita auo hæreditas, & an tenuit datio tutorum. Sed arg. contra. ff. e. l. etiam. §. si quis. Et hæc prædicta petit auus suo nomine, dicẽs se hæredem filij sui. Et si obiiciatur q̃ prima causa est in successione liberorũ: vt instit. de hære. quæ ab intest. §. j. Respon. q̃ illud sit verum, si sint in potestate morientis nepotes: hic nõ erant, sed aui paterni: quod nõ placet: vt. ff. de contra tab. l. si retentus. & ff. de inoffi. test. l. filio. §. j. vel hic de hæreditate extranea. Dices ergo casum, quòd hic auus nomine nepotum agit contra datos tutores tenẽtes hęreditatem vt

A prædones, non cõtra tutores vt tutores. Et dic nepotes infantes: & sic non est opus eorum consensu: vt. j. de iure delibe. l. si infanti. aliàs esset eorum voluntas necessaria, & aui iussus: vt. j. de iure delib. l. potuit. & j. de hære. instit. l. cum proponas. &. ff. de acqui. hære. l. si quis mihi. §. iussum. nisi in casu: vt. ff. de acquir. hæred. l. vj. §. interdũ. & hoc est quod dicitur, in hæreditate esse aliquatenus operas: vt ff. de acqui. re. do. l. liber homo. licet in legato sit secus.

i *Commodum.* loquitur secundum antiqua tempora, quãdo omnia patri per filiũ quærebantur: vt. j. eo. l. si filius. & instit. per quas perso. §. j. sed certe idẽ hodie cũ nomine nepotũ agit. s. vt administrator.

k *Ad te.* scilicet nomine nepotũ pupillorũ.

l *Discedendũ.* nã quandoque non discedit: vt j. de patria pote. l. j.

m *Negarentur esse.* i. non dicerẽtur esse: aliàs si esset negatũ, & super eo iudicatum, staretur sententiæ: vt. d. l. de pat. potesta. l. j.

VI. Imp. ALEXANDR. A. Firmino.

SI putas non iure tutores dãtos nepotibus tuis, eo quòd eos dicas in tua esse [f] potestate: petere [g] ab his [h] hæreditatem filij tui emancipati non moreris, cuius commodum [i] ad te [k] pertinere dicis: iudice statuturo, an à præsidalibus actis discedendum [l] sit, qui eis tutores dedit, cum in tua potestate negarentur esse. [m] PP. X. Kal. Iul. Iuliano. II. & Crispino Conss.

*Petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem: & ideo non excluditur præscriptione longi temporis: sed speciales actiones in rem contra titulo possidentem dantur: & ideo possunt excludi præscriptione longi temporis. h. d. secundum Bald. Vel sic: Petitioni hæreditatis præscribitur. xxx. annis: sed rei vindicationi præscribi potest longo tempore cum titulo. Pau. de cast.*

VII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. Restitutæ.

HAereditatis [n] petitionem, quæ aduersus pro hærede vel pro possessore possidentes exerceri potest, præscriptione longi temporis non submoueri, nemini incognitũ est: [o] cum mixtæ personalis actionis [p] ratio hoc respõdere compellat. [q]

*Hæreditatis.* ] CASVS. Certum est dari cõtra eum qui possidet pro hærede vel pro poss. peti. hæred. Sed quæritur, an possessor excusetur propter longi temporis exceptionẽ? Respon. quòd nõ: quia peti. hęred. mixta est in rem & personam: vnde datur vsque ad. xxx. annos. quæ autem mere reales sunt, vsq; ad longum tempus durant, nisi possessor per vsucapio. vel longi temporis præscriptionem dominus factus fuerit. Sin autem singulas res velit quis vindicare, potest repelli per vsucap. vel lõgi temporis præscriptionem. dic ergo quòd actionum aliæ sunt reales, aliæ sunt personales, aliæ mixtæ. reales tolluntur spacio. x. annorum inter præsentes. xx. inter absentes: cum dantur per possidentem bona fide & titulo. Sin vero non possideant titulo, tolluntur spacio. xxx. an. personales. xxx. an. hypothecaria tamen tollitur vsque ad spacium. xl. an. mixtæ tolluntur spacio. xxx. annorum.

n *Hæreditatis petitionem.* vt. ff. eod. l. regulariter.

o *Incognitum est.* vt. j. de iure delibe. l. licet.

p *Actionis.* qui petitione hæreditatis tenetur, non habet iustum titulum. *Cui tu esse videtur. A. C. f.*

q *Compellat.* est enim regula, q̃ personales actiones durãt. xxx. annis: vt. j. de constit. pecu. l. ij. hæc non videtur bona ratio: quia multæ personales anteriori tempore tolluntur. Sed melior ratio est, quia non datur petitio hæreditatis contra titulo possidẽtem, nisi in casibus: vt. j. in quibus cau. cess. long. temp. præscrip. l. hęreditatem. & nulli cõpetit præscriptio longi temporis, nisi titulum habeat & bonã fidem. j. de præscrip. long. tẽpo. l. diutina. Sed hoc quod hic dicit, potest esse ratio eius quod cõsueuit quæri, quare regulariter nõ datur petitio hęreditatis cõtra titulo possidentẽ: quia cum debeat durare regulariter. xxx. annis: si possidẽs titulo tuetur se minori tempore, iam essent sibi iura contraria, & esset quædã repugnantia: & ideo sic fuit statutum. Vel dic vt not. j. in quib. cau. cess. long. temp. præscrip. l. hæreditatẽ. sed videtur. x. an. vel. xx. eam tolli: vt. j. de edic. diui Hadria. tol. l. fi. in fi. quę est cõtra. Sol. vt ibi. *ADDITIO.* Doctores cõmuniter dicunt q̃ ratio quare petitio hereditatis nõ datur cõtra titulo possidentẽ, sit ista: In petitione hęreditatis agens fundat se solũ ex titulo suo, & possessione defuncti. licet enim defunctus nõ fuerit dominus: tamen venit in peti. hęred. vt. l. & non tantũ. ff. e. sed ille qui possidet titulo, habet titulũ & possessionem, & sic habet æquale ius cum actore: ergo melior est conditio possidentis in pari causa: vt in ca. in pari. cum multis similibus. de reg. iur. lib. vj.

*repelly à crimine v. de hæred. leg. in hæred. D. C. f. f.*

*Petitio hæreditatis quare non datur cõtra titulo possidentẽ regulariter.*

*A cæteris.*

BIU Cujas

a *Cæteris.* titulo possidentibus.
b *Per vsucapionem.* triennij, si res est mobilis.
c *Longum.* si est immobilis.
d *Exposa sit.* id est exclusa.

*Liber.*]CASVS. Petebam à te hæreditatem Titij. dicebas Titium esse seruũ tuũ.

A cæteris[a] autem tantũ specialibus in rem actionibus vindicari posse manifestum est, si nõ agẽtis intẽtio per vsucapionẽ[b] vel lõgum[c] tẽpus exposa[d] sit. PP.XI.Kalẽ.Aug.CC. Conss.

*Exceptio præiudicialis status defuncti opposita ad processum petitionis hæreditatis debet antè discuti, quàm vlterius procedatur.h.d.Vel sic: Persona defuncti prius est fundanda in iudicio, quàm procedatur in petitione hæreditatis proposita ex testamento. Baldus.*

VIII. Iidem AA. & CC. Asterio.

Liber nẽcne fuerit testator,[e] ante[f] omnia disquiri[g] debet cum hæreditas petitur.[h] Dat.III. Kal. April. CC. Cõss.

*Hæres ad quem pertinet hæreditas ex repudiatione alterius, habet cõtra repudiantem & quemlibet detinentem petitionem hæreditatis de iure ciuili vel prætorio.h.d. Bald.Vel sic: Repudiantibus scriptis hæredibus succedentibus ab intestato, de iure ciuili vel prætorio competit hæreditatis petitio. Salycetus.*

IX. Iidem AA. & CC. Demophiliæ.

SI scripti hæredes delatã sibi successionẽ cognati[i] tui repudiauerũt, & hãc honorario[k] vel ciuili[l] iure quęsisti:[m] res hęreditarias quæ ĩ eadẽ causa durãt, [n] hęreditatis petitione[o] vĩdicare potes. Dat.III.Kal.Decemb. Nicomediæ, CC.Cons.

*Ex diutina possessione præsumitur solennitas extrinseca præcessisse.Bal.Vel sic: Ex diutina filii possessione cũ patris scientia,præsumitur patris iussus præcessisse.Sal.*

*Si scripti.*]CASVS. Titius duos cognatos suos hæredes scripsit.scripti hæreditatem repudiauerunt.si cognatus alius de iure prætorio,vel agnatus de iure ciuili eam quæsiuit:an res hæreditarias ab alio possessas peti.hæred.petere possit, quæritur? Respon.quòd potest.

i *Cognati.* nominatiuus.
k *Honorario.* quia cognatus es,& ab intestato per vnde cognati succedis.
l *Vel ciuili.* quia es agnatus. Accursius.
m *Quęsisti.* scilicet animo.
n *Durant.*ſ.hęreditaria,neq; deperdita,neq; deminuta.Vel aliter,id est quę cõsistunt apud scriptos hęredes.vel,id est quę possidentur pro hærede vel pro possessore ab aliquo. Accursius.
o *Hæreditatis petitione.* vtili, & per vnde cognati. cum vero sis agnatus, tunc directa. Et sic apparet ex litera ista quòd eadem est vtraque in substantia: sed diuersa est qualitas.sic dico de vtili, quæ intenditur iure cessо: vt sit eadem cum directa. Hæc ergo in hac lege erat dubitatio: quia videbatur quòd tu non posses habere petitionem hæreditatis: quia cognati qui te præcedebant, repudiauerunt. vel ideo, quia non videbatur tibi competere, cum sit ciuilis: tu vero succedis per prætorem, cum es cognatus: sed tu intendis bonorum possessoriam hæreditatis petitionem eo casu, non directam. Accursius.

*Hæreditatis petitio quædam est directa, quædã vtilis.*

*Si filius.*]CASVS. Delata filiofamilias hæreditate, iussit pater vt eã adiret.filius nõ obtẽperãs,postea pœnitẽtia ductus eam adiuit.lõgo tẽpore detinuit patre patiẽte,& cõsentiente, & sciẽte.an patri quæsita videatur, quæritur? Et dicitur quòd sic.

p *Delatam.* contra infra de bo.lib.l.ij.
q *Detinuit.* sed quomodo adiuit, cum sine iussu adire non possit: vt.ff.de acqui. hęred.l.si quis mihi bona.§. iussum.aliter enim non videtur per filium patri acquiri hæreditas, nisi iussus patris præcedat? Quidam dicunt quòd hic fingitur interceſsisse iussus in posteriori comprobatione. Alij quòd tantum facit sequens ratihabitio, quantum si prius comprobasset. quod nõ placet: vt dicto.§.Dic ergo secundum Ioan.quòd iussit, & tũc filius renuit: sed postea mutato proposito paruit.sic.ff.de regu.iur.l.semp qui non prohibet. Vel vere mãdatũ præcesit: sed nõ constabat filium mandato paruisse, vel voluisse.presumitur tamẽ q voluit propter temporis interuallum quo resipsas detinuit:& idẽ fecit si pater detinuisset: vt ex ff.de acquir. hæred.l. qui in aliena.in prin. Et quod dicit, lõgum, vel dic triennium vel decẽnium, secũdũ quosdam.arg.infra de fideicõ.l.j. Vel dic per.x. vel. xx. annos. arg.ff. qui & à quibus ma.li. nõ fi.l.si cum fideicõmissa.§. Aristo.& instit.de vsucap.in princi.& infra de pat.pote.l.j. Accursius.

r *Videtur.* olim in totũ:hodie quo ad vsumfructum: vt infra qui admit. ad bo.posse.l. j. & de bo.quæ.lib.l.fi. §.vbi autem in vnum.

*Cogi.*]CASVS. Primo ponit regulam,deinde subiungit exceptionẽ.regula talis est, Nullus possessor cõpellendus est dicere titulum suæ possessionis,nisi in hæreditatis petitione: vbi compellendus est possessor dicere vtrum pro hærede vel pro possessore possideat: non vt habeatur pro titulo, sed quædam modificatio siue qualitas est possidendi.

s *Cogi possessorem.* rei singularis vel vniuersitatis.
t *Expetit.* peti. hære.vt infra de furt.& seruo corrup.l.inciuilem.contra. Solu.vt ibi. ADDITIO. Tu dic secundum Bald. quòd ibi est speciale ad euitandam furti suspicionem.vel dic q ibi non interrogatur ad instantiam actoris,sed motu iudicis,secundum Iac.But.& facit quod not.ff.de condic.ob tur.caus.l. idem est.§. si tibi iudicium. Baldus.
u *Inciuile est.* vt infra titu.proxi.l.fi.& de proba.l. possessiones.&.ff.de iure fisc.l.extat decretum.& supra de eden.l.j.Sed cõtra infra de probatio.siue possidetis. Solu. vt ibi. Item contra infra de furt.l.ciuile. Sol.vt ibi. Item non cogitur dicere an sit sua: vt.ff.de rei vind.in speciali.sed an possideat cogitur dicere: vt statim dices. ADDITIO. Tu dic secundũ Pau.de cast. hic quòd etiam cogitur conuentus rei vindi.per rationem quæ ponitur in.l.qui petitorio.ff.de rei vindi.&.l. qui seruum.§. in iure.de interrog.act.Et si mentitus fuerit,quia dicit se non possidere cum tamen possideret,punitur:quia possessionem perdit, & transfertur in actorem: vt in.l.fi.ff.de rei vindica.
x *Præter eum.* vt huius legis habeatur notitia, sic præmitte,secundum B.certum est conuentum rei vindicatione debere respondere an possideat: vt.ff.de interrog.act.l. qui seruum.§. in iure.adeo vt si de mendacio conuincatur,puniatur: vt.ff.de rei vind.l.fi.Sicut ergo in rei vindicatione cogitur dicere possideat vel non, ita in petitione hæreditatis cogitur dicere possideat pro hærede, vel non.nam tantum facit simplex possessio in rei

x. Iidem AA.& CC.Theodosiano.

SI filiusfamilias delatam[p] sibi hęreditatem per longum tẽpus detinuit:[q] eoipso(vtpote agnita hæreditate)patri suo eius commodum acquisisse videtur.[r] Dat. XIII. Kalend.Ianuar.CC.Conss.

*Qualitatem possessionis conuentus realiudicio non tenetur dicere, nisi in petitione hæreditatis. Baldus.*

XI. Impp. ARCAD.& HONOR. AA. Aeternali proconsuli Asiæ.

COgi† possessorem[s] ab eo qui expetit,[t] titulum suæ possessionis dicere, inciuile[u] est, præter eũ[x] [scilicet]qui dicere cogitur vtrum pro possessore,an pro hærede possideat. Dat.XII. Kalẽ.April.Arcadio VII.& Hono.III.AA. Conss.

*Quando est controuersia de hæreditate, legatarii possunt agere contra hæredẽ scriptum: & consequuntur legatum præstita cautione: vel possunt expectare litis euentum.sed creditores agere possunt contra possessorem vel petitorem hæreditatis cautione non præstita: & quod perceperint à possessore, si possessor postea succumbat,deducet.si vero à petitore, & petitor succumbat, repetet petitor à possessore hæreditatis.si vero petantur libertates, differuntur ad annum: post annum vero præstabuntur: & non reuocabuntur, nisi testamentum sit falsum.& hi serui ad libertatem perducti tenentur de antegesto reddere rationem. Item petitio hæreditatis est bonæ fidei.h.d. tota lex.*

XII. Imp. IVSTINIANVS A. Iuliano præfecto prætorio.

*Filius*

in rei vindicatione, quantum huiusmodi modificata detentio in petitione hæreditatis. [a] nam vt ibi possessio parit actionem in re: vt supra de alie. iud. l. j. ita hic possidere pro hærede vel possessore, parit hanc actionē: vt. ff. eo. l. regulariter. merito ergo cogitur respondere, hoc vel illo modo possideat. Nec cogitur dicere alterū, sed sub alternatione sufficit. & hic est vltimus casus huius legis. Dicit ergo Bul. null[o] possessor cogitur dicere modū siue qualitatem possidēdi: sed excipitur in hac petitione, in qua quis tenetur dicere modum & qualitatem suæ possessionis. & ita improprie ponitur titulus ꝓ modificatione quadā, sicut & ponitur cū adiacet pronomini hic: vt. ff. eo. l. nec vllam. §. j. Et hæc lectio placet multis ratione inductę similitudinis: sed tamē adhuc aliquid scrupuli habet ī se. nec enim dicit lex ista, pro hærede vel pro possessore: sed dicit, pro hærede, an pro possessore: sed ipse Bul. addebat, vel ꝓ possessore. & an prætermissum iterum sumebat, vt diceret, an nō possideat pro hærede vel pro possessore. P. autem hic somniauit, & mirabilia locutus est. dixit enim quòd etiam in rei vindicatione quis cogitur dicere titulum per proximum cognatum agentem. & argu. forte pro eo infra de proba. l. siue possidetis. quod falsum est. [b] Item dixit in petitione hæreditatis respondere per quemlibet cognatum, non per extraneum: non vt cogatur dicere, possideo pro hęrede, vel pro possessore. sic enim quasi furiosus contra se loqueretur: sed vt nisi probet titulum iustum, præsumatur eum pro hærede vel pro possessore possidere. quæ somnia sunt. Io. & Azo & H. quibus assentio, tenent sententiam Bul. & modicum ex eo quod dicit P. sic scilicet ponendo casum vt Bul. sed interrogatio est facienda hoc modo, vt possessor debeat in primis interrogari an possideat. & si respondeat, nō possideo: certum est quid debeat esse. Si vero dicat, possideo: interrogabitur secundo, an putet se hæredem. si dicat, puto, expeditum est: quia conuenitur. si dicat, non puto: tertio interrogabitur quomodo vel qualiter possideat. si dicat, quid ad te? vel non dicam tibi, quia nolo, vel similia: ecce ego scio quòd possidet pro possessore. Si vero dicat: quia emi, possideo. quæram à quo, vt sciam an titulus habeatur pro nō titulo. & si dicat, à compote mentis emi. si quidem probet, bene est, nec hac actione cōuenietur. Si vero non ꝓbet, præsumitur quòd pro possessore possideat. Et quòd ita faciendæ sint interrogationes, innuit lex quę est. ff. e. l. pro hærede. &. l. qui interrogatus. &. l. seq. &. ff. de interrog. in iud. faci. l. noluit. in princip. &. l. seq.

*Cvm hæreditatis.* ]CASVS. In prima parte dicit imperator quandam antiquitatem. olim enim si testator scripsisset hęredem, & lis sperabatur moueri à legitimo contra scriptum hæredem peti. hære. interim nec creditores debitum petere poterant, nec legatarij legatum, vel serui libertatem: sed differebatur istorum petitio donec finē accepisset hæred. petitio, ne posset præiudicium fieri petitio. hæredi. & hoc in prima. In secunda dicit: hodie omnes habent electionem, vel ex commodato, vel ex deposito, vel ex alio contractu, vel ex mutuo conueniendi possessorem vel petitorem, si fuerint legitimi qui petant legata quæ debentur eis ab hærede scripto eoque possessore, cautione præstita à legatariis de restituendis legatis, si contingat ab eo hæreditatem peti. euinci: vt si legatum constiterit in domo & fundo: fundum, & fructus, & domum cum possessionibus restituat: si in pecunia, pecuniā cum vsuris crescentibus ex quarta centesimæ, deductis tamen necessariis & vtilibus impensis quas fecit legatarius in legato. Si autem expectaret quousque imminere de hæreditate quæstio potest: & si fuerit restitutio facienda, integra legata cum augmento percipiat. & hoc in secunda. Creditores autem qui defunctum habebant obligatum ex quacunque causa, satisfieri eis debet: sed possessor victus non aliter hære. restituere tenetur prius quàm à petitore quod solA uerit, fuerit consecutus. sed si petitor soluerit victus à possessore, iudicis officio repetet, vel nego. gest. act. vel condictione ex. l. ista. & hoc in tertia. Serui quibus data est libertas, siue directa, siue fideicommiss. expectabunt vsque ad annum, vt si possessor fuerit victus, euanescant libertates. si obtineant, competant, & post annum perueniāt ad libertatē: nisi ī vno casu. s. quādo testamētū ꝓnūciatur falsum. Si autē aliquis ex seruis fuerit actor manumissus, reddet rationē post annū. Itē peti. hæred. act. bo. fi. est: nec quòd sit bonæ fidei, int posterū dubitabitur. & hoc in vltima. Viuianus.

Cvm hæreditatis petitioni locus [a] fuerat, [b] exceptio adsumebatur, [c] quæ tuebatur hæreditatis petitionem, ne fieret ei præiudicium. [d] Magnitudo etenim & auctoritas centūuiralis [e] iudicij non patiebatur per alios tramites [f] viam hæreditatis petitionis infringi. Cūque multæ varietates & cōtrouersiæ veterum exortæ sint: eas certo fine concludentes, sancimus, si quis hæreditatis petitionem vel susceperit, vel suscipere [g] sperat, [h] vel mouere: [i] alius autem superueniens, vel ex depositō, vel ex commodato, vel ex legato, vel ex fideicommisso, vel ex aliis causis inquietare vel reum [k] vel agentem [l] ex persona defuncti crediderit sibi esse necessarium: si quidem pro legato vel fideicommisso hoc faciat, rem expeditę quæstionis esse: cum possit scriptus hæres cautione [m] ĩterposita nō differre hanc petitionem, sed recte exigi vel legatum vel fideicommissum sub ea cautela [n] vel satisdatione [o] pro qualitate personarū. Quòd si non obB tinuerit eius iura, restituet legatarius vel fideicommissarius ei datam pecuniam cum vsuris ex quarta centesimæ [p] parte currentibus, vel agrum cum fructibus quos percepit: vel domum cum pensionibus, [q] scilicet in vtroque eorum expensis antea necessariis & vtilibus

a *Locus.* inter legitimum & scriptum qui possidet.

b *Fuerat.* vel re, vel spe.

c *Adsumebatur.* contra creditores & legatarios, quę tuebatur &c.

d *Præiudicium.* quale quale: vt. ff. de arbit. l. non distinguemus. §. si is faciat.

e *Centumuiralis.* fuit enim inducta à senatoribus, qui erant centum numero: vt. ff. eo. l. item veniunt. §. cum prædiximus. Accursius.

f *Per alios tramites.* id est per extraneos agere volentes, scilicet si erat lis mota, vel sperabatur moueri.

g *Vel suscipere.* vt scriptus.

h *Sperat.* aliud est si iam est contestata lis in peti. hæred. etiam olim: vt. ff. de except. si post litem. secundum quosdam. Vel dic ibi loqui lite contestata, conuenio debitores hæreditarios: & si C negligo, etiam petitor conueniet eos, qui agit contra me possessorem hæreditatis: vt. ff. eo. l. si bonæ fidei. &. l. diuus. hic autem loquitur econtra, quando creditores conueniunt possessorem vel petitorem. Accursius.

i *Vel mouere.* vt legitimus.

k *Vel reum.* qui conuenitur petitione hæreditatis.

l *Vel agentem.* petitione hæreditatis.

m *Cautione.* scilicet euicta hæreditate legata reddi: vt. ff. si quis omiss. cau. test. l. j. §. non quærimus. ver. quocunque. &. ff. qui satisda. cog. l. de die. §. item legatarius. &. ff. ad leg. Fal. l. dolo carere. &. ff. si cui plus quàm per. l. Fal. l. penul. &. l. fi. & infra de lega. l. si in fraudem. Item hoc verum in legatis directò relictis. secus si per fideicommissum: vt infra ea. l. §. fi. &. ff. eo. l. si quis libertatem. vel verius speciale in legibus illis in libertate legata, quæ differtur, quia res est fauorabilis, & cito daretur: sicque de facili præiudicium fieret peti. hæredi. & non posset repeti. Item ei quod dicit statim agi, est contra. ff. de excep. rei iudi. l. ij. &. ff. de actio. & obli. l. qui cum hærede. &. ff. de interrog. act. l. & quia. §. j. &. ff. de iure fisc. l. apud. Solu. hæc corrigit omnes. Vel in. l. illa, apud. speciale est in fisco. Item per D hoc quod hic dicit quòd scriptus hæres conuenitur: videtur quòd contra possessorem, si alius quàm scriptus possideat, non possit agi pro legato, nisi in casu quando agitur contra vtrumque: vt. ff. si cui plus quàm per leg. Fal. l. hæc autem. §. si duo. Si autem depositor vel similis agit, tunc tantum contra possessorem illius rei, siue sit possessor illius hæreditatis, siue petitor. Si vero agit fœnerator vel creditor pro pecunia fœnerata: tunc contra vtrunque: vt hic potest colligi, & infra ea. l. §. sin autem ex contractibus. sed verius puto secundum Azo. quòd in contractibus semper sit electio actoris. Accursius.

*Creditores hæreditarii contra quos possint agere.*

n *Cautela.* cum res immobilis petitur, vel cum persona non est suspecta.

o *Vel satisdatione.* cum res est mobilis, vel cum persona est suspecta. arg. ff. qui satisda. cog. l. si fideiussor. §. fi. & ideo subiungit, pro qualitate personarum. Sed quare non præstatur cautio, cum agitur ex contractibus? Respon. quia credita non possunt fieri indebita: sed legata sic.

p *Centesimæ.* Centesima est, quæ æquiparatur forti in anno. quarta centesimæ, quæ in quatuor annis.

*Pro ratione centesimæ, quæ sit.*

q *Cum pensionibus.* quas percepit.

deductis.[a] vel si ipse[b] maluerit litem quidem contestari,[c] expectare autem hæreditatis petitionis euentum: hoc ei liceat facere, vt restitutio si competeret,[d] cum legitimis augmentis legatario vel fideicommissario accedat. ℣ Sin autẽ ex cõtractib⁹ defuncti[e] agatur[f] cõtra possessorẽ[g] hęreditatis, vel eius rei de qua agitur: si quidẽ res sint vel depositę, vel cõmodatę, vel pignori datę, vel alię, quę extãt: nõ differri sub prætextu hæreditatis petitionis memoratũ iudiciũ: quẽadmodũ si pro fœnerata pecunia, vel alia personali actione agatur cõtra possessorẽ vel petitorẽ,[h] nõ debet iudiciũ differri, sed exitũ suũ accipere. Postquã enim hęreditatis petitionis iudiciũ finẽ accipiat: tunc iter petitorẽ hęreditatis & possessorẽ rationibus cõtractis, nõ aliter possessor si victus fuerit, hęreditatẽ restituere compellitur, nisi pro omnibus quæ rite ab eo gesta sunt, petitor ei[i] satisfaciat. Quòd si petitor victꝰ fuerit, simili modo à possessore iudicis officio[k] ei satisfiat: vel si hoc fuerit prætermissum, negotiorũ gestorum,[l] vel ex lege cõdictione.[m] ℣ Sin autẽ libertates vel à possessore, vel à petitore fideicõmissarię petãtur, vel directę ipso iure dicãtur cõpetere: annale tãtũmodo spacium expectetur à morte testatoris numerãdũ. Et si quidẽ hæreditatis petitionis iudiciũ intra id spaciũ terminũ accipiat: secũdũ euẽtum iudicij & libertates vel effectum habeant,[n] vel euanescãt.[o] Sin autẽ tẽpus annale emanauerit: tunc libertatis fauore & humanitatis intuitu cõpetãt quidẽ directę[p] libertates, ex fideicõmissariis autem in libertatẽ serui eripiãtur:[q] ita tamen, si non falsum testamẽtũ[r] approbetur: sub ea[s] scilicet cõditione, vt si actores[t] sint,[u] vel aliàs ratiociniis suppositi, etiam postquam peruenerint in libertatem, necessitas eis imponatur res hęreditarias & rationes reddere,[x] iure patronatus videlicet competente ei qui ex legibus ad id possit vocari: illo (ne in posterum dubitetur) obseruando, vt & ipsa hęreditatis petitio omnimodo bonæ fidei iudiciis cõnumeretur.[y] Dat. Kalend. Septẽb. Constantinopoli, Lampadio & Oreste Conss.

a *Deductis.* ex ipsis fructibus vel pẽsionibus.
b *Vel si ipse.* scilicet legatarius.
c *Contestari.* super legato. s. magis quàm cautionem exponere.
d *Si cõpeteret.* quia valet testamentũ, & sic sint soluenda legata.
e *Sin autem ex contractibus defuncti agatur.* cum vtrunque possit cõuenire. argu. ff. si cui plus quàm per leg. Fal. l. hæc autem. §. j. &. ij. &. ff. e. l. si qd possessor.
f *Agatur.* subaudi, cõtra possessorem.
g *Contra possessorem.* scilicet scriptum.
h *Petitorem.* & sic est in electione agẽtis, velit agere contra petitorem, vel contra possessorem. nam non habet necesse querere dominũ, vt aliàs. ff. de dãno infec. l. iter quos §. j.
i *Petitor ei.* qui de ꝓprio soluerat creditoribus hæreditariis.
k *Officio.* vt. ff. de ędil. edic. l. ædiles. §. item sciendum.
l *Negotiorum gestorum.* cum nomine hęreditario fecit, ab initio fuit nata sibi hæc actio. si vero suo, tunc videtur negotium esse veri hæredis cum obtinet: quia tunc incipit ei exceptio competere. & sic tunc nascitur actio negotiorum gestorũ, secundũ quosdã.
m *Condictione.* scilicet ex lege ista. Sed qualiter habet locum, cum obligatio erat per veteres leges: & hic nõ datur nisi ꝓ noua obligatione: vt. ff. de condic. ex leg. l. j? Respon. cõdictio ex lege datur tunc, quando iniuste amisit petitor. si vero iuste, tũc habet locum actio negotiorum gestorum. vel dic hanc esse nouam: quia post legem duodecim tabularum.
n *Habeant.* si pronũcietur pro testamento.
o *Vel euanescant.* si pronuncietur contra testamentum. Et dic, id est euanescere videntur prima facie, non dico quòd ex sententia lata inter alios fiat aliis præiudicium: vt. ff. de except. rei iudic. l. j. & infra de fi. instru. l. ij. nisi vbi faceret ius, vt in querela inofficiosi testamenti: vt. ff. de inoffic. testa. l. Papinianus. in fine. &. l. qui repudiantis. §. finali. vel hic speciale.
p *Directæ.* immo necdum annus, sed etiã per quinquenniũ debet expectari: vt. ff. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. fin. &. l. seq. quę sunt contra. Sol. ibi dicitur inofficiosum, hic minus solẽne, vel ruptũ per posthumi agnationẽ, vel alia causa rescindebatur.
q *Eripiantur.* huius legis potestate. Accursius.
r *Falsum testamentum.* quia tunc non fiunt liberi per legem istam, cum non adsistat eis lex, sed nec resistat. non dico quòd reuocentur in seruitutem illi quibus directæ competunt. Item intelligitur hic pronunciatum etiam falsum contra legatarios & seruos libertate donatos. nam non sufficeret contra scriptum tantum, vt dicta lege de except. rei iudic. l. j. Sed videtur ex falsa scriptura libertatem datam valere: vt infra de fideicommiss. lib. l. quamuis. &. ff. de ma. test. l. cum ex falsis. in princip. quæ sunt contra. Solu. hic non fuit data libertas per hominem: sed nec lex dedit, cum falsa esset scriptura: ibi data fuit ab homine.

*Libertas per falsam scripturam data, an valeat.*

### TITVLVS XXXII.
### DE REI VINDICATIONE.

*Per seruum bona fide possessum possessio quæritur ex re ipsius possidentis, & opera possessi: malæ fidei vero possessor ex dictis causis non acquirit. h. d Bald. Vel sic: Per seruum bona fide possessum quæritur possessori etiam dominium rerum quæsitarum ex rebus possessoris, vel opera possessoris: malæ fidei vero nihil quæritur, ideo restituere tenetur. Salycetus.*

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Cæciliæ.

ETiam per alienũ[z] seruum bona fide[a] possessũ[b], ex re eiꝰ qui eum possidet, vel ex operis serui acqri[c] dominiũ vel obligationẽ placuit.[d] Vel dic, ex falso testamento non valet, vt hic: sed ex falsis codicillis sic, vt in contrariis. Et est ratio, quia si testamentum est falsum, scriptus hæres non est dominus: vnde nec ipse, nec lex pro eo manumittere potest. Sed codicillis falsis existentibus nihilo minus hæres est dominus: & ideo per se & per alium, cui dederit dominiũ, manumittere potest. Item videtur quòd etiam ex testamento falso data libertas teneat: vt. ff. de ma. test. l. cum ex falsis. in fi. quæ est cõtra. sed ibi seruus erat hæredis, non hæreditarius. Alij dicunt quòd hæc corrigit illas.
s *Sub ea.* redit ad superiorem, non ad proximum.
t *Actores.* id est Castaldiones.
u *Sint.* id est fuerint.
x *Et rationes reddere.* nota manumissum debere reddere rationẽ. & sic est contra. ff. de negotio. gest. l. eum actũ. &. l. quæ vtiliter. §. j. & supra de negotio. gest. si cognati. & infra an seruus ex suo facto. l. j. Solu. dicas hoc speciale quia & aliud ꝓ eo speciale inducitur, vt sit liber etiã ex testamento: quod forte nõ valebit. sic. ff. de iureiuran. l. eũ qui. in princ.
y *Cõnumeretur.* vt institu. de act. §. actionũ.

*DE REI VINDICATIONE.*

*Post actionem de vniuersitate subiicit actionẽ per quam singularia petũtur: vt. ff. eo. l. i. in princip. Et dic quòd datur directa ei qui est dominus de iure gentium vel ciuili: vt. ff. eod. l. in rẽ actio. in princi. vtilis datur superficiario, emphyteutæ, & similibus: vt in eodem titulo. l. superficiario. & l. præterea. & ff. si ager vecti. l. i. & datur contra eum qui possidet, vel qui dolo desiit possidere. & qui ideo de hoc interrogatur ante litis contestationem: vt. ff. eod. l. qui petitorio. in principio.*

ETiam.] CASVS. Si seruum alienum possedisti bona fide, & ex re tua vel operis suis aliquid acquisiuit: an domino seruum vindicanti restituere debeas ea quæ tibi quæsiuit, quæritur? Dicitur quòd non: secus si mala fide possessor fuisti: quia non solum ipsum, sed quicquid habet, & operas & operarum æstimationem. Ex hac. l. not. regulam generalem, quòd quando eadem res venditur vel donatur duobus in solidum, ille prefertur in dominio, cui prius res fuit tradita, non attento cui prius fuit vendita vel donata. concordat. l. siue autem. §. si duobus. ff. de Publicia. cum concor. in glos. alleg. secundum Ia. hic.
z *Etiam per alienum.* non solum per proprium, de quo cõstat: vt institu. per quas perso. no. acqui. §. item vobis acquiritur.
a *Bona fide.* saltem ab initio secundum Ir. vt. ff. de vsur. l. qui scit. §. fi. sed aliud in libero homine possesso, vbi continuo exigitur bona fides: vt. ff. de acquiren. re. do. l. qui bona fide. §. tãdiu.
b *Possessum.* quia putauit eum esse vendentis: vt. ff. de contrahẽ. empt. l. qui à quolibet. & de stipu. seruo. l. si seruus testamento.
c *Acquiri.* scilicet possidenti.
d *Placuit.* aliàs nisi ex his duab⁹ causis quęrit dominiũ, & non

BIU Cujas

& non possessionem: vt.ff.de acqui.possess.l.j.§. fina. & de acquiren.re.domi.l.homo liber.in fine.&.ff.de dona.inter virum & vxorem.l.si vxor.& contingit etiam aliàs vt dominium alicui sine possessione quæratur: vt.ff.de fun.do.l.si fundum. Sed contra.ff.de acquiren.rerum do.l.si seruus.vbi innuit quòd etiã extra has causas non quærit domino. Sed expone ibi literã vbi dicit non quæri domino, scilicet quando ex re possessoris, vel opera serui.nec possessori, vt ibi subiicit, vbi nec ex re, nec ex opera quærit.

a *Quare.* dixit in genere: nũc dicit i specie.

b *Eo tẽpore.* quo possidebas.

c *Tuis.* agendo & excipiendo: vt restituendo seruum, non cogaris restituere quæsita per eum, id est illa prędia empta ex re tua.

d *Nihil potest.* immo videtur quòd possit ex re possessoris: vt.ff.eo.l.præterea. quæ est cõtra: nam ibi erat malæ fidei, cum lis erat contestata: vt & supra tit. proxi.l.j.§. post litem autem cõtestatam. Solu. ibi remãsit bonę fidei post litis contestationem. Vel hic fuit semper malæ fidei, ibi fuerat bonæ fidei ante litis contestationem.

e *Operas.* id est operarum æstimationem. eædem enim reddi nõ possunt: vt.ff.de condic.indebi.l.si nõ sortem.§. libertus.

*Si inferiorem.*] CASVS. Habebas domũ. vicinus superædificauit faciendo eam altiorem. quod superædificatum est, cuius dominio cedat, an superimponentis, an cuius erat inferior pars domus, quæritur? Dicitur quòd domino cedat. Item in solo meo in quo ædificatum non erat, ædificauit vicinus: nec constante ædificio materiam suam vindicabit prior dominus, siue ædificium fuisset extructum bona fide, siue mala, siue ab eo cuius erat solum, vel ab extraneo: de aliena materia, siue ex propria, bona tamen fide. Si autem mala fide, aut ab eo cuius fuit materia, in hoc tertio casu donasse videtur. vel dic similiter quòd ad dominum priorem redit, nisi animo donandi ædificauerit, secundum M.

f *Si inferiorem.* puta fundamentum.

g *Contingit.* aliàs secus si non cohæret solo: vt.ff.de acquiren.re.do.l.Titius. Accursius.

h *Eam.* scilicet partem.

i *Ambigitur.* vt.ff.de acquiren.re.do.l.si supra.& institu.de rerum diui.§.ex diuerso.&.ff.de acquir.re.do.l.adeo.§. cũ in suo. Sed possessio cuius est? Videtur vtriusque. nam dominus solum possidet, alter possidet superficiem: vt.ff.vti possidetis.l.si duo. §. item videamus.&.§. Labeo. Vel dic quòd ædificator tantum possidet: vt.ff.de acquiren.pos.l.j.in princi.& in dicta.l.si duo, de alia superficie dicit, quæ non vsque ad solum est.

k *In solo tuo.* tamen si esset horreum quod separari posset, remoueret Titius horreum.ff.de acquir.re.do.

l *Ædificatum.* à vicino.

m *Iure.* gentium: quo iure Quidquid plantatur, seritur, vel inædificatur: Omne solo cedit, radices si tamen egit.

n *Dominum.* scilicet vicinum.

o *Redit.* etiã post tẽp' vsucapiõis: vt.d.l.adeo.ff.de acquiren.re.domi.§. cũ in suo.&.ff.eo.l.in rem.§.fi.&.ff.de sol.l.qui res.§. fi.

p *Bona fide.* hic non quæro à quo, vel vnde sit.

Quare[a] si tu quoque bona fide possedisti eundẽ seruum, & ex nummis tuis mancipia eo tempore[b] comparauit: potes secũdũ iuris formã vti defensionib⁹ tuis. [c] Mancipiũ autẽ alienum mala fide possidenti nihil potest[d] acquirere: sed qui tenet, nõ tãtũ ipsum, sed etiã operas[e] eius, necnõ ancillarũ partus, & animaliũ fœtus reddere cogitur. PP. III. Noñ. Maij Eboraci, Faustino & Rufo Conss.

*Superior pars ædificii cedit parti inferiori. hoc primo. Ædificium cedit solo. hoc secundo. Soluto ædificio materia redit ad pristinum dominum, non ad ædificantem. hoc dicit tertio. Vel ad ædificantem, si non ædificauit animo donandi. hoc quarto & vlti. dicit. Bald.*

II. Imp. ANTONINVS A. Aristeneto.

*De dominio corporalium dixit. Sequitur de dominio incorporaliũ. Vel sic: Dictũ est supra de dominio corporalium verũ: nunc tractare intendit de dominio incorporaliũ rerum. & præmittit de vsufructu & habitatione & ministerio seruorũ, quia in eis quædam specialia obtinent (vt ex sequentibus patebit) quæ in seruitutibus aliis non seruantur. Azo.*

## TITVLVS XXXIII.

## DE VSVFRVCTV, † ET habitatione, & ministério seruorũ.

*Cautionem quam vsufructuarius præstare debet, testator nõ potest remittere, & ante eam præstitam vsufructuarius pro vsufructu vel quasi non potest actionem intentare. h. d. & est lex multum not. Bald.*

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Posidonio.

SI vsusfructus[a] omnium bonorũ testamẽto vxoris marito relictus est: quanuis cautionem à te prohibuerit exigi, tamen non aliter à debitoribus solutam[b] pecuniã accipere poteris,[c] quàm oblata secundum formam senatusconsulti[d] cautione.[e] PP. G. Kaled. Octobr. Anulino & Frontone Conss.

*Dominus potest proprietatẽ suam obligare, licet alius habeat vsumfructũ. Bald.*

11. Iidem AA. Felici.

VErbis testameti[f] quæ præcibus inseruisti, vsumfructum legatum tibi animaduertimus. Quę res nõ impedit proprietatis dominũ obligare[g] creditori proprietatem, manente scilicet integro vsufructu tui iuris. PP. VI. Id. Maij, Antonino A. II. & Geta. II. Conss.

a *Vsusfructus.* vsusfructus est ius vtendi fruendi salua rerum substantia. Impropriè quo ad ea quæ vsu consumuntur, sed proprie ad ea quæ vsu non consumũtur: vt instit. eo. §. constituitur. sicque verbum semel positum proprie & improprie ponitur: vt. ff. de offic. procon. l. ij.

b *Solutam.* scilicet hæredibus.

c *Potuis.* ab hæredibus. & idé de aliis quæ vsu consumuntur.

d *Senatusconsulti.* fauore hæreditatis, & non fauore legis vel testatoris.

e *Cautione.* ſ. de tãta pecunia restituẽda si moriatur vel capite minuat: vt. ff. de vsufructu ea. re. q. vsu cõsu. l. ij. & iij. & hæc cautio remitti nó potest, sicut nec illa, se vsurũ & fruiturũ arbitrio boni viri, & finito vsufructu restituturũ. Sed satisdatio legatorũ sic: vt hic, &. j. vt in posses. lega. l. ij. & l. scire. Et est ratio, quia hæc vltima remissa non præstat occasionem delinquendi vt superiores. Item illa de vsufructu magis formandi vsusfructus gratia, quàm seruandæ vltimæ voluntatis est inuenta. Sed an hæres potest remittere? Quidam, quòd nõ: vt. ff. de reg. iur. l. hæredem. Sed certe illa regula hic fallit: vt. ff. ad legem Falci. l. quod de bonis. §. j. & §. fi. & l. potest. Item quomodo fit cõtra voluntatem: vt in authen. de nup. §. disponat. col. iiij? Sed R. videtur dicere, quòd leges locum non habeant, quod nõ potest: vt. ff. de leg. j. l. nemo potest. Item an hæc cautio sit de substãtia vsusfructus, dixi. ff. eo. l. j.

V *Erbis.* ] CASVS. Si mihi in fundo vsumfructum legasti, an Titio proprietatem possis obligare, quæritur? Respon. quòd sic.

f *Verbis testamenti.* continebatur ibi, vsumfructum tibi lego.

g *Obligare.* item & vendere: vt. ff. de vsufru. leg. l. fundi Trebatiani. Accursius.

S *I patri.* ] CASVS. An vsufructuarius decedens vsumfruct. transmittat ad hæredes, quæritur? Respon. quòd nõ, sed morte fructuarij vsusfru. cum proprietate cõsolidatur. & hoc in prima. An autem proprietario decedente vsufructuario superstite extinguatur vsusfruc. dicitur cp non. & hoc in secunda.

h *Regredi soleat.* insti. eo. §. fi. & ff. solu. ma. l. vsufructu.

i *Non tollitur.* fallit hoc secundum Pla. in vsufructu quem habet pater in rebus obuenientibus filio ex materna linea: quod falsum est: vt infra de bo. ma. l. ij. & infra ad Tertul. l. fin. §. fin autem. Sed fallit cum pater habet filium emancipatum, & ex eo nepotes. nam filio mortuo succedit pater cum nepotibus in virilem portionem vsusfructus: non autem totum habet: vt infra de bo. ma. l. penul. §. quòd si nepotes. Item fallit cum habeo solum filium, & ipse moritur nõ relictis liberis nec fratribus nec matre. Item fallit hodie per authent. cum succedit ascẽdens cum fratribus: vt in authen. de hæred. ab intesta. §. si vero cum ascendentibus. colla. ix. *ADDITIO.* Dic secundum Pau. de cast. hic, quòd istæ fallétiæ glo. non sunt bonæ: quia in illis non propter solam mortem proprietarij extinguitur, sed ex eo quòd proprietas venit ad vsufructuarium: vnde non potest amodo dici habere vsumfructum formalé, qui cũ sit seruitus, non cadit in re propria, cũ illa non possit domino seruire: vt in. l. vti frui. in prin. ff. si vsusfruct. pe.

*pater in adueniens filii, an fiat mortefilii.*

*Vsusfructus patris non transit ad filium. hoc primo. Morte proprietarii non finitur vsusfructus fructuarii. hoc secundo. Vel sic: In vsufructu perdendo attenditur mors vsufructuarii, non proprietarii. Bald.*

111. Imp. ANTONINVS A. Antoniano.

SI patri tuo vsusfructus legatus est, defuncto eo nihil ad te pertinet: cum morte eius, cui fuerat legatus, vel alio modo acquisitus, ad proprietatem regredi soleat.[h] Vsufructuario autem superstite, licet dominus proprietatis rebꝰ humanis eximatur, ius vtendi fruendi non tollitur.[i] PP. III. Kal. Aug. Antonino. A. iiij. & Balbino Cõss.

*Ex quacunque causa competat vsusfructus, habet cauere vsufructuarius quòd vtetur & fruetur arbitrio boni viri. h. d. secundum Iac. But. Bald. & Saly.*

1111. Imp. ALEXANDER A. Verbicio.

VSufructu constituto, consequens est vt satisdatio boni viri[k] arbitratu præbeatur ab eo ad quem id cõmodum peruenit, quòd nullam[l] læsionem ex vsu proprietati afferat. Nec interest, siue ex testamento[m], siue ex voluntario contractu[n] vsusfructus cõstitutus est. PP. G. Id. Mart. Alexandro A. II. & Marcello. Coss.

*Vsufructuarius nõ semper est satisdatione onerandus.*

k *Boni viri.* idoneis fideiussoribus datis secundum arbitrium boni viri. hoc tamen fallit in casibus vbi non satisdatur: vt cum relinquitur fisco: vt. ff. vt leg. vel fideicommis. no. ca. l. j. §. si ad fiscum. Item quãdo habet pater in bonis filij: vt infra de bo. quæ libe. l. cum non solum. §. vbi. &. §. hoc proculdubio. Item in tertio, quando vsusfructus pure legatur, sed proprietas ex die & ad diem. Item multo magis si relinquitur proprietas, quandocunque vsusfructus finietur: quia his casibus verisimiliter quisque vt re sua vtitur: vt. ff. vsufruct. quemad. ca. l. si vsusfructus mihi. §. illud. &. §. plane. Sed eo casu quando debet satisdare, quid erit si non potest & velit iurare super eisdem? dicunt quidam sufficere: vt argu. infra de adser. tol. l. j. §. super. Alij dicunt sequestrandum: vt infra de agri. & cen. l. litibus. lib. xj. Tertij dicunt quòd certum quid promittat proprietarius vsufructuario, scilicet nomine vsurarum vsque ad tertiam centesimæ: vt infra de secun. nupt. l. hac edictali. §. his illud. sed non placet, & est speciale in matre. Dic ergo quòd non habet vsumfructum: vt. ff. de vsufruct. lega. l. vxori. j. Sed op. instit. de hære. insti. §. impossibilis. Sed dic illum. §. habere locũ vbi naturæ vel iuris est impossibilitas, secus si facti tantum: vt. ff. de verbo. oblig. l. continuus. §. illud. *ADDITIO.* Dicit Bart. hic sic posse distingui: Aut persona vsufructuarij est suspecta, & tunc res debet sequestrari, secundum formam. l. postquam. §. imperator. ff. vt le. no. ca. aut non est persona suspecta, & tunc committetur iuratoriæ cautioni. argu. l. j. §. super. in fi. §. j. de adser. tol.

*Vsufructuarius si nõ potest satisdare, quid erit.*

l *Quòd nullam.* Item de restituendo: vt. ff. vsufruct. quemad. caue. l. j. §. habet autem.

m *Ex testamento.* quantum ad satisdationem præstandam. interest tamen quo ad alia quandoque: vt. ff. eo. l. vj. in princ. &. ff. quemad. serui. amit. l. si partem. §. fi. Item not. duobus modis constitui vsumfructum. Constituitur & tertio, scilicet super iudicio famil. ercis. vt. ff. famil. ercis. l. & puto. &. ff. eo. l. vj. §. j.

n *Ex voluntario contractu.* scilicet inter viuos.

*Si pater.*

*Si pater.*] CASVS. Vsumfruc. fundi legauit maritus vxori vsq; ad annos pubertatis filij sui impuberis: ipso facto pubere nihilo minus vxor sciens vsumfruc. percepit: an fructus illius temporis quod fluxit post pubertatem, filius à matre petere possit, quæritur? & dicitur quòd sic.

a *In tempus.* id est vsque ad tempus.

b *Perceptos.* Not. perceptos. Est ergo speciale in matre propter maternam pietatem, vt de percipiédis non teneatur secundum quosdam. Sed arg. contra. ff. de vsur. l. si mater. vsuræ enim vicem fructuum obtinent: vt. ff. de vsur. l. vsuræ. vnde ex iure cõmuni videtur teneri de percipiédis: vt. ff. de rei vindi. l. si nauis. §. generaliter.

*Interest.*] CASVS triplices ponit hęc. l. quos vide vt in glos. proxi. Et pro declaratione huius. l. dic secundum Pau. quòd aliquãdo nec proprietas nec vsusfructus datur in dotem, sed dantur ipsi fructus percipiendi ex tali fundo: nam longa est differentia inter vsumfructũ qui cõsistit iure, & fructus qui sunt corporales res: vt. l. vasę. ff. de vsur. Isto ergo casu cum dãtur fructus percipiendi ex tali fundo, quid iuris? vt. ff. de pac. do. l. si conuenerit. Nã marit⁹ illos fruct⁹ nõ lucratur: sed duntaxat vsum eorũ habet: & sol. matri. tenet restituere preciũ eorũ. sed quãdo datur vsusfruc. vel plena ꝓprietas, lucratur fructus propter onera matrimonij. nec valeret pactũ factũ in cõtrariũ, secundũ Pau.

c *Interest.* Tres ponit casus, scilicet cum vsus fructus est datus in dotem. Vel proprietas plena data est inæstimata, vt viro defuncto redderetur. Tertius si æstimata data sit. est ergo differentia inter primum & secundum, cum primo iure communi non possit proprietatem obligare, cum non sit sua: vt. ff. quę rès pign. oblig. pos. l. qui filios. Secũdo iure speciali: scilicet propter legem Iuliam fundi dotalis: vt institu. qui. alie. li. in princip. secundum Ir. licet hic non respondeat eidem secundo casui. Vel dic, differentiam notat inter duos primos ex vna parte, & tertium ex altera, vt primis duobus non possit obligare, licet diuersis rationibus. tertio sic. Alij dicunt quòd hæc lex ponit quinque casus, quod non potest esse: de quatuor vero satis dici posset. Accursius.

d *An proprietas.* plena & inæstimata, vel æstimata ad hoc, vt sciatur sit deterior vel non: vt. ff. de iure do. l. si inter virum. Posset hic addi, an vero nuda proprietas.

e *Potuit.* scilicet iure communi. sed contra. ff. de vsur. l. fin. & de re iu. l. fructus. Solu. illæ loquũtur in dominio rei. Vel dic quòd vsumfructum potest obligare vt ibi, sed nõ proprietatem vt hic.

f *Eius fuit.* sed quid si datus fuit inæstimatus, sed electionem habeat maritus, vtrum æstimationem, an fundum velit restituere? Dicam tunc eum fundum posse obligare: vt. ff. de fundo do. l. erit. & l. quòd si fundus. Aliud econtra si mulier habet electionem: vt. ff. de fun. do. l. j. & dicta. l. quòd si fundus. Accur.

*Vsufructuarius fructus perceptos post tẽpus vsufructui adiectum tenetur restituere. Bal. Vel sic: Vsusfructus potest relinqui vsque ad tempus: quo finito, fructꝰ postea percepti debent proprietario restitui. Salyc.*

V. Idem. A. Euocato & aliis.

SI pater vsumfructum prædiorum in tempus [a] vestræ pubertatis matri vestræ reliquit: finito vsufructu postquã vos adoleuistis, posterioris temporis fructus perceptos [b] ab ea repetere potestis, quos nulla ratione sciẽs de alieno percepit. PP. Kalen. April. Alexãdro. A. II. & Marcello Conss.

*Maritus vsumfructum in dotem recipiens, proprietatem obligare nõ potest: idem si proprietatem inæstimatam in dotem recipiat. Si vero rem æstimatam in dotem recipit, obligare eam potest. h. d. secundum Bal.*

VI. Idem. A. Stratonicæ.

INterest, [c] vsumfructum solum maritus tuus in dotem acceperit, an proprietas [d] quidem doti data sit, verùm pactũ intercesit, vt moriente eo tibi eadem possessio redderetur. Nam vsufructuari⁹ quidẽ proprietatem pignorare non potuit: [e] VQui autem proprietatem æstimatam in dotem accepit, non ideo minus obligare eã potuit: quoniã soluto matrimonio restituenda tibi æstimatio eius fuit. [f] PP. Kal. Iul. Agricola & Clementino Conss.

*Modica expensa pertinet ad vsufructuarium: magna à proprietario repetitur. Bal. Vel sic: Modica impensa spectat ad fructuarium: magna ad proprietarium. Salyc. & Pau. de cast.*

VII. Imp. GORDIANVS. A. Vlpiano militi.

EVm ad quẽ vsusfructus [g] pertinet, sartatecta suis sũptibus præstare debere, explorati iuris est. Proinde si quid vltra quàm impẽdi debeat, [h] erogatum potes docere: solenniter reposces. [i] PP. Kalend. Febr. Ariano & Pappo Conss.

*Vsufructuarius vel eius hæres non præscribit proprietatem. Bald.*

VIII. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIM. AA. & CC. Etheroni.

NEque fructuarium ad obtinendam proprietatem [k] rerum quarum vsumfructum habet, neque successores eius, vlla temporis ex ea causa tenentes præscriptio munit. [l] VI. Kalend. Iul. AA. Conss.

*Vsufructuarius, vel ille cui relictæ sunt operæ, serui alienandi facultatem non habet. Bald.*

IX. Iidem. AA. & CC. Auxanusæ.

[2]VSufructu matri tuæ prædiorum & mãcipiorũ relicto, tam alienatio, quàm manumissio interdicta est. [m] Sane mancipia quorum testamento ministerium [n] matri relictũ est: cum in his dominium non habeat: nec tradendo cuiquam, nec manumittendo ad testatoris hæredem pertinẽtia, [o] quicquam facit. Dat. Kalend. Decemb. AA. Conss.

*Morte domini non extinguitur locatio vsusfructus. h. d. secundum Bart. & Bald. Salyc. dicit quòd hoc summariũ violat literam, licet in se sit verum: sed alia est gl. secundũ quã sic summatur: Morte conducentis vsumfructum, finitur vsusfructus. Salyc.*

X. Idem. AA. & CC. Pomponio.

SI domina [p] proprietatis vxori tuæ vsumfructum locauit sub certa annua præstatione: morte conductricis, ei quæ locauit, etiam vtendi fruendi causa nõ est deneganda. XIII. Kal. Ianuar. Sirmij. AA. Conss.

g *Vsusfructus.* refert an gratia fructuum, aut gratia rei: vt. ff. de impen. in re. do. fa. l. iij.

g *Vsusfructus.* vt & ff. eo. l. vsufructu legato. §. fi. & l. hactenus. & nisi reficiat, potest à domino ꝓhiberi vtifrui: vt. ff. de damno infec. l. hoc ampliùs. §. fin. & l. seq. nisi velit vsumfructum relinquere: vt. ff. eo. l. cum fructuarius.

h *Impendi debeat.* id est quàm expendi sit necesse.

i *Reposces.* scilicet actione negociorum gestorum [a] tu fructuarie cum ob perpetuam rei vtilitatem impenderis, non gratia fructuum, poteris quidem repetere, licet non in totum: vt. ff. de impen. in re. do. fa. l. iij. §. nos. & ff. de furt. l. inter omnes. §. j. Vel loquitur in proprietario, si gratia rei vel fructuũ impendit: vt. ff. e. l. si absente.

*Neque fructuarius.*] CASVS. Si mihi & hęredi meo in fundo vsumfruct. legasti, & illum. x. vel. xx. an. percepimus: an spacio longi temporis sit nobis acquisita proprietas, quæritur? Respon. quòd non: nec domino proprietatem suam vindicanti, obstabit lõgi tẽporis præscriptio.

k *Proprietatem.* & hoc quia suo nomine non possidet.

l *Præscriptio munit.* tum quia non possidet ciuiliter: tum quia scit alienam: vt insti. per quas perso. no. ac. §. fructuarius. &. j. de præscrip. xxx. an. l. male. Et not. quòd dicit ex ea causa: quia secus si interuertisset, & dominũ non admisisset. nam ex tũc. xxx. an. præscriberet sicut & fur: vt. j. de anna. excep. l. j. &. j. de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. §. j. &. ij.

*Vsufructu.*] CASVS. Vsufruc. quorundam prædiorum & mancipiorũ est matri nostræ legatus: an ea alienare vel manumittere possit, quæritur? Dicitur quòd non. & hoc in prima. Idem est si ministeriũ alicuius serui ei legasti, quia cum nec manumittere, nec alienare poterit. & hoc in secunda.

m *Interdicta est.* generaliter, non specialiter, id est per iudicem: vt fit illis quibus bonis interdicitur.

n *Ministerium.* ministeriũ eius accipitur serui, cuius nullæ sunt in artificio operæ, vt mediastini.

o *Pertinentia.* scilicet mancipia.

p *Si domina.* Duobus modis pone casum. Primo, domina locat vsumfructum: si moriatur domina locatrix, non extinguitur vsusfructus, vt hic, &. ff. eo. l. si patri. & secundum hoc ponitur cõductricis, id est locatricis. & locauit, id est conduxit. vel etiam

etiam ex alio contractu concesserit: vt &. ff. de actio. emp. l. veteres. &. l. idem est. secundum M. & nihil est contra. Alij dicunt quòd si moritur fructuaria quæ conduxit, redit quidem ad dominam, & extinguitur quantum ad fructuariam, & cõsolidatur. & sic omnia proprie ponuntur. & illud etiam, superabundat: vt hic, & in. stitu. eo. §. finitur. &. ff. eod. l. si patri. circa medium. & secũdum hoc est contra. ff. de iur. do. l. si socrus. &. ff. de pericu. & commo. rei vẽ. l. quod si pendẽte. aliàs incipit, necessario. §. fin. Sed his legibus fructuaria locauit, vel vẽdidit. vnde non conductricis vel emptricis morte finitur, sed locantis & vendentis. in hac autem l. domina locauit etiam secundum vtrunque casum. Item eidem secundæ positioni est contrariũ ff. locati. l. viam. Solu. ibi in cõductione proprietatis dicit transire ad hæredem: hic vsusfructus erat locatus, secundum Azo.

*Seipsam summat, & non indiget summario. Bald.*

XI. Idem. AA. & CC. Theodo.

HAbitatio morte finitur: [a] nec proprietatem, qui habitationem habuit, legando, dominij vindicationẽ excludit. [b] Dat. XV. Kalen. Nouem. Constantinopo. post Consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

*Quando tempus certæ ætatis apponitur iuri iam acquisito, in dubio facit tempus, non conditionem. hoc primo. & vsusfructus morte extinguitur. hoc dicit secundum Bart. Vel sic: Vsusfructus relictus vsque ad tempus certæ ætatis alicuius, nõ perit morte illius: sed demum cum tempus euenerit, vel si legatarius morte præuẽtus fuerit. Relictus vero vsque ad tempus conditionis incertæ, finitur conditione eueniente: qua non eueniente, vel ad impossibilitatem eueniendi deducta, vsusfructus intelligitur vsque ad vitam legatarii relictus. Salyc.*

XII. Imp. IVSTINIANVS. A. Iuliano præfecto prætorio.

AMbiguitatem [c] antiqui iuris decidentes, sancimus siue quis vxori suæ, siue alij cuicunque vsumfructum reliquerit sub certo tẽpore, [d] in quod vel filius eius, vel quisquã alius peruenerit: stare vsumfructum in annos singulos in quos testator statuit, siue persona de cuius ætate compositum est, ad eam peruenerit, [e] siue non. [f] neque enim ad vitam hominis respexit, sed ad certa curricula: nisi ipse cui vsusfructus legatus sit, ab hac luce fuerit subtractus. tunc etenim ad posteritatẽ eius vsumfructũ transmitti non est penitus possibile: cũ morte vsumfructũ penitus extingui, iuris indubitati sit. Sin autẽ [g] talis fuerit ĩserta cõditio, donec in furore filius, vel alius quisquam remãserit, vel in aliis similibus casibus quorum euentus in incerto sit: si quidem resipuerit filius, vel alius pro quo hoc dictum est, vel cõditio extiterit, vsumfructum finiri. Sin autem adhuc is in furore constitutus decesserit: tunc quasi in vsufructuarij vitam eo relicto, manere vsumfructũ apud eum. [h] Cũ enim possibile erat vsque ad omne vitæ tempus vsufructuarij non ad suam mentem venire furentem, vel conditionem impleri: humanissimum [i] est ad vitam eorũ vsumfructum extendi. Quemadmodum etenim si decesserit vsufructuarius ante impletam conditionem, vel furorem finitum, extinguitur vsusfructus: ita humanum est extẽdi eum in vsufructuarij vitam, etsi antea decesserit furiosus, vel alia conditio defecerit. Dat. Kalen. August. Constantinopo. Lãpadio & Oreste. VV. CC. Conss.

*Siue legetur mihi habitatio, siue vsusfructus habitationis: videtur legatũ ius habitãdi: & per me possum habitare, & alii locare: non tamen proprietas ad me pertinet, nisi probetur de voluntate testantis. hoc dicit secundum Iacob. But. Bald. & Salyc.*

XIII. Idem. A. Iuliano. PP.

CVm antiquitas dubitabat, vsufructu habitationis [k] legato, & primo quidem cui similis esset, vtrúmne vsui, vel vsuifructui, an neutri eorum, sed ius proprium, [l] & specialẽ naturam sortita esset habitatio: [m] postea [n] autem si posset is cui habitatio legata esset, eandem locare, vel dominium [o] sibi vindicare: auctorum iurgiũ decidentes, compendioso responso omnem huiusmodi dubitationẽ resecamus. Et si quidem habitationem quis reliquerit: ad humaniorem declinare sententiam nobis visum est, & dare legatario etiam lotio est ius quoddam per se, neque vsusfruc. neque vsus. Item alij potest eum legatarius locare: nec refert, vtrum ipse maneat, an alius vt mercedem accipiat Ad tertium respondet, quòd habitatione mihi legata, proprietatem rei legatę vindicare nõ possum, nisi testatorem hoc expresse dixisse probauerim, id est velle dominium ad legatarium pertinere. & hoc in secunda.

*Habitatio.* ] C. A. SVS. Si habitationem in domo mihi legasti, & decesi: an eam transmittam ad hę redem, quæritur? Dicitur quòd non, sed morte finitur. & hoc in prima. nec si proprietatem domus legaui, in qua habitationẽ habui, quominus eam vindicare possit, domino nõ prę iudicaui. & hoc in secunda.

*Ambiguitatẽ.* ] C. A. SVS. Si vxori vsumfructũ alicuius fundi legasti vsque ad. xij. annum filij tui, & filius tuus ante. xij. an. ætatis decesit, an in vlterius tempus quàm vsusfruc. erat relictus, extendatur? Dicitur quòd non, nec refert siue filius ad eam ætatem peruenerit, siue non. an autem si fructuaria ante illud decesserit tempus, trãsmittet ad hæredem, quæritur? Respond. quòd non. & hoc in prima. Si autem mihi vsumfruc. legasti quandiu filius tuus esset in furore, an si resipuerit, finitur vsusfruc? dicitur quòd sic. Si autem in furore decesserit: vsque ad tempus vitæ meæ extenditur vsusfruc. quia potuit esse q; quandiu viuerem, nõ perueniret ad sanã mẽtem. vnde humanum est vt in tempus vitę meę penes me resideret vsusfruct. sicut enim me vel furore finito extinguitur vsusfruc. Sed si in furore filius decesit, eum nõ extinguit, quòd mors sanam mẽtem præcesit, immo nec sana mens secuta est, cum iam sit mortuus antequam resiperet.

a *Morte finitur.* vt. ff. de vsu & habita. l. si habitatio. & ff. de capi. demi. l. penul.

b *Excludit.* arg. ĵ. de iure do. l. res quarum.

c *Ambiguitatem.* hæc lex ponit duos casus. Primus, quando sub certo tempre. Secundus quando sub incerto.

d *Sub certo tempore.* id est vsque ad certum tempus, forte. x. an. si autem ad incertum, distinguitur. ĵ. ea. l. §. sin autem talis.

e *Peruenerit.* lego Titio vsumfrum per decennium, donec vixerit filius meus.

f *Siue non.* vt. ĵ. quando dies leg. cedit. l. ex his. &. ff. ad Trebellia. l. Seius Saturninus. &. ff. de alimen. leg. l. libertis quos. §. ab hæredibus. &. ĵ. de fideicõ. liberta. l. si fideicõmissaria. &. ĵ. de nup. l. sancimus. &. ff. quando dies leg. cedit. l. si cum præfinitione. & l. si cũ hæres. Sed contra. ff. de ma. testa. l. si ita scriptũ fuerit. Sol. hic ad certum tempus: ibi ex certo tempore, siue sub cõditione. Vnde hic non perit relictum, licet ille ad ætatem illam non peruenerit, cum sit purum. ibi vero perit ius. & eodem modo soluitur aliud contra. ff. de leg. j. l. si cui legetur. §. hoc autem. & aliud vt ĵ. de ma. testa. l. cum testator. & aliud. ff. de sta. liber. l. si seruus.

g *Sin autẽ talis.* incipit secundus casus, & de eo dicit vsq; ad finem.

h *Apud eum.* vt & ff. de vsufr. leg. l. generali. §. duas. in fi. Accur.

i *Humanissimum.* non est hęc bona ratio: quia eadem posset adsignari in superiori casu. Sed ideo est hic aliud: quia iste nondum peruenit ad sanam mentem cum est mortuus, & ideo extenditur. Item est illa potior ratio: quia superiori casu testator respexit ad certa temporis curricula, hic nõ. Potest etiam esse ratio: vt enim imminebat onus restituendi ante, ita liceat & lucrum sperare: vt. ĵ. de cadu. tol. §. pro secundo.

k *Habitationis.* id est habitationum.

l *Proprium.* primæ quæstioni respondet. tres enim facit.

m *Habitatio.* neque enim vsus neque vsusfructus est. Vsus nõ: quia locari potest: vt hic. vsusfructus non: quia hæc non finitur nisi morte: sed vsusfructus multis modis: vt. ff. de vsu & habi. l. si habitatio. in fi. ĵ. respon. &. ĵ. e. corruptionem.

*Habitatio differt ab vsu & vsufructu.*

n *Postea.* secunda quæstio.

o *Vel dominium.* tertia quæstio.

*Licentiam.*

BIU Cujas

a *Licentiam.* & sic est soluta secunda quæstio. Sed contra. ff. de vsu & habita. l. cæterum. in princ. & l. sed neque. vbi dicit quòd non locat sine se. Solu. ibi dicit in vsuario. nec ob. huic solutioni in e. titu. l. si habitatio. in princ. vbi parificat vsum & habitationem: quia ibi dicit pene.

b *Accipiat.* vt & institu. de vsu & habi. §. sed si cui. & ar. ff. de vsufruc. l. arboribus. §. vsufructuarius.

c *Si habitationis vsumfructum.* id est per hæc verba, quorum sensus est, id est habitationē. nec enim potest esse seruitus seruitutis: vt ff. de vsufruc. leg. l. j.

*Seruitus seruitutis non potest esse.*

d *Vsumfructum.* in hoc scilicet locando. Sed in eo quòd non finitur ni si morte, antecellit: sed & minor est quandoque, cum nō nisi in domo constituatur, vsusfructꝰ autē in omni re.

e *Nec dominium.* solutio tertiæ quæstionis. Accursius.

f *Esse relictum.* nec enim aliter &c. vt ff. de leg. iij. non aliter. probatur autē ex eo quòd testator solebat vti vocabulo habitationis p domo: vt ff. de leg. j. si seruus plurium. §. fi. & ar. ff. de supel. leg. l. Labeo. secus vbi verba testatoris nullo modo sē tentiæ conuenirent: vt ff. de leg. j. l. iiij.

g *Locis.* aliàs modis.

h *Constitui potest.* constituitur enim vt vsusfructus: vt instit. de vsu & habi. §. penult.

ANtiquitas.] C ASVS. Olim si testator alicui nudā proprietatem fundi retento vsufructu pro hærede legasset, dubitatio erat an valeret legatū, quibusdam adserentibus, quibusdā negantibus: cum ideo nūquam esset reuersurus vsusfructus ad proprietatem, propter hoc quòd secundus hæres, & deinceps vsque in infinitum, cum sint hæredis hæredes, & testatoris, haberet hunc vsumfructum. hanc dubitationem decīdit imperator dicens hoc legatum valere, scilicet proprietatis: mortuo scilicet primo hērede: vel capite minuto. quare enim talis vsusfruc. tale priuilegium sibi vindicat, vt generali intentione non excipiatur: cum ea quæ generaliter dicuntur, generaliter intelligantur: vt ff. de leg. j. l. j. §. generaliter.

i *Quatenus.* id est modò.

k *Hæredem.* scilicet legantis.

l *Nunquam ad suam rediret proprietatem.* Arg. quòd liber homo nō potest[a] locare operas suas in perpetuum, ne inutilis sit libertas. Ir. pro eo institu. eod. §. ne tamen. & ff. de lib. ho. exhi. l. ij. & ff. de condi. & demon. l. Titio. §. Titio. ij. Io. & nos contra: quoniam poterit per alium operari: vt. ſ. de epiſ. & cle. l. quiſquis. & l. ad ſimilitudinem. & ff. de vſufru. leg. l. iij. Item not. quòd quæ-

a *Et bene: vt ſciſe teneatur ſeruire: ſed cauſatiue ſi nō*

cationis licētiam.[a] Quid enim distat, siue ipse legatarius maneat, siue alij cedat vt mercedem accipiat?[b] & multo magis si habitationis[c] vsumfructum reliquerit: cum & nimiæ subtilitati satisfactum videatur etiam nomine vsusfructus addito. In tantum etenim valere habitationem volumus, vt non antecellat vsumfructum:[d] nec dominium[e] habitationis speret legatarius, nisi specialiter euidentissimis probationibus possit ostendere & dominium eius domus sibi esse relictum.[f] Tunc etenim voluntati testatoris per omnia obediendum est. ¶ Quam decisionem locum habere censemus in omnibus locis[g] quibus habitatio constitui potest.[h] Dat. XVIII. Kalend. Octobr. Lampadio & Oreste. VV. CC. Conss.

*Appellatio hæredis relatiua ad id quod de ſui natura non eſt tranſmiſſibile ad hæredes, in perſona primi hæredis finitur. hoc dicit ſecundum Bart. Vel ſic: Si teſtator legat proprietatem deducto vſufructu, mortuo primo hærede finitur vſusfructus, & cōſolidatur cum proprietate. Salyc.*

XIIII. Idem. A. Iuliano. P. P.

ANtiquitas dubitabat, si quis fundum vel aliam rem cuidam testamento relinqueret, quatenus[i] vsusfructus apud hę redem[k] maneret, si huiusmodi constaret legatum. Et quidam inutile legatum esse existimabāt, quia vsusfructus nūquam ad suā rediret proprietem,[l] sed semper apud hæredē remaneret: & forsitan hoc existimabant, quia & secundus hæres, & deinceps, successores vnius esse videantur,[m] nec possit huiusmodi vsusfructꝰ secundum veterem distinctionem solitis[n] modis extingui. Alij autē huiusmodi legatum nō esse respuendum existimauerunt.[o]

¶ Tales altercationes decidentes, sancimus & huiusmodi legatum firmū esse, & talē vsumfructum[p] vnà cum hærede[q] finiri: & illo moriente, vel aliis legitimis modis eum amittente,[r] expirare. Quare enim iste vsusfructus sibi tale vindicet priuilegium, vt à generali interemptione vsusfructus ipse solus excipiatur?[s] quod ex nulla induci rationabili sententia manifestissimum est. Et propter hoc, & vsumfructum finiri, & ad proprietatem suam redire, & vtile esse legatum sancientes, huiusmodi pauciſsimis[t] verbis totā eorū ambiguitatē deleuimus. D. XV. Kal. Octob. Lāpadio & Oreste. VV. CC. Conss.

*Si per ſeruū fuit vſusfructus acquiſitus: alienatio eius non tollit acquiſitionem iam factam, nec manumiſſio, nec mors. Bald. Vel ſic: Per alienationem partis ſerui, non extinguitur vſusfructus ſeruo conceſſus. hoc dicit ſecundum Barto.*

XV. Idem. A. eidem Iuliano. P. P.

INter antiquam prudentiam dissensio incidit, si per seruū vsusfructus domino fuerit acquisitus,[u] & ex quibusdam casibus (multi[x] enim casus rebus incidunt mortalium) pars huius serui ad alium perueniat: vtrū omnis vsusfructus qui antea per seruum ad aliquem peruenerit, apud eum remaneat: an totus tollatur, vel ex parte deminuatur, ex parte autem apud eū resideat? Et super huiusmodi dubitatione tres sententię vertebantur. Vna, quæ dicebat ex particulari alienatione serui totum vsumfructū deminui. Alia, in tantū vsumfructū[y] deminui, in quantū & seruus alienaretur. Tertia, quæ definiebat partem quidē serui posse alienari, totū autē vsumfructū apud eum remanere qui antea seruū in soli-

dam ad tempus valent, quæ in perpetuum non valent: vt ff. communi diuidun. l. in hoc iudicium. §. si conueniat.

m *Videantur.* vt & ff. de verbo. sig. l. hæredis. & l. sciendum. & j. de hæredi. instit. l. fi. & ff. de peti. hæredi. l. iij. Fallit tamen in duobus casibus, scilicet in pupillari substitutione, & in operis: vt in il la. l. de verborū signifi. l. sciendum. & ff. de vulga. substitu. l. qui liberis. §. hęc verba. & in casu huius. l.

n *Solitis modis.* quia non morte, secundum dicta prædicta.

o *Existimauerunt.* & bene.

p *Vsumfructum.* quia talia sunt subiecta, quæ lia permittunt prædicata: quia talis est natura vsusfructus.

q *Cum hærede.* primo, nisi constet & de secundo sensisse: & tunc erit duo vsusfructꝰ, & quilibet solitis finitur modis: vt ff. de verbo. obli. l. stipulatio ista. §. si quis ita. & hic. Item in eo quod dicit, morientе primo finiri, est argu. contra. ff. de iure immu. l. iiij. sed ibi fuit cōcessa immunitas sibi & posteris generaliter. Item argu. contra. j. de leg. l. in annalibus. & ibi solui.

r *Amittente.* scilicet p capitis deminutionē.

s *Excipiatur.* quod ergo generaliter dicitur, generaliter intelligatur: vt ff. de leg. præſl. j. §. generaliter. & ff. de Publici. l. de precio. & in Decretis. xix. distin. c. si Romanorum.

t *Pauciſsimis.* No. q multa verba pauciſsima appellat, sicut faciunt allegantes qui dicunt, vnum verbum dicā: & multa proferunt. & fa. ad hoc. j. de bonis vacan. l. ij. lib. x.

INter antiquā.] C ASVS. Olim si testator seruo alteriꝰ vsumfruc. legasset, & sic dominus per seruum acquisisset vsumfruc. dubitabat si dominus partem serui alienasset, vtrum pro parte finiretur vsusfruc. vel in totum, vel ad proprietatem rediret: an penes dominum remaneret? circa hanc dubitationem recitantur opiniones. vna erat, quia si testator partem serui alienasset, in totum finiretur vsusfruc. Secunda, quòd in parte remaneat. Tertia, quòd siue sic, siue sic, apud dominum remaneat integer vsusfruct. & hanc opinionem approbat impe. statuens quòd hoc obseruetur: vt sicut ab initio apud dominum intelligitur vsusfruct. ita & nunc, etsi seruus pro parte fuerit alienatus.

u *Acquiſitus.* re: vel saltem dies cessit. aliàs secus: vt ff. quando dies leg. ce. l. si post. §. fi.

x *Multi.* interpositio est. Accursius.

y *Vſumfructum.* distinguendum est vtrum contemplatione domini, vel serui.



BIU Cujas

a *Retentione.* vt. j. l. pxi. & ff. de reb. dub. l. quoties in actionib⁹.
b *Etsi pars.* vt hic, & arg. ff. de ser. vt pomũ. §. j. idem etiam si totus alienetur: vt. ff. qui. mo. vsufruc. amit. l. si seruo. & l. repeti. §. si quis. & j. eo. l. fi. & arg. ff. de dona. causa mor. l. fi. Sed contra. ff. de vsufruc. l. qui vsumfructum. §. fin. prout est ibi in litera, seruo Titij. Sol. ibi contemplatione serui erat relictus: hic domini. Vel hic corrigit. Vel ibi est seruus mortuus: hic alienatus. Si autẽ habeas ibi, vsumfructum serui Titio: non est contra.

*Corruptionem.*] CAVS. In prima parte huius. l. dicitur quòd olim erant certi modi per quos finiebatur vsufruc. morte, vel capitis deminu. vsufructuarij, vel non vtendo, actione scilicet psonali ex testamento, vel ex stipulatu, si in stipulationem deductus esset vsusfru. per quem petebatur vsufruc. certũ quasi erat satis quòd morte vel capi. demi. vsufruct. tollebatur: sed dubitabatur an anno vel biennio actiones tollerentur, sicut vsufruc. Hanc dubitationem decidit imperator, statuens ꝙ vsufruc. anno vel biennio non vtendo non finiatur: nec actiones competentes ex prædicto tempore, si fructuarius tacuerit, nec petierit: nisi præscriptio domino vindicanti obiici consueuit: puta decem inter præsentes. xx. inter absentes. tanto tempore actio perit. & hoc in prima. In secũda dicit, nó qualibet capitis demi. finietur vsusfruct. sed maxima, & media: sed non minima. & ponit simile in filiofami.

c *Corruptionem.* id est amissionem.
d *Deminutione.* etiam minima. Accursius.
e *Vel non vtendo.* per annum vel biennium.
f *Quibusdã.* vt rei interitu, vel mutatione, vel consolidatione: vt institu. eo. §. finitur.
g *De personali.* scilicet ex stipulatu, si per stipulationem fuit promissus: vel ex empto, si fuit venditus: vel ex testamento, si fuit legatus.
h *Eam tolli.* scilicet actionem personalem. Accursius.
i *Non vtendo.* id est non deducendo eam in iudicium, vel etiam non vtendo vsufructu post traditionem vel quasi, amittit actionem, vt statim dices.
k *Si.* id est an.
l *Altercantibus.* Sed certe non iuste videtur quæri vel dubitari de actione personali an tali tempore tollatur, nisi cum in testamento est relictus: & quis per biennium non petiit: tunc enim potest iuste quæri de vsufructu, an tollatur non vtendo: quia statim competit adita hæreditate: vt. ff. quemadmodum ser. amit. l. si partem fundi. §. j. Item non potest iuste quæri de actione ex testamento, quę simul competit. Cum autẽ per contractum inter

dum habebat. & in nouissima sententia summum auctorem iuris scientiæ Saluium Iulianum esse inuenimus. ℣ Nobis autem hæc decidentibus placuit Saluij Iuliani admitti sententiam, & aliorum qui in eadem fuerunt opinione: quibus humanius visum est non interemptionẽ vsusfructus studiosam esse, sed magis retentionem, [a] quatenus etsi [b] pars serui alienetur, tamen neque pars vsusfructus depereat, sed maneat secundum suam naturam integer atque incorruptus: et quemadmodum ab initio fixus est, ita & conseruetur, ex huiusmodi casu nullo deterioratus modo. Dat. X. Kalend. Octobr. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss.

*Hæc est subtilis lex, & materia eius est de apicibus iuris: & breuiter hoc intendit: Vsusfructus non vtendo, & personalis actio pro eo seu pro patientia competẽs spacio longi temporis finitur, non minori spacio. Item vsusfructus non finitur minima capitis deminutione: sed media, quæ ciuitatem adimit, vel maxima, vel morte naturali. Baldus.*

XVI. A. Idem. A. Iuliano præfecto prætorio.

CORruptionem [c] vsusfructus multiplicem esse veteribus placuit, vel morte vsufructuarij, vel capitis deminutione, [d] vel non vtendo, [e] vel aliis quibusdam [f] non ignoratis modis. ℣ Sed de vsufructu quidem hoc indubitatum fuerat: de personali [g] autem actione, quæ super vsufructu nascitur, siue in stipulationem vsusfructus deductus sit, siue ex testamento relictus, dubitabatur: morte quidem vsufructuarij, & capitis deminutione eam tolli, [h] omnibus concedenti-

A uiuos in conuentionẽ deducitur, aut est traditus, & tunc tollitur actio solutione: vt institu. quibus mo. tollitur oblig. in prin. & sic non potest esse quæstio an debeat tolli tempore, vel non. Aut non est traditus: & tunc nó amittitur tẽpore vsusfructus, cũ non fuerit: vt. ff. de vsufructu leg. l. Sempronius. & ff. quibus mo. vsusfru. amitta. l. j. §. sed ita demum. & §. fi. Sed nec actio personalis potest tunc tolli, nisi. xxx. an. vt. j. de constitut. pecu. l. ij. & j. quib. non obstat long. tempo. præscrip. l. neque mutui. Ad hoc respond. quia procedit quæstio vbi etiam inter viuos constituitur: sed non ante traditionẽ, sed post. nã non est verũ quòd per traditionẽ, tollatur actio pro eo competẽs, cũ in eo non sit traditio: vt. ff. e. l. iij. §. dare. & ff. de acquir. re. do. l. seruus. §. incorporales. Sed in rebus corporalibus illud tenet, quòd solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio. Nec obstat quòd mihi constitutus per patiẽtiam, & me viuente dicitur mihi deberi: sicque res mea mihi debetur: quia (vt dixi) cum non sit ibi vera traditio, non mere efficitur meus: quod studiosus lector potest notare: quia pluries dicitur, iste vtitur seruitute debita. Præterea & res mea quandoque mihi debetur, scilicet ratione eius qđ meum non est, scilicet restitui: vt. ff. de verb. oblig. l. nemo rem. Secundo videtur quòd Iustinianus non respõdeat huic quæstioni de personali actione, [a] sed dico ꝙ plene respondet cum dicit, nisi talis exceptio vsufructuario &c. Aduerbium enim nisi &c. excipit de eo generali quod dixerat, scilicet nec actionem, nec vsumfructum non vtendo tolli &c. tunc ergo vsusfructus & actio tollitur. Et sic est mirabile, ꝙ actio personalis competens pro vsufructu, tollit. x. an. inter præsentes, & inter absentes. xx. vt hic dicit. Sed an ipso iure? Respondeo non: sed per exceptionem, quia tempus &c. vt. ff. de act. & oblig. l. obligationum fere. §. placet. sed si capitis deminutione vel aliis modis amittitur, tunc ipso iure.

† *aliàs, vsufructuarius, an persona-lis act. &c.*

*Mea res quandoque mihi debetur.*

*a Istã glo. reprobant hic Petr. Bald. & Pau.*

*Actio personalis. x. vel. xx. an. aliquando tollitur.*

B

C

D

bus: non vtendo [i] autem, si [k] per annum vel biennium forsitan eundem vsumfructum nó petierit vsufructuarius, * sic personalis actio tollatur, altercantibus. [l] ℣ Sed nos hoc decidentes sancimus, non solum actionem quæ de vsufructu nascitur, sed nec ipsum vsumfructum non vtendo [m] cadere, [n] nisi tantummodo morte vsufructuarij, & ipsius rei interitu, sed vsumfructum, quem sibi aliquis acquisiuit, hunc habeat, dum viuit, intactum: cum multæ & innumerabiles causæ rebus incidant mortalium, per quas homines iugiter retinere quod habent, non possunt. [o] ℣ Et est satis durum, per huiusmodi difficultates amittere quod semel possessum est: nisi talis exceptio vsufructuario opponatur, quæ etiam si dominium vindicaret, posset eum præsentem vel absentem excludere. [p] ℣ Sed neque per omnem capitis deminutionem huiusmodi detrimentum imminere nostris patimur subiectis: (quare enim si filiusfamilias fuerit is qui vsumfructum habet, forte ex castrensi peculio, vbi nec patri vsusfructus acquiritur, ei possessum, per emãcipationem eum amittat? [q]) sed secundum quod definitum est, tunc eum tantummodo desinere, cum vsufructuarius vel res pereat, & tantummodo eum cum anima [r] vel rei substãtia expirare: nisi prædictæ exceptionis vigor reclamauerit: excepta videlicet tali capitis deminutione, quæ vel libertatem vel ciuitatem Romanam possit adimere. tunc etenim vsusfructus omnimo-

i *Non vtendo.* vt olim, scilicet per annum vel biennium.
n *Cadere.* nec alio modo.
o *Non possunt.* sic. j. de præscrip. xxx. an. l. fi. & ꝟ. l. proxi.
p *Excludere.* x. annis vel. xx. Sed qd si in re mobili est vsusfructus? an tolleretur actio personalis triennio? Respond. non, cum vsusfructus rei immobili cõparetur: vt. j. de prescrip. long. temp. l. fi. in fi. & ff. de vsucap. l. iusto. §. non mutat. & j. titu. j. l. sicut.
q *Amittat.* q. d. nó. & sic nõ tollitur minima capitis deminutione: vt institu. de acquisi. per arrog. in prin. & institu. de vsufruc. §. fi.
r *Anima.* id est morte.



BIU Cujas

*Ex libris.* CASVS. Si seruo aut filiosa. testator vsumfru. fundi legasset: & sic dominus per seruum, vel pater per filium vsumfru. acquisisset: dubitatio erat, an media, vel maxima capitis deminutione, vel morte, vel emãcipatione filij, vel serui alienatione, vel manumissione finitus esset vsusfr. vel penes patrem, & dominum, quibus per seruum vel filium acquisitus erat, remaneret. Hãc dubitationem remouet hic imperator, ac decidit, ꝙ nõ obstante calamitate filio vel seruo contingente, vsusfru. apud patrem vel dominum integer maneat. hoc in prima. Si autem pater vel mediam vel maximam capitis demi. passus fuerit, vel decesserit, an ob hoc penes filium remanebit vsusfru. cui erat acquisitus? Et dicitur ꝙ nihilo minus remanet apud filium, cum præsumatur & sit verisimile testatorem filio magis contemplatione ipsius filij, quàm patris vsumfr. reliquisse. & hoc in secunda. & no. ꝙ de domino rationem non fecit capitis demi. &c. sed in ea dubitatio nõ esset, &c. Viuia. & hæc lex & superior sunt de quĩquaginta decisionibus secundũ Bal. hic.

a *Ex libris.* quos non habemus.

b *Emancipatione.* hoc respicit legẽ, inter antiquam. ff. eo.

c *Intactum.* immo videtur amitti: vt. ff. de vsufru. l. qui vsumfruc. §. fi. prout est ibi, seruo Titij. Sol. refert contẽplatione domini tantum sit relictus: & tunc non perit. an serui, & tunc domino perit. aut dubium est: & tũc obtinet hæc. l. & eo modo soluitur aliud contra. ff. de donat. causa mor. l. si filiofami. & ff. de vsu & habita. l. plenum. §. fi vsus. argu. contrarium huic solutioni infra in fin. huius. l. Alij dicunt quòd illa. l. qui vsumfructum. corrigitur. aliæ duæ in aliis casibus loquuntur. nam aliter quencunque dixeris vsufructuarium: stare non potest, vt dicunt. præterea lex illa, plenum. non est contra: quia hic tractat de cuius morte finiatur, ibi nondum finitus vsusfructus ad quem porrigatur. Vel potest dici ꝙ principium l. huius dicit quando contemplatione patris: finis vero quando contemplatione filij. Item adhuc est contra. ff. de verbo. oblig. si stipulatus fuerim. in princi. &. ff. de min. l. iij. §. sed & si ei legatum sit. & ff. de iniur. l. sed si vnius. §. fin. Solu. ibi loquitur in his quæ personæ cohærent filij vel serui. Item adhuc contra. j. de bo. quæ lib. l. cum oportet. & l. fin. nam nec in aduentitiis, nec in profectitiis, nec in castrensib⁹ vel quasi, locum habere potest hæc lex. sed respondeo hic loqui cum dubium est cuius contemplatione. vel hoc corrigitur.

*Vsusfructus seruo relictus, quãdo dicitur finiri.*

d *Neque si pater.* quid de domino? Respon. secus. nam seruus non habet, nec ad hæredem transit. at filius habet, non vt hæres: sed vt vsufructuarius.

e *Contemplatione magis.* comparatiue. Et not. arg. quòd in dubio contemplatione filij relictum præsumitur: vt. arg. j. arbi. tu. l. si defunctus.

*DE SERVITVTIBVS, ET AQVA.*

*Dixit de seruitutibus personalibus, nunc de seruitutibus rerum: vt ff. eo. l. 1. & specialiter ponit de aqua, generaliter de aliis: quia quædam specialia in ea est dicturus: vt infra. l. 2. sic & diuina scriptura, Dicite discipulis eius, & Petro.*

*Mar. 16.*

do ereptus, ad suam reuertatur proprietatẽ. Dat. Kal. Octobr. Constantinopo. Lampadio & Oreste. VV. CC. Conss.

*Vsusfructus filiofamilias vel seruo alieno relictus, acquiritur patri & domino: & licet filius vel seruus moriantur, vel statum mutent, residet nihilo minus penes patrẽ & dominũ. sed patre mortuo, vel mediam seu maximam capitis deminutionem passo, vsusfructus redit ad filium, à quo habuit originem, & ad quem testator præsumitur hæ buisse contemplationem. h. d. Bald.*

B

XVII. Idem. A. Ioãni præf. præto.

EX libris[a] Sabinianis quæstio nobis relata est, per quam dubitabatur, si vsusfructus per seruum acquisitus, vel per filiũfamilias, capitis deminutione filij magna, vel media, vel morte, vel emãcipatione,[b] vel serui quacunque alienatione, vel morte, vel manumissione posit adhuc remanere. Et ideo sancimus, in huiusmodi casibus, neq; si seruus vel filiusfamilias in præfatos casus inciderit, interrumpi patri vel domino vsumfructum qui per eos acquisitus est, sed manere intactum.[c] Neque si pater[d] magnam capitis deminutionẽ vel mediam passus fuerit, vel morte ab hac luce fuerit exemptus, vsumfructum perire: sed apud filium remanere, etiam si hæres à patre non relinquatur. Vsumfructum enim per eum acquisitum, apud eum remanere etiam post patris calamitatem oportet, cum plerunque verisimile sit testatorem contemplatione[e] magis filij quàm patris vsumfructum ei reliquisse. Dat. XV. Kalend. Nouemb. Constantinopo. post consulatum Lampadij & Orestæ. VV. CC.

C

*TITVLVS XXXIIII.*

## DE SERVITVTIBVS, & aqua.

*Ista est notabilis lex, & habet tres lecturas: & secundum primam lecturam hoc intendit. Seruitus quæ habet causam continuam, acquiritur spacio longi temporis si præscribens fuerit bonæ fidei. hoc dicit secundum Bart. Vel sic secundum Salyce. Seruitus habens causam continuam, præscribitur longo tempore ab eo qui possidet bona fide: quia non vi, non clam, vel precario. hoc dicit secundum primam lecturam. Vel sic: Libertas contra seruitutem altius nõ tollendi, longo tempore præscribitur ab eo qui bona fide fuit in quasi possessione libertatis. hoc dicit secũdũ secundã lecturã. Vel sic: Patientia eius qui possidet vi, clam vel precario: non sufficit in præscribenda seruitute, etiam ab eo qui possidet bona fide. hoc dicit secundum tertiam lecturam.*

D

I. Imp. ANTONINVS A. Calphurniæ.

SI quas actiones aduersus eum qui ædificium cõtra veterem formam exSI quas. Pone casum tribus modis. Primo secundum antiquos, Domus tua debebat seruitutem domui meæ altius non tollendi quæ acquisita erat domui meæ tempore. nunc tu altius extra. altas contra seruitutem debitam: agam contra te vel vti possidetis, vel confessoria: & vincam si bonam fidem habui in præscribendo, non autem si vi, vel clam, vel precario sim vsus seruitute. Et secundum hunc casum dic ꝙ hæc seruitus potest quæri tempore, cum habeat perpetuam causam. & incipit ab eo tempore quo vicinus meus fuit aliquando à me prohibitus ædificare. nam ex tunc incipit possidere iure seruitutis: quod est necesse: vt. ff. quemadmodũ serui. amit. l. fin. alioquin clam possidere viderer: quod non debet esse: vt hic dicit. Itẽ ꝙ dicit, longi temporis, proprie dicit secundum nos, licet quidam dixerint, cuius temporis nõ est memoria, per. l. ff. de aqua plu. arcen. l. j. in fin. & l. ij. Item quòd dicit, vicem seruitutis constitutæ: scilicet per pactum vel per vltimã voluntatem. & sic consuetudo æquiualet veritati. Item ꝙ dicit, si modo is qui pulsatur: dic, id est tu qui pulsaris, id est inquietaris ædificatione illius: vel eo agente negatoria. Et quòd dicit, possidet, id est quasi possidet seruitutẽ: quia vere non possidentur: vt. ff. de acquir. re. domi. l. seruus. §. incorporales. Itẽ hæc verba, vi &c. expone vt. ff. de vi & vi arma. l. vim facit. clam, expone vt. ff. de acquirenda possess. l. clam. precario, expone vt. ff. de preca. l. j. in prin. Vel dic secundo: Domus tua debebat seruitutem domui meæ altius non tollendi, per constitutionem: altius ædificatam habuisti longo tempore contra veterẽ formam. i. seruitutem. si ago contra te, iudex te absoluet: si modo nec vi, nec clam, nec precario sic tenuisti. Et ꝙ dicit, vicem seruitutis, scilicet amissæ per pactum. vel proprie. l. acquisitæ, scilicet illi cui domus seruiebat contra meam domũ, nam libertas eius quodammodo dicitur seruitus meæ. Item ꝙ dicit pulsatur, proprie ponit. Et secundum vtrunque supra dictum casum, quæro an sufficit si ab aduersario nõ teneatur precario, vi, vel clam, licet ab alio teneatur? Sed dic à nemine debere habere precario, cum bonã fidem debeat habere: vt. ff. quẽadmodũ serui. amit. l. fi. & de aqua plu. arcen. l. fi. licet sit arg. cõtra. ff. vti possi. l. j. §. fi. & l. ij. Vel dic tertio: Domus tua debebat seruitutem domui meæ altius non tollendi, tempore mihi quæsitam, vt asseror: si tu ædificas, ego agam & vincam te, ita demum, si tu contra quẽ præscripsi, non possidebas domũ tuam eo tẽpore quo præscripsi contra te, vi, vel clam, vel precario: nam tunc sicut nõ posses mihi in ea per pactum cõstituere seruitutẽ, sic nec per præscriptionem in ea quæram seruitutem. dic ergo, si quas &c. Sed quæ sunt actiones quę pro seruitutibus competunt? Respon. confessoria. Item vti possidetis vtile: vt. ff. si ser. vin. l. ij. in princ. & §. ij. & de serui. l. penul. Itẽ negatoria quæ datur ecõtra: sed nõ simul: quia hoc esse nõ posset. *ADDITIO.* Ioanni Fabro in suo breuiario placet tertia lectura, quia notabilior: licet doctores primam approbent: quia aptior. Et si videre optas quanto tempore acquiratur seruitus, & à quo tempore incipit possideri: & an requiratur & præsumatur bona fides: vide hic plene & familiariter per

ter per ipsum dominum Ioan. Fab. in suo breuiario.

truxit, vt luminibus [a] tuis officeret, competere tibi existimas, more solito [b] per iudicem exercere non prohiberis. [c] Is qui iudex erit, longi tẽporis [d] consuetudinem, vicem seruitutis [e] obtinere sciet: modo si is qui pulsatur, [f] nec vi, nec clam, [g] nec precario possidet. PP. III. Id. Nouẽb. Gẽtiano & Basso Cõss.

*Ista lex est singularis, & est clauis in tota materia. & h.d. Seruitus quæ habet causam continuam, acquiritur longo tempore, nisi fuerit interrupta: nec repetit quis expensas quas fecit in re contemplatione seruitutis. h. d. Bald.*

II. Idem. A. Martiali.

SI aquam per possessionem Martialis eo sciente [h] *duxisti: *seruitutem exemplo rerum immobilium tẽpore quæsisti. [i] Quòd si ante id spacium eius vsus tibi interdictus [k] est, frustra sumptus in ea re factos [l] præstari tibi postulas: cum in aliena possessione operis facti dominium quoad *in eadem causa manet, [m] ad eũ pertineat, cui [n] est possessio. [n] PP. Kaled. Iul. Læto & Cereali Conss.

QVotiens. ] CASVS. Paterfamil. tres filios habens, & tria prædia, & in vnoquoque prædio tria mancipia, vnicuique filiorum certum aſsignauit prędium cum mancipiis quę in eo erant, & deceſsit: an filij huic diuiſioni, quam pater in teſtamento fecit, ſtare debeant, quæritur? Dicitur q ſic. & hoc in prima. Si autem in inferiori parte teſtamenti ſic dixit teſtator: rogo vos ô filij de mancipiis quæ vobis reliqui, quòd eos clementer tractetis. an videatur per hæc verba, mancipia quæ prius diuiſit, communicaſſe, quæritur? Reſpon. quòd non. & hoc in ſecunda.

d *Hæredes.* Not. generalem clauſulam referri ad antecedentia.

e *Diuidit.* & ſic dico, quòd ſi pater inter filios ſuos in ſolenni voluntate diuiſit bona aſsignando cuilibet certam portionem vel etiam certam rem: pro eodem habeo ac ſi dixiſſet, hæredes inſtituo. nam quilibet neſcit dicere, hæredes inſtituo. Si autem in minus ſolenni voluntate, dico idem, ſi aſsignauit ei quotam portionis. Si autem certam rem: tunc non vt teſtamentum valebit, ſed vt voluntas ab inteſtato. Alij tamen aliter dicunt: vt. j. eod. l. filij. dicemus. H.

f *Contentos.* quæ inſtitutio valet: vt. ff. de hæredi. inſtitu. l. ex facto. ij. §. j. & ff. e. l. ſi filia. §. ſi pater. & ſunt hæredes, cum nulli alij ſint hæredes. aliàs eſſent iſti tales loco legatariorum: vt. j. de hæred. inſti. l. quotiens.

g *Legis Falcidiæ.* quæ debetur iure inſtitutionis: vt probatur. ff. de hęre. inſti. l. ex facto. ij. vel quæ debetur iure naturæ: nam quãcunque vult poteſt retinere. De Trebellianica autem poſſet etiã quis hoc intelligere: licet quidam dicant quòd nõ habet locum, niſi cum rogatus eſt quis reſtituere totam hæreditatem, vel quotam portionẽ. & pro eis. ff. ad Trebell. l. mulier. j. §. fina. & l. nam quod. §. fina. & l. cogi. in princip.

h *Verbis.* ſcilicet teſtamenti.

i *Commendanda.* id eſt cõmendauit: ſic. ff. eo. l. cum putarem. ex quo videbatur in commune redegiſſe, quæ ante diuiſerat: ſed nõ eſt ita, vt dicit. & ſic ſequentia per præcedentia intelliguntur: vt ff. de lega. j. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. & de lega. ij. l. legatorum. §. fi. Sed argu. contra. ff. de verbo. ſignifi. l. ſi eum fundum. & de lega. iij. l. is qui cum plures.

k *Inſinuaſſe.* id eſt cõmendaſſe.

*Inter filios.* ] CASVS. Si paterfamilias vel materfamilias ab inteſtato deceſsit, & filios vel filias reliquerit: in bonis eorum qualiter inter liberos facienda eſt diuiſio, quæritur? Reſpond. quòd pro portionibus virilibus. Viuian. Et intellige iſtam. l. in bonis allodialibus. Secus in feudalibus, quę non tranſeunt ad fœminas, ſed maſculos tantum. Pau. † *aliàs. Callus, & Voluſianus. AA.*

l *Æquo iure.* id eſt æquitate ſola inſpecta. cum enim ex ſententia iuris fieri debeat, ſicut ipſe legiſlator æquitatem ſequitur: ita & iudicem ſequi oportet: licet quandoq; non ita ſequatur, oculo iudicis caligante.

m *Explorati iuris eſt.* à ſapientibus: vt inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. in princip. & j. de leg. hæred. l. lege. & de colla. l. vt liberis. & ff. de ſuis & legi. l. j. in princip.

*Non ideo. CASVS.* Duo fratres bona paterna inter ſe diuiſerunt. an ob hoc quòd ſcriptura non interuenit, diuiſio ſit minus obſeruanda, quæritur? Dicitur quòd non, cum fides &c. quaſi dicat, cum poſt diuiſionem factam inſecuta eſt poſſeſsio: quia quilibet poſſeſsionẽ apprehẽdit, & ſic euidẽtia facti probat.

n *Habenda eſt.* vt. ſ. de pac. l. pactum quod bona. & de rei vindic. l. indicia. &. j. de proba. l. proprietatis.

o *Fides.* quia diuiſio facta eſt, & poſſeſsio inde ſecuta eſt: vt. j. eo. l. ſi diuiſionem. & facit. ſ. ſi mi. ab hæred. ſe abſti. l. j.

CErtum eſt. ] CASVS. Si paterfa. habens filios, eos ſcripſit hæredes: an peculia profectitia, quæ filij habent, veniant in diuiſionem cum cæteris bonis poſt mortem patris, quæritur? Reſpon. q ſic. & hoc in prima. Si autem vnus ex filiis viuente patre & ignorante cũ aliquo contraxit, & eius debitor factus fuerit, an cohæredes ſuos cõuenire poſsit vt cõferant illud debitũ, quæritur? Dicitur q non, niſi vt de peculio ſuo tantũ recipiat, in quantum his cũ quibus contraxit, fuerit condẽnatus. & hoc in ſecũda.

p *Peculia.* profectitia, ſubaudi. nam caſtrenſia vel quaſi non cõferuntur: vt. ſ. e. l. ſi filiusfamilias. &. j. de col. l. ea demum. & l. filiæ licet. Item nec aduentitia hodie: vt. j. de colla. l. ſi. Sed quomodo reuocantur ad communionem, cum nec diſceſſerint: vt. j. de col. l. filiæ licet? Reſpond. quatenus de facto exiuerunt, ſcilicet quo ad adminiſtrationem: vt &. ſ. de inoffic. dona. l. ſi totas. ſic. ſ. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. ij. §. fina.

q *Conuenire.* vtili iudicio famil. erciſcun. non directo: vt. ff. eo. l. & puto. §. ſed & ſi dolo. verſi. & ideo. l. qui erat. in fi. Vel ſpeciale in filiis: vt. ff. eo. l. hæredes. §. ſi filius.

r *Vltra non poteſt.* niſi fuerit in rem patris verſum, vel eius iuſſu contractum: tunc enim præſtabitur de ſubſtantia patris ſolidum: vt. ff. eo. l. ſi filia. §. j.

quantam cõdemnatus [a] est his cum quibus ipse contraxit.

*Ex diuisione iudicis obligatur quis de euictione sicut ex diuisione contrahentium, nisi vnusquisque receperit in se rei euẽtum. hoc dicit. Bald. Vel sic: Ex diuisione etiam facta iudice mediante, tenetur quis de euictione per actionem præscriptis verbis, nisi fuerit expresse actum contrarium. Pau. de cast.*

XIIII. Iidem. AA. Hermiano.

SI familiæ erciscundæ iudicio, quo bona paterna inter te [b] ac fratrem tuum æquo iure diuisa sunt, nihil super euictione rerum singulis adiudicatarũ specialiter inter vos conuenit, id est [c] vt vnusquisque euentũ† rei [d] suscipiat: rectè possessionis euictæ detrimẽtum fratrem & cohæredem tuum pro parte [e] agnoscere, præses prouinciæ per actionẽ præscriptis verbis compellet. Dat. VIII. Kal. Septembr. AA. Coss.

*Ex pacto nudo diuisionis non oritur actio, nec transfertur dominium, nisi traditione secuta. Bald. & Pau. de castro.*

XV. Iidem. AA. Theophilo.

SI diuisionem conuentione

† *Id est, periculum. Pau.*

a *Condemnatus est.* vt. ff. eod. l. his consequenter. §. si filius. & ff. de pecu. l. si quis seruum. in princip. & l. quæsitum. §. j. & ij. & ff. de condic. indebi. l. frater à fratre. Item quod dicit condemnatus, ad factum respicit: quia & si condemnatus non esset, sed tantum obligatus, idem iuris esset secundum quosdam. sed certe immo non idem: quia tũc non deduceret, sed sibi caueretur à cohæredib⁹ se defensum iri: vt. ff. de pecul. l. sed si damnum. §. fina. Item hoc cauere debet cohæredibus, se defensurum eos: vt. ff. eo. l. si filia. §. ij.

*SI familiæ.*] CASVS. Paterfamil. decessit duobus hæredibus relictis, iudicio famil. erciscun. hæreditate inter eos diuisa: puta vt vnus haberet prædia quæ erant vltra Rhenum, & alius citra: nec super euictione aliquid inter eos conuenit: puta si prædium aliquod vltra Rhenum esset euictum: cohæres qui habebat citra, pro parte cognosceret, vel econtra: an eo obstante quòd non conuenit, compelletur onus euictionis subire, quæritur? Respon. quòd sic, per actionem præscriptis verbis.

b *Inter te.* secus si pater inter vos duos diuisit: quia de euictione nõ agitur: vt. ff. de leg. ij. l. cum pater. §. euictis. Accursius.

c *Id est.* istud id est, non expositiue, sed exemplificatiue ponitur. q. d. nihil conuenit, id est non hoc vt vnusquisque &c.

d *Rei.* contra. ff. de act. emp. l. emptorem. §. fi. vbi dicitur quòd pacto interueniente de euictione nihilo minus agitur. Solu. hic vertitur vtilitas vtriusque, ibi non.

e *Pro parte.* nam cum vnaquæque res sit communis cohæredibus pro indiuiso, in iudicio familiæ erciscundæ fit adiudicatio in singulis rebus, & sic habet vnusquisque cohæres partem alterius in qualibet re sibi adiudicata: aliam vero partem ex se. pro parte igitur quam habet ab alio, habet eum de euictione obligatũ per actionem præscriptis verbis, quæ nascitur ex permutatione rerum. Est enim in diuisione quædam permutatio: & ideo bene dicit, præsciptis verbis agendum: vt. ff. de rerum permu. l. j. & de præscrip. verb. l. naturalis. §. sin autem do rem. & ad hoc. j. titu. ij. l. si fratres. &. ff. eod. l. hæredes. §. penult. & . ff. de euictio. l. si cum venditor. §. j. Sic ergo distingue: aut conuênit vt de euictione teneretur, & tenetur: aut nihil conuênit, & similiter de euictione tenetur: nisi scienter aliquis alienum accipiat: vt. j. commu. vtriusque iud. l. si fratres. &. j. de euic. l. si fundum. Aut conuênit vt non teneretur: & tunc non tenetur: vt hic. Sed hoc casu an saltem ad precium verum agi possit? quod videtur: vt. ff. de act. emp. l. emptorem. §. fi. Sed magis puto non posse. nam hic vterque suscepit rei euentum: ibi solus emptor. [a] In casu tamen non agitur nisi cautum sit, sed alius est casus: vt. ff. de leg. j. l. si domus. §. j. Item hoc si fiat diuisio à iudice vel partibus. secus si à testatore: vt dicens. j. eo. l. si cogitatione. Item quid si vni assignetur per diuisionem iudicis totum allodium: alij feudum, qui decedens reliquit tantum filiam: an hæc filia euicto ei feudo agere possit? quod videtur, quasi non sit ei vitium quòd fœmina sit nata: vt. j. de leg. hæred. l. lege. & de lib. præte. vel exhæred. l. fina. Econtra q̃ non, sicut si res empta naturaliter interiisset, vel fato: vt. ff. de euictio. l. si seruus. Item quia pater causam præstitit. arg. ff. de euic. l. si seruum. Sed puto quòd non, cum pater eius filiæ accipiens in partem hoc sciebat posse euenire, nisi fuisset stipulatus de euictione: vt. j. de euict. l. si fundum. *ADDITIO.* Hoc vltimum intellige secundum Richard. Malumb. quando expresse stipulatus esset de euictione in hunc casum: aliàs si generaliter esset stipulatus, cum

*Diuisio, permutatio quædã est.*

*Hæredes an teneãtur sibi inuicem de euictiõe.*

*a Istã tenet Bar. & dicit eã sing. & menti tenendã: licet Guil. de Cu. & Pau. teneãt cõtra.*

sciret bona esse feudalia, & ex natura feudi euincerentur, de euictione non ageret. arg. ff. de hære. vel act. vendi. l. si nomen. & facit secundum Bart. hic. l. si quis domum. §. j. ff. locati. & ff. de damno infec. l. damni infecti stipulatio pertinet. in princ.

*SI diuisionem.*] CASVS. Duo fratres hæreditatem paternam ex consensu suo diuiserunt: & vnusquisque possessionem suæ partis quantam contingebat apprehendit. decessit alter relicta filia: inuenit portionem patris sui ab alio fratre occupatam: an eam vindicare possit, quæritur? Respond. quòd sic. & hoc in prima. Si autem diuisio tantum verbis facta fuisset, hoc modo: Diuidamus hæreditatem: vel tantum de ea diuidenda conuenerit: nec sequebatur apprehensio, & possessio non fuit subsecuta, & dominiũ non erat quæsitum patri nec filiæ: iudex familiæ erciscundę inter fratrem & filiam bona diuidet.

factam etiam possessio consensu secuta, pro solido dominium rerum quas pertinere ad patrẽ tuum placuit, ei [f] firmauit: earum vindicationem habere potes, si patri tuo successisti. Si verò placitum diuisionis vsq; ad pactum stetit: [g] arbiter familiæ erciscundæ iudicio vobis datus, communionem inter vos finiri prouidebit. [h]

*Iudex in diuidendo inter liberos, debet sequi voluntatem defuncti etiam non solennem. hoc dicit secundum Bar. & Bald. Vel sic: Iudex in diuidẽdo inter liberos, debet sequi voluntatem defuncti etiam non solennem: licet non succedatur ex testato, sed ab intestato: salua tamen Falcidia vel Trebellianica si alicui eorũ non remaneret integra. hoc dicit secundum Pau. de cast.*

XVI. Iidem. AA. Heraclio.

FIlij [i] patris testamentum [k] rescindẽdi, si hoc inofficiosum [l] probare non possunt, [m] nullam habent facultatem. [n] Sed & si tam circa testamentum, quàm etiam codicillos iudiciũ eius deficiat, [o] verũ quibuscũq; verbis [p] volũtas ei⁹ declarata sit: licet ab intestato [q] ei

f *Ei.* s. patri tuo.

g *Stetit.* & vltra non processit, & sic dominium non fuit quæsitũ: vt hic, & ff. de pact. l. traditionibus. & ff. de pact. l. diuisionis. & j. de rerum permu. l. et placito. Item intellige non valere pactum ad agendum, sed ad excipiendum sic: vt. ff. com muni diuidun. l. iij. §. fin. quæ est contra. & ff. de pact. l. cum proponas. ij.

h *Prouidebit.* non ex pacto: vt hic & dictis concordantiis.

*Filii.*] CASVS. Si testamentum fecisti & solenne: filij tui illud rescindere non poterunt nisi per inoffi. querelam. Si autẽ non solenne, puta adhibitis tribus testibus tantum: & in illa minus solenni voluntate diuisionem bonorum tuorum inter eos fecisti: puta assignando vni prædia quæ vltra Rhenum erant, alij quæ erant citra: an iudex qui cognouit fami. erciscun. iudicio, diuisionem factam in minus solenni voluntate bonorum tuorum inter eos seruare debeat, quæritur? Respond. quòd sic: dum tamen vnusquisque filius non habeat minus legitima: quod si non habeat, ex senatusconsul. sibi supplebitur.

i *Filii.* idem est in cæteris liberis: vt. j. de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. Accursius.

k *Testamentum.* non etiam coram quinque testibus factum.

l *Inofficiosum.* large ponitur hoc nomen. s. pro omni testamento quod est factũ contra officiũ pietatis, siue exhæredationé siue præteritionem cõtineat. sic instit. de suc. li. §. si vero testamentũ.

m *Possunt.* licet sit aliquis eorum gratus.

n *Facultatem.* quia nec suo iure, nec iudicis officio.

o *Deficiat.* quia nec quinque testes interfuerunt: vt. j. de codicil. l. fin. §. in omni.

p *Verbis.* puta sic dixit: omnia bona mea diuidatis inter vos filij mei, secundum quosdam: quod non placet: quia dicit retétionis modo seruato. Vel melius dic, vnum fundum tibi: & aliis alia bona reliquit. Vel dic, ipse pater diuisit.

q *Ab intestato.* Ex hoc dicunt quidam q̃ ex minus solẽni voluntate parentis nõ succeditur nisi ab intestato. quod non placet: cũ lex dicat q̃ quælibet patris voluntas inter liberos est seruanda: vt. j. e. l. fi. ergo & hic. & ita ex testaméto potest succedi. Est enim testamentum testatio mẽtis: [b] vt instit. de testamen. in prin. sed nihilo minus potest ei ab intestato succedi: vt. j. si omis. sit causa test. per totum. & sic hic dicit. & j. l. fi. nec ob. j. de testa. l. hac consultissima. §. fi. nam ibi non loquitur de filiis, sed de aliis qui possunt ab intestato succedere. Vel hoc ab intestato &c. referas ad casum cum fecit codicillos. Vel refert ex quota portione vel re certa eos instituat, vt diximus. ff. e. l. quoties.

*Ex consul-*

BIU Cujas

a *Ex senatusconsulto.* Trebelliano, cui locus est & in fideicō-missis quę ab intestato relinquuntur: vt hic euenit: vt. ff. ad Trebel. l. recusare. §. j. &. ff. ad. l. Fal. si filius familias. videtur enim hic pater fidei commisisse eorum, vt cōtenti partibus adsignatis, reliquum cætera: vt. ff. de leg. ij. l. peto. circa principium. nam & Falcidia inter hæredes locum habet: vt infra ad leg. Fal. l. à cohæredibus.

b *Seruato.* eodē modo ac si ex testamento succederetur.

c *Adiutum.* id est appropriatum.

*Cohæredibus.*] CASVS. Si testator tribus hæredibus relictis decessit: an duo absente tertio diuidere possint bona, quæritur? Dicitur q̄ absenti portio quam habuit in rebus communibus ante diuisionem, seruabitur: & eam cum fructibus percipiet: interim non timens prę-iudicium sibi fieri per diuisionē ipso absente factam.

d *Facientibus.* quod facere possunt quo ad personales præstationes: vt. ff. eo. l. ij. §. dubitādum. &. l. arbitriū. &. ff. communi diui. l. & si non omnes.

e *Derogari.* vt & infra res iter alios actas &c. Accursius.

f *Reditibus.* vt &. ſ. eo. l. non est.

*Filiæ.*] CASVS. Si duabus filiabus hęredibus institutis paterfa. decesserit: an res quas vni nostrum cōparauit nomine suo, quasi nomine filię, post mortem suam cū aliis bonis veniant in diuisionem, nisi probetur patrem cōtrarium voluisse, quæritur? Dicitur quòd non. & hoc quibusdā rescriptis imperatorum comprobatur: quibus filia, nomine cuius res comparabantur, aduersus sororem suam vti potest. & hoc in prima. An autem filia, quæ in communi hæreditate sumptum bona fide fecit, pro portione consequi possit, quæritur? Dicitur quòd sic, famil. ercis. iudicio, vel neg. gest. & hoc in secunda.

g *Res comparauit.* vnde quia nomine eius emit, videtur quòd per vltimum iudicium conferret in eam: vt hic. quod facit pro filio cuius nomine pater emit libros. & pro hoc. ff. eo. l. quæ pater. ij. &. l. Pomponius Philadelphus. & de pecu. lega. l. fi. & de dona. l. donationes in concubinam. §. species. & infra de dona. inter virum & vxo. si filij tui. Sed contra infra de colla. l. si donatione. in fin. Sol. ibi non eius nomine pater emit, sed suam rem filio donauit. Vel plenius solue vt ibi. Sed an est legatum hoc, vel donatio causa mortis? Respon. non est donatio inter viuos, quia sic non valeret: vt supra de inoffi. dona. l. ij. nec causa mortis: quia pater ex ea obligari non potuit. sed nec legatum, cum non in testamento relinquatur. Sed dic esse quasi legatum: nam & non adita hæreditate, patris confirmatur morte, secūdū Azo.

h *Eius iudicio.* quia donasse prę̄sumitur: nisi cōtra probauerit, fuerit successum, ex senatusconsulto[a] retētionis modo seruato, [b] familiæ erciscundæ iudicio aditum[c] iudicem sequi voluntatem patris oportere, iuris auctoritate significatur.

*Diuisio facta inter præsentes, inter absentis non præiudicat. h. d. Bal. Vel sic: Diuisio facta inter quosdam ex sociis, aliis absentibus non præiudicat. hid. secundum Pau. de cast.*

XVII. Idem AA. & CC. Commodiano. B

COhæredibus diuisionē inter se faciētibus, [d] iuri absentis & ignorantis minime derogari, [e] ac pro īdiuiso portionē eam quę initio ipsius fuit, in omnib⁹ cōmunibus rebus eum retinere certissimum est. Vnde portionē tuam cum reditibus [f] arbitrio familię erciscūdæ percipere potes, ex facta inter cohæredes diuisione nullum prę-iudicium timens. D. VII. Kalend. Dec. Sirmij. AA. Conss.

*Quod pater nomine vnius filii vel filiæ emit, & sibi tradidit: debet illi adiudicari. & in hoc iudicio habetur ratio sumptuum per vnum ex cohæredibus factorum in re communi. hoc dicit. Bart. Vel sic: Donatio facta à patre filiæ familias, morte confirmatur, & capit vim relicti, & præcipua adiudicatur filiæ. hoc dicit. Iac. But. vsque ad versi. In communi. ibi dicit quòd si vnus hæres de propriis expendit in rebus communibus, quòd illud recuperat à cohæredibus. h. d. Vel sic: Quod pater emit nomine vnius ex filiis, & sibi tradidit: videtur donasse: & tanquam donatum in diuisione hæreditatis sibi præcipuum adiudicatur, si donatio non fuit reuocata. Item in hoc iudicio habetur ratio impensarum factarum per vnum in rebus communibus. h. d. secundum Paulum de cast.*

XVIII. Idem AA. & CC. Dominę. C

FIliæ, cuius nomine pater res comparauit, [g] si non postea contrarium eius iudiciū [h] probetur, per arbitrium diuidundę hæreditatis præcipuas adiudicari, [i] sæpe rescriptū est. [k] His itaque, [k] si patri successisti, quę nomine tuo quædam comparasse dicis, aduersus sororē tuā apud præsidē puinciæ (si res ī-tegra [l] est) vti potes. In cōmuni autem hereditate, quin sumpt⁹ ab vno facti bona fide, familiæ [m] erciscundæ [n] iudicio, vel negotiorū gestorū actione seruari possint, non est ambiguū. †

*In hoc iudicio habetur ratio rerū à quibusdam ex hæredibus subtractarū vel deteriorātarum. Bald.*

XIX. Idem AA. & CC. Lysicrati. D

INcerti iuris non est, in familiæ erciscūdæ iudicio earum rerū quas ex coheredib⁹ quidā de cōmunib⁹ absūpserūt, [o] vel deteriores fecerūt, rationē esse habendam, eiusque rei cæteris præstandā indemnitatē. [p] Dat. XVIII. Kalēd. Ian. AA. Conss.

*Si res communis distrahitur communi nomine, precium venit in actione mandati, vel negotiorum gestorum: si vero proprio nomine, venit in petitione hæreditatis. Iaco. But. Bal. & Salycetus.*

XX. Iidem AA. & CC. Pactuelæ.

IN familiæ erciscundæ iudicio ab vno p solido rei veluti cōmunis venūdatæ [q] pciū nō venit: [r] sed mandati, si pcessit, [s] cohęres vēditoris agere potest: vel negotiorū gestorū, si ratam fecerit vēditionē. [r] Nā si velut ppriā [u] vn⁹ distraxerit, ac pciū possideat: [x] hereditas ab eo petēda est. [y] *III. *Feb. CC. Cōss.

*Iudex in hoc iudicio debet sequi patris voluntatem in rebus diuisis: sed in non diuisis sequitur iuris auctoritatē. h. d. Vel sic: Pater inter filios potest in se assumere officium arbitri diuidentis: & sufficit diuisio minus solemnis: sed quæ omittit pater, iudex supplet. h. d. secundum Bald.*

XXI. Idem AA. & CC. Fortunato.

i *Adiudicari.* sed quo titulo? tit. quasi legati adiudicati: vtpote relictum quod semper datur præcipuum: vt infra de col. l. filiam. ij. & supra eo. l. siqua.

k *His itaque.* scilicet rescriptis.

l *Si res integra.* quia nec sententiatū est, nec trāsactū est. ſ. eo. l. j.

m *Familiæ.* si res pro parte geri non possit: vel minus cōmode. cū autem commode geri potuit, pro parte agit neg. gest. vt hic subiicit, &. ff. cōmuni diui. l. si quis putans. §. fin. &. ff. eo. l. hęredes. §. si vnus. &. l. his consequenter. &. l. Pomponius. & supra de neg. gest. l. siue. &. ff. de neg. gest. l. si cōmunes ędes.

n *Erciscundæ.* in luēdo pignore quod pro parte lui non poterat: vt. ff. cōmuni diuidun. l. si quis putaris.

†Dat. Ka. XVII. AA. Conss.

*Incerti.*] CASVS. Duobus hæredibus relictis decessit testator, & vnus cohæredū de rebus hæreditariis vel cōsumpsit, vel deteriores fecit: an earū ratio sit habēda, & alij cohæredi indemnitas præstanda, quæritur? Dicitur quòd sic.

o *Absumpserūt.* id est consumpserūt. Accur.

p *Indemnitatē.* in simplum, non in duplum: & tenetur etiam hæres cohæredis: quę duo nō sic seruātur ī. l. Aquil. vt. ff. eo. l. & puto. §. fi. &. l. damno. &. ff. communi diuidun. l. item quanuis. in princ.

*In familia.*] CASVS. Decessit Titius relictis tribus hæredibus: vnus rem cōmunē vendidit, & preciū recepit: qua actione à cohæredibus ad preciū conueniri possit, quæritur? Distīguitur: aut rem communē alienauerit nomine cohæredis: aut nomine suo tantum. In primo casu subdistingue: quia aut habuit mandatum, aut nō. primo casu cōuenitur actione mandati. secundo casu, si alij cohæredes ratam habent venditionem, conuenitur act. neg. gest. nec veniet precium in iudicio fami. erciſc. quia forte venditio poterat pro parte expediri. Si nomine suo, conueniatur ad precium petitione hæreditatis.

q *Venundatæ.* id est venditæ.

r *Non venit.* hoc ideo: quia pro parte poterat expediri: vt supra eo. l. filiæ. in fine diximus. Vel quia hic erat actum: vt no. secundum Io. ſ. e. l. hæredes. §. idem est & si vnus.

ſ *Præcesſit.* scilicet mandatum.

t *Venditionem.* vt & supra de nego. gest. l. ab vno. & de rei vindi. l. mater.

u *Velut propriā.* & per hoc patet quòd diffitetur me cohęredē.

x *Possideat.* quod est loco rei: vt. ff. de peti. hære. l. si & rem. idem si habeat emptorem obligatum: quia tunc vt verus possessor conuenitur petitione hæreditatis: vt. ff. de pe. hære. l. regulariter. &. l. quòd si in diem.

y *Petēda est.* i. preciū p petēda hęreditate: vt hic, &. ff. eo. l. iter

cohæredes.§.si cohæredes.in fi.§. Et ad euidentiam distingue: A cum quis vẽdit rem communem,aut est communis ex causa societatis: & tunc si vendit rem communem sociorum voluntate, non vindicatur,sed agitur pro socio.si autem eis inuitis,tũc non præiudicat aliis:vt.ff.pro socio.l.nemo.[a] Si autem ex alia causa est cõmunis: aut ex causa hæreditaria, aut aliunde:quia donata,vel legata.primo casu si vendidit vt communem,ac per hoc verisimile est quòd alterum confiteatur cohęredem, agitur ad precium familiæ erciscũdæ si pro parte nõ potuit commode expediri: vt.ff.e.l.hæredes.§. idẽ est & si vnus.&.ff. communi diui.l.si quis putãs.§.siue. & hoc siue intercedat mandatũ siue non.hæc enĩ actio secum aliam admittit: vt.ff.eo.l.& puto.§.sed & si dolo. Si vero pro parte potuit expediri venditio,agitur actione nego.gest.vel mandati,si mandaui de vẽdendo.Nec agitur cõmuni diui.sicut nec famil.erciſc.quia pro parte cõmode potuit expediri: vt.ff. communi diui.l.si quis putans.§. siue.& hac.l.j.respõ.Si autem rem vendidit vt propriam, ac per hoc verisimile est quòd diffiteatur me cohæredem : tunc proponam ad precium petitionem hæreditatis, vt in hac.l.ij.respon.&.ff.si pars hære.pe.l.j.§.proinde. Verisimile autem ideo dixi,quia potest esse quòd vendidit vt propriam: & tamen confitetur me hæredem esse, & sic agetur ad precium famil.erciſc.non nego.gest.quia quod non suo nomine gestum est, ratum habere non potest:vt infra dicam.Item si vendidit vt communem, & diffiteturme cohæredem, agam petitione hæreditatis. Vbi autem ex alia causa non hæreditaria est communis, si quidem meo & tuo nomine vendis, nec tamen ego mandaui: possum agere de precio actione negotiorum gestorum ratũ habendo. Si vero tuo nomine tantum:non agam ad precium contra te nisi in subsidium:vt dixi supra de rei vind.l.mater.j.respõ. &.§.sin autem. Illud autem in omnibus verum est, quòd mandato interueniente agi potest mandati.Item & illud,quòd semper possum rem meam vindicare,nisi voluntas mea præcedat vel sequatur alienationem : vel nisi venditum sit à fisco: vt infra de communi.re.alie.l.ij. Vel nisi cohæres qui se solum putat hæredem,vendidit: quia senatusconsultum noluit bonæ fidei possessorem affici damno. [b] vnde videtur rem non posse vindicari: vt ff.de peti.hære.l.sed & si.§. item si rem.

*a Dic hoc verum nisi res ad hoc esset in cõmuni deducta, vt vẽdatur, vt in mercibus & rebus venalib⁹.nam ex sociis aliis ignorãtibus vel cõtradicẽtibus,si nõ habẽt iustam causam cõtradicendi: potest vẽdere merces cõmunes, ar. eius quod no.in.l.Sabinus.ff.cõmuni diui. & not.i.d. l.nemo.ff.pro socio. Pau. †aliàs, cõmunis suo vel qualicũque iudicio suã &c.*

*b Ista glos. reputatur singularis secundum Pau.hic ad hoc quòd licet bonæ fi. possess.hæredi. nõ sit domin⁹, tamẽ ne dãnũ patiatur,quod senatusconsultum vult: si vẽdat rem hæreditariã tanquã hæres,nõ potest emptor molestari à vero hærede:licet non cõsenserit in venditione: quod perpetuo tene mẽti secundum eundem. & bene facit.l. fi.§. fin. ff. de leg.ii.*

*SI cogitatione.*]*CASVS.* Decessit paterfami.hæredibus relictis : cuilibet certas partes adsignauit,puta omnia bona quę erant vltra Rhenum, vni: alij quæ erant vltra Sagonam:& quędam in montanis reliquit indiuisa:diuidenda tamen inter cohęredes.an huic diuisioni stari debeat,quæritur?Respon.quòd sic: nec iudex fami.erciſ.eam immutabit:quia bona quæ erant indiuisa,diuidet inter cohæredes pro æqualibus portionibus, & dictis diuisionibus stabitur:& si vnus habet minus sua legitima, de portionibus aliorum suppleatur: licet cum singuli instituuntur, & aliquis eorum rogatur vt sit cõtẽtus certa re,quę forte quartam naturæ non faceret,portio legitima à cohæredibus sibi cõplebitur,secũdum Azo.& hic casus verior est: quod colligi potest ex illis verbis,exemplo &c.& ex illis,pro virili prętera &c.

a *Arbitri.* id est iudicis familiæ erciscundæ.
b *Iudicio.* scilicet non scripto.
c *Vel qualicunque.* in scriptis vel non.
d *Indicio.* imperfecto vel scripto,vt innuit verbum declarauit: immo ad vtrumque refertur.
e *Suam.* volentem maiorem hæreditatis partem ad aliquem ex liberis peruenire, ad alium minorem.
f *Volũtatẽ.* f.diuidẽdo res hęreditarias,q̃busdã tamẽ ptermisis.

SI cogitatione futurę successionis, officium arbitri [a] diuidendæ hæreditatis pręueniẽdo pater communis iudicio [b] suo,† qualicũq; [c] indicio [d] suã [e] declarauerit volũtatẽ: [f] iter eos qui ei successerũt, exẽplo [g] Falcidię retẽtionis habita ratione, familię diuidẽdę causa datus arbiter: pro virili [h] prętera portione eorũ quę nulli [i] generaliter vel specialiter adsignauit, facta diuisione,in adiudicando patris sequetur voluntatem. [k]

*Error cohæredum non facit alteri acquiri dominium.Vel sic: Non habens titulum,non potest præscribere contra iudicium famil.erciscun.Item longa possessio & error non inducunt titulum.hoc dicit. Bald.Vel sic : Communis seruus ab vno ex hæredibus sine titulo possessus,non vsucapitur : sed pro cuiuscunque hæredum portione diuiditur.hoc dicit.Salycetus. Vel sic : Qui possidet rem alienam sine titulo , licet domino sciente & patiente : non propterea acquirit dominium. Pau.de cast.*

XXII. Iidem AA.& CC.Dionysio.

SEruum communem nõ cõsentiẽtibus cohęredibus,sed per errorem ad eum qui possidet, pertinere credentibus, tenens: [l] cum omnis verus titulus deficiat, [m] suum [n] non facit: [o] sed in eo portiones hæreditarias adsignatas, [p] penes singulos successores remanere manifestum est.PP.V.Non.Ian.*

*Pactum cohæredum nõ præiudicat creditoribus : sed inter ipsos cohæredes suum operatur effectum.Bal.& Pau.de cast.* B

XXIII. Iidem AA.& CC.Hermogeni.

LIcet pacto diuisionis adeuersus singulos actio [p] hęreditariis portionib⁹ creditori parata mutari nõ possit: [q] tamẽ ad exhibẽdam fidẽ his quę cõuenerant,stipulationis & iuris [r] adhibito remedio, qui placitũ excedit,vrgeri potest:cũ & hoc omisso, [s] si nõ cõtrariũ conueniſſe [t] probaretur, præscriptis verbis conueniri potuisset.

*Falcidia*

*Exemplo.* hoc ideo,vt dicunt quidam:quia Falcidia tantũ in testamento locum habet, sed certe immo etiã ab intestato: vt.j. si omissa sit causa testa.l.fi.&.j.quando di.le.ce.l.fi.Sed hoc ideo dicit exemplo,vt sicut aliàs detrahitur de legatis & fideicõmissis,sic & hic de prælegatis : vt &.ff.de hære.instit.l. ex facto.ij. §. vnde scio.in fin.§.

*intest.*

*cum*

*Virili.* quia & in aliis habẽt viriles: licet per quandam prælegationem vnus habet plus quàm ali⁹: vt hic,&.ff. de hęr.instit.l.ex facto. ij.§.j.& sic non est cõtra.ff.eo.l. quę pater.j.

*Nulli.* expresse vel tacite,scilicet vt res nõ adsignatæ expresse sequantur illas quas expresse adsignauit, vt instrumentũ,fundũ,arũdineta, vineã: vt.ff.eo. l.quæ pater.j.

*Voluntatem.* vt &.ẽ. de inoffic.testa.parentibus.&.ẽ. eo. l. quoties. & in authen. de trie.& semis.§.& quod sæpe.coll.iij. Et no.cp pro huiusmodi diui-sione nõ agitur de eui-ctione : vt. ff. de lega. ij.l. cum pater.§. cuictis.secus in ea quę fit per iudicẽ,vel per partes: vt supra eo.l.si familiæ. Accursius.

*Dubit.*

*fallit.*

*nã.*

*quia*

*eui-ctione*

*Volũtatem.* singuli prout defunct⁹ voluit.

*SErvum.*]*CASVS.* Decessit Titius hæredibus relictis:vnus seruum hæreditarium per.x.vel.xx.an.possedit, aliis per errorem credentibus eum ad cohæredem pertinere : si postea apparuerit eum communem fuisse, non obstante præscriptione longi temporis, partes suas possunt vindicare : & portiones adsignatas à lege. xij.tab. penes eos remanere debere manifestum est . Viuianus. C

l *Tenens.* aliquis hæredum.
m *Deficiat.* igitur & vsucapio.
n *Suum.* nec per vsucapionem, nec per præscriptionem.x. vel xx.an.sed tantum.xxx.
o *Non facit.* nam in præscriptione titulus est necessarius: vt hic,& supra de rei vin.l.re tua.&.l.nullo.&.ff.pro donato.l.j.& de vsuca.l.Celsus.& infra de præscrip.long. tempo.l. diutina.& infra in quibus cau.cessat long.tempo.præscrip.l.vnus.
p *Adsignatas.* l.xij.tabu.vt & supra de pac.l.pacto successorũ, & facit infra de dona.l.nec ignorans.

*LIcet.*]*CASVS.* Decessit quis tribus hæredibus relictis:duo à tertio stipulati erant, vt creditoribus hæreditariis responderet : & aliquo dato pepigerunt,vt eis satisfaceret.si fidem seruare non vult, qua act.conueniri possit à cæteris cohæredibus, quæritur? Respon.quòd licet pactum ab eis interpositum præiudicare non possit creditoribus, tamen cohæres qui promisit, ad fidem seruandam conuenietur act.ex stipulatu, si stipulatio intercesserit : vel si non intercesit, agetur ex pacto incontinenti apposito act.præscriptis verbis.hoc dicit. D

q *Nõ possit.* vt &.ẽ. de pac.l.debitorũ.&.l.pacto.&.j.si cer.pe.l.j.
r *Et iuris.* id est stipulationis iure factæ secundum Io.
s *Omisso.* id est stipulatione non interueniente: sed tantum pacto in rei traditione apposito : vt infra de re.permu.l. rebus.& infra de dona.l.legem.&.l.cum res.aliàs si non esset facta traditio, nulla ex tali pacto actio nasceretur : vt.ff. de pac.l. diuisionis.& supra eo.l.si diuisionem.
t *Conuenisse.* post pactum interpositum : nam pacta nouissima sunt seruanda : vt supra de pac.l.pacta nouissima.

*FIlius.*]*CASVS.* Paterfa.habuit quater centum in bonis: & habuit quatuor filios . vni filiorum in vita sua dedit fundum valentem.xl.ad sui sustentationem : postea condidit testamentum, & instituit æqualiter quatuor filios, id est quemlibet in cẽtum:computato fundo dato filio ad sustentationem in suis.c.& rogauit testator illum filium cui dederat fundum, per fideicommiss. vt restitueret cohæredibus suis,& quibusdam extraneis suã

partem

partem hæreditatis sub conditione si nauis veniret ex Asia, perceptis x.à cohæredibus. cohæredes volunt dare. x. ista conditione existente. debet restituere cohæredibus suam partem hæreditatis: vult deducere quartam: quæstio est, vnde debet deducere, & qualiter? dicitur quòd debet cõputare in quartam illa. x. quæ percepturus est à cohæredibus vel ab aliis: item quartam partem prædij sibi dati, quæ est. x. & ita habet. xx. Ité debet habere. v. in eodẽ fundo sibi dato ad supplementum: & ita debet. xxv. quę sunt quarta pars de centum: residuum de fundo debet restituere cohęredib⁹. & hoc est quod dicit secundum Viuianum. vel pone casum aliter vt in glo. j.

*Famosa & difficilis est hæc lex: & hoc intendit: Fideicommissum vniuersale restituendum post conditionis euentum, conditione adueniente debet restitui, quarta deducta: in quæ cõputatur hæreditaria portio fundi in peculium dati, secundum antiquos: vel prælegati, secundum Ioan. vel mortis causa dati seu donati secundũ Azo. & acceptum causa conditionis implendæ. h.d. secundum communem lec. Ia. But. Bal. Vel sic: Filius grauatus de restituendo cohæredibus suis partem suam hæreditatis, in quartam Trebellianicam, quæ sibi debetur, tenetur computare totam hæreditariã partem fundi sibi concessi per patrem in peculium profectitium, etiam quicquid datum est à cohæredibus gratia conditionis implendæ: & si ista non sufficiant, debet suppleri in eodem fundo, & sic de portionibus aliorum cohæredum quas in eo habent.*

a *Filium.* Fama & re difficilis est hæc lex. Dic ergo casum [a] secũ dum antiquos. Quidã habens trecenta, tres quoque filios, vni in vita fundum de suo patrimonio concessit ad sui sustentationem, & sic in peculium: quos tres filios solos hęredes istituit ęqualiter: hæreditaria ergo portio cuiuslibet est centum: & rogauit filium cui fundum concesserat, vt suam portionem hæreditatis restitueret cohæredibus, & quibusdam aliis sub conditione, puta si nauis ex Asia veniret, perceptis à cohæredibus pone. x. hic autem debet habere quartam, id est. xxv. cõputantur autem in quartam illa. x. quæ accepit à cohæredibus causa implendæ conditionis. Item hæreditaria pars prædij, pone quòd valet fundus. xij. ergo habet in fundo quatuor. sic ergo habet. xiiij. quod autem deest, soluetur ei in eodem fundo. Hoc non placet: quia non supereſſet aliquid de eo fundo restituendũ, quod hic fuit, vt in fin. dicit. [b] immo deesset. ideo dic quòd fundus valuit. xxx. [c] & sic habet. x. à cohæredibus. Item ex parte hæreditaria fundi, quæ est alia. x. desunt. v. illa accipit ex eodem fundo: & sic supersunt in fundo. xv. quæ restituit vnà cum aliis quæ habet de illa hæreditate. Sed de qua quarta loquitur? Respon. [d] de Trebellianica, quæ ex vniuersitate detrahitur: vt. ff. ad Trebel. l. nam quod. §. fi. &. l. cogi. in prin. &. §. & generaliter. Non autem de quarta iure naturæ: quia in illa [e] non computantur data causa implendæ conditionis: vt supra de inoffi. testa. l. scimus. nec de illa iure institutionis: quia illa ex singularibus relictis detrahitur per. l. Fal. vt instit. de fideicom. hære. §. restituta. in fi. §. Sed secundum hoc quid faciat ad titulum? Respon. ꝙ hæc restitutio [f] fiet cohæredibus per hãc actionem, sicut & prędictis patet aliter secundum antiquos: vt in prædicta prima glo. fama &c. & in prin. huius. l. & aliter secundum Io. & aliter secũdum Azo. & H. l. istam posse intelligi. Item qualiter cõputat sibi hæreditariam partem prædij, cum à seipso habere eam videatur [g]: vnde cadit in fideicommissum generale: vt. ff. ad Trebel. l. in fideicommisso. §. fi. quæ est contra? Sed certe satis cadit in fideicommissum, cum computet sibi in quartam. Ité no. quòd hæc lex corrigitur hodie in eo quod dicit talia ĩputari in quartam liberis primi gradus: vt infra ad Trebel. l. iubemus. in prin. Sed quidam dicunt hoc ideo sic esse, quia sic defunctus voluit. quod non placet: vt ibi notatur.

b *Portionem.* id est suam partem hæreditatis, quæ erat tertia: ne sit contra. ff. de verb. signi. l. nomen. §. portionis.

c *Hæreditaria parte prædii.* Sed quare totam hæreditariam partem fundi computat in quartam, scilicet Trebellianicam? immo videtur quòd quartam hæreditariæ partis debeat computare solum. quartã enim cuiuslibet quartę quam habet in qualibet parte, debet computare: nec debet retinere totam quartam, quam haberet ab intestato in illo fundo pro illa parte quam retinere debeat: sed in qualibet re quartã quartæ, quam haberet ab intestato, debet retinere: sicut computat quartam aliarum rerũ quas ex testamento habebat? Sed respon. secũdum quosdam: quia hoc testator dixit. sed hoc refugium [g] est miserorum. Dic ergo secũdũ Ioan. [h] quòd hic fundus fuit filio prælegatus de hæreditate, & non cauit testator vt quartam retineret de hæreditate. vnde contra voluntatem eius deducitur quarta, & ita cum faciat contra voluntatem retinendo, fiet contra suam in hoc, quia tota hęreditaria computabitur [i] in quartam, & nil lucrabitur inde, scilicet de hęreditaria. Cęterum si cauisset testator, vt quartam retineret de hęreditate, tunc fundus prelegatus esset præcipue suus: nec imputaret nisi tantũ quantum retineret, etiã si alij fuisset. e-

A gatus, scilicet quartam suę partis: vt si est vnus filius, tres vnciast si tres, vnam vnciam: vt. ff. ad. l. Fal. l. Titia. Sed huic lec. Io. ob. quod subiicit, si quid deest in supplemẽtũ &c. quia si fundus est prelegatus, vt dixi: ergo hæreditaria portio tantum computatur in quartam: non etiam quod deest ad quartam, in eodem fundo est soluẽdum, cum extra quartam sit quod à cohærede percipitur: vt. d. ti. l. in quartã. Sed respõ. Io. quòd hic filius rogatus fuerat extraneis dare fundũ, & ita totũ: & illi aliquid filio dare, & eodẽ modo fratribus, & ab eisdẽ aliquid recipere debebat. Cõputabit ergo sibi in quartam hęreditariam parté prædij: item quod accepit à cohęredib⁹: ité quod accipiet ab extraneis ĩ eodem fundo, id est ꝑ eodem fundo restituẽdo quem prælegatum habebat. non enim intelligendum est vt in eodem fundo habeat amplius quàm hæreditariam portionem. & ideo callide posuit in litera, à cæteris. q.d. ab extraneis. Vel dic vt dicemus in glo. alia ĩferiori, scilicet destinatione &c. Vel si vis secundum Azo. & Hug. dic hunc fundum collatum filio à patre, vel bene merito [k], vel conferẽdo vltimũ arbitrium, [l] puta emendo nomine suo. vnde venit in iudicium fami. ercisc. percipiendus: vt supra eo. l. filiæ. Et bene dico quòd tota hæreditaria portio computatur in Falcidiam: quia contra voluntatem [m] defuncti retinet quartam. secus si ex voluntate: vt. ff. ad leg. Fal. l. Titia. nam ibi de Trebel. Fal. dicit. & sic habet tres partes fundi præcipuas. Nec ob. quod sequitur, si quid deest: non enim hic dicit vt vltra hæreditariam parté imputet: sed repetit quod dixerat. q.d. hæreditaria parte prædij &c. quod soluetur, id est hæc hæreditaria in eodem fundo de quo iam habet tres partes. Sed quid si omnia hæc non sufficiunt ad quartam? [n] Respond. completur ex aliis iure communi. Item nunquid prælegationes cõputantur in fideicommisso generali? Respõ. distingue [o] vt infra de fideicom. l. cum virum. Item quomodo imputabit etiam hæreditariam partem rei quam habiturus erat etiam si hæres non fuisset: quia morte huiusmodi donationes confirmantur: & idem in prælegatis: vt. ff. de leg. j. l. qui filiabus. §. fi. &. l. seq? Sed respon. quia cum testator posset illa reuocare: videtur, cum non reuocet, sed instituat, grauare vt hæreditariam partem rei prælegatæ, vel quartam hæreditariæ computet: vt dictum est. Ex

*Residuum vero quatenus habet vltra quartam tam in eodem fundo, quàm in aliis rebus, tenetur cohæredibus restituere ex causa fideicommissi. Et totum expedietur officio iudicis dividentis hæreditatem inter eos: & sic in iudicio fami. ercis. h. d. secundum Pau. de cast.*

XXIIII. Iidem AA. & CC. Socrati.

FIlium, [a]* quẽ habẽtẽ fundũ, portionem [b] hęreditatis fratrib⁹ & quibusdã aliis † sub conditione verbis precariis † restituere sanxit testator: post eius cõditionis euẽtum, hæreditaria parte [c] ꝑ dij ĩ quartę ratiõe retẽta: cõpẽsato præterea qđ à cohæredib⁹ vice mutua ꝑcepit, [d]

*Vide Alciatum paradox. lib. vi. c. v.

† Idẽ si solit fratribus. Ia.

† Id est, vera bis obliquis. Ia.

k *Azo sibi ipsi cõtradicit.*

l *Donando taliter quòd requiratur confirmatio mortis. Bar. Pau. & Ia.*

m *Et bene. Bar. Bald. Pau. & Ia.*

n *Est de lectura Azo. quæ displicet Barto. Bal. Pau. et Ia. quo ad tex.*

o *Ista placet Barto. Bal. Pau. & Ia. ĩsequ: nõ tamẽ inquantum prosequitur opi. Azo.*

p *Scilicet testatoris, & sic perinde habetur ac si esset præceptum. Ia.*

q *Et male. Bar. Bald. Pau. & Ia.*

r *Immo est bona. Bar. Bal. & Ia.*

s *Et est singu. secundũ Bart.*

t *Et male: secundum prædic.*

u *Et bene. Bar. Bald. Pau. & Ia.*

x *Placet Barto. & Pau. sed displicet Bal. & Ia.*

BIU Cujas

poteſt

poteſt eadem ratione habere eandem rem iure legati & iure hæreditario: vt. ff. de condi. & demon. l. Titiæ ſi nupſerit. hic autem hæreditarium nõ fuit hoc quod accepit cauſa implendæ conditionis. Item alia ratione: quia ſi duo ſumus cohæredes, & à me tibi, à te mihi legatum relinquitur, vt eſt in caſu noſtro, item & aliis relinquitur à nobis, ego vtar retentione Falcid. contra alios, & computabo mihi in quartam meam quod à te percepturus ſum, vt tanto minus à te ſubtraham: ſed ab aliis nõ per hoc minus ſubtraham: licet in hac Falci. iure inſtitutionis aliàs nõ conſueuerunt legata imputari: vt. ff. ad le. Falci. l. Neſennius. j. reſpon. & l. in quartam. in prine. Multo ergo magis in hac quarta debet fieri cõputatio horum quæ à cohærede percipiuntur, in qua etiã legata ab aliis imputãtur: vt d. l. in quartã. Alij dicunt, [a] ſoluitur à volentibus, & volenti. Alij vt Io. [b] tranſponũt literam hoc modo: Soluitur à cæteris, ſcilicet facta detractiõe de ſingulis, & ſupra quartam habens in eodem fundo &c. vt in alia glo. Et vt hęc clareãt, ſciendum eſt aliã eſſe quartam iure naturę, in qua omnia data imputantur præter donationẽ ſimplicem, & fructus patrimonij. Nam in rebus principalibus debet habere quartam: [c] vt. ſ. de inoffic. teſtamen. l. ſcimus. §. j. & l. ſiquando. §. fin. Aliam debitam iure inſtitutionis, in qua ea ſola imputantur, quæ iure hæreditario capiuntur: [d] vt. ff. ad legem Fal. l. in quartam. quandoque tamen etiam legata imputantur: vt ff. ad leg. Fal. l. Neſennius. Item ſi dentur à ſtatulibero nummi peculiares, in hoc caſu ſolo imputantur: [e] vt. ff. ad leg. Fal. l. id autem. Item aliam debitam iure Trebellianico, in qua & legata & fideicommiſſa & data cauſa implendæ conditionis ab extraneo, imputantur. Si autem detur aliquid à cohærede, ſi quidem corpus non hæreditarium, idem eſt. & ſi hæreditarium, ſi quidem pecunia, idem eſt. ſi autem ſpeciem hæreditariam, pro ea parte quam habet iure hæreditario, imputabitur: [f] pro ea vero quam à cohęrede accepit, extra quartã eſt: vt hac. l. &. ff. ad Trebell. l. deducta. §. nummis. De fructibus autem quando computentur in quartam iure naturæ, habes. ff. de inoffi. teſta. l. Papinianus. §. ſi conditioni. verſi. vnde ſi quis. Quando vero in quartam iure inſtitutionis, habes. ff. ad leg. Fal. l. in lege Falcidia placuit. &. l. Paulus. Quando vero in Trebellianicam, dixi. j. ad Trebell. l. iubemus. Et not. quòd quarta alia iure naturæ. Alia iure Trebellianico. Alia iure inſtitutionis. Alia debita ex conſtitutione diui Pij. Alia debita patrono in bonis liberti. Alia de qua dicitur infra quando & qui. quarta pars. l. ij. in princi. lib. x. &. j. de impo. lucra. deſcript. l. vni. eo. lib. Alia de qua dicitur. j. de diuor. & repu. l. pe. Item alia. j. vnde vir & vxor. authen. præterea.

† *Pro parte fratrũ. Odofre. & Iaſ.*

[a] *Reprobatur p. Bart. Bald. Pau. & Iaſ. licet ſit vera in ſe ſecm Ia.*

[b] *Reprobatur etiam Bar. & Ia.*

[c] *Approbatur Bartol. Bald. Pau. & Iaſ.*

[d] *Concor. p. dd. doctos.*

[e] *Et bene. Bar. Bald. Pau. & Iaſ.*

[f] *Sequitur gloſ. Barto. Bald. Pau. & Iaſ.*

[a] *Quod à cæteris.* ſcilicet cohæredibus fratribus: vel ſecundum alios ab extraneis.

[b] *In eo.* ſic ergo in vna re poteſt Falcidia retineri ſecundum quoſdam: vt hic, & &. ff. de leg. j. l. poteſt. &. l. non amplius. §. fi. ſed illa loquitur in parte bonorum legata. Sed cõtra dicimus: vt. ff. ad. l. Fal. l. Plautius. & dixi. j. ad leg. Fal. l. in imponenda. & expone vt modo dixi, ſecundum Io. & Azo.

[g] *Placet Bart. Bal. Pau. & Ia. quo ad tex. & eſt caſus ſingu. quo ad hoc, & non alibi. ſecũdũ Iaſ.*

& ſi quid deeſt, in ſupplementũ deducto: † qđ à cęteris [a] in eo [b] fundo ſoluitur, ſupra quartã habens, reddere cõpellitur. Dat. V. Noñ. Ianua. CC. Conss.

*Habens titulum ſingularem, non tenetur conferre ſi non vult vniuerſaliter ſuccedere. Bald. Vel ſic: Repudians hæreditatem non tenetur ad collationem. Salyce.*

XXV. Iidem AA. & CC. Diocli.

EX cauſa donationis [c] vel aliunde [d] tibi quęſita, [e] ſi aui ſucceſsionem reſpueris, conferre fratribus compelli non potes. Dat. Idib. April. Tuſco & Anulino Conss.

*Diuiſio vel diſpoſitio teſtati vel inteſtati inter liberos, valet etiam imperfecta, id eſt ſine ſolennitate legali. Sed ſi perſona extranei permiſcetur: quo ad extraneum non valet. Bald.*

XXVI. Imp. CONSTANTINVS A. ad Baſſum. P. P.

INter omnes duntaxat hæredes ſuos, [f] qui ex quolibet venientes gradu, tamen pares [g] videntur eſſe, vel emancipatos, quos prætor [h] ad ſucceſſionem vocat: ſiue cœptum neque impletum teſtamentum, [i] vel codicillus, ſeu epiſtola parẽtis eſſe memoretur, ſiue quocunque alio modo ſcripturæ quibuſcunque verbis vel indiciis [k] inueniãtur relictæ: iudicio familię erciſcũdę (licet ab inteſtato [l] ad ſucceſsionẽ liberi vocent) ſeruato [m] ſenatuſconſulti auxilio, defuncti diſpoſitio cuſtodiatur, etiam ſi ſolennitate legũ huiuſmodi diſpoſitio fuerit deſtituta. Si vero in huiuſmodi voluntate deſignatis liberis alia ſit mixta perſona: certũ eſt eam voluntatem, quantum ad illam duntaxat perſonã permixtam [n] nulla haberi. [n] Dat. Romæ Kal. * Criſpo. II. & Conſtantino. Cæſ. II. Conss.

[c] *Ex cauſa donationis.* hodie ſecus ſi donetur vni ab auo inofficioſe: vt. ſ. de inoffi. teſta. authent. vnde & ſi parens. Item ſecus in aliunde quæſitis, quæ non conferuntur etiam ſi ſuccedant vt infra de colla. l. fin.

[d] *Aliunde.* id eſt ex cauſa alia.

[e] *Quæſita.* ab auo.

IN AVTHEN. DE trien. & ſemiſ. §. & quod ſæpe. colla. iij. conſt. v.

SI modò [o] ſubiiciatur huic ſcripturæ, vel ipſius parentis, vel omniũ inter quos fit partitio, liberorũ ſubſcriptio.

*TITVLVS XXXVII.*

COMMVNI DIVIDVNDO.

*Hæc actio datur contra ſingularem ſucceſſorẽ: & in ea venit adiudicatio vel diuiſio ſecundũ quòd cõmodius fieri poteſt: & poſt litis conteſtationẽ impedit alienationẽ fieri. h. d. & ẽ hoc vlti. eſt not. Pau. de caſt.*

I. Imp. ANTONINVS A. Luciano.

INter omnes. ] CASVS. Paterfa. incepit facere teſtamentũ ſed non compleuit: & in hoc teſtamento imperfecto tres inſtituit hæredes, vel fecit codicillos adhibitis tribus teſtibus: vel epiſtolam adhibitis forte duobus. In his voluntatem ſuam declarauit, & deſignauit ex quanta parte voluit vnumquenq; eſſe hæredem. an talis diſpoſitio valeat, quæritur? Et dicitur quòd ſic inter filios ſuos & emancipatos & alios deſcendentes. Quantum vero ad extraneos: ſi cum filiis erant mixti, non valet. & hoc in ſecunda.

Ex hac. l. ibi, hæredes ſuos. nota quòd large loquendo etiam emancipati poſſunt dici ſui hęredes: & etiã illi qui nec ſunt in poteſtate nec emancipati, vt in hęreditate materna: licet proprie loquendo non, niſi exiſterent in poteſtate tępore mortis. l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. l. Paulus.

[f] *Hæredes ſuos.* idem hodie de illis qui nec ſunt ſui, nec emancipati: vt ex linea fœminina: vt infra de teſta. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.

[g] *Pares.* in ſuccedendo: licet diſpares in gradu: vt filius & nepos ex alio filio mortuo.

[h] *Quos prætor.* ideo dicit quos, quia quidam extra poteſtatem poſiti non vocantur: vt damnati de crimine capitali: vt. ff. de bo. poſſ. l. edicto prætoris.

[i] *Neque impletum teſtamentum.* quantum ad ſolennitatem: ſed hę ne completum quo ad voluntatem. Accurſius.

[k] *Vel indiciis.* dum tamen duobus teſtibus probetur: [b] vt argu. ff. de mili. teſtamen. l. Lucius. & idem videtur etiam iure veteri: vt. ff. de leg. ij. l. peto. §. mater. quòd nõ placet: vt. ff. de confir. tut. l. iij. &. d. l. peto. Dicit minus ſolenne, ſcilicet quo ad tutoris dationem: ſed quo ad alia perfectã. & hoc dixi. j. de teſta. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.

[l] *Ab inteſtato.* vnde videbatur voluntatem defuncti non eſſe ſeruandam. & de hoc dixi. ſ. eo. l. filij.

[m] *Seruato.* in quartæ fideicommiſſorum retentione. & eſt ſic ſ. eo. l. ſi cogitatione. &. l. quoties. &. ff. eo. l. ſed & ſi.

[n] *Pro nulla haberi.* ſicut. ſ. de inoffi. teſta. l. ſi mater. &. j. de diuor. l. fin. in prin. &. ff. de leg. præſt. l. iij. &. iiij. &. j. titu. ij. l. ſi.

SI modò. ] CASVS. Dicitur in. l. Codicis quòd voluntas teſtatoris imperfecta valet inter liberos. Authẽ. hæc dicit hoc verum eſſe limitando. l. Codicis, ſi huic ſcripturæ imperfectæ ſubſcripſerit teſtator, vel omnes liberi inter quos debet diuidi hæreditas iſta.

[o] *Si modò.* caue tibi, quia lex Codicis loquitur ſiue in ſcriptis ſiue ſine ſcriptis pater inter filios teſtetur minus ſolenniter. hic autem proſequitur tantum quando in ſcriptis, vt pater vel filij debeant ſubſcribere: ſed & tunc poteſt valere ſine huiuſmodi ſubſcriptione, ſi parens &c. vt in authent. alia, quæ iungitur cum iſta quæ eſt. j. de teſta. authen. quod ſine.

COMMVNI DIVIDVNDO.

*De diuiſorio vniuerſitatis dixit: nunc de diuiſorio ſingularum rerum.*

Frater

BIU Cujas

*Frater tuus.* ] CASVS. Prædium tibi & sibi commune frater vendidit, tibi non præiudicat: sed tamen in parte sua non reuocabitur venditio: sed si prædium illud commune diuidi non potest: si plus obtuleris pro parte sua quàm emptor pro tua, communi diuidundo iudicio totum prædium consequêris. Si diuidi potest, media pars tibi adiudicabitur. Hæc sunt vera, si partem suã alienauerit lit. contest. post vero inuito fratre suo non potest.

a *Non oportet.* vt. j. de commu. re. alie. l. falso. & de donatio. l. portionem. & de contrahen. empt. l. dudum.

b *Parte precii.* i. precio partis, parte tantũ æstimata secũdũ quosdam: quod non placet: immo totus fundus æstimatur: vt hic, quia maior fit æstimatio omnium partium si totus æstimetur quàm si pars: vt. ff. famil. ercis. l. Mæuius. §. fin. Ité pro hoc ff. de leg. ij. l. cũ filius. in prin. & l. Mæuius. §. in fundo. &. ff. ad leg. Falcid. l. in Falcidia. & de excep. do. l. pure. §. si cui. nam his legibus non potest seruitutis pars assignari. & ideo non possunt prædicti sic exponere, vt hic exponebant.

c *Alius.* socius, vel etiam extraneus: vt. j. e. l. iij. in fi.

d *Consequêris.* hoc, cũ diuisio non potest fieri commode.

e *Post litis contestationem.* ité nec ante si fieret causa mutandi iudicij, & pœna imponitur: vt. ff. de alie. iudi. mu. causa fac. l. j. in fin. In famil. ercis. autem actione etiam post motam controuersiã prohibentur alienationes: vt. ff. de peti. hære. l. diuus. &. l. sed & si. §. si ante. nisi ex necessitate: vt. ff. fami. ercis. l. alienationes. sic & hic ex necessitate permittã per eãdem legem: vt. ff. de fund. do. l. j. &. l. si fundum.

f *Possit.* forte nec pignori obligare: vt. j. de reb. alie. non alie. l. fi. licet in re litigiosa sit aliud secundum quosdam: vt in authen. de litig. §. ad hoc. aliàs ad hoc. colla. viij. nec enim erat hic quæstio de dominio: quia certũ erat rem esse cõmunem: & ideo non prohibetur alienatio tanquam in re litigiosa.

*Si probatum.* ] CASVS. Si vineam tibi & fratri tuo communem frater tuus obligauit, cum obligare non potuit, eam cum fructibus quos ex parte tua non percepit, præses tibi restitui iubeat. hoc in prima. Item ages cõmuni diuidundo aduersus creditorẽ, si plus pro parte sua dare volueris quàm ipse p parte tua, vnde partem fratris & tuam quam frater obligauit, data ei pecunia quam iudex statuet, recuperabis: aut tua parte æstimata data tibi pecunia ad creditorẽ fratris tui totã vineã transferre faciet.

g *Non potuerit.* vt. j. tit. j. l. si fratres. &. j. si cõmunis res pig. da. sit. l. j. &. j. si res alie. pig. da. sit. per totum.

h *Restitui.* agẽti tibi rei vindicatione cũ socius negaris: vt. ff. de excep. l. fundi quem tuum. sic &. ff. famil. erciscun. l. j. Vel dic

FRater tuus si solam portionem prædij ad se pertinentem distraxit, venditionem reuocari nõ oportet: [a] sed aduersus eum cum quo tibi idẽ prædium commune esse cœpit, cõmuni diuidundo iudicio cõsiste: & ea actione aut vniuersum prædium, si licitatione viceris, exoluta socio parte precij, [b] obtinebis: aut precij portionem, si meliorem alius [c] conditionem obtulerit, consequêris. [d] ℣ Quòd si diuisio prædij sine cuiusquam iniuria cõmode fieri potuerit, portionẽ suis finibus tibi adiudicatam possidebis: hoc videlicet custodiendo, vt post litis contestationẽ [e] nec partem suam, cæteris eiusdem rei dominis non consentientibus, alienare possit. [f] PP. Kal. Mar. Romæ, Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

*Frater nõ potest obligare portionem fratris: & creditor qui reperitur in possessione rei cõmunis, potest prouocari ad diuisionem: & procedetur per licitationem, vel diuisionem, prout dictauerit æquitas iudicantis. Bald.*

II. Imp. ALEXANDER A. Auito militi.

SI probatum fuerit præsidi prouinciæ, fratrẽ tuum vineas cõmunes pignori dedisse: cum partẽ tuam quam in vineis habet, creditori obligare nõ potuerit: [g] præses prouinciæ restitui [h] tibi eã iubebit cũ fructib⁹ quos creditor de parte tua perceperit. Idẽ præses prouinciæ de diuisione vinearũ inter te & creditorẽ fratristui cognoscet: [i] & iubebit eum [k] accepta pecunia, quanti statuerit partẽ fratris tui valere, [l] eam partẽ quam de fratre tuo accepit, tibi restituere: aut æstimata tua parte, ad creditorem fratris tui, data pecunia [m] quanti eam æstimauerit, trãsferre. PP. II. Id. Sept. Alexãdro A. II. & Marcello Conss.

*Ista est no. lex, & hoc dicit. In hoc iudicio veniunt quæ sunt cõmunia. Item per iudicem est facienda diuisio per assignationẽ partiũ vel possessionũ diuersarũ. Et si vna alteri præponderat, venitur ad licitationẽ: & si alter consortũ ex inopia nõ est par in licitãdo: admittitur extraneꝰ licitator. Bal.*

III. Idem. A. Verecundiano.

AD officiũ arbitri, [n] qui inter te & fratrẽ tuum pro diuidendis bonis datus fuerit, ea sola pertinent, [o] quæ manent cõmunia [p] tibi & illi. Nam ea quorum partẽ is vendidit, cum emptoribus tibi cõmunia sunt: & aduersus singulos arbitrum petere debes, si ab illorũ quoq; societate discedi placeat. ℣ Cũ autẽ regionibus diuidi [q] cõmode aliquis ager inter socios [r] nõ potest, [s] vel ex pluribus singuli: [t] æstimatione iusta facta, vnicuique [u] sociorum adiudicantur, compensatione precij inuicem facta: eoque cui res maioris precij obuenit, cæteris condemnato: [x] ad licitationem nõnunquam etiam extraneo emptore admisso, maxime [y] si se nõ sufficere ad iusta precia alter ex sociis sua pecunia vincere vilius licitãtem [z] profiteatur. PP. V. Noñ. Maij, Iuliano & Crispino Conss.

*Diuisio facta inter fratres debet haberi rata, nisi beneficio restitutionis rescindatur: sed non diuisa debent diuidi: & in hoc iudicio habetur ratio culpæ & fructuum. hoc dicit secundum Bart. & Bald.*

IIII. Impp. DIOCLETIA. & MAXIMIANVS AA. & CC. Herodæ.

A etiam agendo communi diuidundo, licet negetur socius, cum non obiiciatur quæstio præposterationis: vt. ff. de euict. l. si mancipium. §. j.

i *Cognoscet.* scilicet postmodum.

k *Eum.* scilicet creditorem.

l *Valere.* hoc cum inter creditorem & dominum alterius partis agitur: vt hic, &. ff. cõmuni diuidun. l. communi diuidundo. ij. §. fin. secus si inter creditores: quia tunc tantũ debitum æstimatur: vt ff. communi diuidũ. l. communi diuidundo. ij. §. inter. Itẽ æstimat partem hic æstimando totũ: vt. ff. l. proxi. dixi.

m *Data pecunia.* scilicet tibi. & hoc quando cõmode diuidi nõ potest. Item no. hic casum vbi quis cogitur alienare inuitꝰ: sed volens videtur, cũ duplex sit hoc iudicium.

*Ad officium.* ] CASVS. Si cum fratre tuo res habes communes, ad officium iudicis ptinet diuidere. Si autẽ frater tuus partem earum vendidit, postea sunt tibi communes cum emptoribus, vnde cum emptoribus ages cõmuni diuidundo iudicio, si à communione vel societate discedere velis. & hoc in prima. Et si forte ager fuerit, qui diuidi postulatur, nec commodè diuidi potest: fiet æstimatio, & plus offerenti dabitur, & in precio alij condemnabitur. & hoc in secunda. Si autem in licitãdo plus offeras, frater autem volens plus offerre nõ habeat quid offerat, supponere potest extraneum emptorem, qui licitando plus offerat. & hoc i tertia.

n *Arbitri.* i. iudicis.

o *Pertinent.* vt diuidat.

p *Communia.* non alia: vt subiicit. j. titu. proxi. l. familiæ.

q *Diuidi.* s. commode: vt instit. de offi. iudi. §. quod si cõmode.

r *Socios.* soeij sunt conuentionali, vel nõ conuentionali societate: vt insti. de obli. quæ ex quasi contrac. §. item si inter.

s *Non potest.* scilicet commode: vt instit. de offi. iudi. §. quod si commode.

t *Singuli.* s. fundi diuidi non possunt commode.

u *Vnicuique.* i. huic vel illi, in casu tamen præcise alteri: vt. j. de dona. l. sancimus. §. ne autem.

x *Condemnato.* vt &. ff. fami. erciscun. l. Mæuius. §. arbiter. &. ff. eo. l. si quis putans. §. si fundus.

y *Maxime.* si scit se vilius licitantem nõ sufficere &c. & facit. j. de vectig. & com. l. iij. &. iiij.

z *Licitantem.* & ponitur ex parte subiecti: sed posset poni ex parte prædicati: & sensus est, non posset vincere etiam vilius licitantem, cum sit [a] adeo pauper.

*Si maior.* ] CASVS. Bona tibi & fratri tuo communia diuisisti. si scriptura in diuisione nõ interuenit, nec ob hoc rescindetur.

r Accepit à manuscriptis Cuiacii & glossa Arnisæi Chr. 9. j. in contract. Lugd.

a *Tu dic illum accusatium licitantem, constituendum cum ly se: & adde infinitum vincere, illi infinitiuo, sufficere.*

BIU Cujas

detur. & hoc in prima. Si verò minor fuisti cum diuisisti, & te læsum probare possis, nec tempora restitutionis inuitus egressus fueris, restituêris. & hoc in secunda. Si autem bona communia remãserunt inter vos: præses prouincię iubebit diuidi. Item doli & culpæ ratio in hoc iudicio habetur. Viuia.

*Diuisio an præsumatur facta ex lõga rei possessione pro diuiso.*

2 *Si maior.* vt &. ff. tit. j. l. non ideo. &. j. de fide instru. l. instrumentis. Sed quid si nó aliis probationibus probat: sed probat hoc, scilicet se possedisse ré vt propriam pro parte vna, & per. x. annos inter præsentes, vel. xx. inter absentes solus subiuit onera rei, & solus sensit commoda? Respon. secundũ Azo. & Hug. verisimile est diuisionem factam, arg. ff. de vsur. l. cum de in rem verso. & de aqua pluuia arcen. l. j. §. fin. &. j. de acquiren. pos. l. minus. An autem idem in eo qui rei vindicatione conuenitur, vt non sit necesse probare titulum: sed præsumatur domin[a] ex diutina detentione, posset quæri. *ADDITIO.* Bart. & cõmuniter docto. hic respõdent ad istã quæstionem q̃ non, per. l. nullo. ś. de rei vindi. Nec obstat quod dicit hæc glo. in præcedenti quæstione: quia ibi nõ agitur de tãto præiudicio &c.

*Ratio sumptuum & fructuum haberi debet.*

Si maior[2] quinque & viginti annis soror tua tecum res commnes diuisit: quanuis non instrumẽtis, sed aliis probationibus earum diremptam[b] communionem esse probetur: stari tamen finitis conuenit. ℣ Quòd si minor fuit, nec tempus in integrum restitutioni præfinitum adhuc excesit: an in integrum propter diuisionem restitui debeat, causa[c] cognita prẽses prouinciæ æstimabit. ℣ Idem[d] eorum etiã quæ vobis permanent cõmunia, fieri diuisionem prouidebit: [e] tam sumptuũ (si quis de vobis in res cõmunes fecit) quàm fructuum. ℣ Item doli & culpæ[f] (cum in communi diuidundo iudicio hæc omnia[g] venire non ambigatur) rationem, vt in omnibus æquabilitas seruetur, habiturus. Dat. VIII. Id. Feb. CC. Conss.

*Nemo cogitur in communione manere. Bald. & Salyce.*

v. Iidé. AA. & CC. Secundino.

IN communione[h] vel societate nemo compellitur inuitus[i] detineri. quapropter aditus præses prouinciæ ea quæ cõmunia tibi cum sorore perspexerit, diuidi ꝓuidebit. Dat. VIII. Kal. Septẽb. CC. Cõss.

*TITVLVS XXXVIII.*

COMMVNIA VTRIVSque iudicij tam familię erciscundæ, quàm communi diuidundo.

*Diuisio habet instar seu similitudinem emptionis. Bald. & Salyce.*

*COMMVNIA VTRIVSQVE, &c.*

*Dixit quæ singularia sunt vtrinsq; iudicii: nunc quæ communia.*

*Diuisionem.*] CASVS. Habebã tecum prædia cõmunia: iudex orientalia mihi adiudicauit, occidentalia tibi: hæc diuisio vicem emptionis obtinet: puta propter euictionem, & dominij translationem.

I. Imp. ANTONINVS A. Marco.

DIuisionem prædiorum, vicem[k] emptiõis obtinere placuit.[l] PP. VI. Kal. Decembr. Gentiano & Basso Conss.

*Litigantes factum à non cõpetenti iudice possunt confirmare. h. d. secũdũ Odofre. Bal. Vel sic: Diuisio facta à iudice incõpetenti potest partium consensu validari. Salyce. Vel sic: Sententia nulla potest de consensu partium approbari. ad hoc semper allegatur ista. l. Pau. de cast.*

II. Imp. ALEXANDER A. Euphratæ.

ETiam[m] si is diuisioni[n] arbitrum[o] dedit, cui dandi ius non fuit: [p] tamen si socij[q] quõdam diuisioni consensum dederint: quod quisque eorum secundum placita possedit, pro parte socij dominiũ nactus est. PP. XVI. Kal. Decemb. Alexãdro. A. III. & Dione Conss.

*In diuisionibus subuenitur ei qui est deceptus dolo aduersarii vel re ipsa vltra dimidiam iusti precii. h. d. & est not. Bartol. Bald. & Salyce.*

III. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIANVS AA. & CC. Seuæ.

MAioribus etiam,[r] per fraudem[s] vel dolum vel perperam[t] sine[u] iudicio[x] factis diuisionibus, solet subueniri: quia in bonæ fidei iudiciis, quod inæqualiter factũ esse constiterit, in melio reformabit.[y] PP. XVI. Kal. Iul. ipsis. AA. Conss.

*Ecclesia, minor, maritus, ad diuisionem nõ prouocant: sed prouocantur.*

*In communione.*] CASVS. Si cum sorore tua res habebas cõmunes, si à communione vis discedere, potes, & eas inter vos diuidet præses: quia nemo in communione vel societate inuitus detineri compellitur. Not. ex hac. l. regulam, quæ fallit in quibusdam personis, quæ non possunt ad diuisionem prouocare: possunt tamen prouocari: & istæ sunt tres personæ: minor, maritus in dote, & ecclesia. Bald. hic.

*Iudicium.*

*Emptio.*

*Diuisio.*

*Vicem.* quia pars tua mihi adiudicatur, & mea tibi.

*Placuit.* diuisio enim est similis permutationi[a]: vt. ff. de leg. ij. l. cũ pater. §. hæreditatẽ. & permutatio emptioni: vt. j. de rerũ permu. l. ij. & ff. de cõtrah. emp. l. j. ergo & ipsa. cõueniũt eẽ: quia ex vtraq; possessio secuta dominiũ vel causam vsucapiẽdi præstat: vt. ff. de vsuca. l. si p errorẽ. re quoq; euicta vtrobiq; præstatur euictio: vt. j. eo. l. si fratres. bonæ fidei contract[9] est vterq;: vt insti. de act. §. actionum. Sed differunt: quia in emptione nõ est locus cõdictioni ob causam: secus in diuisione: vt. ff. de re. permu. l. j. in fi. cũ diuisio appelletur permutatio: vt dixi. Itẽ ex nudo pacto diuisionis non nascitur actio: vt ff. de pact. l. diuisionis: secus in emptione.

*Etiam.*] CASVS. Habebã tecũ rem cõmunẽ: volebas à cõmuniõe discedere: abbas sancti Proculi nobis iudicem delegauit, qui eã diuideret. quia is delegauit, cui dandi iudicem licentia non fuit: an illa facta diuisio infirmari debeat, quæritꝰ? Dicitur q̃ nõ.

m *Etiam.* pro parte.

n *Diuisioni.* factæ ab illo delegato.

o *Arbitrum.* id est iudicem.

p *Non fuit.* contra. ś. de iurisdi. om. iudi. l. priuatorum. sed dic, potius tenuit auctoritate pacti, quàm arbitri.

q *Si socii.* quia & pro sua ipse habebat dominium. Et not. quod non tenuit, consensu & pacto partium confirmatur: b vt. ś. tit. ij. l. si diuisionẽ. & de iurisdi. om. iud. l. j. &. j. de testa. l. nõ dubium. &. ff. rem rat. habe. l. iij. in fin.

*Maioribus.*] CASVS. Habebam tecum rem communem. dolo dante causam diuisioni, vel fraude incidente in ipsa diuisione, vel perperam, quia re ipsa eram deceptus vltra dimidiã, sine iudice eam diuisi: an retractari possit? Dicitur quòd sic, etiam si maior fuisset, &c.

r *Maioribus etiam.* q. d. non solum minoribus.

s *Per fraudem.* vel dolum, id est per fraudulentum dolum. Vel dic, fraudem, id est culpam, quæ incidit in dolum, qui det causam diuisioni. alij ecõtra. vel dic, fraudem. i. culpam & dolum cõmitti: vt. ś. tit. proxi. l. pe. in fin.

t *Vel perperam.* cum vltra dimidiam sit alter deceptus ad instar venditionis: vt. j. de rescin. vendi. l. ij. &. ś. eo. l. j.

u *Sine.* hoc ad proximum tantum refertur.

x *Iudicio.* subaudi maxime. Vel dic sine iudicio referri ad tertiam clausulam, non ad duas primas.

y *Reformabitur.* iudicio communi diuidundo. & non agitur ad diuisionem faciendam hic: sed ad decipiendum. Alij dicunt officio iudicis faciendam: vt plene diximus. ś. quib. ex cau. ma. l. in contractibus.

r Sane gloſſam tripſam vocat Salyc. h. Si patrum.

BIU Cujas

*Si patruus.*] CASVS. Cum patruo meo habebam pecuniam cõmunem: nomine suo ex pecunia illa rem illã cum omniũ bonorũ socius nõ erat, cõmunicare debeat, quęritur? Dicitur ꝙ non: sed vt pecunia communis diuidatur, comuni diuidun. iudicio agere potero.

a *Si patruus.* i. frater patris tui.

b *Ex cõmunibus bonis.* f. nummis cõmunibus, quibus res cõparãtur. Vel dic, bonis. i. nummis redactis ex cõmunibus bonis. & secũdũ hoc nãmi erant tantũ ementis: vt. ff. de fur. l. qui vas. §. fi. & sic minꝰ dubij quàm in primo.

c *Cerens.* scilicet suo noíe, aliàs secus: vt. ff. de neg. gest. l. si ego.

d *Non omnium bonorũ.* Nã tunc licet sibi quęreretur, cogeretur tamen cõmunicare: vt. ff. pro soc. l. si quis societaté. & l. præceden.

e *Socius.* scilicet factus ex conuentione, nõ autem coincidenter: vt quia hæredes sumus de vna hæreditate: vt. ff. pro socio. l. si fratres. in prin.

f *Oportet.* actione cõmuni diuidun. quia ex re communi percepit: vt. ś. titu. proxi. l. j.

g *Postulas.* vt. ś. de rei vĩdi. l. si ex ea pecunia. &. j. si quis alteri vel sibi. l. j. &. j. de proba. l. ad probationem. in fin. nisi sit miles, vel minor, vel ecclesia, vel maritus: vt dixi. ś. de rei vindi. l. si vt proponis.

*De instrumentis.*] CASVS. Habebas prædia cum fratribus tuis communia, & instrumenta: de his volebas vt penes aliquem nostrum deponerétur instrumenta: quid iuris sit, quæritur? Respon. ꝙ præses puinciæ existimabit penes quem instrumẽta debeãt deponi: sed per quam actioné hoc debeat consequi, non aperit. Tu dic cõmuni diui. quæ non datur ad diuisionem, sed ad iudicandũ penes quem instrumenta debeãt collocari: quod est speciale, & aliud est speciale. ś. eo. l. iij. vbi agitur nõ ad diuisionem, sed ne decipiatur.

h *Actus.* per actionẽ cõmuni diuidundo, quæ datur hoc casu nõ ad diuisionẽ, sed ad iudicandũ apud quẽ debeant esse instrumẽta: sic & aliàs datur nõ ad diuisionẽ: vt. ś. e. l. maiorib⁹. Accur.

i *Existimabit.* personis & reb⁹ inspectis, pri⁹ eis descriptis, & cautione prestita de his exhibẽdis siquãdo fuerit opus: vt. ff. fa. ercis. l. si quę cautiones. & ff. de fide instru. l. fi. &. ś. de edẽ. l. ꝓcurator.

*Si cũ patruo.*] CASVS. Habebas res cõmunes cũ patruo tuo: volebas à cõmunione discedere: dedisti ei partẽ prædij vt iuraret se in diuisione dolũ nõ adhibiturũ. Si autem nõ vult stare pactis, an tale pactũ tibi debeat nocere quo minus possis petere quòd res indiuisæ diuidantur, quæritur? Respõ. ꝙ non.

k *Adhibuisse.* in ea diuisione, vel in alio forte negotio.

l *Exhibuit.* id est nõ iurauit. Sed quid si iurauit, & inuenitur postea peieràsse? Dicam nõ stari placitis, [a] & de dolo agi posse, & nõ sufficere solam pœnã periurij. argumẽtũ. ff. de dol. l. si legatarius. Sed argumentũ contra. j. de re. cre. l. ij. &. ff. de iureiurã. l. j. &. ij. Sed ibi ex delatione, cũ specialiter fuit iuramentum præstitum: hic autẽ spõtanea voluntate iurasse videtur. Sed videtur in casu huius. l. debere remitti iusiurandum: vt. ff. de condi. insti. l. quæ sub conditione. vsque ad. §. si quis. Sed forte aliud est in contractibus inter viuos, qui sumunt firmitatem ex consensu vtriusque partis. Vel refert, debeat quis iurare de prę terito, quãdo nõ remittitur: vt hic, &. ff. de iureiurando. l. si quis. & ff. de condi. & demon. l. municipib⁹. an de futuro, quando remittitur: vt ibi dicitur. b

*Iuramẽtũ quandoque ex delatione, quãdoq; ex spõtanea voluntate præstatur.*

*Res empta communi pecunia, vel redacta ex rebus cõmunibus, non est cõmunis: nec venit communicanda nisi inter socios omnium bonorum: sed pecunia peti debet. h. d. & est multum cotidiana. Bart. Bald. & Salycetus.*

IIII. Iidem AA. & CC. ad Maximianum.

SI patruus[a] tuus ex communibus bonis[b] res comparauit, sibi negocium gerens, [c] non omnium bonorũ [d] socius [e] constitutus: pro cõpetentium portionum modo indemnitati tuę consuli oportet, [f] & ideo rem emptam cõmunicare eum contra iuris formam postulas. [g] PP. XVI. Kal. Nouẽb. ipsis. IIII. & III. AA. Conss.

*Penes quem debeant esse communia instrumenta, iudex prouidere debet. Bald. Salycetus, & Paul. de cast.*

V. Iidem AA. & CC. Frontino & Gafirioni.

DE instrumentis quæ communia fratrem vestrum tenere proponitis: rector prouinciæ aditus, [h] apud quẽ hæc collocari debeãt, existimabit. [i] PP. VI. Id. Feb. Sirmij. AA. Cõss.

*Conditio iuramenti apposita in diuisione, debet impleri: aliàs diuisio non officit diuidenti. Bald. & Salyc.*

VI. Iidem AA. & CC. Thesidianæ & aliis.

SI cũ patruo vestro hac conditione diuisionẽ feciſtis, vt se nullũ dolum malũ adhibuisse [k] iuraret, nec fidẽ placitis exhibuit: [l] quo minus res indiuisas [m] requiratis, eorum placitũ quæ in diuisionẽ venerunt, nihil vobis nocere [n] potest. Dat. V. Kalend. April. Sirmij. CC. Conss.

*Ex contractu diuisionis quis tenetur de euictione, nisi aduersarius sciẽs res alienas, vel alii obligatas accepit: quia tunc quis nõ tenetur, nisi promiserit. h. d. secundũ Barto. & Bal. Vel sic: Diuisio facta extra iudicium inducit actionem de euictione, nisi facta sit inter scientes. Ia. Bu.*

VII. Iidem AA. & CC. Seueriano & Flauiano.

SI fratres vestri pro indiuiso cõmune prædium citra vestram voluntatẽ obligauerunt, & hoc [o] ad vos secundũ pactum diuisionis nulla pignoris facta mẽtione peruenit: euictis [p] partibus quę ante diuisionẽ sociorum [q] fuerunt, in quib⁹ obligatio [r] tãtũ cõstitit, ex stipulatu, [s] si interceſit: alioquin quãti interest, præscriptis verbis cõtra fratres agere potestis. [t] nã si fundi, scientes obligationẽ, dominiũ susceptistis: tantũ euictionis promissionẽ solẽnitate verborum, vel pacto promissam probãtes, eos conueniendi facultatem habebitis. Dat. II. Non. Decembr. Nicomediæ. CC. Conss.

*A diuisione facta tradendo, vel possessionẽ dimittẽdo apud alterũ de cõsortibus, solo cõsensu recedi nõ potest. Bal. cũ Saly.*

VIII. Iidem AA. & CC. Nicomacho & aliis.

SI inter vos maiores [u] annis vigintiquinque rerum communiũ diuisio, relicta vel translata possesione, finem accepit: [x] instaurari mutuo bona fide terminata consensu [y] minime possunt. Dat. Non. Decẽb. CC. Conss.

*Vbi non est communio, non cadit diuisio. Bald. & Saly.*

IX. Iidem AA. & CC. Demetriano.

FAmiliæ erciscundę, vel communi diuidundo iudicio ita demũ si corpora maneãt cõmuiſtis: aliàs nõ agitur, nisi stipulatio vel pactio de euictione interuenerit, vt subiicit: vt. j. de euic. l. si fundũ. sic itaque pactum solum ad eam parandam sufficit. Sed cõtra. j. cõmunia de lega. l. fi. in fi. Solu. vt ibi. & facit. ff. eo. l. ité quanuis. in fi.

*Si inter vos.*] CASVS. Habebã cum Titio rem cõmunem: facta diuisione, & cuilibet nostrum portione sua adsignata, nõ vult Titius stare diuisioni: an sit audiẽdus, quæritur? Dicitur ꝙ non.

u *Maiores.* secus si minores: vt. ś. tit. j. l. penul.

x *Finem accepit.* his enim modis accipit finem: vt. ś. tit. ij. l. si diuisionem. & ff. de pact. l. diuisionis.

y *Consensu.* hoc est per pactum. vel dic solo consensu nõ reuocari re perfecta: vt &. ff. de pac. l. ab emptione.

*Familiæ.*] CASVS. Lex ista dicit ꝙ iudiciũ fami. ercis. & cõmuni diuidũdo habẽt locũ pro corporib⁹ cõmunib⁹ ex hęreditaria causa vel alia: ita demũ si corpora cõmunia sunt. & hoc est verũ de directo dominio. sed vtile dominium habet locũ pro rebus diuisis: puta pro damno dato. & sic soluitur contra. ff. communi diui. l. in summa.

*Agi po-*

*b lũge ambas istas solutiones, & dic quòd cõditio iurisiurandi siue sit de præterito, siue de futuro, remittitur in cõtractib⁹; in vltimis vero voluntatibus quidem si de futuro, remittitur ꝓ prætorem, non de iure ciuili: vt in. l. allega. in glo. & in. l. facta. §. si vĩdã a. ff. ad Treb. Paul. de cast. hic.*

BIU Cujas

a *Agi potest.* vt &.ff.co.l.per hoc.&.l.j.in fi.Sed contra.ff.cõmuni diuidũ.l.in summa.vbi etiam post interitum rei communis agitur. Idem & in familiæ erciscundæ iudicio:vt.ff.fami.erciscun.l. si seruus. Solu.hic dicit de directa: ibi de vtili. Item contra.ff.communi diuidun.l.iiij.§. sicut.&.§.fi.&.l.seq.&.ff.de dã.infect.l.si finita. §. Iulianus. versi. sed si quis.in quibus legibus agitur communi diuidundo pro præstationibus & sumptibus factis antequam res esset communis. aliàs est in glo. post cõmunionem.sed dices agi vtili,non directa.vel responde, ad omnia ita demum agi potest,scilicet vt fiat diuisio.

*Scriptura.*]C *ASVS.* Paterfa.fecit testamentum, in quo omnia bona inter filios suos diuisit. in vltima parte testamenti adiecit se nihil indiuisum reliquisse : an si appareat aliqua res indiuisa,non obstãtibus verbis illi⁹ testatoris possit venire in diuisionẽ? Dicitur quòd sic.

b *Testamenti.* hodie determinat authen. de iureiu. à mo. præsti. col.v.

c *Nihil impedit.* nam dispositiuæ voluntates seruantur, nõ enũciatiuæ:vt hic,& infra de testa.l.verba. nisi iurauerit:vt in authen.de iureiur.à mo.§.j. colla.v.

*Possessionum.*]C *ASVS.* Si fundũ tecum habebam cõmunem, & in eo colonũ: & in diuisione velim vt mihi Stich⁹adsignetur,& tibi vxor sua:an sim audiendus, quæritur? Dicitur quòd nõ: sed vni nostrum vterque adsignabitur,& in pecunia fiet condemnatio alteri.

d *Permaneat.* aliàs permaneret.sic & infra de agri.& cen.l.definimus.§.illud.lib.xj. &.ff.de ædi.edic.l.plerunque.&.ff.de lega.j. l.si domus.§.qui confitetur.&.ff.de fun.instru.l.quæsitum.§. item lanificas.& infra de custo.re.l. quoniam vnum. Item nec ipsa mancipia à terra debent separari : vt infra de agri.& cen.l.ij.&.l.quemadmodum.lib.xj. Item nec corpora indiuidua : vt insti.de offi.iudi.§. quòd si commode.

†*Ista lex est singul. nec reperitur alibi, & est nona secundum Pau. hic, quia hæc quæ hic dicũtur, nõ erãt de iure veteri secũdũ eũdẽ.*

e *Cogantur.* scilicet in communionem.vel postulabitur iudicio communi diuidundo, vt aliter fiat diuisio, vel adiudicatio. Sed quo postulante? Respõ.quolibet dominorum, scilicet quãdo iudex sine voluntate eorum ita diuisit.Sed quid si domini sic diuiserunt, vel ab alio ita diuisa retinuerunt? Respon. quilibet forte repellitur, si consẽsit ei quod retractare intendit, arg.dictæ.l.de lega.j.si domus.§. qui confitetur.

*Illud.*]C *ASVS.* Si pater vel cõsimilis persona dotem vel donationem propter nuptias dedit, vel aliquis pro eis, & soluto matrimonio ad eum dos vel donatio propter nup.reuertatur, & facto testamento non faciat mentionem de illa donatione: aut testatus est inter extraneos, aut inter suos: & alius filius & filia, qui similiter habuerunt dotem & ante nup.do.quorum matrimonia durant, sint consecuti aliquas res ex paterna substantia: isti similiter lucri causa debent habere hoc præcipuum. facient autem res reuersas, pro ea quantitate æqua quam fratres lucrati sunt,distribui. Si autẽ nihil præcipuum habent, quorum durãt adhuc cõnubia,communicabũtur inter eos res ad patrem reuersæ.at si plures res ad patrẽ reuersæ sunt, quàm ipse dedisset, forte facto pacto de lucranda dote, vel dona.propter nup. præcipuum habebit superfluum filius vel filia cuius nomine lucrari contingit. Si vero minus ad patrẽ peruenerit,quàm dedisset, dispẽdium ad eundem filium vel filiã ad quos vel quas datũ est,pertinebit. Si autẽ extranei sunt instituti cũ filio & filia, quorũ dos & ante nup. dona. ad patrẽ reuersæ sunt,tũc extranei nihil habebũt de illa dote vel donatione si pater nullã fecit mentionem.& ita si bene inspicias, in duobus casibus hic cessat collatio: & cum plus rediit ad patrem scilicet pro illo superfluo, & cum hæredes extranei instituti sunt. Sed nunquid corriguntur hæc hodie per authen. j.de collatio.ex testamento? dic quòd non, quod dic vt in summa de colla.§.fi.ibi, faciẽda est.

XI. CONSTANTINVS A. Cẽrulo rationali trium prouinciarum.

POssessionum diuisiones ita fieri oportet, vt integra apud successorẽ vnũquenque seruorũ, vel colonorum adscriptitiæ cõditionis, seu inquilinorũ proximorum agnatio vel adfinitas permaneat. d Quis enim ferat liberos à parẽtib⁹, à fratrib⁹ sorores, à viris cõiuges segregari? ℣ Igitur si qui sic sociata in ius diuersum mãcipia vel colonos distraxerint, ĩvnũ eadẽ redigere cogãtur. e Dat. III. Kalẽ. Maij, Proculo & Paulino Conss.

*Dos & donatio propter nuptias ad patrem reuersa, debet esse præcipua illius filii vel filiæ pro quo vel qua data fuerit, extraneis institutis cum illo vel illa. sed institutis filiis, debet ita demum ad eundem redire, quando alii simile lucrum haberent non diuidendum. aliàs diuiditur inter omnes. Vel sic : Dos à patre profecta, & ad eum reuersa, venit inter liberos dividenda, nisi ratio inæqualitatis aliud inducat. sed cum hærede extraneo non diuiditur, sed ad ipsos liberos pro quibus data fuerat, reuertitur. Ia.Bu.& Pau.de cast.*

XII. Imp. IVSTINIANVS A. ad Senatum.

ILlud †æquitatis fouere rationib⁹, bene nobis apparuit. Si quis etenim pro filio suo ante nuptias donationẽ conscripserit, f vel dederit, g vel pro filia sua dotem, & hoc quod dedit, iterũ ad eum reuertatur, vel stipulatione vel lege h hoc faciẽte:vel & si alio dotem, vel ante nuptias donationẽ dãte, stipulationis paternæ tenor vel forte legis i hoc induxerit: ille autẽ testamento condito, vel filios suos, vel extraneos k scripserit hęredes,& nil de huiusmodi rebus quæ ad eum reuersæ sunt, l vel peruenerũt,disposuerit, inueniantur autem alij liberi eius res à paterna substantia lucrati, vel per ante nuptias donationem,vel dotes, vel militiæ causa,quas (vt pote testamẽto existente)non cogũtur cõferre: m tũc filius vel filia easdẽ res quæ ad patrẽ reuersæ sunt, vel peruenerunt, n habeant pręcipuas, ad simile tamen lucrũ cõputãdas: o vt in pręsenti casu tãtum habeat ipse, vel ipsa, quantum eius fratres à patre sunt cõsecuti, p secundum eos modos quos supra diximus, & quos cõferre propter testamentum nõ coartãtur. ℣ Sin autem nihil tale penit⁹ in fratres eorũ à patre collatum est:neque ipsos sibi præcipue hanc partẽ vindicare,sed quasi paternæ facta substantiæ sit, inter omnes secũdum institutionis tenorem diuidi.& hæc quidẽ,si inter fratres patris elogium compositum sit.℣ Sin autem extranei sint scripti q hęredes, & nihil in testamento suo neque in hac parte testator dixerit : tunc omnimodo r præcipuum habeat filius vel filia,quod ad patrem reuertitur, vel peruenit. ℣ Si tamen minus

i *Vel forte legis.* cum contemplatione patris dos data est, vnde habetur profectitia : vt.ff.de iure dot.l.profectitia.

k *Extraneos.* coniungit hos,sed postea diuidit in responsione.

l *Sunt.* cum ipse dedit.

m *Conferre.* nisi pater expresse dixisset : vt infra de col.l.j. Sed hodie hęc & illa corriguntur per authẽ.ibi positã,ex testamẽto.

n *Peruenerunt.* cum alius dedit.

o *Computandas.* aliàs est in textu, computandæ sunt.

p *Consecuti.* non plus, minus autem sic, si earum dos vel donatio fuerat minor.arg.infra ea.l.in fin.

q *Scripti.* scilicet cum filia cuius dos reuersa est ad patrem, & sine aliis fratribus,quorũ cõstat matrimoniũ. & idẽ dic de filio.

r *Omnimodo.* etiam si in fratres nihil tale collatũ sit.& in hoc differt hic casus à superiore secundum quosdam:quod non placet : vt infra proxi.Sed dic omnimodo,scilicet etiam si extranei nihil

nihil habeant vltra virilem.& hic.§. vsque in fi.non corrigitur per authen.dictam, ex testamento. Quid autem si hæc filia & fratres & extranei sint instituti? Respondeo idem esse ac si filiam & filios sine extraneis instituisset. Accursius.

a *In fratres.* non institutos.idem si instituti.

b *Excepto.* id est præcipuo adiudicato huic filiæ cuius dos est reuersa: siue dicas inter ipsam & fratres, quorum matrimonia durabant.

c *Institutionum.* inter ipsam & extraneum hæredem.

d *Proculdubio.* Nunc dicit econtra.

e *In fratres.* qui non sunt hæredes. idem & si essent.

f *Collata.* quando rediit.

*FINIVM REgundorum.*

*Sicut superiores actiones diuidunt, sic & hæc dirimit finium quæstionem, vbi est quædã quasi communio: & ideo merito hic ponitur.*

REgionem.]CASVS istius.l.ponitur in glo.j.sed clarius dic quòd quidam fundũ habebat, cuius partes per nomina erãt distincta,& vna vocabatur Titiana,alia Mutiana. dominꝰ quoque aliam volens ampliare,aliã distrahere: mutauit metam alterius, quam postea vendidit. emptor vero aliã petebat,licet vẽditio interuenisset post mutationem finium. Dicitur quòd non potest. & facit ad hãc positionem.ff.eo.l.eos.

g *Regionẽ.* pone:Habeo fundum terminatum ĩ duas partes.muto terminos: & alteram partem vendo, puta minorem.emptor credens primos terminos non posse mutari, ingreditur vsque ad primos terminos in possessionem. cogetur quidem hoc iudicio stare illis finibus qui fuerunt sibi demonstrati in venditione.nam potui agrum meum terminare prout volui: vt hic,& infra.l.proxi.&.ff.eo.l.in finalibus.&.l.eos.& de leg.j.l. quod in rerum natura.§. si quis.& de leg.ij.l.Gaius.in fi.

h *Ratione.* id est rationabiliter. Vel dic ratione conuentionis: vt subiicit.

SVcceßionum.]CASVS. Cum haberemus agros confines antiquis terminis distinctos,placuit alios ponere, & à veteribꝰ recedere.si forte postea his mutatis moueatur quæstio, iudex nouos fines sequetur: cum aliàs termini successionum varietate & nouo consensu mutari possint. Viuianus.

i *Varietas.* scilicet quia vni succedunt duo hæredes,qui terminãt inter se aliter quàm terminatũ habuit testator vel tenuerit.

k *Agris.* id est partibus agrorum.

l *Alterutro.* hodie dicimus alterutri:sicut olim alio,hodie alij.

m *Monumenta.* id est terminos, à moneo: quia monent & docent quousque protendantur fines. Vel per similitudinem: quia sicut sepulchrum est memoria hominum, sic per terminos finiũ memoria retinetur. Vel appellat monumenta instrumenta,quæ continent alios fines, qui modo immutantur. Statur ergo antiquis terminis, nisi noui probentur: vt hic,& supra.l. proxi. &.ff. eo.l.eos.&.l.ĩ finalibꝰ.&.ff.de aqua plu.arcẽd.l. quod principis.

*Si quis.*]CASVS. Ego & Titius habebamus fundos distinctos.ego dico fines male positos: quia vltra eos fundus meus in fratres [a] collatũ est, amplius autẽ ex huiusmodi causa ad patrẽ peruenit:illo,quod ad similẽ quãtitatem concurrit, excepto, [b] cetera quasi paternę substãtię facta, secũdũ modũ institutionũ [c] diuidãtur. ℣Illo proculdubio [d] obseruãdo, ꝙ si minus sit id,quod pater ex huiusmodi causa habuit, ea quãtitate quę ĩ fratres [e] collata [f] est: tota huiusmodi portio ad eas ꝑsonas ꝓueniat, quarũ occasione res ad patrẽ reuertitur. ℣Ea igitur quæ in paterna persona dixim⁹, obtinere volum⁹ etiã in auo & proauo paterno vel materno,& in matre, & in auia, & proauia paterna vel materna. Dat.XI.Kalend.August.Constantinop. Lampadio & Oreste VV.CC.Conss.

*TITVLVS XXXIX.*

## FINIVM REGVNdorum.

*Non inspiciuntur fines antiqui, sed fines in venditione designati: quia licitũ est mutare terminos ĩ propriis agris. Bal.Vel sic: Dominus certam partem fundi vẽdens,potest terminos secundum conuentionem vẽditionis apponere,vltra quos non licet emptori agere. Salycetus.*

I. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA.& CC.Nicephoro.

REgionem [g] † certã fundi, ꝓpriis finibus eius mutatis, dominus eius distrahere,ac residuũ retinere nõ ꝓhibet. Nec amplius emptor, ꝙ ꝙ ratione [h] secũdũ vẽditionis fidẽ ad se ꝓcnit, vĩdicare potest ꝓtextu terminorũ tẽporis antecedẽtis vẽditionẽ. Dat. Id. Decẽb. Nicomediæ. AA. Cõss.

*Varietate successorum & consensu dominorum possunt agrorum termini mutari. Bart. Bald.& Paul.de castro.*

II. Iidem AA.& CC.Tatiano.

SVccessionum varietas, [i] & vicinorum noui consensus, additis vel detractis agris [k] alterutrò, [l] determinationis veteris monumenta [m] sæpe permutant. Dat. I X. Kalend. Ianuar. Nicomediæ. AA. Conss.

*In iudicio finium regundorum quæritur de proprietate & possessione: & mensura committitur agrimẽsori: & secũdũ eius relationẽ postea iudex mãdat terminos dirigi,& adiudicat.& altera parte per cõtumaciã absente, potest iudex agrimẽsionem committere,& definitiuam proferre. Bald.*

III. Imp. CONSTANTIN. A. ad Tertullianum.

SI quis [n] †sup sui iuris locis [o] prior de finibꝰ detulerit querimoniã, [p] quę ꝓprietatis controuersię cohęret: [q] priꝰ possessionis q̃stio finiat: [r] & tũc [s] agrimẽsor ire ꝑcipiatur ad loca, vt patefacta [t] veritate, huiusmodi litigiũ terminet. [u] ℣Quòd si altera pars, ne huiusmodi q̃stio [x] terminet, se subtraxerit: nihilominꝰ agrimẽsor ĩ ipsis locis iussione rectoris ꝓuinciæ vnà cũ

*vide Ang. Are. in. §. quædam actiones. in gl. sup verbo, itẽ finiũ regundorũ. instit. de actionibus.*

n *Si quis.* actor agit finium regundorum. Primo ĩquiritur quãtum tenet. Secundo, quot iugera ibi habere debeat. Tertio mittitur executor, qui renunciat iudici quantum habeat minus actor, quàm habere debet. Quarto iudex definiet ꝑcipiendo poni terminos in confiniibꝰ veris :vel per adiudicationem.

o *Locis.* locus est regio aliqua fundi: vt.ff. de ver.sig.l.locus.

*Locus quid sit.*

p *Querimoniam.* id est libellum agens finium regundorum.

q *Coharet.* sicut enim in rei vindicatione inquirit iudex quid & quantum sit meum: sic & hic, cum dicam vltra terminos, vel vltra id quod dicit aduersarius,esse meum :sed in rei vĩdicatione ideo quærit,vt totum restituatur ei cuius est. at hic quandoque nõ totum restituitur, sed alteri adiudicatur.& ille isti in eius æstimatione condemnatur,vt sic competenter loca distinguantur: vt. ff.eo.l.ij.&.l.fin.&.l.seq.& inst.de offi.iud. §. si finium.

†*Cũ hac.l. concor.c. quia iudicãte.cũ glo. sup verbo, ad loca.extra de præscrip.*

r *Finiatur.* per officium iudicis non sententiando, cum libellus non sit datus. Vel dic sententiando definitiue: [b] sic & supra de rei vin.l.ordinarij.& infra de interdic.l.incerti.& supra de iud.l.nulli. Et potest hoc habere locum, quando habebam instrumentum quo continebatur quòd ego debebam habere.x.iugera :sed ego dico me habere minus.prius ergo quæritur vsque ad quem locum possideo, quia feci seminari terram, & arari & coli: & postea si minus est quàm dicat instrumentum meum, scietur per agrimensorem, & etiam ipse iudex videbit si opus est:vt.ff.e.l. si irruptione.§. fi.& ponentur termini inter.

[b] *Quia est vnꝰ de casibus exceptis à regula: quòd ante lit. contest. nõ debẽt tẽstes recipi, vel sententiari :vt per glo.i.in. c. quoniã frequenter.extra vt lit. non contest.*

s *Æstimo.* scilicet probato prius quantum vltra meum est.

t *Vt patefacta.* scilicet per hęc duo iudicia,scilicet possessorio, & alio scilicet communi diuidundo,quo probaui per instrumẽtum vel testes,quantum vltra est ager meus,finiatur lis,vt subiicit, agrimensore interueniente vice cuiusdam executoris.

u *Terminetur.* per sententiam.vel dic motu iudicis.

x *Huiusmodi quæstio.* hic erat lis contestata:& ideo dicit quæstio, aliàs non posset definitiuè procedi: vt supra de iud.l.properandum.§.j.sed in prin.huius.l.dixit querimoniam: quia non erat ibi lis contestata. *ADDITIO.* Putat Bar.hic quòd quando quæstio est ſolum de finibus & non de proprietate, lite non contestata posit ad definitiuam sententiam peruenire.pro quo facit quod no.idem Bar.in authen.si omnes.supra si mitor ab hære.se absti.

*Quæstio & querimonia differunt.*

*Obseruante.*

a *Obseruante.* id est præsente.

*Si constiterit.*] CASVS. Aliquis egit contra vicinum suum de finibus: litem est contestatus: antequam fi. regun. proferret sententia, occupauit de terra vicini sui, & posuit fines propria auctoritate: quid iuris sit, quæritur? Respon. q̃ illud quod petebat, amittet: quod occupauit, restituet: & nihilo minus tãtundem de suo. & hoc est qđ dicit.

b *Si constiterit.* scilicet iudici.

c *Qui finalem.* id est de finibus.

d *Quæstionem.* loquitur ergo hæc constitutio de post litem contestatam violentia cõmissa. sed illa, si quis in tantã. j. vnde vi. loquitur & ante & post. hæc de immobilibus tantũ: illa etiã de mobilibus: vt insti. vi bo. rap. §. sed nec dum. Item hęc locũ habet tantũ cum controuersia est de finib⁹.

e *Voluisse.* i. voluntarie vsurpasse: ne sit contra. ff. de pœnis. l. cogitationis. sic &. ff. de re. diui. l. fi. &. j. de re. cre. l. antepe. ibi, renuncian dũ putauit &c. Et hoc etiam innuit verbum irreptor: & similitudo interdicti vnde vi, & si quis in tantã, & furti. in quibus casibus oportet factum interuenire. Vel dic q̃ nõ tantum cogitauit: sed etiã vltra processit: vnde punitur: vt. ẽ. de his qui ad eccle. cõfu. l. fi. in prin.

f *Male.* si autẽ bene, amitteret tantum rem: sicut in constitutione, si quis in tantam.

g *Tentauit.* i. temerarie ademit.

h *Amittat.* condictione ex hac. l. & facit. j. de suffra. l. j.

*Quinque pedum.*] CASVS. De minori spacio v. pedum olim nõ agebatur: hodie per hãc. l. illud tollitur: quia de minori spacio agi potest, non obstante exceptione. v. pedum, si viderit de alterius finibus occupatum. & hoc est quod dicit.

i *Præscriptione.* i. exceptione. quidã dicũt sic scribi, proscriptione, nõ prę̃scriptione. q. d. protẽtione vel prolõgatione: vt, pro, localiter ponat. Vel verius dic, præscriptione. i. exceptione præscriptionis. nã olim si cõtrouersia erat de quinq; pedib⁹ tantũ, vel minus, & ageretur hoc iudicio, repellebat agẽs præscriptione. i. exceptione: quod erat propter terræ vilitatem: sed hodie agitur quãtuncunq; vnus de alterius finib⁹ occupauerit, per hanc. l. Sed Petrus Baylardus, qui se iactauit q̃ ex qualibet quãtuncunq; difficili litera traheret aliquem sanũ intellectum: hic dicit, nescio.

*Petri Baylardi iactantia.*

k *Finalis.* cum quæstio est de finibus totius possessionis.

l *Vel locorum.* i. alicuius partis agri: vt. ff. de ver. sig. l. locus.

m *Intentio.* proposita hac actione.

*Vnctis.*] CASVS. Quæstio finium regundorum non tollitur longo tempore, sed longissimo. ratio est: quia mixta est in rem & in personam. insti. de act. §. præterea.

n *Et machinationibus.* eorum qui conabantur eam finiri decennio vel vicennio. Azo.

*Actio finiũ regundorũ*

o *Sed triginta tantummodo annorum.* est enim mixta, vt instit. de actio. §. quædam. Sed quando nascitur? Respon. ex quo cœperant fines turbari. Item vnde nascitur? Respon. non ex contractu vel quasi: vel maleficio, vel quasi: sed est datiua propter turbationem: vt. ff. eo. l. fin. Sed videtur tolli decem annis vt ff. pro empt. l. ij. §. sed & si fundus. &. l. qui fundum. §. j. vbi dicit, quòd si vicinus meus vendidit aliquid de meo, quòd emptor præscribit decem annis: sed certe non ideo mihi denegatur hæc actio, vt termini commodius distinguantur: sed sibi remanebit qđ præscripsit. Vel dic du rare. xxx. an. vbi nihil de meo præscripsit: vt hic. aliàs contra: vt ibi. quod in idem recidit.

*Obseruante* parte hoc ipsum faciens perueniet. Dat. XVI. Kal. Mart. Veronæ, Gallicano & Symmacho Conss.

*Qui, post litem contestatam super finibus aliquid innadit indebite, punitur. h. d. & istam. l. commendat Rofre. in materia violentiarũ. Vel sic: Qui, post litem contestatam in iudicio finium regundorum occupat de alieno: illud habet reddere, & tantundem de suo. Ia. Bu. Bal. & Saly.*

IIII. Idem A. ad Bassum præfectum vrbi.

SI constiterit[b] eum qui finalem[c] detulerit quæstionẽ,[d] priusquam aliquid sentẽtia determinetur, rem sibi alienã vsurpare voluisse:[e] nõ solũ id quod male[f] petebat, amittat: sed (quò magis vnusquisque contentus suo, rem nõ expetat* iuris alieni) qui irreptor agrorum fuerit in lite superatus, tantũ agri modum, quantum adimere tentauit,[g] amittat.[h] Lecta apud acta XIII. Kalend. Iul. Gallicano & Symmacho Conss.

*Voluntas sine effectu, an sit puniẽda.*

*expectet.

*Etiam pro modica occupatione, & pro vili cespite terræ, redditur iudicium finium regundorum. Vel sic: Iudicia quæ redduntur in re cõmuni, redduntur ita pro re parua sicut pro re magna. Bal. Vel sic: Exemptio antiqua quinque pedum non impedit hoc iudicium. Salyce.*

V. Imppp. VALENTINIA. THEOD. & ARCAD. AAA. Neotherio præfect. præto.

QVinque pedum præscriptione[i] submota, finalis[k] iurgij vel locorum[l] libera peragatur intẽtio.[m] PP. VIII. Kal. Aug. Arcadio. A. II. & Rufino Conss.

*Quæstio finium regundorum non tollitur nisi spacio. xxx. annorũ, & non spacio longi temporis. Bal. & Saly.*

VI. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino præfecto prætorio.

CVnctis molitionibus & machinationibus[n] amputatis, decernimus in finali quæstione non longi temporis, sed triginta tantummodo annorũ[o] præscriptionẽ locum habere. Dat. II. Non. Nouemb. Arcadio. A. II. & Rufino Conss.

## TITVLVS XL.
## DE CONSORTIBVS eiusdem litis.

*Licet plures sint consortes eiusdem litis, tamen quilibet potest pro parte agere & defendere. Bal. & Saly.*

I. Imp. IVLIANVS. A. Secundo præfecto prætorio.

EXplosis atq; reiectis præscriptionibus, quas litigatores sub obtẽtu cõsortium,[p] studio protrahendæ disceptationis excogitare consueuerunt: siue vnius fori omnes sint, siue in diuersis prouinciis versentur, nec adiũcta[q] præsentia consortis vel cõsortium, agendi[r] vel respondendi iurgãtibus licentia pro parte[s] pandatur.[t] Dat. III. Non. Septemb. Mamertino & Neuita Conss.

*Pro consorte post litis contestationem absente potest quis agere & defendere sine mãdato, præstitis legitimis satisdationibus. h. d. & iste casus nõ reperitur alibi. Bald.*

II. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA. Sallustio præfec. pto.

COmmune[t] negotium post litẽ legitimè ordinatam[u] etiam quibusdam absentibus in solidũ agi sine mãdato potest:[x] si præsentes rem ratam dominũ

p *Consortium.* dicit reus, non respondebo tibi, nisi tui vel mei consortes adsint.

q *Nec adiuncta.* id est sine.

r *Agendi.* post litem contesta. ab aliis: vt infra. l. proxi. sed respõdere pro aliis potest & ante & post. & ad hoc. j. si cer. pet. l. cũ te. &. ff. de iud. l. non idcirco.

s *Pro parte.* id est propter partem, vel proprie.

t *Pandatur.* id est præbeatur.

*Commune.*] CASVS. Sub prætextu absentiæ consortis vel consortium eiusdem litis, non prorogandum est negotium, sed lit. contest. agi potest absentium nomine: neque mandatum exigitur ab his qui præsentes sunt. Sola enim cautio de rato si agatur, & de iudicato soluendo si cõueniatur, necessaria est. q̃ si certũ sit eum nõ habere mandatum, admittatur consors, p altero præstita satisdatione: hoc tamen nisi fuerit inhibitum: quo casu aliud est. & sic loquitur. ff. de iudiciis. l. si prætor.

u *Ordinatam.* i. inchoatam. contra. ff. de procur. l. Pomponius. sed loquitur post litem contestatam: illa ante.

u *Ordinatam.* non ante si certum sit eum non habere mãdatum: vt dixi. ẽ. de procura. l. j.

x *Potest.* immo videtur q̃ non: vt. ff. de iud. l. si petitor. quæ est contra.

contra.Solu. aliis inuitis non potest,vt ibi:sed ignorantibus sic: vt hic,&.ff.de procur.l.Pomponius.§.fina. *ADDITIO.* Barto. hic sic distinguit,quia aut plures consortes habent eandem litem circa rem indiuiduam:& potest vnus solus agere & defendere:vt l.si cũ vno.ff.si ex noxa.causa aga. Aut est res diuidua, & tunc ante litem cõtestatã nõ potest agere vnus, nisi pro parte sua: vt supra l.proxi. Post litem vero cõtestatam aut vult agere aliis inuitis & contradicentibus, & non potest: vt. l.si petitor. ff. de iudi. aut aliis ignorãtibus,& potest præstita cautione de rato:vt hic.

a *Cauere.*i.satisdare, cũ prætoriæ sint. Sed videtur lite cõtestata huiusmodi cautiones nõ præstari: vt.ff.de procu.l.Pomponius.§.ratihabitionis. quæ est contra.Solu.ibi interuenit procurator ante litem contestatã: vnde erat quod imputaretur aduersario. hic interuenit postea: vt.ẽ. de procur.l.nihil. Idẽ dicẽi potest in causa suspicionis: vt.ff.de arbi.l. nõ distinguemus.§. cũ quidam.

b *Satisdatione.*scilicet pro parte sociorum.

*DE NOXALIbus actionibus.*

*Dixit de damno dato à liberis personis vt supra ad leg. Aquil. nunc de dato à seruis,& omni maleficio ab eis commisso.*

*Si extat corpus.* ] *CASVS.* Testator in testaméto suo reliquit libertatem pure seruo suo.iacente hæreditate iste seruꝰ subtraxit res hæreditarias.adita hæreditate statĩ est liber. an hoc ipso furti agere possim? Respon.q nõ: immo si res extant, eas vindicare possum:quia licet seruus furtum faciat domino, tamen cũ eo furti agere non potest, neque si postea est manumissus: nisi res furtiuas post manumissionem contrectet, scilicet baiulando de loco ad locum.

c *Si extat.* aliàs extitit.

d *Liberum.* scilicet iussum in testamento tui patris: suus enim erat seruus.

e *Aliàs.* quando extraneo esset factum furtum à seruo.

f *Teneatur.* vt instit.de noxa.act.§.omnis.

g *Competit.* vt &.j.de fur.l.furti. sed hæredi sic:vt insti.de perpet.actio.§.est enim.

h *Committat.* & res fiat furtiua: vt insti. de obli. quæ ex delict. §.hi qui.

i *Est nata.* vt.j. an seruus ex suo facto.l.fi.

k *Aduersus ipsum.* nedum aduersus hæredem, aduersus quem tentasti agere.

l *Contrectet.* quæ nascetur ex præsenti contrectatione,cum ex prima non fuerit nata. aliàs contra : vt. ff.de fur. l.ei qui. Habet etiam iste aliud auxilium, scilicet præter actionem in rem, & ad exhibendum, scilicet actionem in factum in duplum : vt. ff. si quis testa.li.esse iussl.j.in prin.& facit ad istam.l.ff.de fur. l.seruus & filij.&.ff.de noxa.l.si seruus legatus.&.ff.de mino.l.verum.§.j. & de act.& obli.l.seruus.&.ff.de condic.fur.l.quod ab alio.

*Si serui vestri.* ] *CASVS.* Serui vestri dederunt damnum arboribus vicini,qui furtim eas cæciderunt : super quo delicto statuta est certa pœna à lege.& si hoc fecerint vobis ignorantibus vel prohibentibus: an ad illam pœnam teneamini,quæritur? Dicitur quòd non:vnde habetis in electione vel dare seruos pro noxa,vel condemnationẽ pœnæ subire. Nor. ex ista.l.quę semper ad hoc allegatur, quòd statuta disponentia aliquid sup eo super quo disponit ius commune, intelliguntur secundum ius commune. & cum hoc etiam allegatur glos. magna in ca.fina.§.in computatione. extra de iure delibe. Item etiam allegatur quòd statuta recipiunt interpretationem restrictiuã, ne quis indebite damnum patiatur : a nam indebitè pateretur dominus damnum, si cogeretur emẽdare vel soluere pœnam ex delicto à seruo suo commissam ipso ignoránte vel prohibente, & sic nulla culpa eius concurrente.Pau.

*a Quę punctũ hic pulchre examinat Salyce. quem vide.*

m *Arbores.*cuiusdam extranei.

n *Quibus.* scilicet arboribus vel syluis. Vel dic, scilicet seruis, & quibuslibet damnũ tale dantibus.

*b Scilicet municipalem. Pau.*

o *Legem.* b qua imponitur pœna dupli.

p *Saltui.*id est loco vbi erãt arbores. Et dic quòd erat pœna dupli damni dati computato precio arborum vel lignorum manentiũ: & hoc per actionem arb. fur.cæ.l.furti.§.fina.& l.seq. Vel dic ciues illius loci statuisse pœnam contra eos qui arbores cæderent . Vel saltui dicit ,pter Nili aggores:vt.j.de Nili agge. non rum.l.j.

*Saltuꝰ aliter accipitur.*

q *In sua potestate.* vt. ff. eod.l. j. & ij. in princip. Et scias quòd noxæ deditio est in solutione : sed damnum est in obligatione & condemnatione : vt.ff. de re iudi.l. miles. §. j. & instit. de offi. iudi.in princip.

*Procurator falſus tenetur cõdictione indebiti.Bal.Vel ſic:Soluenti falſo procuratori,condictio,non liberatio,competit. Sal.*

VIII. Iidem AA. & CC.Zyparo.

CReditoris falſo ꝓcuratori ſoluenti, [e] aduerſus eũ [f] indebiti repetitio, non obligationis liberatio [g] competit. S. Peti. XV. Kalend. Nouemb. AA.Conss. B

*Dominus ſoluẽdo ex cõtractu falſi procuratoris ſiue geſtoris ſine mandato, videtur approbare contractum.h.d.no.Vel ſic: Ille qui facit quod eſt faciendum ſecundum naturam contractus, videtur probare contractum. Baldus.*

IX. Iidem AA.& CC.Gratianæ.

INdebitum ſolutũ ſciens, non recte repetit. [h] Citra mãdatũ [i] autẽ ab alio re diſtracta: dominus euicta re, vel ob precedens vitiũ [k] ſatis emptori [l] faciẽs, nõ indebitũ prętendere poteſt,ſed per huiuſmodi factum [m] ratum contractum habuiſſe probans, C à ſe debitum oſtendit eſſe ſolutum. [n] S.IIII.Non.Decemb. Nicomediæ.CC.Conss.

*Beneficium electionis non perditur facilitate erroneæ ſolutionis.hoc dicit no.ſecundum Baldum.Vel ſic:Debitor alternatiue ad duo,ſoluens vtrunque,habet electionem quod repetat,ſicut habebat antequam ſolueret.Salycetus.*

X. Imp. IVSTINIANVS A.Iuliano præfecto prætorio.

PRo dubietate [z] eorum qui mẽte titubante [a] indebitam ſolutum [n] ſeruũ certi nominis, aut quãdã ſolidorũ quãtitatẽ, vel aliã rem promiſerit: [o] & cũ licẽtia ei fuerat vnũ ex his [†] ſoluẽdo liberari,vtrumque per ignorãtiã [p] dependerit: dubitabatur cuius rei daretur à legib⁹ ei repetitio, vtrũ ne ſerui, an pecunię:& vtrũ ſtipulator, an ꝓmiſſor habeat huius rei facultatem. [q] Et Vlpianus quidẽ electionẽ [r] ei præſtat [ſ] qui vtrũq; accepit,vt hoc reddat, quod ſibi placuerit: & tam Marcellum quàm Celſum ſibi cõſonantes refert. Papinianus autem ipſi qui vtrunq; perſoluit, electionem [t] donat: qui & antequam dependat, ipſam habet electionem quod velit præſtare: [u] & huius ſentẽtiæ ſublimiſsimum teſtẽ adducit Saluium Iulianũ ſummæ auctoritatis hominem, & prætorij edicti perpetui ordinatorem. Nobis hæc decidentibus, [x] Iuliani & Papiniani ſententia placet: vt ipſe habeat electionem [†] recipiendi, qui & dandi habuit. [y] Dat. Kalẽ.Auguſt.Conſtantinop.Lampadio & Oreſta.VV.CC. Conss.

*Ratione dubitationis oritur cõdictio indebiti, ſicut ratione erroris.h.d.ſecundum Bal.Vel ſic:Indebitum ſolutũ ancipiti animo,ſiue mente titubãte,repetitur.Salycetus.*

XI. Idem A.Iuliano præfecto prætorio.

o *Promiſerit.* ſub alternatione.

p *Per ignorantiam.* putans ſe vtrunque daturum promiſiſſe.

q *Rei facultatem.*ſcilicet quam velit retinere,vel reſtituere.

r *Electionem.*quamdiu vtrũque extat : vt.ff.eo.l.cũ is. in prin.

ſ *Præſtat.* hoc poteſt eſſe verum,cum vel pacto apud creditoré ab initio fuerat electio : vt. ff.eo.l.ſi non ſortem. circa finẽ. vel quando à duobus reis promittendi ambo ꝓmiſſa ſub alternatione per ignorantiam ſoluta ſunt : vt.ff.eo.l.plane.& ſic non corrigitur quod hic dicit,nec quod illis legibus dicitur. Vel dic.ll.illas & quod hic dicit Vlpianus,corrigi per Iuſtinianũ,vt hic ſequitur.

t *Electionem donat.* quamdiu vtrunque extat : vt. ff.eo.l.cum is. in prin.

u *Præſtare.* vt ĩfra de verbo.ſignifi.l.cũ quidam.in fi.

x *Decidentibus.* cõtra ff.de iure do.l. plerunque. vbi dicitur quòd in optione recipientis eſt.Sol.hæc lex corrigit aliam.

y *Dandi habuit.* hoc verum niſi in duobus caſibus : vt ſupra dixi per.l.ff.eo.l.plane.&.l. non ſortem.§.fi. quæ ſunt contra ſecundum Ir. Vel hęc corrigit illas.Sed qui debet Stichum aut.x. & putat ſe ad alterum præciſe teneri,non repetit: vt.ff. de lega.ij.l. ſi is cui.ſi vero ſoluerat quinque tantum, nec in quinque poteſt dici liberatus,nec in quinq; obligatus:licet ĩ his quinque primo fũit obligatus:eſt ergo inter liberationẽ & obligationẽ quoddã mediũ,ſcilicet quod ceſſat quandoque obligatio, nec eſt extincta: vt.ff.eo.l.ſi non ſortem.§. fin.&.ff.de ſol.l.qui res.§.fi.ſecundum Azo.

*Ro dubietate.*] CASVS. Certum eſt quòd qui indebitũ ſoluit, repetit.quid ergo ſi aliquis dederit, dubitans an debeat vel non?de hoc erat quæſtio, quam decidit imperator, dicens quòd qui animo titubante aliquid dedit vel ſoluit, repetit : nec præſumitur tranſactionem interueniſſe, niſi ab altera parte hoc ſpecialiter fuerit probatum.

z *Pro dubietate.*Nota hic quòd dubitãs pro ignorãte habetur. *Dubitans pro ignorãte habetur.*

a *Titubante.* id eſt dubitante debeat vel non: & ſic quantum ad hunc titulum non eſt differentia inter errorem & titubationem, & neſcientiam & ignorantiam : nec quantum ad titulum de iuris & fac.igno.ſed quantum ad alia differunt : vt.ff. de iur. & fac.igno.ſuper ipſa rubrica.& potes dare exemplum huius legis.ff.eo.l.ij. Vel dic quòd nihil dixit.ff.de regu.iur.l.non debet actori.§. in re obſcura.

## DE CONDICTIONE OB CAVSAM datorum.

*Dictum eſt.ſ.de ea cõdictione quæ datur ob præteritam cauſam.Nũc videamus quæ datur ob cauſam futuram & honeſtam : proprie tamen cauſa dicitur de præterito tantum : vt.ff.de condit.& demon.l.ſi ita legatum.in fi.res vero in futurum : vt.ff.de condic.inde.l.damus.& congruit hæc condictio cum ſuperiori : vtrobique enim intuitu cauſæ rem in alium emitto: neque res emiſſa diſtinguitur:ſed hæc futura, illa præterita reſpicit,vt dixi.Inde eſt quòd in illa ſtatim condictio naſcitur poſt ſolutionem: in hac demum cum fuerit ceſſatum, niſi prius pœniteat.* *Continuatio.* *Cauſa & res differunt.*



† *Gloſ.i. ſi ca. i. circa me. de pœna.dicit per hãc.l. quia procurator actoris tenetur oſtẽdere mãdatum, vel ſatisdare de rato, quod ſufficit ſi vnum ex his duobus faciat.*

† *Concor. c. inter cæteras.cũ gloſ. iii.extra de reſcrip. & c.referente. extra de præben. & dignita.*

BIU Cujas

*Dos data ob matrimonium, quod de iure non potuit sequi, an possit repeti.*

† *aliàs & rectè*, Pecuniã, quã te ob dotẽ accepisse pacto interposito (vt fieri, cũ iure matrimonium cõtrahitur, adsolet) ꝓponis: impediẽte quocũque modo iuris auctoritate matrimoniũ, iure cõdictionis restituere debes: & pactum, &c.

*Pecuniam.*] CASVS. Mulier cũ aliquo contraxit matrimonium: centum dedit in dotem, & pacta est sibi de dote restituẽda quocunque modo soluto matrimonio. postea apparuit non contractum matrimonium fuisse: quia erant consanguinei. nunquid act. de dote possit repetere dotem, quẽritur? Respon. ꝙ non, sed cõdic. ob causam. & pactũ quod interuenit, perinde est ac si interpositũ nõ fuisset: quia sicut matrimonium non valuit, ita nec pactum. Viuianus.

a *Quam.* id est aliquam. vel dic ad pecuniam recipiendã quam te, &c.

b *Pactúmque.* id est de dote lucranda vel restituenda soluto matrimonio.

c *Interpositum.* de dote lucranda.

d *Auctoritate.* quod ex multis causis prohibetur: vt not. ĩstitu. de nup. §. sunt & aliæ.

e *Nullam.* de dote.

f *Actionem.* ex eo pacto.

g *Habet.* scilicet mulier. vel pactum habet, id est continet.

h *Condictionis.* est enĩ personalis actio: vt. j. de do. quæ sub mo. l. j. Et intrãsitiue legitur. sic. s. ti. j. l. j. Et dic hoc casu condictionem esse priuilegiatam: vt. ff. de priuile. cre. l. ij. §. fi. & l. seq. Sed quomodo datur condictio ꝓ dote? immo debet confiscari: vt. j. de incest. nup. l. qui contra. & ff. de ritu nup. l. incestæ. & ĩstit. de nup. §. si aduersus. quæ sunt contra? Sol. in legibus illis fuit sciens, hic ignorãs factum. ar. ff. eo. l. j. §. sed si parendi. & l. ij. & ĩfra de ĩterdic. mat. l. si tutor. Sed P. dixit etiam scientem agere cõdictione sine causa: vt. ff. de cõdic. sine causa. l. fi. quod nõ placet: quia ibi nec facto secutũ fuit matrimoniũ: vt ibi. Et distingue circa hoc: vt. j. de incest. nup. l. qui cõtra. Item nec obstat ꝙ hic fuit causa secuta: quia de iure sequi debet, quod hic nõ fuit: vt. ff. eo. l. iij. §. fi liber. hæc ergo condictio locum habet: quia ob matrimonium datum fuit: vt. ff. de iure do. l. dotis. & ff. eo. l. si extraneus. Item quomodo datur ob causam, cum ob nullam causam videatur datum: vt. ff. de condic. sine causa. l. auunculo? Respon. causa est, si genus attendas: nulla est, si speciem attendas.

i *Haberi oportet.* vbi enim causa deficit, & effectus: matrimoniũ autem est causa dotis: deficiẽte ergo matrimonio, nõ potest dos locum habere: vt. j. de dona. ante nup. l. fi. circa prin. & vbi nulla dos, nulla de dote actio: in qua sola est locus pacto retentionis. si ergo nulla est de dote actio, nulla retentio ex pacto: vt hic, & in authen. de nup. §. si vero ab initio. colla. iiij. & concor. huic legi infra de dona. l. cum res.

*Si vt proponis.*] CASVS. Si pater tuus sorori tuæ emãcipatæ prædium dedit, vt creditoribus satisfaceret: alioquin reuerteretur prędium ad hæredem si non satisfaciat: quæ actio cõpetit tibi ad repetẽdũ quod dedit, si pater tuus cõcesĩt in fata, vel adhuc superstes est, quẽritur? Respõ. ꝙ cõdictio ob causam. Vi.

k *Sorori tuæ.* emancipatæ, vel ab alio patre natæ: aliàs si in potestate esset donantis, cum patri non fuerit nata condictio ob causam, nec eius filio, scilicet fratri huius sororis potest competere, vel forte tunc daretur fratri in sororem.

solueriṅ pecuniam, certamen legum latoribus incidit, íd ne quod ancipiti animo persoluerint, possint repetere, an non. Quod nos decidẽtes, sancimus omnibus qui ĩcerto animo indebitam dederint pecuniã, vel aliam quandam speciẽ persoluerint, repetitionẽ nõ denegari, & prę sumptionẽ transactionis non contra eos induci: nisi hoc specialiter ab altera parte approbetur. Dat. Kalẽ. Octob. Cõstantinop. Lãpadio & Oresta VV. CC. Conss.

## TITVLVS VI.

## DE CONDICTIONE ob causam datorum.

*Vbi non tenet contractus principalis, pacta adiacentia nil operãtur. Vel sic: Deficiente substantia, deficit accidens. Vel sic: Deficiente causa, quæ est necessaria ad effectum producẽdum, deficit effectus. hoc dicit, secundum Baldum. Vel sic: Si pecunia datur ob dotem, & interponitur pactum de lucrando, & matrimonium non sequatur iure impediente, mulier nõ habet actionem de dote ad repetendum, sed condictionem ob causam: nec pactum vllam habet efficaciam. Salycetus.*

I. Imp. ANTONINVS A. Callisthenidi.

PEcuniam, quam [a] te ob dotẽ accepisse, pactumq́; [b]† quod interpositũ [c] (vt fieri, quum iure matrimoniũ cõtrahitur, adsolet) ꝓponis: impediẽte quocũq; modo iuris auctoritate [d] matrimonium cõstare, nullam [e] de dote actionẽ [f] habet: [g] & ꝓpterea pecuniã quam eo nomine accepisti, iure condictionis [h] restituere debes: & pactũ quod ita interpositum est, perinde ac si interpositum non esset, haberi [i] oportet. PP. VI. Kalẽ. Augusti Læto. II. & Cereale Conss.

*Si deficit modus appositus loco finalis causæ simpliciter vel secundum quid, repetitur datum. h. d. no. & ista lex est subtilis.*

*Bald. Vel sic: Donatum per patrem filiæ vt creditoribus paternis soluat: ea non soluente, potest repeti per hæredem patris. Salyc.*

II. Imp. ALEXANDER A. Asclepiadi.

SI (vt proponis†) pater tuus ea lege sorori tuæ [k] prædia, cæteráque, quorum meministi, donauit, vt creditorib⁹ ipsa satisfaceret, ac si placita obseruata non essent, donatio resolueretur: [l] eáque contra fidem negotij gesti versata est: nõ est iniquum actionẽ condictionis ad repetitionem rerum donatarũ tibi, qui patri successisti, decerni. PP. XIIII. Kalẽd. Decemb. Albino & Maximo Conss.

*Pactum in donatione appositum ne liceat donatario alienare, operatur quòd aut pactum seruetur, aut res donata condicatur ab eo. h. d. no. secundum Baldum.*

III. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Aurelio & Alexandræ.

EA lege [m] in vos collata donatio, vt neutri alienandæ suę portionis facultas vlla cõperet, id efficit, ne alteruter vestrũ dominiũ prorsus alienet: [n] ro quæ sit ob causam, non est vere donatio, sed magis ob causam datio: vt. l. j. ff. de don. ergo merito dicitur contractus innominatus & olim & hodie.

*Ea lege.*] CASVS. Nepotib⁹ tuis prędiũ dedisti hoc pacto, ꝙ neuter portionẽ suã alienaret: an donatio facta hoc pacto teneat: & quis sit huius pacti effect⁹, quẽritur? Respon. ꝙ tenet, & habet talẽ effectũ. s. ne timore ei⁹ aliquis ad alienationẽ ꝓcedat: tamẽ tenet, si facta fuerit donatori: tamẽ cõtra donatariũ tãtũ: nõ autẽ cõtra possessorẽ aliũ competet cõdictio ob causam. Viuia.

m *Ea lege.* id est eo pacto: vt. ff. depos. l. j. §. si conueniatur.

n *Alienet.* id est faciat quòd ille timore pacti ductus de facto non alienabit, id est non procedet ad alienationem faciẽdam de facto: sed si alienabit, tenebit alienatio de iure, & dominiũ trãsferetur: sed donatori dabitur condictio contra alienãtem, cum personalis sit actio: non contra possessorem ad rem, licet hoc quidam dixerunt per. l. infra de reuo. do, l. his folis. quam rem cum non posit restituere, restituat eius æstimationem: sicque aliud petit, & aliud cõsequitur: vt. ff. si cer. pe. l. vinũ. & ff. de ver. obli. l. si seruum. §. pe. & vlt. vindicatio enim non datur ei, cui detur condictio: nemo enim potest condicere rem suam præterquam à iure: vt. ff. vsufruc. quemadmo. ca. l. fi. & sic dominiũ est translatum de primo in secundum, & de secundo in tertium. Et alia est ratio quare sit translatum de secundo in tertium: quia cum nudũ pactum, id est quodlibet quod rei traditione nõ est vestitum, tranferre in aliquem dominiũ non potest: vt supra de pac. l.

A l *Resolueretur.* sic. ff. e. l. iij. in prin. sed & hoc non dicto idem ius esset, cum dicta lex in donatione hoc tacite contineat, vt si non fiat quod dictum est, resoluatur quod donatum est: sed hic nascitur condictio ex ipso contractu: sed quando non fuisset dictum, tũc ex quasi cõtractu: vt. ff. de condic. inde. l. ij. in prin. & l. quod quis sciens. secundum quosdã. sed verius est ex re ipsa, siue ex rei interuẽtu: vt ar. ĩsti. quibus mo. re cõtra. obli. §. is quoque. Sed videtur huic legi contra. j. de rescin. vẽ. l. ea. Sol. vt ibi. Itẽ not. dari hoc casu ob causam, cũ cõtractui innominato esset apposita pactio: vt ĩfra de cõtrahẽ. empt. l. si donationis. & de dona. quę sub mo. l. si doceas. nihilo minus & actio præscriptis verbis: vt. j. de dona. l. cũ res. & ff. de dona. l. hæreditatem. sed vbi est nominatus, tãtũ præscriptis verbis: vt. ff. de re. permu. l. j. in fi. & ff. e. l. fi. & j. de pac. inter emp. & ven. l. j. & l. cũte. & s. fami. ercì. l. licet. Sed cum hodie sit nominatus: vt not. j. de re. permu. super rubrica, videtur ex huiusmodi pacto non dari ob causam: sed prescriptis verbis tantũ, per quod omnes leges huius tituli videtur abrogatæ, quæ de donatione dicũt. Sed dic speciale in donatione, vt quãquã sit hodie nominat⁹, tamẽ datur hęc cõdictio per has leges: vt dicta l. j. de dona. q́ sub mo. l. j. ADDITIO. Bar. hic sic dicit, ꝙ donatio simplex & olim & hodie fuit cõtract⁹ nominatus, de quo latius per eundẽ in. l. fi. ff. ĩsto ti. versi. pro declarãda ista &c. Donatio vero

B *Bald. Vel sic: Donatum per patrem filiæ vt creditoribus paternis soluat: ea non soluente, potest repeti per hæredem patris. Salyc.*

C

D

pac.l.traditionibus.multo minus potest rem transferre in primum dantem, vel impedire quo minus transferat in secūdò accipientem: præterquam in pacto legis cōmissoriæ, vel addictionis in diem: vt.d.l.traditionibus.& ita ex hac disiunctiua, altera pars est vera: nempe vltima. Alij vt R. dicunt primam partē verā.i.q̄ nō potest alienare, nec dominiū trāsferre, sed sequēs est falsa: & hic dicūt ratione possessionis dari cōditionē.& pro eis.j.de re.ali.nō alie.l.fi.quæ lex est cōtraria nostræ lecturæ. Sed certe ibi nō dicitur q̄ nō possit trāsferri dominium ſ accipiēte: sed adsignātur quę cōtinētur verbo alienationis, cum prohibita est alienatio. Item aliud est contrariū.j.si māci.ita fuer. ali.vt ma.l.ea quidem. Sol.aliud in libertate, quàm aliis rebus: quoniam apponens cōditionē ne manumittatur, nō de actu manumittētis, sed de beneficio libertatis intellexisse videtur: vt.ff.de ser.expor.l.si vēditor. Hic autē de ipso actu intellexisse videtur. Itē est alia ratio: quia sicut difficilè reuocatur libertas, sic difficiliter

vel vt donatori, vel eius hæredi condictio, [a] si non fuerit cōditio seruata, quæratur. PP. Kalend. April. Valeriano. IIII. & Gallieno. III. AA. Conss.

*Defectus sperati patrocinii, inducit condictionem ob causam quatenus causa deficit. Bald. Vel sic: Confessus se plus recepisse quàm reuera receperit: potest non recepti liberationem condicere. Salycetus.*

IIII. Iidem AA. & Valerianus C. Aemiliæ.

SI cum exiguam pecuniā reuera susciperes, [b] longe maiorem te accepisse cauisti, eo q̄ tibi patrocinium aduersarius [c] repromitteret: cum dicas fidem promissi non secutam: vt libereris obligatione eius quod nō acceptum propter sperātū patrocinium spopōdisti, per cōdictionem [d] consequēris. PP. V. Kalend. Maij, Aemiliano & Basso Conss.

*Datū militi occasione procurationis non secutæ, condicitur. Baldus & Salycetus.*

V. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIANVS AA. & CC. Martiali.

SI militem ad negotiū tuum procuratorem feceris, [e] cum hoc [f] legibus interdictum sit, ac propter hoc pecuniam [g] ei numerasti: quicquid ob causam datum est, causa non secuta [h] restitui tibi competens iudex curæ habebit. [i] PP. X. Kalend. Octob. ipsis. IIII. & III. Cōss.

*Simplex donatio non reuocatur: sed vbi in causa de facto erratur, condicitur per condictionē ob causam. Bald. Vel sic: Ancilla data vt dantis filia manumittatur: si nō manumittitur, repetitur: quod secus est si pure donata fuerit. Salycetus.*

VI. Iidem AA. & CC. Cyrioni & Plotioni.

CVm ancillā patrē vestrum ei contra quē supplicatis, dedisse ꝓponatis: interest multum, vtrūmne donandi animo dederit, an ob manumittēdam

ille alienare. an non appareat, & tunc potest: vt.ff.de leg.j.filiusfamilias.§. diui.& de lega.iij.l.Lucius.j.respon.&.l.pater filium.§.Iulius Agrippa. Quarti dicunt, refert an interfit eius qui prohibuit alienationem, vt tunc non alienet: an non, & tunc sic. argu.infra de pac.inter emp.& vendi.l.fi. Sed contra eos videtur.ff.de ser.rusti.pd. l.cū fundo. Item fortiter huic legi obstat ff.communi diuidun.l. iij.&.l.in hoc iudiciū. §.si inter socios.&.ff. pro soc.l.idemque dicendum. in fin. legis: quia pactum ne diuidatur, ita est rei annexū, quòd sequitur possessorem, id est emptorem. at hoc pactum ne alienet, non sequitur rem: sed dic, sequitur quo ad excipiēdum: vt ibi. non quo ad agendum: vt hic.arg.ff.de pac.l.si tibi.§. pactum.

a *Condictio.* ob causam: quam speciale est in donatione dari: vt dixi supra.l.proxi.

*SI cū exiguam.*] CASVS. Accepi mutuo.x.à quodam aduocato,& caui quòd accepi. c. propter spem sui patrocinij, quod mihi promisit. postea ille non obseruauit fidem. an liberationem sponsionis per condictionem consequi possim, quæritur. Respon.quòd sic.

b *Susciperes.* pone decem.

c *Aduersarius.* id est ille contra quem agis, scilicet creditor.

d *Per condictionem.* ob causam, vel exceptionem doli mali potes te tueri.& ad hoc infra de non nu.pecu.l.minorem. & supra titu.j.l.iij.& supra de postu.l.si sub specie.&.ff.de condic.sine cau.l.iiij.&.ff.de var.& extraor.cog.l. j.§. in honorariis. & supra de pac.l.creditori.

*SI militem.*] CASVS. Dedisti pecuniam militi, vt esset procurator tuus ad causam quandam. obiectū est ei, quòd procurator esse non potest, quia miles. nunquid repetes pecuniam quam dedisti? Dicitur quòd sic, per condictionem ob causam. Viuianus.

e *Feceris.* de facto, id est quantum ad destinationem animi tui.

f *Cum hoc.* scilicet vt miles procurator fiat: vt supra de procur. l.militem.& infra loca.l.milites.

g *Pecuniam.* vt eam in sumptus litis erogaret secundū quosdā.

h *Causa non secuta.* vel quia nolit esse procurator, vel quia nō potest de iure: vt & ar.ff.eo.l.iij.§.si liber.& infra.l.proxi.licet si non obiiciatur ei exceptio, admittatur: vt.ff.de procura.l.filiusfamilias.§.milites.& supra de procur.l.ita demum.quo casu si peregit, non potest repeti quod datum est. sed videtur huic ex huius pecuniæ datione nullam nasci actionem: vt.ff.de actio. & oblig.l.non solum.quæ est contra. Sol.hic loquitur cum re contrahitur obligatio: ibi cum consensu vel verbis. Vel hic non erat impossibilis conditio prorsus: vt dicta.l.supra de procur.l. ita demum. Item contra infra de lega.l.ab administratione. Sol. vt ibi,& eodem modo solue aliud in eo.titu.l.si legatarius. in fi.

i *Habebit.* vt arg.ff.loca.l.ex conducto.aliàs.l. si vno.§. item cum.& habet hoc locum indubitabiliter, cum ignorauit militem: vt.ff.loca.l.si ignorans.& idem si sciuit militem, sed credidit eum posse procuratorem esse, vt non noceat iuris ignorantia in damno vitando, sicut nec in condictione indebiti: vt diximus supra titu.j.l.j. Item si sciebat vtrumque: sed adiecit conditionem expresse, si fueris procurator. arg.ff.de condic.inde.l.ij. secus si non dixisset. ar.ff.de reg.iur.l.cuius per errorem. Iteꝫ cōtra infra eo.l.fi. Sed dic, hic non stat per eum, sed per ius.

*CVm ancillam.*] CASVS. Pater tuus mihi dedit ancillam quandam, vt ancillam meam filiam suam naturalem manumitterem. distinguitur in.l. ista, aut simpliciter dedit: aut dedit vt manumitterem. primo casu non reuocabitur donatio. secundo casu, si non feci quod conuenit, aut quia nolui, aut quia

nó potui: quia forte erat libera: códictio ob causam cópetit. Vi.

a *Filiam.* scilicet dedit.

b *Non posſit.* vt infra de contrahen. emp. l. iij. & infra de vſuca. pro donato. l. irritam. & infra de act. & oblig. l. ſi quidem. & hoc niſi ex cauſa ingratitudinis: vt infra de reuo. dona. l. ſi.

c *Nó ſecuta.* quia nec ſequi potuit de iure: vt ſupra. l. ꝓxi. & l. j. & ff. e. l. iij. §. ſi liber. & ff. máda. cú ſeruus. í fi. Et not. ꝙ libero nó poteſt præſtari libertas, non iuris ꝓhibitione, ſed eius impoſsibilitate ſecúdú Ir. ſed in caſu valet libertas libero relicta: vt. ff. de fidei com. lib. l. generaliter. §. ſi homini libero. Ité no. ſecúdú Azo. qui dicit hic ceſſante cauſa &c. habere locú, ſi cauſa fuerit finalis, nó impulſiua: ar. ĩ. de nupt. l. ſperialis. §. ſed & ſi tales. & de iure do. l. ſi mulier dotem.

*Libertas libero præſtari nequit.*

*Cauſa ceſſante, quãdo ceſſet effectus.*

†*Quia ſine conditione acta, rumpenda non ſunt: vt xxxii. q. vlt. c. vlti. in fine.*

†*Quia ſine conditione acta, rumpenda non ſunt: vt* ✠ *I repetendi.* ] *CASVS.* Dedi vxori tuæ. x. vt ſic induceret te ad proficiſcendum mecũ ad ſcholas. nó es profectus: an repetere poſsim; quæritur? Diſtinguitur, aut expreſſe dixi quòd repeterẽ niſi ipſe ꝓficiſceretur, aut hoc tacite in animo meo geſtabã. primo caſu repetam per condictionem ob cauſam: ſecundo caſu non repetam. Viuianus.

d *Cõditionem.* expreſſe, ſed tacite hoc í mẽte agebatur ab altera parte tantum: vt. ĩ. de dona. ante nupt. l. ſi mater. &. ff. e. l. dedi. §. ſi quis quaſi. Si autem ab vtraq; parte, tũc daretur repetitio: vt in donatione cauſa mortis: vt. ff. de dona. cau. mor. l. ſenatus. §. j. &. ff. eo. l. cũ quis mortis cauſa. & idẽ eſt. ſ. eo. l. j. nã ibi ab vtraq; parte agebatur, ſi ſequeretur matrimoniũ: vt. ĩ. de dona. ante nupt. l. cũ veterũ. circa fi. & arg. ff. eo. l. j. §. fi. &. l. ſeq. &. l. ſi filius. ſic ergo fuit cauſa ipulſiua, nó finalis, quia tũc eſſet aliud: vt. ff. de dona. l. ij. §. fi. &. l. ſeq. &. ff. de dona. inter virũ & vxo. l. ſed ſi mors. §. fin. &. ff. de cõdit. & demõ. l. Titio cẽtũ. in prin. & cõcor. huic legi. ĩ. de dona. ante nup. l. ſi preſidi. &. ſ. de trãſac. l. ſi maiores. & ff. de duo. reis. l. duos. &. ĩ. de re. permu. l. ex placito. &. ff. de acquiren. poſſ. l. quod meo. §. ſi furioſo. & ſupra quod me. l. cum te.

*Cõditione ſub impoſsibili datum, an poſsit repeti cauſa non ſecuta.*

*Cauſa impulſiua datũ, an poſsit repeti cauſa non ſecuta.*

*Dictam legem.* ] *CASVS.* Spõſus ſpõſæ dedit decẽ, vt illa intra certũ tẽpus veniret ad domũ ſuã. nó venit cũ venire potuit. nũquid repetit ſpõſus quod dedit? Reſpõ. ꝙ ſic, vel ab ipſa ſi ſuperſtes eſt, vel ab eius ſucceſſoribus ſi deceſsit. Viuianus.

e *Dictam legem.* id eſt dictum pactum à ſponſo: vt ſtatim dicet.

f *Si non.* ſi non habes, maxime ſubaudias: vt probatur. ſ. eo. l. j. &. l. ſi militẽ. &. l. cum ancillã. &. ff. eo. l. iij. §. ſi liber. Vel diſtingue an qui dat, ſcit cõditionem impoſsibilẽ: & ſic nõ repetit. an nõ: & tũc repetit. ar. ff. de acquir. poſſ. l. quod meo. §. ſi furioſo. &. ff. de cõdic. ſine cauſa. l. auunculo. & dixim⁹ idẽ. ĩ. de lega. l. ab adminiſtratione. Tertij vt Ir. dicũt: ſi nõ impoſsibilẽ ſcilicet de natura: vt do tibi decẽ, ſi cœlũ digito tetigeris. nã nõ repetitur, etiã ſi ceſſat. & eſt ar. ff. de act. & oblig. l. nõ ſolũ. & ſic nõ ſubaudi. maxime. *ADDITIO.* Veritas eſt iſta ſecũdũ Bar. hic: quãdo aliquis dat ob cauſam impoſsibilem ignoranter, habet locum hæc condictio: vt ſupra eo. l. ſi militem. Si vero ſciẽter, tunc aut dedit adiiciendo conditionem, & repetitur: vt. d. l. ſi militem. aut non adiiciendo conditionem, ſed per modum cauſæ aut modi: & tunc non repetitur. ita loquitur ſecundum eum hæc lex.

g *Quapropter.* quod dixit in genere: ponit in ſpecie.

h *In ſponſam.* cui maiori affectione donare videtur, ꝓpter ſpẽ futurarũ nuptiarũ: vnde videt cõueniẽs nõ repeti qđ donatũ eſt.

i *Prohiberis.* ad hoc infra de contrahen. emp. l. iij. & de dona. l. legem. &. l. cum res. Ité contra infra de reſcin. vendi. l. ea. Sol. vt diximus ibi: quia ibi erat aliàs vẽdituru: hic nõ erat aliàs donaturus.

nó prohiberis. i S. III. Id. Febr. AA. Conss.

*Accipiens à libero non implẽs cauſam, condictione tenetur: ſecus ſi accipiat à ſeruo proprio, vbi eſt hortandus, non artandus. h. d. ſecundum Baldum.*

IX. Iidem AA. & CC. Bibulo.

SI liber conſtitutus, vt filiæ k tuæ manumittantur, aliquid dediſti: cauſa nõ ſecuta, de hoc tibi reſtituendo códictio competit. l nam ſi m quid ſeruus de peculio domino dederit: contra eum quidem nullam actionẽ n habere poteſt: ſed dominũ qui ſemel accipere pecuniã ꝓ libertate paſſus eſt, aditus prouinciæ rector hortabitur o (ſalua reuerẽtia) fauore ſcilicet libertatis, placito ſuo ſtare. p S. III. Id. Feb. Sirmij. AA. Conss.

k *Filiæ.* ancillæ.

l *Condictio competit.* vt. ff. eo. l. dedi. §. j. & de præſcrip. verb. l. ſi tibi. Contra videtur, cũ ſuccedæ conſtitutio, faciátque eas liberas: vt. ff. eo. l. ſi pecuniam. §. j. & infra ſi manci. ita fue. ali. & c. l. ſi is. ſed illud obtinet cum data eſt quantitas: ſecus ſi ſpecies: vt. ff. de præſcrip. verbis. l. naturalis. §. at cum do.

m *Nam ſi.* bene dixit: ſi liber cõſtitutus, &c.

n *Nullam actionẽ.* neque ad repetẽdũ quod dedit, neque ad implẽdum quod conuenit: cũ iure ordinario domini cum ſeruis paciſcentes, nihil agant: vt ſupra de tranſac. l. interpoſitas. licet quidam contra: vt ibi diximus. Item contra. ff. de manu. l. ſi quis ab alio. ſed ibi ab alio non à ſeruo accepit.

o *Hortabitur.* non compellet: vt. ĩ. de lib. cau. l. cum affirmes.

p *Stare.* ſcilicet quòd manumittat.

*Si cauſa non impletur caſu fortuito, ceſſat condictio. hoc dicit cum. l. ſequen. ſecundum Bar. Vel ſic: Si propter caſum fortuitum res non ſequatur: pecunia data non repetitur. Salycetus.*

X. Iidem AA. & CC. Cononianæ.

PEcuniam à te datam, ſi hæc cauſa q pro qua data eſt, non culpa accipientis, ſed fortuito caſu r non eſt ſecuta: minime repeti ſ poſſe certum eſt. S. III. Non. Decembr. Nicomediæ, CC. Conss.

q *Cauſa.* quæ ab accipiente pendet: puta do tibi codicem vt me ægrum cures. aliàs enim cauſa non ſecuta qualitercũque, dũmodo dantis dolus ceſſet, repetitio competit ſecundum Ir.

r *Caſu.* cõtingẽte í perſona ægri cõducẽtis, & pecuniã dãtis: ſecus ſi in ꝑſona medici locãtis operas, ſeu pecuniã recipiẽtis: quia tũc repetitur, vt in contrario. ff. loca. l. ſi vno. §. ité cũ quidã. ſi in aduocatis: vt. ff. de var. cog. l. j. §. diuus. in quibus eſt ſpecialis.

ſ *Repeti.* ex ceſſatione. Sed nonne licet pœnitere: vt. ff. eo. ſi pecuniam. in prin. &. l. ij. §. j? Reſpon. non, cum impleta ſit conditio, vel pro impleta habeatur. habetur autem pro impleta, cum iam adimpleri non poſsit: ibi autem poterat. *ADDITIO.* Bart. hic reprehendit hanc glo. dicens ſic hic dicendum: aut volo repetere quaſi cauſa non ſecuta, & nõ poſſum, vt hic: aut quaſi me pœniteat, quia pœnitentiæ eſt locus in contractibus innominatis, & poſſum: vt in contrariis.

*Aduocationis.*

F malè. debẽt dicere nisi accipiendo mercyhgeris. Cuj. in Papin. lib. 4. Resp. in l. 4. de offic. Pref.

BIU Cujas

A Duocationis causa datam[a] pecuniam, si per eos[b] qui acceperant, quo minus suscep-
tam fidem impleant, stetisse probetur, restituendã esse conuenit. S.XVII. Kalend. Ianua. CC. Conss.

## TITVLVS VII.

## DE CONDICTIONE ob turpem causam.

*Qui, probat cautionem ex turpi causa emanatam, per consequens probat pecuniam non numeratam. Bal. Vel sic: Promissum ex causa turpi, non potest peti: ideo causa turpi probata, reus debet absolui. Sal.*

1. Imp. ANTONINVS A. Ingenuo.

SI ex cautione[c] tua conueniri cœperis: nullam pecuniam te accepisse, sed ob turpem causam,[d] & quã fieri prohibitum[e] est, interpositam cautionem, ei qui[f] super ea re cogniturus est, probandum[g] est: & eo impleto, absolutio sequetur. Sine die & consule.

a *Duocationis. Datam.* non ex pacto: sed sponte: vt bene faciat ad titulum istum.

b *Per eos.* secus si per casum vel clientulum steterit: vt.ff.de var. cog.l.j.§.pe.&.ff.loca.l.qui operas. &.ẽ.de iudi.l.properandum. §. honorariis. &. ẽ. l.proxi.

*DE CONDICTIONE ob turpem causam.*

*Superiores condictiones duæ respiciunt honestam causam: hæc turpem, & præteritam, & futuram.*

*Ex cautione.*] CASVS. Si alicui lenæ decem promisisti vt alicuius mulieris per eam tibi fieret copia, & illa decem confessus fueris ex causa mutui te accepisse ab ea, & ex cautione tua conueniaris: qualiter tibi succurrendum sit, quæritur? Respon. q̃ probabis tibi pecuniam numeratam non fuisse, & ex turpi causa eam promisisse: quibus duob' probatis absolueris. Vel pone casum, q̃ promisisti cẽtũ cuidam vt faceret alij furtum vel homicidium. Viuianus.

ç *Si ex cautione.* emissa non spe numerandæ pecuniæ, licet in ea cõtineatur numerata pecunia, sed ob turpem causam emissa.

d *Ob turpem causam.* scilicet ex vtraque parte, vel alia secundum Ir. Et da exemplum, si promitto ne delinquas. Item si promitto vt delinquas. Item si promitto meretrici. Primo est turpitudo ex parte recipientis, secundo vtriusque, tertio dantis: vt.ff.eo.l.j. in fin.&.l.vbi autem.&.l.idem est.§. sed quod meretrici.

e *Prohibitum est,* potest esse quòd iste voluntarius adsumpsit sibi onus: vel aliter habet in se implicitam affirmationem, vel præsumitur pro instrumento.

f *Ei qui.*& sic no. iudici faciẽdã fidẽ: vt.ẽ.de eden.l.procurator.

g *Probandum est.* à te. & ita probat non numeratam. & sic est contra.j.de proba.l.actor.&.j. de non nu. pecu.l. si ex cautione. Solu. probat admissus, non iussus. Vel probat eo ipso, quòd non probatur contrarium. sic.j.qui mili.non pos. l. super seruis. lib. xij. &.ff. de iure do.l. dotem quæ in prius. Vel hoc non simpliciter negat, sed negando aliud adserit: ideoque ab eo exigitur probatio. Sed quare dicit hic quòd vtrunque probet, cum alterum tantum probare sufficiat ad hoc vt sequi debeat absolutio? Respon. Respexit lex quòd duplici de causa potest conueniri, scilicet vel ex mutuo, & tunc debet probare non numeratam eo modo vt dixi. vel ex promissione, & tunc se promisisse ob turpem causam præcedentem. Sed an huiusmodi exceptiones & probationes etiam post biennium admittantur? Quidam quòd non. arg.ẽ.de postulan.l.si sub specie. sed ibi nõ negat post biennium dari exceptionem doli, licet non detur non numeratæ pecuniæ: & ita hic potest dari post biennium doli. Vel quia promissum est ob turpem causam, quod idem est. nam præcedentẽ pactionem turpem considerare debemus: vt.j.ad Macedonianũ. l.si filiusfa. aliquid. Sed opponitur: Nónne absoluendus est hic conuentus propter primam negatiuam, etiam si non probetur de turpitudine? non enim debet in eo probando grauari, quo probato nõ debet releuari: vt.j.de proba.l.ad probationem. Sed dici potest hoc esse necesse post biennium. vel hic non solum petebat absolui, verumetiam cautionem condicebat. & concor.j. de inuti.stipula.l.dolo.&.l.ex eo.&.j.de condic. sine cau.l.fin.& supra si cer.peta.l. si non singuli.

*Cum te.*] CASVS. Si mulieri causa stupri domum dediste, eam repetere non poteris: quia in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis. Viuianus.

h *Turpem.* vt ei cõmiscereris, & non erat meretrix.

i *Dedisse.* sic ergo fecit accipientis: vt insti.de act.§.sic itaque.

k *Desideras.* sic ergo ex inutili cõtractu dominium transfertur. & sic est contra.ẽ.de legi.& consti. l. nõ dubium. Sed die q̃ hic repetit fiscus: vt.ff.de iure fisci.l. Lucius.

l *Melior.* in pari ergo causa melior &c. vt hic, &.ẽ.de transact. l.transactione finita.& ff.de verb.oblig.l.si seruum.§.de illo. &.ff. ne quis eum qui ius vo. fu. vi exi. l. nam cum vterq;. &. ff.eo.l. si ob turpem.& de reg.iur.l. in pari.& ne quid in loco pub.l.prætor.§.idẽ. &.ff.de calũ.l.in hæredem. &.j.e. l.mercalẽ. &.ff.de doli excep.l.apud Celsum.§.Marcellus. Sed quid de pignore? nunquid pignus poterit vindicari vel repeti pignoratitia actione? Respõ. Al.& M.q̃ non. sed certe melius est vt dicamus pignus posse iure dominij vindicari: quia vindicatio cõtra eum sicut cõtra quemlibet instituitur: vt.ff.ad exhib. l.de eo. §.pen.& fi.&.ff.si quadru.pau. fe.di.l.j.§.fin. licet sit arg.cõtra. quia quandoque quis non tanq̃ quilibet admittitur: vt. ẽ. de dolo.l.j. Secus vero in re principali soluta: quia eius dominium translatum est in accipientẽ, quod nulla condictione vel actione potest reuocari. & idem in pignore si agatur pignoratitia actione ex cõtractu turpiter celebrato. Sed econtra si creditrix agat, aut actione ex contractu turpiter celebrato: & nõ potest per hanc legẽ, cum in pari &c. Nec obstat. ff.eo.l.idẽ.§. sed quod meretrici. quia quædam honeste accipiũtur, quæ nõ honeste petuntur: vt. ff.de var. cog.l.j.§.j. aut hypothecaria, qd̃ potest: cũ cõtra quẽlibet possidentem detur, & nõ inspicit contractum, arg.d.l.ff.ad exhib.l.de eo. in fin. secundũ H. quod nõ placet: quia si datur vindicatio debitori nõ possidenti etiam nihilo soluto, multo magis exceptio. arg.ff.de superfi.l.j.§. quod autem ait prætor.

*Fiscus repetit datũ ab aliquo ob turpem causam.*

*Pignus datum ob turpẽ causam, an possit vindicari vel repeti ac.pig.*

*Qvod cuitandi.*] CASVS. Si clericus aliquis, vel inhabilis ad exercitium publicæ militiæ, puta mancus vel claudus, aliquam pecuniam alicui potestatem habenti vocandi homines ad ciuilia munera, ob vitandam militiam dederit: an repeti possit, quæritur? Dicitur q̃ sic, per condic. ob turpem causam: & accipiens de crimine cõcussionis poterit accusari, & condemnari. sic intelligo legem istam de dante qui erat inhabilis. alioquin si habilis fuisset, vterq; esset in turpi causa: nec haberet locum repetitio. Viuianus.

m *Tyrocinii.* id est militiæ.

n *Competentem.* inhabilis erat, & ipso iure excusatus: sed quia inquietabatur, dedit.

o *Eius.* scilicet iudicis.

p *Recipies.* per hanc condictionem. & dic q̃ turpiter accepit: vnde etiã crimine cõcussionis tenetur, vt subiicit. sed qui dedit, honeste dedit: quia erat inhabilis ad militiã. aliàs graue esset detrectare militiam: vt.ff.de re mili.l.qui cum vno.§.qui post desertionẽ. nec est cõtra.ẽ.quod met.causa.l.cum te. quia ibi solui.

q *Qui.* scilicet iudex.

r *Concussionis.* Crimen concussionis est, cum aliquis occasione publici officij quod habet, aliquid extorquet à subiectis: vt.ff.de cri.con.l.j. & facit.ff.de contrahen.emp.l.non licet. & hic tenetur, siue erat habilis, siue non.

*Crimen cõcussionis.*

*Qvotiens.*] CASVS. Dedi tibi. x. vt furtum vel homicidiũ non faceres. licet non feceris: quia tamen gratis abstinere debuisti, turpiter fecisti. vnde petam per condict. ob tur. cau. Potes ponere exemplum. ff.e.l.j. in fi. &. l.ij. & si marito alicuius mulieris vt cũ ea cõmiscereris. x. promisisti, an ea petere

posis, quæritur? Dicitur quòd non. Si vero dediſti, quia vterque noſtrum ſit in pari cauſa turpitudinis, non repetes. hoc dicit cum.l.ſequen.

a *Quotiens.* da exemplum vt.ff.eo.l.j.in fi.&.l.ij.&.l.fi.&.l.ſi ob turpem.&.l.idem.§.j.&.ff.depoſi.l.fina.

b *Vſuræ.* quod dic vt ſupra de cõdi. inde.l.j.

*Lenociniũ.* Mercalem. Lenocinii. Quid ſit lenociniũ, habes.ff. de mi.l.auxiliũ. §.fi.& de adul.l.mariti lenocinium.&.l.j.§.lenocinij. & facit. j. de adulte.l.crimen.

d *Demonſtratur.* vt.j. de dona. ante nup.l.ea quæ.&.ff.eo.l.ſi ob turpem cauſam.

OB reſtituenda.] CASVS. Si pecuniam meã ſurripuiſti, & ob eam reſtituendam.x.tibi dederim: ea per condic.ob tur.cau. repetere potero: quia licet honeſte dedi, turpiter tamẽ feciſti: quia gratis reſtituere debebas. Viuianus.

* *Iſta lex eſt notab. & ad hoc ſemper ſolet allegari: quòd allegans ſuam turpitudinẽ non eſt audiendus.*

e *Ob reſtituenda.* concor. j.l.proxi.&. ff. eo. l. idem.§. quotiẽs.&.l. ſi ob turpem.

f *Ea.* vtputa pecora, & ob illa reſtituenda dedi pecuniam.

g *Interueniat.* Titius.

EVm qui.] CASVS. Si pecora mea abegiſti,& ad ea reſtituẽda pecuniam tibi dedero: non ſolum pecuniã per condic.ob tur. cau. repetere potero: ſed & pecora, licet morte vel aliquo caſu fortuito perierint, reſtituere debes per cõdic. furtiuam, cum intelligaris ſemper fuiſſe in mora. Viuianus.

h *Tam hanc.* ſcilicet pecuniam per condictionem ob tur.cau.vt ff.eo.l. fina. & ſupra.l. proxi.& dic quid ſit crimen abigeatus: vt.ff.de abig.l.j.& fina.

i *Tenuit.* ſcilicet pecora. & hoc per condictionem furtiuam.

k *Mora.* vt infra de fur.l.ſubtracto.&.j.titu.proxi.l.ante. & ſupra quod me cauſa.l.j. &.ff.de condic.fur.l.in re.&.l.fina. & de vi & vi ar.l.j. §.rectiſſimè. &.l.merito. Sed videt contra infra de fur.l. poſt deciſionem. ſed non obſtat: vt.d.l. ſubtracto.

*Cõtinuatio.* DE CONDICTIONE FVRTIVA.

*Sicut condictio ſuperior reſpicit turpem cauſam: ſic & hæc: & ideo poſt illam ſubiicit de hac.*

PRæſes.] CASVS. Si tres mihi pecuniam ſubtraxerunt, agam furti aduerſus quemlibet in ſolidum: & vno ſoluẽte alij non liberabuntur. ſecus in condic. furti. nam habet electionem quem velit in ſolidum conuenire, & vno ſoluente cæteri liberantur. & hanc diuerſitatem in inferenda condictione conſiderabit præſes. Viuianus.

l *In ſolidum.* quando agitur actione furti, omnes in ſolidum tenentur: quando condictione furtiua, vno ſatisfaciente pro aliis eſt ſatisfactum.

m *Teneri.* nec vno ſoluente cęteros liberari: vt.ff.ad leg.Aquil. & de iuriſdi.om.iu.l.ſi quis.§.fi.&.l.ſeq.

n *Condictionis.* ſ. furti ipſius, quę nõ tollitur per actionẽ furti, vel econtra: vt.ff.e.l.ſi profure. §.furti. niſi ſi caſu quãdo cõtra tutorem datur in duplum actio de rationibus diſtrahẽdis. nam condictione liberatur: vt.ff.de admi.tuto.l.tres tutores. circa prin. quæ eſt contra.

o *Subtractorum.* à pluribus: vt.ff.de fur.l.vul garis.§.penul. & arbo. fur.cæ.l.ſi plures.

p *Liberari.* à condictione furtiua, non ab actiõe furti: vt.ſ.& eſt ratio diuerſitatis, ſecũdum M. quia actio furti ex maleficio datur: ſed condictio furtiua ex poſſeſsione: quod nõ placet, immo ex variis figuris cauſarũ: vt not.ff.e.l.ſi pro fure.§. fina. ADDITIO. Videas de hoc plene per Ang. Areti. & dominũ Iaſo. de May. in.§. omnium. ſuper glo. ibi in verbo, modum. inſtitu. de actio.

ANte.] CASVS. Si rem meam ſurripuiſti: & anteq̃ offeras, perierit: cuius ſit periculũ, quærit? Rũ. tuũ, qui ſurripuiſti. Vi.

q *Certiſſimi iuris eſt.* vt.ſ.titu.j. l.fi.in fin.& in cõcor. ibi poſtis.& dicas hic de purgatione vt dixi. j. de fur.l. ſubtracto.

DE CONDICTIONE ex lege, &c.

*Cõtinuationes* *Supra ſpeciales cõdictiones propoſuit: nunc generales. nõ enim eſt nouum, vt quibuſdam ſpecialiter enumeratis generale ſubiiciatur verbum &c. vt ff.ad leg. Aquil. l. ſi ſeruo ſeruum. §. inquit.*

LIcet ante.] CASVS. Ex primipilari adminiſtratione tenebaris fiſco in.x. nihil habebas ſi bonis, niſi quędam debitoré in diem: an ante diem debitorem tuum conuenire poſsis (immo fiſcus, quod verius eſt) vt pecuniam recipias vt ſic ſatisfacias fiſco, quæritur? Dicitur quòd ſic: licet aliàs ante diem cum effectu peti non poſsit. & propter priuilegium fiſci ages condictione ex.l. iſta.

r *Non poſſint.* obſtante exceptione: vt.ff.man.l.ſi mandauero. ij. in prin.&.ff.de verb.oblig.l.eum qui kalendis.

ſ *Ex primipilo.* id eſt ex primipilaria adminiſtratione.

t *Præſes.* ſed quomodo præſes cognoſcit inter fiſcum & priuatũ? Dic q̃ hoc facit cũ procuratore Cæſaris, vt.ſ.ſi aduer. fiſc.l.ij.

*Debitorem*

BIU Cujas

inultum eſſe non patietur. PP. III. Kalend. Auguſt. ipſis. IIII. & III. AA. Conss.

*In condictione ob turpem cauſam non veniunt vſuræ. Bald. & Salyce.*

IIII. Iidem AA. & CC. Rufino.

QVotiens a accipientis, non etiam dãtis turpis inuenitur cauſa: licet hæc ſecuta fuerit: datũ condici tantũ, non etiã vſuræ b peti poſſunt. S. VII. Id. Ian. Sirmij. AA. Cõss.

*Qui excludit ſeipſum proponendo, non eſt neceſſe quòd excludatur excipiendo: quia ex ſuo officio iudex debet eum excludere. h.d. not. ſecundum Baldum. Vel ſic: Promiſſum marito cauſa lenocinii vxoris, non poteſt ab eo exigi: ſicut nec ei ſolutum poteſt repeti. h.d. Salycetus.*

V. Iidem AA. & CC. Bichoporo.

MErcalem* te habuiſſe vxorem proponis: vnde intelligis & confeſsionẽ lenocinij c preces tuas continere, & cautæ quantitatis ob turpem cauſam exactioni locum nõ eſſe. Quãuis enim vtriuſque turpitudo verſatur, ac ſolutæ quantitatis ceſſat repetitio: tamen ex huiuſmodi ſtipulatione contra bonos mores interpoſita, denegandas eſſe actiones, iuris auctoritate demonſtratur. d S. VI. Id. Maij. CC. Conss.

*Fur rerum vel animalium, quicquid accipit pro reſtituendo, turpiter accipit: & reſtituere tenetur. h. d. cum. l. ſequen. Bald. Vel ſic: Datum furi vt rem ſubtractam reſtituat, quaſi turpiter acceptum repeti poteſt. h.d. Salycetus.*

VI. Iidem AA. & CC. Eutychiæ.

OB reſtituenda e ea f quæ ſubtraxerat, accipientem pecuniam, cũ eius tantũ interueniat g turpitudo, condictione conuentum hãc reſtituere debere conuenit. Dat. XV. Kalẽ. Iun. CC. Conss.

*Recipiens pecuniam vt pecora per eum occultata reſtituat, tenetur illam reſtituere per condictionem ob turpem cauſam, & pecora per condictionẽ furtiuam, tam extãtia quam perepta etiã caſu fortuito. h.d. Saly.*

EVII. Iidẽ AA. & CC. Zenoni.

VM qui ob reſtituẽda quę abegerat pecora, pecuniã accepit: tam hãc h, quàm ea quę per hoc cõmiſſum tenuit, i reſtituere debere conuenit: licet mortua, vel alio fortuito caſu periiſſe dicantur: cũ hoc caſu in rem mora k fiat. Dat. V. Kal. Decẽb. Nicomediæ. AA. Conss.

TITVLVS VIII.

DE CONDICTIONE furtiua.

*Iſta eſt not. lex. & h.d. Plures eandem rem furto ſubtrahentes, in ſolidum obligantur: & ſolutio vnius non liberat aliũ à pœna furti, ſed liberat à condictione furtiua. hoc dicit not ſecundum Bald.*

I. Impp. DIOCLETIA. & MAXIMIAN. AA. & CC. Hermogeni.

PRæſes prouinciæ ſciens furti quidẽ actione ſingulos quoſq; in ſolidũ l teneri, m cõdictionis n vero numorũ furtim ſubtractorũ o electionẽ eſſe, ac tũ demũ, ſi ab vno ſatisfactũ fuerit, cęteros liberari: p iure pferre ſentẽtiã curabit. Dat. Kalẽ. Maiis. CC. Cõss.

*Fur eſt in mora: quæ non purgatur niſi res reſtituatur. h.d. Bald.*

II. Iidem AA. & CC. Ariſtæneto.

ANte oblationẽ interemptæ rei furtiuæ damnũ ad furẽ pertinere, certiſsimi iuris eſt. q Dat. Kalen. Maiis. CC. Conss.

TITVLVS IX.

DE CONDICTIONE EX lege, & ſine cauſa, vel iniuſta cauſa.

*Fiſcus debitorem debitoris ſui ex cauſa primipili præcedente diſcuſsione ſolẽni, exigit ante diem. Bald. Vel ſic: Propter inopiã debitoris fiſci poteſt debitor debitoris ſui ante tempus exigi. h.d. Salycetus.*

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. Vlpio.

LIcet ante tẽpus debita exigi non poſsint: r tamẽ ſi te ex primipilo ſ debitorem conſtitutũ fiſci, ac patrimonium tuũ exhauſtũ præſes t prouinciæ compererit, vt ad ſolutionis ſecuritatem ſolum fœnebris pecuniæ ſubſidiũ ſuper-

a *Debitorem tuum.* in diem vel pure.
b *Repræsentet.* scilicet fisco ille debitor tuus conuentus condictione ex lege. & sic facit hæc lex ad titulum istum. Da & alia exempla huius condictionis, vt dixi. ff. eo. l. j.
c *Exoluatur.* remisso interusurio medij temporis. argu. ff. soma. l. si cõstãte. §. quotiens. & facit. ẏ. quando fisc. vel priua. per totũ.

*ADDITIO.* Per hãc legem dicit hic Bald. quòd emptores gabellarum pro necessitate reipub. possunt exigi ante diem vel tempus: remisso tamen eis interusurio medij temporis. quod nota.

D *Issolutæ quantitatis.*] *CASVS.* Si mutuasti mihi. x. & in diem cõfectum fuerit instrumentum: & solutis tibi. x. instrumentũ reddere noluisti: qua actio. te conueniam vt reddas, quæritur? Resp. ꝙ condic. sine causa. quod est verum, si tu soluisti tabellioni pro instrumento: alioquin vindicarem, & ad exhibendum agerem: vt ṡ. ad exhi. l. fi.

d *Dissolutæ quãtitatis.* id est dissolutæ obligationis ꝙ quãtitate cõpetenti. Vel. i. solutæ.
e *Retentum.* si ex sua pecunia est factum.
f *Remanere.* vt. ẏ. de sol. l. nihil. & ẏ. depos. l. propter. & infra loca. l. si conductionis.
g *Per condictionem.* sine causa. & sic apparet dominium instrumenti esse creditoris, per quod videtur eum non debere restituere. si enim esset debitoris, nõ daretur ei pro re sua condictio: vt. ff. vsufruct. quẽadmo. ca. l. fi. nisi ratione possessionis daretur: vt. ff. de condic. indebi. l. indebiti. §. j. & hoc cum ex pecunia creditoris fuit solutum tabellioni. aliàs daretur rei vindicatio, & ad exhibendum debitori: vt. ṡ. ad exhibendum. l. fin. & facit. ẏ. l. fi. & ṡ. de condic. indebi. l. cum & soluta.

*Mala fide.*] *CASVS.* Si fundũ meum mala fide possedisti, quia eum inuasisti, & egi & obtinui: qua act. ad fructus quos percepisti, agere possim, quæritur? Resp. ꝙ ad extantes, rei vindica. ad consumptos, condictione sine causa, siue ex iniusta causa. Not. ex hac. l. ꝙ malæ fidei possessor fructus percipiendo nõ facit furtum: sed consumendo sic, secundũ Bal. & ratio est secundum eundẽ: quia cũ nõ teneatur de percipiẽdis, est adstrictus percipere: & facit hoc de præcepto legis. consumere autẽ nõ adstringitur, imò vetat: quia statim debuit domino restituere perceptos. facit qđ not. ff. de peti. hæred. l. etiã hæres. §. fi. vbi videas.

h *Mala fide.* qđ iuris est. ſ. bona vel mala fide possidere: sed fructꝰ pcipere, facti est: vt. ff. de acquir. re. do. l. bonæ fidei. §. in cõtrariũ.
i *Extantibus.* subaudi, pro extantibus &c.
k *Vindicatione.* vt. ff. de rei vindi. l. fructus pendentes. &. ṡ. de rei vindi. l. certum. vbi de hac materia plene dixi. sed & actione furti & condictione furtiua tenetur. arg. ff. de fur. l. si cretæ. & de condictio. indebi. l. si vrbana.
l *Condictione.* sine causa, vel iniusta causa: vt. ẏ. de cri. expi. hære. l. aduersus. in fin. qua tenetur & is qui rem quam emerat seruus meus quem possidet bona fide, sibi traditam accepit: vt. ff. si certa. l. cum fundũ. §. seruum. sed etiam rei vindicatione potest conueniri pro consumptis mala fide: quia dolo desiit possidere: vt. ff. de reg. iur. l. paré. Item condictione furtiua: vt. ff. de condic. fur. l. in re furtiua. §. fin. de percipiendis autẽ tenetur officio iudicis: vt ſ. ſtit. de offi. iudi. §. illorũ autẽ. & ẏ. de fruc. & li. expẽ. l. litigator. & hoc si nõ habet titulũ. aliàs dic vt. ṡ. de rei vin. l. si fũdũ.

*Si nõ est.*] *CASVS.* Volebã à te pecuniã accipere mutuo: spe futuræ numerationis cõfessus sum in instrumento me recepisse. postea cũ eam numerare debueras, mihi numerare nolebas: qua act. te conuenire possim vt reddas ſtrumentum? Respõ. ꝙ si biennium intra quod consueuit opponi exceptio nõ numeratę pecuniæ, effluxit: & ante bienniũ elapsum protestatus fuero me velle eã opponere: cõdicã ꝙ condictionem sine causa illud instrumentum. Viuianus.

*Hanc. l. summaui. ſ. in. l. dissolutæ. Casus autẽ patet. Si pecunia nõ est numerata debitori, debet ei creditor reddere instrumẽtũ. Bald. Vel sic: Confessus per scripturam se mutuũ recepisse spe futuræ numerationis nõ secutæ: intra biennium potest condicere cautionem: & etiam postea, si intra biennium sit protestatio facta. h. d. Salyce.*

IIII. Iidẽ. AA. & CC. Alexãdro.

S I non est numeratum, quod velut accepturum m te sumpsisse mutuo scripsisti: & necdũ transiisse tẽpus n statutum, vel intra hũc o diem habitam cõtestationem monstrando: reddi p tibi cautionem prẽsidali notione postulare potes. Dat. XVII. Kal. Ianua. CC. Conss.

*Ista est solennis. l. & hoc dicit, secundum cõmunem lect. Directæ actiones procuratori in rem suam mandatæ, mandatore mortuo absque hærede, iuris artificio in vtiles conuertuntur. hoc dicit. & alibi non reperitur: & legitur tribus modis. duobus modis vt in glos. magna, & tertio modo vt in glos. parua quæ incipit, pro quo forte. Bal. Vel sic: Si mandator actoris moriatur sine hærede lite nondum per mandatarium contestata, licet procuratorẽ in rem suã factũ: vtilis actio ei cõpetit. h. d. Salycetus.*

III. Iidẽ. AA. & CC. Galatiæ.

M Ala fide h possidens, de proprietate victus, de extantibus i fructibus rei vindicatione, k de cõsumptis vero condictione l conuentus, eorum restitutioni parere compellitur. Dat. Idibus Februa. CC. Conss.

*Malæ fidei possessor fructus percipiendo nõ facit furtũ, sed cõsumendo facit furtũ, & tenetur furti. Bald. Vel sic: Malæ fidei possessor ad fructus extantes tenetur rei vindicatione: ad consumptos, condictione ex iniusta causa. Salyce.*

*TITVLVS X.*

## DE OBLIGATIONIBVS & actionibus.

D I. Imp. GORDIANVS A. Valeriæ.

Ata q certæ pecuniæ biennium intra quod consueuit opponi exceptio nõ numeratę pecuniæ, effluxit: & ante bienniũ elapsum protestatus fuero me velle eã opponere: cõdicã ꝙ condictionem sine causa illud instrumentum. Viuianus.

m *Accepturum.* aliàs acceptũ: aliàs accepturum. i. in animo tuo gerebas te accepturum. hoc enim. ſ. te accepturum, non debet in instrumento scribi. *Notarius nõ debet scribere in instrumento spẽ partiũ.*
n *Tẽpus.* scilicet biennij: vt. ṡ. de non nume. pecu. l. in cõtractibus.
o *Vel intra hunc.* licet trãsierit iã, qui in scriptis est proponẽdus: vt ẏ. de non nume. pecu. auth. hanc querelã.
b *Pecuniæ.* nomẽ pecuniæ qãq; stricte sumit: vt. j. tit. j. l. j. & insti. de emp. & ven. §. itẽ precium. Quãdoq; largius pro his quæ pondere, numero, vel mensura cõsistunt: vt. ff. de leg. j. l. talis. &. ff. si cer. pet. l. ij. §. item mutuũ. Quandoq; largissime ꝓ omnibus quæ in patrimonio sunt: vt hic, &. ff. de verb. sig. l. pecuniæ verbum. &. l. pecuniæ appellatione. sed verbum rei pro his quæ sunt etiam extra patrimonium: vt. ff. de verb. signi. l. rei appellatio.

*Pecuniæ nomen multis modis ponitur.*

c *Indefense.* id est sine defectu: vel id est cum tanto studio vt nõ sentirent animi fatigationem. constituebant enim olim argentarij q̃dam inter se, forte vt etiam non debitũ posset constitui, & id seruabatur inter eos: vt hic, & argu. ff. de edendo. l. quædam. §. fin. & in authen. de fideiuss. §. fin. coll. j. & hoc etiam



BIU Cujas

*Statuta negociatorũ an sint seruanda.*

hodie seruaretur, si inter se huiusmodi cõstituerent: vt hic,&.d. authen. scilicet coram suo iudice quem habere possunt: vt.ṡ. de iurisd.om.iudi.l.fi.non coram alio:cum non sit commune ius.

*Diui.*] CASVS. Epistola diui Hadriani loquebatur tantum de fideiussoribus:vt si quatuor pro aliquo fideiusserint, poterũt impetrare beneficiũ diuisionis:vt quilibet pro parte teneretur. dicit quòd epistola ista locum habeat etiam in his qui constituunt se pro aliis soluturos: nam quilibet in solidum tenetur: præstito tamen beneficio epistolæ. ex quo enim est eadem ęquitas in fideiussoribus quæ in cõstitutoribus: ergo idẽ ius obseruetur.

a *Diui Hadriani epistolam.* vt.j. de fideiuss. l.fideiussor.hoc est verum vbi sunt soluẽdo.

b *Loquitur.* vt institu. de fideiuss. §. si plures. &.j.de fideiuss.l.fideiussor.&.ff. de fideiusso.l. inter fideiussores. & .l. si plures. sed quandoq; non diuidũt inter se:vt ff.rem pup.sal.fo.l.j.

† *Simile in ca.bonæ memoriæ. cum glos. super verbo.similitudine. de confir. vti. vel inuti.*

c *Nullo modo.* idem ergo in tutore & curatore:vt.ff.de tut. & ratio.distra.l.j.§.nũc tractemus. Item nota: vbi eadẽ æquitas, ibi idem ius:vt.ff.de leg.& senatusco. l.nam vt ait. & j.ad.l.Fal.l.fi.&.ff.ad.l. Aquil.l.illud.

*DE PROBATIONIBVS.*

*In prædictis*[a] *& infra dicẽdis opus est probationibus:*[b] *& ideo de his ponit. Et est probatio rei dubiæ per argumenta ostensio. & dicitur secũdum P. à probè aduerbio probè enim agit qui probat hoc quod intendit.*

a *Istam continuationẽ vbr. sequitur Od.ff. Bar. Bald. Pau.et Sal.*

b *Scilicet vt quis pro se obtinere possit sententiam. Pau.*

*Vt creditor.*] CASVS. Si creditor à me petit pecuniam, & negem ipsum numerasse: probare debet se numerasse. econuerso si eam me soluisse dicam,& neget:debeo probare pecuniam esse solutam.

c *Concor. Ange.hic.*

d *Ide tenet Ang.hic.*

e *Quæ præsumptio trãsfert onus probandi,secũdum Cy.*

d *Vt.* id est sicut. Accursius.

e *Implere.* id est probare, siue debitor neget, c siue dubitet: vt hic,&.j.de non nume.pecu.l.si ex causa.&.l.adseueratio.&.l.j. j. de fal.cau.adie.&.l.si non designata.

f *Ista censetur approbata per Bar. & illam sequitur Pa.*

f *Rursum.* id est contra.

g *Ista placet Bal. & Pau.*

g *Præstare debet.* siue neget creditor solutum, siue dubitet: d vt hic,&.ff.eo.l.in exceptionibus.&.ṡ.de rei vin.l.inciuile. Et euenient hæc duabus rationibus. Prima, quia debet habere lucrum ille qui adserit:sic & onus:vt.ff.de reg.iur.l.secundum naturam. Secunda,quia qui dicit,debet probare:vt.ff.e.l.ei incumbit.quãdoque tamen solutum præsumitur, e etsi debitor non probet: vt ff.eod.l.si chirographum.

*Possessiones.*] CASVS. Titius possidet fundum pertinentem ad me:conuenire eum debeo rei vin.ad fundũ,& probare de dominio.quod si non probauero,fundus remanebit apud Titiũ.

*Beneficium diuisionis quod competit pluribus fideiussoribus, competit pluribus constituentibus pro alio. & de similibus idem est iudicium. Baldus.*

III. Idem A. Ioanni. P. P.

DIui Hadriani epistolam,[a] quæ de periculo diuidendo inter mandatores & fideiussores loquitur, [b] locum habere in his etiam qui pecunias pro aliis simul constituunt, necessarium est. Aequitatis† enim ratio diuersas species actionis excludere nullo modo [c] debet. Dat. Kalend. Nouembr. post Lampadij & Orestæ. VV. CC. Consulatum.

*TITVLVS XVIIII.*

DE PROBATIONIBVS.

*Sicut actor tenetur probare suam intentionem,ita reus suam exceptionem. hoc dicit. Cy. Bar. & Pau. de cast.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Faustino.

VT [d] creditor qui pecuniam petit numeratam, implere [e] cogitur: ita rursum [f] debitor qui solutam affirmat, eius rei probationem præstare debet. [g] PP. Prid. Kalend. Iulij Dextro. II. & Prisco Conss.

*Agens rei vindicatione, probare debet se dominum: aliàs reus absolutur, & dominus esse præsumitur. Bald. Salyce. & Pau. de cast.*

II. Imp. ANTONINVS. A. Aulizano.

POssessiones [h] quas ad te pertinere dicis, more iudiciorum [i] persequere. Non enim possessori incumbit necessitas probandi eas ad se pertinere: [k] cum te in probatione cessante, [l] dominium [m] apud eum remaneat. [n] PP. XV. Kal. Decẽb. Læto & Cereale Conss.

*Si collega fuit soluendo tempore depositi officii, alter collega non potest conueniri, nec eius hæres. Bal. Vel sic: Ex præsenti statu præsumitur in præteritum, & qualis quis hodie reperitur, præsumitur fuisse, nisi probetur contrarium. & ad hoc allegatur. Item allegatur quòd ex persona tutoris, qui erat soluendo tempore finiti officii,nõ potest quis conueniri.h.d.secundum Pau. de cast.*

III. Imp. ALEXANDER. A. Leænæ & Lupo.

EX persona collegæ aui [o] vestri conueniri non debetis, si eundem collegam tempore depositi officij soluendo fuisse ostenderitis. [p] PP. V. Kalen. Ianuar. Pompeiano & Peligno Conss.

*Dominium potest probari tam per instrumentum quàm per testes. hoc dicit. vel per alia indicia. Pau. de cast.*

IIII. Idem A. Vito.

PRoprietatis dominium [q] nõ tantũ instrumento emptionis, [r] sed & quibuscunque aliis legitimis [s] probationibus ostẽditur. PP. Kal. Nou. Alexandro A. III. & Dione Conss.

*Scriptura priuata sine aliis adminiculis non sufficit ad probationem plenam inducendam. hoc dicit. & vt differat à lege sequenti, pone casum in scriptura priuata debitoris, contra quam agitur. Lex autem sequens, & lex exemplo, loquuntur in scriptura priuata ipsius agentis, vt non faciat fidem pro se, sed nec scriptura priuata coniuncti faciat fidem contra se, nisi habeat alia adminicula. Pau. de cast.*

A l.fin.&.j.eo.l.actor.&.l.frustra.&.ṡ.de peti.hære.l.cogi.& ff.eo. l.quinquaginta.

l *Cessante.* vel quia nolis, vel quia non possis.

m *Dominium.* id est possessio f secundum Io.vt &.ṡ.de rei vindi.l.quotiens.&.ff.de verbo.sign. l.interdum. Sed P. dicit g proprie poni, & præsumi possessorem h dominis. vt dices.j. e.l. cum res. Tertij i dicunt qꝙ sponte reus probauit se dominum:vt.ff.e.l.circa.

n *Remaneat.* de facto.

*EX persona.*] CASVS. Auus meus & duo alij gesserunt tutelam cuiusdam pupilli: & ex mala administratione facti sunt debitores pupilli.auus soluit centũ, & decessit me hærede relicto: alij facti sunt non soluendo. vult pupillus factus iam adultus me hæredẽ aui mei ad.cc. conuenire. dico alios contutores aui mei fuisse soluendo tẽpore depositæ administrationis: vnde sibi imputet pupillus qui tantum supersedit conuenire: dicitur qꝙ si probẽ hoc,non debeo conueniri ex persona collegæ aui mei. & dirigit imperator sermonẽ ad me hæredem.

o *Aui.* cuius estis hæredes. Et dic vtrunque, id est auum & collegi administrasse, & auum pro sua parte satisfecisse. Vel dic collegam tantum administrasse, & istum auum teneri quia nõ petiit eum remoueri: quo casu etiã magistratus primo conuenitur quàm auus: & si tempore depositi officij fuerit soluẽdo collega, non tenetur magistratus, nec iste: vt hic,&.ff.de magi. conue. l.j.§. si magistratus. & de tut. & ratio.distra. l.j.§. nunc tractemus. &.§. vsque adeo. & .ff. eod. l. non est necesse. &.j.in quibus cau. habenti tu.l.fin.& de diui.tu.l.j.

p *Ostenderitis.* hoc ideo, quia ex præsenti præsumitur in præteritum. n sic.j.de adul. l.si qui. Vel dic, quia vnus dicit, alius negat:vt.j.eod.l.actor.

*PRoprietatis.*] CASVS. Dominium alicuius rei probari potest per instrumentum emptionale, & per alias probationes legitimas.

q *Proprietatis dominium.* id est dominiũ o quod est proprietas. Est enim & aliud P dominium,scilicet in vsufructu:vnde dicitur, vsusfructus est pars dominij:vt.ff.de vsufructu.l.iiij.

r *Emptionis.* non solo,sed cum aliis: q vt.j.eod.l.cum res. Non enim sufficit habere instrumentum emptionis: quia forte à malæ fidei possessore emit.

s *Legitimis.* vt per famam consentientem, r vel testes, vel etiam alia: vt.ff. de testi. l. iij.§. eiusdem. & ad hoc .ṡ. famil. erciscun. l.non ideo.

*INstrumenta.*] CASVS. Si inueniantur instrumenta in domo mea, in quibus scripsi me debere aliquid Titio, non adiecta causa ex qua an per se sufficiãt ad debiti probationem, quæritur? Dicitur quòd non:& cum alijs probationibus valent.

*Instrumenta*

BIU Cujas

a *Instrumenta domestica.* id est priuata, non à tabellione facta, sed à confitente, siue ab alio: vt si scribo, debeo tibi decem. & dicuntur domestica, quasi in domo mea scripta. Et est notandum q̃ primo ponit genus, postea duas species, quæ sunt hic, scilicet testatio, quando interueniunt testes. sic & infra tit. j. l. j. &. ff. de nego. gest. l. Nesennius. &. ff. eo. l. fiin princ. Adnotatio quando sine testibus, & semper[2] sine causa. aliàs valet[b] in mutuo post biennium, in aliis causis statim: vt infra de non nume. pecu. l. in cõtractibus. in prin. &. l. generaliter. &. ff. qui. ex cau. ma. l. nec non. §. si quis.

b *Aliis quoque.* nisi tres sint testes iscripti: ergo cũ aliis prosunt. Et sic not. quę nõ prosunt singula, multa iuuant: vt hic, & infra. l. proxi. &. ff. ex quibus cau. l. necnon. §. si quis sæpius. nec debet iudex alligare animum ad vnam speciem probationũ: vt. ff. de testi. l. iij. §. eiusdem. Argu. cõtra infra qui numero tu. l. vnica. in fine.

*ADDITIO.* Dic q̃ quando plura tendunt ad fundandum diuersa, tunc procedit contrarium. quãdo autem tendunt ad perficiendum vnum totum, tũc procedunt ista iura secundum Bart. in. l. j. §. iidem Cornelio. ff. de quæst.

*Rationes.* ]CASVS. Si scripsi in rationibus meis Titiũ debere mihi decem, hę rationes ad probationẽ non sufficiunt. Idẽ est si dicã in testamento q̃ debeam Titio. x. & debeam, non præiudicatur per hoc hæredibus: quod verum est si ego testator non iurauí: quia si iurauí, hęredes tenentur seruare iuramentum meum. alioquin amittent omnia quæ sibi relicta sunt: & licet hoc iuramentum præiudicet hæredi, non tamen præiudicat creditoribus. h. d. cum authen. seq.

c *Rationes.* quæ sint, dic vt. ff. de eden. l. si quis. §. rationem.

d *Defuncti.* ideo, quia credebatur quòd si quid esset ibi falsum, remouisset testator.

e *Eiusdem iuris est.* id est sicut superiori casu non operatur aliquod præiudicium debitoribus: sic & in sequenti non parat eis securitatem: quod obtinet, vt in authen. hic posita.

f *Quantitatem.* hoc limitat authen. quam hic signat: quia si iurauit defunctus, hæres eius plus non potest petere: sed nihilominus potest excipere. Et dic, quantitatem, scilicet. x. cum sibi deberentur[c] xx. Aliud si dixit tantum, secundum Hu. Sed Azo dicit idem etiam si dixit tantum, quia errore id videtur dixisse, cum per hæredem aliter esse probetur, nisi iurasset: vt in authen. quod obtinet. vel nisi fuerit sciens: vt. ff. de pac. l. tale. & infra de fal. causa adiec. l. j. in fi. d Et no. hic q̃ enunciatiuæ voluntates deficientium, id est morientium, non sunt pro lege seruandæ, nisi probentur: vt. ff. ad Syllañ. l. j. §. fi. &. l. ij. & habes hoc etiam supra communia vtriusque iud. l. scriptura. &. ff. ad Sylla. l. iij. §. j. & infra de testa. l. verba testamenti. &. ff. de leg. ij. l. Titia. §. Caius. &. l. antepeñ. §. quisquis. & infra ar. tu. l. j. Sed in casu seruantur voluntates enunciatiuæ: vt. ff. ad Syllañ. l. j. §. fin. &. l. ij: sed dispositiuæ voluntates deficientium seruantur: vt in authen. de nup. §. disponat. col. iiij.

g *Quod obtinet.* scilicet quòd defuncti voluntas non præiudicat veritati: sed si iurat, præiudicat, in casu scilicet quando testator iurauit nil se habere in bonis plus quàm nominauerit: & ita ex hoc paratur præiudicium hæredibus, sed creditoribꝰ minime. An autem extraneo debitori paratur securitas per iusiurandum defuncti? Quidam q̃ non. Tu dic q̃ sic. e & gratia exempli de hæredibus dicit, qui habebãt aliquas res defuncti.

h *Relicta sunt.* vt infra de fideicom. authẽ. hoc amplius.

i *Comparabitur.* etiam si iurauerit. *ADDITIO.* Quia licet hæredes necesse habeant stare iuramento testatoris, nó tamen creditores eius. idem dicit glo. sup verbo, tã graue. in fin. i cap. literas. extra de præsump.

*Exemplo.* ]CASVS. Siue fiscus siue aliꝰ quilibet in rationibus suis scribat quid sibi debitum sit: non tamen huic scripturę creditur.

Nota ex hac. l. singulariter secũdũ Pau. hic, quòd scriptura priuata, & ad vtilitatem fisci, non facit plenam fidem.

k *Perniciosum est.* ratio quare domesticis nó creditur instrumẽtis. Similis ratio est. ff. de pœnis. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. l *Neque fiscum.* licet priuilegiatus sit. & facit. ff. de interrog. acti. l. de ætate. §. j. Accur.

m *Frustra. Exigatur.* in probanda intentione, licet in exceptione probanda f sic: vt supra eo. l. j & supra de eden. l. qui accusare. & infra eo. l. actor.

n *Cum te.* nolens à cura liberari.

o *Proponas.* adserendo te velle restitui secundum quosdam. quod non placet: g quia & maior petit restitui intra quadriennium. quare dic vt dixi. ff. de mino. l. de ætate. Vel dic, nolebat à curatoribus liberari.

p *Probare.* testibus vel instrumentis, vel etiam corporis aspectu: vt. ff. de mino. l. minor. xxv. annis adito. est ergo aliud h in ætate quàm in dominio, vbi quis præsumitur dominus, qui aliquando fuit: vt hic, & infra eo. l. siue. non autem sic præsumitur minor qui aliquando fuit: vt hic. & est ratio, i quia solus temporis cursus facit maiores: non autem mutat dominium. Et distingue sic in ætate, vtrum intẽdendo quid dicat minor: vt quia vult à tutoribus liberari: & tunc probat: vt. ff. de mino. l. minor xxv. annis adito. an negãdo, k puta cũ tutores volũt finire tutelã, dicẽtes eũ fãctũ puberé, & tũc nó probat. Ecõtra si dicat se minorẽ, ꝓbat: quod vel hoc modo ꝓbat, q̃ tẽpore contractus fuit minor: vt. ff. de in integ. resti. mino. l. si minorem. *ADDITIO.*

---

V. Imp. PHILIPPVS A. & PHILIPP. Cæs. Sertorio.

INstrumẽta† domestica, [a] seu priuata testatio seu adnotatio, si non aliis quoque[b] adminiculis adiuuentur, ad probationem sola non sufficiunt. PP. VII. Idus April. Philippo. A. & Titiano Conss.

*Rationibus defuncti non statur ad probandum sibi vel hæredi vel scribenti debitum fuisse. h. d. Bal. Vel sic: Rationes priuatæ defuncti non probant sibi deberi: & verba enũciatiua in vltima volũtate emissa ad commodum hæredis, ei non prosunt, nec ad incommodum eius emissa ei nocent, nisi testator iurauerit. hoc dicit. Salyc. Vel sic: Scriptura priuata non facit fidem pro scribente. h. d. vsque ad ver. eiusdẽ iuris est. cum. l. exemplo. infra eo. Pau. de cast.*

VI. Iidem A. & CAESAR Romulo.

RAtiones[c] defuncti, [d] quæ in bonis eius inueniuntur, ad probationẽ sibi debitę quãtitatis solas sufficere non posse, sępe rescriptum est. ¶ Eiusdem iuris est[e] & si in vltima voluntate defunctus certam pecuniæ quantitatem, [f] aut etiam res certas sibi deberi significauerit. PP. Idibus Martij, Philippo. A. & Titiano Conss.

IN AVTHEN. DE iureiurando à moriente præstito. §. vlt. colla. v. constitu. ij.

*Adsertioni iuratæ testatoris hæredes stare debent: creditoribus autem non potest imponere legem. Baldus.*

QVod obtinet [g] omnimodo si testator non iurauerit: alioquin hæredes necesse habent testatoris religioni stare, aut minime fruentur his quæ relicta[h] sunt: sed creditoribus nihil ex hoc præiudicij comparabitur. [i]

*Ex propria scriptura creditoris non cõuincitur debitor, etiam in fiscali. hoc dicit. Bald. Vel sic: Etiam pro fiscali debito propria scriptura non probat. Salycetus.*

VII. Imp. GALLIENVS A. Sabino.

EXẽplo perniciosum est, [k] vt ei scripturæ credat, qua vnusquisque sibi adnotatione propria debitorem constituit. vnde neq; fisco, [l] neq; aliũ quẽlibet ex suis subnotationibꝰ debiti ꝓbationẽ prębere oportet. PP. III. Non. Mart. Gallieno A. VII. & Sabinillo Conss.

*Reus non est onerandus in probatione. Baldus.*

VIII. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIA. AA. & CC. Publicio & Optato.

FRustra veremini ne ab eo qui lite pulsatur, probatio exigatur. [m] PP. XIIII. Kalẽd. * Basso & Quintiano Conss.

*Allegans se minorem, debet probare se minorem. Bald. & Salyc.*

VIIII. Iidem AA. & CC. Martianę.

CVm te[n] minorẽ quinq; & vigiti annis esse ꝓponas: [o] adire prędidẽ prouinciæ debes, & de ea ætate probare. ¶ Dat. Idib. April. AA. Conss.

*Illud quod potest & solet ab alio abesse, non probat illud esse. ad hoc allegatur. Vel sic: Quando sunt aliqua penitus separata, vno probato reliquum non probatur. h. d. Bald. Vel sic: Probatio debet esse de necessario, non de contingenti concludente. Vel sic: Non probat hoc esse, quod ab hoc etiam quandoque contingit abesse. Vel sic: Cõsequẽtia quæ procedit ex fallibili, nõ est bona: quia nõ efficax, vel necessaria. Saly.*

D CVm. ]CASVS. Si dico me minorem, quia volo excusari à tutela, vel forte quia nolo liberari à curatoribus: de ętate probare debeo.

*propter se: secus si propter aliud: quia tunc procederet opinio Azo. Salyc.*

*Iuramentũ defũcti an paret securitatem extraneo debitori. e Sequitur eam Bart. Bal. et Sal.*

*f Fundata intentione actoris, secũdũ Bal. & Pau.*

*g Sustinetur secundum Bald. quia licet nõ teneatur probare se minorẽ tẽpore quo petit restitui, etiam si alleget: tamen tenetur se probare minorẽ tẽpore lesionis. Bald.*

*h Istam sol. sequitur Bar. Bald. Sa. et Pau.*

*i Ista ratio est bona secũdũ Bart. & Salyc.*

*k Displicet Bal. Angelo & Pau.*

Dicas breuiter ex mente doctorum quòd ille debet semper probare ætatem, qui eam allegat: siue actor ad fundandam intentionem suam, siue reus ad fundandam exceptionem: de quo est casus vt dicit Bar. ibi, in.l.si minorem.ff.de in integ.restitu. *Eque natales.*]CASVS. Si de possessione seruitutis in libertatem prouocauerit filia tua ancilla: an sufficiat ad probãdum eam liberam, si instrumẽtum natiuitatis tuæ ostendas, quo probatũ est ingenuũ te esse, vel aliquãdo fuisse adeptũ honores, quæritur? Dicitur quòd non: quia bene potest esse quòd sis ingenuus: filia vero ancilla, puta si eam ex matre ancilla susceperis: quo casu partus ventrem sequitur. Viuianus.

*Partus vẽtrẽ sequitur.*

a *Natales.* id est natiuitates[a], seu scripturæ natiuitatis alicui[9], quibus cõtinetur quo patre sit nat[9], & qua matre, & quib[9] cõsulibus.

b *Ingenuitate.* & est ratio, quia cõditio matris ispicitur in liberis.

c *Cum nihil.* probabilitatis vel necessitatis, cum partus ventrẽ sequatur: vt supra de rei vindic.l. partum.&.ff. de sta.ho.l.& seruorũ. §.fi.& infra de lib.cau. l.aui.licet sit arg. contra infra ne de Ista.defun.l.si pater. b Et no. hic arg. quòd non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse: facile scilicet & frequenter. sic infra eo.l.ad probationem dominij.&.l.ad probationem seruitutis. vt infra vnde cognati. l. pe. si vero sunt duo talia quorum vnum non est sine altero, vel raro est, c vel non est sine altero frequenter: vno probato, probatur & reliquum: vt infra. e.l.siue posidetis.&.l. cum precibus.&.l.matrem.nam & potest mater libera fuisse, & filij serui esse, sed non præsumitur: vt infra. e.l.matrem.& idem in auia materna, & cæteris vsque ad sextum gradum in quo fit computatio cognatorum: vt infra de lib.causa.l.aui. In auis & proauis etiam maternis contra: quia fœminarum conditio tantum hic est spectanda.

*Sa Sequitur eam Bald. Sal.et Pau.*

*b Dic quòd in honorib[9] filius sequitur cõditionem patris: sed i libertate vel seruitute sequitur cõditionẽ matris. Pau.*

*c Idem Cy. & Pau.& ideo scholaris loquens cum puella, nõ præsumitur dicere pater noster, secũdũ Bal.et tex. est in cap. nec aliqua. xxvii.q.i.*

*d Sequitur Sal.et Pau.*

*e Ibi loquitur i extrinseca solẽnitate & separata, quæ nõ præsumitur hic intrinseca. Bal.et Sal.*

*f Ista leges allegatæ in glo.nõ sunt cõtra.sed cõcor. Bald. & Salyc.*

*g Ista est bona.Pau.& Salyc.*

*h Vbi glos. ponit multos casus in quib[9] requiritur scriptura &c.*

*i Sequitur eam Bald.*

*k Dic quòd illa dicitur vacua pos-*

x. Iidem AA.& C C. Isidoro.

NEque natales[a] tui, licet ingenuũ te probare possis, neque honores quibus te functum esse commemoras, idoneã probationem pro filiæ tuæ ingenuitate[b] continent: cũ nihil[c] prohibeat & te ingenuum, & eã ancillam esse. Dat. XVIII. Kalend. Maij. AA. Conss.

*Qui vitium inuisibile obiicit testamento, illud probare tenetur. h.d. Bald. Vel sic: In dubio præsumitur pro testamento, nisi contra probetur. h.d. secundũ Bar. Vel sic: Qui testamentum impugnat, debet ostendere causam quare careat viribus. Vel sic: Iuris negligentia debet probari, quando intentio fundatur ex ea. Salycetus.*

xi. Iidem AA.& C C. Antoniæ.

SI scriptũ[d] hæredẽ ab amita tua, vel de testamenti vitio, vel quacũque alia ratione[e] nó posse obtinere hereditatẽ, probari à te posse confidis: de hac hereditate apud rectorẽ puincię agere potes. [f] S. V. Kal. Maij Heracliæ. AA. & CC. Conss.

*Etiam sine instrumentis potest probari dominium probando titulum emptionis cum precii numeratione, & vacuæ possessionis traditione. hoc dicit secundum Baldum & Salycetum.*

xii. Iidem AA.& C C. Chroniæ.

CVm res[g] non instrumentis gerantur, sed in hęc rei gestæ testimonium[h] cõferatur: factam emptionem, [i] & i vacuã[k] possessionem inductum patrẽ tuum, preciumque numeratũ, [l] quib[9] [m] potes iure proditis probationib[9] docere debes. Dat. V. Non. Octobr. AA. & Conss.

*Literæ per quas quis mulierem quãdam sibi sororem appellat, eam vere sororem nõ faciunt, sed probant seu præsumi faciunt: aliter tamen rem se habere probari potest. h.d. primo. Item rescriptum quo datur arbiter ad diuidendam hæreditatẽ inter duos velut fratrem & sororem, & tanquam cohæredes, non præiudicat absenti. Salycetus. Vel sic: Per literas assertorias consanguinitatis non inducitur consanguinitas, nec probatur si simpliciter propter aliud sunt emissæ. h.d. Pau. de cast.*

xiii. Iidem AA.& C C. Iustino.

NOn epistolis † necessitudo consanguinitatis, sed natalibus, [n] vel adoptionis solennitate coniungitur: [o] nec

*I scriptum.*]CASVS. Si amita tua, quæ est soror patris tui, testamentum fecerit, & extraneum instituerit: si testamentũ probare possis esse falsum, vel institutum non capacem: de hæreditate agere poteris. Viuianus.

d *Scriptum.* quod satis est interim pro eo, siue possideat, siue d petat.

e *Alia ratione.* forte quia non sit capax. præsumitur enim capax: vt.ff.e.l.ab ea parte. vel non sit solenne testamentũ, vel falsum. *ADDITIO.* Istud exemplũ est bonũ in se, sed quo ad literam non: quia litera præsupponit veritatem facti. Bal.& Salyce.

f *Agere potes.* possidens idem probaret. & ad idem supra de iur. & fac. igno.l.si post. Arg. cõtra.ff.de Public.l.quæcunque.§. fi. e &.ẽ.de inoffi.testa.l.liberi.&.j.de codicil.l.nec codicillos.&.ff. eo.l.quidam. f Et nota quòd hic agitur petitione hæreditatis.

*Cum res.*]CASVS. Si fundum à patre tuo emptũ Seius possideret, & eum per rei vindic. petere velles, si instrumenta emptionalia non haberes, sed alias probationes, quibus probare possis patrem tuum emisse, & precium numerasse, & in vacuam possessionem inductum fuisse, & venditorem dominum fuisse: tunc sufficit. & licet Pla. hanc quartam non exigebat, tamen dixit quòd vindicare possis, licet non est eius res, quia contractus eam firmitatem habet ex solennitate verborum, & scriptura interueniente, & aliis adminiculis. aliquando enim interuenit scriptura non vt contractus per eam firmitatem & substãtiam obtineant: sed sõlum ad æternam rei memoriam. Viuianus.

g *Cum res.* id est obligationes: vt insti. de rebus cor. & dictio cum, ponitur pro quando. nam quãdoque fiunt in scriptis, si hoc scilicet agatur inter partes: & tunc probandum est quòd totum fundum sit completum: vt infra de fide instru.l.contractus. Vel dic[g] quòd cum, dicit rationem eius quod sequitur, & dic secundum hoc, geruntur scilicet vt inde trahant substantiam: vt.ff.de pig.l.contrahitur. h & infra de contrahen.emp.l.non idcirco. &.ff.de fide ĩstru.l.re.

h *Testimonium.* id est probatio.

i *Emptionem.* quod est necesse. i aliàs nuda traditio non transfert dominium: vt.ff.de acquir.re.domi.l. nunquam. Accursius.

k *In vacuam.* dicitur vacua[k] quã aliquis nó possidet, nec est i possessione: vt.ff. de act. empt.l.ij.§.j.&.l.iij. Et dic l quòd demonstratiue ponitur: non quòd sit opus ad trãslationem dominij vacuã tradi: vt.ff.de fundo. l.si fundum.licet quidam contra: vt ibi dixi. Item dixit hic P. q̃ satis est ad dominij probationem probare hęc tria, [m] emptionem, & vacuę possessionis traditionem, & precium solutum. quod nó placet: [n] quia potest esse quòd vẽditor non fuit domin[9], vnde emptor non fit dominus: vt.ff. de acquirẽ.re.do.l. traditio. oportet ergo probare q̃ venditor fuerit dominus: [o] vt.ff.de pig.l.& quæ nondum.§. quod dicitur.& de Publi.l.eum.§. Publiciana actio. quod potest probari, quia probat eum vel vsucepisse, vel specificasse, vel aliis similibus modis: vt insti.de re. di.§.singulorum. vsque in fi.tit.& sic suppleas hanc.l. Vel dic q̃ hic agebatur contra venditorem, vel eius hæredem, qui non negabat venditorem fuisse dominum: quia sic suam vel antecessoris turpitudinem allegaret: quod non potest. infra de ser.pig. da.ma.l.si creditoribus. Sed forte dicebat precium non solutum: quare hoc est probandum per emptorem. Item dicit P. hic quòd eo ipso quòd quis possidet vel possederit, dominus præsumitur, & vindicat si à possessione cadit. & pro eo supra eo. l.ij.in fi.quod non placet: P vt.ff.de pig.l.& quæ nondũ.§. quod dicitur.& de publi.l.eum.§. Publiciana. Et nó ob. infra de agri. & censi.l.si coloni.lib.xj. quia ibi speciale: vel agitur ibi tantum de possessione reuocanda, non dominio.

l *Numeratum.* non ergo Publicianam intendit: vt.ff.de Pub. l.de precio. sed directam in rem: q vt supra de rei vin.l.quotiés.

m *Quibus.* de hoc erat quæstio: quia solis instrumentis videbantur probari. sed non est ita: vt hic, & supra eo.l. proprietatis.

*On epistolis.*]CASVS. Si alicui ancillæ epistolam missili, in qua eam sororẽ vocasti, illã credens sororẽ tuã esse, illa petiit iudicẽ, qui diuideret inter te & ipsam bona hereditaria: diuisit, vel nó, non curo, si postea appareat eam ancillã esse: an tibi per epistolã in qua eã sororẽ vocasti, præiudicasti, quæritur? Dicitur q̃ nó: nec diuisio facta per iudicẽ præiudicauit, cũ non per epistolã soror fiat, sed per cõsanguinitatẽ, vel per adoptionem.

n *Natalibus.* id est natiuitate: vt infra de lib.cau.l.parentes.

o *Coniungitur.* vt infra de testa.l.neque professio. neque liberfit per epistolam: vt arg. infra de liber.cau.l.iubemus. nec cohæres: vt hic subiicit: vt.ff.de pac.l.epistolam. Et quod dicit, non coniungitur epistolis, dic quòd nec reuera, neque ad præiudicium, secundum quosdam. nec ob.ff.eo. l. quidam. in fi. quia ibi non probant hæredes fratres defuncti: quia erant in possessione filiationis. [r] Alij vt Ia. quòd ad præiudicium valent epistolæ, donec econtra probetur: vt arg.ff.de lib.ag.l.j.§. Iulianus. aliàs est. §. quod senatusconsulto. sed videtur quòd per epistolam probetur: vt.ff.eo.l.fi.j.respon. Sol. non probant plẽe epistolæ, vt hic, sed semiplene: vt ibi. s & sic cum aliis profunt: vt & supra eo.l. instrumenta.



BIU Cujas

aduersus absentē [a] hæreditatis diuidēdę gratia velut* cōtra fratrē pro ancilla [b] petitus arbiter, substātiā perimit veritatis. ¶ Siue itaq; quasi ad sororē, quam ancillā te posse ꝓbare cōfidis, epistolā emisisti: [c] siue familiæ erciscūdæ quasi pro cohærede [d] petit' arbiter doceatur: fraternitatis quæstio per hæc tolli non potuit. Dat. Kalend. Decemb. AA. Conss.

*Qui negat esse filium quem tractauit vt filium, debet probare negatiuam: qua probata, veritati est locus, & confessio in contrarium est irrita. Bald. Vel sic: Sola professio qua quis alium suum appellat filium, & econtra: non probat quem filium, sed quasi possessio filiationis transfert onus probandi in aduersarium. Salycetus.*

XIIII. Iidem AA. & CC. Munitiano.

NOn nudis [e] †adseuerationibus, [f] nec emētita professione [g] (licet vtriq; cōsentiāt,) [h] sed matrimonio legitimo concepti, vel adoptione solenni filij ciuili iure patri cōstituūtur. [i] Si itaque hunc contra quē supplicas, alienum [k] esse probare confidis: per te vel per procuratorem adfirmationē eius falsam detege. [l] Dat. Kalend. Decemb. AA. Conss.

*Qui violenter possidet, ab onere probandi non releuatur, immo fortius aggrauatur. h. d. secundum Bald. Vel sic: Ex statu præcedenti colligitur cui incumbat onus probandi in præsenti. Salycetus.*

a *Aduersus absentem.* id est contra illum qui suam ancillam vocauerat sororem.

b *Pro ancilla.* à procuratore ancillæ quem constituit procuratorem ad petendum iudicem familiæ erciscundæ, ideo quia sor nominata erat, secundum Azo. & sic duo erant pro ea.

c *Emisisti.* nec est amplius aliquid factum.

d *Pro cohærede.* à procuratore ancillæ, quasi ipsa esset cohæres. Azo. & dic quòd hic erat in possessione fraternitatis: & ideo frater probat.

*On nudis.* ] C ASVS. Nutriui Titium in domo mea tāquam filium, & eum filium nominabam. nō præiudicatur mihi per talem adseuerationem si meus filius non sit.

e *Non nudis.* filius pebat paterna beneficia à patre: hic negat filium.

f *Adseuerationib⁹.* adseuerare, est sine interrogatione aliquid verum falsúmve affirmare. alioquin si interrogatus respondeat, est hoc profiteri vel professio.

g *Professione.* scilicet falsa.

h *Consentiant.* vnde videbatur præiudiciū veritati fieri per talem cōsensum: id est vt vltra non queratur an filius sit. Accursius.

i *Constituuntur.* vt & dixi supra. l. proxi. in princi.

k *Alienum.* scilicet filium.

l *Detege.* cū ille quasi possideat filiationē. b & quæstio est, vtrum filius sit istius, vel alienus. sic & supra. l. proxi. erat in possessione fraternitatis. Sed secūdum Iaco. non erat ita, sed dicebat ex confessione facta extra iudicium plenum alicui fieri præiudicium. *ADDITIO.* Dic hoc verū, quando fuit principaliter facta propter filiationem: secus si propter aliud, vt est de mente Saly. de quo per Bar. in. l. j. §. idem per cōtrariū. ff. de alen. libe.

XV. Iidem AA. & CC. Antonio.

VIs [m] eius qui se dominum contendit, ad imponēdum onus probationis seruo, minime [n] prodest. Cum igitur aufugisse te de domo Seueri profitearis: [o] verùm [p] nec ab illo iusto initio, †sed per violentiam adseueras te esse detentum: inquisito prius an ī possessione [q] libertatis sine dolo malo constitut' sis, tūc etiā onus ꝓbationis quis debeat subire, per huiusmodi euētum declarabitur. Dat. VI. Kal. Ianua. AA. Cōss.

*Dominium patris præsumitur continuatum in filium hæredem, non in eum qui se prætendit donatarium. Bald. Vel sic: Filius emancipatus adserens rem sibi donatam à patre, debet illud probare: siue ipse petat ab hærede possidente: siue hæres ab eo possidente petat. Salycetus.*

*Vis eius.* ] C ASVS. Duxisti Stichum ad domum tuā per vim, vt sic seruiret tibi. postea fugit. an ob hoc quòd tibi seruierit, & ita dicis te esse in possessione seruitutis illius, probare debeat se esse liberum, quæritur? Dicitur quòd non. sed si dicat se liberum, debet iudex inquirere an bona fide, an dolo sit in possessione. si dolo, quod præsumitur quia aufugit, debet probare se liberum. si bona fide, quod præsumitur ex violentia sibi facta, debes probare ipsum esse seruum tuum.

m *Vis eius.* id est violenta possessio quam habet in seruo.

n *Minime prodest.* iusta tamen prodest. & sic infert, cum igitur, &c. vel plane. & hæc verior.

o *Profitearis.* quod facit contra te.

p *Verum.* hoc autem pro te.

q *In possessione.* scilicet an ille per violentiam [c] detinuit te: quo casu præsumeris quòd bona fide sis in possessione libertatis. an non per violentiam, & tunc præsumeris mala fide. Vel aliter id est an fugeris: quo casu præsumitur eum te bona fide tenuisse. an non fugeris, & tunc præsumitur mala fide te tenuisse. Sed non placet: quia de fuga confitetur: d & sic certa est, & ideo non inquiritur. & hac eadem ratione non placet secūda expositio. Vel tertio [e] subaudi, & post inquiratur an violenter tenuerit te: & tūc licet aufugeris de domo Seueri, & sic in possessione libertatis sis dolo malo: & ideo videtur idē ius statuēdū quod esset si esses ī possessione seruitutis: vt. s. vbi causa stat. agi debeat. l. j. & j. de libe. cau. l. eā quę. quia tamē seruus iustū initiū nō habuit, cōmodū possessionis nāciscī nō debet: vt. ff. eo. l. si quis liberum. & super huiusmodi quęstione pronunciabitur: vt hic, & ff. de libe. cau. l. liberis. §. fi. & ff. eo. l. si filius.

*Siue possidetis.* ] C ASVS. Titius habebat quatuor filios, duos emācipatos, duos ī potestate: decessit in patria potestate cōstitut⁹ īstitutis hęredib⁹, emācipatis præteritis vel exhæredatis: & ita nihil eis dedisse videtur. emācipati dicūt quodda prędiū ad se pertinere causa donationis in eos factæ à patre: dicitur ꝙ si possiderent prędiū, & alij in potestate petāt: qui in potestate nō sunt, habent probare prędium ad se pertinere. Si in cōtrariū, adhuc debēt ꝓbare emācipati dominiū prædij ad se pertinere ex causa donationis in eos factę à patre. No. ex ista. l. quę semper allegatur ad hoc ꝙ qui semel ꝓbatur fuisse dominus, præsumitur semper duravisse domin⁹ vsque ad mortē: vel si vixit, præsumitur hodie esse dominus, nisi contrariū probetur. Pau. r *Facti.* vnde scilicet vel quo titulo sint sua. f *Siue ipsis.* præteritis f forte, vel exhæredatis.

t *Constituti.* per quod præsumuntur esse vestra. qui enim fuit dominus, adhuc dominus præsumitur, & vel eius hæres: vt hic, & ff. de regu. iur. l. quod nostrum. & arg. infra tit. j. authen. si testis. & supra de serui. l. altius. & not. ff. finium regun. l. in finalibus. secus in ætate: h vt & supra de in integ. resti. mino. l. si minorem. & dixi supra eo. l. cum te. Vel dic contra. vt not. & bene ibi colligitur in. l. si minorem. Quid in possessione? Idem secundum P. & H., vt infra de pig. act. l. si creditor. & supra ad exhiben. non ignorabit. Sed Ioan. nō idem: quia facilius amittitur possessio, quàm dominium: vt. ff. de acquir. possess. l. si quis vi. §. differentia. & nō obstat lex, si creditor. quia habuit causam à me. nec illa, nō ignorabit. quia probatur quòd tępore litis contestatæ erat apud possidentem reum. Vel i distinguitur quando tractabitur de commodo possessoris: vt quia dicat se vsucepisse, & tūc sit vera opi. Pla. aut de incommodo: vt quia conuenitur rei vindicatione, & tunc est vera opi. Io. k Vel potest dici quòd vbi à me vindicas, non præsumor possidere, licet aliquando possedi. sed econtra si dico me vsucepisse, præsumor quòd tępore litis contestatę erat apud possidentem: sed econtra constat ꝙ non præsumor ideo non possidere hodie, quòd aliquando non possedi: l vt. ff. de excep. rei iudi. l. si rem. & l. si quis ad exhibendum. & ff. rem ra. haberi. l. procurator. in prin. *ADDITIO.* Potes apertius dicere ex monte Ia. de Arena, quem sequitur hic Saly. quòd si quis probat te possedisse sunt iam. x. anni, non præsumitur ex hoc quòd hodie possideas. sed si quis probat te possedisse iam est mensis, vel sunt. x. dies, præsumeris etiam hodie possidere: quia in modico interuallo non præsumitur interuenisse mutatio.

u *Petitis.* scilicet fundum. & sequentia erunt verba responsionis: vel petitis hoc, scilicet vt intentionem, &c.

x *Facti sunt.* sic ergo reus probat, & causam siue titulū dicere cogitur.

†*aliàs, nec ab illo iuste initio, sed per violentiā detentū adseueras: inquisito.*

†*In scriptis exem. legitur Philippæ & Sebastianæ.*

*f Cū causa legitima. Salyc.*

*g Si alleget se hodie dominū, quia præsumptio iuris nō prodest, nisi quis eā allegat: Pau.*

*h Quæ solo casu tępore mutatur Bart. Bal. Pau. & Salycetus.*

*i Hic ponitur quædā additio Odo. quæ est vera, secundum Bald. Bar. Ang. Pau. & Salycetum.*

*k Scilicet quòd non præsumitur possidere, nisi habuerit causam ab actore, vel nisi tēpore litis cōtestatæ possideret. B. Bald. Pau. Salycet. & Ange.*

*l Sed istō casu stādū est probationi, quā debet facere ille qui dicit. Barto.*

BIU Cujas

*a Ratione cuius ꝓsumptionis erat eius intẽtio fũdata. B.*

*b Sequitur eam Barto. & Pau.*

*c Idẽ Bar. Bald. & Pau.*

*d Quo casu est ꝓsumptio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium nisi per concessionem partis. Bar. Bald. & Pau. hic.*

*e Et bene, vt per Bar. Ang. Alexã. & Iaſ. in. l. sciendum. ff. de ver. oblig.*

*f Ibi est ꝓsumptio iuris tantũ: ideo admittitur probatio in contrariũ. Ange. hic. & idẽ tenet Ia. in. d. l. iii.*

*g Ibi est fictio, nõ ꝓsumptio. Bar. Pau. & Saly.*

*h Concor. Bar. Bald. Pau. Ang. & Saly.*

*i Sed quia manumissio hic allegatur, de aliis modis nõ erat quæ rẽdũ. Bar. & Saly.*

*k Et bene, Bart. Bal. Paul. & Salyce.*

*l Vtrunque exemplum est verum: sed secundũ est amicabilius litera secundum Saly.*

*m Nisi aliqua ſuſpicio ſit contra inſtrumentũ propter raſurã: vel quia producens ſimilia ſolitus.*

cogitur. & ſic eſt cõtra. ſ. de rei vind. l. res. & de petit. hæredi. l. co gi. & ſ. eo. l. fruſtra. & j. eo. l. actor. & omnes tractãtes de tali materia. Sol. ideo ꝓbat: quia præſumptio [a] eſt ꝓ actore: vt hic, aliàs nõ: vt ibi. Et no. hic circa huiuſmodi prę ſumptionẽ: quia aut non eſt dubitatio inter partes de facto, & ità lex præſumit ſuꝑ certo facto aliquid, vt reuerſum ab hoſtib⁹ nõ eſſe captũ: vt. ff. de teſta. l. lege Corneliã. & idem in cæteris fictionibus, & tunc nunquam admittitur probatio [b] in contrarium: vt inſtit. quibus mod. ius pote. ſoluí. §. ſed ſi ab hoſtibus. & infra de rei vxo. act. l. vna. §. accedit. & in. j. reſpon. & hæc præſumptio dicitur proprie [c] fictio. Vbi autẽ dubitatio eſt de facto iter partes, vt an quæſierit de bonis mariti vxor: & an contraxerit matrimonium cum libera muliere, ad quã cõſuetudinẽ habebat: & lex de facto de quo dubitabatur, præſumit ſic fuiſſe vel nõ: bene admittitur probatio in contrariũ: vt. j. de dona. inter virũ & vxo. l. etiã. & ff. de rit. nup. l. in liberę. niſi lex præſumat [d] & ſtatuat: quod ſit quãdoq; ex vigore ſcripturę: vt. j. artu. l. fi. & j. de cõtrahẽ. ſtip. l. j. & ff. de ver. obl. l. ſciẽdũ. ſed in his duabus quæ ponũt eundẽ caſum, dicũt quidam ſic, nõ cõtra: [e] vt. ff. de pac. l. iuriſgẽtium. §. quod fere. Iteꝫ ad hoc quod eſt hic, facit. j. ad Velleianum. l. antiquæ. quãdoque fauore vltimæ voluntatis: vt. ſ. de inoffi. teſta. l. iij. [f] & j. de inſtit. & ſubſti. l. generaliter. §. cum autẽ. ſed hic poſſet probari cõtrarium. Quandoque fauore dotis: vt. j. de rei vxo. act. in prin. [g] Item vt. j. ad Macedo. l. fi. Item eſt huic contra. arg. ff. eo. l. cum de indebito. §. ſinautem pro parte. vbi ex ſolutione transfertur onus probandi. ſed hic non fuit ſolutũ: [h] ſed alio modo ad emancipatos prędia peruenerunt. & adde. ff. quod met. cau. l. non eſt veriſimile.

*Probatio concludens ex tẽpore, requirit probationẽ illius temporis: & probatio non concludens, non eſt probatio. h. d. no. ſecundum Bal. Vel ſic: Non ſufficit probari quòd quæſtio ſtatus nõ moueatur fratribus, vt præſumatur quis ingenuus: ſed quòd mater fuerit libera ante eius partũ. Bal. Vel ſic: Qui fundat intentionẽ ſuã in tẽpore agendo vel excipiendo, debet tẽpus probare. ad hoc ſemper allegatur. h. d. Pau. de caſt.*

XVII. Iidem AA. & CC. Paulinæ.

MAtrem tuam [a] cõſecutam libertatem, ac te pòſt editam, vt ingenua probari poſsis, oſtendi cõuenit. [b] Quòd enim fratribus tuis nulla moueatur quęſtio, ad defenſionẽ tuam nihil prodeſſe poteſt. [c] Dat. V. Id. Feb. AA. Conss.

*Statur inſtrumento donec probetur contrarium. Bal. Et plus valet quod agitur, quàm id quod inſtrumento inſcribitur, ſeu ſimulate concipitur. Salycetus.*

XVIII. Iidẽ AA. & CC. Violãtillæ.

CVm precibus tuis ſignifices ignorante te prædium eum cuius meminiſti, ſibi velut à te donatũ [d] inſtrumentis inſeri feciſſe: ſi vera ſunt quę precibus indidiſti: nec ad nomẽ [e] factæ donationis fundus iſte pertinet. vnde adito iudice cõpetẽti, probare te oportet [f] cõtra voluntatẽ tuã hũc fundum inſtrumento aduerſarium tuum ſibi adſcribi laboraſſe: vt ſecundum tenorem reſcripti noſtri poſsis conſequi ſententiã. Dat. xij. Id. Apri. Byzãtij. CC. Cõss.

*Exceptio dilatoria in initio litis opponitur, ſed poſt litem conteſtatam venit probanda, fundata intentione actoris. h. d. ſecundum Bald.*

XIX. Iidem AA. & CC. Menandro.

EXceptionem [†] dilatoriam [g] opponi quidẽ initio, probari vero poſtquam actor monſtrauerit quod adſeuerat, oportet. Dat. XIII. Kal. April. Nicomediæ. CC. Conss.

IN AVTHEN. DE teſtibus. §. quia vero multi. colla. vij. conſti. ij.

*Iſta eſt not. authen. Poſt didicita teſtificata teſtium productio non procedit. ſed ſi non conſtat teſtificata didicita, trina productio fieri poteſt: quarta non, niſi cum quadam ſolennitate: quinta nullo modo. hoc dicit not. ſecundum Bald. Concordat extra de teſtibus. c. in cauſis. &. c. vltra tertiam. vbi iſta authen. canonizatur.*

*Matrem tuam.* ] CAVS. Si mulierem aliquam petieris vt ſeruam tuam, ipſa vero adſerit ſe eſſe liberam, eo ꝙ fratres eius liberi ſint: an eo ipſo probare poſsit ſe liberã, quæritur? Dicitur ꝙ nõ, ſed oportet ꝙ probet matrẽ ſuã fuiſſe manumiſſam: ideo quia ipſam cõſtitit fuiſſe ancillã aliquando, & ſe fuiſſe natã ex ea poſt manumiſsionem: quibus probatis erit ingenua.

a *Matrem tuam.* quam ancillam fuiſſe conſtabat.

b *Conuenit.* probatur & aliis [i] modis ingenuitas, ſcilicet per reſtitutionem natalium: vt. ff. de nata. re. l. quæris. Iteꝫ per ſententiã: vt. ff. de ſta. ho. l. ingenuum. Item ꝙ ſit nat⁹ ex ancilla paſſa morã in fideicõmiſſaria libertate: vt. j. ad Orficia. l. fi. Item not. ꝙ hic ideo probat, quia aliquãdo fuit mater ancilla: quod non placet: [k] quia probato de manumiſsione modo, quare magis nata præſumeretur ante manumiſsionem, quàm poſt: ſic enim in deterius præſumeretur, quod eſſe non debet: vt. ff. eo. l. cum de ætate. Dic ergo quòd ideo probat ſe poſt editam, quia erat in poſſeſſione ſeruitutis. & ad hoc arg. ſ. de peti. hære. l. ij. & de rei vind. l. quoties. *ADDITIO.* Iſta gloſ. ibi, dic ergo. bene loquitur, ſi filia erat actrix: ſed ſi erat rea, prout litera innuit, dic quòd ſi conſtituat ſe probatricem, debet etiam probare ingenuitatem, ſecundum Bald. Pau. & Salyce.

c *Poteſt.* neque quo ad neceſsitatem, neque quo ad probabilitatem: vt. j. de libe. cau. l. multis.

CVm precibus. ] CAVS. Fecit Seius ſcribi in inſtrumento quòd fundum Cornelianum ei dederas, cum de Sempronio intelligeres: vel debuit ſcribi quòd commodaueras, & ſcriptum eſt quòd dederas: an per tale inſtrumentum præiudicetur, quæritur? Dicitur quòd ſi probare poſsis hoc eſſe ſcriptum contra voluntatem tuam, tibi non præiudicat.

d *A te donatum.* cum de alio intelligeres fundo, [l] vel cum deberet ſcribi, cõmodo: ſcriptum eſt, dono, vel, loco.

e *Ad nomen.* nedum ad rei veritatem: vt & ſupra de feriis. l. nemo à nullo.

f *Oportet.* præſumitur enim interim pro inſtrumento: [m] vt in authen. de fide inſtru. §. ſi vero moriantur. colla. vj. ſed probatio ia contrarium admittitur, vt plus valeat veritas, ꝙ ſcriptura: vt hic, & j. plus va. quod agi. l. j. & j. ſi quis alter vel ſibi. cum propria. & de reb. ali. non alien. l. diſtrahente. & de emancip. l. ij. & de dona. l. nec ignorans. & ff. de except. l. qui agnitis. Sed contra infra arbitr. tu. l. fi. §. j. & ff. de vſufruc. lega. ſi alij. Sol. illa ſpecialia ſunt. [n] & ſecit extra de proba. cap. ter tio loco. & ibi not.

*Exceptionem.* ] CAVS. Mutuaui, & pactum feci de non petendo tibi vſq; ad annum. cum ſit dilatoria iſta exceptio, initiò ꝙ ponẽda eſt, & probanda poſtquã actor fundauerit intentionem ſuam: & verũ eſt quòd probare potes prædictam exceptionem, niſi dideris teſtificata vel dicta meorum teſtium: & hoc dicit authentica.

g *Exceptionem dilatoriam.* Alia enim eſt peremptoria, alia dilatoria: quod dic per exempla: vt inſtit. de except. §. appellantur. Peremptoria poteſt [o] opponi, & probari quandocunque ante ſententiam, ſcilicet poſtquam actor monſtrauerit intentionem ſuam: [p] vt infra de except. l. ſi quidem. & infra ſenten. reſcin. non poſſe. l. peremptorias. & infra de præſcript. longi temp. l. emptor. & extra de ordi. cognit. cap. j. hæc tamen lex, & alia de except. videntur velle quòd reus debeat eam conteſtari ante probationem actoris: ſed puto [q] quòd illa conteſtatio ex voluntate fiat, non ex neceſsitate. Item & quædam peremptoriæ opponuntur poſt ſententiam: [r] vt diximus ſupra de iur. & fac. igno. l. j. & infra ſenten. reſcin. non poſſe. l. peremptorias. Si autem dilatoria ſit exceptio, ſi quidem ſolutionis ex pacto vel lege, opponi debet in initio cauſæ, & ſub conditione, ſi actor probauerit intentionem ſuam: vt. d. l. ſi quidem. infra de except. aliàs ſi diceret ſe debere, ſed ſibi pactum factum, ſtatim actor monſtraſſet per confeſsionem rei. Et intellige [s] cauſæ initium, conteſtationem litis, vel ante, vel circa: vt ſupra de iura. calum. l. ij. in prin. & §. fin. Probatur autem hæc exceptio poſtquam actor monſtrauerit quod adſeuerat: vt hic, ita tamen, ſi reus non didicit teſtificata, quia tunc per teſtes non poſſet [t] probare, vt in authẽ. hic poſita dicit. Si autem ſit declinatoria iudicij: ſi quidem ſciat hanc ſibi competere, in principio opponat, aliàs ſileat: vt ſupra de excep. l. fin. & ff. de iud. ſed & ſi ſuſceperit in prin. Si neſciat, opponat [u] etiam poſt ſenrẽtiã, vt falſi procuratoris, & nõ cõpetentis iudicis: vt. ſ. de procu. l. licet. & infra ſi à non cõpe. iudice. l. fin. *ADDITIO.* Addas hic pulchrã gloſſam in verbo, in dilatoriis. in cap. exceptionem. extra de except.

AT qui ſemel. ] CAVS. Si ego produxi teſtes ſemel vel bis, & aperta ſint dicta teſtium, ita ꝙ ſciã ea quæ dixerunt teſtes, & aduerſarius meus diſputauit ſuper dicta teſtium: non potero poſtea alios teſtes producere. ſi nõ didici, poſſum ter vel quater producere. Iurare tamen debeo, ꝙ nec ego nec aduocatus meus, vel alius pro me dicta teſtium perquiſiuit.

*At qui ſemel. Bal. Et hoc verum in exceptionibus reddentibus iudicium retro nullum: ſed in alijs dic, quòd ſciebat, ſiue ignorabat, non poteſt poſt litem conteſtatam opponere. Pau. & Saly.*

BIU Cujas

a *At qui semel.* quidam legunt hanc authen. j. tit. j. l. fi.
b *Acceperit.* ac si dicat, siue à se, siue ab alio sciuit.
c *Didicerit.* vel suorum testium, vel aduersarij: vt in cor. authen. Accursius.
d *Licentiam.* id est facultatem. ff. de rei vin. l. officium. contra. Solu. vt ibi. *ADDITIO.* Dic quòd ibi loquitur in productione quæ fit de nouo super alio articulo, hic super eodé. Bar. & Pau.
e *Productione.* nisi ad reprobationé a testiũ: vt. j. tit. j. l. si quis testibus. & l. fi. & authen. si testis. An auté à se inductum posset reprobare? forte non: vt. d. l. si quis testibus. Item nunquid in causa appellationis posśt produci? Respon. vtique secundum Azo. b vt. j. de app. l. eos. §. si quid. & de temp. app. l. per hanc. cum sit alia causa à prima. Ala. dicit q̃ non, & quia dicit esse eadé causam, & quia ratio authen. est generalis: timor scilicet subornationis. sed prima opi. c seruatur. Sed ius canonicum distinguit, an super eodé capitulo, & tunc non potest: an super alio, & tunc potest: vt extra de testi. ca. fraternitatis. Item an post aperturã possint instrumẽta p̃duci? Dic quòd sic: quia ibi non est suspicio: & sic se habet consuetudo.
f *Iussione.* ff. de mino. l. minor. xxv. an. omissam. cõtra. Sol. vt ibi.
g *Productio testium.* renunciauerit, vel non renunciauerit testibus: ergo sola scientia nocet, sed renũciatio nõ: vt in cor. §. illud. & in nouel. de testi. §. & qa.
h *Productionem.* quidam dicunt d vnã productionẽ esse cum semel producuntur: e & si eadem die, & intra eãdem dilationem iterum producuntur, est alia productio. Alij vocant vnam dilationem, productionem vnam, intra quam quotiens voluerit, poterit producere. sed prima verior est. f Item quid si per se redierit? Videtur vltimo dicto stándum. arg. ff. de manumiss. testa. l. Stichum. & de hære. insti. l. si ita scriptum. &. j. de libe. cau. l. cum precium. sed puto non habendam g ei fidem, si cum aliqua parte fuerit locutus.

AT qui semel a †produxerit testes, aut bis, aut ter, & testificata tractauerit, aut ab aduersario hoc faciente disputationem acceperit, b & ex hoc testificata didicerit: c non habebit licentiam d vlterius vti productione e testium ex diuina etiam iussione. f ℣ Si vero hoc non egerit: tunc dãda est quarta productio testium g, sacramento ab eo prius dando, quòd neque subtraxerit, neque percontatus est ipse testificationes, vel aliquis aduocatorum eius, vel alius pro eo agens: nec p dolũ, nec per machinationẽ, vel artem, quartam productionem h testium petat fieri.

*Per productionem instrumenti subtracti non probatur libertas, sed magis præsumitur contra subtrahentem. hoc dicit not. secundum Bald.*

XX. Iidem. AA. & CC.
Phrominæ.

SI de possessione seruitutis, emptionis instrumẽtis subtractis, in libertatem proclamat Eutychia: cum petitori probationis onus incumbat, i intentione sua defecta, his iuuari minime potest k. Nam si l in seruitutem petatur: ad emptionis m probationem non est indiciis aliis opus, sed instrumentorum furtum n mõstrare sufficit. IIII. Non. Decembr. Nicomediæ. CC. Conss.

*Instrumentum nil aliud probat, quàm illud quod continetur in eo: & quod omittitur in instrumento, præsumitur non actum inter partes. Bald. Vel sic: Ad probationem dominii non sufficit agenti producere instrumẽtum in quo alius suo nomine emit, & probare quòd emit de pecunia ipsius agentis. h. d. secundum Pau. de cast.*

XXI. Iidem. AA. & CC. Crispo.

a *Confessioni.* in corpo. authent. non aperitur q̃ sunt quinque necessarij, & sic duo sufficiunt, secundũ Ioã. vt.ff.eo.l.vbi. Sed Azo cõtra.nã ex quo in solutione sic est: ergo in confessione, cũ sit eadẽ ratio. H. vero distinguit, vt rogati sufficiãt duo, nõ rogati sint quinq; siue sit solutio siue cõfessio. Item no. q̃ secũdũ istã.l.testiũ. & auth. hãc, videt q̃ cõfessio extra iudiciũ valeat. sed hoc est ad liberandũ: aliud ad obligandum. Item an contra cõfessionẽ istã possit veniri ĩtra. xxx. dies? Respon. sic, vt. j. de non nume. pecu. l. in cõtractibus. §. j. Vel distingue, aut fuerit cõfessio solẽnis. l. coram testibus habita: vt tũc non possit venire contra: vt hic. an non, & tunc possit: vt ibi.

*Confessio extra iudiciũ valeat.*

*Siquando inuitos.* IC ASVS. In causa quã habebã cum Titio in ciuitate Bonoñ. produxi testes Mutiñ. si dubito de eorum recessu, si velint dare fideiussores de stãdo in ciuitate Bonoñ. donec ferant testimoniũ, possunt si volunt. vel si non possunt dare fideiussores, aut nolunt: iurent q̃ non recedent: aut q̃ die eis adsignata comparebunt ad ferendum testimonium veritati. & isti testes cogi possunt q̃ stabunt quousque deposuerint. & eorum iuramento necessariò stãdum erit: quia si pro principali causa creditur eis, multo magis hic. & hoc ĩ prima. Non autẽ compellendi sunt stare vltra. xv. dies: intra quos citabit partem aduersam, vt præsto sit quãdo dicãt testimonium. si nõ veniat, iudex audire debet ipsos: & elapsis xv. diebus poterunt reuerti ad propria sine licentia iudicis, nec redire cõpelluntur. & hoc in secunda. Si vero per iudicem stetit quo minus testimonium dicant: damnũ quod propter hoc altera pars passa fuerit, resarciet ei ex suis facultatibus. & hoc in tertia. Et hanc.l. intellige in causis iam cœptis: nõ autẽ in præteritis.

b *Siquando inuitos.* ergo inuiti coguntur: vt hic, &.ff.de tabũ. exhiben.l.locum. §. exhibere. & quemadmodũ testa. ãpe.l.cũ ab initio. & arg.ff.si quis cau.l.ij.§.j.& .ff.ex quibus cau. maio.l. sed & si.§.fi.& hoc captis pignoribus: vt arg. instit.de satisda.tu.§.penult. nam & hoc est munus publicum: vt.d.l.ij.§.j.si quis cautionibus colligitur. Nec ob.ff.quẽad. testa.ape.l.sed si quis ex signatoribus. quæ est cõtra: vbi non videntur cogi: quia ibi erant absentes, & alterius prouinciæ. Vel aliud est in recognitione sigillorum testaméti, quæ potest etiã fieri domi: vt ibi. & aliud in testibus, qui coram iudice debent cogi venire: vt hic. Vel corã eo cui delegat in alia prouincia lege statuẽte præterq̃ in criminali: vbi tantũ corã eo debent venire: vt in authen.eo.§. & quoniam. &.ff.eo.l.iij.§. testes. Itẽ ideo dicit siquando, quia quidam volentes admittuntur, qui inuiti non coguntur: vt. ff. eod. l. inuiti. j. &.ij. De proxenetis autẽ quando cogantur, habes in auth.eo.§. antepenult.

c *Causis.* in criminalibus idem. nam cum quidam excusentur vt inuiti nõ dicãt, restat alios cõpelli: vt.ff.e.l.iij.§. lege. &.l.iiij. &.v. Itẽ dic causis. ſ. cœptis, nõ ante litem contestatã: nisi in casu. & hoc dicit auth. sed & si quis. quam lege hic.

Codex.

A d *Nostra lege.* scilicet Græca, quam non habemus: sed erat in antiquo Codice.

e *Suæ personæ.* permansuræ in iudicio donec dicant testimonium, quod dicere debent.

f *Sine damno.* id est sine coactione.

g *Multo magis.* sic. ĩ. de pact. con. tam sup do. l. hac lege. &. ĩ. ne fideiuss. do. dentur. l. ij. & in Lombarda dicitur q̃ socio qui credidit socio totũ negotium, nõ potest cũ eo inire duellum.

* *Cõcordat in nomine domini. extra de testi.*

h *Difficultates.* vt. ff. quẽad. testa. ape. l. sed si quis ex signatoribus.

i *Non amplius.* id est non vltra. xv. dies.

k *Obseruare.* id est parere iudicibus.

l *Cognitionem.* i. testimonium, per quod cognoscent causam.

m *Et alterutra.* vel ea quæ postulauit produci: vel ea contra quam postulati sunt.

n *Eos.* ſ. iudices.

o *Obseruare.* id est obedire. & est mala Grãmatica.

p *Noluerint.* si ergo volint adesse: præsentibꝰ ipsis est ꝓferẽda probatio: vt hic, & ĩ auth. hic posita. & infra tit. j. l. iudices. & authent. apud. & in decre. ij. q. j. in primis. in fi. sic est etiam in iuramẽto calumniæ: vt. ſ. de iura. calum. l. ij. §. si autẽ. sed hoc facto non poterũt plures produci, cum didicita sint testificata: vt. ſ. de proba. authen. at qui semel. Vel dic q̃ iuramentum fiat in præsentia: & sic prædicta intelligantur. Dictum autem testis secreto recipiat, vt per Danielẽ est inductũ: & sic approbat consuetudo generalis. arg. pro hoc. ſ. eo. l. nullũ. Item licet hic absente altera parte recipiantur, reseruatur tamen licentia obiiciendi in dicta eorum: vt infra eo. l. fina. §. j. & fin.

* *al. Si quis.*

*Testis dictũ secreto recipi debet.*

a *Nihilo min⁹. in. q. 9. ibi vide glos.*

q *Introducit.* siue sit ille qui primo produxit, siue contra quem producti fuerint, qui modo eos producere videtur, cum petit vt iudex eos recipiat. si autem vtraq; pars esset absens, non contraheretur eremodicium: nec testes testificarentur.

r *Retrahere.* ne leges sint ludibrio: vt &. ĩ. de bo. quæ lib. l. fi. §. vbi autẽ puerilis. &.ff. de adop. l. emãcipari. §. fi. aliàs ĩcipit, adoptare.

ſ *Omnem iacturam.* fecit enim litem suam: vt instit. de oblig. quę ex quasi delic. §. j.

*Siquando inuitos.* ergo inuiti coguntur: vt hic, &.ff.de tabũ.

*Siquando ex iudiciũ valeat.*

*Siquando inuitos.*

*Siquando inuitos.*

*Siquando inuitos

contestatam inducantur: fallit tamen quando possunt facile non esse. & sic hoc intellige per id quod est. ff. ad leg. Aquil. in. l. j. & infra de vsu. pup. l. pupillus. & infra de testa. l. qui testamenta. & ad idem. ff. eo. l. curent.

a *Attestationes.* id est iuramentum non dictum. Vel dic attestationes, scilicet faciendas. debet enim videre & audire qui sunt testificantes. Alij dicunt ꝙ etiá dicta, vt notaui modo super. l. siquádo. prima verior.

b *Vna parte.* quæ productio non valet nisi altera parte vocata: vt hic, &. l. siquádo. ſ. eo. Accursius.

*Cvm apud.* ] CASVS. In causá quá habebam aduersus Titium, compromisimus in arbitrum, & sub pœna. produxi testes. arbiter tulit sententiam. sed melius ponitur: aut propter publicationé nolui stare sententiæ, & soluo pœnam conuẽtam, & volo habere regressum aduersus eũ corã iudice ordinario: an testes producti corũ arbitro, possint ꝓduci corã iudice? distinguitur: aut oés sunt superstites, aut null[a], aut quidã. Primo casu iste cótra quẽ testes ꝓducũtur, eliget velit adhuc ꝙ producant: an velit stare testimoniis scriptis coram arbitro. Secundo casu necesse habet ille contra quem producuntur, credere scripturæ in qua dicta testium redigebantur. Tertio quantũ ad mortuos credet dictis eorum. quantũ ad viuentes, reus habet electionem an velit ꝙ iterũ producantur: an ꝙ stetur dictis eorum, salua semper omni allegatione contra dicta eorum in omnibus casib[9] prædictis. Viuia.

* *Et sic testu potest repetitis vicibus induci & examinari. & cõcor. c. cõstitutis. cũ gl. fi. extra eo. titu. & ad hoc iste tex. reputatur singularis, scdm Bar.*

c *Cum apud compromissarios.* id est delegatos. arg. ff. de iud. l. iudiciũ solui tur. Vel dic proprie poni. i. arbitros, à quibus licet recedere soluta pœna & ante sentẽtiam & post: vt. ff. de arbi. l. si qs rẽ.

* *Ex his verbis sequẽtibus sumpsit papa ea quæ dixit in ca. præsentata. post. med. extra de testibus.*

d *In iudicio.* scilicet ordinario.

e *Obseruari.* quod scilicet per pactum conuenit: vt argu. ff. de re iudi. l. si conuenerit.

f *Testes.* scilicet omnes: vt differat ab vltimo casu.

g *Iterum.* nunquid iurabunt iterum? Respon. sic, arg. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. si quis stipulaturus. & forte idé in causa appellationis si super nouo articulo vel capitulo inducantur: vt & in sacramẽto calumniæ dixi. ſ. de iur. calum. in prin. l. ij. secundũ Accur. ADDITIO. Hoc intellige quando in noua instantia & coram alio iudice denuo producuntur. secus autem si in eadẽ instantia repetãtur ad declarandum id quod nõ clare dixerunt: quia qui declarat, de nouo nihil inducit. l. hæredes. §. sed & si notam. ff. de testa. & l. adeo. §. cum quis. ff. de acqui. rerũ do.

*Testis secũdo ꝓductus an iterum teneatur iurare.*

sente iudex attestationes recipiat. Quòd si venire noluerit, etiam eo absente attestationes[a] recipiat: & perinde valebunt, ac si eo præsente receptæ fuissent: nec opponere poterit, ꝙ ex vna parte[b] datæ sunt.

*Testibus examinatis coram arbitris, non tenetur quis stare coram iudice si viuunt, sed potest petere eos iterum examinari si vult. sed si sunt mortui, non requiritur vlterior examinatio: sed standum est eis sicut si coram iudice fuissent recepti: saluo tamen iure opponendi cõtra personas, & dicta. h. d. ista lex singularis, quæ non est alibi nisi in. l. penul. ff. de arbitris. Tamen illa declaratur & limitatur per istam. Pau. de Cast.*

XVI. Idem A. Iuliano P.P.

CVm apud compromissarios[c] iudices testes fuissent producti, variatũ erat vtrũ deberet eorum depositionibus in iudicio[d] litigator vti, an non esset audiendus. Sancimus igitur, si quidẽ in cõpromissis aliquid pro huiusmodi causa statutum est, hoc obseruari. [e] Sin autẽ nihil conuentum est in huiusmodi casibus: si quidẽ supersint testes, licentiã habere eum cõtra quẽ depositiones eorũ proferũtur, si eas recusauerit, cõcedere testes[f] iterũ[g] *adduci, & nõ opponi[h] eis quòd iam testimonium suum dederint. vel si hoc cõcedere minimè maluerit, depositiones eorũ quasi factas[i] accipere: omni iure legitimo qđ ei competit aduersus eas, seruato. [k] Sin autem ab hac luce omnes subtracti[l] sint: tunc necessitatẽ ei imponi, fide scripturę approbata, in qua depositiones eorum referuntur, eas quasi factas[m] accipere. Sivero *res permixtæ fuerint, & quidam ex his mortui, alij viuẽtes: tunc in superstitum quidem testimoniis eandem electionem seruari litigatori, aduersus quẽ testimonia proferuntur: in morientiũ[n] autẽ personas depositiones eorum nõ esse respuendas: omni (secundum quod iam prędiximus[o]) aduersus eas & testes legitimo iure, quod ei competit aduersus quem proferũtur, integro reseruato. Dat. VI. Kalen. April. Lampadio & Oresta Conss.

h *Et non opponi.* patet ergo ꝙ aliàs potest opponi: vt. ff. eo. l. ꝓduci. sed illud hic nõ obstat: qa hic est alia causa, & alius iudex.

i *Factas.* coram iudice.

k *Seruato.* opponendi in dicta & personas.

l *Subtracti.* scilicet omnes.

m *Quasi factas.* scilicet in iudicio.

n *In morientium.* id est mortuorum. Et no. qđ in hoc iudicio dictum est, valet in alio: [a] vt & ſ. de arbi. l. pe. in fi.

o *Prædiximus.* ſ. proxi. omni iure &c.

p *DE FIDE INstrumentorũ, &c.* *De probatione viua voce dixit, sequitur de probatione mortua, id est per scripturam.*

q Et amissione. *id est perditione.*

## TITVLVS XXI.

### DE FIDE INSTRVMENtorum, [p] & amissione [q] eorum, & de apochis & antapochis faciendis, & de his q̃ sine scriptura fieri possunt.

*Probato debito per creditorem, debet iudex ad solutionem compellere debitorem, non obstante instrumẽti amissione. h. d. Salycetus. Vel sic: Perditio instrumẽti non nocet si potest fieri probatio per testes, vel alios modos legitimos. Et sic loquitur de secunda parte rubricæ, de qua loquuntur multæ aliæ leges. Pau. de Cast.*

I. Imp. ANTONINVS A. Marchiæ[t]

DEbitores tuos quibuscũque [r] rationibus debere tibi pecuniam si probaueris, ad solutionem compellet [s] aditus præses prouinciæ: nec oberit [t] tibi amissio instrumentorum, si modò manifestis probationib[9] eos debitores esse apparuerit. PP. V. Id. Septẽbr. Antonino A. IIII. & Balbino Conss.

*Sententia lata contra vnũ quòd instrumentum sit falsum, non præiudicat consorti eodem instrumento vtenti: sed bene potest accusari, & per se conuinci. hoc dicit nota. secundum Baldum. Vel sic: Alter ex creditoribus potest vti instrumento de quo alter fuit condemnatus de falso. Et sibi nõ præiudicat illa sententia, licet per neutrum eorum fuit appellatum ab ea. Saly.*

II. Imp. ALEXANDER A. Mabiliano.

SI vteris [u] instrumento de quo alius [x] accusatus falsi victus [y] est, & paratus [z] est (si ita alius cõdemnatus: q̃ritur, an possit? Rñ. certe pót, cũ sententia lata inter alios, huic præiudicare nõ potuit. sed si debitor vult accusare instrumentum de falso, subiicere se debet pœnæ talionis.

u *Si vteris.* si, id est quanuis: vel proprie lege.

x *Alius.* vel coheres, vel correus stipulãdi. [c] vel cũ esset duo creditores, fecerũt sibi caueri in eadẽ charta, ita ꝙ quilibet creditor sibi in certa quãtitate separata cauebat: vt. ſ. si certũ peta. l. eo ꝙ.

y *Victus est.* arg. ff. de vi & vi arma. l. nam postea.

z *Paratus.* scilicet debitor, à quo &c. & quod dicit, si ita visum fuerit: ideo dicit, qa & ciuiliter posset agere excipiẽdo, vel actione in factũ: vt. ſ. de trãsac. l. si ex falsis. de quo dic vt ibi dixi. Alij dicũt nõ posse ciuiliter agi donec viuit delíquẽs, vt possit de crimine criminaliter accusari: vt dices. j. eo. l. fi. circa prin. Accur.



BIU Cujas

a *Visum fuerit.* No. generale dictum, res inter alios &c.
b *Reum facere.* id est accusare, eo q̃ falso vteris: vt. j. si reus vel accu. mor. l. iij. vel quia dicat te feciſſe, vel feciſſe fieri.
c *Et diſcrimen.* repete, paratus est. & die, diſcrimen. i. damnum.
d *Periculi.* scilicet pœnæ: quod infligitur per pœnã legis Corneliæ de falſis, quæ est deportatio, & omniũ bonorũ publicatio in libero, in ſeruo vltimũ ſupplicium: vt. ff. ad legem Corne. de fal. l. j. §. fina. Sed qui ſolum vtitur, & nõ fecit, an patitur eandem pœnam? Dico quòd ſic, ſed poteſt euadere abſtinendo ab vſu: vt. j. ad legẽ Corn. de fal. l. ſi falſos. Vel dic verius, decennio [a] tantũ relegandũ qui vtitur, niſi deſiſtat: vt. ff. de fal. l. falſi. §. ordine. Item no. quòd ex hac litera dicunt quidã debere inſcribere accuſanté in libello ſe ſubiturum eandem pœnam quã & reus, ſi non probauerit. ſic. j. ẽ. l. fi. &. ff. de accu. l. libellorum. Nos dicimus non eſſe neceſſe, & nihilo minus patietur ſimilitudinem ſupplicij: vt. ſ. de aduo. diuer. iudi. l. j. &. ff. de teſtib. l. iij. §. idem diuus. Itẽ contra ad ſi. huius l. ff. de inoff. teſta. Papinianus. §. fi. quæ est contra. vbi prẽiudicatur legatariis iure iſto, ſi cõtra teſtamentum pronũciatur. Solu. ex teſtamẽto pendet petitio omniũ quæ in eo ſcripta ſunt: quo infirmato, cætera nihil valent. ſed ex inſtrumẽto non pendet petitio debiti. Sed huic ſolutioni eſt argu. contra. ff. de excep. rei iudi. l. j. vbi idem in teſtamento dicit, quod hic in inſtrumento debiti: quòd aliis non præiudicet. Sed dic quòd ibi nullum vel irritum dicebatur, vbi iudex nihil noui facit, ſed declarat quod eſt. at in querela inofficio. teſtamen. nouum facit: quia reſcindit: & facit hæredem qui non eſt, & deſinere qui eſt: vt dicta. l. Papinianus. in fi. & ff. de vulga. ſubſtitu. l. in ſubſtitutione. Alij ſoluunt, quòd ibi ſit ius ex ſententia: hic non. quod in idem recidit. Alij, quòd ibi legatariis, nõ autem cohæredibus præiudicatur. & ſic non eſt argu. contra. ſ. de inofficio. teſtamen. l. cum duobus. Sed contra ſupra de petitio. hæredi. l. fina. §. fi. ſed ſolu. vt ibi. Item contra. j. de his quibus vt indig. l. Polla. in fi. Sed ibi expone, retractas. i. retractare intendis. vel ibi tranſactio: hic ſententia. Item quæro, an idem in teſte, vt ſemel falſum dicens non repellatur, ſi ab alio producatur? Reſpon. ſi iudex notauit illum falſum, nõ idem quod hic. aliàs ſi ſimpliciter ſuo dicto non credidit, contra: vt. ff. ad Turpil. l. j. §. j. &. ff. de his qui not. infa. l. Lucius.
e *Non oberit.* quia res inter alios &c. vt hic, &. ff. de re iudica. l. ſæpe. & infra res inter alios. & infra quibus res iud. non noc. per totum.
f *Crimini.* id est criminationi.
g *Debuiſti.* ex neceſsitate. potuiſti tamen: vt. ff. de appella. l. à ſententia. &. l. ab executore. §. j.

*Si aduerſarius.*] *CASVS.* Debebat mihi Titius xv. habebam inſtrumeutum, & teſtes. volebam eum conuenire ex inſtrumento. forte dicebat Titius inſtrumentum eſſe falſum, vel reuocabatur in dubium, an valeat inſtrumentum vel nõ. dicebam me nolle eo vti, & ſic ei renunciaui. poſtea pœnitui, & volebam eo vti an poſsim, quæritur? Dicitur quòd non.
h *Reuocaretur.* aliud forte ſi non reuocaretur: licet diceret ſe non vſurum.

A i *Non vſurum ſe.* aliis abundantibus probationibus.
k *Profeſſione.* cui magis credendum est, quàm alicui inſtrumento.
l *Conſtitit.* vt &. j. de confeſ. l. j. An autem de falſo poſsit accuſari? Dic quòd non: vt. j. ad legem Corne. de fal. l. ſi falſos.

visum [a] fuerit) à quo pecuniam petis, eiuſdem criminis te reum facere, [b] & diſcrimẽ [c] periculi [d] pœnæ legis Corneliæ ſubire: nõ oberit [e] ſententia, à qua nec is contra quem data eſt, appellauit: nec tu, qui tunc crimini [f] nõ eras ſubiectus, appellare debuiſti. [g] PP. III. Kalen. Octob. Maximo. II. & Aeliano Conss.

*Qui renunciat vſus inſtrumenti ſuſpecti, tacite videtur fateri inſtrumentum falſum: nec poteſt iteratò producere. hoc dicit not. & non eſt alibi. Baldus.* B

III. Idem A. Aeliano.

SI aduerſarius tuus apud acta præſidis prouinciæ, cum fides inſtrumenti quod proferebat, in dubiũ reuocaretur, [h] nõ vſurum [i] ſe conteſtatus eſt: vereri nõ debes ne ex ea ſcriptura, quam non eſſe veram etiam profeſsione [k] eius conſtitit, [l] negotium denuo repetatur. PP. III. Non. Decembr. Maximo II. & Aeliano Conss.

*Si debitor fiſci amiſit inſtrumentum ſolutionis, procurator fiſci tenetur ei oſtendere librum rationum. Salycetus.* C

IIII. Imp. GORDIANVS A. Martiano.

ILlatæ [m] diſpenſatori [n] pecuniæ ſi ob amiſſorum inſtrumentorum [o] caſum probatione deficeris: [p] inſpectio rationum fiſcalium fidem demõſtrabit. [q] Dat. II. Id. Februar. Gordiano A. & Auiola. Conss.

*Qui allegat inſtrumentum caſu perditũ, debet probare: & niſi probet caſum, non procinatur ei allegatio caſus: ſaltuum tamen eſt ius probandi per alias ſpecies probationis. h. d. not. Bald. Vel ſic: Si creditor dicat ſe perdidiſſe caſu inſtrumentum debiti, non debent propterea qui dicuntur debitores, ad ſolutionem vrgeri: niſi creditor probet caſum, & tenorem inſtrumenti. h. d. Saly. Vel ſic: De perditione inſtrumẽti non ſtatur ſimplici verbo hoc aſſerentis, ſed habet neceſſe hoc probare. h. d. Pau. de Caſt.* D

V. Idem A. Priſco & Marco militibus.

SIcut iniquum eſt, inſtrumentis vi ignis conſumptis, debitores quantitatum debitarũ renuere ſolutionem: [r] ita non ſtatim caſum conquerẽtibus facilè [ſ] credẽdum eſt. Intelligere itaque debetis non exiſtentibus inſtrumentis, vel * [t] aliis argumẽtis, probare debere fidem [u] precibus veſtris adeſſe. PP. III. Kalend. Iun. Sabino. II. & Venuſto Conss.

*Licet ſit perditum inſtrumentum manumiſſionis: poteſt tamen probari manumiſſio per teſtes. Pau. de Caſt.* C

VI. Impp. DIOCLE. & MAXIMIA. AA. & CC. Lucido.

STatum tuum, natali profeſsione perdita, mutilatum non eſſe, certi [x] iuris eſt. Dat. I *Llatæ.*] *CASVS.* Tenebaris fiſco: ſoluiſti, & à procuratore fiſci recepiſti inſtrumẽtum de ſoluto. alio inſtrumento in rationibus fiſcalibus, in quib [o] ſcribebatur ſolutũ, penes eum remanẽre, tuũ amiſiſti. ſi procurator te conuenire velit ac ſi non ſoluiſſes, & ſolutionem probare non poſsis, quod penes eũ de ſoluto remanſit, an inſpiciendi facienda ſit tibi copia, quæritur? Reſpon. quòd ſic.
m *Illatæ.* id est ſolutæ.
n *Diſpenſatori.* id est procuratori fiſci.
o *Inſtrumentorũ.* Nota hic quòd quis contra ſe exhibere tenet. contra. ſ. de teſti. l. nimis graue.
p *Deficeris.* Secus ſi probationes habebas: vt. ff. de eden. l. ij. &. l. ſi quis. §. prohibetur.
q *Demonſtrabit.* te deſiderante eas exhiberi tibi: vt. ſ. de eden. procurator. &. l. non eſt. & l. iuſtum.

** aliàs, non exiſtentibus inſtrumẽtis vos vel aliis argumentis probare, fidẽ precib. &c.*

*Sicut iniquum.*] *CASVS.* Tenebaris mihi in. x. habebã inſtrumentum: igne conſumptum eſt: an à debito libereris, quæritur? Reſpon. quòd nõ: nec mihi facile debet credi de amiſsione, niſi probem. vnde ſi per inſtrumẽta probare non poſsum quod intendo: ſaltem aliis probationibus vti debeo ad faciendum fidem.
r *Solutionem.* vt. ſ. eo. l. j.
ſ *Facile.* ſed ſi crederetur ei quòd amiſerit, quid prodeſſet? Reſpon. in duobus prodeſſet. Illud enim in caſu recipitur, cum eſt amiſſum inſtrumentum per aduerſarium: vt ſupra de probat. l. ſi de poſſeſsione. Itẽ in alio prodeſt, vt exoneretur ſolennitate quinque teſtium: vt ſupra titu. j. l. teſtium. in fi. Sed hic ſi probet creditor per duos teſtes ſe amiſiſſe inſtrumentum in quo continebatur quòd Titius debebat decẽ, & ipſi audierunt legi, quare probatur debitum magis, quàm per quoddam exemplum, cui non creditur niſi originale oſtendatur: vt ſupra de edendo, authent. ſi quis. &. ff. eod. l. quicunque. Sed dic quòd erit præſumptio ſi hoc probet, vt poſsit deferri iuramentum. Alij dicunt [b] hoc ſufficere, argumento dictæ l. ſi de poſſeſsione.
t *Vel.* pro ſaltem.
u *Fidem.* id est veritatem.

** b Hãc tenent Saly. & Pau.*

*STatum tuum.*] *CASVS.* Manumiſsionis tuæ inſtrumentum amiſiſti: non ob hoc ſtatus tuus periclitatur.
x *Certi iuris eſt.* ſi aliæ ſunt probationes: vt &. ſ. eo. l. j. nam & ſine inſtrumentis de ſtatu probatur: vt ſupra tit. j. l. j. & infra de libe. cau. l. nec omiſſa. &. j. de nupt. l. ſi vicinis.

*SI ſolennibus. CASVS.* Princeps quendam dimiſit à militia, conceſsis & in ſcriptura redactis priuilegiis, quæ priuilegia conſueuerunt honeſtè dimiſsis à militia concedi: an ei obſit amiſsio inſtrumentorum quibus continebantur priuilegia, quo minus vtatur priuilegio veteranorum, quæritur? Reſpond. quòd non, ſi alias habet probationes de miſsione honeſta.

XIII. Kal. Feb. Nicomedię, Maximo. II. & Aquilino Conss.

*Aliquem esse militia perfunctum, & per consequens habere priuilegia veteranorum: amissis instrumẽtis, vel inde non confecto, potest probari per testes. Bal.*

VII. Iidem AA. & CC. Zinimæ.

SI solennibus [a] stipendiis honestè [b] sacramento [c] solutus es: licet super huiusmodi re instrumenta (vt dicis) facta perdita sint: tamen si aliis [d] euidentibus probationib⁹ veritas ostendi potest, veteranorum priuilegia [e] etiam te vsurpare [f] posse, dubiũ nõ est. Da. XV. Kal. Iun. Maximo. II. & Aquilino Cõss.

*Licet dominus perdat instrumentum proprietatis, propter hoc nihil accrescit vsufructuario. h. d. Bal. Vel sic: Factum fructuarii nõ præiudicat proprietario probanti de suo dominio. Salyc.*

VIII. Idẽ AA. & CC. Alexãdro. †

SI constiterit proprietatem [g] possessionis de qua agitur, apud vos esse: prouidebit iudex ex persona fructuarij nullum [h] præiudicium dominio [i] vestro cõparari propter amissionem instrumẽtorum. Dat. XV. Kal. Mar. Dioclet. II. & Maximiano. AA. Conss.

*Licet non interueniat instrumentum, tamen diuisio valet. Bal.*

IX. Idẽ AA. & CC. Aristæneto.

INstrumentis etiam nõ interuenientibus, semel diuisio rectè [k] facta nõ habetur irrita. [l]

*Ea quæ possunt celebrari sine instrumentorum confectione, nõ perdunt vires ex instrumẽtorũ amissione. Bal. Vel sic: Vẽditio valet etiã sine scriptura: ideo amisso instrumento nõ vitiatur, si aliter probetur. Saly.*

X. Iidem AA. & CC. Victorino.

CVm instrumentis [m] etiam nõ interueniẽtibus vẽditio facta rata maneat: cõsequenter amissis etiã quæ intercesserant, nõ tolli substantiã veritatis placuit. Dat. VIII. Kal. Nouemb. Retinasi. AA. Conss.

*Perditis actis potest emãcipatio probari per testes. h. d. secundum Bal.*

XI. Idem AA. & CC. Theagenæ.

EMancipatione facta, etsi actorum tenor nõ existat: [n] si tamẽ aliis indubiis probationibus, vel ex personis, [o] vel ex instrumẽtorũ incorrupta fide [p] factam esse emãcipationẽ probari possit: actorũ interitu veritas conuelli nõ solet [q]. Dat. III. Id. Nouembr. AA. Conss.

*Breuis est & leuis. Vacua possessionis traditio potest probari testibus & instrumentis. Bald.*

XII. Idem AA. & CC. Dionysiæ.

NOn idcirco minus in vacuã [r] inductus prædij possessionem donationis causa, q eius facti prętermissum [s] instrumentum adseueraturi, hanc obtinere potes. Dat. Id. Decẽbr. Nicomediæ. AA. Conss.

*Non debet credi protestanti super eo quod non apparet. Bald.*

XIII. Iidem AA. & CC. Leontio.

APud eos [t] qui rem gestam [u] ignorauerunt, amissorum instrumẽtorum habita testatio nihil ad probationem veritatis prodesse potest. Dat. XVI. Kal. Ian. Nicomediæ. AA. Conss.

*Conflictus scripturarum ab eadem parte productarũ, expellit substantiã probationis. h. d. no. Bal. Vel sic: Repugnantia scripturarum ab eadem parte productarum, facit illis fidem non adhiberi. Salyce.*

XIIII. Iidem AA. & CC. ad Seuerum com. Hispaniarum.

SCripturę [x] † diuersę fidẽ sibi inuicẽ derogãtes, ab vna eadémque parte prolatę, nihil firmitatis habere poterũt. Da. iiij. kal. Maij, Viminatij. CC. Cõss.

a *Si solennibus stipendiis.* excursis vel finitis. Accur.

b *Honestè.* vel causarie. secus si ignominiosè: vt. ff. de his qui not. infa. l. ij. §. ignominiæ.

c *Sacramẽto.* quod faciebant: vt. ffiex quib⁹ cau. maio. l. penul.

d *Si aliis.* cũ nõ sis in quasi possessione [a] priuilegiorũ. aliàs prę sumitur p te q̃ sis honeste missus. [b] Vel negabatur miles fuisse, vnde probat militiam. aliàs præsumitur honeste missus: vt arg. ff. de manumiss. test. l. seruos. Sed nónne soli eius sacramẽto creditur, si ante fuerat bonus miles? Quidã q̃ sic: vt. ff. de re milit. l. nó oés. §. à barbaris. Vel dic [c] ibi solũ volebat admitti ab hostibus rediens, hic autẽ etiã priuilegia petit. vn de hic plene probat: vt hic, & ſ. eo. l. j. Accur.

*a Et sic innuit quòd quasi possessio priuilegii releuat quem ab onere probãdi: quod displicet Pet. Cy. Bar. & Bal. per. c. cũ persona. de priuileg.*

e *Priuilegia.* quę multa sunt: vt. j. de vete. p totũ. li. xij. &. j. de excu. vete. &. j. quando prouo. nó est necesse. l. veteranis.

*b Immo quãtum ad consequendum priuilegium hoc debet expresse probari: nec sufficit quasi possessio priuilegii, cum ius ei resistat. Pe. & Bar.*

f *Vsurpare.* in bonam partẽ. i. cõtinue vti: vt ff. de vsucap. l. ij.

*c Sequũtur Pau. & B.*

SI constiterit. ] CASVS. Habebã proprietatem in fundo, cũ Titius haberet vsumfructũ. an si emptionis instrumentũ proprietatis amisi, obsit mihi illa amissio quo minus proprietatẽ illã vindicare possim, quæritur? Dicitur q̃ nõ: si aliàs cõstiterit penes me proprietatem fuisse.

*† In quibusdam codicib. legitur, Alexãdræ. & infra ex persona fructuariæ.*

g *Proprietatem.* i. dominiũ rei possessæ.

h *Nullum.* vt. ſ. de vsufruct. l. interest. &. l. neque.

i *Dominio.* nam possessionem posset interuertere: vt arg. ff. de vi & vi arma. l. cũ fundũ. &. l. colonus.

INstrumentis. ] CASVS. Habebam rem cum Titio communẽ. facta est diuisio nulla interueniente scriptura. an ob hoc sit minus firma, vel minus ei stari debeat, quæritur? Respon. quòd non.

k *Rectè.* secus si non rectè: vt. ſ. communia vtriusque iudi. l. maioribus. & facit. ſ. fami. ercisc. l. non ideo.

l *Irrita.* interueniente stipulatione vel traditione: vt. ff. de pact. l. diuisionis. Accursius.

CVm instrumentis. ] CASVS. Sicut vẽditio scriptura nõ interueniente rata manet, sic & ea interueniente & amissa non retractabitur.

m *Cum instrumentis.* ratio est sequentium. sic &. ſ. de probat. l. cũ res. Sed quid si conuenerit vt in scriptis fieret, sed amissa sunt? Respõ. satis est satisfactum iuri: vnde nõ tollitur substantia veritatis: vt. ſ. tit. j. l. testiũ. in fi. sed in testamentis secus, vbi amisso testaméto in scriptis deficit probatio secundũ quosdã. Vel idẽ, si tamen sit publicatum: vt. j. de testa. l. ij. & facit. ſ. eo. l. j. &. j.

*Testamento in scriptis perdito, an deficiat p batio.*

EMancipatione. ] CASVS. Si interueniente scriptura filium tuum emãcipasti: si per testes vel alia instrumenta ostendere poteris emancipationem iure factam: quo minus valeat, amissio scripturæ non oberit.

n *Non existat.* quia amissa sunt. sine his enim non valeret. j. de adopt. l. fi. & de emancipa. l. iubemus. in fi. Quidam tamen dicunt sine scriptura fieri posse per. l. istam. &. j. de emãcipa. l. ij. & l. prę dicta iubemus, loquitur in absente emancipato, & alia loquitur in adoptione. ADDITIO. Paul. de cast. hic dicit primã expositionem siue opinionẽ huius glos. tenendam reprobata secunda: quod etiã Bart. hic dicit esse tutius propter. l. ne in arbitris. ſ. de arbit. & ca. quoniam contra. extra de proba.

*Ex persona.* id est ex testibus.

o *Ex persona.* id est ex testibus.

p *Fide.* puta priuata scriptura aduersarij.

q *Non solet.* vt. ſ. eo. l. j.

NOn idcirco. ] CASVS. Si prædiũ mihi donasti, & in vacuam possessionẽ prædij me induxisti: an ideo minus valeret donatio scriptura nõ interueniente, quæritur? Dicitur q̃ non, nec retractari potest.

r *In vacuam.* quando nec alius possedit, nec est in possessione: vt. ff. de act. emp. l. ij. ſ. j. & l. iij. Accursius.

s *Prætermissum.* vt infra de acqui. possi. l. minus. & de contrahen. empt. l. non idcirco. & supra de rei vindic. l. quotiens. &. j. de dona. l. in extraneos.

APud eos. ] CASVS. Mutuauit tibi. x. confectum est instrumẽtum. amisi illud, vocaui vicinos, & coram eis protestat⁹ sum de amissione instrumenti. an huiusmodi protestatio valeat vel prosit ad debitæ quantitatis probationem, vel ad probationem amissionis, quæritur? † Dicitur q̃ non. & sic dic q̃ apud eos, id est vicinos. Vel sic, coram iudice corã quo te volebam conuenire, protestatus sum me instrumenta amisisse, qui de veritate cõtractus ignorauit. an mihi prosit illa protestatio, quæritur? Dicitur quòd non. & sic dic apud eos, id est iudices.

t *Apud eos.* scilicet iudices secundũ M. & sic est arg. à contrario sensu, q̃ secũdũ conscientiã debeat iudicari. Vel dic, apud eos. ſ. testes: vt. ſ. quod met. cau. l. metũ. &. ſ. de transac. l. si maior. j.

u *Gestam.* id est amissionem. vel dic. i. veritatem contractus.

*Scripturæ.* ] CASVS. Volo probare fundũ Titianũ ad me pertinere, pprietatis ratione: pduco instrumentũ, quo cõtinetur q̃ illũ fundũ emi, & mihi traditus est in solidũ. Ité produco aliud instrumentũ, q̃ in illo eodẽ die fuit mihi constitutus vsusfructus in eodẽ prædio. Dicitur q̃ tales scripturæ sunt diuersæ, immo potius aduersæ: vnde nõ prosunt mihi. Est enim impossibile q̃ eodem tẽpore sim dominus in totũ, & habeam vsumfructantũ formalem. aliàs pone exemplum ad. l. istam & dic vt in glo.

x *Scripturæ.* scilicet publicæ ambæ. si autem altera est priuata, stabo publicæ, cum sit dignior: vt. j. de contrahen. stipul. l. optimam. in fi. Pone casum in diuersis, ita q̃ non aduersis directo, nec per me-

BIU Cujas

per medium: vt ecce profero duo instrumenta, in quorum vno continetur me fructuarium, in altero me proprietarium. quod non placet: quia vtrunque potest esse verum, si diuersis temporibus ad me peruenerit vsusfructus & proprietas: sed eodem tempore nō possum esse vsufructuarius formali vsufructu, & ꝓprietarius: cum sua res nemini seruiat: vt patet ex definitione vsusfructꝰ: vt insti. de vsufru. in prin. sed secundū hoc esset exemplum in aduersis directo. nam directe sequitur, si sum vsufructuarius: ergo non proprietarius. & econtra. Pone ergo ꝙ ꝓfero vnū, quo continetur me solummodo emisse: aliud quo cōtinetur ꝙ cū vxore mea eidem rem emi, & eadē die, & aliis testibꝰ ꝓsentibus. Vel in vno me emisse, in alio mihi donatum fuisse, & eadē die: quod non est verisimile. & ideo neutrum valet, vt hic. Potest etiam poni in diuersis, ita ꝙ aduersis non directo, sed per medium: vt si produco vnū quo continetur ꝙ x. mihi promisisti Bononiæ, aliud quod dicit te ꝓmisisse mihi decē Romæ, & habent eandem diē: neutri statur per. l. istam. sic & cū dico, homo est animal, & homo non est substantia, hæc sunt diuersa, ita ꝙ aduersū, nō directo, sed ꝓ mediū. Sed quidā dicūt Ioā. in diuersis tantū legisse. l. istā, ita ꝙ nō in aduersis. quod falsum est. sed dixit ꝙ in eis poterat intelligi, nihilo minus tamen & in aduersis: vt dixi. si hæc sunt in contrariis per obliquum: multo magis si sunt directò cōtraria, sibi derogant, vt in primo exemplo, quādo dicitur eodem tempore me vsufructuarium & proprietarium. Sed quidā cōtra, & dicunt stādū digniori. Prædicta autē seruantur quādo ab eadē parte producūtur, vt hic. si autē vnum ab vna parte ꝓducitur, aliud ab alia, statur digniori: vt. ff. de cōtrahē. stipu. l. optimā. in fi. Et no. ꝙ nō potest aptari ꝓ cōcor. huic. l. ff. de reg. iur. vbi repugnātia. quia ibi eadē scriptura sibi erat cōtraria. Itē intelligimus illā de repugnātia perplexitatis verborū: vt. ff. de cōdit. instit. l. si Titius. vel iuris: vt patet. ff. de vsu & hab. l. per seruū. §. fi. &. l. vsus pars. & de serui. l. viæ. Sed quidam (vt H.) intelligunt eā in testāmēto duobꝰ codicibꝰ scripto: vt dicit instit. de testa. §. fin. & in vno cōtineri Stichum legatū Titio, & in alio legatū Seio. neutrū valet. sed si in eodē esset talis diuersitas, tunc distingue vt diximus. ff. de testā. l. si vnus. Itē contra. huic. l. ff. de probat. l. cū de ætate. Solu. vt ibi. An autē idem in testibꝰ diuersa vel cōtraria dicētibꝰ ex vna parte productis? M. idem, arg. ff. eo. l. in exercēdis. B. cōtra: quia potuit sibi prouidere: quod nō est in testibꝰ. Vel aliud in testibus ideo, quia videntur ab vtraq; parte ꝓducti, licet vna pars inducat. Vnde sicut in instrumētis à diuersis partibus prolatis statur digniori, ita in testibꝰ pluribus & meliorib⁹ stabitur: vt. ff. de testi. l. ob carmē. §. si testes. &. l. iij. §. j. & ī authen. de testib. §. si vero quædā. col. vij. *ADDITIO.* Aduertas ꝙ hæc. l. habet locū nō solū in actore, sed etiā in reo: nā licet reꝰ possit vti contrariis defensionibus. l. nemo ex his. ff. de regu. iur. tamen non potest vti contrariis probationibus, vt dicit Ioan. An. in cap. imputari. extra eo. titu.

*Tantum valet instrumentum ad probandum, quantum depositiones testium: & econuerso. h. d. & ista lex ponit regulam quæ fallit in multis casibus, in quibus ad substantiam rei requiritur scriptura, & per consequens etiam ad probationem, qui ponuntur per glos. in cap. 1. de censib. lib. vi. & in Specu. de instru. edit. §. restat. secundum Paul. de cast.*

XV. Imp. CONSTANTINVS A. ad populum.

IN exercendis [a] litibus eandē vim obtinēt tam fides instrumentorum, quàm depositiones testium. Dat. Romæ. XII. Kal. Aug. Gallicano & Basso Cōss.

*Ex contractu in scriptis non oritur ius, nisi completa scriptura munda & sine vitio in forma in qua fieri consueuit, & contractu absoluto, id est pro perfecto habita inter partes: interim dum dictatur, locus est pœnitentiæ, & licitum est recedere à proposito, saluo quòd præcedentibus arris arra perduntur ex pœnitentia. Et hæc lex dat formam non futuris solum, sed & præteritis & perfectis: nisi quæstio sit sopita transactione vel sententia, & nisi in contractibus veterū emptionum in quibus seruari debent statuta veterū: vt hic not. h. d. secūdū Bald.*

XVI. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ. P. F. P.

COntractus [b] venditionum, vel permutationū, vel dotium; quas [c] intimari non est necessarium: dationes etiam arrarum, [d] vel alterius cuiuscunque causæ, quas tamen in scriptis [e] fieri placuit: transactionū [f] etiam, quas in instrumento [g] recipi contigerit: nō alter vires habere sancimus, nisi instrumenta in mundū [h] recepta, subscriptionibusq; partium cōfirmata, et si per tabellionē cōscribātur, etiā ab ipso cōpleta, & postremo à partibus absoluta [i] sint: vt nulli liceat prius ꝙ hæc ita præcesserint, vel à scheda conscripta (licet literas vnius partis vel ambarū habeat) vel ab ipso mundo, quod necdū est impletū vel absolutū, aliquod ius [k] sibi ex eodem cōtractu vel transactione vindicare: adeo vt nec illud in huiusmodi venditionib⁹ liceat dicere, quòd precio statuto necessitas venditori imponatur vel contractum vēditionis perficere, [l] vel id quod emptoris [m] interest, ei persoluere. Quæ tam in postea conficiendis instrumentis quæ tūc erāt cœpta, nisi sup his trāsactū sit. i. iudicatū. sed instrumenta emptionalia, q̄ erant cœpta tēpore istius legis, debent cōpleri ꝓ iura, secundū ꝙ locū habent ante. l. istā. & hoc in scḋa. Si vero dedi arras, & nolo pficere contractū, ego emptor eas amitto. Si vero vēditor nolit adimplere contractū per traditionē rei, restituet arras quas accepit, in duplum. & hoc in tertia.

*Sup verbo, testimoniū. extra de testi. circa princi.*

*In quibus dū exēplari bus deest negatio, non.*

*Contractus* Contractus. hac. l. dicitur quādo cōtractus debet perfici in scriptis. Cōtractus prout refertur ad donationē & transactionē, improprie ponit: prout ad alia, proprie: vt. ff. de verb. sig. l. Labeo. §. cōtractū. Dicit ergo hic cōtractus, eo ꝙ cōueniūt sic ĩter se. Ac. e *Quas.* s. donationes. & dic de illis quæ nō excedunt quingētos solidos: vt. ĵ. de dona. l. pen. Alij dicunt q̄ fiunt inter cōiunctos, exigi scripturā, etiā. ĵ. eā sūmā: vt. ĵ. de dona. l. data. qđ nō placet.

*ponitur ꝓprie & improprie.*

*Etiā arrarū.* vt in spōsalibus exercendis: vt. ĵ. de spōsali. l. mulier. Et est hic arg. cōtra M. ꝙ cōtractus arrarū sit cōtractus per se: vt. ff. de act. empt. & vēd. l. ex empto. §. is qui vina. & sic potest hic locū habere cōdictio ob causā: vt no. ff. de cōdic. ob cau. l. fi. e *In scriptis.* s. vt aliter nō valeat nisi scriptura facta. ar. ē. de proba. l. cū res. secūdū Ioā. vel secundū P. & Azo. quādo in cōtractu vel ante cōueniunt vt scriptura inde fiat: gerentes in animo non prius contrahere, quàm scribatur. secus si à principio simpliciter contrahant, & postea ad probationē fit inde scriptura.

*Arrarum contractus an sit contractus per se.*

f *Transactionū.* improprie dicitur cōtractus. sic & in cōdictione indebiti: vt instit. quib. mo. re contrahitur ob. §. itē is quoq;. sed quia consensu fit transactio: ideo sic dicitur secundum Ioan.

g *In instrumento.* quę dicuntur vulgo rogationes secundum Io. & schedula, vt hic subiicit, est breuiatura & protocollum: vt in authen. de tabel. §. illud. colla. iiij.

*Scheda quid est.*

h *In mundum.* mundum vocat instrumentum in quo post factam rogationem omnia comprehenduntur. & dicitur à munditia, eo ꝙ sine vituperatione debet esse.

*Mundum.*

i *Absoluta.* id est subscripta à partibus: vt in authen. eo. §. sed et si instrumenta. &. §. oportet. colla. vj.

k *Aliquod ius.* actionis vel obligationis.

l *Perficere.* id est adimplere. nam perfici dicitur statuto precio: vt. ĵ. de peri. & cōmo. rei ven. l. j. sed adimplere dicitur per traditionem: vt. ff. de act. emp. l. si quis alienam.

m *Vel id quod emptoris.* contra M. facit, qui dixit venditorem



BIU Cujas

præcisè teneri ad rem tradendam: vt not.ï.de act.empt.l.si traditio. item quid si tradat venditor ante mundum completum: an dominium transferatur? Bul. aliquando dixit quòd non, sed postea mutauit consilium, dicendo quòd sic: vt not.ẽ.de suffra.l. vnica. & pro hoc quòd transeat dominium ex inutili cõtractu, est. ff. de dolo.l.& eleganter. in prin. Item in contractu conditionali: vt.ff.de iure dot.l. dotis.j. §.fi. &.l.sequẽ. &.l. stipulationem. & ï. de donat. ante nupt. l.cum veterum. Item quomodo rem repetet, cum non posit precium petere? Respon. condicet rem condictione sine causa. nec ob. quod dicere solemus, ex contractu nominato traditum non posse condici: quia nõ est cõtractus nominatus, cum non sit adhuc perfectus, sed tantum initiat[a]. Sed de vsucapione potest quæri: si dominus non est tradens, an causam vsucapiẽdi præstet? Resp. non. nec mirum: nam cũ sponsa tradidit spõso res, licet conditionalis sit traditio: vt.ff. de iure do.l.plerunq;. §. si autem. fit tamẽ res sponsi, si hac mente tradat: vel nisi appareat quod actũ sit: sed non vsucapit dotem, nisi post nuptias secutas: vt.ff.de vsucap.pro dote.l.j.&.ij.

*Dominiũ an transferatur ex inutili contractu.*

a *Iam scripta.* ante legem istam.

b *Emptionalibus.* secunda exceptio.

c *Reddere.* condictione ex hac.l. vel officio iudicis: vel actione ex eo contractu: vt. ff. de actio.emp.l.ex empto. §.is qui vina.& de contrahen.emp.l.sed Celsus.§.j. Et intellige dari directam ex empto cum cõtractus tenuit: vtilem, quando non tenuit: quia mundum non erat completum. Sed quidam non dant actionem ex eo contractu hoc casu. Item si quis est passus damnum arrarum, an nihilo minus teneatur ad interesse? Respon. non, secundũ M.& Azonẽ. Ista est ratio: quia in datione arrarum videor ponere spem meam. arg. ff. de precario.l.& habet.§.cum quis.&.ï.de execu.rei iudi.l.si causam. &.ï. de iure delib.l.fin.§.si vero postquam.&.§.sin autem hoc aliquis. &.ẽ.de reb.credi.l.generaliter.§. siue autem. &.ff.quemad. testa. ape.l.sed & si quis. &.ï.de pact.do.l.fin.§.j.&.ẽ.de procura.l.maritus. &.ff.de act.& obliga.l.obligationum fere.§. fina.vbi tacite fit nouatio. An ergo agatur ad arras, an ad interesse tantum, & in eo computentur arræ? Sed H. dixit, si agitur ad arras, nihilo minus potest agi ad interesse: & forte quod cõsecutus est pro pœna, id est arras, in interesse computabit: quia cum posit petere legalem & conuentionalem, petita vna videtur in residuo tantum agi. arg. ff. vi bo. rap. l.j.

*Arras perdens ad nullũ aliud interesse tenetur.*

d *Repetitione.* deneganda, venditore contento hac pœna secundum nos, vt modo dixi in emptore. Et no. secundum H. quòd non dico referre quantũ ad ista, an sit data arra loco precij & arræ, vel arræ tãtum: quia illud ad aliud interest: vt dicetur.ï. quãdo liceat ab emptio. disc. l.j.&.ij.

*Iudices.*] CASVS. Habebam causam cum Titio Bonoñ. erant testes. nouerunt de causa Mutinæ. Dicitur quòd iudex illius ciuitatis coram quo ventilatur quæstio, potest mittere litigantes Mutinam, vel procuratores suos: & ibi testes ferent testimonium præsente vtraque parte: quæ est coram iudice Mutinẽ. & postea negotium ad priores iudices reuertetur. Et cp ita possint iudices facere, probatur per quandam constitutionem Græcam quam non habemus.

A

strumẽtis, quàm in his quæ iam scripta, [a] nondum autem absoluta sunt, locum habere præcipimus: nisi iam super his transactum sit vel iudicatum, quæ retractari nõ possunt: exceptis emptionalibus [b] tantum instrumentis iam vel in scheda vel in mundo cõscriptis, ad quæ præsentem sanctionem non extendimus, sed prisca iura in his tenere concedimus. ¶ Illud etiam adiicientes, vt in posterum si quæ arræ super facienda emptione cuiuscunque rei datæ sunt, siue in scriptis, siue sine scriptis: licet non sit specialiter adiectum quid super iisdem arris non procedente contractu fieri oporteat: tamen & qui vendere pollicitus est, venditionem recusans, in duplum eas reddere [c] cogatur: & qui emere pactus est, ab emptione recedens, datis à se arris cadat, repetitione [d] earum denegãda. Dat. Kal. Iun. D.N. Iustiniano A.II. Cons.

B

*Iudices possunt committere examinationem absentium testium iudici illius territorii vbi testes degunt, & mandare partibus quòd ibi compareant: & hoc siue testes producantur ad probationem, siue ad alicuius instrumenti reprobationem. hoc dicit. Vel sic: Testium vel instrumentorum receptio potest ex causa committi iudici alterius territorii. h.d. no. Bal. Vel sic: Siue testes petantur examinari ad probationem principalis negotii, siue ad comprobationem alicuius instrumenti produci: iudex potest committere examinationem absentium iudici illius territorii in quo testes degunt, commoneréque partes debet, vt assint delationi sacramenti ab ipsis testibus præstandi. h. d. & not. Saly.*

XVII. Idem A. Mennæ. P.F.P.

IVdices, [e] siue in hac inclyta vrbe, [f] siue in prouíciis, secũdum ea quæ disposuimus, [g] vt possint si hoc perspexerint, occasione testium in aliis locis degentium litigantes vel procuratores [h] eorũ ibi destinare, vt depositionibus [i] sub vtriusque partis præsentia† factis, res [k] ad eos referatur: etiam in illis seruare volumus, qui prolatis instrumentis fidem adhibere exiguntur, [l] vt si poposcerint, in aliis locis id eis facere permittatur: & hoc si iustè peti iudex inuenerit, similis [m] proferatur sententia: [n] vt postquam in locis opportunis fides instrumento data vel minus [o] data fuerit, referatur negotium ad priorem [p] iudicem. Dat. VIII. Id. April. Decio V.C. Cos.

C

IN AVTHEN. DE testi. §. & quoniã. &. §. hæc omnia. colla. vij. constitu. ij.

*Receptio testium potest committi in ciuilibus causis, non in criminalibus. Bald. & Salycetus.*

APud eloquentissimum [q] aliquẽ iudicem vel defensorẽ ciuitatis, siue à prouícia in prouinciã, vel ab vrbe in vrbẽ, siue ab vrbe ĩ prouinciã hęc petantur, sed hoc in ciuilibus tantũmodo causis. Nam in criminalibus testes apud iudices repræsentãdi sunt, & cum res exegerit, [r] tormentis† subiciendi.*

D

e *Iudices.* scilicet iubemus, vel sancimus, vel volumus: quod est.ï.& scipe cõstructum, ea quæ.

f *Vrbe.* Roma veteri vel noua, per excellentiã: vt instit. de iure natu. §. sed quotiés. Acc.

g *Disposuimus.* id est ad similitudinem eorũ quæ statuimus. ẽ. de inramen. calum. l.ij. §. sin autem. & de reb. credi. l. penul. §. fin. & secundum hoc subaudi, ea: & subaudi, sancimus indices &c. Vel verius dic, statuimus in Græca lege quam non habemus. Accursius.

h *Vel procuratores.* alias vel procurator: & tunc plana est. aliàs, vel per procuratores: & tunc dic vel pro etiam: vel saltem.

i *Depositionibus.* id est iuramentis, non autem dictis, vt diximus. ẽ. de testi. l. penul.

k *Res.* id est negotiũ. & hoc vt facilior sit probatio: vt hic, &. ẽ. vbi de ratio. l. fin. &. ff. de incen. rui. nau. l. ne quid. §. de his. & vt testes à suis non auoceni negotiis: vt. ff. quẽad. testa. aper. l. sed & si quis ex signatoribus.

l *Exiguntur.* quia suspecta videtur prima facie: vt. ẽ. de proba. l. penul. vnde per testes absentes vult dare fidem instrumento.

m *Similis.* scilicet ei quæ dicta est. ẽ. proxi. respon. j. vt possint destinare litigantes, vel procuratores eorum.

n *Sententia.* interlocutoria: vt. ff. de arbi. l. qualem. §. fi.

o *Minus.* id est non.

p *Priorem iudicem.* respectu eius apud quem sunt attestationes productæ, dicitur prior iudex.

*Apud.*] CASVS. Hæc generaliter sunt vera quæ dicta sunt, siue petãtur testes de ꝓuincia in prouinciam &c. & quod dictum est, cp iudex istius ciuitatis debet partes mittere ad loca in quibus testes degunt, habet locũ in causis ciuilibus. In criminalibus debẽt duci testes corã iudice corã quo causa ventilatur, qui potest eos subiicere tormentis, si eos inuenerit vacillantes. Et not. cp dicta testium nõ debent manifestari alicui de partib⁹: sed debent claudi sub sigillo iudicis qui recepit eorũ dicta: & debent ista testimonia sic recepta referri ad priorem iudicem.

q *Eloq.* i. ordinariũ. & subau. recipiãtur testes. Sed cõtra videt in auth. vt def. seu fu. §. illud. coll. v. vbi dicit nõ demãdari testiũ receptionẽ. Sed dic, habẽti iurisdictionẽ pót demãdari, vt hic: nõ habenti, non: vt ibi. vel ibi testes erant præsentes: hic non.

r *Exegerit.* quia vacillãt: vt. ff. de quæst. l. ex libero. ĩ prĩ. & l. vni⁹. §. testes.

BIU Cujas

§.testes.&.ſ.de teſti.l.nullū.& ī auth.de teſti.§.j.col.vij.cōſti.ij.

*Sicut creditor tenetur facere debitori ſoluenti apocham ſolutionis: ita econtra debitor creditori facere vnam antapocham, in qua contineatur ſe ſoluiſſe debitum creditori.quod eſt neceſſarium in annuis vel menſtruis debitis. Bald.& Salyc.*

XVIII. Idem A. Demoſthenipræfec.præt.

PLures[a] apochis [b] vel reditum vel vſurarum perceptis,[c] ſiquando ſuper his fuerit dubitatio exorta, eas [d] habere ſe negando, ius agentiū faciunt vacillare,[e] cum coloni aduerſus dominum certantes, & ſibi iniquam forte libertatem vindicantes, vel debitores creditoribus ſuis temporalem[f] præſcriptionem opponere cupientes, ad eaſdem inficiationes perueniunt. ℣ Quod reſecantes, iubemus vt in prefatis caſibus vel aliis priuatis ſimilibus, ſi voluerit is qui [g] apocham cōſcripſit, vel exemplar [h] cū ſubſcriptione eius [i] qui apocham ſuſcepit, ab eo accipere, vel antapocham ſuſcipere: omnis ei licentia hoc facere concedatur, neceſsitate imponenda [k] apochæ ſuſceptori antapochā reddere: ita tamen, vt ſi hoc is qui apocham conſcripſerit, facere neglexerit, vel non curauerit: nullum ei præiudicium ex eo quòd antapocham non recepit, generetur: cum hoc quod pro quibuſdam introductū eſt, inferre eis iacturam minimè rationi cōueniat æquitatis.[l] Dat. XII.Kal.Octob. Chalcedone, Decio.V.C.Cons.

*Ex ſcriptura priuata prius approbata, item ex ſcriptura forenſi, id eſt facta coram iudice, & ex ſcriptura publica fit comparatio literarū. & hi qui eam faciunt, debēt ſolenniter iurare quòd faciant remoto odio vel gratia: id eſt abſque corruptione alicuius precii. Bald. Vel ſic: Comparatio literarum poteſt fieri ex ſcriptura forenſi, vel publica, vel etiam priuata, prius tamen approbata: & hi qui comparationem habent, facere debent prius forma hic ſcripta iurare. Et hoc eſt ſeruandum vbique, & in comparationibus faciendis, non iam factis retractandis. Salycetus.*

XIX. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

COmparationes [m] literarū ex chirographis [n] fieri, & aliis inſtrumentis quæ non ſunt publicè [o] confecta, ſatis abundeq; occaſionem criminis falſitatis dare & in iudiciis [p] & in contractibus, manifeſtum eſt. ℣ Ideoq; ſancimus [q] non licere comparationes literarū ex chirographis fieri, niſi trium teſtiū habuerint ſubſcriptiones,[r] interueritſet poſſeſsio nē domini: quia ab eo tēpore inciperet præſcribere xxx.an. ſecundum Pau.& Sa. f Cōcor.cū hoc dicto gl.ſup verbo, monumē ta. in.c.ſignificauit. in med. extra de teſtis.

*Diuiſio.*

*Comparationes.* Iſta lex eſt ſolennis, & habet materiam intricatam: ideo diuiditur in tres partes: quia primo præmittit proœmium. Secundo ponit ſtatutum de cauſis. Tertio ponit ſtatutum de modis. Secunda ibi, Ideoque. Tertia ibi, Omnes. CASVS Olim fiebat comparatio ſiue ſimilitudo de priuata ſcriptura ad priuatam: per quam multę falſitates cōmittebantur: vt ſi Titius tenebatur Seio in .x. & in inſtrumento confeſſus fuerit Seio in .x. ſe teneri: ille negabat ſe inſtrumentum ſcripſiſſe: fiebant comparationes ad iſtam priuatam ſcripturam per aliam ſimilem ſcripturam. Hodie vero non fiet comparatio literarum ex priuatis ſcripturis, niſi ipſe priuatæ ſcripturæ ſuper quas vult probare, habeant ſubſcriptionem trium teſtium: & qui ſuperſtites ſunt, iurent quòd ipſi interfuerunt quando inſtrumentum fuit factum: & iurent ſe ſubſcripſiſſe omnes, vel ſaltem duo. alioquin ſi iam deceſſerint, non procedet comparatio: nec aliter facienda eſt literarum comparatio, etiam ſi aliquis proferat inſtrumētum quo continetur quòd debeas mihi.x. ad probandum illud quo continetur quòd debeam tibi.xx. facienda eſt etiam comparatio de inſtrumento publico ad inſtrumentum publicum: & de forenſi ad aliud forenſe. & hoc in prima parte. Qui vero petunt comparationem, vel illi qui eam facere debent, vtputa partes in ſcriptura, iurabunt quòd neque lucri gratia, neque odio faciunt, neque fieri petunt comparationem huiuſmodi, ſed bona fide. & hoc in ſecunda. habet autem locum hæc lex in omnibus iudiciis, & tantum in futuris negociis, non præteritis. & hoc in tertia.

---

A k *Imponenda.* f per condictionem ex hac.l.Et dic reddere, id eſt dare: vt.ff. de verb. ſigni. l. verbum reddendi. Vel dic proprie: quia primo debitor facit antapochā continentē tantum ſe ſoluiſſe, & creditori dedit: & creditor ſubſcripſit, & debitori reddidit. repetit ergo nunc illam antapocham, cum & pro eo faciat in eo quòd creditor ſubſcripſerat, dūmodo det debitori apocham: vel facit apocham, in qua faciat debitorem ſubſcribere, & nō repetet antapocham.

l *Aequitatis.* vt.ſ.de legi. & conſtitu. l. quod fauore. & .j. de ſecun. nupt. l.generaliter. §.j. &.ff.de leg. & ſenatuſcon.l.nulla. Accurſius.

a *Plures.* ſcilicet debitores vel coloni: vt ſubiicit.

b *Apochis.* Apocha eſt [a] de receptis, puta cōfiteor me recepiſſe tantum: & à creditore fit, & datur debitori: vt.ff.de condic.inde. l.ſi.§.Titius.&.ff.de fur.l.qui tabulas.§.apocha.& de acceptil.l.ſi acceptolatum.§.j. Antapocha vero eſt de ſolutis, & à debitore fit in hunc modum: Confiteor me tantum vſurarū nomine vel penſionis ſoluiſſe. & creditori datur. & dicitur ab ante: quia fit ante apocham, ſecundū Ioan. Alij [b] vt B. dicunt antapocham ſcripturam debitoris: ſcilicet qua cōfitetur ſe debere, quod diximus apocham: [c] & dicunt ab anti, quod eſt cōtra: quia fit contra primam obligationem: vt quia dicitur, confiteor me debere. quam vocāt apocham. Tertij vt Ia. dicunt q̄ creditor ſcribit duas apochas, & dat eas debitori, vt vnam ſibi retineat, & in alia ſe ſubſcribat, & reddat eam creditori. quod non placet: vt hac.l.§.j.

c *Perceptis.* à dominis.

d *Eas.* ſcilicet apochas.

e *Vacillare.* per negationem enim res ſit dubia: vt hic, &.j. quibus ad lib.procla.non lic.l.iij.& de acquiren.poſſeſ.l.nemo.

f *Temporalem.* immo eſt perpetua, quę eſt.xxx.annorū: ſed.x.vel xx. eſſet tēporalis. ſed expone temporalē, id eſt cauſam habentem ex tempore. Item not. hic q̄ annuæ prēſtationi prēſcribitur.xxx. an. quod eſt cōtra M. [d] vt plene dices.j. de præſcrip.xxx.an.l.cū notiſsimi.§.fi. Item arg. huius.l. dixerunt quidam q̄ ſi.xxx.an. ceſſat in ſolutione colonus, fit domino præiudiciū, & amittit poſſeſſionem: ſed aliud ſi ſoluit: vt.j. de præſcrip.xxx.an.l.male. &.ff. de vſur.l.cum quidā.§.diuus. ſed nos [e] nō diſtinguemus an ſoluerit: vt.ff.de acqui.poſſeſ. l.quanuis.§.j. vel non: vt.j. de præſcriptio. xxx.an.l.ij.&.ff.de vſur.l.cum quidam.§.diuus.& dicta.l.male.

g *Si voluerit is qui.* ſcilicet dominus vel creditor.

h *Exemplar.* ſcilicet apochæ.

i *Eius.* ſcilicet debitoris. Et dicitur apocha iſta ſcriptura facta in præiudicium creditoris. Antapocha quam facit dominus in præiudicium coloni vel debitoris.

m *Comparationes.* id eſt aſsimilationes.

n *Ex chirographis.* id eſt priuatis manibus ſcriptis. Accurſius.

o *Publice.* id eſt apud iudicem, vel per publicam perſonam.

p *In iudiciis.* in iudiciis planū eſt. In contractibus dic ita, quòd emebam à te ſi tu oſtenderes mihi inſtrumentum emptionale: quod oſtendis, & ego habeo illud ſuſpectum. tu probas per quaſdam alias literas: & ſic falſitas in contractibus committitur.

q *Sancimus.* Nota propter futurum periculum euitandum aliquid prohiberi. ſic.ſ.de reb.credi.l.generaliter.in princ.&.ff.qui ſatiſda.cog.l.ſi fideiuſſor.§.fi.& de rei vind.l.ſi vero.cum. l.præcedenti.& nau.cau.l.j.§.j.

r *Subſcriptiones.* hodie idem & ſi nō ſubſcripſerint, ſi tamen interueniūt tres teſtes: vt in auth.eo.titu.§.j.&.ij.&.§.ſi tamen quiſquam.colla.vj.ſecundū H. vel verius hic loquitur de priuata ſcriptura, ex qua fit comparatio: & quia per eam nitor vincere vel iuuare aliam: ideo magis ſolennis & authentica debet eſſe: ibi de ea ad quam. Item ibi ſuper ſumma maiore.l.aureorū. Vnde etiā tres exiguntur ibi vt iurent: hic duo ſufficiunt, vt hic ſubiicit. Accur.

vt prius [a] literis [b] eorum [c] fides imponatur, vel ex ipsis hoc deponentibus, [d] siue cunctis, siue omnimodo duobus [e] ex his, sine cõparatione literarum testium [f] procedente: & tunc ex huiusmodi chartula iam proba ta comparatio [g] fiat. aliter [h] etenim fieri comparationem nul lo concedimus modo, licet in semetipsum [i] aliquis chartam conscriptam proferat: sed tantummodo ex forensibus, [k] vel publicis instrumentis, vel huiusmodi chirographis quæ enu merauimus, comparationẽ trutinandam. Omnes autem [l] com parationes non aliter fieri concedimus, nisi iuramento antea præstito ab his [m] qui comparationem faciunt, fuerit affirmatum quòd neque lucri causa, neque inimicitiis, neque gratia tenti, huiusmodi faciunt cõparationem. & hoc obseruari tam in omnibus sacris nostris scriniis, [n] quàm in apparitione omnis sublimissimæ præfecturæ, necnon magisteriæ potestatis, cęteríque omnibus iudiciis quæ in orbe nostro constituta sunt: his omnibus in posterum obseruandis. ℣ Comparationes etenim iam antea factas retractari, extra periculum minimè est. Dat. XIIII. Kalend. April. Lampadio & Oresta Conss.

IN AVTHEN. de his qui ingrediuntur ad appell. §. illud etiam iudicauimus. colla. v. constitutione. xj.

*Adduntur ad. l. C. alia duo genera scripturarum, ex quibus potest fieri comparatio, scilicet de scriptura quæ producitur per partem aduersam, & de sumpta ex archiuo publico. Pau. de cast.*

AD hæc, ex his literis quibus aduersarius tuus vtitur, & profert: rectè petis examinationem [o] fieri. ℣ Item & charta quæ profertur ex archiuo † publico, [p] testimonium publicum [q] habet.

IN AVTHEN. de instru. cau. & fid. §. oportet. &. §. sequen. coll. vj. constit. iij.

*Ex duobus cõcurrentibus, scilicet quòd contractus sit factus in ciuitate, & excedat libram auri, si produco schedulam manu tua scriptam de tali contractu, quam tu negas, non creditur soli comparationi sine alio argumento, id est sine testificatione testium deponentium quòd viderunt eam per te scribi, licet non interfuerint contractui. quod olim non requirebatur, sed soli comparationi stabatur: vt in. l. C. quæ tamen per hãc corrigitur in hoc. Pau. de cast.*

a *Vt prius.* quàm comparatio fiat.

b *Literis.* dic, id est subscriptioni.

c *Eorum.* testium.

d *Deponentibus.* id est iurantibus.

e *Duobus.* scilicet testibus. & facit pro M. qui dicit solẽnitatem testamenti posse per duos testes probari: licet septem exigãtur in compositione, quod diximus. ĭ. de bono. pos. secundum tab. l. fi.

f *Testium.* quas literas fecerant alibi: & constat eos fecisse hic, ex eo quòd subiicit, comparatio efficiatur. Sed quare tertij ad primum non fit recta via? Respond. in tertio non erant literæ cum testiũ inscriptione. Et not. hic, & ex eo quod subiicit, comparatio efficiatur, secundum hanc l. plenam fidem haberi comparationi. sed per authen. non sufficit sola comparatio: quia oportet argumento alio eam iuuari: vt in authen. eod. §. si quis igitur vult. & §. sed & si quis aut mutui. &. §. oportet autem iudicantes. &. §. si vero nullus. &. §. si vero tale aliquid contigerit. &. §. si vero moriantur. & videtur committi iudici an plenam faciat fidem comparatio. sed illud in publicis. in priuatis secus: quia ibi aliud exigitur argumentum. & sic potes hic legere authen. at si contractus &c. & ibi plene de hoc dicestatim. Accursius.

g *Comparatio.* scilicet literarum contrahentium & subscribentium. quòd si non inueniãtur tales subscriptiones, fiat quod hactenus valuit: vt in authen. eo. §. si vero nullus horum. Accur.

h *Aliter.* aliàs est non aliter: & hæc quoque plana. & aliàs, naturaliter: & tunc dic, id est naturali ingenio alicuius: vel naturaliter, id est simpliciter natura literarum tantum inspecta. Variatio enim plerunque in literis etiam eiusdem inuenitur ex variis causis: vt in authen. eo. §. j. Accursius.

i *In semetipsum.* hoc refertur ad id quod. ŝ. dictum est ex priuata scriptura non fieri comparationem, nisi habeat subscriptionem trium testium: licet &c. vt quia profers contra me instrumentum à Titio factum, quo continetur quòd mihi debes. x. vt approbes aliud quasi ab eodem factum, quo continetur me debere tibi. c. Vel dic, emptor nondum numerato precio instrumentum venditionis profert, vt res tradatur sibi. venditor negat eum scripsisse. vnde emptor producit prioris debiti instrumentum: in quo casu magis pro se quàm contra se facit. Sed hoc responsum corrigitur per authen. ad hęc. Item not. hic ex eo quòd dicit, licet &c. & si partes velint consentire comparationi: quòd etiam consensu partium non potest aliter fieri comparatio, nisi secundum leges: vt argu. ff. de posthu. l. quos prohibet.

*Instrumẽta forẽsia quæ, & vnde dicantur.*

k *Ex forensibus.* id est eorum quæ conficiuntur in foro, id est quæ formam publicam habent: sic dicta, quia eis vtimur in foro. Sed quæritur, an forensi instrumento non scripto per manum publicam, sit fides adhibenda vt publico? Respon. non. sed arg. contra. ĭ. de dona. l. in donationibus.

l *Omnes autem.* Ex quibus instrumentis debeant fieri comparationes, diximus: nunc autem quomodo.

m *Ab his.* scilicet peritis scriptoribus, quibus iudex committat: vt ar. ĭ. de re mili. l. semel. lib. xij. & in authent. de non alien. §. quod autem. coll. ij. Iurant autem duo alij hodie, scilicet qui inducit instrumentum ad comparationem, & qui petit eam fieri, quòd non aliam habentes probationem veniunt ad comparationem: nec circa eam aliquid egerunt, quod possit veritatem abscondere: vt in authen. e. §. si vero nihil. & sic (quod est mirabile in hoc casu) bis de calũnia iuratur, & est speciale. sed regulariter contra, per anteriorem authen. vt in authẽ. de his qui ingre. ad appel. §. fina. colla. v.

n *Scriniis.* id est audientiis, sic dictæ quia in scrinio, id est in pectore principis sunt istra: vt. ĭ. de testa. l. omnium. Vel quia consueuerunt ibi esse scrinia: vt patet ĩ palatio Boñ.

*Dhæc.* CAVS. Dictum est in. l. antiqua q̃ potest fieri comparatio priuatæ scripturæ ad priuatam habentem subscriptionem trium testium, & ex publico & ex forensi instrumento. addit autem duos modos. Pone quòd Titius profert scripturam contra me à se scriptam, quam dico veram. ego profero aliam contra eum, quam dico ab eo Titio esse scriptam. dicit quòd bene potest fieri comparatio. Item si aliquod instrumentum de archiuo publico vel scrinio profero, fiet cõparatio ex alia scriptura quæ producitur ex archiuo publico.

o *Examinationẽ.* per comparationes literarum, puta producis literas tuas vel alterius contra me: ego eas confiteor. Vel tu probas, & induco aliam priuatam contra te, quam dico te vel eundem fecisse: & id probo per comparationes literarum, quas contra me induxisti. Ideo corrigitur hic. l. cõparationes, in eo quod dicit, licet in semetipsum &c. Alij dicunt quòd & hic est attestatio, id est trium testium præsentia. *ADDITIO.* Dicas cum Pau. de cast. quòd. l. C. in nullo corrigitur, inquantum dicit, licet in semetipsum: sed loquitur in alio casu quàm ista authent. quæ loquitur quando vna scriptura producebatur contra me per te, & alia per me contra te. At. l. C. loquitur quando vtraque producebatur ab eadem parte: quo casu non potest fieri comparatio: quia potest subesse manifesta fraus. ita dicit ipse Pau. ĭ. l. proxi.

p *Publico.* id est arca, in qua reponuntur publicæ scripturæ: vt ff. de pœn. l. moris. §. solet.

q *Testimonium publicum.* Non dico quòd publica sit, vel manu publica facta: quia sic nihil adderet, sed habet publicum testimonium, eo ipso quòd cõfitentur magistratus ex archiuo eam esse: vel eo ipso, quòd talia erant signa in ea, qualia solent fieri, scilicet manu cõmentariensis: vt. ff. de iur. fisc. l. in fraudem. §. quotiens. Patet ex prædictis ex quinque generibus scripturæ fieri comparationes, scilicet ex priuatis subscriptis, ex publicis, ex forensibus, [a] & ex his duabus quæ sunt in hac authent. Sed an cuilibet, & à quolibet, vel contra quemlibet? Respon. secundum Ioan. sic, cum simpliciter dicatur eam fieri. sed Hug. totũ contrarium. Sic ergo dicit priuati, ad priuatũ tantum probandũ vel improbãdum. Item forensis ad forense tantum probandum vel improbandum. sic de publico & aliis, nõ autem publici ad forense, vel econtra: nec priuati ad publicum vel econtra, cum etiam diuersa forma fuit proposita. Sed Azo dicit, quando ex vno genere ad aliud, si sint eiusdem formæ: vt ecce forense & publicum: nam forense potest formam habere publicam. *ADDITIO.* Aduertas quòd opinio Ioan. volentis inter scripturas diuersorum

BIU Cujas

uersorum generum posse fieri comparationem: communiter tenetur per doctos reprobatis opinionibus H. & Azo. quia non tractatur hic de comparatione formæ extrinsecæ seu qualitatis, sed de substantia literarum, & formæ extrinsecæ earum, vt sciatur si ab eodem sint scriptæ, necne, secundum Bar.

*T si contractus.* ] CASVS. Hoc addit, & dicit quòd si contractus fiat in ciuitate, & excedit libram auri, non credatur soli comparationi literarū: sed alij testes adesse debent qui de causa veritatem dicant.

a *In ciuitate.* secus si in agris: vt statí dices.

b *Collationi.* id est cōparationi.

c *Argumētū.* aliàs augmentum. quod dicitur in ea. authentica. §. oportet.

d *Soli.* No. hic effectum comparationis. nam olim in totum credebatur: vt. l. comparationes. & in authent. eod. in princip. Hodie vero quandoque committitur iudici, vt vnā qualemqualem inde assumat fidem: quod est in publicis: vt in authen. c. §. si vero nullus horum. quādoque plus etiam argumenti exigitur, vt hic. quandoq; nullo modo: vt quādo ab vna parte est instrumentum & vox viua, ab alia vero sola comparatio literarum: vt in authen. eo. §. si vero tale. licet quidam dicant aliter: scilicet plus testibus quàm instrumentis credi: quod est falsum. & habent hic authen. hodie magis &c. quæ non legitur, sed intellige vt dixi. & est ratio, quia aliter &c. vt in authen. eod. §. j. Item cautius sit hodie comparatio. nam distinguitur vtrum fiat contractus super minore summa libræ auri: & tunc indistincte duo testes sufficiunt, siue in scriptis, siue sine scriptis, siue à peritis, siue non: siue in ciuitate, siue extra: vt in authen. eo. §. vt autem. si vero vltra, si quidem imperitus, & in ciuitate & in scriptis, tunc quinque: vt in authen. eod. §. oportet. si sine scriptis, imperitus, vel econtra peritus, in scriptis vel sine scriptis, tunc tres: vt in authen. eod. §. si quis igitur. &. §. sed & si quis aut mutui. &. §. sed & si instrumenta. Et dicitur in scriptis, quando id agitur vt non aliter valeat, nisi fiat scriptura: vt innuitur in authen. eod. §. & hæc dicimus. &. s. eod. l. contractus. in princ. Ex prædictis autem instrumentis fit comparatio priuatę quidem scripturæ, si supersint testes, & propriæ subscriptioni attestentur, vel quòd eis præsentibus est facta charta: & sic alio argumento iuuatur: vt hic: & in authen. eod. §. ij. &. iij. si autem est publica: tunc si supereſt tabellio cum aliis qui interfuerunt, siue etiam ipse solus, non fit comparatio, sed creditur ipsi soli tabellioni. si vero non supereſt, sed minister vel annumerator supereſt, fit comparatio literarum tabellionis & signorum, & non subscribentium. sed si non supereſt minister vel annumerator: tunc etiam subscribentium fit comparatio: vt in authen. eo. §. si vero moriantur. &. §. seq. & hoc in vrbe. in agris serua legem veterem: vt in authen. eo. §. hæc autem omnia. vt duo sufficiant: nisi cōtractus excedat l. libras auri: vt. s. si cer. peta. l. fi.

AT si contractus fiat in ciuitate,[a] & vnam libram auri excesserit: omnimodo collationi[b] adsit argumentū[c] quodlibet, nec credatur ei soli.[d]

*Instrumentum cuius fides semel est approbata, debet iterum produci si aduersarius dicit se velle & posse reuarguere illud de falso: & si non producatur, habetur pro falso: nisi ille qui non produxit, se perdidisse solenniter iuret: vel nisi sit lata sententia definitiua, quæ in rem iudicatam transiuit. hoc dicit not. secundum Bald. Vel sic: Postquam instrumento publico vel priuato in iudicio producto quis fidem imposuerit, non cogitur illud iterato producere: licet de falso is contra quem productum fuit, velit id redarguere: nisi petens iuret quòd credit se falsum illud posse probare: quia tūc cogitur iterū illud coram iudice criminis producere: nisi causa sit iam finita, & ex toto sopita: vel nisi iuret quòd instrumentum sit casu deperditum sine eius dolo vel culpa. & si hoc sacramentum præstare noluerit, instrumento nulla fides in causa adhibenda erit. hoc dicit tota lex ista. Salyc.*

XX. Idem A. Iuliano. P. P.

CVm quidam † instrumentum[e] protulerit, vel aliam chartulam, [f] eíque fidem imposuerit, [g] postea autem persona contra quam ista chartula vel instrumentū prolatum est, quasi falsum [h] hoc constitutum redarguere nitatur: ne diutius dubitetur vtrum necessitatem ei qui protulit, imponi oporteat repetita vice hoc proferre, an sufficiat fides iam approbata: sancimus, si quid tale eueniat, eum qui petit iterum eam chartam proferri, prius sacramētum præstare, quòd existimans [i] se posse falsum redarguere quod prolatum est, ad huiusmodi veniat petitionem. Quid enim si cum nosset deperditā esse chartam, vel forte concrematam, vel alio modo deminutam, hāc requiri adsimulans, & ad difficultatem productionis respiciens, huiusmodi faciat petitionem? Et postquā hoc ab actore vel petitore fuerit iuratum, & inscriptionum pagina[k] apud competentem iudicem deposita: tunc necessitatem imponi ei qui protulit chartam de qua quæritur, iterum eam apud iudicem criminis proferre, quatenus possit apud eum crimen falsitatis ventilari. Sin autem dicat nō esse sibi possibile eam ostendere, quia per fortuitos casus huius copia ei abrepta sit: tunc subeat sacramentum,[l] quòd nec habeat eandem chartam, nec alij eam dederit, nec apud alium voluntate eius constituta sit, nec dolo malo fecerit quo minus appareat ea, sed reuera ipsa chartula sine omni dolo [m] sit deperdita, & productio eius sibi impossibilis sit. & si tale subeat sacramentum, ab huiusmodi necessitate relaxetur. Quòd si prædictū iusiurandum subire minime maluerit: tunc quasi falsa chartula nullas habeat vires aduersus eum cōtra quē prolata est, sed sit penitus euacuata. Neq; enim vlteri[n] pœnam produci cōtra eos qui nō iurauerint, volumus: cū forsitan quidam subtili[n] reuerētia

A *Cvm quidam.* ] CASVS. Petebam à te. x. protuli instrumentum. apparuit suspectum. dedi ei fidem per duos testes. vis vt illud iterum producam, vt illud possis accusare de falso: an sis audiendus, quæritur? Respond. quòd sic si iures propter calumniam hoc te non petere, & q̄ credis illud posse arguere de falso: quo casu inscriptione facta, in qua obligabis te ad pœnam talionis nisi probaueris apud iudicem, compellar id iterum producere: & hoc in prima. Si vero dixi me illud producere nō posse, quia perdidi, & illud non habeo: non aliter sum audiendus quàm si iurem me illud producere non posse. & hoc in secūda. Si vero nolim iurare, nullā pœnam sustinebo aliā, nisi quòd scriptura illa viribus carebit, & perinde erit ac si confecta non fuisset. & hoc in tertia. Quod autem dictum est, quòd possis petere iterato produci instrumentum cum solennitate prædicta, verum est vsque ad sententiam, sed post non. & hoc in quarta.

B

C

D

e *Instrumentū.* publicū.

f *Chartulam.* quancunque etiam priuatam, quando est producibilis.

g *Imposuerit.* cum appareret suspectum: vt s. eo. l. iudices. &. s. de proba. l. penult. vel dic, imposuerit, scilicet p. productiones.

h *Falsum.* scilicet accusando: nam etiā excipiendo dicere posset.

i *Existimans.* Nota quòd sufficit semel exhibuisse, nisi iuretur non calumniandi causa id se postulare. sed hodie nō iuratur, cum semel sit iuratum: vt in authen. de his qui ingre. ad app. §. fin. col. v. vel verius hæc est alia causa à prima: quia hæc est criminalis. Et sic not. in criminalibus de calumnia iurari: vt diximus. s. de iur. calum. l. j. in princ. & est simile iuramentum. ff. ad exhiben. l. thesaurus.

k *Pagina.* quæ inscriptiones debent fieri ab accusatoribus, vt dixi. s. eo. l. ij. & criminaliter hic agitur. Sed quidam sumunt hic arg. quòd donec de crimine potest agi criminaliter, quia viuit qui dicitur commisisse crimen, non agitur ciuiliter. & pro eis. ff. de Carb. edicto. l. ij. &. s. vbi causæ fisc. l. j. &. j. si ex fal. instru. l. & qui. &. s. eo. l. ij. sed falsum est: vt. j. ad. l. Corne. de fal. l. damus. & l. fin. &. s. de transact. l. si ex falsis. & dixi. s. eo. l. ij.

*Ciuiliter agi de crimine an possit adhuc eo qui illud cō misisse dicitur viuente. a Concor. c. ii. circa finē cū gl. i. extra de pba.*

l *Sacramentum.* [a] quia præsumitur quòd habeat eam, cum habuerit tempore litis contestatæ: vt. s. ad exhib. l. non ignorabit. Item no. sufficit si iuret: secus in creditore: vt. j. de pign. act. l. si creditor. quia ille ex cōtractu tenetur de dolo & lata culpa & leui: hic non. Item creditor liberatur eo probato: hic autē non sentit tale emolumentum: & ideo sufficit si iuret. & est simile huic. j. de iure do. impe. l. fi. §. sin autem dubitatio. Item no. hic quòd actore non probante, cogitur reus se defendere per sacramentū. alioquin contra eum pronunciatur: vt. s. de proba. l. pe.

*Actore non pbāte quandoque cogitur reus se defendere.*

m *Dolo.* de culpa enim in suis non tenetur: vt. ff. solu. ma. l. etiam. §. j. in fi.

*Culpæ nomine nullus tenetur i suis.*

n *Subtili reuerentia.* vt. ff. de condit. institu. l. quæ sub conditione. circa princip.

Ei.

BIU Cujas

a *Ei.* qui falsum dicit.

b *Per solitam.* vt per in integrum restitutionem, vel supplicationem factam à præfecto prætorio.

c *Et sopita.* vt & supra de transac.l.fratris.& insti.de pœ.te.li. circa princip.& infra de agri.& cen.l.litibus.lib.xj.sed videtur post sententiam audiri:vt infra si ex fal.instr. l.j.&.ij.quæ sunt contra.Sol.hic nō soli instrumento habuit fidē iudex:ibi sic.Vel hic, quando ab initio fuit de hoc quæstio, ibi quā do non.& hæc vera.

*& Cōcor. cū hoc fi.gl.su per verbo, post sententiā.post prī. in. c. licet. extra de proba.*

PLVS VALERE *quod agitur, &c.*

*Quia per scripturam de qua dictum est, aliud fingitur quàm sit verum: ideo dicit quid fualeat.*

IN contractibus.]CASVS. Emi fundum: confectum est instrumentum non me sed vxorem meam emisse. nunquid veritas præfertur scripturæ, quæritur? Respondetur q̄ sic:quia in contractibus &c.

d *In cōtractibus.* Præmittit aphorismū generalē, specialē subiiciens postea. & pone casum vt supra quod met.cau.l.si per īpressionem.&.ff.ad Macedo.l.si filiusfamilias. j. §.penult.&.l.sed Iulianus.§.mutui.& de leg. j.l.qui quartā.& de hęre.institu.l.quotiēs. §. j.& de dona.īter vi.& vxo.l.si sponsus.§. circa.& supra de proba. l.cum precibus.&.l.ad probationem seruitutis.& infra de emā.l.j. &.ij.& infra de dona. l.nec ignorans.& supra de transac.l.cū ea. & infra de contrahen. empt.l. iij. & supra si cer.peta.l.si ex precio. Sed videtur huic.l.cōtra. infra ar.tu.l.fi. sed ibi speciale, sicut &.ff.de vsufru.le.l.si alij.secundum Io.vel ibi non constabat aliud actum secundum R. Item fallit hæc regula infra ad Velleianum.l.antiquæ.ibi speciale.sic & in re iudicata fallit:vt.ff.de reg.iur.l.res iudicata.& in iureiurando:vt.ff.de iureiur.l.sed & si possessori.§.item si.& in transactione:vt.ff.de iureiur.l.ij.& in repudiatione hæreditatis: vt.ff.de acquiren.hære.l.is qui putat.& in casibus illis vbi fit ius ex sententia:vt.ff.de inoffic.test.l.Papinianus.§.fi.& de sta.ho.l.ingenuum.& de li. ag.l.j.§.fin.&.l.ij.&.iij.in prin.Item & fallit hęc regula in obligatione literarum post biennium: vt infra de non nu.pecu.l.si intra.Item fallit vt.ff.de leg.j.l.iiij.& de sup.leg.l.Labeo.

*Scripturæ à multis casibus præualet veritati.*

e *Veritas.* Hoc verum est vbi paratus est ꝓbare contrarium.

ACta.]CASVS. Tutor rem pupilli emere non potest.& si simulat vxorem emisse, magis inspicienda est veritas, quàm quod simulate actum est:vt dicatur nullam fuisse venditionem.

f *Acta simulata.* forte tutor erat, qui administrabat:ideoq; rem pupilli emere nō potest, sed facit per vxorē.ff.de aucto.tu.l.v.§. pupillus.& de cōtrahē.empt.l.si in emptione.§.fi.vel in dignitate erat:vt.ff.de cōtrahen.emp.l.non licet.vel pone.ī.quod me. cau.l.si per impressionem.item etiam vt.ff.pro socio.l.cū duobus.&.j.si quis alte.vel sibi.l.multū.&.j.ad Velleia.l.si cū pater.

g *Sed eius.* ad idem.ff.de contrahen.empt.l.non licet.

h *Non possunt.* neque in rei veritate, neque in præiudicio. & fit hæc simulatio de persona in personam: vt infra eod. l. si quis gestum. aliàs à causa in causam: vt infra.l. proxi.

EMptione.]CASVS. Accepi.x.à te mutuo sub vsuris,& obligaui pignus.tu timēs ne dicereris vsurari?, vel ne posses vsuras petere iure casui obstāte, fecisti scribi in instrumēto cōtractū emptionis & vēditionis interuenisse, cū intercessit pignoris obligatio.vnde nō scriptura, sed gestum erit inspiciendum.

i *Emptione.* Simulauit creditor emptionē, & sic fecit fieri instrumentum,cum esset pignus: vt si ad diē redderetur pecunia, res esset inempta. nō valet, cū sit in fraudem legis commissa:vt.j.de pac. pigno.l.j. ij.&.iiij. vel fructus voluit lucrari, nē teneretur cōputare in sortē: vel nō videri vltra legitimam vsurā eos esse: vel euitare in ra canonū, quę de vsuris repetendis dicunt, hęc quidem non valēt sic simulata. Quid autē si hoc iurauit? Respō. idem: vt.ī.de legi.& consti.l.non dubiū.in fi.& facit.j. de cōtrahē.empt.l.si ancillam.

*Si quis.*]CASVS. Mutuasti mihi.x. quia maiores vsuras si pulari nō poteras, supposuisti Titiū, qui potuit maiores vsuras sti pulari, & stipulat? est: & in īstrumēto Titius nō tua persona cōprehensa fuit. Actū, non scriptura, inspiciendū est. Vel pone casum vt in glos.

k *Scribi.* Mutuatus fui.x.feci alium scribi in fraudem vsurarum: vt infra de vsur.l.eos. §.fin. Vel pone in vendēte, qui faciebat alios vendere: sicut & supra eo.l.ij. posui in emente. & sic differt hæc ab illa. Vel illa specialiter: hæc generaliter. Vel ibi publica charta fuit: hic non.& facit infra si quis alteri vel sibi.l.cum propria.& infra ad Velleia.l.si cum.& infra de donatio.inter virum & vxo.l.si filij.

X.Kalend.Maij.CC. Conss.

*Contractus emptionis intelligitur esse factus causa pignoris: maxime quando apponitur pactum de reuendendo. Bartolus.*

III. Iidem AA. & CC. Maximæ.

EMptione i pignoris causa facta,nō quod scriptū, sed quod gestū est,inspicitur. Dat. Kal.Maij, Sirmij CC.Conss.

*Breuis est, & in ista est simulatio de persona ad personā, & ideo inspicitur vera persona, non simulata.h.d. Sal. Vel sic: Persona quæ vere contraxit, attenditur, nō quæ simulatè fingitur. Salycetus.*

IIII. Iidem AA.& CC.Decio.

SI quis gestū à se,alium egisse scribi k fecerit:pl? actū quàm scriptum valet. Dat. VIII.Kalend.Decemb.CC.Conss.

*Erronea subscriptio vitiat actum.h.d. Bal.Vel sic:Subscribens se instrumēto quod non legit,putans continere id quod mādauit,vel quod sibi persuasum extitit,cū aliud contineat:sibi non præiudicat.Salycetus.*

V. Iidem AA.& CC.Victori.

SI falsum l instrumētum emptionis cōscriptum, tibi velut m locationis quam fieri mādaueras,*subscribere te, nō relegentem, n sed fidē habentem suasit:neutrum contractum(in vtroque o alterutrius consensu deficiente ) constitisse, procul dubio est.Dat. XIII. Kalend. Ianuar. CC.Conss.

TITVLVS XXIII.

DE COMMODATO.

*Commodatarius de casu fortuito non tenetur secundum simplicem naturam contractus, sed secundum naturam expressæ conuentionis potest teneri de casu fortuito.h.d.Baldus.Vel sic:Commodatarius non tenetur de casu fortuito, nisi se adstrinxerit pacto. Salycetus.*

l *Si falsum.*]CASVS. Procurator tuus cum deberet locare domum mandato tuo,vendidit eam,& fecit te subscribere, cum crederes locationem,sed erat venditio.nec vt vēditio,quia non cogitasti,nec vt locatio valet:cum accipiens in hoc nō cōsensit.ff.de contrahen.empt.l.in venditionibus.& infra de dona. l.nec ignorans.& de rebus ali.non ali.l.ij.& manda.l.cum mandati.&.ff.de transac.l.cum Aquiliana.

m *Velut.* instrumentum locationis tu credebas factum de locatione,& fuit factum de emptione.

n *Non relegentem.* scilicet instrumentum.

o *In vtroque.* scilicet contractu: nam in venditione non consensit qui subscripsit: in locatione non consensit qui accepit. Sed supra eo.l.j.vterque consensit veritati, & ideo valet.

DE COMMODATO.

*Dixit superius de condictionibus quibus petitur quid dari: nunc de actionibus his quibus interesse petitur:quæ quia ex contractibus veniūt, de his dicit,præmittens de eo qui gratia accipientis contrahitur.*

EA quidem.]CASVS. Commodaui tibi equum. sine culpa tua periit casu fortuito.an tenearis,quæritur? Dicitur quod non.& hoc ī prima. Si vero vt duceres ad bellū tibi cōmodaui, & pepigi vt tenereris si ibi periisset,teneberis.& hoc in secūda.

*Vi maiore.*

BIU Cujas

a *Vi maiore.* cui resisti non potest: vt.ff.quod metus causa.l.ij.
b *Non solent.* iure contractus: nisi vitio eius casus interuenerit: vt.ff.eo.l.in rebus.in prin.&.l.si vt certo.§. quod vero.&.§.seq. & institu. qui.mo.re contrahitur ob.§. item is.
c *Commodari.* ff.commo.l.si de damno.
d *Futuri.* non est cõtra naturã contractus, sed præter.
e *Suscepisse.* speciali pacto, non generali: vt dixi.ff.si quis cau.l. sed & si.§.quæsitum.
f *Conuentionis.* cõtractus enim &c. vt.ff.depositi.j.§. si conueniatur.& facit.ff. loca.l.si domum. & de contrahẽ.empt.l.si quis fũdũ.

I. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. Sciolæ.

PA qdẽ quę vi maiore [a] auferuntur, detrimẽto eorum quibus res cõmodãtur, imputari nõ solent. [b] Sed cũ is qui à te commodari [c] sibi bouẽ postulabat, hostilis incursionis cõtẽplatione periculum amissionis ac fortunã futuri [d] dãni in se susceпisse [e] ꝓponatur: ꝓsides ꝓuincię, si ꝓbaueris eum indẽnitatem tibi ꝓmisisse, placitum cõuentionis [f] implere eum compellet. Dat. VI. Kalend. Iuñ. ipsis. AA. Conss.

*Qui intẽtat certã speciẽ cõtractus, debet probare formã ex qua resultat illa species. hoc dicit. Bal. vel sic: Cõmodator debet ꝓbare vsum finitũ ad quẽ cõmodauit. hoc dicit secũdũ vnã lec. vel sic: Deducẽs certã speciẽ cõtractus in iudicio, debet illã probare, si negatur. hoc dicit secũdũ aliã lectu. Saly.*

II. Iidem AA. Aulizano.

CVm eum qui tẽporalis ministerij causa susceпit [g] ancillã, ad restitutionẽ eius bona fides vrgeat: cõsequẽs est socerũ tuũ [h] huius rei [i] causa tradidisse ancillã, adito prędside prouinciæ ꝓbare: vt fidẽ susceptã is aduersus quẽ supplicas, compellatur [k] agnoscere. Dat. Prid. Noñ. Nouẽb. ipsis. AA. Conss.

*Commodatarius tenetur restituere rem sibi commodatam ad pignorandum postquam satisfecit debitum. h. d. Bal. vel sic: Res ad pignorandum commodata, extenuato debito est restituenda. Salycetus.*

III. Iidem AA. Soteriæ.

DE restituendis rebus quas [marito] obligandas pro se dederas, [l] postquã [m] debitũ fuerit extenuatum, [n] commodati [o] actionem etiam aduersus hęredes ei⁹ exercere potes. Dat. III. Id. April. Sirmij, ipsis & Cõss.

*Breue est, & ideo non summatur. Salyc.*

IIII. Iidem AA. & CC. Faustinæ.

PRætextu [p] debiti [q] restitutio commodati non probabiliter recusatur. Dat. XII. Kalend. Decemb. ipsis. AA. Cõss.

## TITVLVS XXIIII.
## DE PIGNORATITIA† actione.

** Græca Constitutio Seueri & Antonini AA. ad Metrodorum. PP. Idib. Octobris, Apro & Maximo Conss.*

*Fructus & cõmoda rei pignoratæ sortẽ extenuãt ipso iure creditore percipiẽte. hoc dicit. Bal. vel sic: Obuẽtiones rei pignoratæ à creditore pceptæ, extenuãt debitũ. Salyc.*

I. Imp. ALEXANDER A. Demetrio.

QVod ex operis ancillæ, vel ex pensionib⁹ dom⁹ quã pignori detineri dicis, [r] perceptũ [s] est: debiti quãtitatem releuabit. [t] Dat. Kalẽd. Octob. Antonino. IIII. & Alexandro Conss.

*Fructus qui debuerant percipi, extenuãt sortem, sicut percepti. Baldus.*

II. Idem A. Victorino.

ICreditor† qui prædiũ pignori nexũ detinuit, fructus quos percepit vel percipere debuit, in rationem exonerãdi debiti [u] cõputare necesse habet. [x] & si agrũ deteriorem cõstituit, [y] eo quoque nomine pigneratitia actione obligat [z]. PP. VI. Id. Decembr. Antonino. IIII. & Alexandro Conss.

*Licet sit data vendendi facultas, nõ minus tamen potest interim auferri. hoc dicit. Bal. vel sic: Pactum quòd liceat creditori pignora vendere, non facit vt si plus debito vendantur, illud creditor sibi lucretur: sed reddere debitori tenetur. Salycetus.*

III. Idem A. Hermeo & Maximillę.

PRætextu. ] CASVS. Debebam tibi decem. commodaui tibi equum. prætextu debiti non vis equum restituere. non probabiliter recusas eum restituere mihi.

p *Prætextu.* nisi fecerit expensas iure commodati. †Pignerãtitia.

q *Debiti.* à commodante commodatario soluendi, non probabiliter recusat cõmodatarius restituere rem commodatam, nisi debitum sit liquidum, & commodatarius teneatur nõ in specie, sed ad æstimationem propter rei deteriorationẽ, siue ad interesse. & idem si commodatum consistit in pecunia, vt dicit appareat. & ita loquitur infra de compensa.l.fi. & institu. de act.§. in bonæ fidei. & nisi propter impensas probabiliter in re factas: nam tunc retinet: vt.ff.eo.l. in rebus.§. possunt. & de acquirẽ. pos.l.si quis rem. sicut & aliàs de condic. inde. si non sortem. §. si centum. ADDITIO. Quod hæc glos. supra dicit de pecunia commodata, intellige verum si commodata sit vt quantitas. secus vero si vt species: quia tũc de ea iudicatur vt de specie. l. plane. j. §. j. & l. sed & si certos. ff. de lega. j. †Facit ad hanc legem gl. sup verbo, fructus, ante fi. s. c. grauis. de resti. spo.

DE PIGNORATITIA actione.

QVod ex opis. ] CASVS. Obligaui tibi ancillam vel fundum pro. x. quæ mihi mutuasti. quod ex operis eius, vel fructibus fundi lucratus es, computabis tibi in debitum. si vero fundum deteriorem feceris, teneberis ad damnum resarciendum, vel ad debitum exonerandum: admissa compensatione in eo quo res deterior facta est, per act. pigno. hoc dicit cum. l. seq.

a *Vi maiore.* cui resisti non potest: vt.ff.quod metus causa.l.ij.
b *Non solent.* iure contractus: nisi vitio eius casus interuenerit: vt.ff.eo.l.in rebus.in prin.&.l.si vt certo.§. quod vero.&.§.seq. & institu. qui.mo.re contrahitur ob.§. item is.
c *Commodari.* ff.commo.l.si de damno.
d *Futuri.* non est cõtra naturã contractus, sed præter.
e *Suscepisse.* speciali pacto, non generali: vt dixi.ff.si quis cau.l. sed & si.§.quæsitum.
f *Conuentionis.* cõtractus enim &c. vt.ff.depositi.j.§. si conueniatur.& facit.ff. loca.l.si domum. & de contrahẽ.empt.l.si quis fũdũ.
g *Suscepit.* ex cõmodatione à socero tuo. gener pro socero facit verba.
h *Socerum tuum.* adito prędside &c. quod est.j. Sed cur probat hic socer, immo commodatarius, qui affirmat ad certum vsum & tempus sibi cõmodatum? Respon. hic constabat ancillam commodatã ad certum vsum, puta lanificium: sed dicebat commodator quòd ad certum tempus commodauerat. hoc ꝓbare debet: quia contra eum præsumitur quòd vsque ad finem ministerij cõmodauerit secundum [a] Ioan. & sic ante tempus non debet reuocare, quod esset vsu finito: vt.ff.cõmo.l.in cõmodato.§. sicut. Et dic quòd ancilla erat commodantis, vel aliena: non curo. ff.eo.l.ita vt si fur. Vel aliter dicas quòd ille commodatarius dicebat socerum suum ei donasse. nec obstabit supra de proba. l.siue. quia ibi reali, hic personali actione agitur ex eo cõtractu.
i *Huius rei.* id est ad certum tempus.
k *Compellatur.* scilicet commodatarius.
l *Dederas.* scilicet alicui.
m *Postquam.* vel ante quandoque, vt statim dices.
n *Extenuatum.* id est solutum.
o *Commodati.* distingue ergo cum rem meam obligo pro alio: aut trado illi vt obliget, aut ego obligo pro illo. & si trado: aut gratis: & tunc datur actio commodati: vt hic. aut non gratis: & tunc præscriptis verbis, vel locati: vt.ff.de præscrip.ver.l.rogasti.§.fi. Si autem obligo pro alio, aut pro præsente: & tunc agitur mandati: vt.ff.mandati.l.qui fidem. aut pro absente: & tũc
p *Prætextu.* nisi fecerit expensas iure commodati.
q *Debiti.* à commodante commodatario soluendi, non probabiliter recusat cõmodatarius restituere rem commodatam, nisi debitum sit liquidum, & commodatarius teneatur nõ in specie, sed ad æstimationem propter rei deteriorationẽ, siue ad interesse. & idem si commodatum consistit in pecunia, vt dicit appareat. & ita loquitur infra de compensa.l.fi. & institu. de act.§. in bonæ fidei. & nisi propter impensas probabiliter in re factas: nam tunc retinet: vt.ff.eo.l. in rebus.§. possunt. & de acquirẽ. pos.l.si quis rem. sicut & aliàs de condic. inde. si non sortem. §. si centum. ADDITIO. Quod hæc glos. supra dicit de pecunia commodata, intellige verum si commodata sit vt quantitas. secus vero si vt species: quia tũc de ea iudicatur vt de specie. l. plane. j. §. j. & l. sed & si certos. ff. de lega. j.
r *Dicis.* ô debitor.
s *Perceptum est.* vel percipi potuit: vt infra. l. proxi. & l. fi. & infra de distrac. pign. l. fundum. & de pign. l. si dominium. & ff. in quibus cau. pig. ta. contra. l. cum debitor. & j. de partu pign. l. ij.
t *Releuabit.* vt.ff.de pig.act.l.si pignore. in princip.
u *Creditor. Debiti.* quia fidem adhibuisse debuit: vnde negligentia nocet ei. ff. commoda. l. iij. §. j. vbi dicitur, res quæ deteriorata redditur, reddi non videtur.
x *Necesse habet.* vt supra. l. proxi. & infra de vsur. l. ex prędiis.
y *Constituit.* dolo vel culpa, id est faciendo quod facere non debuit, vel omittendo quod facere debuit. secus si seruos pro maleficiis coercuit: vt.ff.eo.l. eleganter. in fi.
z *Obligatur.* vel ad damnum resarciendum, vel ad debitũ exonerandum:

BIU Cujas

nerandum: admissa compensatione in eo quo res deterior facta est: vt infra.e.l.creditor.

*Pactum.* ]CASVS. Obligasti mihi rem tuam pro.x.conueni vt eam distraherem pecunia non soluta sua die: an pactum istud debitori præiudicet quo minus agat pigno.ad id quod excedit debitũ, si ꝑ maiori precio sit vẽditũ: vel quo minus adimatur actio pigno.si non vẽdidi vel dedi ꝑ.xx. cum esset obligata pro x.vel dolo vẽdidi, vel ante diem? Dicitur ꝙ non.

a *Pactũ.* quod valet: vt infra de pac.pign.l. j.&.ff.de pig.l.si fundus.in fi.

b *Debitori.* tale pactũ nõ adimit quin creditor possit petere.

c *Actionem.* si forte creditor plus vendiderit: vt.ff.eo.l.quanuis. in fin.&.l.seq.&.j. de iure do.impe.l.fin.§. si vero creditor. vel nõdum vẽdidit, vel male vẽdidit, vel dolo malo, vel ante diẽ: vt.j.si vendi.pign.aga.l.j.

†*aliàs, probationibus.*

SI creditor. ]CASVS. Si rem quam creditori meo obligaui, sine culpa sua lata vel leui perdidit, eã restituere nõ cõpellitur. & hoc in prima. Si vero dolo vel sua culpa amiserit, ipse mihi tenebitur. & hoc ĩ secũda. Si autem soluta sibi pecunia dicit se rem sibi obligatam amisisse, non creditur eius adsertioni, nisi manifestis ꝑbationibus hoc ostẽderit: quod si non probauerit, quãti mea interest, mihi condẽnabitur. & hoc in tertia.

**quæ ex hu iusmodi causa.*

d *Sine vitio.* id est sine dolo, vel culpa lata, vel leui: de quibus tenetur creditor: vt institu.quibus mo.re contrahi.ob.§.fi.&.ff.eo.l.si cum vendederet.§.fi.&.l.ea.& infra de pign.l.sicut.

e *Perdiderit.* & ita fortuito casu amisit.

f *Nõ cogitur.* & ad debitũ tenetur debitor: vt.j.eo.l.ꝑxi.in fi.

g *Deprehenditur.* tenetur de dolo & culpa lata & leui.

h *Manifestis.* non manifestissimis, sed in crimine hoc obtinet: vt supra de proba.l.sciant.

i *Rationibus.* & hoc ideo ꝑbatur, quia cõtrariũ nõ mõstratur.

*Pignoris amissio per creditorem probari debet.*

k *Se perdidisse.* hoc probare debet secundum omnes, scilicet ꝙ pdidit pignus: vt.j.de testa.l.publicati.&.ſ.de testi.l.testiũ.in fi. & de fide instr.l.sicut. Sed an sine culpa se perdidisse ꝑbare debeat, sub iudice lis est. verbum Oratij. Bul. enim distinguebat an debitor cõfiteatur amissum: vt tũc ipse debitor ꝑbet culpã. aut diffitetur, & tũc creditor ꝑbet amissionẽ: & per cõsequẽs causam amissionis probare debet, scilicet sine culpa se perdidisse. & pro eo.ff.locati.l.si quis fundũ. aliàs, si quis domũ.§. imperator. &.j.de peri.tu.l.si tutor.&.ff.de excep.rei iu.l.si rem. sed M. & Io.& H.& Azo & nos cõtradicimus. dicimus enim indistincte debitorem ꝑbare debere culpã: vt.ff.de ꝑba.l.quotiens.§. dolo. & de admi.tu.l.chirographis. in fi.j.respõ.& de leg.ij.l.omnia. aliàs.l.cũ ita legatur.§.ſpecies.&.j.e.l.si nulla. nec ob.dicta.l.ff. loca.l.si quis domum.§.imperator. nec illa, si rem. quia ibi probat eoipso ꝙ non ꝑbatur contrariũ: vt.j.qui mili.nõ possunt.l. fi.lib.xij. Itẽ pro nobis: quia potest vnum esse sine altero. potest enim creditor ꝑbare amissionẽ: nec tamẽ sine culpa. Itẽ quia tãtum debet facere cõfessio debitoris cõfitentis amissum, quantũ & si creditor ꝑbauit, nec plus, nec minus. ff.de inofficio.testa.l.qui

PActũ[a] vulgare quod proposuistis, vt si intra certum tempus pecunia soluta nõ fuisset, prædia pignori vel hypothecæ data vendere liceret: nõ adimit debitori[b] aduersus creditorem pignoratitiam actionem.[c] PP. XII. Kal. Maij, Maximo. II. & Aeliano Conss.

*Creditor nõ tenetur de casu fortuito: qui tamen nõ præsumitur, nisi probetur, hoc dicit. Bal. Vel sic: Creditor non tenetur de pignore perdito sine eius culpa vel vitio. Sal.*

IIII. Idem A. Dioscoridæ.

SI creditor sine vitio[d] suo argẽtũ pignori datũ perdiderit,[e] restituere id nõ cogitur.[f] sed si culpę reus deprehẽditur,[g] vel non probat manifestis[h] rationibus[i] ††se perdidisse:[k] quãti debitoris interest, condẽnari debet. PP. XIII. Kal. Maij, Iuliano. II. & Crispino Conss.

*Casus fortuiti, qui non possunt præuideri, non veniunt in contractibus bonæ fidei vel stricti iuris. hoc dicit. Bal. Vel sic: Creditor de casu fortuito cõtingẽte in re pignorata non tenetur: nec à debiti petitione excluditur: nisi de cõtrario actũ fuerit. Salyc.*

V. Idem A. Trophimæ.

QVæ fortuitis casibus accidunt, cum præuideri non potuerint (in quib⁹ etiã aggressura latronum[l] est) nullo bonę fidei iudicio pręstãtur:[m] & ideo creditor pignora quæ huiusmodi casu* iterierint, prę-

de inofficioso.in fi.Item nec debet creditor in eo ꝑbando grauari, quo ꝑbato nõ debeat releuari: vt.ſ.de ꝑba.l.ad probationem.j.Ad.l.autẽ de periculo tut.respõ.vt.ff.solu.ma.l.Titia secundum Ir.Item argu.cõtra.huic.l.ſ.de fi.instru.l.fi.sed ibi solui. *ADDITIO.* Limita opinionẽ istius glos.habere veritatẽ in his casib⁹ fortuitis qui de facili & frequenter eueniũt sine culpa possessoris: vt sunt vis hostium, impetus aquarũ, & similes. pro quo allegat Salyce. hic.l.si merces.§.culpæ.ff.locea.&.l.pe.in prin.ff.solma. secus in aliis casib⁹ fortuitis, qui sine culpa ꝓsumpta de facili nõ eueniunt: vt est furũ, & similes.

titiõe debiti submouetur,[n] nisi inter contrahentes placuerit,[o] vt amissio pignorũ liberet debitorem. PP. Idib. April. Fusco & Dextro Conss.

*Creditor tenetur de dãno sua culpa dato tempore obligationis. Bal. vel sic: Creditor tenetur pignoratitia pro dãno illato in re pignorata eius dolo vel culpa: & necessarios sumptus in ea factos recuperat. Salyc.*

VI. Imp. GORDIANVS A. Iuliano.

B 2 CReditor qui fundos[p] & domos pignori vel hypothecę accepit, dãnũ in decidẽdis arboribus, domibúsque destruendis ab eo datũ, in rationẽ debiti[q] deducere cogitur. Et si dolo vel culpa rẽ suppositã deteriorẽ fecerit:[r] eo quoq; nomine pignoratitia actione tenebitur, vt talẽ restituat, qualis fuerat tẽpore obligationis. Creditor autẽ necessarios[s] sumptus quos circa res pignoratitias fecit, exigere non ꝑhibetur. PP. XIII. Kalẽ. Augusti. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss.

C *Vera amissio prodest: simulata nõ prodest. Bald. Vel sic: Creditor non tenetur si pignora sint perdita sine eius culpa: & perditio simulata præsumitur si postea possidere reperitur. Salycetus.*

VII. Imp. PHILIPPVS A. & PHILIPP. Cæs. Saturnino.

SI nulla culpa[t] seu segnitia creditori ĩputari potest: pignorũ amissorũ dispẽdiũ ad periculũ eius minime pertinet.[u]

*Vtiles.*

QVæ fortuitis.] CASVS. Si creditor pignus sibi obligatũ casu fortuito perdidit, vel per furũ, nõ tenebitur, nisi hoc cõuenerit, vt si per casum fortuitũ aut alio modo amitteretur pignus, nõ teneretur debitor soluere debitũ.

l *Latronum.* qui palã homines spoliant: vt & infra depositi.l.j.& in authen. vt nulli iudic. §. penul. col. ix. in furto autem dic vt.ff. pro socio. l. cum duobus. §. damna.

m *Præstantur.* vt.ff. de pigno.l. si inter. §. quicquid.&.j. de pig. l. sicut.&.ff.eo.l.si cum vẽderet.§.fi.& de nau. fœ.l.fœnerator.&.ff. de fideiuſſ.l. amisi. in prin.&.j.de pericu.& commo.l. mortis.&.j. locati.l.j.&. iiij.&.ff. de contrahen. empt.l. fistulas.§.fi.& de pericu.& cõmodo rei vẽdi.l. hoc ita verũ.§. fi. &.ff. commo.l.si vt certo.§.nunc videndum.&.ff.de regu.iur.l. cõtractus.& de admi.rerũ ad ciui.perti.l.ij.§. si eo tẽpore.& de prescriptis ver.l.si tibi rem.ij.respõ.&.j.mãda.l.à procuratore.

n *Submouetur.* vt institu.quibus modis re contrahitur obliga.§. fi.& infra de pigno.l.seruo.& infra.e.l.pignus.

o *Placuerit.* ſpecialiter & incontinenti: vt supra de nego.gest. l.negotium.

D CReditor.]CASVS. Obligaui fundũ vel domũ: destruxisti. An damni ratio sit habenda, quęritur? Respon.ꝙ sic: & cõpensabitur in debiti quantitatẽ. & hoc in prima. Idem est si dolo deterioraſti: quia act.pig.teneberis vt talẽ restituas qualẽ recepisti.& hoc in secũda. Si quis vero ſumptus vtiles vel necessarios in re pignorata fecerit, eos exigere poterit.& hoc in tertia.

p *Creditor qui fundos.* Nota quòd hypotheca est in re immobili: pignus in re mobili.

q *Debiti.* id est in compensationem debiti.

r *Fecerit.* aliàs non. sed & supra fecit deteriorem.& facit.ff.eo. l.eleganter.§.fi.

ſ *Necessarios.* & vtiles: vt.ff.eo.l.si necessarios.& infra de pign. l.in ſumma. moderatos tamen: vt.ff.eo.l.si seruos.

*Si nulla.* ]CASVS. Dãnũ sine culpa creditoris rerũ amissarũ nõ ad creditorẽ, sed ad debitorẽ pertinet.& hoc in prima. Si vero creditor simulat se amisisse cũ nõ amiserit: si possidet, debitor aduersus eum experietur pignoratitia actione.& hoc in secũda.

t *Nulla culpa.* in faciendo: segnitia in omittendo. ná de vtraque tenetur: vt.ff.eo.l.si seruos.&.l.eleganter.

u *Pertinet.* vt supra.e.l.si creditor.in princ.&.l.quæ fortuitis. & infra de pigno.l.sicut.&.l.seruos.



BIU Cujas

a *Experiri potes.* & facit ifra de distr.pig.l.& qui sub imagine.

*Pignus.*] CASVS. Cum pignus in bonis debitoris remanet: si perit sine culpa creditoris, debitori non creditori perire dicitur. Si ergo librum tuum mihi obligasti, & in horreo deposui, & periit: tibi non mihi periit: & nihilo minus habebo aduersus te debiti persecutionem.

b *In bonis.* id est dominio: vt hic, & ff. de distra.pigno. l. rescriptum. in prici. & ff. de ædil.edic.l.quis sit fugitiuus. §. pignori. & ff.qui & à quibus ma. lib.nō fi.l.generaliter.

c *Ideoque.* nō est bona ratio. adde ergo, cū creditoris culpa non interuenerit.

d *Ipsi perire.* nisi creditori culpa posit imputari: vt supra.l.proxi. vel pactum: vt supra titu.proxi.l.j. vel mora: vt. ff. depos. si in Asia.§. fi.

e *In horreis.* & in tutiori loco reponi non poterant: vt. ff. de dam. infect.l. vtique. & de administr.tuto.l.tutor pro pupillo.§.j.

f *Publicè.* Not.ar. ergo quòd non intelligitur culpa, quam cōsuetudo admittit. sic. ff. de ædil.edic.l. quis sit fugitiuus.§. apud Labeonem.& argu. ff. ad Macedoñ.l.iij. Accur.

*Ne creditores.* CASVS. Mutuaui tibi.x.pro eis.x. rem tuā mihi pignori obligasti: & eam tenui spacio.x.an. inter presentes.xx. inter absentes. an tibi debitum offerenti opponi posit à me vel à successore meo lōgi tēporis præscriptio, quæritur? Dicitur quòd non. sed si debitam quātitatē offerres, & non eam recipere velim: debes eā consignare & deponere: & debes probare rem mihi obligatam. & si neges pecuniam me tibi mutuasse, probare debeo me tibi mutuasse siue numerasse: siue possideam rem obligatam, siue tu. & sic hoc probato, & oblato à te debito, & me recipere nolēte, cōsignato & deposito, facilis erit tibi pignoris liberatio. & hoc in secunda.

g *Successerunt.* in ius vniuersum. secus in emptoribus: vt infra si aduersus credi.l.diuturnum. & est ratio, quia emptor tenetur tantum rei vindicatione debitori. hic autem etiam pignoratitia, quę est psonalis, & sic durat.xxx.annis: vt. ff. de constit. pecu.l.ij.

h *Et deposita.* vt infra de vsur.l.acceptam. in iudicio autem sola oblatio sufficit: vt. ff. eo.l.si rem.§. fi. & l.aliena.§.j. & ff. quibus modis pign. vel hypothe. solui.l.item.§.j.

i *Longi temporis.* scilicet.x. vel.xx. annorum: quia personalis est pignoratitia: vt infra de distra.pig.l.vlti. & ideo eius vita.xxx. annis durat: vt.d.l. de constitu. pecu.l.ij. & infra quib. non obst. long.temp.præscrip.l. neque mutui. Sed quando nascatur, dic vt. ff. eo.l.si rem.§. omnis. Vel ideo hæres non præscripsit, quia successor est scientiæ eius: vt. ff. de diuer. præscrip.l. an vitium. quia ergo creditor non prescripsit ,ppter cōscientiā rei alienę: vt. ff. de vsuca.l. pignori. nō dico ,ppter malā fidē, sicut fructuarius & colonus: vt istitu. per quas perso. no. acqui. §. sed bonę fidei. Idē in hęrede. Sed an lōgissimo tēpore prescribet? Io. vtiq;

*Sane si simulata amissione etiamnū eadē pignora (vt adseueras) à parte diuersa possidētur: aduersus eū experiri[a] potes. PP. VIII. Kalend. Martij, Præsente & Albino Conss.*

*Res perit domino rei: & non est in culpa, qui facit quod fieri est consuetum, vel qui facit quod facit maior pars hominum. hoc dicit. Bald. vel sic: Pignus repositum in loco in quo pignora publice consueuerunt reponi, non perit periculo creditoris: nec debitor propterea liberatur à debito. Salycetus.*

VIII. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Georgio.

PIgnus in bonis[b] debitoris permanere, ideoque[c] ipsi perire, [d] in dubium non venit. Cum igitur adseueras in horreis[e] pignora deposita, consequens est, secundum ius perpetuum pignoribus debitori pereuntibus (si tamen in horreis, quibus & alij solebāt publicè[f] vti, res depositæ sint) personalem actionem debiti reposcendi causa, integram te habere. pp. VI. Noñ. Maij, Mediolani. AA. Conss.

*Soluto debito, vel oblato & consignato legitime, creditor possidens pignus conueniri potest à debitore duplici via: scilicet rei vindicatione, & pignoratitia directa. Econtra autem si debitor possidet, nec debitum sit solutum, vel legitimè consignatum: conuenitur à creditore hypothecaria, præscriptione longi temporis non obstante in aliquo casuum prædictorum. hoc dicit. Bald. vel sic: Debito vero soluto vel oblato consignato & deposito, debitor à vindicando pignore non potest submoueri longi tēporis præscriptione: tamen agens rei vindicatione, debet probare causam suæ intentionis: & creditor excipiens de pignore, vel agens hypothecaria debet probare suā exceptionem vel hypothecariæ actionē, à qua debitor liberatur, si probet debitum solutū, vel oblatum & depositum. Salycetus.*

VIIII. Idē AA. & CC. Apollodorę.

NEc creditores, nec qui his successerūt,[g] aduersus debitores pignori quondā res nexas petentes, reddita iure debiti quantitate, vel his non accipientibus, oblata & consignata & deposita, [h] longi[i] temporis præscriptioe muniri possunt.[k] vnde itelligis quòd si originē[l] rei† probare potes: aduersario tenēte vindicare dominium debes.[m] Vt autē creditor pignoris defensione se tueri[n] possit, extorquet ei necessitas probādi[o] debiti: vel si tu[p] teneas, per vindicationē[q] pignoris hoc idē inducitur:[r] & tibi[s] nō erit difficilis,[t] vel solutione, vel oblatione[u] atq; solēni depositione pignoris liberatio. Dat. Nonis Maij, ipsis. CC. & Conss.

*Pignoratitia competit soluto debito. hoc primo. Creditor non potest hypothecam sine pacto vel iudicis decreto inuadere. h. d. secundo. Baldus.*

X. Iidem AA. & CC. Ammiano.

PIgnoris causa res obligatas[x], soluto debito restitui debere, pignoratitiæ actionis natura declarat.[y] quo iure, si titulo[z] pignoris obligasti[a] mancipia, per eandem actionē[b] vti potes: nec creditor citra* conuentionem[c] vel presidalē[d] iussionem debiti causa res debitoris arbitrio suo auferre potest. Dat. V. Kalēd. Ianuar. Sirmij, ipsis. CC. & Conss.

k *Possunt.* quantum ad cursum vsurarum.

l *Originem.* id est te obligasse ei rem & tradidisse: & sic præsumitur habere hodie: quia ab isto habuit. aliàs secus: nisi possedisset tempore litis contestatæ: vt supra ad.exhiben.l. nō ignorabit. cum ergo possidere præsumatur, rei vindicatione tenetur: aliàs non teneretur: vt supra de alie.iud.mu. cau.fa.l.j.

m *Dominiū debes. sed an creditor poterit dicere, non es dominus tu debitor, qui agis rei vindicatione?* Quidam quòd non: quia nō potest referre quæstionē dominij, cū ab eo causam habeat: & pro eā hæc.l. & infra de non nu.pecu.l.j. & infra de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. §. sed hæc super. Tu dic q̄ potest: vnde etiam dominum se esse tunc debet probare. & q̄ hic dicit sufficere probare originem, verum est, nisi referatur quæstio dominij. vel dic probare hic originem sufficit, vt præscriptio nō opponatur. Vel dicit vindicari dominiū, id est rem suā, per pignoratitiā actionem. & de hoc dixi infra de præscript. xxx. an. l. si quis emptionis. §. penult.

*Pignus suū vindicanti an possit dici, nō es dominus.*

† *Facit ad hāc. l. gl. ii. in ca. vlti. post princi. gl. extra de præscrip.*

n *Se tueri.* cum ipse possidet.

o *Probādi.* si quæstio sit an debeas vel non.

p *Tu.* scilicet debitor.

q *Per vindicationem.* id est per quasi Seruianā vel hypothecariā: quæ idem est: vt insti. de actio. §. item Seruiana.

r *Inducitur.* vt creditor probet debitum.

s *Et tibi.* scilicet eo probato.

t *Difficilis.* scilicet de iure, etiam post longum tempus: nec potest creditor obiicere quare tam longo tempore debitorem dimiserit: vt hic, & infra de non nume.pe.l.j.

u *Vel oblatione.* vt infra.e.l.fi. & de pignoribus.l.creditor. & de lui.pign.l.fi. & de compēsatio.l.inuicem. & ff. de mino.l. ait prętor.§.j. & infra de vsur.l.acceptam. Accursius.

*Pignoris.*] CASVS. Soluto debito, res obligata per actionem pignoratitiam restituenda est. si ergo mancipium mihi obligasti, & debitum soluisti: per act.pign.mancipium poteris recuperare. an vero si non soluisti, propria auctoritate possim res tuas mihi obligatas inuadere, quæritur? Respond. quòd non, nisi hoc ab initio conuēnit: vel iussus iudicis interuenisset.

x *Obligatas.* & traditas.

y *Declarat.* vt infra de lui.pign.l.fi. in fi. Et quod dicit, soluto, dic vel aliàs satisfacto: vt. ff. e.l.si rem.§. omnis.

z *Titulo.* non est titulus, sed dic; id est modificatione possidendi.

a *Obligasti.* id est tradidisti.

b *Actionem.* pignoratitiam, non tua auctoritate.

c *Conuentionem.* vt si conuenit, vt non soluto debito liceat creditori auctoritate sua rem accipere obligatam.

d *Vel præsidalem.* per quam licet etiam sine pacto: sed si nullum horū interuenerit, & creditor abstulerit sua auctoritate: tenetur l. Iulia de vi, & incidit in edictū diui Marci: vt. ff. quod met. cau.

*Creditor pignus vel hypothecā in-*

l. ex-

*uadēs propria auctoritate, qua actione teneatur.*

l.extat.&.l.pe. Item vi bonorum raptorum,si res est mobilis: vt j.vi bon.rapt.l.res.quanuis autem ex conuentione liceat auferre tamen ciuilius faciet cum iudicis auctoritate: vt.l.contraria.j. de pign.l.creditores.Item adhuc contra.ff.de damno infec.l.vtique.sed ibi inquilinus erat suspectus ne recederet.vel ibi locator quodāmodo etiam priꝰ videtur habere possessionē pignoratitiā, vnde merito sua auctoritate capit:vt argu.ff. in qui.cap.pignus ta. contrahit.l. est differentia.

*Fructus extenuant sortem: quod intellige quando cum sorte recipiunt functionem, vel à principio,vt pēsio domus:vel ex postfacto,quia sunt consumpti : vel quasi, puta commixti , ita quòd non possunt discerni. Bald.Vel sic:Creditor fructus perceptos cōputat in sortem, & residuo soluto pignus tenetur restituere: nec longi temporis præscriptionem potest opponere.Salycetus.*

XI. Iidem AA. & CC. Heriſco.

QVo minus fructuum quos creditor ex rebus obligatis accepit, [a] habita ratione, ac residuo debito soluto, vel si per creditorem factū fuerit quo minus solueretur, [b] oblato, & consignato, & depositō, pignora quæ in eadem causa durant, [c] restituat debitori:nullo spacio longi temporis defenditur. [d] Dat.XII. Kalend.Decemb.CC.Conss.

*TITVLVS XXV.*

## DE INSTITORIA ET exercitoria actione.

*Ex contractu serui institoris dominus tenetur institoria in solidum. sed si non est institor , tenetur dominus quatenus in rem suam est versum.h.d.Bald. Vel sic: Seruus institor domini,ex causa suæ institutionis, obligat dominū in solidum:non institor vero,vel ex causa non suæ institutionis , obligat de in rem verso tantum.Salycetus.*

I. Imp. ANTONINVS.A. Hermeti.

*Cōtinuatio.*

*Dixit qualiter ex nostris conueniamur contractibus : nunc qualiter ex alienis.& de duobus generibus contractuū præmittit , in quibus in solidū tenemur.Vel dixit de pigno re quod est accessorium: nunc de aliis accessoriis. Est enim in contrahente seruo vel filio obligatio principalis , naturalis & ciuilis,vel naturalis tātū.*

SEruus [e] tuus pecuniam mutuam accipiendo, ita demum te institoria actione obligauit, si cum eum officio alicui vel [f] negotiationi [g] exercendæ præponeres , etiam vt id faceret, [h] ei permissum [i] à te, probetur. [k] Quòd si hæc actio locum non habeat : siquid in rem tuā versum probabitur, actione in eā rem proposita, [l] cogeris exoluere. PP. VIII. Kalend. Septembr. Duobus & Aspris Conss.

*Ex contractibus serui dominus de peculio duntaxat tenetur: nisi alia ratio augeat obligationē, vt præpositio vel versio in rem domini.Bald.& Salycetus.*

II. Imp. ALEXANDER.A. Calliſto.

EX contractibus seruorum, quanuis de peculio duntaxat domini teneantur:de eo tamen quod in rem eorū [m] versum est,vel cū institore ex causa cui præpositus fuit, cōtractū est:etiam in solidum conueniri posse, [n] dubium non est. [o] PP. III.Kalen. Maij, Alexādro.A. II.& Marcello Conss.

*Ex deposito facto penes institorem , tenetur dominus.h.d.Sal.Vel sic:Ex illo contractu datur institoria vel exercitoria, qui celebratus est ob causam in quā fuit posit[a]: & intelligo tacite vel expresse.Pau.de cast.*

III. Idem A. Martiæ.

INstitoria tibi aduersus eum actio competit,à quo seruum mensæ præpositum dicis,si eius negocij causa quod per eū exercebatur , depositam pecuniā, nec redditam,potest probari. PP. Nonis Maiis, Agricola & Clementino Conss.

*Etiam mulieres tenentur institoria & exercitoria. Baldus.*

IIII. Impp. DIOCLETIAN.& MAXIM. AA.& CC.Antigonæ.

ET si à muliere [q] magister naui præpositus fuerit : ex cōtractibus eius ea exercitoria actione ad similitudinē institoriæ tenetur. [r] PP.XIII.Kal. Nouemb.Sirmij.CC.Conss.

EX cōtractibus.] CASVS. Seruo meo pecuniam mutuasti, & in rem meam versa est præposui seruum alicui negociationi, & in eam causam mutuasti ei: habebis me obligatum in solidum : licet aliàs de cōtractibus seruorum domini duntaxat de peculio teneant.

m *Eorum.* scilicet dominorum.

n *Posse.* scilicet dominos.Accursius.

o *Dubium non est.* ad hoc concor. ff. cod. l. cuicunque.in princ.& si non est dominus soluendo, conuenitur institor si est homo liber,vt.ff.de instit.l.j.in fi.&.l.ij.Accur.

INstitoria.] CASVS. Si penes seruum tuū quem mensæ nummulariæ præposuisti, aliquam quantitatem pecuniæ in eam causam vt meam cum tua cambiré,deposuisti: si probem depositam,& non redditam probas:eoipso quòd non probatur contrarium,habebo te obligatum institoria.

p *Potest probari.* quod est eoipso quòd contrarium non probatur vt.j.qui mil.non possl. penul.& fi. lib.xij. nec enim iste deponens probat non redditam,cum sit negatiua:vt.ff.de proba.l.actor.& dic depositam : vt tamen si vellet vteretur:vt.ff.si certum pet. l. si quis nec causam. Vel deposuit cum postea cambire secum proponebat:aliter non contraherent in causam in qua esset præpositus.& facit.ff.e.l.cuicunque.§.j.ver.sed & si in mensa.

SEruus.] CASVS. Si seruum tuum alicui stationi præposuisti ad emendum frumentum, vel vendendum : quæritur,quæ actio locum habet?Respond.quòd institoria.& hoc in prima.Si vero in eam causam ei mutuaui.x.qua act. te habeam obligatum? Respond.quòd institoria.& hoc in secunda.Si vero non in eam forte causam mutuaui,sed in rem tuam versa est: de in rem verso habebo te obligatum.

e *Seruus.* nam & serui & omnes possunt esse institores: vt.ff.eo. l.sed & si quis meam rem §.parui.

f *Vel.* pro id est.

g *Negociationi* . dominicæ,non peculiari,quando non institoria,sed tributoria sibi vindicat locum:vt &.ff.eod. l.sed & si pupillus.§.penult.

h *Faceret.* id est acciperet mutuum.

i *Ei permissum,* tacite vel expresse.

k *Probetur.* quod fieri intelligitur quando ad emendas merces eum præposuit: nisi nominatim hoc prohibuerit: vt.ff. de instit. l.cuicunque.§.non tamen.&.§.seq.&.ff. ad Macedo. l.sed Iulianus.§.interdum.Et arg.ff.de exer.act.l.j.§.nō autem.Et no.quòd ad hoc vt ista actio locum habeat, tria concurrere oportet,vt in exercitoria , scilicet quòd ei mutuaueris pecuniam in eam causam, in qua est præpositus expresim vel tacite . Item quòd sciat eum præpositum in eam causam : licet Ia. in hoc contradixerit. Item quòd in eo loco mutues,vbi res ex pecunia tua comparanda reperiatur:vt.ff.de exerci.l.j.§.non autem.&.l.fi.

*Exercitoria locū habet tribus cōcurrētibus.*

l *Proposita.* de in rem verso:vt.j.l.proxi.

ET si.] CASVS. Sicut mulier ex contractu, si quem præposuit alicui negociationi, tenetur institoria : sic ex contractu magistri si quem naui præposuit, tenetur exercitoria. & hoc ad exemplum institoriæ.

q *Et si à muliere.* tractat de vltima parte rubricæ.

r *Tenetur.* sicut teneretur institoria,si negociationi præposuisset:vt.ff.de instit.l.sed & si quis meam.§. parui.sic & in ista: vt.ff. de exerci.l.j.§.cuius.&.§.parui. & erat huius.l.dubium, quia videbatur intercedere.sed non est verum:immo rem suam agit,vt de cessat Velleianum:vt.ff.ad Velle.l.si mulieri.ij.

SI mutuam.] CASVS. Domitianus mandauit Demetriano institori suo vt acciperet mutuam pecuniam à Titio,expendendam forte in negociis suis.qua act.habet Titius dominū obligatum?Respon.quòd vtili institoria ad exemplum directæ, quia directa non datur:quia negocium vnum fuit mādatum: vt.ff.eo. l.in eum.secus si plura:vt.ff.eo.l.cuicunque.§.j.vel quòd mutuauit Demetriano contemplatione Domitiani,tunc agitur negot.gest.act.ad exemplum institit.vt.ff.de nego.gest.l.liberto. Vel dic datur institoria non solennis ad exemplum directæ solennis quę olim dabatur, quæ iam sublata est:vt.ſ.de formul.l.j.

*Demetriam.*

BIU Cujas

a *Demetriano.* seruo suo. si autem creditori mandasset, haberet contra eum creditor actionem mandati: vt. j. manda. l. si literas.

b *Ad exemplum institoriæ.* scilicet directæ. sed cur non datur directa hoc casu? Respon. quia vnum negocium fuit mandatum: vt ff. eo. l. in eum. in princ. secus si negocium pecunię generaliter: vt ff. eod. l. cuicunque. §. j.

Alij dicunt quòd mutuasti Demetriano cõtẽplatione Domitiani, & sic dicunt dari negociorum gestorũ ad similitudiné institoriæ: vt arg. ff. de neg. gest. l. liberto. in prin. Vel die tertio ad similitudiné directæ, quæ cum solennitate dabatur olim quæ hodie est sublata: vt. ẽ. de formu. l. j. & distingue circa hoc vt di. ẽ. si cer. pe. l. eum qui mutuam.

*Ex contractu præpositi ad mutuum accipiendum, obligatur præponens ad exemplum institoriæ. hoc dicit secundum Bald. Vel sic: Ex contractu facto cum procuratore speciali, datur contra dominum vtilis institoria. hoc dicit Pau. de cast.*

V. Iidem AA. & CC. Caio.

SI mutuam pecuniam accipere à te Demetriano [a] Domitianus mandauit, & hoc posse probare confidis: ad exemplum institoriæ [b] eundem Domitianum apud competentem iudicem potes conuenire. Dat. IIII. Kalend. Nouembr. ipsis CC. & Conss.

*Ille qui sequitur voluntatem alicuius, perinde est ac si sequeretur mandatum eius. Bald. Vel sic: Ex contractu celebrato cum seruo de voluntate domini, tenetur dominus in solidum ad exemplum institoriæ. Salyc.*

VI. Iidem AA. & CC. Onesimæ.

QVi secutus domini voluntatem, cum seruo ipsius habuit contractum: ad instar actionis [c] institoriæ recte in solidum † dominum conuenit. [d] Dat. XIIII. Kalen. Decembr. CC. Conss.

## TITVLVS XXVI.

## QVOD CVM EO QVI in aliena potestate est, negocium gestum esse dicetur, vel de peculio, siue quod iussu, aut de in rem verso.

*Ex officio tutelæ vel curæ gestæ per filium, pater non obligatur nisi peculio tenus, & de in rem verso: nisi huiusmodi tutela ex decurionatu in quo pater consenserit, sumpsit officium: quia tunc tenetur in solidum. Baldus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Aelio.

QVm filiusfamilias tutor aut curator [e] datur, [f] pater [g] tutelæ vel negociorum gestorum iudicio de peculio & de in rem verso [h] conueniendus est. ¶ Quòd si voluntate eius filius decurio sit creatur, & à magistratibus tutor cõstitutus: [i] pater in solidum satisfacere cogitur: cum id onus [k] exemplo cęterorum munerum ciuilium [l] introductum intelligatur. Dat. VII. Id. Nouembr. Dextro. II. & Prisco Conss.

*Actio naturaliter formata in solidum, ex accidenti moderatur quatenus quis facere possit. Bald. Vel sic: Si filiusfamilias qui patris, vel propria volũtate contraxit, ab hæreditate patris se abstinuit: in quantũ facere potest duntaxat conueniri debet. Sal.*

II. Iidem AA. Annio.

EIus rei nomine de quâ cum filiofamilias contractũ est, siue sua volũtate, [m] siue eius [n] in cuius potestate fuit, siue in peculium ipsius, siue in rem patris ea pecunia redacta est: si paterna [o] hæreditate abstinuit, actionem, nisi in id quod facere possit, [p] nõ dari, [q] perpetui edicti interpretatione [r] declaratũ est. PP. VIII. Kalend. Decemb. Dextro. II. & Prisco Conss.

*Paria sunt mãdare & subscribere. hoc dicit text. cum glos. Et sic not. quòd subscriptio domini habet vim mandati. Bald. Vel sic: Ex contractu celebrato cum seruo, etiã domino inscio, tenetur dominus de in rem verso. Salycetus.*

*Pater quẽadmodum teneatur pro filio suo tutore.*

*Filiusfa. in sex casibus in quantum facere potest cõdemnatur.*

*Alimenta sunt parentibus & patronis præstanda.*

---

*Aliena potestate est, &c.*

*Prima pars rubricæ est generalis, sequentes tres speciales: & dantur non in solidum hæ actiones, sed quatenus est in peculio, & quatenus est iussum, & in rem versum.*

CVm filiusfam. ] CASVS. Filiusfa. fuit in testamento datus tutor. quatenus ex administratione pater teneatur, quęritur? Respon. quòd tenetur vtili actione tutelæ quatenus est in peculio: vel de in rem verso, si in rem eius versum est: vel nego. gest. cum filius erat curator. & hoc in prima. Si verò voluntate patris creatus fuit decurio, & à magistratibus datus tutor: tenebitur pater in solidum. & hoc in secunda. & perinde tenetur in solidum tutelæ, sicut si aliquod publicum munus filius administrasset, & male. & hoc in tertia.

a *Demetrio.* seruo tuo. si autem creditori mandasset, haberet contra eum creditor actionem mandati: vt. j. manda. l. si literas.

b *Ad exemplum institoriæ.* scilicet directæ. sed cur non datur directa hoc casu? Respon. quia vnum negocium fuit mandatum: vt ff. eo. l. in eum. in princ. secus si negocium pecunię generaliter: vt ff. eod. l. cuicunque. §. j.

Alij dicunt quòd mutuasti Demetriano cõtẽplatione Domitiani, & sic dicunt dari negociorum gestorũ ad similitudinẽ institoriæ: vt arg. ff. de neg. gest. l. liberto. in prin. Vel die tertio ad similitudinẽ directæ, quæ cum solennitate dabatur olim quæ hodie est sublata: vt. ẽ. de formu. l. j. & distingue circa hoc vt di. ẽ. si cer. pe. l. eum qui mutuam.

c *Ad instar actionis.* scilicet directę: quia nõ instituerat, sed semel contrahere iusserat: vt dixi. ẽ. l. proxi. vel ad instar eius quæ olim proponebatur cum solennitate. Vel dic quòd loquitur quando domini voluntate cõtraxisti cum seruo, puta quòd iusserit, & tenetur in solidum quod iussu: vt ff. quod iussu. l. j. sicut aliàs si teneretur institoria, teneretur in solidũ. & hoc dicit hic. potest poni & aliter secũdum Io. vt dicas voluntate domini te contraxisse habita inter dominum & seruum: & tunc cessat quod iussu: vt dicunt. quod non placet: vt. ff. quod iussu. l. j. Alij dicunt mandatum seruo vt accipiat mutuum: sed non est dictum à quo: tunc teneretur quod iussu. sed nos non distinguemus. Alij dicunt mutuantem dedisse contemplatione domini, & sic dari negociorum gestorum ad instar institoriæ: vt. ff. de neg. gest. l. liberto. in princ. & facit ad. l. istam. ff. de in rem ver. l. si res. §. j. sed quidam assignant eam contrariam.

d *Conuenit.* actione quod iussu.

e *Curator.* in testamento: sed indiget confirmatione: vt instit. de cura. §. j.

f *Datur.* in testamento, agnouit pater vel non: vt. ff. de admini. tuto. l. Lucius. j. secus si à iudice: quia tunc tenetur in solidum si agnouit: vt. ff. de tut. l. si filius. quæ est cõtra. vel ibi sciuit & agnouit: hic licet sciuit, non agnouit.

g *Pater.* agnoscens vel non: vt dixi.

h *In rem verso.* contra. ff. de tut. l. si filius. & ibi sciuit & cõsensit: hic nõ. & ibi publicum auctoritate & vtilitate, vt decurionatus.

i *Tutor constitutus.* id est filius primo factus decurio. duobus ergo casibus propter tutelã à filio factã tenetur pater in solidum, quando à iudice datur & agnouit pater: vt. d. l. si filius. Item & quando à iudice: sed prius erat factus decurio voluntate patris, vt hic: Item aliis duobus tenetur de peculio, & de in rem verso, scilicet quãdo à testatore, agnouit pater vel non: vt. d. l. Lucius. Item quãdo à iudice, & pater nõ agnosceret: vt. d. l. si filius.

k *Id onus.* scilicet tutelæ. nam placuit &c. vt insti. de excu. tu. in prĩ.

l *Munerum ciuilium.* quæ sunt publica auctoritate & vtilitate, vt consulatus & prefectura. nam & ibi pater tenetur in solidum: quia fideiubere videtur: vt ff. ad municip. l. quotiens. & familiæ erciscundæ. l. si filia. aliàs. l. si vni. §. idem scribit. scilicet quantũ ad rempublicam. si autem magistratus existens malum daret tutorem, & sic alium à republica læderet, de peculio teneretur pater: vt. ff. de pec. l. iij. §. fin. & de magistrati. conue. l. j. §. fina. Si autem munus est publicum auctoritate, sed vtilitate priuatũ, vt tutela: dic vt dictũ est.

*Eius rei.* ] CASVS. Si cum filiofamil. cõtraxeris sine voluntate patris, vel cum patris voluntate: siue illa pecunia versa est in peculium filij, siue in rem patris, & pater decesit filio hærede instituto, & ab hereditate abstineat: in id quod facere potest, deducto ne egeat, filius conuenietur.

m *Voluntate.* scilicet tantum.

n *Siue eius.* subaudi, siue & eius.

o *Si paterna.* quasi dicat, non solum si viuo patre fuit emancipatus. Sunt enim sex casus in quibus in quantum facere potest condemnatur: vt. ff. eod. l. ij. & de mino. l. iij. §. sed vtrum. & de fideiuss. si dubitetur. §. filiusfamilias.

p *Possit.* deducto ne egeat: vt. ff. de regu. iur. l. in condemnatione. Item & hoc posse facere dicitur, quod cõmode potest: vt. ff. de verb. signi. l. Nepos Proculo. Alij dicunt in quantum patitur patrimonium, vt in eo qui cesit bonis: vt instit. de act. §. fin. Sed quod secundum eos habent hi priuilegium? Respond. vt vsuræ centesimæ post condemnationem non currant contra eos, quæ currerent si in solidum damnarẽtur. quod non placet. sed in parentibus & patronis, quibus sunt alimenta præstãda, dicunt idem quod nos, scilicet condemnari deducto ne egeant.

q *Non dari.* habita ratione ne egeant: vt. ff. de pecu. l. si filius.

r *Interpretatione.* id est sententia. sed & verba dicunt: vt. ff. eod. l. ij.

*Etiam.* ] CASVS. Si seruo, domino nec mandãte, nec iubente, nec contractui subscribente, pecuniam mutuaueras: & in rem eius versa est: de in rem verso habebis obligatũ dominum.

*Neque*

BIU Cujas

a *Neque iubente.* vel etiam ratum habente, quibus casibus habet locum quod iussu: vt.ff.quod iussu.l.j.in prin.&.§.si ratum. Notata hic differentiam esse inter iussum & mandatum: vt in authen. vt nulli iudi.§.& hoc vero iubemus.coll.ix.& dixi. ff.quod iussu.l.j.in prin. Item quod dicit, mandante, dic siue seruo siue cõtrahenti cum eo: licet P. dixerit contrahenti cum seruo tantum facto iussu, habere locũ quod iussu. Sed contra eum.ff.quod iussu.l. j. in prin.

*Mandatum & iussus differunt.*

b *Subscribente.* per qđ videtur iubere: vt. ff. quod iussu.l.j.§. sed & si serui. Quid autem si prohibuisset? Respondetur, nihilo minus tenetur de peculio: vt.ff. de pecu.l.si quis seruũ. §. etiam. Accursius.

c *Deberi.* vt &.ff.de ĩ rem verso.l.j. in prin.

*Si ex contractu.*]C ASVS. Mutuasti decem filio Titij iubente Titio, & tradidisti ei vt ministro, vel nuncio. Titius decessit filio hærede instituto, sed ab hæreditate abstinẽte. nunquid filius ex contractu patris tenebit? Dicitur qp non.

d *Accepisti.* vt nuncius vel minister: vt.ff. quod iussu.l.fi.in princip. Et ar. ff.de proxene.l.ij.secus se obligãdo iussu patris: quia tũc in solidũ teneretur viuo patre, adeo vt nec posset restitui in integrum: vt.ff.de in integrũ restitu.mino.l. iij. §.sed vtrum. si absentus damnaretur ĩ quãtũ facere potest: vt.ff. quod cum eo.l.pater.

*ADDITIO.* Aduertas secundum Salyce. hic, cognosci qp iste filius vt nuncius patris accepit pecuniam mutuo, ex eo quia pater fuit ille qui contraxit: sic filius capiendo illam pecuniam ad hoc missus, voluit patrem solum obligatum esse. ex causa enim cognoscimus aliquem esse nuncium, vt quia vult dominum solum obligari: pro quo facit.l.fin.ff.quod iussu.&.l.fi.ff.de instito. item ex forma nunciandi, quia scilicet verba sunt concepta in persona mittentis.

III. Imp. ANTONINVS A. Artemoni.

ETiam si non mãdãte, neq; iubente, [a] neque subscribẽte [b] domina, pecuniam mutuam seruo Priscæ dedisti: tamen ea quãtitas si in rẽ dominę eius iustis erogationibus versa est, de in rẽ verso apud suũ iudicẽ eã cõueni: cõsecuturus secũdũ iuris formã id quod tibi deberi [c] apparuerit. Dat. III. Kalend. Iul. Læto & Cereale Conss.

*Nuncius seu merus minister ex contractu nullatenus obligatur. & vtrum sit nudus minister, cognoscitur ex causa & forma. Bald. Vel sic: Filius vt patris nuncius recipiens pecuniam patri debitam vel creditam, non obligatur. Salycetus.*

IIII. Idem A. Lucio.

SI ex contractu patris iussu eius mutuam pecuniam accepisti, [d] téq; ei⁹ hęreditate abstinentes: frustra vereris [e] ne à creditorib⁹ ei⁹ cõueniaris. Dat. V. Kal. Ianu. Messala & Sabino Cõss.

*Filiusfamilias potest fideiubere pro alio si sit ætatis legitimæ. Baldus. Et tenetur in solidum: pater vero de peculio tantum. Sal.*

V. Imp. ALEXANDER A. Asclepiadi.

NVlla res prohibet filios familias si pro aliis maiores vigintiquinque annis fideiusserint, actione [f] competenti aduersus eos teneri. Sed si duntaxat de peculio tecum [g] agatur: defensionibus si quæ tibi competunt, vtêris. PP. VI. Id. Decemb. Maximo. II. & Aeliano Conss.

c *Vereris.* qui non succedit, nõ tenetur: vt hic, &.ĩ.ar.tu.l.eum.

*NVlla.*]C ASVS. Si filius sami. maior. xxv. an. apud creditorem tuum pro te fideiusit: an teneatur, quæritur? Dicitur quòd sic.& hoc in prima. Et si cum patre de peculio agatur, vtetur filius defensionibus suis, sed quibus, non aperit.& hoc in secunda. Tu dic deducẽdo quod sibi debetur, vel aliis qui sunt in potestate. Aliter intelligitur hæc secunda pars, sed dic vt ĩ glos.

f *Actione.* ex stipulatu & in solidum dum est in potestate: vt.ff. de iud.l.tam ex contractibus.& de act.& obli.l.filiusfamilias ex omnib⁹.& de fideiusl.si dubitetur.§.filiusfamilias.& infra de fideiusl.filius.& in hoc differt à seruo, qui fideiubere non potest. Item differunt in compromisso. Item in iudicio: vt.ff.de pecul.l. iij.§. si seruus.&.§. sed si filius. Item in Macedoniano: vt insti. quod cum eo.§. j.&.§. penul. Item seruus ex ante gesto non tenetur, sed filius sic: vt.ff. de nego.gest.l. eum actum.& quod cum eo. per totum titu.

*Filiusfa. & seruus differũt in multis.*

g *Tecum.* ô pater. vteris quidem tu defensionibus deducendo quod tibi debetur, vel aliis qui sunt in potestate tua: vt.ff.de pecu.l.sed si damnũ.§. præterea. Item quia lapsus sit annus ab emancipatione filij: vt.ff. quando act. de pecu. est an.l.j.in prin. Vel dic, tecum ô fili, cum velis defendere patrem. Vel dic quòd conueneris vt hæres patris: & tunc his duobus modis eædem sunt defensiones, vt in primo casu. Vel dic quarto filium suo nomine conueniri. & dices de peculio, id est propter peculium, aut ex stipulatu. & dic defensionib⁹, scilicet consultis Macedo. Vel quia sibi inuicem aliquid debeatur.

*Seruus in præiudicium domini nõ trãsfert possessionem rei dominicæ: & de facto immissum dominus potest expellere. Bald.*

VI. Impp. VALERIAN. & GALLIENVS AA. & VALERIAN. Cæs. Matrono.

SI seruus tuus sine permissu tuo accepta pecunia mutua, in vsurarum vicem habitandi facultatem creditori cõcessit: nullo iure aduersari⁹ tuus hospitiũ [h] ex hac causa sibi vindicat, cum te serui factum non obligauerit: [i] & ingrediẽs [k] rem tuam, contra vim eius auctoritate competentis iudicis protegẽris. Dat. XII. Kalendas Iul. Aemiliano & Basso Conss.

*Ex contractu serui tenetur dominus actione de peculio, quæ post mortem serui vel eius statu mutato durat anno: & si aliquid est versum in vtilitatem domini, datur de in rem verso, quæ durat perpetuo. Ex contractu vero cum libero gesto non obligatur dominus, nisi pecunia in eius vtilitatem sit versa, vel ratum habuerit. Salycetus. Vel sic: Actio de peculio est perpetua quousque viuit seruus, & est in eiusdem potestate, licet sit prætoria, quia est rei persecutoria, nõ pœnalis: sed mortuo seruo, manumisso vel alienato, efficitur annalis à tẽpore mortis, manumissionis vel alienationis. Actio vero de in rem verso semper est perpetua, etiã post manumissionem vel alienationẽ. l. d. vsque ad. §. alioquin. secũdũ Pau. de cast.*

VII. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Crescenti.

EI qui seruo [l] alieno dat pecuniã mutuam, quãdiu supereſt seruus, [m] itẽ post mortẽ eius ĩtra annũ [n] de peculio ĩ dominũ cõpetere actionẽ: vel si in alienam dicitur inuadere: vt.ff. de vi & vi ar.l.j. §. vi possidere. Vel tertio dic quòd peculiaris erat, sed seruus noluit dominum possessione priuare: quod ex eo patet, quia ad habitandum tantum concesit: alias auferret: vt.d.l.peregre. Accursius.

k *Ingrediens.* scilicet tu.

*EI qui.*]C ASVS. Quantum duret actio de peculio & de in rem verso, intendit hæc lex dicere: & loquitur prima pars in seruo, secunda in libero. dicit ergo in hac parte generaliter quòd qui cum seruo alieno contraxit, quandiu supereſt seruus, vel post mortem eius intra annum, habet dominum obligatum de peculio. sed si in rem domini versum est, habet dominum perpetuo obligatum de in rem verso. Si vero seruus decesit, vel alienatus sit, vel manumissus, & annus nondum excesit: aduersus eum qui habet peculium, agere potest.& hoc in secunda. Si vero cum procuratore meo contraxisti, & fidem eius mutuando pecuniam secutus es, nullam aduersus me habebis act. nisi in rem meam versum sit, vel cõtractum factum cum eo ratum habuero.& hoc in tertia.

l *Ei qui seruo.* intentio huius.l. est ostendere quantum duret actio de peculio, & de in rem verso.

m *Supereſt seruus.* manens in eadem causa.& hoc nisi actio præscriptione aliqua communi tollatur.

n *Intra annum.* hoc si actio maiori tempore aliàs finienda esset: alioquin limitabitur suo tempore: puta seruo viuente steti per. xxix. annos & dimidium quòd non conueni dominũ, postea enim

BIU Cujas

enim non agam intra annum, sed intra sex menses tunc mortuo seruo. Item hoc verum est cum pura erat obligatio, alioquin cōtra: vt.ff. quando actio de pec. est an. l.j. §. annus. &. l. cum post.

a *Esse honorariam.* scilicet de in rem verso.

b *Quapropter.* quod dixit in genere, dicit in specie.

c *Aduersus eum.* scilicet qui habet peculiū, vt venditorem, qui habet precium peculij & serui. Et sic primo est cōueniendus, & postea ipse emptor: vt.ff. de pecu. l. si creditor. §. j. & l. si ex duobus. §. fi. & l. sequen. & l. hinc quæritur. §. penul.

d *Cum libero.* vt procuratore, vel negotiorum gestore alicuius, vel tutore, vel curatore. Non dicas possessō bona fide: quia tūc distingueretur, an in peculium, quod ad se, an quod ad bonę fidei possessorem pertinet, vertisset: vt.ff. de pec. l. j. §. fin. & l. ij. & l. hinc quę ritur. §. penult.

e *Et eius personā.* scilicet tātum secundum nos. [a] Alij dicunt, etiā domini contemplatione fecisti.

f *Ratum habuit.* his enim duobus casibus vtilis actio negotiorū gestorum habebit locum contra dominum secundum Guillelmū: vt infra de re. ali. non ali. l. j. & supra de rei vin. l. mater. non directa, quia non eius nomine dedisti: vt.ff. de nego. gest. l. si pupilli. §. sed si ego. Alij dicūt hic habere locum vtilem cōdictionem certi. & ad hoc quòd teneatur, supra de ꝓcur. l. si preciū. & supra ti. j. l. si mutuam. sed videtur etiam his duobus casibus dominum non teneri: vt supra si tut. vel cura. l. si creditor. & supra si cer. pe. l. cum qui. Sol. illa secundum istam. vel nō datur in dominū actio à principio, sed ex postfacto sic, rato habito, vel in rem eius verso, vt hic: quod in idem cum prima recidit. Sed quomodo potest haberi ratum, cum eius nomine non dederim? Respon. etsi ego non dedi eius nomine, ipse tamen accepit eius nomine: & ideo sua ratihabitione quæritur ei proprietas pecuniæ: vt.ff. de nego. gest. l. si ego. & sic tenetur: cum re ipsa quasi suum negotium videatur, facta tali versione: & per talem ratihabitionem: vt.ff. de nego. gest. l. si pupilli. §. item quæritur. Vel dic, secundum alios, quòd licet non egerim vt eum haberem obligatum, non tamen egi contrarium, scilicet vt non haberem eum obligatum. differunt enim hæc inter se. Et distingue circa hoc vt supra si cer. peta. l. eum qui pecuniam.

*Si mandator.* ]C ASVS. Si mandasti mihi vt contraherem cū filio tuo, vel iussu tuo contraxi: non solum in sortem, sed etiam in vsuras, si pro sorte & vsuris te obligasti, teneberis vt soluas, ad hoc vt pignora tua & tuo nomine obligata liberētur. & hoc in prima. Sed si tu pater pro filio tuo fideiussisti quando accipiebat pecuniam mutuo, indubitanter tu pater ex illa obligatione poteris conueniri vt fideiussor. & hoc in secunda.

rē domini versa sit hęc quantitas, post annū etiā esse honoraria [a] actionē nō est ambigui iuris. Quapropter [b] si quidē in rē domini pecunia versa est: hęredes ei⁹ cōuenire potes de ea sūma, quę ī rē ipsius ꝓcessit. Si vero hoc ꝓbari nō potuerit: cōsequēs est vt superstite quidē seruo dominū de peculio conuenias: vel si iam seruus rebus humanis exemptus est, vel distractus, seu manumissus, nec annus excessit, de peculio quondam aduersus eum [c] experiri possis.

*Supra locutus est imperator de contractu celebrato cum seruo alterius, an dominus ex illo teneatur, & qua actione, & vsque ad quantum. hic loquitur quādo cū libero homine gerēte negotiū alterius, & recipiente mutuum auctoritate illius cuius negotiū gerit: an dominus teneatur, & quando? Et respōdetur quòd si dans mutuum, nō habuit respectū ad dominū, sed ad illum cū quo contrahebat: ille solus tenetur, & nō dominus, nisi in duobus casibus: scilicet si pecunia fuisset in rem domini versa, vel si dominus habuisset ratum contractum. h.d. & reputatur singularis. Pau. de cast.*

Alioquin si cum libero [d] res eius agēte cuius precib⁹ meministi, contractū habuisti, & eius ꝓsonā [e] elegisti: peruides cōtra dominū nullā te habuisse actionē, nisi vel ī rē eius pecunia ꝓcessit, vel hūc contractum ratum habuit. [f] Dat. Non. Apri. Byzantij. AA. Conss.

*Pater tenetur in solidum ex contractu filii, quando mandauit vel iussit eum fieri, vel fideiussit pro eo. h.d. aliàs non tenetur nisi de peculio, vel de in rem verso, nisi filium præposuisset negotiationi quæstuariæ: quia tūc etiā in solidū exercitoria vel institoria tenetur: vt. ff. titu. i. p totū. Pau. de cast.*

VIII. Iidem AA. & CC. Diogeni.

SI mādator pro filio tuo extitisti, vel iussu tuo cum eo, quē in potestate tunc habuisti, cōtractū est: intelligis & sorti & vsuris te parere oportere, si te his omnibus obligasti: [g] vt res quę pignoris iure detinentur, [h] liberari possint. Quòd si fideiussor creditę pecunię interces sisti: teneri te ex ea obligatione [i] explorati iuris est. Dat. III. Kalend. Maij. CC. Conss.

*Filiusfamilias ex contractu licito tenetur in solidum: & liberatus à potestate per emancipationem, ex illo conuenitur solum, quatenus facere potest: & idē de morte patris, dummodo hæres non existat. Sal. Vel sic: Filiusfamilias ex licito cōtractu in solidum obligatur, & etiam cōuenitur viuēte patre, & durante paterna potestate: sed ea soluta nō tenetur nisi quatenꝰ facere potest, nisi sit hæres patris ī solidū, vel pro magna parte, quia tūc tenet ī solidū. Pau. de cast.*

IX. Iidem AA. & CC. Isidoro.

SI ex alio † cōtractu, nō ex illicita [k] mutui datione debitor extitisti, vel ꝙ patrē tuū in fidē suscepisti: [l] tā in patris possit⁹ potestate iure teneris, quàm etiā morte genitoris tui iuris effectus. Et si quidē patri hæres extitisti, [m] in solidū: alioquin in quātū facere potes secūdum edicti formam. [n] Sed & si per emācipationē tui iuris effectus es: similiter [o] cōueniri te posse, debes intelligere. Dat. VI. Id. April. Byzantij. CC. Conss.

*Habens liberam administrationem, potest alienare rem domini: non habens, non potest alienare. & quidem sciens rei vitium, non habet iustum possessionis initium. Baldus. Vel sic: Seruus habens liberam peculii administrationem, potest res peculiares alienare, & dominium trāsferre: aliàs secus: quia nec transfert dominium, nec vsucapiēdi cōditionem in scientem eius conditionem. h.d. Pau. de cast.*

X. Iidem AA. & CC. Aphrodiseo.

*Si liberam.* ]C ASVS. Si seruus tuus liberam habens peculij administrationem, equas quas habebat in peculio, cum fœtu vendidit: contractum reprobare non potes. & hoc in prima. Si vero seruus non habens liberam peculij administrationē, res aliquas peculiares distraxit: nec dominiū trāsfert, nec emētibus seruilē cōditionem non ignorantibus paratur causa vsucapiendi, si res fuit immobilis. & hoc in secunda. Emptor autem qui sciens res mobiles à seruo emit, furti tenetur. & hoc in tertia.

g *Obligasti.* subaudi, maxime. nam idem & si simpliciter acceptus sis: vt.ff. loca. l. quæro. in fi. j. respon.

h *Iure detinentur.* obligatæ scilicet tuæ, & tua voluntate: vt & infra man. l. si tibi. non autem videris permittere vt obliget, eo ipso quòd mandas mutuari ei: vt.ff. quod iussu. l. dominum.

i *Ex ea obligatione.* ex stipulatu, sicut extraneus teneretur. Est enim aliud iubere, & aliud fideiubere: vt.ff. quod iussu. l. j. §. quid ergo si fideiusserit. Et nota ī hac. l. tres casus quib⁹ pater tenetur in solidum: cum mandauit, & cum iussit, & cū fideiusit. vnde patet ꝙ aliud est cum mandauit alicui quòd cōtraheret cū filio, quo casu tenetur ei mandati: & quod iussu, si est in re dominica, sed in peculiari solū quod iussit: & aliud cum filio iusit, quia tunc tenetur quod iussu, nō mādati, siue in re peculiari, siue in dominica: tenetur etiā de in rē verso. Sed P. aliter dixit. cōtra eū tamē est, vt.ff. quod iussu. l. j. in prin.

*Pater ex filii cōtractu sæpe tenetur ī solidū.*

† *In scriptis exēp. hæc. l. si ex alio. & l. si mādator. inuen se sunt.*

*Si ex alio.* ]C ASVS. Filius tuus in potestate cōstitutus apud creditorem tuum fideiusit pro te, vel cum aliquo contraxit licite non accipiendo pecuniā mutuo contra Maced. non solum dū est in potestate, sed etiam si per mortem tuā sui iuris sit effectus, tenebitur pro rata. & si tibi hæres extitit, tenebitur in solidū: si nō, in quantum facere potest. idem si per emancipationē sui iuris sit effect⁹, vt scilicet cōueniri possit ī quātū &c.

k *Ex illicita.* hoc dicit ꝓpter Macedonianum, quia tunc nullo tēpore tenetur aliquo modo: vt. j. ti. ij. l. pen.

l *In fidē suscepisti.* fideiubēdo enim pro eo teneris, vt hic, & j. de fideiusso. l. filiusfamilias. & ff. de fideiuss. l. si dubitet. §. filiusfamilias. & ff. qui satisda. cog. l. fideiussor. §. & filiꝰ. & ecōtra pater ꝓ filio, & dominus ꝓ seruo: vt. j. l. ꝓxi. & ff. quod iussu. l. j. §. quid ergo. si autē soluisset pro patre, teneretur de ī rē verso pater mutuāti in hāc causam: vt.ff. de in rem verso. l. si pro patre. in prin.

*Filius prō patre, & pater pro filio fideiubere potest.*

m *Hæres extitisti.* vel bonorum possessor, vel ex Trebelliano. Et dic in parte non modica, scilicet ad minus in legitima: vt.ff. eo. l. ij. & l. iiij. in prin. & l. v. §. j.

n *Formam.* hoc priuilegium perdit filius variis ex causis: vt.ff. eo. l. iiij. §. j. & vsque in fi.

o *Similiter.* id est in quantum facere potes: vt supra proxi.

a *Si liberam.* ff.de pecul.l.procurator cui.
b *Liberam.* quæ specialiter est concedenda:vt.ff.de pec.l.quam Tuberonis.§. alia.
c *Rem dominicam.* id est peculiarem.aliàs frustra diceret de libera administratione.nam & hæc peculiaris est dominica.
d *Eo ignorante.* vel sciente,sed prohibéte.
e *Non habent.* quandoque trãsfert aliquis quod non habet,vt dixi isti.qb.ali.licet.§.j.
f *Scientibus.*scilicet nó habere liberam administrationé.sic sunt male fidei qui emunt.Ac.
g *Initium.*id est titulum vel causam vsucapiendi.sic ponitur infra de præscri.xxx. an.l.ij.
h *Vnde.*quia non habent iustum initium.
i *Præscriptionem.* scilicet in immobilibus.
k *Ideoque.* quia non ignorauerũt conditionem eorũ. Accursius.
l *Etiam furti.* vt pro rebus mobilib⁹: vt infra de fur.l.j.&.l. eos qui.nam pro immobilibus nó fit furtum: vt insti.de vsuca. §. quod autem.Sic ergo distingue: quia si contraho cum seruo habente liberam administrationé,& bona fide : quod iussu dominum cõuenio. rei quoque mihi traditæ dominium acquiro, vel vsucapiendi causam mihi paro : vt ff.quod iussu.l.j.§.si iussu.& in princ.huius.l. &.ff.de pig.act.l.si cõuenerit.ij.§. fi.&.ff.de rei vin.l.si quis hac. §. fi.& de acquir.pos.l.si seruus.si autem nó habeat liberam,dominiũ non quæro:vt in.ij.respõ.huius.l.&.ff. quod iussu.l. dominum.ago tamé de peculio: vt.ff. de pecu.l.si quis seruũ §.fi. [a] Et si procedas & quæras,an ementi causa vsucapiendi quæritur? hoc casu dico, si res incidit in vitium furti( quod est statim cũ seruus amouet furãdi animo , si est res dominica:vt.j.de ser.fugi.l.j.si vero peculiaris , cùm tradita est scienti vel ignoranti: vt.ff.de fur.l.iterdum.ij.§.si res) certe nõ vsucapitur: vt istit.de vsucapioni.§.furtiuæ.si autẽ non incidit, & emptor putat seruum habere ius distrahẽdi,& sic est bonę fidei:vt.ff.de verb.sig.l.bone fidei.vsucapit:vt.ff.de vsuc.l.si seruꝰ.

[a] *Intelligas istud in rebus peculiaribꝰ nõ traditis ad vẽdendũ,quoniã talesres ad vendendũ traditas potest alienare sine cõcessione libera.ꝑ quo facit.l.cum tabernã.cũ ibi no.ff.de pig.*

*Actio de peculio datur in quãtum est locupletatũ, & nõ in plus, in certis casibus.*

SI liberam [a] peculij administrationem habentes, equas de peculio cũ fœtu serui vẽdiderũt: reprobãdi cõtractũ dominus nullã habet facultatem. Quòd si nõ habẽtes liberã [b] peculij administrationẽ,rẽ dominicã [c] eo ignorãte [d] distraxerũt: neque dominium,quod nõ habẽt, [e] in aliũ transferre possunt: neq; conditionẽ eorũ seruilem sciẽtibus [f] emptorib⁹ possessionis iustũ afferunt initium. [g] vnde [h] non immerito nec lõgi tẽporis præscriptionem [i] huiusmodi possessoribus ꝑdesse manifestum est. ideoque [k] res mobiles emẽtes à seruo, etiam furti [l] actione tenentꝰ.Dat.V.Non. Octob.Sirmij.CC.Conss.

*Ex cõtractu facto cũ seruo vel ancillæ impubere,nõ tenetur dominus simpliciter de peculio,sed eatenus quatenus peculiũ est locupletatũ.h.d.secũdũ intellectũ gloſ.& doct. regulariter autẽ actio de peculio datur cõtra dominũ vsque ad vires peculii , etiã si ex tali cõtractu peculiũ nõ fuerit in aliquo locupletatum,quia in peculium nõ est versum ex illo contractu.h.d.Paul.de cast.*

XI. Iidem AA.& C C.Attalo.

CVm ancilla [m] contrahenti (quam iure [n] non obligari posse cõstat) aduersus dominũ in quãtũ locupletius [o] eiꝰ peculium factum est, ea superstite, ac post mortem eius intra vtilem [p] annum dãdam actionem non ambigitur. Dat. prid.Kalend.Decemb.CC.Conss.

*Dominus per seruum non obligatur de iure ciuili: subtilitate tamen ex edicto prætoris tenetur de peculio & de in rem verso. h.d.tex.secundum Bald.Vel sic : Actio de peculio datur deducto eo quod domino debetur à seruo.h.d.Paulus de castro.*

XII. Iidem AA.& C C.Victori.

DOminũ per seruum obligari nõ posse, [q] ac tantũ de peculio(deducto scilicet quod naturaliter seruus domino debet) [r] eiꝰ creditoribꝰ dari actionẽ:vel si quid in rẽ eius versum ꝓbetur, de in rẽ verso : edicto ꝓpetuo declaratur. Dat. XIII. Kalẽ.Febr.Sirmij. CC.Conss.

*Literæ commendatitiæ & familiares nõ censentur emissæ animo obligandi,sed simpliciter commendandi.h.d.no.secũdũ Bal. Vel sic:Si pecunia mutuatur seruo sine speciali iussu domini , dominus non tenetur quod iussu, sed tantum de peculio : de quo primo deducitur quod debetur domino.nec literæ commendatitiæ obligant commendantem: ideo consulitur contrahenti cum seruo, vt accipiat fideiussorem,ne sibi debitum reperiatur inane. Salycetus.*

XIII. Impp. HONOR. & THEOD.AA.Ioanni præfecto prætorio.

DOminos ita cõstringi manifestũ est actione prætoria,quę appellatur *Quod iussu*,si certã [f] numerari [t] præceperint [u] seruo [x] actoríve pecuniã. ꝟ Igitẽ hacĩ perpetuũ edictali lege sancimꝰ,vt qui seruo, [y] colono,cõductori , ꝓcuratori, [z] actoríve possessionis, pecuniã mutuam dat: sciat dominos possessionũ cultoréſve [a] terrarũ obligari nõ posse. [b] Neq; familiares epistolas, quibꝰ homines plerũq; cõmẽdãt absentem, [c] in id trahere cõuenit,vt pecuniã quã rogatꝰ nõ fuerat,ĩpendisse pro prędiis mẽtiatur: [d] cũ nisi ſpecialiter [e] ꝓ *Vtilem.*nisi cõmunis præscriptio obstet:vt dixi.ſ.eo.l.ci qui.

*Dominum.*]CASVS. Si seruus tuus se mihi obligauit,an tu mihi per seruum tuum obligeris, quæritur? Respon,quòd dominus per seruum obligari nõ potest.verumtamen habeo aduersus te act.de peculio si nihil est versum in rem tuam.sed primo antequam creditoribus detur actio , deducetur id quod seruꝰ tuus debuit tibi.si autẽ ĩ rẽ tuã fuerit versum, perpetuo de ĩ rẽ verso dabitur cõtra te actio.

q *Non posse.* scilicet iure ciuili,sed prætorio sic ex ea causa ex qua seruus ciuiliter teneretur si esset liber vt.ff.de pecu.l.non solum.§. fin.

r *Domino debet.* Item his qui sunt ĩ eius potestate,vel quorum tutelam vel curam gerit vt.ff.de pec.l.sed si dãnũ.§.j. aliàs.l. peculiũ cute deducto.& de tribu.l.j.in pri.Item pro socio:vt.ff.de pecu.l.si noxali.§.fi.&.l.seq.ſecus in quibusdã aliis qui videtur socij, quia vnus cõuentus nõ deducit alij debitũ: vt.ff. de pecu.l.sed ĩ emptore.&.l.seq.Ité cũ agitur de peculio,nó existimatur seruus in sui peculio : vt.ff.de pecul. depositi. §. Stichus.

*Dominos.*]CASVS.Si seruo tuo colono mutuaui.x.nec iusſisti ꝙ ei mutuarẽ: an habeam te obligatum quod iussu,quæritur?Respon.quòd nó, vnde à seruo fideiussorẽ accipere debeo. & licet non detur in prędictis casibꝰ quod iussu:dabitur tamen vtilis & efficax de peculio.

f *Si certam.* idẽ si incertam, secũdum Bul.

t *Numerari.* vel aliter contrahi : vt.ff.ad Vell.l.si domina.

u *Præceperint.* generaliter vel specialiter.vel mandauerint, vel subscripſerint , vel ratum habuerint . ff. quod iussu.l. j. &.l. dominum.

x *Seruo.* non castaldioni.actor est castaldio domini.

y *Vt qui seruo.* generale est : sequentia sunt specialia:& omnia in seruis. Dic ergo colono suo & conductori,scilicet seruo,qui conducebat & laborabat prædia ad opus domini.

z *Procuratori.* ad vnum negotium : actor ad omnia.

a *Cultoréſve.* id est dominos per alios colentes : vel non obligatur vllo modo dominus secundum quosdam : nec seruus ciuiliter, sed naturaliter sic.

b *Non posse.* etiam de peculio secundum Io.quod non placet: vt in fi.huius.l.&.ff.de pecu.l.si quis seruum.§. etiam.& hic dicas non posse, scilicet quod iussu.

c *Absentem.* scilicet seruum.

d *Mentiatur.* vt sic ei reddatur.non ergo huiusmodi epistolæ ei præiudicant: vt hic,&.ff.manda.l.si vero non remunerandi.§. cum quidam.& infra de libe.causa.l.iubemus . & de fideicom. lib.l.ex verbo.& supra de proba.l.non epistolis.

e *Specialiter.*i.expressim, sicut exponitur secũdũ Azo.ſ.de negg. gest.l.negotiũ.nã generalis iussus sufficit:vt.ff.qđ iussu.l.j.ſ.j.licet quidã contra per hoc verbũ,specialiter.Ité ꝓ hoc quod.ſ.de actore & ꝓcuratore generali & speciali dicit, & per hoc quod dicit,

dicit, non ági quod iussu: collige quòd generale mandatum de gerendo negotio, non præiudicat domino vt teneatur quod iussit nisi & liberam concedat administrationem, vt & in procuratore dicim⁹: vt.ff.de procur.l.procurator cui generaliter libera. vel nisi dicat, quodcúque voles, &c. vt.ff.quod iussu.l.j.§.iussum.

a *Teneri non possit.* quod iussu.

b *Multari.* ſ. quo ad actionem quod iussu.

c *Creditores.* No. puniuntur in hoc quòd amittunt pecuniam sic concessam.

d *Credita pecunia.* nã illi tenerentur: vt insti. de fideiuſ.§.j.

e *Vt si liber à rationibus.* vt quia deducto eo quod domino debetur, aliquid supereſt de peculio suo, & postquá reddiderit rationé domino de omnibus quæ gesit. Alij etiam fatuè dicũt hoc casu seruum de peculio cóuenire, quando liber est à ratiociniis.

f *Vtilis.* id est efficax. Alij dicunt ideo vtilé, quia tépore mutui crebatur peculium, cũ non erat: quia nõ erat à domino concessum. quod nõ placet. Et no. quòd quidã habẽt hic aliam.l. quæ incipit, si quis cum filio. quę hic esse non debet.

*PER QVAS personas, &c.*

*Dixit qualiter per alios obligemur: nunc qualiter lucremur.*

*Excepta.* ]CASVS. Certum est q̃ per liberam personam, quę nõ est iuri nostro subiecta, nihil nobis acquiritur: causa tamen possessionis nobis acquiritur per procur. & hoc in prima. Si vero procurator meus prædium meum vendidit Titio, & pactum inter eos factum est, subsecuta stipulatione, vt si precium sua die non solueretur, inemptum esset, & liceret mihi rem vindicare: an possim agere ex pacto quod interposuit procur. meus cum Titio, quæritur? Dicitur quòd non: nec habeo ratione pacti seu stipulationis vindicationem prędij, si in eodem statu est quo fuit antequam esset venditio. & hoc in secunda. An autem seruus meus per traditionem mihi acquirere possit, quæritur? Respon. quòd sic. & hoc in tertia.

SI vxor pro marito cōtra senatusconsultū intercessura, te rogauit mādatorio nomine, vt pro ea tuam fidem obstringeres: initio contractus per exceptionis auxilium obligationi tuæ adhæsit securitas, [p] qua conuētus defēdi potes. PP. XVIII. Kal. Iun. Sirmij. CC. Conss.

*Muliere subducta, datur in antiquum debitorem rescissoria. Bald. Vel sic: Si mulier alienam obligationem in se transtulit animo nouandi: creditori contra debitorem restituitur vtilis actio prima: sicut supra eo. l. si paternam. in fi. Pau. de cast.*

XVI. Iidem AA. & CC. Rufino.

SI mulier alienam suscepit [q] obligationē: cū ei per exceptionem Velleiani senatusconsulti succurratur, creditori cōtra priores debitores rescissoria [r] actio datur. PP. XVII. Kal. Feb. Sirmij. CC. Conss.

*Si nomē vxoris simulatè est appositū in instrumēto loco viri: obligatio est ipso iure nulla ratione simulationis: vnde nō est hic locus exceptioni Velleiani, sed nullitati ipso iure. Baldus.*

XVII. Iidē AA. & CC. Alexā. & aliis.

SI cum pater vester à Callistrato mutuā sumpsisset pecuniam, velut hāc eius vxor accepisset, instrumentū cōscriptū est: nec ad exceptionis tractatū ex senatusconsulto venientem

*Mulierem.] CASVS.* Mulier fideiubens pro alio non tenetur. an autē fideiussor eius, si primo fideiussit, & de illa fideiussione fideiussorē dedit, teneat, quæritur? Rñ. ꝙ non. sed si ei successit pro quo intercessit, non iuuatur.

l *Posse intercedere.* cum effectu.

m *Fideiussorem.* etiā si animo donandi intercesserit: vt. ff. eo. l. si mulier. iij. §. si ab ea. Acc.

n *Marito.* pro quo intercessit.

o *Non extitit.* si autē extitit, aut intercesserat sic à principio, vel ex post facto, ꝙ principaliter tenebatur: & tunc tenetur, & exceptionem amittit: vt. ff. de sol. l. Stichū. §. aditio. aut accessoriè, & tūc tollit accessoria, & remanet principalis: vt ff. de fideiuss. l. generaliter. in prin.

*SI vxor.] CASVS.* Mulier volebat intercedere ꝓ marito suo. creditore nolēte eam recipere, mādauit Titio vt pro ea fideiuberet: & fideiussit. an teneat, q̄ritur? Dicitur ꝙ nō: sed ei cōuēto dabitur exceptio Vell.

p *Securitas.* vt. ff. e. l. si mulier. iij. §. fi. & l. si fideiussores.

*SI mulier.] CASVS.* Tenetur mihi Titius in. x. animo nouādi accepi mulierē q̄ in se recepit obligationē: an iuuetur ꝓ senatusc? Dicitur ꝙ sic. sed an in veterem debitorē mihi detur actio, quæritur? Dicitur ꝙ sic.

q *Suscepit.* animo nouandi, vel ab initio: vt. ff. eo. l. senatusconsulti.

r *Rescissoria actio.* i. restitutoria datur: quæ scilicet prius dabatur. Vel institoria. i. quæ erat dāda: vt & ff. e. l. quis. §. quotiens. & §. si mulieri hæres. & §. si cum essem. & hoc verū est etiā si creditor sciuit mulierē nō teneri: nō tamen eam decepit: vt. ff. e. l. quidam. & de fideiuss. l. si Titius. Itē est verū etiā sub cōditione ea obligata. nā etiā interim hac actione agitur: vt. ff. e. l. aliquando. §. fi.

*SI cum.] CASVS.* Callistratus accepit pecuniam mutuo, & inde

a *Etiam.* dubitatio huius. l. fuit, quia omnia bona viri mulier tacite obligata tenet. ADDITIO. Et intelligas hanc. l. & l. iubemus. j. eod. in muliere sui iuris. secus vero si esset filiafa. quia tunc nō faceret præiudiciū patri, nec sibi, donec fuerit in potestate. ita dicit Alexan. de Imo. in addi. suis ad Bartol. in d. l. iubem[a]. pro quo allegat notata in. l. ij. §. ꝙ si in patris. ff. solu. ma. Secūdo intelligas & hanc, & l. iubemus. quādo maritus in aliis reb[9] remanet soluēdo. aliàs secus, vt latius per Bart. in d. l. iubemus.

b *Hypothecarum.* exceptis his quę specialiter ob dotem obligantur, secundū quosdam.

c *Remitti.* duabus rationibus videbatur cōtra, & propter Velleianum quo succurritur mulierib[5], sicut si rem suā obligant pro alio, sed tamē hic secus est: vt. ff. eo. l. quanuis. in prin. & propter donationē quæ fit inter virum & vxorem. sed nec hoc nocet: quia nō dicit donatio: vt hic, & ff. quib. mo. pig. vel hypo. solu. l. j. & l. Luci[9]. & ff. quæ in frau. credi. l. si pign[9]. & de leg. iij. l. iij. §. fi. Et loquit hęc. l. quando remissio fit viro generaliter. nā quādo fit alij contrahenti cū viro, vel in re vna, vel certis, loquitur. j. eo. l. iubemus.

*SI dotare.] CASVS.* Si mulier pro filia sua genero suo dotem constituit, & pro ea res suas obligauit: an iuuetur per senatusconsul. Vell. quæritur? Respon. quòd non. & hoc respondent iurisperiti.

d *Volens.* ô mater.

e *Causam.* scilicet dotis.

f *Putauerunt.* fauore dotis est hic speciale: vt. j. eo. l. generaliter. & ff. de cōdic. inde. l. cum his. §. penul. similiter sunt & alij casus in quibus cessat Velleianū: vt dices. j. eo. l. generaliter.

*SI fœnebris.] CASVS.* Mulier accepit pecuniam mutuam, vt eā daret viro sciente creditore: an iuuatur beneficio, quæritur? Dicirur ꝙ non.

g *Fidem veri.* i. ipsa rei veritate, non in fraudem accipientis.

h *Tota quantitas.* i. tota quantitas quæ fœnori data fuit.

i *Patrum.* id est senatorum, sed iure ciuili quo impediuntur donationes inter virum & vxorem, iuuaris inquantum tu pauperior, & ipse est locupletior: vt. ff. de dona. inter virum & vxo. l. j. & l. si sponsus. §. circa.

k *Ignorauerit.* immo videtur eam iuuari, si creditor sciuit: vt. ff. eo. l. Seia. §. fin. quæ est contra. Solu. hic sciuit eam accipere vt marito donaret: ibi vt se vel rem suam pro viro obligatam liberaret. Item secus vbi daret marito, cum mulierem mandasse pro alio sciret. nam tunc iuuatur! vt & arg. contra. ff. eo. l. fi. §. si mulier ne ipsa. & l. si fideiussores. & l. quanquā. Vel dic ꝙ in. l. Seia. eo anio accepit ab initio, vt soluat ī causam mariti: hic non: sed postea mutauit voluntatem secūdū M. vel refert ibi scientiā ad illā intercessionem quam fecit patiendo virum obligare rem suā, quæ est intercessio: vt. §. eo. l. si sine. hic autem ad mutuum factū mulieri. Vel ibi fuit fraus facta senatusconsulto: quia cum fideiuberet ꝓ marito, creditor maluit mulieri dare pecuniā: vt. ff. eo. l. quanuis. §. si cum essem. & l. quidā. hic nō fuit hæc fraus.

l *Posse intercedere.* cum effectu.

m *Fideiussorem.* etiā si animo donandi interceserit: vt. ff. eo. l. si mulier. iij. §. si ab ea. Acc.

n *Marito.* pro quo interceſit.

o *Non extitit.* si autē extitit, aut interceſserat sic à principio, vel ex post facto, ꝙ principaliter tenebatur: & tunc tenetur, & exceptionem amittit: vt. ff. de sol. l. Stichū. §. aditio. aut accessoriè, & tūc tollit accessoria, & remanet principalis: vt ff. de fideiuss. l. generaliter. in prin.

*SI vxor.] CASVS.* Mulier volebat intercedere ꝓ marito suo. creditore nolēte eam recipere, mādauit Titio vt pro ea fideiuberet: & fideiussit. an teneat, q̄ritur? Dicitur ꝙ nō: sed ei cōuēto dabitur exceptio Vell.

p *Securitas.* vt. ff. e. l. si mulier. iij. §. fi. & l. si fideiussores.

*SI mulier.] CASVS.* Tenetur mihi Titius in. x. animo nouādi accepi mulierē q̄ in se recepit obligationē: an iuuetur ꝓ senatusc? Dicitur ꝙ sic. sed an in veterem debitorē mihi detur actio, quæritur? Dicitur ꝙ sic.

q *Suscepit.* animo nouandi, vel ab initio: vt. §. eo. l. senatusconsulti.

r *Rescissoria actio.* i. restitutoria datur: quæ scilicet prius dabatur. Vel institoria. i. quæ erat dāda: vt & ff. e. l. quis. §. quotiens. & §. si mulieri hæres. & §. si cum essem. & hoc verū est etiā si creditor sciuit mulierē nō teneri: nō tamen eam decepit: vt. ff. e. l. quidam. & de fideiuss. l. si Titius. Itē est verū etiā sub cōditione ea obligata. nā etiā interim hac actione agitur: vt. ff. e. l. aliquando. §. fi.

*SI cum.] CASVS.* Callistratus accepit pecuniam mutuo, & inde

BIU Cujas

& inde factum est instrumentum, quòd vxor sua non ipse accepit mutuam pecuniam: an mulier iuuetur? Respon. quòd cessante exceptione Velle. magis respiciendum est quod actum est, quàm quod scriptum est: & ita vir tenetur: vxor vero non tenebitur.

a *Eam.* scilicet vxorem, que ipso iure tuta est: quia nó est recurrendũ ad extraordinarium iudicium: vt. ff. de minor. l. in causæ. ij. in princip.

† *aliàs, potior, quam &c.*

b *Simulata.* vt &. ś. pl⁹ vale. quod agitur &c. l. j. & l. acta. & l. si quis.

*Foeminis.*] *CASVS.* Si mulier animo nouandi trãsferat in se obligationé quatenus Titius tenebatur Seio: sibi succurritur, nisi Seiũ decepisset. quo casu si ipsa excipiat de Velleiano, replicabit Seius de dolo.

c *Veteres.* per nouationem transferẽdo in se veteré obligationé, vel suscipiẽdo iudiciũ, vel patiendo se delegari: vt. ff. de nona. l. delegare. j. & ff. de solu. l. solutionem. vel die veteres fideiubendo, constituendo, vel etiam mandando: vt. ff. manda. l. si vero non remunerãdi. §. si post creditam. Itẽ quod subiicit, nouas, puta cum erat contracturus cum alio, creditor elegit mulierem in fraudem senatuscõsul. vt. j. l. prox. & in primo casu datur restitutoria: in secundo institoria: id est actio quæ in creditoré dabatur, vel erat dãda: vt. ff. eo. l. quãuis. §. si cũ essem. &. §. quotiens.

d *Nisi creditor.* vt & ff. eod. l. ij. & de regul. iur. l. in eo quod plus. §. fina. & de except. do. l. apud Celsum. §. Marcellus. in fi. §. vel nisi similis sit casus, vt dices j. eod. l. fina.

*Deceptis subueniendum est.*

e *Deceptus sit.* quia deceptis & non decipientibus iura subueniunt: vt. ff. eod. l. ij. Sed & si vterque sciuit, non dico cessare senatusconsul. vt quidam dicunt: quia nõ videtur celatus &c. vt. ff. de act. empt. l. j. §. fina. H.

*Cum ad eas.*] *CASVS.* Si fideiubeat mulier etiã quando per calliditatem creditoris obligat se, non tenetur. verbi gratia, creditor alicui masculo pecuniam mutuare proponebat, & fœmina pro masculo debebat intercedere. postea noluit eam accipere pro fideiussore, sed fecit quòd mulier constituit se ream & principalem debitricem, quanuis alius pecuniam reciperet. an iuuetur, quæritur? Dicitur quòd sic.

f *Etiam obligationes.* non solum ad eas quando intercedit in veterem: vt. ś. eod. l. senatus.

g *Perpetuo.* id est generali.

h *Defendi potes.* scilicet tu mulier: vt. ff. eod. l. quanuis. aliàs. l. non putant. §. si cum essem. Accur.

peruenire necesse est: cũ eam a veritatis substantia constituta potius † quàm simulata b gesta tueatur. III. Id. Mart. CC. Conss.

*Mulieri creditorem decipienti non datur exceptio Velleiani. Paul. de cast.*

XVIII. Iidem AA. & CC. Zotico.

Foeminis alienas vel veteres c vel nouas obligationes aliqua ratione suscipientibus subuenitur: nisi d creditor aliqua ratione per mulierem deceptus sit. e nam tunc replicatione doli, senatusconsulti exceptionem remoueri, constitutum est. Dat. V. Id. Nouembr. Antiochiæ. CC. Conss.

*Mulier etiam si in eius persona obligatio sumat exordium, iuuatur beneficio Velleiani. Bald. Vel sic: Mulier iuuatur Velleiano, si creditor potius eligat cum ea contrahere, quàm cum masculo. Salyc.*

XIX. Iidem AA. & CC. Faustinæ.

Cum ad eas etiam obligationes, f quæ ex mulieris persona calliditate creditoris sumpserunt primordium, decretum patrum quod de intercessione fœminarum factũ est, pertinere edicto ꝑpetuo g declaratur: si tamen creditor qui contrahere cum alio proposuerat, mulieris personã elegit: exceptione cõtra petitores secundum ea quæ asseueras, defendi potes. h Dat. XVIII. Kal. Ian. Nicomediæ. CC. Conss.

*Exceptio Velleiani trãsmittitur ad hæredem. Bald. & Salyc.*

XX. Iidem AA. & CC. Theodotiano.

Haeredes quoque mulieris aduersus creditores eadẽ exceptione quæ ex senatusconsulto introducta est, vti posse dubium i non est. k Dat. IX. Kalend. Ianua. ipsis. CC. Conss.

*Generalis renuntiatio restringitur ad cõtractum super quo interponitur. Baldus.*

XXI. Imp. ANASTASIVS. A. Celeri magistro officiorum.

Haeredes.] *CASVS.* Non solum mulier si intercesit iuuatur, sed & eius hæredes.

i *Dubium.* apud sapientes.

k *Dubium non est.* & ideo restitutoria datur similiter in hęredes: vt. ff. eo. l. hæ actiones. sed videtur exceptionem non dari hęredi, cum persona facit locũ beneficio: vt. ff. de reg. iur. l. in omnib⁹. iij. sed hoc speciale. Vel aliter a hoc non est speciale, quia istud beneficiũ est reale: & ideo transfertur cum re. & quòd reale sit reale, dicit. l. ff. de excep. l. exceptiones. ij. † *Celsus.*

Ivbemus licere mulieribus & pro vno contractu, vel certis contractibus, seu pro vna vel certis personis l seu rebus, iuri hypothecarum sibi competenti per consensum proprium renunciare: † quódq; ita gestum sit, hac auctoritate nostra firmum illibatumq; custodiri: m ita tamen, vt & si generaliter tali renunciatione pro vno (vt dictum est) contractu, seu certis contractibus, vel ad vnam, vel ad certas res seu personas consensum proprium accommodantes viæ sunt, vel fuerint: eadem renunciatio ad illos contractus & illas res seu personas quibus consensum suum proprium accommodauerunt vel accõmodauerint, coartetur: n nec aliis quibusdam contractibus, quibus minimè mulieres consenserunt vel cõsenserint, prætendentibus o eam opponendi licentia præbeatur: His scilicet omnibus quæ in præsenti per hanc consultissimam legem statuimus, ad præteritos nihilo minus cõtractus pro negociis & cõtrouersiis necdum transactionibus, vel definitiuis sententiis, seu alio legitimo modo sopitis, locum habituris. Dat. Kalen. April. Anatolio & Agapito Conss.

IN AVTHEN. vt immobilia antenup. dona. §. si quis igitur. coll. v. const. xiiij.

*Alienationi siue obligationi rei donatæ propter nuptias mulier consentire non potest nisi certa forma hic expressa, & in casu quo dos est salua futura, non obstante eon sensu vel renuntiatione. hoc primo. In dote autem non solum est dicta prohibitio. sed maior: quia si valeret renunciatio, dos esset peritura. & hoc in re immobili. Tertio dicitur, quòd per hanc authen. non derogatur priuilegiis dotis: quia venit ad priuilegia amplianda, non minuenda. Salyc.*

Siue à me, † siue ab alio pro me fiat donatio p propter cum persona facit locũ beneficio: vt. ff. de reg. iur. l. in omnib⁹. iij. sed hoc speciale. Vel aliter a hoc non est speciale, quia istud beneficiũ est reale: & ideo transfertur cum re. & quòd reale sit reale, dicit. l. ff. de excep. l. exceptiones. ij. † *Celsus.*

*Ivbemus.*] *CASVS.* i. Certũ est quòd mulier habet omnia bona mariti tacite obligata pro dote sua. pone ergo quòd aliquis vult contrahere cum marito alicui⁹ mulieris, sed dubitat cõtrahere, quia sunt omnia bona sua tacite obligata mulieri. an ipsa possit renunciare iuri hypothecæ vel pignoris, quæritur? Respond. quòd sic. sed tamen si renunciauit in vno cõtractu vel duobus etiam verbis generalibus, non debet hæc renunciatio trahi ad alias personas, nec ad alias res vel alios contractus, nisi de quibus actum est. & hæc quæ dicta sunt, locum habent in cõtractibus futuris & prætertis nondum sopitis.

l *Certis personis.* contrahentibus cum viro.

m *Custodiri.* vt & habes. ś. eo. l. etiam.

n *Coartetur.* arg. contra generalitatem, vt non trahatur nisi ad ea specialia de quibus est cogitatũ: vt. ff. de transac. l. cum Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. & ś. de transact. l. si de certa. & ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solui. l. Paulus. in princip.

o *Prætendentibus.* scilicet contrahentibus.

*Siue.*] *CASVS.* Lex antiqua dicit qualiter mulieri præiudicatur si renunciet iuri hypothe. quod habet in rebus mariti. hęc authent. addit quòd aliquando præiudicat sibi de dominio alicuius rei sibi donatæ. pone quòd ego vel alius pro me dedit nomine sponsaliorũ sponsæ meæ fundum: quæritur an illud prędium possim alienare? Dicitur quòd non, etsi mulier consentiat: quia si alieno, habebit rei vindi. soluto matrimonio, vel me ad inopiam vergente. Si vero mulier post biennium consentit alienationi quam habet ratam, sibi præiudicat, si habeam alias res ex quibus satisfiat ei pro prædio illo. si non habeam, non præiudicatur ei: ego autem obligor illis qui mecum contrahunt. hoc in donatione: non ita in dote. ideo enim priuilegia dotis manent integra: quia dos alienari non potest. Viuianus.

p *Donatio.* supple, & pactum de ea lucranda. aliàs male diceret statim

statim ita dari mulieri rei vindicationem soluto matrimonio, cum deberet redire ad virum, vt dos ad mulierem: vt. j. de pact. conuen. authen. æqualitas.

a *Immobile.* in rebus vxoris mobilibus stabo iuri veteri.

b *Neque obligare.* cum mulieri est obligatũ pro dote: vel verius, imò est eius dominiũ, sicut dotis dominiũ est viri: & ideo dabit statim actionem in rem.

*Donatio propter nuptias est in dominio vxoris.*

c *In rem actionem.* quę datur iure dominij. vel posset dici hypothecaria: prima placet.

*Sponsalitia largitas quæ dicatur.*

d *In sponsalitia.* id est in donatione propter nuptias, sicut patet in authen. vt spon. larg. l. specialis &c. colla. ix. proprie autẽ dicitur ea quæ fit ante matrimonium, quæ valet sicut quælibet simplex donatio: vt &. ſ. ſi aduer. dona. l. j. Accursius.

e *His.* i. nisi hæc duo sint, scilicet q̃ sint aliæ res, & secundus consensus: vt. j. eo. l. si mulier.

f *Et multo magis.* hæc referũt quidam ad omnia prædicta. & sic etiã dos poterit alienari inæstimata, secũdum hũc modum: quod non placet: quia male diceret, & multo potiꝰ &c. Dic ergo secundum Ioan. vt referatur ad id tantũ quod dixit de prohibenda alienatione, non ad id quod de permittenda. in dote ergo & similies cõsentiat, & post tempora, non præiudicat sibi: vt institu. qui. ali. licet. in princ. Alij dicunt, vt Iac. q̃ loquitur hæc clausula de rebus immobilibus datis in dotem æstimatis: quę licet possunt quantum ad proprietatẽ alienari, quia maritus est dominus rei dotalis: remanent tamẽ obligatę mulieri. Vel intelligitur de rebus mobilibus datis in dotem inæstimatis, quę seruari possunt: vt seruus. aliud in his quę non possunt seruari quæ sine huiusmodi solẽnitate alienantur: vt ff. de iure dot. l. res in dotem datæ.

*Res aestimatæ.*

g *Immobile.* hoc verbũ non est in corpore.

h *Pro ea.* & ea viuente. si autem esset mortua, hæc priuilegia non transirent ad extraneos hæredes, sed ad suos: vt. ff. solu. matri. l. etiam. &. j. de priui. leg. do. l. vna. &. j. qui potio. in pign. ha. l. vlti. & in cor. vnde hæc sumitur, in fin.

*Si mulier.* ] CASVS. Mulier. xxv. an. fideiusit pro me: postea intra biennium confirmauit suam fideiussionem, quia dedit creditori aliquod pignus: vel fecit instrumentum: quæritur, an per talem consensum sibi præiudicet? Dicitur quòd non. Sed si post biennium dedisset creditori, bene teneretur.

i *Perfectæ ætatis.* xxv. an. vt. ſ. de his qui ve. æta. l. fi.

k *Vel cautionem.* nomine cautionis intelligitur nuda promissio. j. de verb. signi. l. sancimus.

nuptias: quod ea ex causa est immobile, [a] neque alienare valeo, neque [b] obligare: in hoc ergo contractu mulieris consensus nihil proficit quo minꝰ demus mulieri in rem actionem [c] in sponsalitia [d] largitate soluto matrimonio: nisi & secũdò post biẽnium profiteatur, & aliæ res viro sint, ex quibus ei consuli possit. Absque his [e] enim neq; si frequenter consentiat, lædetur: vir tamen obligabitur in aliis rebus suis huius obligationis seu alienationis occasione, quæ quãtum ad mulierem pro non dicta & pro non scripta habetur. & multo magis [f] idem in dotibus locum habet, vt non aliquid immobile [g] pro ea [h] alienetur vel obligetur: omnibus tamen priuilegiis doti datis, in sua firmitate durantibus, siue agat mulier, siue nomine eius alius.

*Secunda intercessio mulieris post biennium facta, aufert mulieri beneficium Velleiani. Bald. & Salyc.*

XXII. Imp. IVSTINIANVS. A. Iuliano præfec. præt.

SI mulier perfectæ ætatis [i] cõstituta, post intercessionem vel cautionem [k] conscripserit, vel pignus aut intercessorem præstiterit: sancimus antiqua legum varietate cessante, si quidem intra biennale iuge tempus post priorem cautionẽ numerandum, pro eadem causa fecerit cautionẽ, vel pignus aut intercessorem dederit: nihil sibi præiudicare quòd adhuc ex consequentia suæ fragilitatis in secũdam iacturam inciderit. [l] Sin autem post biennium hæc fecerit: sibi imputet, si quod sæpius cogitare poterat & euitare, non fecit, sed vltro firmauit. Videtur etenim ex huiusmodi temporis prolixitate non pro aliena obligatione se illigare, sed pro sua causa aliquid agere: & tam ex secunda cautione [m] sese obnoxiam facere inquantum hoc fecit, quàm pignus aut intercessorem vtiliter dare.

IN AVTHEN.

vt nulli iu. lic. ha. loci serua. ſ. & illud. colla. ix. consti. ix.

*Mulier consentiens obligationi viri, vel se aut rem suam obligans, ipso iure sibi non præiudicat, nisi quatenus probetur in rem eius versum. Baldus.*

SIqua mulier crediti instrumento consentiat proprio viro, aut scribat, & propriã substãtiam, aut seipsam obligatam faciat: iubemꝰ hoc nullatenus [n] valere: siue semel, siue multoties huiusmodi aliquid pro eadem re fiat: siue priuatum, siue publicum sit debitum: sed ita esse, ac si neque factum quicquam, neque scriptum esset: nisi manifestè probetur, quòd pecuniæ in propriam ipsius mulieris vtilitatem expensæ sint.

*Mulier fideiubens non gratis, sed aliquo recepto, non iuuatur beneficio Velleiani, sed efficaciter obligatur: quia non videtur intercessisse ex leuitate vel fragilitate sexus, sed pro præmio consequendo. hoc dicit primo. Et si hoc contineatur in instrumento publico subscripto à tribus testibus, statur suæ confessioni absque alia probatione. aliquo autem istorum deficiente, non excluditur à beneficio Velleiani, nisi efficaciter ꝓbetur quòd precium vel præmium receperit aliter quàm per eius confessionem. hoc dicit secundo. Et eo casu quo precium recepe vit, & sic excluditur à beneficio Velleiani, si intercessit transferẽdo in se obligationem animo nouandi, & sic est facta nouatio: quatenus tamen mulier non est soluendo, restituitur actio in pristinum debitorem. hoc tertio. Item quando non recepit precium vel pecuniam, si non intercedit cum instrumento publico continente subscriptionem trium testium, ipso iure seruatur illæsa. si autem cum tali instrumento, iuuatur Velleiano: & omnes leges huius titu. tunc vindicat sibi locum. hoc dicit ista singularis lex & vtilis inducens de nouo quæ de iure veteri non erant inducta. Pau. de cast.*

*Velleianũ an hodie locũ habeat.*

ANtiquæ. ] CASVS. Si mulier accepit pecuniam vt fideiuberet, non iuuatur. & hoc in prima. Sed si ostendatur publicum instrumentum tribus testibus subsignatũ, in quo contineatur mulierẽ pro fideiussione pecuniam accepisse: instrumẽto stabitur. & hoc in secunda. Si vero sine scriptis, aut debet creditor probare mulierem accepisse pecuniam, & nõ iuuatur. aut si non probet, mulieri succurritur. & hoc in tertia. Si vero alicui mulieri inopi pecuniam dedi vt pro me intercederet, & intercesit: si conueniatur à creditore, nõ iuuatur. Et si ab ea aliquid accipiat: potest residuum petere à me. & hoc in quarta. Si vero mulier velit se obligare pro alio fideiubendo pro eo: non aliter tenetur, nisi intercedat in instrumento publice confecto, & à tribus testibus

l *Incideris.* vt. ff. de mino. l. iij. ſ. scio.

m *Cautione.* plus ergo duæ confessiones operantur quàm vna, vt &. ſ. de plus peti. l. j. in fi. &. j. de præscrip. xxx. an. l. cum notissimi. ſ. sed & si quis. &. j. tit. j. l. in contractibus. ſ. j.

n *Nullatenus.* Ipso iure, etiã si iurauit: vt. ſ. de legi. & constit. l. nõ dubium. Et not. q̃ arg. huius. l. sumpserũt quidam auth. talem: sed hodie nõ tenetur, nisi ꝓbetur manifeste pecuniam in vtilitatẽ mulieris conuersam: & sic dicunt hodie non habere locum Velleianũ, quia aut non est versa, & nõ tenet ipso iure: aut est versa, & ipso iure tenet cum effectu. quod non placet: quia etiã per posterioré authen. de hæredibus ab intesta. ſ. ex his. coll. ix. renũciatur Velleiano: ergo locum habet. Est ergo q̃ hic dicit, speciale: cum pro viro itercedit ea ratione, qua & donationes prohibitę sunt. ſ. ne mu tuo amore &c. ff. de dona. inter virũ & vxo. l. j. ij. & iiij. in prin. vel secundũ B. potest intelligi hæc authen. eo casu loqui cum mulier in instrumẽto publice cõfecto, & à tribus testibus subsignato confessa est se precium recepisse pro intercessione: olim enim tunc cessabat Velleianum: vt. j. l. antiquæ. hodie non: vt hic. nisi probetur illud precium in vtilitatem eius esse versum. & sic in aliquo corrigitur. l. antiquę, per authen. istam.

BIU Cujas

stib⁹ subsignato. & hoc in quinta.

a *Retia.* id est dispositiones ex iure pfectę.

b *Nodos.* id est per similitudinem.

c *Accipiens.* & hoc non negat.

d *Sed si quidem.* Si cóstet eam aliquid accepisse, non iuuatur. si vero de hoc dubiũ sit, sic probatur vt sequitur.

e *Esse credendum.* An admittatur pbatio in contrarium? Respond. non, quia præsumptio est iuris & de iure, contra quam non recipitur probatio: vt & j. arbit. tut. l. fina. & s. titul. j. l. fina. & sic non obstat. j. de contrahen. & committ. stipu. l. optimam. & j. tit. proxi. l. in contractibus. in princip. & s. de proba. l. cum precibus. & j. de do. cau. non nu. l. fin. quæ sunt contra. Item nec obest ei quod dicit. j. in versi. sinautem. super ver. repelli. nam ibi vult signari hoc contra. j. eod. §. fina. quia ibi in primo dicto secundum B. nihil accepit. Et est ratio quare hic non potest probari contrariũ: quia per huiusmodi cõfessionem à iure speciali receditur, scilicet à beneficio Velleiani: quod facilius fit, quàm si à communi iure vellet recedere, sicut erat in contrariis legibus: vt in authent. de non alie. §. quia vero verisimile. in fin. colla. ij. Alij dicunt quòd hoc cuenit quòd non potest probari contrariũ, quia testes subsignauerunt: secus si non subsignauerunt: vt in contrariis. Tertij dicunt non probari contrarium, scilicet per duos testes: cum & instrumentum vicem habeat duorum testium: vt. s. de fide instrumen. l. in exercendis. sed per tres vel per plures sic, vt in contrariis. Accursius.

*Præsumptio iuris & de iure nõ admittit probationẽ in contrarium.*

*Renunciatur facilius iuri speciali, quam cõmuni.*

f *Ostendere eam.* cum ipsa neget.

g *Auxilium.* Velleianum scilicet: sed hodie ipso iure sunt illæsæ: vt j. eodem. §. ne autem.

h *Antiquam actionem.* quando non est sublata: vel si est sublata vel non nata, tunc nouam parit: vt. ff. eod. l. quanuis. §. quotiens. &. §. si cum essem.

XXIII. Idem A. Iuliano P. P.

ANtiquæ iurisdictionis ratia, [a] & difficillimos nodos [b] resoluentes, & superuacuas distinctiones exulare cupientes, sancimus mulierem si interceſſerit, siue ab initio, siue postea aliquid accipiens [c] vt sese interponat, omnimodo teneri, & non posse senatusconsulti Velleiani vti auxilio: siue sine scriptis, siue per scripturã sese interposuerit. Sed si quidem [d] in ipso instrumento interceſsionis dixerit sese aliquid accepisse, & sic ad interceſsionem venisse, & hoc instrumentum publice confectũ inueniatur, & à tribus testibus cõsignatum: omnimodo esse credendum [e] eam pecunias vel res accepisse, & non esse ei ad senatus consulti Velleiani auxilium regressum. ¶ Sin autẽ sine scriptis interceſserit, vel instrumento non sic cõfecto: tũc si possit stipulator ostẽdere eã [f] accepisse pecunias vel res, & sic subiisse obligationem: repelli eam à senatusconsulti iuuamine. Sin verò hoc minimè fuerit ab eo approbatũ: tunc mulieri superesse auxilium, [g] & antiquam actionem [h] aduersus eum [i] seruari [k] pro quo mulier interceſsit, vel ei [l] actionem parari.

*Mulier quæ pro fideiubẽdo aliquid accipit, in se obligationẽ alterius animo nouãdi transferendo: primo debet excuti: & quatenus non est souendo, restituitur actio contra veterem debitorem. hoc dicit: & iste casus non reperitur alibi. Bald. & Salyc.*

Sed si minus idoneæ mulieri constitutæ aliquis [m] pecunias vel res dederit, vt pro eo sese obligaret: mulieri quidem quæ reuera hæc accepit, [n] nullus pateat aditus ad senatusconsulti auctoritatem: creditori autẽ liceat aduersus eã venire, & quod potest, ab ea exigere, & in reliquum, antiquũ debitorẽ aggredi, vel in partẽ, si aliquid à muliere possit accipere: vel in totũ, si ea penit⁹ inopia fatigetur.

*Iste. §. est valde not. & hoc dicit. Mulier in instrumento publico à tribus testibus subscripto intercedens obligatur: tamen valet beneficiũ Velleiani in casibus in quibus dicit beneficiũ loquitur sed si omissa hac forma intercedit, ipso iure non obligatur. Bal.*

Ne autem [o] mulieres perperam sese pro aliis interponant, sancimus non aliter eas in tali cõtractu posse pro aliis se obligare, nisi instrumento publicè confecto, & à tribus testibus subsignato, accipiant homines A à muliere pro aliis confessionem. tunc etenim tantummodo eas obligari, & sic omnia tractari, quæ de interceſsionibus fœminarũ, vel veteribus legib⁹ cauta, vel ab imperiali auctoritate introducta sunt. Sin autem extra eandem obseruationem mulieres acceperint intercedentes: pro nihilo habeatur huiusmodi scriptura, vel sine scriptis obligatio, tanquam nec confecta, nec penitus scripta: vt nec senatusconsulti auxiliũ imploretur, sed sit libera & absoluta, quasi penitus nullo in eaB dem causa subsecuto.

*Mulier intercedens pro libertate, tenetur efficaciter libertatem fouere. & est speciale. hoc dicit. Bald. Vel sic: Fauor libertatis facit cessare Velleianũ. hoc dicit. Vel sic: Mulier intercedens pro seruo vt consequatur libertatẽ, nõ iuuatur Velleiano. Sal.*

XXIIII. Idem A. Iuliano. P. P.

VEterum ambiguitatem decidentes, sancimus, si quis vt seruo suo manumissionem imponat, mulierem acceperit obnoxiam sese pro certa quantitate faciẽtem: si in libertatem seruum perduxerit, siue principaliter mulier sese obligauit, siue pro seruo hoc fecit, teneri C eam rectè omnimodo, senatusconsultum Velleianum in hoc casu tacere imperantes. P Satis etenim acerbum est, & pietatis rationi contrarium, dominum serui qui credidit mulieri, siue soli, siue post serui promissionem, † & libertatẽ seruo imponere, & suum famulum perdere, q & ea minimè accipere, quibus fretus ad eiusmodi venit liberalitatem.

*Si maior ætate masculus vel fœmina dotem pro muliere promiserit, Velleianum cessabit. hoc dicit. Salyce. Vel sic: Mulier intercedens pro dote etiam nudo pacto, efficaciter obligatur. hoc dicit. Vel sic: Dotis fauore cessat Velleianum. hoc dicit.* D

XXV. Idem A. ad populum vrbis Constantinopolitanæ, & vniuersos prouinciales.

GEneraliter sancimus, vt si quis maior vigintiquinq; annis, siue masculus siue fœmina, dotem pollicitus sit vel spoponderit pro qualibet muliere, cum qua matrimonium licitum est: omnimodo compellatur suam confessionem adimplere. neque enim ferẽdum est, quasi casu fortuito interueniẽte mulierem fieri indotatam, & sic à viro forsitan repelli, & distrahi matrimoniũ. Cum enim scimus, fauore dotium & anti-

i *Eum.* debitorem.

k *Seruari.* scilicet creditori.

l *Vel ei.* scilicet creditori.

m *Aliquis.* debitor.

n *Accepit.* & hoc cõstat. Accursius.

o *Ne autem.* Bulg. dicit hunc. §. nihil innouare in his casibus vbi Velleianum mulieribus olim non succurrebat: sed in illis tantum, vbi ab obligationibus eas eximebat: in quibus nisi sic interceſsio fiat in scriptis, seruantur ipso iure illesæ: sed si fiat interceſsio hoc modo, tũc ope exceptionis. & sic principium huius. l. non corrigitur per hunc. §. nec duæ sequentes. ll. veterum, & generaliter. quæ post istam sunt. Sed M. dixit hunc. §. generaliter loqui, cum dicat interceſsione sic facta omnia tractari quæ de interceſsionibus cauta sunt veteribus legibus vel nouis. & sic nisi sic intercedat in instrumento publice cõfecto, & à tribus testibus subsignato: ipso iure est tuta etiam in illis casibus vbi olim non iuuabatur: & sic corrigit hic finis huius legis principium. & debet esse hæc vltima in hoc titu. secundũ eum: vt sic duæ sequentes per hanc corrigãtur. si autem intercedat sic vt hic dicit, tũc in illis casibus vbi olim non iuuabatur, nec hodie iuuatur. in quib⁹ olim iuuabatur, & hodie iuuatur similiter, non ipso iure, sed per exceptionem Velleiani. Prima opinior verior est.

*Veterũ.* CASVS. Seruus tuus promisit tibi. c. vt eum mi numitteres. mulier fideiusit pro eo. an iuuetur, quæritur? Dicitur quod non. hoc est fauore libertatis.

p *Tacere imperãtes.* fauore libertatis: vt & argu. ff. e. l. aliquando. in prin. & ad hoc. s. an ser. ex suo fac. l. promisse.

q *Perdere.* fic. ff. de act. emp. l. emptoré. §. fina.

*Generaliter.* CASVS. Si masculus vel fœmina pro aliqua promisit dotem: mulier promittens an iuuetur, quæritur? Dicitur q non. & hoc in fauorem dotis.

Sapi-

quos iuris conditores seueritatem legis sæpius mollire: [a] meritò & nos ad huiusmodi venimus sanctionem. Nam si spōtanea voluntate ab initio liberalitatem suam ostendit: necesse est eum vel eā suis promissionibus satisfacere: [b] vt quod ab initio sponte scriptum, aut in pollicitationem deductum est, hoc ab inuitis postea compleatur: omni auctoritate Velleiani senatusconsulti in hac causa cessante. [c]

a *Sæpius mollire.* vt nudo pacto oriatur actio: vt.ĭ. de dot. promiss.l.ad exactionem. Item in tacita stipulatione & tacita hypotheca, vt.ĭ.de rei vxo.ac.§.j.&.ij. Itē vt in ea preferatur aliis creditoribus: vt.ĭ.qui po.in pig.hab.l.fina.

b *Satisfacere.* sicut enim &c. vt.s̄.de ac.& oblig.l.sicut.

c *Cessante.* cessat ergo Velleianum fauore dotis: vt hic, &.s̄.e.l.si dotare. Item libertatis: vt s̄.l.proxi. Item si renunciet: vt.ff.e.l.fina.§. penul. [a] Item si accipiat preciū pro intercessione: vt.s̄.l.antiquæ. Itē si decipiat: vt.ff.e.l.si decipiendi. Itē si secundo caueat: vt.s̄.eo.l.si mulier.ij. vnde versus: Cassib[o] in senis mulier spōdendo tenetur. Pro libertate, pro dote renunciet: & si Decipiat, precium capiat, caueátque secundo. Item septimus, si in rem rem suam: vt.ff.eod.l.si aliquando. in princ. &.s̄. eod.l.ij. in fin. Idem si succedat ei pro quo intercessit: vt.ff.e.l.quanuis.§.plane si mihi. Potest addi & nonus, vt si mulier intercessit pro me in.x.& solui ei prędicta.x. nā si cōueniatur ex fideiussione, non opponet exceptionē: vt ff.eo.l.si mulier contra senatusconsul. Velleianum pro me.

*DE NON NVmerata pecunia.*

*Superioribus senatusconsultis subuenitur ciuiliter [b] & naturaliter obligatis ratione speciali: hic ciuiliter tantum obligatis succurritur ratione naturali. Et not. quòd non numerata pecunia dicitur eam respectu creditoris: vt.ĭ.e.l.in contractibus.§.ii.*

## TITVLVS XXX.

## DE NON NVMERATA pecunia.

*Creditor non præsumitur numerasse nisi probet, siue pignoratitia conueniatur, siue hypothecaria agat. Bald. & Salyc.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Hilario.

SI pecuniam tibi nō esse numeratam, atque ideo frustra [d] cautionem [e] emissam adseris, [f] & pignus datum [g] probaturus es: in rem [h] experiri [i] potes. nam intentio [k] dati pignoris, nec numeratæ [l] pecuniæ, non aliter tenebit, q̄ si de fide debiti constiterit. Eadémque ratione veritas seruetur, si te [m] possidente pignus, aduersarius tuus agere cœperit. [n]

*Exceptio non numeratæ pecuniæ opposita respectu partis, idem operatur quo ad partem quod si opponeretur respectu totius ad totum. h.d.not. Bald. Vel sic: Exceptio non numeratæ pecuniæ sicut potest opponi pro tota quātitate confessata & non numerata, ita pro parte non numerata. Pan.*

II. Imp. ANTONINVS A. Maturio.

MInorem [o] pecuniā te accepisse, & maiorem cautionem interposuisse, si apud eum qui super ea re cogniturus est, constiterit: [p] nihil vltra q̄ accepisti cū vsuris in stipulatū deductis, restituere te iubebit.

*Reus conuentus ex cautione mutui cōfessati, opponens actori exceptionem non numeratæ pecuniæ vel doli, definitiue debet absolui actore nō probante numerationem. Bald. Vel sic: Si creditori agenti opponatur exceptio non numeratæ pecuniæ: creditor debet probare numerationē, aliàs reus absoluetur. Salycetus.*

III. Idem A. Demetrio.

SI ex cautione [q] tua, licet hypotheca data, cōueniri cœperis: exceptione opposita seu doli [r] seu non numeratæ pecunię, [s] cōpellitur petitor probare [t] pecuniam tibi esse numerasumitur possidere, quia aliquādo possedit, sicut in dominio: vt.s̄. de proba.l.siue possidetis. nisi probet se perdidisse creditor rationibus manifestis: vt.s̄.de pig.act.l.si creditor. sed si probat debitor pignus datum pro centum, non videtur q̄ possit recuperare nisi ea soluat, sicut & qui iurauit: vt.ff.de iureiur.l.si duo.§. Marcellus. Item quomodo probat contra se? Respon. [c] probat non pro data, sed pro dāda pecunia. & sic non obstant prędictę oppositiones.

c *Istā glo. sequitur Bal. & Sa.*

i *Experiri.* id est vindicare. vel aliter in rē, id est ad rem.

k *Intentio.* bene dico, q̄ si negetur pignus datū, te p̄bare debere illud datum, & pecuniā non numeratam. etenim si creditor pignus datum confiteatur, sed pecuniam nō esse redditam, oportet ipsum probare pecuniam numeratam. & hoc dicit, nam &c. & dic intentio, id est exceptio dati pignoris opposita à creditore. qui enī excipit, agit vel intēdit: vt.ff.de excep.l.j.

l *Nec numeratæ pecuniæ.* id est non redditæ pecuniæ.

m *Si te.* s.debitore.

n *Agere cœperit.* actione hypothecaria. & habes hoc de verbo ad verbum.ĭ. si pign.con. nume.pec.sec.non fue. l.j. Accursius.

*Minorē.] CASVS.* MVolebā à te mutuo accipere.xx. numerasti.x.& spe futuræ numerationis aliorum. x. confessus sui me debere. xx. non numerasti. qualiter mihi succurratur, quæritur? Respond. quòd si probem te nō numerasse integra.xx. (quod probabitur, nisi probetur contrarium) ad.x. quæ accepi sola, & ad vsuras in stipulatum deductas tantum teneor.

o *Minorem.* superiori lege dixit quando nil accepit: hic quando minus quàm sit confessus.

p *Constiterit.* id est probatum fuerit à te. & sic est cōtra.ĭ.l.proxi. vbi dicit creditorem probare debere. Solu. ibi totum negauit debitor: hic partē fatebatur. ar.ff.de proba.l.cū de indebito.§.j. &.ĭ.eo.l.cum fidem. & probauit hanc negatiuam per confessiones, item per numerationes diuersis temporibus factas secūdum varias quātitates. Vel verius dic probas eo ipso, q̄ non probatur contrarium: vt & ponitur contra.s̄.de condic.ob tur.cau.l.j.&.s̄. l.proxi.in ver.adseris. nam quod iuris est de toto quo ad totum, idem de parte quo ad partem: vt.ĭ.eo.l.cum vltra.& ar.s̄.de condic.ob cau.da.l.si cum exiguam.&.ff.de rei vindi.l. quæ de tota.

*SI ex cautione.] CASVS.* Si confessus fui in instrumento me accepisse à te mutuam pecuniam spe futurę numerationis, nec numerasti: si conueniar ex cautione mea: opposita à me doli excep. vel non numeratæ pecunię, probabis te numerasse: & te non probante absoluar.

q *Si ex cautione.* in qua continetur, confiteor me debere. x. ex causa mutui: vt insti. de lit.oblig.§.plane. Vel per stipulationem promitto.x. reddere quæ confiteor me accepisse: quo casu excipiam in factum: vt.ĭ.e.l.cum vltra. Accursius.

r *Doli.* quæ est generalis vbicunque alia locum habet: vt.ff.de excep.doli.l.ij.§.& generaliter. nisi ratio personæ vel iusta ignorantia eam excludāt: vt.ff.de excep.doli.l.apud.§.aduersus.&.l.ij. &.§.generaliter.

s *Pecuniæ.* hæc contra omnem datur, etiam contra patrem vel patronum: vt.ff.de excep.doli.l.apud.§.aduersus.

t *Probare.* si vult obtinere: vt.s̄. de probat. l.j. & hoc vsque ad biennīū, non vltra, nisi antea esset contestata exceptio: vt.ĭ.e.l.in

contractibus.

a *Frustra.* bene dicit frustra: quia licet ciuiliter obligetur, habet tamen exceptionem: vt.ĭ.eo.l.in contractibus. in princ. etiam si promiserit: vt.ĭ.eo.l.cum vltra.

b *Satisfacere.* sicut enim &c. vt.s̄.de ac.& oblig.l.sicut.

c *Cautionem.* id est simplicem promissionem.

d *Adseris.* id est adsertiue dicis. Vel dic adseris, id est probas, quod est eoipso, quòd non probatur contrarium: nam creditori incumbit onus probandi quòd numerauit: vt.ĭ.eo.l.si ex cautione. vt &.s̄.de probat.l.j. similis probatio est.ĭ.qui mi. nō pos.l.super seruis. lib.xij &.ff.de iure dotium.l.dotem.j.

e *Datum.* id est traditum.

f *In rem.* scilicet pignoratitia propter rem: vt.ff.de pign. act.l. solutum.§.si quasi. & ideo bene sufficit probari pignus datum, vt hic dicit. nam datur pignus ex contractu: & hoc secundum nos. Alij dicunt in rem, id est rei vindicatione, sed secūdum eos prēsens possessio debet probari & dominium: vt &.s̄. de ali. iudi.l.j. Sed dic quòd creditor non obiiciebat quæstionem de dominio: sed ideo se defendebat secundum eos, quia non erat pignus sibi datum, vt dicebat. Tertij vt H. dicunt quòd agit rei vindicatione, & sufficit probare traditionem: quia possessor non potest de dominio quæstionem referre, cum causam habuit à petente: vt & hoc dixi.s̄.de pig.act.l.nec creditores. Quarti dicunt q̄ quis prę-

BIU Cujas

contractibus. in prin. &.§.in omni. & loquitur hæc.l.in mutuo tantum.aliàs ſtatim præiudicat ſibi debitor: vt.ĵ. eo. l. generaliter. Sed qualis erat hęc cautio? non videtur loqui in priuata: quia hæc nil probat: vt.s.de probat. l. inſtrumenta. nec de publica quia illa plene probat, nec poteſt excipi: vt.s.tit.proxi.l.antiquę. & infra arbi.tut.l. fin. Sed dic loqui in priuata debitoris: vt inſtit. de lite.obliga.§.j.ſecus ſi alius ſcribat me debere: vt.d.l. inſtrumẽta. Vel non erat ibi cauſa. Item & in publica poteſt loqui ſi ibi dicat, confeſſus eſt ſe accepiſſe. ſecus ſi dicat, accepit: nam tunc plene probat. ſed hoc non debet ſcribere notari[p], niſi ſit pecunia in præſenti. nec ob.d.l. antiquæ. quia ibi receditur à beneficio ſpeciali. nec illa.ĵ. arbit.tut.l.fi. quia ibi ſpeciale. Item nec obſtat.ĵ.eo.l.in cõtractibus.in princ. vbi dicit in inſtrumẽto datam eſſe &c. quia ibi erat priuatum. Vel expone vt ibi dices. Sed & ſi dicat ſic, Accepit, & eſt publicum inſtrumentum: poteſt contra probari, ſicut contra aliam publicam ſcripturã per tres vel per plures teſtes: vt ſupra de proba.l.cum precib[o]. &.ĵ.de cõtrahen. & cõmit.ſtip.l.optimam. in fi. Sed ſi renũciauerit exceptioni nõ numeratę pecunię: nõnne & tunc poteſt opponi? Reſpõ. ſecundũ quoſdã ſic, doli exceptio. & interrogabitur creditor, an numerauit: & ſi dixerit, non: ſi ei probetur, videtur eſſe in dolo, qui ei nõ potuit remitti per renunciationem antequã fuit cõmiſſus dolus: vt. ff.de pact.l.ſi vnus.§. illud. &.l.iuriſgentium.§.ſinautem. & de tribu.l.illud.§.j. Duo enim ſunt quæ debitori dantur, ſcilicet exceptio, & q̃ onus probandi ſibi nõ imponitur. cum ergo renunciat, huic oneri renunciare videtur, ne nihil renunciatio operetur. Item pro hoc.ff.de offi. præſi. l. illicitas. in prin. Item pro hoc quia quantuncunq; renunciat, facit ſub ſpe numerationis. quod ſecus eſt cũ Velleiano vel aliis exceptionibus renuncietur. Ité idem dicas poſt biennium, vt exceptio doli habeat locum. Item pro hoc, quia datur condictio ſine cauſa ad cautionem vſque ad.xxx. an. vt.ĵ. eo.l. ſi quaſi. ergo multo magis exceptio: vt.ff.de ſuperfic.l.j.§.quod autem ait. Item ad duo tenetur creditor intra biennium, ſcilicet ad liberandum, & ad reſtituendum chirographum. non ergo temporis curſu liberatur: vt.ff.de actio. & obliga.l.obligationum fere.§.placet. Alij vt Azo, dicunt ex toto prę iudicare: vt.ff.de pact. l.iuriſgentium.§.ait prætor.&.§.ſed & ſi quis. & quod dicitur de condictione, dicunt eam dari poſt biennium, quaſi iam numeratum ſit. Item quomodo compellitur creditor probare, immo qui excipit: vt.ff.de proba.l.in exceptionibus? Sed dic hic quòd qui excipit, nil ponit, ſed poſitum negat. vnde non probat: vt ſupra de proba. l. actor. in fin. quod non eſt in aliis exceptionibus regulariter.

*Exceptio nõ numeratæ pecuniæ contra quã ſcripturam obiicitur.*

*Exceptionem nõ numera. pecu. an poſſit qui ei renũciauit oppone.*

*Excipiens nõ ſemper compellitur probare.*

a *Sequetur.* quid addit hæc.l.primæ huius titu? Reſpon. hæc dicit de exceptione doli, illa nõ. Item ibi hypothecaria agebatur: hic condictione certi.

*Cvm fidem.*] *CASVS.* Confeſſus eras te recepiſſe. x. mutuo à Titio: nõ tibi tamen numerauit. v. ei ſoluiſti. an in nõ ſolutis exceptioné nõ nume. pecu. & in ſolutis repetitioné habeas, quæritur? Reſpon. q̃ nõ: immo ſi erraſti, onus probandi tibi incumbit: vt.ff.de proba.l.cũ de indebito. in prin.

b *Deferre.* ſed nónne etiam condictio indebiti datur ei ad repetendum ſolutum, vt per totum titu. de condict. indebiti? Reſpon. ſic. ſed hic ſciens ſoluit ſecundum B. vnde nec ſoluti habet repetitionem: vt.ff.de cõdic.indeb.l.j.& de reg.iur.l.cuius.&.s.quod met. cau.l.ij.&.ĵ.ad leg. Falc. authen. ſed cum teſtator. necnon ſoluti habet exceptionem: vt hic. Vel dic ſecundum M. & Ir. quòd errando ſoluit credens ſibi numeratam, & ſic præiudicat ſibi in ſoluendo (melius ſtaret in ſoluto) vt hic, ſcilicet vt onus probandi immineat, ſicut & aliàs ex cauſa transfertur probãdi onus:

tam: quo non impleto, abſolutio ſequetur. a

*Qui ex interuallo cautionis præteritæ debitum agnoſcit, non poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. h. d. Bald. & Saly. Vel ſic: Soluens ſcienter partem totius debiti confeſſati, non poteſt pro reſiduo opponere exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ.*

IIII. Idem A. Baſſano.

CVm fidem cautionis agnoſcens, etiã ſolutionem portionis debiti vel vſurarum feceris: intelligis te de nõ numerata pecunia nimiũ tardè querelam deferre. b

IN AVTHEN. DE trien. & ſemiſ. §. ſtudium verò. colla.iij. conſtit.v.

*Qui propriam ſcripturã vel numerationem in ea contentam negat, reus actor vel curator, de mendacio conuictus, pœna hic inſerta punitur: à qua releuatur, ſi delato ei iuramento fatetur. hoc dicit not. Bald. Vel ſic: Leges huius tituli prouident ei qui confeſſus eſt ſe recepiſſe quod non recepit: vel quod aſſerit ſe non recepiſſe. Iſta vero authent. prouidet contra eum qui ecõuerſo negat ſe recepiſſe, q̃ vere recepit: vel negat ſcripturã factam manu propria, in qua continetur numeratio vel receptio. Pau. de caſt.*

COntrà c qui propriam d ſcripturam qua conuenitur, c abnegat, f vel numerationem g inficiatur: conuictus, in duplũ h cõdemnetur, niſi ſacramento i illato cõfiteatur. k tunc enim nõ punitur niſi in expenſas circa probationes factas, actoris iuramento l declarandas. At ſi poſt numerationis m inficiationem prætẽdat ſolutionẽ: omnino ſolidum exigitur, nec prodeſt iã facta ſolutio. n ¶ Cõtrà ſi actor literas o ſuas à reo prolatas abneget, p eadem ſit & pœnæ q & iuriſiurandi forquæ eſt de trien. & ſemiſ. §. ſtudium. colla. iij.

*Contra.*] *CASVS.* Lex Codicis dicit de eo qui agnouit fidé ſcripturę. Authen. ponit contrarium, ſcilicet quando debitor non agnoſcit ſcripturam: ſed negat dicens: Ego obligaui me Titio in inſtrumento in quo confeſſus ſum me x. recepiſſe. Titius conuenit me ex illa propria ſcriptura mea: & ego nego illam. quæritur, vtrũ ſim puniendus? Reſpon. quòd ſi Titius probet me ſcripſiſſe, & pecuniam ſe numeraſſe per teſtes, aut per inſtrumẽtũ, in duplum puniar: ſecus ſi mihi detulit iuramentum, & confiteor ipſum numeraſſe, & poſtea dico me ſoluiſſe: non prodeſt mihi ſolutio quam feci, ſed debeo ſoluere totam quantitatem quam petit. Si vero creditor negat propriam ſcripturam, de ſoluta eadem pœna puniatur, forma ſacramenti præcedente. idem eſt ſi curator adulti negat ſcripturam in cauſa adulti: quia curator punitur, non adultus.

c *Contrà.* id eſt econtrario.

d *Propriam.* id eſt propria manu factam a, negans ſe ſcripſiſſe. Sed quid ſi publicam aliquis abneget eſſe publicam? Reſpon. nõ habet locum b hæc authen.

e *Qua conuenitur.* id eſt ex qua obligat[o] eſt. ſecus ſi ſine ea ſit obligatus: vt quia vere eſt numeratum ante: ſed tantum ad probationem & in eius præiudicium producitur.

f *Abnegat.* ſi ſcripturam & numerationem negat, obtinet quod hic dicit: idem ſi numerationem tantum in ſcriptura contentam, dummodo obligatio literis ſit contracta.

g *Vel numerationem.* contentam in illa ſcilicet ſcriptura.

h *In duplum.* actione ex eo contractu: & eſt pœna ſimpli ſi præceſſerit numeratio. ſi nõ, eſt pœna dupli: vt in corp. authen.

i *Sacramento illato.* à debitore actori: vel ecõtra ab actore reo, qui confitetur potius quàm iuret: ſed non iurauit hic, cum probata ſit numeratio.

k *Confiteatur.* ſic.ff.de iureiur.l.cum qui.in prin.

l *Iuramento.* ſic ſupra de iudi.l.properandum.§.ij.

m *Numerationis.* propria ſcriptura cõtẽtæ. Vel dic etiã ſcripturę.

n *Facta ſolutio.* ſed cum ſublata erat omnis obligatio ſolutione eius quod debetur: vt inſtit. quib. mod. tol. obliga. in princ. qua actione hic duplum vel ſimplum exigitur? Reſpon. certi condictione, vel prima vtili: quia fingitur non ſoluiſſe, propter mendacium. Vel verius condictione ex hac lege. Item nota creſcere pœnam per inficiationem vbi nil debetur. ſecus in lege Aquil. vt.ff.de interrog.act.l.confeſſionibus. & ad leg. Aquil.l. inde Neratius.§.fi. Item not. propter inficiationem creſcere condemnationem: vt inſti. de oblig. quæ ex quaſi contractu.§.fi.&.s. ad.l. Aquil.l. contra negantem. Item nota quem puniri de mendacio: vt.ff.de rei vindi.l.pe.&.ĵ.qui pot.in pig. ha. authen. item poſſeſſor. in fi. Item quod dicit, omnino in ſolidum exigitur, id eſt tantundem. & ſic habet duplum, cum vnum ſit ſimplum ipſum debitum. Vel dic exigi duplum præter ipſum debitũ quod eſt ei ſolutum.

o *Literæ.* quibus cõtinetur de ſolutione ſibi facta, quæ dicitur apocha: vt ſupra de fide inſtru. l. plures.

p *Abneget.* ſi ſcripturam & numerationem negat, obtinet quod hic dicit. idem ſi ſcripturam tantum. idem ſi numerationem ſcriptura cõtentam, dummodo obligatio literis ſit contracta.

q *Et pœnæ.* id eſt vt careat petitis. & in tantundem de ſuo condemnetur

BIU Cujas

demnetur condictione ex hac.l.nisi iuramentum sit delatum.

a *Curatori.* sic.j.vnde vi.l.meminerint.&.ś.de iudi.l.properandum. §. fina.

*Duersus.*] CASVS. Si tu petis à me. x. non ex causa mutui, sed ex alia causa præcedente, puta venditionis, tunc nō debet inquiri, an tu numeraueris, sed an causa quæ præcesserit, fuerit venditio vera, necne. Vel pone casum vt in glossa magna.

b *Quæst.* veritatis expressiuum est.

c *Pecunia petitur.* quia dicit creditor mutuatam: & ex ea causa petit, cum mutuata non sit: & ideo ex ea causa peti nō potest propter hanc exceptionem.

d *Debiti.* puta venditionis vel pensionis.

e *Præsserit.* dic quòd decē mihi debebas ex venditione. volui vt cōfitereris te recepisse ea decem à me ex causa mutui: certe non requiritur modo an fuit numerata vel forte debita ex causa præcedēti, vel nō, vt hic: sed bene inquiritur, an hæc secunda confessio fuerit stipulatione vallata, vt sic ex ea agi possit: an non, & sic nō possit: vt ś.si certum peta.l.si nō singuli. &.l. si ex precio. quæ sunt contra. &.j. de duob⁹ reis.l.ij. Tria enim sunt subaudienda. præsens numeratio: & hæc non probatur. præcedens causa debiti: hęc sic inquiritur, vt hic. solennitas cautionis: & hæc sic vt in contrariis: & ita loquitur vel quæritur de obligatione secunda. hic nō quęritur de causa debiti, præcesserit vel non. Vel dic secundum M. cp hic erat parata pecunia ad soluendum, ibi non. Vel hic fuit confessus debitū præcedens se debere ex causa locationis vel emptionis, & sic alia q̄ mutui: quare incontinenti sibi præiudicat: vt.j.e.l.generaliter.ibi, ex causa mutui, qđ ex alia debebatur. vel secundū Irn. hic chirographum fuit ad probationem factum, nō ad obligationem vt ex eo agatur: sed vt præcedens debitum posit probari. ibi vero fiebat chirographū ad obligationem, vt ex eo agatur. Item quis hanc præcedentem causam probat? Respō. secundū Irn. præsumitur pro actore propter hāc cautionem ex.l.j.eo. generaliter. & probat reus nō intercessisse: vt habes in exemplo. ś. de postulan. l. iiij.

*Frustra.*] CASVS. Titius confessus erat se recepisse. x. à Sempronio ex causa mutui: dato quodam substituto pro se debitore, puta Seio. nō numerauit Sępro. pecuniā: an Seio detur exceptio nō nume. pecu. si cōueniatur? Respon. cp non. sed dic verius cp interuenit numeratio.

f *Debitorem.* secus si nec illi erat numeratum: vt infra cod. l. tam mandatori.

*Si quasi.*] CASVS. Confessus fui me recepisse à te decem mutuo, non recepi, quia non numerasti: qualiter mihi succurratur, quæritur? Respon. cp condicam scripturam in qua confessus fui per condict. sine causa: vel te agente excipiam de non numerata pecunia.

g *Cautis.* id est reddere promisistis. ſ. pecuniam quam &c.

h *Per condictionem.* scilicet sine causa: vt.ff. de condict. sine cau. l. qui sine. &.ś. de condict. inde. l. cum & soluta. & de condict. ex lege. l. fi. &.j. de fideiuſ. l. ſi indebitam. & de solu. l. fi.

*Si Etsi.* id est quanuis.

*Si intra.*] CASVS. Si is cui competit exceptio non numerati pecu. intra biennium decessit, residuum tempus quod superfuerit defuncto, dabitur hæredi. & hoc in prima. Si vero intra biennū contestatus fuerit litē, perpetuabitur & perpetuo hæredi dabitur. & hoc in secunda. Si vero post biennium decesserit, nec intra illud tempus eam opposuerit, hæredi etiā pupillo nō dabitur.

i *Actor non petat.* vel exceptione non numeratæ pecuniæ aduersus agentem vti potestis.

*Exceptio non numeratæ pecuniæ transmittitur ad hæredem, nisi tempore sit sopita. h.d. Bald. & oppositio facta per defunctū, prodest hæredi. Saly.*

B

VII. Idem A. Iuliano & Ammiano.

SI quasi accepturi mutuam pecuniam aduersario cauistis, g quæ numerata nō est: per condictionem h obligationem repetere, etsi i actor non petat: vel exceptione non numeratæ pecuniæ aduersus agentem vti potestis.

*Exceptio non numeratæ pecuniæ transmittitur ad hæredem, nisi tempore sit sopita. h.d. Bald. & oppositio facta per defunctū, prodest hæredi. Saly.*

B

VIII. Idem A. Materno.

SI intra legibus definitū tempus, k qui cautionem exposuit, nulla querimonia vsus defunctus est: residuum tēpus eius hæres habebit tam aduersus creditorē, quàm aduersus eius hæredem. ℣ Sin autē questus est, exceptio nō numeratæ pecunię hæredi & aduersus hæredē eius perpetuò cōpetit. ℣ Sin vero legitimum tēpus excesſit, in querimoniam l creditore minime deducto: omnimodo hæres eius, m etiam si pupillus n sit, debitum soluere cōpellitur.

C

*Qui partē accepit, nō tenetur ad solidum: sed duntaxat ad acceptū, dūmodo accipiat tēpore cōpetenti. h.d. Bal. Vel sic: Si post cautionem factā ex causa futuræ numerationis, partē dūtaxat quātitatis cōfessatæ receperit: creditori totū petēti pōt exceptio obiici, si tēpora cōpetentia nō sint elapſa. Salyce.*

IX. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Zoilo.

CVm vltra hoc quod accepit, re obligari neminē posse cōstet: o & si stipulatione interposita, placita creditor non

D

k *Tempus.* olim quinque an. hodie biennio: vt instit. eo. §. multum.

l *Querimoniam.* vel coram vicinis, vel in domo propria secundū Ia. sed Io. dicit debere fieri in scriptis ad domum creditoris, vel in iudicio ad similitudinē querelæ nō numeratæ dotis: & tunc perpetuū ad hæredes trāsmittit: vt.j. proxi. respō. &.j. eo. l. in cōtractibus. §. in omni. & authen. hāc autem.

m *Hæres ei⁹.* sed ex quo tempore currit contra hæredem? Respō. si est minor, completa ætate sua: licet quidam dixerint statim. si maior est, statim ab adita hæreditate secundum P. vt.ś. de temp. in integ. resti. l. ea quæ. in fin. & hic innuit: quod vltimum, scilicet de maiore, nō placet: quia illud in inchoanda, secus in complēda: quæ statim currit: vt ibi diximus per. l. ff. de in diem addict. l. si prædio.

*Præscriptio an currat contra hæredem hæreditate nōdum adita.*

m *Hæres eius.* vt.ff. in quibus cau. mi. non re. l. vltra. sed intellige quia biennium patris elapsum erat. Vel distingue, vtrum suo nomine, vel alterius. si non suo, non currit: vt.j. eo. l. contra. si alieno, bene currit.

n *Etiam si pupillus.* currit ergo pupillo hæc præscriptio biennalis. & sic est contra. ś. in quib. cau. in integr. resti. non est ne. l. fi. Solu. hic totum biennium cucurrit contra defunctum: vt hic aperte dicit. Vel dic secundū quosdam licet nō cucurrisset, idem cum descendat ex parte defuncti: vt. ff. de mino. l. Aemilius. vel solue vt ibi. Item no. priuilegiatum succedentem non priuilegiato, non habere priuilegium: vt supra de hære. act. l. sub prætextu. & infra de his qui. vt indig. l. Polla.

*Priuilegiatus succedēs nō priuilegiato, nō habet priuilegium.*

CVm vltra hoc.] CASVS. Confessus fui me recepisse à te decē mutuo in instrumēto, nec recepi nisi quīq;: quia alia quinq; mihi nō numerasti: & stipulatus es tota decē tibi reddi: qualiter mihi succurritur, quæritur? Respon. quòd agente te habeo act. in factum, si nondum biennium excesserit: vel si intra illud tempus protestatus fuerim pecuniam numeratam mihi non fuisse, non obligabor vltra quinque quæ numerasti.

o *Constet.* vt.ff. de pact. l. si tibi. in prin. &.ff. si cer. peta. l. rogasti. §.j. & supra eo. l. minoré. Sed opponitur de duob⁹ reis. nam ad vtrunq; nō peruenit in solidū dominiū pecuniæ: vt.ff. cōmo. l. si vt certo. §. fi. & de castrē. pec. l. hæreditate. §. pater. & tamen tenentur in solidum. Respon. nō re, sed verbis. Vel intellige hic: accepit

BIU Cujas

accepit ipſe vel alius pro eo, ſicut ſit in dictis duobus reis: quia autem non obligatur vltra, nec vltra excipitur. ſed ſi obligetur, vt quia fuit ſtipulatus creditor, opus eſt exceptione. & hoc ſubiicit ſecundum quoſdam.

a *In factum.* quæ per interpretationem inducta eſt ad ſimilitudinem non numeratæ pecuniæ: vt inſti. de excep. in princ. Vel dicitur in factū quando eſt habēda ratio perſonæ: vt. ff. de except. doli. l. apud. §. aduerſus. Vel dic q̄ ſpecies hic promiſſa fuerat, non quantitas. Vel dic quòd eadem eſt hæc exceptio & exceptio non numeratæ pecuniæ ſecundū Ia. Vel verius vbi ſine ſtipulatione, habet locū exceptio nō numeratæ pecuniæ. vbi vero cū ſtipulatione: hæc in factum locum habet.

b *In teſtando.* id eſt proteſtādo: vt. ſ. l. proxi. dixi.

*Aſſeueratio.*] CASVS. Si affirmo me ſoluiſſe pecuniam quam mutuaſti, vſque ad, xxx. annos probare poſſum me ſoluiſſe: ſi dico mihi non numeratam pecuniam, vltra biennium non potero opponere exceptioné non nume. pecu. & hic caſus nō eſt contrarius ſuperiori. in priori caſu affirmo: & ideo incumbit mihi probatio. in alio nego: vnde non mihi, ſed creditori incumbit probatio.

c *Contendentis.* debitoris.

d *Non excluditur.* vt &. ff. de excep. doli. l. pu re. §. fi.

e *Obloquitur.* id eſt contra loquitur: vel contradicit.

f *Euaneſcat.* quia pro eo vnum, vt ſcilicet non probet: & contra eum ſit aliud, ſcilicet vt biennio duret tantum. Accurſius.

g *Cum inter eum.* ſcilicet magna ſit &c. vt in fine.

h *Subiit.* vt. ſ. de proba. l. j. [a]

i *Nulla eſt.* vt. ſ. de proba. l. actor. ſimiles quidē ſunt: quia vterque negat ſe debere. ſed differunt: quia alter factum negat, alter adſerit, ſecundum Ir.

*Si tranſactionis.*] CASVS. Petebas à me decem: reuocatum erat in dubium an tenerer: tranſegi: & quinque ſtipulāti promiſi: ſi conuenias me, an poſsim obiicere excep. non nume. pecu. quæritur? Reſpond. quòd non: quia ex quo promiſiſti per ſtipulationem, ex cauſa tranſactionis illa quinque debentur, interceſſerit numeratio vel non.

k *Non potes.* quia ſubeſt cauſa hoc ipſo q̄ à lite diſceditur: vt. ſ. de tranſac. l. ij. &. ff. de condic. inde. l. in ſumma. circa princip.

*Tam mandatori.*] CASVS. Mandaſti mihi vt mutuarem Titio decem: Titius confeſſus eſt in inſtrumento ſe decem recepiſſe, cum tamen non receperit, quia non numeraui: & pro eo Seius fideiuſsit. an tibi ſicut ei detur excep. non nume. pec. quæritur. Reſpond. quòd ſic, & etiam eius fideiuſſori.

l *Competit.* inuito etiam reo principali ſicut in aliis, dummodo rei cohęreant, nō perſonę: vt. ff. de fideiuſ. l. ex perſona. &. l. ſi ſtipulatus eſſes. &. ff. de pac. l. fi. &. ff. de excep. l. omnes exceptiones. &. j. eod. l. pe. Sed ex cuius perſona? Reſpon. debitoris. Item nunquid poſt bienniū? Reſpon. non. b Item nūquid numeratio poſtea facta c facit vt fideiuſſori exceptio auferatur? Videtur q̄ non: exceptionem numeratione facta. Item nūquid hoc dices ſi etiam iam oppoſuit exceptionem fideiuſſor? Reſpon. vtique. Sed nónne licuit reuocare mandatum vel renunciare? Reſpōdetur, e Aliud eſt reuocare ſiue renunciare mandatum: & aliud hanc exceptionem opponere.

*Generaliter.*] CASVS. Debeo tibi decē ex cauſa legati vel venditionis, vel alia, non curo: nec interceſsit ſcriptura. vel interceſsit, & in illa cō feſſus ſum me tibi debere decē. ſi conueniat me, & inſtrumentum oſtendas mihi: an habeas neceſſe probare ex qua cauſa promiſi ti bi decem, quæritur? Dicitur quòd non. ſatis enim eſt ſi oſtendas inſtrumentum prioris cō feſsionis. vnde compellendus ſum ad ſolutionem niſi probem quòd verum non fuit quod eram confeſſus. verbi gratia, Si cōfeſſus ſum me tibi debere. x. ex cauſa legati, & per falſum inſtrumentum, & teſtamentum in quo ti bi legatum dicis, verum vel validum non eſt: nō teneor tibi ſoluere. alias ſic: quia abſurdum eſſet venire cō tra cōfeſsioné propriā. m *Scriptis.* quid ſi ſine ſcriptis fiat huiuſmodi confeſsio? Quidam dicunt quòd non habet locum hæc lex ſed ſecundum Io. ſic quia in fi. dicit, indignum eſt &c. Sed an tunc poterit probare contrarium per teſtes? Reſpon. ſic, arg. ff. de reg. iur. l. nihil tam. †

n *Deſcendentibus.* vt ea ſ. de véditione vel locatione, vel etiam ex mā. ficio.

o *Eamq;.* ſcilicet venditionis. vel etiā ex ma leficio, vt dixi: & ſic alia quàm mutui, quia tunc bienniū expectaretur: vt. j. l. proxi. vel dotis: quia tūc tēpora ſeruantur quę habes j. de dote cauta non nume. l. fi. & auth. ibi poſita. Item no. cauſam exprimi. ſi enī nulla exprimeretur, cautio nō valeret: vt. ff. de proba. l. cum de indebito. §. j. &. ff. de dona. l. nuda ratio. Sed an ſtipulatio valeat ſine cauſa? Poteſt dici quòd ſic ſecūdum quoſdā: ſed nō niſi cauſa probetur, reus abſoluitur: vt. ff. de do. excep. l. ij. §. j.

p *Scriptis.* non teſtibus. & ſic eſt contra. ſ. de fi. inſtru. l. in exercendis. Sol. hic ſpeciale: vt & aliàs. ſ. ſi minor ſe ma. di. l. iij. & fin.

Alij dicunt etiā per teſtes, quod nō placet. Item an per contrariā ſcripturā tollatur talis obligatio literarū: puta ſcribo illum non debere, vel nō ſcripſiſſe? Puto ſic, per regulam iuris: vt. ff. de reg. iur. l. nihil tam. Item an etiā vltra bienniū admittitur? Rñ. ſic ſecundum quoſdā: vt. ſ. e. l. adſeueratio. & eſt etiā ſecundū Pil. ratio, quia ſtatim tenetur, niſi cōtra probetur. Item hoc fallit in ca ſibus vbi non poteſt probari contrariū. Primus eſt. j. arb. tu. l. ſi licet ibi erat priuata ſcriptura: vel fauore pupillorū. Item in alio fallit: vt. ſ. tit. j. l. antiquę. §. j. ſed ibi receditur à iure ſpeciali, quod eſt facilius quàm à iure cōmuni: vt hic. Item quid ſi creditor cōfitetur ſibi ſolutū ex alia cauſa quàm mutui? an ſtatim ſibi præiudicet: an demū poſt triginta dies: vt. j. l. proxi. §. ſuper? Et videtur poſt. xxx. dies, cum hic adſerat cauſam cōfeſsionis: creditor non. ſed poteſt dici ſecundū alios idem in liberatione quod in obligatione, vt ſtatim præiudicet. prima placet. ADDITIO. Intelligas hanc. l. dicentē debere probari per ſcripturam aliam &c. procedere eo caſu quo quis confitetur inſtrumentum eſſe verum: & cauſam in eo appoſitam fuiſſe de partium voluntate appoſitam: ſecus ſi dicit eam non eſſe veram. Ita limitat hanc. l. Imo. in. c. cum contingat. extra de iureiur. in. xlvj. charta.

q *Religionem.* not. fidē iudici faciēdam: f vt diximus. ſ. de eden. l. procurator.

SI tranſactionis cauſa dare Palladio pecuniam ſtipulāti ſpopondiſti: exceptione non numeratæ pecuniæ defendi nō potes. [k]

*Exceptio competens reo, competit cuilibet intercedenti pro reo. hoc dicit. Bald. & Salycetus.*

XII. Iidem AA. Seueriano.

TAm mādatori, quàm fideiuſſori non numeratæ pecuniæ exceptio, exemplo rei principalis competit. [l]

*Iſta lex eſt ſolennis. Confeſsio debiti ex alia cauſa quàm mutui vel dotis, eſt efficax ad probandum: recipit tamen probationem in contrarium. ſi vero nō probetur, ſtare debet ſuæ cōfeſsioni. Et ſi facta eſt in ſcriptis ſeu cum ſcriptura publica vel priuata, non poteſt probari directo contrarium niſi per aliam ſcripturam ei contrariā. hoc dicit iſta lex magiſtra. Pau. de caſt.*

XIII. Imp. IVSTINVS. A. Theodoro. P. P.

GEneraliter ſancimus, vt ſi quid ſcriptis [m] cautum fuerit pro quibuſcunque pecuniis ex antecedēte cauſa deſcendentibus, [n] eamq; [o] cauſam ſpecialiter promiſſor edixerit: nō iam ei licentia ſit cauſæ probatione ſtipulatorem exigere, cum ſuis cōfeſsionibus acquieſcere debeat: † niſi certe ipſe è contrario per apertiſsima rerum argumenta ſcriptis [p] inſerta, religionem [q] iudicis poſsit inſtruere, q̄

a *Iſta lex hic in gl. al legata, et. l. præſens notantur ad hoc, quòd facta nō præſumuntur: ad q̄ etiā allegari ſolet. l. in bello. §. factæ. ſed vide tu quomodo hoc ibi probetur.*

b *Sequitur iſtam Saly. & Pau.*

*Exceptiones reo competentes, an cōpetant fideiuſſoribꝰ.*

c *Per creditorē debito-*

BIU Cujas

l.procurator. Et vt hoc plene sciàs, die cum quis confitetur extra ius, aut pro se, vt alium sibi debere, & tunc nó valet: vt.ŝ.de proba.l.exéplo. aut cótra se, & tunc vel ad liberandũ, & sic post.xxx. dies sibi præiudicat, non prius, nisi in casibus: vt.j.l.proxi.§. super.&.§.ij. Aut se alij obligando: quo casu subdistingue: quia aut certá causam non adiicit, & non valet: [a] vt ff. de proba. l. cum de indebito. §. fin. vel adiicit certam: & tunc vel numerationis, vt mutui, vel aliam. si numerationis, competit exceptio debitori intra biennium: & nisi creditor probet, cadit à causa: post biennium vero non auditur: vt.j.l.proxi. in princ. quia biennium pro numeratione est: & secundũ quos dá obligatio post biennium efficitur naturalis & ciuilis, quæ erat ante tantum ciuilis. sed secundum nos [b] etiam post biennium ciuilis tantum, sed tamen effectum habet naturalis, vt in ea quæ prouenit ex sententia: vt.ŝ.de re. cre. l. actori. &. ff. de có dic. inde. l. Iulianus. Ité secundum Iac. & nos etiam post biennium admittitur debitor ad probándum: vt diximus in simili casu. ŝ.e.l. si ex cautione. sin autem alia est causa quàm numerationis, puta véditionis, tunc serua. l. istam. Item in dote serua. j. de dote cauta. l. fi. & authen. ibi posita. Item no. quòd licet hic dicatur literarum obligatio: tamen sola scriptura non obligat, sed necessaria est ratio intellectualis obligandi. & sic dicit lex. ff. de act. & obli. l. non figura. non autem per locum vel causa doctrinæ dicendo obligatur: vt in eod. titu. l. obligationum substantia. §. fin. Item not. quòd licet quis scribat se debere alicui non inserta causa, non obligatur. non enim plus facit scriptura quàm faceret stipulatio. Vnde sic dicendo, debeo tibi decem, non obligatur quis alij. at cum scribat confiteri se accepisse mutuam pecuniam, obligatio oritur ciuilis: sed exceptio opponitur intra biennium, nisi contrarium probetur: vt institu. eo. §. j.

a *Quenquam.* vtputa quia non fuit vera venditio, sed donatio: tamen placuit eis aliqua de causa vt comprehenderetur in scriptis, vt venditio. vel forte cum Titius emeret, placuit aliqua de causa Seium in chirographo poni: quo probato, præualet veritas: vt hic, &.ŝ.plus vale. quod agitur. l.j.&.ij.&.l.si quis.

b *Indignum.* vt.ŝ. de reb. cre. l. si quis iusiurandum. &. ff. de dona. l. quidã. in fin. j. respon. Sed argu. contra. ff. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. Quid autem sit si huiusmodi confessio fiat in vltima voluntate, distingue. aut dicit testator, lego tibi. x. quæ debeo, & es non capax. & sic omnino non valet: quia in fraudem dictum videtur: vt. ff. de proba. l. qui testamentum. si vero capere potest, & iuro: valet, etiam si nil deb eo: vt. ff. de leg. iij. l. cum quis. §. codicillis. si non iuraui, sed quantitatem exprimo, adhuc valet vt fideicommissum: tamen non valet vt debitum, cum nil debeatur: vt.j. de fal. cau. adie. l.j.&.ij.&.ff. de leg.ij. l. Lucius Titius. ij. §. quisquis. ij. secus si non exprimo, sed dico, quòd debeo lego tibi, & nil debeo: quia non valet: vt. ff. de li. le. l. legaui. §. contra. & de leg. j. l. si sic. §. j. Si autem econtra dixi, confiteor mihi solutum. vel dixi, talis soluit mihi, & ideo ab eo peti nolo: videtur velle remittere. j. de fal. causa adiec. leg. l. j.

*In contractibus.*] CASVS. Olim poterat opponi exceptio non nume. pecu. vsque ad. v. annos. hodie vsque ad biennium. sed si minor non opponit, potest iuuari per restitutionem in integrũ. & ista sunt vera & locum habent in debitore. & hoc in prima. Si vero sit depositarius, qui confitetur res penes se esse depositas: statim sibi præiudicat. Vel dic & melius loqui in depositore, qui cõfitetur sibi restitutas res depositas: q statim sibi præiudicat. idẽ est & in procuratore fisci, qui confitetur sibi esse solutas publicas

a Et hoc cum quando confessio est reuocabilis & e- ffectus super obligationi- bus, & tem- poris ad eli- quod obligá- tum. Salyc.

b Et bene. Bar. Bald. Ang. Paul. & Salyc.

in alium quenquam[a] modũ, & non in eum quẽ cautio perhibet, negociũ subsecutum sit. Ni mis enim indignum[b] esse iudicamus, quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonióque proprio resistere.

*Hæc lex est solennis & not. & legam eam per partes: & hoc intendit: Queyela nõ numeratæ pecuniæ est intra biennium continuum proponenda: quo elapso introduci nõ potest, nisi ætatis vel absentiæ beneficio. hoc dicit vsque ad. §. sed quoniam. Bald.*

XIIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ præfec. præt.

IN contractibus in quibus pecuniæ vel aliæ res[c] numeratę vel datæ esse conscribuntur, [d] non intra quinquẽnium, (quod antea constitutum erat) non numeratæ pecuniæ exceptionem obiicere posit, qui accepisse pecunias vel alias res scriptus sit, vel successor eius: sed intra solum biennium continuum: [e] vt eo elapso, nullo modo [f] querela non numeratę pecuniæ introduci possit: his[g] scilicet qui propter aliquas causas specialiter legibus expressas etiã lapso quinquennio in prẽteritis temporibus adiuuabantur, etiam in posterum (licet biennium pro quinquennio statutum est) eodem auxilio potituris. [h]

*Hæc est secunda pars, in qua ponuntur tres casus in quibus cessat exceptio non numeratæ pecuniæ. Primo, quando cautio fit ex causa depositi. quod intelligo dummodo non sit facta fraus de contractu ad contractum: videlicet si cum tacite ageretur quòd esset mutuum, fuit appositum nomen depositi. Secundo, quando publicus officialis confitetur se recepisse publicas functiones. Tertio, quando dotem retro promissam maritus confitetur retro se recepisse, secundum Pe. sed glo. intelligit, & melius, quando fuit gemina confessio: in litera tamen hoc nõ exprimitur. hoc dicit secundum Bald.*

Sed quoniam securitatibus[i] & instrumentis depositarum[k] rerum vel pecuniarum talem

A functiones vel tributa. idem est in marito, qui primo confessus fuit sibi solutam dotem, demum secundo cõfessus est vxorem sibi soluisse: quia non poterit obiicere exceptionẽ non solutæ dotis: sed statim sibi præiudicat. Si vero sit creditor, qui confitetur sibi solutum debitum, vel in partẽ vel in solidum: si reddidit instrumentum debitori, vel promisit reddere, non præiudicat sibi statim: sed post lapsũ. xxx. dierum, intra quos poterit opponere excep. non solutæ pecuniæ. & hoc in tertia. An autẽ creditor si velit deferre iuramentum debitori post. xxx. dies, vt iuret se soluisse, sit audiẽdus, quæritur? Dicitur q̃ non. & hoc in quarta. Qualiter autẽ is cui competit exceptio non nume. pec. debet eam opponere, quærit. Respõ. quòd coram testibus debet dicere non fuisse numeratã: & tũc si præsens est aduersarius, vocabitur. si non est præsens, opponet eã coram iudice. si vero præsens non sit aduersarius, nec ipse iudex: tũc apud alios iudices est opponẽda. sed si nõ sit alius iudex, tunc coram episcopo. & hoc in quinta. Prædicta vera sunt similiter & in dote non numerata, scilicet quòd per talem protestationem huiusmodi exceptio non nume. dotis perpetuatur. & hoc in sexta.

B

C

D

c *Aliæ res.* quæ consistunt in numero, pondere, vel mensura. hoc enim biennium in mutuo tantum sibi vindicat locum, non aliter: vt.ŝ.l.proxi.dixi. Item hoc intellige quando fit spe futuræ numerationis. alioquin non quæro de non numerata, cum nec actum sit de numerando: vt.ŝ. eod.l.aduersus. licet videatur contra. ŝ. de postu. l. si sub specie. & si cer.pe. l. si non singuli. sed in prima subaudi, maxime, secundum G. vt ibi dixi. & in illa, si non singuli, sperabat mutuari.

d *Conscribuntur.* sed si hoc est ita scriptum, scilicet pecuniam numeratam: ergo ita est. vt in authen. de fi. instr. §. si vero moriatur. col. vj. Respõ. hic erat priuatum instru. quod non probat: vt.ŝ. de proba. l. instrumenta. vel si publicũ est, expone numeratæ vel datæ. i. confessio de numeratione vel datione cõscripta est. Ité per verba futuri tẽporis cauet se redditurũ. nam per verba præteriti temporis tantũ non cõtrahitur obligatio literis, sicut nec stipulatio: vt. ff. de verb. obli. l. v. §. stipulatio. secundum Io. Alij dicũt hic cõtrahi etiã per verba præsentis temporis: vt insti. e. §. plane.

e *Continuum.* [c] quo elapso in simplum tenetur: nisi abneget propriam scripturam. secus si abnegauit propriam scripturam vel numerationem in ea contentam: tunc enim in duplum: vt.ŝ. eod. authen. contra qui propriam.

f *Nullo modo.* nec si vellet probare non numeratam pecuniam secundum quosdam: vt.j.eo.§. illo. sed Ia. contra. [d] Quid autem si creditor bene confiteatur se non numerasse? Dicam iudicem [e] debere absoluere, cum debeat stare confessioni creditoris contra se. sed H. est contra. [f] Item pone post biennũ pecuniam creditorem numerasse. Dic tunc id agi, vt ex sola scriptura obligatio teneat, & magis implendę prioris obligationis gratia numeratio est intelligenda fieri: vt. ff. de noua. l. cũ enim. Item quid si renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ: an potest nihilo minus opponere exceptionem doli, vel in factum, vel condictionem sine causa? Dicunt Io. & Azo & H. non, sed alij[g] contra: vt dixi.ŝ.l.si ex cautione.

g *His.* scilicet hominibus.

h *Potituris.* quales sunt minores, & ãbsentes ex iusta causa, qui vt minores hodie ipso iure iuuantur: vt.ŝ. in quibus cau. in integ. resti. non est necess. l. fi.

i *Sed quoniam securitatibus.* id est instrumentis in quibus creditores scribunt se accepisse debitum, id est apochis.

k *Depositarum.* cum hæc lex non distinguat an loquatur in deponente

c Cõcor. gl. in. ca. si cautio. sup verbo cõfessioni. extra de fi. instru.

d Et bene. Bal. Sal. & Paul. hic.

e Et bene, secundũ Cy.

f Et male. Cy. et Ang.

g Dic quòd si fuit in eodẽ instrumẽto, nõ valet renũciatio. secus si in diuersis: quia tunc valet, & nõ pote-

rit opponi ista exceptio secundū Pau. hic.

ponente vel depositario: nec ego distinguo. nam siue depositarius scribat, statim sibi præiudicat: vt &. s. l. proxi. siue deponens se accepisse, & tunc statim sibi præiudicat: vt hic. Sed in depositario videtur quòd hodie sint testes tres necessarij, qui subscribant huiusmodi instrumento: vt in authen. de fi. instr. §. j. col. vj. sed ibi loquitur quando cōtractus fit in scriptis. vel ibi non cōstabat scripturam depositarij esse. & ideo tres exiguntur. Vel ibi erat priuata, hic publica. Vel ibi vt ex ea fiat cōparatio ad aliā improbandam.

a *Litigatores*. scilicet contradictores.

b *Breui tempore*. s. triginta dierū: vt. j. §. proxi. aliàs dicit aliter modicum tempus: vt. ff. de iudi. l. si debitori.

c *Depositionis*. acceptę.

d *Functionū*. vt si procurator fisci vel administrator publicas functiones solutas fatetur in totum vel in partem: vt. j. de apochis pu. l. fi. lib. x.

e *Exponuntur*. à viro confitente dotem sibi solutam, quæ non est.

f *Penitus*. nec illam quæ concluditur biennio, vel aliam. Sed est contra. j. e. l. §. fi. in fin. Solu. hic sunt duæ confessiones, quæ valent plus quàm vna: vt &. s. de plus peti. l. j. &. s. tit. j. si mulier. ij. sed in. l. cōtraria, vna tantum. Vel hic propria manu scripsit instrumentum, ibi non. Vel hic loquitur cum maritus scripsit sibi solutam dotem: ibi cum mulier scripsit sibi redditam soluto matrimonio. Item no. hic tres casus vbi cōfessio de recepto statim præiudicat. Est & quartus: vt si procurator fisci cōfitetur precia rerum fisci venditarum se recepisse: vt. j. de quadrien. præscript. l. oēs. §. fi. s. ne quis grauetur bis soluēdo fisco. Est & quintus. s. titu. j. l. antiquæ. in princip. Sed quid si procurator fisci, qui sic fuit confessus, non est soluendo fisco: an in debitorem actio dabitur fisco? Respon. sic: vt. j. de cano. fru. l. j. lib. xj. Sed argu. contra. j. de conue. fisc. debi. l. quoniam. lib. x. &. ff. de repu. l. fin. &. j. de apoch. pub. l. penul. lib. x. &. j. de fideiuss. l. ij. &. j. de quadrien. præscript. l. j. Item argu. q. etiam ab initio non valeat confessio. s. de trās ac. l. præses. sed ibi gra-

*Cōfessio de recepto statim præiudicat in quinque casibus.*

exceptionem opponere litigatores [a] conantur, iustū esse perspeximus huiusmodi potestatem in certis quidem casibus prorsus amputare, in aliis vero breui tempore [b] concludere. ℣ Ideoque sancimus instrumento quidem depositionis [c] certarum rerum vel certæ pecuniæ, securitatibusq; publicarum functionum, [d] (siue in solidū, siue pro parte solutæ esse cōscribantur) illis etiā securitatibus quæ post confectionem dotaliū instrumentorum de soluta dote ex parte vel in solidum exponuntur, [e] nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus [f] opponi.

*Tertia pars hoc dicit. Contra confessionē ad liberandum prætextu numerationis emanantem, necnon contra promissionem reddendi instrumenti cancellati admittitur exceptio nō numeratæ pecuniæ intra. xxx. dies tantum. Bald.*

Super cæteris vero securitatibus [g] quæ super priuatis debitis à creditore conscribūtur, partem debiti sortis vel vsurarum nomine solutam esse significantes, vel adhuc fœneratitia cautione apud creditorem manente, solidi tamen debiti solutionem factam esse demonstrātes, [h] vel etiam futurā esse redhibitionem instrumēti fœneratitij promittentes, [i] vel (si qua alterius cuiuscunque contractus gratia, in quo numeratio pecuniarum, vel datio certarum specierū scripta est, securitas similiter data sit) depensas esse pecunias, vel alias res, vel partem earū significantes: intra triginta tātūmodo dies [k] post huiusmodi securitatis expositionē [l] connumerandos, exceptionem nō numeratę pecuniæ posse obiici: vt si hi transacti fuerint, eadem securitas à iudicātibus omnib⁹ modis admittat: nec ei liceat [m] qui securitatem exposuit, post excessum memoratorum triginta dierum non esse sibi solutas pecunias vel alias res dicere.

*Quarta pars hoc dicit: Elapso termino iuris, non est manifestæ turpitudinis nolle iurare, nec iusiurandum referre. hoc dicit. Bald. Vel sic: Vbi exceptio non numeratæ pecuniæ non potest opponi: ibi non potest iuramentum deferri. Salyc.*

Illo videlicet semper obser-

A tis remittebat, hic confitebatur acceptum. Item quæ est ratio in casibus aliis magis quàm in mutuo? Respon. quia illa confessio plurimum fit in mutuo creditore confitente, & ideo prouidendum fuit. argu. ff. de leg. & senatusc. l. nam ad ea. Item quid in aliis casibus à prædictis quinque? Quidā idem quod in his quinque. Alij idem quod in mutuo. quod verū est vt. j. proxi. §.

g *Super securitatibus*, quæ à creditoribus de soluto debito fiunt.

h *Demonstrantes*. scilicet securitates.

i *Promittentes*. scilicet securitates.

k *Triginta dies*. sed ante triginta dies quis probabit? Quidā quòd creditor probabit non solutum. Alij quòd debitor solutum, sicut creditor numeratum: vt. s. e. l. si ex cautione. Item pro hoc. s. de probat. j. quod est verius.

l *Expositionem*. scilicet connumerandos.

m *Nec ei liceat*. not. argu. contra Ia. in eo quod dixi. s. eod. l. si ex cautione.

n *Offerre*. & hoc est contra eūdem Iac. manifeste. nam & iuramēti præstatio est probatio: [2] vt. j. de iure delib. l. fin. §. licentia danda. Item si iuraui me furū non feciſſe, nulla alia via de meo furto quæritur: vt. ff. de iureiur. l. si duo patroni. §. idem Iulianus. &. l. qui iurasse. §. si pater. sic & hic nulla via veniri posit cōtra: nec ergo teneor respondere ad interrogationes factas de huiusmodi materia. Sed potest responderi ad id quod de iureiurando hic dicit, quòd sit nouius. & secundum id loquitur hoc qđ habes. s. de iureiur. l. generaliter. §. sin autem.

o *In omni enim tempore*. scilicet biennij, vel triginta dierum.

p *Locorum*. vbi est cōtractus factus.

q *Efficere*. vt &. s. e. l. si intra. &. l. cū vltra.

r *Si præsens*. hoc habes. s. de epis. audien. l. si præsens. &. l. fin. &. j. de an. excep. l. vt perfectius.

s *Exceptione*. vt sicut superiores perpetuantur, sic & hæc. & sic bene sequitur authent. hanc autem. quæ est de tempore non sol. pec. super do. §. j. colla. vij. & secundum hoc est contra. s. eod. l. §. j. solue vt ibi. Item contra. j. de do. cau. l. fin. Solue vt ibi.

uando, vt in quibus nō permittitur exceptionem nō numeratæ pecuniæ opponere, vel ab initio, vel post taxatum tempus elapsum: in his nec iusiurādum offerre [n] liceat.

*Quinta pars. h. d. Querelæ non numeratæ pecuniæ in scriptis est proponēda coram iudice loci contractus: & absente aduersario, & etiam sine citatione sola propositio præscriptionē interrumpit. Bal. Vel sic: Ad perpetuandū querelam non numeratæ pecuniæ peruenitur hoc ordine: vt eo absente qui dicitur numerasse, vel etiā præsente, sed administrationē iurisdictionis habente, querela fiat corā iudice loci: vel nullo iudice ibi existēte, corā episcopo: eo vero præsente, vel administrationē iurisdictionis nō habente, eidē fieri debet querela: & hæc oīa in scriptis et intra tēpora querelæ prætaxata. Sal.*

In omni enim tēpore [o] quod memoratę exceptioni taxatum est, ei licebit cui talis exceptio cōpetit, vel denunciationibus scripto missis querelā non numeratæ pecuniæ manifestare ei qui numerasse eam vel alias res dedisse instrumēto scriptus est: vel si abesse eū his locis ī quib⁹ cōtractus fact⁹ est, cōtigerit, in hac quidē alma vrbe apud quēlibet ordinariū iudicē, in prouinciis vero apud viros clarissimos rectores earū, vel defensores locorum, [p] eādem querelam manifestare, eoque modo perpetuam sibi exceptionē efficere. [q] ℣ Sed si præsens [r] quidem sit qui pecunias numerasse, vel alias res dedisse scriptus est, aliquā vero administrationē in hac alma vrbe vel in prouinciis gerat, vt difficile esse videatur denunciationem ei mittere: licet iam damus ei qui memorata exceptione [s] vti velit, alios iudices adire, vel in hac alma vrbe, vel in prouinciis, & per eos ei manifestare cui exceptionem huiusmodi obiicit, factā à se super non numerata pecunia querelā esse. ℣ Quòd si in prouinciis vel non sit alius administrator ciuilis vel militaris, vel propter aliquam causam difficile sit ei qui memoratam querelam opponit, adire eum, & ea quæ dicta sunt, facere: licētiam ei damus per virum reuerendissimum episcopū eandem suam exceptionem creditori manifestare, & ita tempus statutum in-

*Hanc autem.*

HAnc autem.] CASVS. In hac authentica dicitur q̃ querela non numeratæ dotis debet fieri in scriptis. & ita si vult maritus eam opponere, vocet mulierẽ quę dotẽ dedit: vel eũ qui pro ea dotem constituit, suam exceptionẽ sibi in scriptis offerẽs.

a *Hanc autem querelam.* scilicet non numeratæ dotis. hoc idem intelligit Ioan. in exceptione non numeratæ pecuniæ: cum eadem sit ratio: vt.j. ad le. fal. l. fi.

b *Cõscripsit.* id est qui scriptus est dedisse.

SI cui.] CASVS. Seius mutuauit Titio decem, & ei obligauit res suas: vel forte missus fuerat in possessionem bonorum. ipso non soluente iste idem Titius obligauit se Sẽpronio spe futuræ numerationis, sed non numerauit: vult Sempronius conuenire creditores Titij, qui habent pignus vel conuentionale vel iudiciale. an possint opponere except. non nume. pecun? Dicitur quòd sic. si tamen creditores succũbant, quia Sempronius aduersus eos obtinuit, nõ iudicat Titio: q̃ res inter alios acta &c.

c *Si cui.* si debitor nõ vult excipere de nõ numerata pecunia contra ciuilem creditorẽ, creditores veri exceptione vtuntur.

d *Tali auxilio.* sic. ff. de contra tabulas. l. si post mortem. §. fi. & de sepa. l. j. §. sed si quis.

e *Vel præsente.* sed no lente vti, vel latitante.

f *Creditores.* scilicet veri: qui cum iam sint missi in possessionẽ bonorum debitoris, conueniuntur à ciuilibus.

g *Debita.* scilicet pecuniam quam non numerauerunt. immo certe & si neq; agant, neque conueniantur: sed debitor cõuenitur. argu. ff. de appel. l. si perlusorio.

h *Contra alios.* scilicet ciuiles creditores, qui possidẽt: vt hic, &. ff. de condic. inde. l. tutores.

i *Aliquam actionem.* puta hypothecariã ex conuentione: vel quia veri fuerãt in possessionem missi: vt. ff. de pig. actio. l. non est mirum.

k *Fideiussori.* accedit ergo fideiussor ciuili obligationi tantum: vt hic, licet quidam contradicant. & quod dicit, præiudicium, scilicet plenũ: quia res inter alios &c. vt. j. res inter alios actas & ar. ff. de interrog. act. l. si defensor. in princ. generatur tamen quale-quale præiudicium: vnde appellare possunt: vt. d. l. si perlusorio.

*Fideiussor* ... *ciuilis obligationi tantum* ... *licet plenũ* ... *quam ar-* ... *dicat.*

INdubitati.] CASVS. Obligaui me Titio spe futuræ numerationis: iuraui me soluturum. si iuraui, an mihi competat exceptio non nume. pecu. quæritur? Dicitur quòd sic.

*Iuramento* ... *diturum.* ... *licet si detur pecunia.*

*Sacramenti.* vt, confiteor me debere decem, quæ iuro me redditurum. Et not. hic tacitam conditionem inesse iuramento, scilicet si detur pecunia. & hoc ideo, quia hoc cogitabatur: vt & ar.

terumpere. Quæ etiam in exceptione non numeratæ dotis locum habere certum est.

IN AVTHEN. de tempore nõ solu. pec. super do. §. sin autẽ. coll. vij. consti. x.

HAnc autem querelam a in scriptis fieri oportet: & si quis eam in iudicio faciat, oportet eam mulieri, vel omnimodo ei qui dotem conscripsit, b innotescere.

*Verus creditor & quilibet iustus possessor vel petitor, potest ciuili tantum creditori opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ etiam debitore absente, vel contradicente: in qua si succumbat, debitori vel eius intercessoribus non præiudicat. hoc dicit not. secundum Bald.*

XV. Idem A. Mennæ. P. P.

SI cui c non numeratæ pecuniæ competere possit exceptio: etiam eo superseden te tali auxilio d vti, vel præsente, e vel absente, creditores f eius (siue ipsi conueniantur, vtpote res eius detinentes, ab his qui debita g eius exigunt, cui cõpetit huiusmodi exceptio, vel dotis vel alterius causæ nomine: siue contra alios h possidentes aliquam actionem i ipsi moueant) possint in examinãdo negocio suis aduersariis eandem non numeratæ pecunię exceptionem opponere: nec eo prohibeantur q̃ principalis debitor ea nunquam vsus sit: ita tamen, vt neque principali debitori, neque fideiussori k eius aliquod præiudicium generetur, si is qui eam exceptionẽ opposuerit, victus fuerit: sed possint illi postea, si conueniantur, intra statuta scilicet tempora, eadem se exceptione tueri.

*Confessus spe futuræ numerationis, siue contractus sit mutui gratuiti, siue vsurarũ, etiam apposito iuramento, habet exceptionem non numeratæ pecuniæ. h. d. Bald. Vel sic: Iuramentum de reddendo subiectũ cautioni, non impedit exceptionem non numeratæ pecuniæ opponi. Salycetus.*

A ff. de acquiren. posse. l. quòd meo. §. j. sic & ff. qui satisd. cog. l. fi. non autẽ sic dico, secundũ Ioan. ff. de transac. l. si ex falsis. quia ibi non agitabatur de falsitate. Vnde ibi nõ intelligitur tacita conditio.

*ditio. & hoc etiam dicit ca. quæadmodum. cũ gl. super verbo, conditio. extra de iureiurã. vbi hanc conditionẽ ponit cum multis aliis quæ tacitè insunt in iuramento.*

m *Mentionem.* aliàs mentionem: & aliàs cautionem.

B

DE COMPENSATIONIBVS.

XVI. Idem A. Ioanni. P. P.

INdubitati iuris est, nõ numeratæ pecuniæ exceptionẽ locum habere & in talibus nominibus, vel fœneratitiis, vel aliis cautionibus, quæ etiã sacramenti l habent mentionem. m Quæ enim differentia est in huiusmodi exceptione, siue iusiurãdum positum est, siue non, tam in fœneratitiis, quàm in aliis instrumẽtis, quæ talem exceptionem recipiunt?

TITVLVS XXXI.

DE COMPENSATIONIBUS.

*Fisco ex diuersa statione non opponitur compensatio. Bald.*

I. Imp. ANTONINVS. A. Dianensi.

ET senatus n cẽsuit, & sæpe rescriptũ o est, compensationi in causa fiscali p ita demum locum esse, si eadẽ statio q quid debeat, quę petit. Atque hoc ius propter confusionem r diuersorũ officiorũ tenaciter seruandũ est. Si quid autẽ tibi ex ea statione cuius mentionẽ feci sti, deberi cõstiterit: quamprimum recipies.

C

*Ex causa iudicati sicut non condicitur, ita nec compensatio ipsius admittitur, & exceptio compensationis potest opponi in executione sententiæ. Bald.*

II. Idem A. Asclepiadæ.

EX causa quidem iudicati si debitum solutũ repeti non potest, s eapropter nec cõpensatio eius admitti t potest. Eũ vero qui iudicati conuenitur, compensationem pecuniæ sibi debitæ implorare posse, nemini dubium est.

D

*Hic enumerantur casus in quibus cessat compensatio ipso iure in effectu. Bald. Vel sic: Debitor reipublicæ potest ei compẽsationem obiicere, nisi sit debitor ex aliqua de causis hic subiectis. Salycetus.*

III. Imp. ALEXAN. A. Capitoni.

IN ea quæ reipublicæ u te debere fateris, cõpensari ea quę

ET senatus.] CASVS. Si fisco habeat duos stationarios, & vnus mutuauit mihi. x. & alius mihi decem debet: an hinc inde locum habeat compensatio? Respon. quòd nõ, propter cõfusionem, scilicet ne confundantur diuersa officia stationũ. & hoc in prima. Si vero stationarius qui petit à me decẽ, debet mihi decẽ, potest fieri compensatio. & hoc in secunda.

n *Senatus.* cuius nomen non habemus.

o *Rescriptũ est.* à principibus.

p *In causa fiscali.* si à fisco petatur, eodemq; creditore. vel fiscus petat, idémque debitor.

q *Statio.* habet enim fiscus suas stationes. si ergo vna debet fisco. x. qui fiscus debet. x. alij, non compensatur: vt hic. secus autem si fiscus succedat tali debitori, q & creditor est: quia totum extinguitur: vt. j. de solu. l. ij.

r *Cõfusionem.* s. vitandam, vt & illud: Vnusquisque habeat suã &c. & est ad. l. istam arg. cõtra. ff. de administra. tu. l. inter tutores. *1. Cor. 7.*

EX causa.] CASVS. Petebas à me decẽ, & condẽnatus fum: solui ex causa iudicati. an possim tibi opponere compensationẽ pro illis. x. quæ tanquam indebita solui? Et dicitur quòd non. sed si nondum solui ex causa iudicati, bene admittetur cõpensatio, si aliud in quãtitate mihi debeas.

s *Non potest.* sunt & alij casus qui no. ff. de cõ dic. indeb. l. j.

t *Admitti potest.* quia sic aufertur vtilitas sententiæ victori. Et pone exemplum q̃ ex sententia. x. tibi solui, quæ aliàs non debebã. conuenis me ad alia. x. obiicio tibi compensationem indebitæ pecuniæ solutæ, quasi mihi tenearis ad eam reddẽdam: non possum: sed soluendo potest compensari si cõdemnato aliquid debetur: vt. ff. eo. l. si cum militi. §. j.

IN ea.] CASVS. Si debebas. x. reipubli. & ipsa tibi. x. hinc inde admittitur cõpensatio, nisi in. viij. casibus. Vnus est, si debitor sim eius in kalendis. Secundus est, si debeo frumentum: vel si debeam pedagium, vel tributũ ei, vel alimentum alicui seruiẽti. vel si tale debeam quod in certas res (vtputa ad emẽdum frumentũ) deputatur. vel si debeam fideicõmiss. aliquod, vel legatum, & ipsa aliquid debeat: in omnibus his non habet locum compensatio.

u *In ea quæ reipublicæ.* scilicet Romanorũ. Vel dic idem in qualibet

libet ciuitate: vt arg. ff. ex quibus cau. ma. l. sed & si per prætorem. §. fin. & l. legatis. & ff. de publica. l. sed & hi. §. j.

a *Iubebit.* vt procurator Cæsaris: vt. §. si aduer. fisc. l. ij. Et not. generaliter fisco compensari: vt hic, & §. eod. l. fin. si modò qui fisco compensat, intra duos menses probat suum debitum: vt. ff. de iure fisc. l. aufertur. §. qui compẽsationẽ. sed hæc cõpensatio cessat in casibus qui sunt hic, quorum quidam sunt etiã ff. eo. l. ideo. & l. ob negocium. & d. l. de iure fisc. l. aufertur. §. vt à debitoribus. Item fallit. §. eod. l. j.

*Compẽsatio an & quẽ admodũ fisco opponatur.*

*Kalendarium quid signat.*

b *Ex kalendario.* liber est rationum nomi num sic dictus, quia in kalendis fiebant reuocationes a debitorũ: vt ff. de lega. iij. l. qui filiũ.

*a Adde quòd kalẽdis quãdoq; fiũt feriæ. l. omnes dies. C. de fer. & l. pridem. ff. eod. & de kalẽdis vide plura in data li. vi. & per gl. in l. eum qui kalẽdis. & l. cũ bissext. ff. de verbo. sign.*

c *Ex vectigalibus.* scilicet soluendis pro rebus vehendis: vt §. j. de vectiga. l. vniuersi.

d *Pecunia.* vt &. §. j. e. l. si ex venditione.

e *Tributorum.* quę pro prædiis vel capitibus præstantur.

f *Alimentorum.* statutorum alicui seruienti reipublicæ.

g *Seruit.* id est quæ si soluantur, statutum est in quos vsus ista expendantur.

h *Ciuitatis.* scilicet cuiuslibet: vt modo dixi.

*† Istæ vsuræ non habent locũ hodierno iure canonico. xiiii. q. iii. ca. fina. & Deut. 24. Et aduerte hic non licere mutuare cum pacto quòd alio tẽpore tantũdem mutuetur mihi. gl. in. c. si fœneraris. xiiii. q. iii. quam glos. dicit sing. Iason, l. ex hoc iure. col. xii. vers. decimusquint.*

*Si cõstat.* ] CASVS. Si debeam tibi decem, tu mihi alia decẽ, ipso iure fit compensatio. Si vero debeo tibi decem, & tu mihi duodecim, opponam tibi compẽsationem vsque ad concurrentem quantitatem: de vsuris residuis, si aliquo iure debeantur, integra manente petitione.

i *Ipso iure.* Not. pro M. quòd ipso iure fit compensatio, etsi non opponatur ab homine: vt hic, & §. j. eod. l. fi. & instit. de act. §. in bonæ fidei. Sed Io. dicit eam fieri tunc demum cum ab homine opposita fuerit: vt. ff. e. l. j. & ij. & l. quod Labeo. nam si ius ipsum cõpensaret, non esset in hominis potestate cum quo debito cõpensaretur: quod tamen lex dicit. ff. eo. l. si quid. & l. verum. & l. quod Labeo. Item dicit lex eum male agere, cui obstat compẽsatio: vt ff. eo. l. verum. vnde patet esse actionẽ: sed elidi exceptione: vt. ff. quando dies vsusfruct. leg. ce. l. j. §. fi. Quod autem dicitur alicubi fieri eam ipso iure: verum est, si ab homine opponatur: hoc tamẽ fallit in delictis, vbi ipso iure fit: vt. ff. eo. l. si ambo. §. quotiens. Itẽ ad inhibendum cursum vsurarum, vel pœnam committendã, vel pignus liberandum: vt hic, & §. j. l. proxi. & §. de solu. l. eius. & ff. e. l. cum alter. cum enim debeantur ex mora, & nulla est mora vbi est exceptio: vt. ff. si cer. pe. l. lecta. in fi. ergo non currunt.

k *Subsistit.* quod est in bonę fidei iudicio ex mora: in stricti iuris, ex stipulatione: vt. ff. de nego. gest. l. quia tantundem. & §. tit. j. l. in bonæ fidei. & §. in quib. cau. in integ. restit. non est ne. l. in minorum.

*Etiam si.* ] CASVS. Debebas Titio. x. legauit tibi duodecim. si à te petat decem, an vsque ad cõcurrentem quantitatem possit fieri compensatio, quæritur? Respon. quòd sic, vsurarum exclusa petitione: nam vsurarum in id quod est amplius debito, integra manebit petitio.

l *Etiam si fideicommissum.* quod à sola liberalitate olim pendebat: vnde non videbatur compensari: sed hodie etiam actionis iure: vt instit. de fideicommiss. hæred. in princ. & §. communia de leg. l. omne verbum.

m *Debuisse.* qđ peti poterat, vel solutũ nõ repeti: vt. ff. eo. l. etiã.

inuicem ab eadem tibi debentur, is cuius de ea re notio est, iubebit: a si neque ex kalendario, b neque ex vectigalibus, c neque ex frumenti vel olei publici pecunia, d neque tributorum, e neque alimẽtorum, f neque eius qui statutis sumptibus seruit, g neque fideicommissi ciuitatis h debitor sis.

*Compensatio fit vsque ad concurrentes quantitates ipso iure, & impedit cursum vsurarum. h. d. Bald. Vel sic: Vbi quantitas debetur, hincinde compensatio fit ipso iure vsque ad concurrentem quãtitatem, & pro ea rata impeditur cursus vsurarum. Salyc.*

IIII. Idem A. Luciano.

SI cõstat pecuniam inuicem deberi: ipso iure i pro soluto compensationem haberi oportet ex eo tempore, ex quo ab vtraq; parte debetur, vtiq; quo ad cõcurrentes quãtitates: eiusque solius quod amplius apud alterum est, vsuræ † debentur, si modò petitio earũ subsistit. k

*Non solum actio, sed & officiũ iudicis, quod olim pro fideicommisso proponebatur, potest per exceptionem compensationis excludi. h. d. coniuncta. l. pecuniæ verbum. §. fin. ff. de verb. sign. Bald. Vel sic: Debitum ex testamento potest cõpensari. & eius quod potest in compensationem deduci, non debentur vsuræ. Salyc.*

V. Idem A. Honoratæ.

ETiam si fideicommissum l tibi ex eius bonis deberi constat, cui debuisse m te minorem quantitatem dicis: æquitas compensationis, vsurarum excludit computationem. Petitio autẽ eius n quod ampli° tibi deberi probaueris, sola relinquit.

*Cauta sed non recepta non possunt cõpensari: nec quis tenetur soluere vbi potest compensare. h. d. Saly. Vel sic: Si petitur id quod non debetur, obiicitur exceptio intentionis: sed si id quod debetur, obiicitur exceptio cõpensationis. hoc dicit in effectu secundum omnem lectionẽ gl. quæ legitur multis modis propter duo contraria. Pau. de cast.*

VI. Idem A. Pollidenti.

NEque scriptura o qua cautum est accepta quæ negas tradita, obligare te contra fidem veritatis potuit: & compensationis † æquitatẽ iure postulas. non enim prius exolui, quod debere te constiterit, æquũ est, quàm petitioni mutuæ responsum † fuerit, eo magis ꝙ ea te persequi dicis quæ à muliere diuortij causa amota quereris. p

*Venditor petens precium, patitur compensationem. fallit in fisco. hoc dicit. Pau. de cast. post Salycetum.*

VII. Idem A. Euzosio.

SI ex venditione preciũ venditori debetur: compensationis ratio opponitur. aduersus fiscum enim solũmodo emptores petitioni precij compen

n *Eius.* id est petitio vsurarum eius fideicommissi quod amplius &c. vt. §. l. proxi.

*Neque scriptura.* ] CASVS. Confessus fui me recepisse ab vxore mea. c. nomine dotis, nec recepi illa. postea ex causa futuri diuortij surripuit mihi res propter quas tenetur mihi in aliis centum. celebrato diuortio petit à me. c. ex confessione dotis. qualiter mihi succurratur, quęritur? Respõ. quòd intra tempus habeo excepti. nõ numerat. pecu. quo elapso habebit locum compẽsatio, sed hoc nõ placet propter contrarium hic signatum. Si vero nõ ex scriptura ista, sed ex alia causa tenear sibi in c. tunc fiet compensatio istorum. c. ad alia. c. quæ mihi debet eo ꝙ res amouit. & sic possunt esse duo casus. Vel dic quòd sit vnus tantum secundum Accur. & hæc verior. Quatuor modis aliis dic ca sum vt notatur in glo.

o *Neque scriptura.* pone sic casum, vt tollas contrarium: quòd Titius cõfessus fuit se recepisse. x. ex causa mutui à Seia, cum nil accepisset: postea cepit ab vxore sua propria in veritate ex causa mutui decem. Primo obiicit Seiæ exceptionem, & hoc vsque illuc, & cõpensationis &c. Secundo casu obiicit cõpensationem vxori in rebus amotis. & hoc vsque in fi. Vel dic quòd scripsit se. x. accepisse mutuo ab vore, cũ nil recepit. intra biẽnium quidẽ habet exceptionem contra vxorem. & hoc vsque illuc, & compensationis &c. post biennium non: sed compensat in res amotas. & hoc vsque in fi. l. Vel tertio cõfessus fuit decẽ se recepisse ab vxore ex causa mutui, cum. v. tantũ acciperet. in illis quinque habet exceptionem: vt in prin. in aliis quinque, quę vere accepit, obiicit cõpensationem ad res amotas: vt &. §. de nõ numerata pecunia. l. minorem. Et secundum has tres expositiones non est contra. §. de rei vxo. act. §. sed nec ob res amotas. cũ ibi in dote loquatur, hic nõ. Vel quarto dic etiam in dotis confessione hic loqui: & dic in cõfessione fuisse centũ, in datione quinquaginta fuerunt. pro quinquaginta non datis habet locum exceptio nõ numeratæ dotis: vt in prin. pro aliis obiicit compẽsationem ad res amotas. Nec obstat prædicta. l. contraria: quia nec hic dicit retentionem fieri dotis perpetuã ob res amotas, sed maritum non debere prius soluere quod debet, quàm responsum fuerit mutuæ petitioni: & postquam responsum fuerit, & res amotas fuisse constiterit, compensatio locum habebit. Vel dic quòd scripsit se centum in dotem accepisse, cum nihil receperit. & idem intra tempora statuta. §. de do. cau. l. fin. & authen. ibi posita, obiicit exceptionem: vt hic in princip. postea obiicit compensationem: & sic non obstat contrarium: quia hic non fuit dos vere numerata, ibi sic. Vel hic dos erat in pecunia, ibi in specie. Vel hic res dotales non extabant, ibi sic. arg. ff. si cer. peta. l. cum fundus. §. j. Si quæras qualiter fit hic cõpensatio speciei ad quantitatẽ, dic amotã fuisse pecuniam vel frumentũ, vel aliud quod in quantitate cõsistat. Vel dic, hic erant amota cõsumpta: vnde ad æstimationẽ vẽtum fuit.

p *Quæreris.* vt &. §. rerum amotarum. l. j.

*Si ex venditione.* ] CASVS. Ex causa legati debebam tibi. x. tu mihi. x. ex causa vẽditionis. quia tibi rem vendidi, nec preciũ soluisti: an hinc inde admittatur compensatio, quæritur? Respon. quòd sic.

BIU Cujas

quòd sic. & hoc in prima. Si vero fiscus rem mihi vẽdidit pro. x. & mihi ex alia causa tenetur in. x. si petat sua. x. non potero oppo nere compensationem. & hoc in secunda.

a *Prohibentur.* vt diximus. ff. eo. l. iij.

*I propter.* ] CASVS. Si mulier prædium pertinens ad filiũ suũ, iuncto filio suo viro tradidit, & ex eo fructꝰ percepit & cõsumpsit, & ratione illorum fructuum factus sit debitor filij in. c. & postea ipsa decesserit filio hærede instituto, relictis viro. c. nomine legati: an marito petẽti. c. ex causa legati, possit filius obiicere compensationem. c. quę debet vitricus, quæritur? Dicitur quòd sic.

b *Perceptos.* & consumptos.

c *Matre tua.* cuius es hæres.

d *Mutuo.* i. inuicem.

*Casum ponit.* E *Ius.* Pone casum vt in glos. seq.

e *Eius.* vt si decem à te petam, & tu inuenis quendã cui ego debeo decẽ quę tui causa vult mihi remittere vt tibi remittam: non compellor quidem: vt. ff. e. l. in rem. §. j. & facit in eod. tit. l. si cum militi. Sed hæc fallũt in procuratore in rem suam: vt. ff. eo. l. in rem. in prin. Itẽ in fideiussore, qui potest obiicere cõpensationem in eo quod sibi debetur, vel reo principali: vt. ff. eo. l. v. similiter socius quod debetur socio: vt. ff. de duobus reis sti. l. si duo. Item & in alio casu: vt. ff. eo. l. si cum filiofa. §. j. Quod ergo hic dicit alij, dic omnino alij. Acc. *ADDITIO.* Addas etiam quòd exceptio compẽsationis obstans venditori, potest opponi emptori. ita determinat Dy. in. c. is qui in ius. in fin. de regu. iur. lib. vj.

*Cõpensare quando non potest quod sibi nõ debetur.*

QVoniam. ] CASVS. Vendidisti mihi prędiũ pro decem, & dicebas illud liberum à seruitute: erat tamen obligatum Titio pro decẽ. si Titio agenti hypothe. solui debitum, an tibi agenti ex vendito ad preciũ possim obiicere cõpensationem, quæritur? Rñ. q̃ sic.

f *Quoniam liberum.* scilicet à seruitutibus. erat tamen obligatus cuidam creditori.

g *Obligatione.* scilicet personali, pro qua hic etiam fundus erat creditori venditoris obligatus.

h *Soluisse.* scilicet proponis te emptorem soluisse creditori venditoris hypothecaria agenti.

i *Debitum.* scilicet precium quod debetur ex venditione.

k *Indebite.* quantum ad te: debite tamen quantum ad venditorem. alioquin si à neutro deberetur, compensationẽ obiicere nõ posses, immo indebitũ repeteres. & facit. ff. de rei vind. l. emptor. & j. de euic. l. cum tibi.

*Si tutores.* ] CASVS. Magistratus compulerunt me nominare aliquos tutores quibusdam pupillis, & illos nominaui. postea cum isti pupillis aliquid deberent ex officio primipili, solui pro eis. conuenior à pupillis pro eo quòd nominaui tutores minus idoneos, qui facti sunt debitores pupillorum in. x. modo quæro, nunquid possim eis obiicere compensationem de eo quòd pro eis officia primipili soluiꝰ respondetur quòd sic.

l *Pro his.* scilicet pupillis.

m *Soluistis.* fuerat enim eorum pater primipilarius, ex cuiꝰ mala administratione pupilli tenebantur.

n *Conuenti.* vt insti. de satisda. tut. §. penult. & j. de magi. conue. l. j.

o *Vel vos.* repete, vel si probetur vos dedisse nomine ipsorum maiorem quant. &c. quasi diceret, siue tantũ quantũ tutores eis debebãt, fuit id quod p eis soluistis, siue plus, obiicietis compẽsationem. aliàs si minus, obiicietis vsque ad concurrentem quantitatem tantum: vt. ff. eod. l. si constat. & l. etiam.

*tamen.*

*INuicem.* ] CASVS. Mutuaui tibi decẽ, & dedisti mihi pignora. tenebar tibi in. v. facta compensatione vsque ad concurrentem quantitatem, residuam partẽ debiti solues, vel me recipere nolẽte cõsignabis & depones vt cessent vsuræ: & postea poteris agere pigno. act. ad recuperandum pignora.

p *Agere potes.* pignoratitia actione, vel in rem: vt. j. de luitione pigno. l. si reddita. & ff. de pigno. actio. l. nec creditores. & l. quo minꝰ. sed ad pignoratitiã sufficeret sola oblatio in iudicio: vt. ff. de pig. act. l. si rem alienam. §. fin.

*Si velut.* Pone casum vt in glossa.

q *Mutiano.* qui tunc dispensator erat reipublicæ, & mihi decem debebat proprio nomine, & ego sibi decem nomine publico: compensaui secum. tãdem eo mortuo compensatio nõ valuit: quia erat in aliquo de specialibus casibus positis. ff. eod. l. in ea. & si coactus fui soluere sequenti administratori: agam ego ad meum debitum: sed si compẽsatio tenuisset, quod postea soluissem, vt indebitum condicerem: vt. ff. eo. l. si ambo. & l. postea j. respon.

r *Redditis.* scilicet solutis à te alij dispensatori.

*Compẽsationes.* ] CASVS. Tam in actionibus realibus, quàm in personalibus admittitur compensatio. In realibus sic, Si possediſti equum meum, & culpa tua periit, teneris mihi ad æstimationem: quæ si fuerit. in. xxx. & debeam tibi. xxx. hinc inde fit compensatio. In personalibus sic: Si debeas ex causa mutui. x. & ego tibi alia. x. fiet compensatio, si debitum ex vtraque parte sit liquidum. Si autem ex vna parte sit obscurum, non erit locus compensationi: sed cognoscetur de causa. & hoc in secunda. Si vero debeas mihi. x. ex causa depositi: quia apud te rem meam deponebam: & ego tibi ex alia causa debeo. x. non fiet cõpensatio. & hoc in tertia. Si vero possessionem meam siue mobilem siue immobilem per vim occupasti, & distracta est: teneris ad æstimationẽ.

---

sationẽ obiicere prohibẽtur. a

*Vitricus percipiens fructus ex rebus priuigni, tenetur ei restituere. hoc dicit. Bald. Vel sic: Aestimatio fructuum debita ab eo cui legatum quantitatis est relictum, potest cum illa quantitate compensari. hoc dicit, Salyc. Vel sic: Qui tenetur ad fructus consumptos, patitur compensationem. hoc dicit. Pau. de cast.*

VIII. Imp. GORDIANVS. A. Emerito.

SI propter fructus ex possessione tua perceptos b vitricus tuus debitor tibi constitutus est: cũ id quod à matre tua c ei legatũ est, à te petere cœperit: mutuo d debitæ quantitatis apud eum qui super ea re iudicaturus est, compensationem non immerito obiicies.

*Nemo compensat quod sibi non debetur. Bald. & Salyc.*

IX. Idem A. Eumenidi.

EIus e quod non ei debetur qui conuenitur, sed alij, cõpensatio fieri non potest.

*Qui pro liberãdo prædio empto aliquid soluit creditori, illud venditori compensat cum precio. hoc dicit not. & tenet communiter. Bald. & Salyc.*

X. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Nicandro.

QVoniam liberum f fundũ distractum tibi proponis: post vero, veluti præcedente emptionem obligatione, g certum quid soluisse: h si debitum i à te apud præsidem prouinciæ petatur: compensationem eius quod indebite k soluisti, potes opponere.

*Quod debetur pupillo à nominatore tutoris non idonee administrantis, compensatur cum eo quod pupillus debet tutori soluẽti debitum patris pupilli ex administratione primipili. Bald. Vel sic: Si magistratus qui tutorem pupillo nominauit, aliquid pro debito paterno pupilli soluit: potest hoc pupillo contra eum (licet in subsidium) agenti compẽsare: & si in pluri tutor minus idoneus tenetur, illud nominator soluere cogitur. Sal.*

XI. Idem AA. Iuliano & Paulo.

SI tutores pupillis officio magistratus vrgẽte nominastis, ac pro his l propter onus primi pili pecuniã soluistis, m superstitiosam geritis solicitudinem ne ab ipsis conuenti, n hanc eis imputare minime possitis, vel à vobis quicquam amplius exigatur, si tantum* quantum eis tutores debuerunt, vel vos o nomine ipsorum maiorem quantitatem dedisse probetur.

*Qui partem debiti compensat, aliam autem partem offert, consignat & deponit: potest pignus vindicare. Bal. & Salyc.*

XII. Idem AA. Corneliano.

INuicem debiti compẽsatione habita, si quid amplius debeas, soluens, vel accipere creditore nolente offerens, & consignatum deponens, de pignoribus agere potes. p

*Quod debetur reipublicæ, nõ potest compensari cum eo quod officialis debet tanquam priuata & singularis persona. Bald. Vel sic: Si compensatio facta in causa publica non tenet: ad suum debitum qui compensauit agere potest. Salyc.*

XIII. Idem AA. & CC. Basso.

SI velut in id debitum, quod solennium publicarum pensitationum nomine debueras, compensaturo tibi, nihil te petiturum postea Mutiano q scripsisti: redditis r his quę venerãt in compensationem, non indebiti soluti repetitio, sed ante debiti competit exactio.

*Debiti ad debitum admittitur compensatio. fallit in tribus casibus: scilicet quando debitum petitum est liquidum, exceptio autem obscura: & tunc non debet iudex exceptionem admittere, sed reseruare excipienti ius petendi. Item quando debetur ex causa depositi. Item quando debetur ex causa rapinæ vel furti. Bald.*

*Cõpensatio in quibus debitis fit, & in quibus non.*

quæ si fuerit in.x.& ego ex alia causa tenear tibi in.xx.hincinde non fiet compensatio odio prædonis.& hoc in quarta.

a *Actionibus.* vbi quantitas hincinde debetur,& non obstat exceptio:vt.ff.eo.l.quæcunque.&.ſ.eo.l.ſi constat.secus si hincinde ſpecies debetur,vel ab altera parte ſpecies,ab altera quantitas: vt.ff.de pign. actio. l.ſi cõuenerit.ij.rñ.&.ff.de condic.inde.l.ſi nõ sortem.§. ſi centum. & de impen.in re.do. l.quod dicitur.in prin.& .ſ.de rei vind.l.ſi ex pecunia. & idem ſi hincinde debetur pecunia: ſed vt ſpecies. nam non fit cõpensatio:vt.ff.de pecu. l.ſi creditor. §.j. Quid eſt ergo quod hic ſubiicit rei vindicationi opponi compenſationem? Reſpon.deſiit res poſſe hic præſtari dolo vel culpa poſſeſſoris: vnde venitur ad æſtimationem,& ſic fit cõpenſatio. res ipſa tamẽ dicitur eſſe in obligatione ſiue petitione: vt.ff.de verbo.obli.l.ſi ſeruum.§.an filius.&.§. effectus.&.§.nouari autem.Sed ſecundum hoc quomodo æſtimationis,quæ nõ debetur,fit compenſatio? Reſpon. videtur eſſe in obligatione inſpecto exitu,& hoc eſt quod dicit lex talem æſtimationẽ poſſe conſtitui:vt.ff. de cõſtit.pecu. l.promiſſor. j. reſpõſo. Item quid ſi hincinde debetur in genere, vt equus vel homo? Satis dici poteſt compenſationem ipſo iure admitti: vt .ff. ſi pars hære. peta. l. j. §. item ſi cum me.&.ff.de hæredi.inſti.l. qui non militabat.j.reſpõ. & de lega.ij.l. vnum ex.§.ſed ſi vno.Item quod ſubiicit, ipſo iure,dic vt diximus. ſ.e.l.ſi conſtat.

b *Si causa.* ſcilicet ſecunda,ex qua compenſatur.

c *Conuicta eſt.* per teſtes,non per confeſsionem.arg.ff. de iureiu.l.eum qui.in princ.& no.ff.de reg.iur.l.nemo ex his. 43.

d *Indaginem.* Not.ſic.ff.ad exhib. l.iij.§. ibidem. &.ff. de offic. proconſul.l.ſi quid erit. & poteſt dici expoſcere maiorem indaginem vel examinationẽ,ſi intra duos menſes non poteſt probari:vt.ff.de iure fiſci.l.aufertur.§.qui compenſationem. Vel officio iudicis ſit hic.& illud ſpeciale in fiſco.

e *Terminali.* id eſt definitiua.

f *Depoſiti.* ſcilicet directa. ſecus ſi contraria : quia tunc non de fide rupta agitur:vt.argu. inſti. de act.§. in bonæ fidei. vbi dicit ſub prętextu com.&c. Vel dic ſecũdum B.idem in vtraque.ſi ergo eſt in hac ſpeciale,ergo ſecus in commodato,& ſic ibi fit cõpenſatio.Sed contra.ſ.de commo.l.ſub prætextu.Sed ibi non cõpenſatione, ſed retentione vti volebat. Item quod dico in commodato & cæteris perſonalibus,vbi ſpecies petuntur,fieri compenſationem:intellige ſemper ſi res deſiit poſſe reſtitui.In actione autem in rem diximus.ſ.ea.l.in princ.

g *Sanctionem.* ĩ.depoſiti.l.penult.

h *Poſſeſsionem.* mobilem vel immobilem. & intellige quando ad æſtimationem fuiſſet peruentum. aliàs nullum eſſet dubium. Item ratione pœnæ in qua eſt quantitas:vt.ĩ. vnde vi.l.ſi quis in tantam.Item ratione rerum mobilium amiſſarum : vt.ff. de vi & vi ar.l.j.§.rectiſsime. Habent ergo hæc locum ſiue condictione ex lege,ſiue actione in rem,ſiue interdicto agatur ad huiuſmodi poſſeſsionem:& hoc odio huius poſſeſſoris.Sed arg. contra.ff.e. l.ſi ambo.vbi in delictis fit compenſatio.Sed ibi in aliis delictis, vel ibi erat hincinde delictum.hic non.Et nota hic caſus vbi ceſſat compenſatio.primo odio:vt hic. Item in depoſito eadem ratione:vt.ſ.proxi.reſpon.Item eadem ratione: vt.ff.e.l. ob negotium.Item econtra ceſſat fauore,vt in fiſco in caſibus qui ſunt.ſ. e.l.in ea.Item ceſſat quando ſpecies eſt debita:vt dixi in principio huius.l. Item quando res expoſcit maiorem inquiſitionem: vt.ſ.ead.l.§.j.Accurſius.

*Cõpensatio ceſſat i multis caſibus.*

XIIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni præfec.præt.

COmpẽſationes ex omnib⁹ actionibus[a] ipſo iure fieri ſancimus, nulla differentia in rem, vel in perſonalibus actionibus inter ſe obſeruanda. Ita tamen compenſationes obiici iubemus,ſi cauſa[b] ex qua compenſatur,liquida ſit,& nõ multis ambagib⁹ innodata,ſed poſſit iudici facilẽ exitum ſui præſtare.ſatis enim miſerabile eſt poſt multa forte variáque certamina, cum res iam fuerit approbata, tunc ex altera parte quæ iam pene conuicta[c] eſt, opponi compenſationem iam certo & indubitato debito, & moratoriis ambagibus ſpem cõdemnationis excludi. Hoc itaque iudices obſeruent, & non procliuiores ad admittendas compenſationes exiſtant: nec molli animo eas ſuſcipiant: ſed iure ſtricto vtentes, ſi inuenerint eas maiorem & ampliorem expoſcere indaginẽ,[d] eas quidem alij iudicio reſeruent: item autem priſtinam iam pene expeditam, ſententia terminali[e] componant: excepta actione depoſiti[f] ſecundum noſtram ſanctionem,[g] in qua nec compenſationi locum eſſe diſpoſuimus. ℣ Poſſeſsionem[h] etiam alienam perperam occupantibus, cõpenſatio nõ datur.

TITVLVS XXXII.

DE VSVRIS.

*Vſuræ per ſtipulationem promiſſæ, probata interrogatione præcedente & reſponſione ſequente,debentur iure optimo. Bald. Vel ſic:Probata ſolenni ſtipulatione vſurarum,licet in inſtrumẽto ſcripta non ſit,vſuræ debentur. Salycetus.*

I. Imp. ANTONINVS PIVS A. Euocato.

SI interrogatione[i] præcedẽte promiſſio vſurarũ recte[k] facta probetur: licet inſtrumento conſcripta nõ ſit, [l] tamen optimo iure[m] debentur.

*Emptor ex die traditionis poſſeſsionis tenetur venditori ad vſuras precii non numerati:nec ſufficit ipſum precium minus ſolenniter depoſuiſſe. Bald.*

II. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Lucio.

VSuras emptor, cui poſſeſsio rei tradita eſt,[n] si precium venditori non obtulerit: quanuis pecuniam obſignatam in depoſiti[o] cauſam habuerit: æquitatis ratione præſtare cogitur.

*DE VSVRIS.*

*Dixit hucuſq; qualiter Cõactoris intentio minuitur compẽſationibus vel aliis exceptionibus: nunc qualiter augeatur.*

*SI interrogatione.* ICA SVS. Mutuaſti mihi decem, & vſuras ſolenniter ſtipulatus es: ſed non interuenit ſcriptura: an nihilo minus debeantur vſuræ,quæritur? Reſpõ. quòd ſic, ſi fuerint promiſſę vſq; ad legitimum modum.

i *Si interrogatione.* quę ſtipulationibus præmittiſolet: vt inſtitu. de verb.oblig.in prin.

k *Recte.* id eſt ſecundum modum regionis: vt legitim⁹ modus vſurarum non offendatur: vt.ff.eo.l.j.in prin.&.ĩ. eo.l.cos.§.ſuper. Et nota hic,qui ſolẽnitatem dicit,eã ꝓbet: vt .ff.de Publici.l.quęcũq;.§.ſi.

l *Non ſit.* nã tunc præſumerẽtur omnia ſolẽniter acta: vt inſtitu.de fideiuſ.§.fi.&.ĩ.de contrahen.ſtipu.l.j.&.ff.de pac.l.iuriſgentiũ.§.qd refere. Sic ergo refert an teſtes dicant[a] aliquem promiſiſſe, & non vſſolet, niſi dicant præceſſiſſe interrogationem: vt hic.& aliud ſi inſtrumento hoc dicatur: vt dixi ſecũdum Ioan.ſed

G.etiam in teſtibus dicit idem.arg.ff.de reb.dub.l.quotiens.ĩ.

m *Optimo iure.* quod moribus inductum rebúſque receptũ eſt, ſecundum Ir. Vel dic ſecundum B.deberi vſuras bono iure,vt pacto nudo quando non peti,ſed retineri poſſunt:vt.ĩ.eo.l.iij.Item meliori,vt officio iudicis.ſic enim euenit in bonæ fidei iudiciis: vt.ĩ.eod.l.in bonæ fidei.Item optimo,per ſtipulationem: vt hic. Vel tertio dic optimo,id eſt vtiliſsimo.eſt enim vtile accipienti & danti:vt arg.inſti.quib.mo.re contra.obli.§.fi.ſic ergo ſecundum B.ius aliud bonũ:vt.ff.de vſuc.l.j.aliud melius:vt.ſ.de procu.l.exigendi.aliud optimum: vt hic,& de verbo. obli.l.vbi autem. non diuino:vt dices.ĩ.eo.authen.ad hæc.

*Vſuras.* ]CASVS. Rem mihi vẽdidiſti & tradidiſti:ſed precium tibi non numeraui:vſuræ ex mora an debeãtur, quæritur? Reſpond. quòd ſic. nec obſtat quo minus debeantur, cum penes me aut alium habui precium nõ legitimè depoſitum: quia non prius oblatum.

n *Tradita eſt.* ſecus ſi tradita non eſſet:vt hic,&.ĩ.de actio.empt.l.curabit.&.ff. de act. emp.l.Iulianus.§.ex vendito.&.ff.eod.l.liberalitatis. §. fin. Sed cum fructus pertineant ad emptorem ex tempore contractus:vt.ĩ.de act. empt.l.fructus.ſicque poſſit eos petere & percipere, videtur ſemper teneri ad vſuras:vt.ff.de act. empt.l.Iulianus.§.poſſeſsionem.& de regu.iur. l.qui actionem. &.l.qui poteſt? Reſpond. hoc non poteſt obiicere venditor, qui ipſe percepit. An autem hic vſura ſit illicita etiam iure canonico? Reſpondetur ſecundum Azo.& H.non : quia loco intereſſe præſtatur & fructuum:vt hic, & argu.ff. pro ſocio. l.ſocium qui meo. *ADDITIO.* Hoc tenet etiam gloſ.in.c.conqueſtus. extra de vſuris. & ſequitur ibi Abbas, & communiter canoniſtæ. alios etiam quoſdam caſus in quibus eſt licita,ponit eadem gloſ. in prin.& plures ponuntur.xiiij.q.iij.in ſumma.

o *Depoſiti.* immo videtur liberatus: vt.ĩ.eod. l.acceptam. &.ff. e.l.cuictis.§.j.Sed dic quòd hic depoſuit ſortem ſine vſuris: vt.ĩ. debi.ven.

BIU Cujas

debi.ven.pig.impe.non posl.fi.vel deposuit,scilicet apud se vel alium, non tamen legitime.& hæc melior.

*Si vsuræ nudo pacto promittatur,nõ oritur actio:sed si soluatur,nec datur repetitio, nec fit extenuatio sortis.Bal.Vel sic: In cõtractibus stricti iuris citra vinculum stipulationis vsuræ non debentur: nudo tamen pacto conuentæ non repetuntur, nec extenuant sortem.Salycetus.*

Quanuis.]*C A S V S.* Mutuasti mihi.c.pacto incontinenti apposito, conueni de vsuris præstandis:an debeatur, quæritur? Respon.quòd non: sed si solui,non repetam, nec in sortem sunt accepto ferendæ si ex pacto debentur.

a *Pecuniæ.*hoc nomẽ pecuniæ, stricte accipe: vt nõ cõtineat cætera in quibus est mutuũ.aliàs esset cõtra.j. eo.l.fruméti. Itẽ fallit hoc í duobus casibus: vt.ff. eo.l. etiam.& de nau.fœ.l. periculi. Itẽ est verũ quod hic dicit etiã si pactũ de eis prestãdis incõtinẽti apponat: vt.ff.de præscrip. verb.l.Titius.sic & ali bi pactum incõtinenti appositum non parit actionẽ:vt.ff.de reli.l. q si locus.&.j.de iure do.l. auia.Regulariter cõtra etiã in stricti iuris iudiciis: vt.ff.si cer. peta.l.lecta.Sed in bonæ fidei cõtractib[b] nõ solũ ex pacto icõtinẽti facto debẽtur vsurę, sed etiam ex mora.j.de pac.inter emp.l. in initio.&.ff.eo.l.cum quidam.§. ex locato.&.j. eo.l.in bonę fidei.&.ſ. de pac.l.in bonę fidei. &.ff.depositi.l.Lucius. &.l. Publia.§. Lucius. &.§. Titius.&.ff.man. l.qui negotia.& de in rem verso.l. si pro patre.§. in rem.

*Vsuræ an debeantur pacto incontinenti apposito.*

b *Ex pacti.*ſ.nudi.

c *Solutæ.*nomine vsurarũ.secus si simpliciter:quia tũc in sortem tenerẽtur: vt.ff. de solu.l.in his.§.eidem autẽ.sed sec[o]vbi etiã ciui liter debetur vsura.tũc enim prius í vsuras solutũ accipit: vt.j.eo.l.si vsuras.Sed ex vẽditione pignoris redacta pecunia,etiã í naturale debitũ potest retineri.ff.de solu.l. Paulus respondit nõ ideo. §.j.

*Ratione minoris perceptionis vsurarum præsumitur recessum à maiori,etiam si vsura debeatur reipublicæ.Bal.Vel sic: Si creditor sciens minores vsuras receperit per triennium:à maioribus ex tacito pacto intelligitur recessum: etiam si vsura deberetur ciuitati.h.d.nõ.Salycetus.*

*Per retentionem.*]*C A S V S.* Si mihi.x.mutuasti,& pignus dedi, & conueni pacto nudo de præstandis vsuris: retinebis pignus quousque soluerim vsuras.& hoc in prima.Si vero promisi minores vsuras: puta quatuor, & pignus dedi:& postea sequenti die conueni vt soluerem maiores vsuras, puta.viij.den. an habeas retentionem pignoris pro maioribus,quæritur? Dicitur quòd non.& hoc in secunda.

d *Posse.*etiam à fisco successore talis debitoris:vt infra de vsur. fisl.ij.lib.x.

e *Constitutum est.* vt.ff.de pig.l.grege.§. fi.& de pig.act.l.solutum.§. siue autem.& infra eo.l.pignoribus.

f *Obstricta sint.* scilicet nominatim.

g *Contractus.* pro quo datum fuit pignus.

h *Conuênit.* nudo pacto & cum pignore.

i *Repromisit.* nudo pacto.sed pro his maioribus pignus obligatum non fuit.

k *Rata.* aliàs rata: aliàs nata.sed videtur quòd sic: quia tacite sit repetitum: vt insti.ad leg.Aquil.§. at nec plurimi.&.ff.de verb.oblig.l.Titia.§.idem respondit.j.&.ff.de condit.insti.l.cũ seruus.sed hoc est speciale odio vsurarum. Vel dic quòd ex interuallo conuenit de maioribus.ar.ff.de adi.lega.l.si tibi certam. Item etsi non sit nata actio, videtur tamen habere retentionem: vt infra etiam ob chiro.pe.l.j.quod hic negat: sed hic naturaliter tantum debita erat, vel hic odio vsurarum.

l *Emittebantur.* pro maiori vsura, vel dic pro minori.

m *Adiectionem.* aliàs actionem; & aliàs cautionem.

*Duersus.*]*C A S V S.* Mutuasti mihi.x.& promisi tibi vsuras maiores per stipulationem: postea conueni de dandis maioribus.an si per certos annos minores recepisti,m maioribꝰ tibi prejudicasti quo minus eas petere possis, quęritur? Respõ.ꝙ sic.

n *Aduersus.* hic fuerunt promissæ maiores,sed solutę minores.

o *Per certos annos.*decem vel viginti: vt.ff. eo. l. qui semisses. vel v.vel.vj.vel secundum Azo.triennio.arg. infra de fideicommis.l.j.

p *Pacti.*ſ.taciti: vt. j. eo.l.quamuis. Sed cum quis prejudicet sibi minores accipiendo, vt hic dicit, quare debitor non prejudicat sibi dãdo maiores: vt.ff.de solu. l. creditor. §. fin? Respon.vt.ff.de act.& obli.l.Arrianus.

*Vsuras minores accipies,sibi præiudicat.*

q *Cuitatis.*sic ergo remiserunt tacite vsuras maiores.& sic est contra. ff.de pact.l. imperatores.Sed ibi expresse,hic tacite:vt ar.ff.de procu.l. filiusfamilias. §. veterani. sic & contra tacite remittit,non expresse: vt in authen. de sanctiſ.episc.§. si vero intra.in fi.titu. coll. ix.& in authen.vt cum de ap.cog.§. si vero liberi.col. viij. Vel dic quòd ibi erat liquidũ, hic nõ:vt arg. supra de trãsac.l.prędes. Vel tertio hic ciuitas successerat creditori,vnde debet vti eius iure: vt.ff. eo.l.cũ quidã.§. fiscus. vel eorũ propria erat pecunia,non ciuitatis. Vel iidem isti nõ possunt petere maiores, sed alij defensores successores eorum possunt: vt.ff.de publica.l.licitatio.§. earum rerum.

*Remissio tacita aliquãdo valet, vbi expressa non valeret.*

r *Ex cautione.* qua cauerat amita pupillorum, cui pupilli vestri successerunt.

*Si creditrici.*]*C A S V S.* Mulier mutuauit mihi.x.sub pignore, & vsuras stipulata est: obtuli pecuniam.si illa nolit accipere,qualiter mihi succurratur,quæritur? Respon.quòd consignabo & deponam in ædem sacram,& ex eodem tempore non currunt vsuræ.& hoc in prima.hæc vera sunt quando mulier præsens est.Si vero absens est,interpellabo præsidem.

s *Non cogeris.*quia ipso iure es liberatus:vt.j.eo.l.acceptam.& hoc nisi idẽ debitor fuerit in mora reaccipiẽdo pecuniã depositam:vt.j.eo.l.acceptam.in fi.&.ff.eo.l.debitor.quę sunt cõtra.

t *Præsidem.* vt & supra tit.ij.l.in contractibus.§.penul.

*Creditor.*]*C A S V S.* Decẽ mihi mutuasti:per annũ vel bienniũ vsuras solui:an mihi prejudicauerim quo magis in posterũ soluere tenear,quęritur? Respõ.ꝙ nõ:nec ex tali solutione ꝓbabis me ad vsuras futuri tẽporis teneri, nisi per instrumẽtũ vel alio modo vsuras in stipulatum deductas probaueris. Viuia.

u *Intendit.* vt & supra de proba.l.j.

x *Aliquando.* minus tamen triennio, vt non contradicat infra de fideicom.l.j.secundum M.quod non placet. sed illud fauore alimentorum, hoc odio vsurarum.

y *Constituunt.* immo videtur quòd sic:vt.ff.eo.l.cum de in rem verso.Sed ibi petebantur vt promissæ, quæ promissio ex diuturna



BIU Cujas

turna præstatione probatur: hic autem tantum ex eo quòd præstitæ erant, & plene dixi de hoc supra de pac.l.si certis.

Quanuis. ]CASVS. Si debitor à creditore minores vsuras stipulatus est: & nisi intra certa tempora soluerit minores, conuenit vt soluat maiores: si eo elapso recepit minores: an in maiorib[9] sibi præiudicauit, quęritur? Respō. quòd illæ debebuntur ei, in quarū exactione & solutiōe perseueraverit. Viuianus.

a *Licitas.* & certas, aliàs nō valet promissio: vt.ff.e.l.tutor. §. fi.

b *Post tēpus.* quo potuit petere maiores. Et no. cp differt hæc lex ab illa lege, aduersus, supra eo. quia ibi non fuerunt promissæ minores vsuræ, sed tantum petitæ & exactæ. Item no. quòd vnum ius eligendo, alij renūciare videtur: vt & infra de iure do. imp. l. ij. & ff.eo.l.pecuniæ. §. j. & l. qui semisses.

*Electione vnius tollitur aliud.*

*Si per te.* ]CASVS. Titi[9] mutuauit mihi decem, & minores vsuras stipulatus est: conuenit de præstandis maiorib[9] si sua die minores non soluerē. Titius decessit, relictis pupillis hæredib[9]: minores intra tempus tutores noluerunt accipere. ex quo per me nō stetit, maiores vsuras non exigent. & hoc in prima. Si vero deposui & cōsignaui sortem solenniter: ex eo quòd deposui, vsuras amplius soluere nō cōpellar. & hoc in secunda. Viuianus.

c *Per tutores.* idem si morte creditoris nemo fuit cui solueret: vt.ff.eo.l.pecuniæ. §. j.

d *Vsuræ maiores.* promissæ si in minoribus cessaret. Et sic nota quòd sola oblatione impediuntur vsuræ, quæ nondum cœperūt currere. sic & in pœna non commissa: vt.ff.de arbi.l.Celsus. in fi. secus in his quæ iam currere cœpissent: quia ibi non sufficit oblatio, vel etiam priuata depositio: vt supra eo.l.ij. sed est necessaria cōsignatio & solennis depositio: vt hic subiicit. supra eo.l.si creditrici. & infra eo.l.acceptam. & infra de so.l.obsignatione. & ff.de admi.tu.l. tutor pro pupillo. §. j. & ff. de mi.l. ait prætor. §. j.

*Oblatio sola an & quando impediat cursum vsurarum.*

e *Non exigentur.* ope exceptionis.

f *Deposuisti.* & obtulisti, & solenniter, vt modo dixi. Item quid in aliis rebus debitis? Respon. vt infra eo.l.acceptam.

*Vsuræ.* [CASVS. Mutuasti mihi centum, & ea restitui post x. an. & omni anno solui. xx. nomine vsurarum. in capite. x. an. computo omnes vsuras quas solui diuersis temporibus, & inuenio eas excedere sortem in duplum: & sic volo vsuras repetere quasi maiores centesimis: an possim, quæritur? Respon. quòd non: nec est ita facienda cōputatio in capite. x. an. immo cuiuslibet anni per se. & facta sic computatione, debet perpēdi an vsura excedat sortem, an non. Viuianus.

g *Vsuræ.* nec minores, nec maiores.

h *Solutæ.* vel etiam soluendæ. & quod dicit, per tempora, id est per plures annos: vt & accipitur in Daniele de Antichristo: Regnabit Antichristus per tempus & tempora, & dimidium temporis, id est annum & duos annos, & dimidium annum. nam etiā tantum prædicauit Christus in terra. & dic. xx. debeo, quorum

*Antichristus regnabit per tres annos cum*

*Eligens ex duabus clausulis eiusdem cōtractus vnam ex illis, scilicet leuiorem: grauiori renunciare videtur. Bald. Vel sic: Si creditor cui sunt promissæ maiores vsuræ in casu quo minores promissæ non fuissent solutæ, minores exegerit eo tempore quo maiores petere potuit: sibi præiudicat, vt maiores non exigat. Salycetus.*

VIII. Idem A. Theophoro.

QVāuis Bassa cum pecuniā mutuā acciperet, minores vsuras Menophani spopondit: & nisi intra certum tempus eas soluisset, ampliores (licitas[a] tamen) promisit: tamen si post tempus[b] cautioni præfinitum creditor easdem accepit, nec maiores sibi dari postulauit, ac per hoc non recessisse eū à minorum prestatione probari potest: eas vsuras computari oportet, quarum in exactione creditor perseuerauit.

*Mora tutoris impedit cursum vsurarum quæ veniunt ex mora debitoris. Bald. Vel sic: Si debitor offerat minores vsuras tempore congruo, ipse euitat cursum maiorum: & depositio sortis facit cessare cursum omnium. Salycetus.*

IX. Idem A. Probo.

SI per te non stat quo minus intra tempora præfinita pecuniam minorum solueres vsurarum, sed per tutores[c] filiorū creditoris, qui eā accipere noluerūt, ídque apud iudicem datum probaueris: eius temporis quo per te nō stetisse apparuerit, vsurę maiores[d] nō exigēt.[e] Quòd si etiā sortē deposuisti:[f] exīde ex quo id factū apparuerit, in vsuras non conuenieris.

*Computatio vsurarum fit in fine cuiuslibet anni. Bald. Vel sic: Licet plures præstationes vsurarum per plures annos factæ in vnum collectæ excedant duplum veræ sortis: non propterea iudicātur illegitimæ: quia non coaceruatio, sed singulorum annorum præstatio debet considerari. Salycetus.*

X. Idem A. Donato.

VSuræ[g] per tēpora solutæ[h] non proficiunt reo ad dupli[i] computationē. Tunc enim vltra sortis summā vsuræ† exiguntur, quotiēs tempore solutionis[k] summa vsurarum excedit eam computationem.[l]

*Per oblationem impediuntur vsuræ, & per fructuum acceptionem extenuatur sors, scilicet fructibus consumptis. Baldus.*

XI. Idem A. Popilio.

EX prædiis pignori obligatis creditor post oblatā sibi iure pecuniam, quā nō suscepit: si fructus[m] accepit, exonerari sortis debitum certum est.

*Ex nudo pacto in frumento vel hordeo venit accessio. Sed quo iure petatur? Dic, si pactum fuit incōtinēti appositū, per actionem præscriptis verbis, vel per aliquam de actionibus generalibus, puta per triticariā si accessio non est in pecunia: vel actione in factum, siue accessio sit in pecunia siue non, vel condictione ex lege. Bald.*

XII. Imp. ALEXANDER A. Tyranno.

FRumenti vel hordei mutuo dati accessio[n] etiam ex nudo pacto[o] præstanda est.

*In bonæ fidei iudiciis veniunt vsuræ ex mora: quæ sopito iudicio principali, peti non possunt. Baldus.*

XIII. Idem A. Eustachiæ.

1 *Cōputationem.* id est quantitatem sortis: vt ff. de nautico fœnore l. nihil. §. penul.

EX prædiis. ]CASVS. Obligauit tibi prædium pro. x. eā tibi obtuli. te accipere nolente consignaui & deposui. ex eo tempore quo obtuli, vsura quæ incepit currere, desinet currere: & fructus post oblationē percepti deminuīt sortem. vel sic: Conueni vt daré tibi vsuras à Pascha in antea. ante pascha obtuli, per oblationē solam cursus vsurarū futuri tēporis ſpeditur. & quòd dicit, exonerari debitum sortis, intellige scilicet ab vsura futura: cum non erat dictum vt debitor perciperet fructus nomine vsurarum. In secundo casu prima positio verior est. Viuianus.

m *Fructus.* qui ex cōuentione loco vsurarum percipiebātur: vt infra eo.l.si ea lege. & secundum hunc casum fuit hic oblatio, consignatio, & depositio sortis, vt vsura quę currere cœperat, desinat: vt infra e.l. acceptam. Sed secundū hoc nonne ipso iure est liberatus: non ergo dicitur debitū exonerari propter fructus? Respon. conuertit eam postea in suos vsus. Vel dic secūdo quòd sola oblatio fuit hic: & futuras, quę non cœperant currere, impedit: vt supra. e.l.si per te. erāt enim conuentæ à certa die in antea: & quod dicit, debitum sortis exonerari. s. ab ipsa vsura futura, si ante dié aduenientem obtulit. & secundum hoc nil de fructibus erat dictum, vel cp eos perciperet creditor vice vsurarum certa die in antea. Vel dic tertio nullas hic fuisse vsuras. & quod dicit, post oblationē exonerari: subaudi, maxime. nā idé & ante: vt. s. de pig. act. l. j. & tunc dic debitum sortis, id est debitum quod est sors.

*Frumenti.* ]CASVS. Si pro. x. corbibus frumenti, quos tibi mutuaui, nudo pacto conueniſti mihi. xij. dare: an præstare tenearis, quæritur? Respon. quòd sic.

n *Accessio.* non enim proprie potest dici vsura.

o *Pacto.* dummodo intra legitimum modum: vt infra eo.l.eos. §. cæteros. Sed qua actione? Respon. per condictionem triticariam: vt.ff.de tritica.l.j. vel dic condictione ex hac.l. & facit infra eo.l.oleo. Item not. hic ex nudo pacto deberi vsuram: vt.ff. eo.l.etiam. & de nau.fœ.l.periculi. sed regulariter contra: vt supra.e.l.quāuis.j. Item not. quòd ex nudo pacto hic oritur actio quod speciale est, vt diximus supra de pac.l.legem.

*In bonæ fidei.* ]CASVS. Tenebaris mihi ad. x. act. neg. gest. quia gesseras negotia mea: fuisti in mora, & conueni te: iudex cōdemnauit te ad. x. & de vsuris nihil dicitur: an possim petere vsuras, quæritur? Dicitur cp non, nisi à sententia fuerit appellatum: nec eas quæ cucurrerunt à tempore latæ sententię ante quadrimestre, quod datur condemnatis: sed eo elapso nisi iudicatis satisfiat, vsuras centesimas petere potero. Viuianus.

*In bona*

BIU Cujas

IN bonæ fidei [a] iudiciis (quale est negotiorum etiam gestorum [b]) vsurarum rationem [c] haberi [d] certum est. Sed si finitum est iudicium sententia: quanuis minoris [e] cõdemnatio facta est non adiectis vsuris, nec prouocatio secuta est: finita retractãda [f] nõ sunt: nec eius temporis quod post rem iudicatam fluxerit, vsuræ vllo iure postulantur, nisi ex causa iudicati. [g]

*Habitatio domus pignoratæ non dicitur excedere modum legitimum vsurarum: secus in locatione si pluris est à creditore locata. Baldus.*

XIIII. Idem A. Aurelio.

SI ea pactione vxor tua mutuam pecuniã dedit, vt vice vsurarum domum inhabitaret, pactóque ita vt conuênit vsa est, non etiam locando domum pensionem redegit: [h] referri quæstionẽ, quasi plus dom[o] redigeret si locaretur, quàm vsurarum legitimarũ ratio colligit, minime oportet. Licet enĩ vberiore sorte [i] †potuerit contrahi locatio: non ideo tamen illicitũ fœnus esse cõtractũ, sed vili[o] cõducta [k] habitatio videt.

*Hæc lex habet no. materiam, & hoc intendit: Pœna inserta in contractu mutui, videtur inserta loco vsurarum. & vtile per inutile non vitiatur. Baldus. ideo quatenus excedit legitimum modum, non valet. Sal.*

XV. Imp. GORDIANVS A. Claudio.

CVm allegas vxorem tuam ea conditione mille aureorum quantitatem sumpsisse, vt si intra diem certum debito satisfecisset, cum pœna quadrupli redderet quod accepit: iuris forma non patitur legem contractus istius vltra [l] pœnam legitimarum vsurarum posse procedere.

*Fructus nomine vsurarum promissi, non possunt vltra debitum modum peti. Bald. Vel sic: Triticum nomine vsurarum promissum, non potest peti vltra legitimum modum. Salycetus.*

XVI. Idem A. Sulpitio.

CVm non frumentum, sed pecuniam fœnori te accepisse alleges, vt certa modiatio tritici præstaretur: [m] ac nisi is modius sua die fuisset oblatus, mensurarũ additamẽtis in fraudem legitimarum vsurarũ grauatum te esse contendas: potes aduersus improbam [n] petitionẽ competenti vti defensione.

IN AVTHENT. nullum credentem agricolę tenere. §. sancim[o] itaque. coll. iiij. consti. v.

*In ista authen. ponitur accessionum & vsurarum limitatio dupliciter. Primo quãdo mutuantur agricolis fructus aridi. Secũdo quando pecunia. Item ponitur excessus modi ipso iure irritatio. Secunda ibi in ver. si aliquid. & seipsam summat. Bald.*

AD hęc, qui fructus aridos [o] credidit agricolę, vel pecuniam, in vnoquoque anno pro modio octauam partem modij, pro solido siliquam [p] vnã vsurarum nomine accipiens: terrã, siue aliquid aliud quod pignori accepit, omnimodo reddat. Si aliq̃d præter hoc cõmiserit: ab actione cadat [q] omnimodo.

*Fraudem præsumim[o] ex quãtitate pœnæ.*

*Lex vebis & nõ verbis imponi debet.*

*Vsuras quatenus stipulari liceat.*

a *In bonæ fidei.* & in his quæ naturam habent bonę fidei: vt supra in quib. cau. in integ. resti. non est ne. l. in minorum.

b *Gestorum.* vt insti. de act. §. actionum.

c *Rationem.* id est emolumentum habere.

d *Haberi.* officio iudicis ex mora: vt. ff. eo. l. mora. §. in bonæ fidei. & ff. loca. l. quæro. & ff. de neg. gest. l. quia tantundẽ. & infra depositi. l. vsuræ. & infra loca. l. aduersus.

e *Minoris.* scilicet ꝓpter vsuram de qua nõ dixit, vt hic subiicit.

f *Retractãda.* quia in bonæ fidei iudiciis nõ est alia actio sortis, & alia vsurarum: vt infra depositi. l. iiij. & ff. de act. emp. l. qui per collusionem. §. fi. secus si alia actione debentur: vt in stricti iuris iudiciis vbi per stipulationem debẽtur: vt supra de iud. l. j. & ff. de eo qđ certo loco. l. cẽtũ.

g *Nisi ex causa iudicati.* nisi post quatuor menses quando currũt centesimæ: vt infra de vsur. rei iudi. l. ij. & fi. sed M. dixit etiam medio tempore currere, si antea fuerat debitor in mora, per. l. ff. eo. l. in fideicõmissi. in prĩ. quod non placet: quia ibi in fructibus dicit, qui sunt accessio naturalis. secus autẽ in ciuili vt dixi, nisi quando appellasset frustratorie: vt. ff. eo. l. tutor.

*Si ea pactione.* ] CASVS. Mulier aliqua mutuauit mihi. x. nomine vsurarũ permisi vt habitaret i domo mea: quæ inhabitauit, nec alij locauit. postea cõperio quòd si alij locassem, xx. percipere potuissem: vnde quia non debui nisi. v. nomine vsurarum, volo repetere: quæritur, an possim? dicitur ꝙ non: quia videor ei locasse viliori precio, quàm alij potui. Viuia.

h *Redegit.* secus ergo si locasset, & pensiones maiores legitimis vsuris percepisset. tunc enim in fraudem legitimæ vsuræ videtur factum secundum Ioan.

i *Sorte.* id est quantitate.

k *Conducta.* quod toleratur ratione incertitudinis: vt infra eo. l. si ea. & quia licitum est contrahentibus &c. vt. ff. de mino. l. in causæ. ij. §. pe. secus ergo si hæc locatio est vltra dimidiam iusti precij: vt infra de rescin. ven. l. ij.

*Cvm allegas.* ] CASVS. Mutuaui tibi. x. conueni si sua die non solueres, quòd tenearis ad quadruplum nomine pœnæ præter sortem: an valeat conuentio? dicitur quòd non, nisi vsque ad pœnam legitimarum vsurarum. vnde superfluo detracto stipulatio vires habebit. Viuianus.

l *Vltra.* superfluo ergo detracto stipulatio vires habebit: vt hic, & ff. eo. l. pecuniæ. in princi. Et not. ꝙ H. intelligit hanc. l. quando talis erat persona, quę consueuerit fœnerari: quod si est, contra talem præsumptionem non admittam probationem: in aliis autem dantibus gratis pecuniam, & maxime ius ignorantibus hoc pactum non reprobatur: vt argu. ff. eo. l. qui semisses. §. fi. & ff. de peti. hæredi. l. vtrum. §. fi. & de pig. act. l. vel vniuersorum. & de re mili. l. non omnes. §. à barbaris. Alij vt Ioan. non distinguunt, sit solitus fœnerari vel non: nam semper fraudem præsumit ex quantitate pœnæ: vt hic, & ff. de act. emp. l. Iulianus. §. idem Papinianus respondisse. & ff. eo. l. pœnam. & l. pecuniæ. Nec obstat. d. l. qui semisses. quia ibi ex negligentia, hic ex promissione petiit vsuras. & hoc vbi pœna adiicitur quantitati. secus si promissæ speciei vel facto: quia tunc tota petitur: vt ff. de actionib. emp. l. Lutius. & supra de trãsac. l. promissis. Sed secundum nos, qui dicimus de vsuris correctis per authẽ. de eccle. tit. col. ix. qualiter de hac pœna iudicabim[o], cũ nec pœnã vt dixi, nec vsuras iudicemus? Respõ: condemnabo in tãtam quãtitatẽ nomine pœnæ, quanta est legitima vsura. quod nõ placet: quia sic semp posset quis stipulari nomine pœnæ etiam vsurã. Iteñ non rebus, sed verbis lex ponere: quod esse non debet: vt infra communia de leg. l. ij. in fi. dic ergo quãtum interest.

*Cvm nõ.* ] CASVS. Mutuasti mihi pecuniam: & animo nouandi stipulor frumẽtũ tibi reddi vsque ad certam mensuram, & si sua die non soluerẽ, stipulatus es in fraudem legitimarum vsurarum additamentum. tibi petenti obstat exceptio. Viuianus.

m *Præstaretur.* nomine sortis in stipulatione deductæ, & animo nouãdi obligationem pecuniæ.

n *Improbam.* quantũ ad additamentum. Ir. Sequitur authen. ad hæc. quæ est i cor. nullũ creden. ag. colla. iiij. quam quidã legunt super. l. frumenti. alij super legem, oleo.

*Ad hæc.* ] CASVS huius authen. sic ponitur: Si volo mutuare agricolæ pecuniam vel fructus, possum paciscí vt in fine anni pro modio reddat totum corbem frumenti. Si autem maiorem vsuram adducerem in stipulationem: cado ab actione mea ipso iure, vel ope exceptionis: & terra ꝓpterea obligata, vel aliquid aliud pignori datum, non tenebitur. Viuianus.

o *Aridos.* vt frumentum & ordeum: & idem in liquidis: vt arg. infra eo. l. oleo. Vel verius in aliis remanet lex antiqua.

p *Siliquam.* quid sit siliqua, dic vt no. supra de epis. & cler. auth. sed hodie.

q *Cadat.* ipso iure, vel per exceptionem: quod verius est. Item no. quòd hanc authen. Al. & quidam alij intellexerunt in omni homine, non solum in agricolis: quia tex. in cor. sit generalior quàm rubrica: sicut & aliàs est infra etiam ob chiro. pe. l. j. nam etiam ad aliam quàm ad pecuniam trahitur ibi in tex. in prin. sed secundum eos corrigitur infra eo. l. oleo. vbi vltra octauam permittebatur. Item & lex infra eo. l. eos. vbi maiorem permittit vsuram, quàm sit siliqua pro solido. Tu dic secundum Azo. & H. & Ioan. quòd tantum in rusticis loquitur hæc authen. & ideo in cæteris serua leges illas. nam & aliàs subuenitur rusticis plus quàm aliis: vt infra de testa. l. fi. Et distingue circa hoc an mutuet quis pecuniam ad numerum, an aliud quod consistat pondere, numero, vel mensura. primo casu si stipuletur in pecunia vsuras, potest intra legitimum modum, non vltra: vt infra.

infra eo.l.eos. sed in rusticis vsque ad siliquam: vt hic. si autem stipuletur nomine vsurarum aliud quod consistat pondere, numero, & mensura: si quidem certum, non valet vltra legitimum modum: vt hic, & l.cum nō frumentum.ſ.proxime. si autem incertum modum: tunc etiam vltra legitimum, & vltra centesimā: vt infra.l. proxi. &. ſ. eo.l. si ea. & est ratio: quia i incertitudine se posuit: vt.ff.de nau.fœ.l.periculi.nā potest esse quòd plus aut min⁹ percipiet, quàm nunc credat. & hæc serua in rusticis & aliis. Secundo casu, scilicet quādo mutuauit quod est pōdere, numero, & mensura: tunc si stipulatur vsuras, siue accessiones illius rei pro quantitate illa, vltra centesimā etiā potest stipulari: qa tāto minus poterit tūc valere, quòd non excedat. vnde ratione incertitudinis valet: vt innuitur in hac.l. vt.j. eo.l.oleo. sed in rusticis vsque ad octauam modij: vt hic. Sed iure nouo secundum Ioan. & Azo. & nos non solum in rusticis, & non solum in minorandis vsuris vel accessionibus, sed ex toto tolluntur vsuræ: vt in authen. de eccle. titu. §. j. colla. ix. vbi dicit seruandas regulas sanctorum quatuor conciliorum: sunt enim prohibitæ in Niceno: vt. xlvij. distinct. cap. quoniam. Item si nulla lex diceret, adhuc non valerent: cum sint contra legem dei: & inferior nō potest tollere legem superioris: vt.ff.ad Trebel.l. ille à quo.§.tempestiuum. & de arb.l.nam magistratus. Item Christus ad Paulum dixit: Durum est tibi cōtra stimulum calcitrare. Item contra naturam est vt seruus tollat legem domini sui: vt supra de pact.l.seruus.non ergo stipulatio, non pignus, non iuramentum de his præstandis tenet: vt.ſ.de legi. & constitu. l.non dubium. & pro hoc etiam facit multum, quia dicta.l. Iustiniani in authen. de eccle.titu.est de suis vltimis. vnde iam quasi pœnituisse videtur de eo quòd permiserat eas. nam posteriora prioribus derogant: vt.ff.de iure codi.l.diuus.§.licet. & de leg.j.l.si mihi & tibi. §.fin. nec obstat huic opinioni in authent. de vsur. nau.colla.ix. quæ est post illam de eccle.titu. & permittit vsuram: quia speciale est in nautico fœnore, in quo etiam iure veteri multa erant specialia, propter periculum quod subit creditor: & quòd nudo pacto, & quòd sine stipulatione debentur: vt.ff.de nau.fœ.l. periculi. &.j.eo.l.eos.§.j. Sed contra in authen. de eccle. titu. §. sin autem distulerint. Solu. ibi speciale duplici fauore, scilicet vltimæ voluntatis, & in legato ad pias causas relicto.

*Ratione incertitudinis futurorum fructuum, aliquid iudicatur iustum: quod si appareret certum, esset iniustum. Bald.*

XVII. Imp. PHILIPPVS A. Euxeno.

SI ea lege possessionem mater tua apud creditorem suum obligauit, vt fructus in vicem vsurarū cōsequeretur: obtentu maioris percepti emolumenti, propter incertum fructuum euentum † rescindi placita non possunt. a

*Vsuræ indebitæ solutæ prius sorte solutā, cum in sortem cedere non possint, vt indebitæ condicuntur. Bald.*

XVIII. Idem A. Castori.

INdebitas b vsuras etiā si ante sortem solutæ nō fuerint, ac propterea minuere eam nō potuerint, c sed post sortem redditam creditori fuerint datæ, exclusa veteris iuris d varietate, repeti posse perpensa ratione firmatum est.

*Hæc lex est singularis. Oblatio debiti & consignatio ac depositio, tēpore & loco congruo cursum vsurarum impedit: à periculo casus fortuiti liberat debitorem: pignora dissoluit: hypothecariæ obstat: quod etiam in traiectitia pecunia seruatur: creditori verò parit actionem cōtra depositarium & quemlibet detentorem. sed si debitor depositum recuperauit, in veterem obligationem reincidit. h.d. Bald.*

XIX. Idem A. Hyreniæ.

ACceptam mutuo e sortem cum vsuris f licitis creditoribus post contestationē g offeras. at si non suscipiant: consignatam in publico depone, vt cursus legitimarum vsurarum inhibeatur: h (in hoc autem casu i publicum intelligi oportet vel sacratissimas ædes, vel vbi competens iudex super ea re aditus deponi eas disposuerit) quo subsecuto, etiam periculo k debitor liberabitur, & ius pignorum tolletur: l quia lucro creditori non cedunt ante vel post soluantur: sed ante solutæ cedunt sorti, & postea sors soluta condicitur: sed post solutæ ipsæ eædē cōdicuntur: vt hic, & .ff.de cōdict.indebi. l.si nō sortem.in prin. Item nō refert sit pro eis pignus obligatū vel non: & hoc quando vtroq; casu sunt indebitæ. si autem nullo pacto sunt debitæ, tunc retinentur: vt supra eo.l.quanuis.j. & l. per retentionem. &. j. eo.l.si vsuras. & l. pignoribus. &. ff. de solut.l.in his. §. imperator. & .l. creditor. §. cùm de sorte.

† *aliàs progenitum.*

*Vsuræ de iure ciuili sunt cōditæ & sublatæ.*

*Legem superioris inferior tollere nō potest. Act. 9. & 26.*

*Fœnus nauticū multa habet specialia.*

*SI ea lege.* ] CASVS. Mulier obligauit mihi vineam: & in vicem vsurarum conuēnit vt reciperem vindemiam. si plus emolumenti consecutus sim ex fructibus, quàm etiam sit in vsura: an illud reuocari possit, quæritur? Dicitur quòd non: quia potuerat euenisse q̄ nihil p̄ euenisset: & tamē necesse haberet stare conuentioni, & propter incertum nō erit retractanda. Viuia.

a *Non possunt.* contrarium non postulaturus si modicum percepisset: vt infra de solu. l. cum pro pecunia. & hoc intelligit Ioan. quando dubitari poterat vtrum tantū percipietur, an minus: quia cōsueuit quandoq; minus, quandoq; tantum accipi. cæterū si indubitabile videtur cōmuni opinione, etiam si aliter posset cōtingere: tamen rescindentur placita secundum Ioan. vt arg.j. de dona.l.sancimus.§.fi. & arg.j.eo.l.oleo. &.ſ.eo.l.si ea.

*INdebitas.* ] CASVS. Mutuaui tibi. x. nec conueni de vsuris. si soluisti, an eas vt indebitas repetere possis, quæritur? Respondeo. distinguitur: aut eas vsuras ante sortem soluisti, aut post. si ante, in sortem imputabūtur: si post, repetes per condict. indebi. Viuianus.

b *Indebitas.* vtroque iure.

c *Non potuerint.* tunc enim solutæ minuerent sortem: & sic non repeterentur: vt. ff. de condict. indebi. l. si non sortem. in prin.

d *Iuris.* quia non distinguitur soluat ante vel post quo ad hoc:

e *Acceptam mutuo.* idem in omni debito, quod potest consignari. secus in eo quod consignari nō potest: vt.j. de donat. ante nup. authen. dos data. Quid ergo faciet debitor speciei quæ consignari nō potest? Rñ. offerat. & si quidē res oblata postea pereat, si est in specie: iure ipso debitor liberatur. si in genere, per exceptionem secundū Ioā. vt. ff. de solu. l. qui decem. in prin.

f *Cum vsuris.* hoc ideo, quia totū debitū debet offerre, vt cursum vsurarū inhibeat: vt hic, & .ff.e.l.tutor.§. Lucius. nisi in tribus casibus. Primus quando hoc actū est: vt.ff.eo.l.tutor.§. Lucius. Secundus, quando nō est liquidum: vt.ff.si cer.pet.l.quidā. Tertius, in libertate: vt.ff.de sta.libe.l. cum hæres.§. item si decem.

g *Post contestationem.* id est post testium vocationem, & denunciationem: sicut & alibi. ff. de legi. & cōsti.l.fi. &.ſ.eo.l.ij. & hoc congruo loco & tempore: vt.ff.de solu.l. si soluturus. & de verbo.obli.l.qui Romæ. &.j. de solu.l.obsignatione.§. sed ita demū.

h *Inhibeatur.* quid miri? ipso enim iure omnis obligatio tolli videtur: vt.j. de solu.l.obsignatione. &. ff. manda.l.qui mutuam.§.j. nec obstat q̄ nō sit directū dominiū creditoris: vnde non datur ei directa rei vindicatio, sed vtilis: vt.j. in fi.hui⁹.l.nā nihilo minus ipso iure est debitor liberatus: sicut & hæres cedēdo actionē legatario nominis, liberatur ab actione ex testamento, non tamē à se separari potest actio ex toto. ff. p̄ socio.l.iij. in prin. & de pecul.l.quid ergo. idē in muliere, quæ fundū in doté promisit. nam dādo cum liberatur: licet domina remaneat secundū quosdā: vt.j. de iure do.l.in reb⁹. idē in eo qui soluit illi p̄curatori à quo est reuocatū mādatū. nā liberatur, licet nō efficiat domin⁹ pecuniæ creditor: vt. ff. de solu.l. vero p̄curatori. §. sed & si quis mādauerit. &.l.cū quis. §. si debitoré. sed B. dixit dominiū trāsire in dñm p̄pter p̄cedēs mādatū. Vel dicas nō ipso iure, sed p̄ exceptionē tolli: vt i fi.l.dices. Ité hoc verū siue vsuræ p̄ stipulationē siue officio iudicis debeātur. Sed quidā dicunt vt Io. tunc sola oblatione tolli: quod reproba: vt.ſ.eo.l.ij. &.l.ex prædiis. Item hoc etiam in currentibus: nam quæ nondum cœperunt currere, etiam sola oblatione tolluntur: vt.ſ.eo.l.si per te.

i *In hoc autem casu.* bene hoc casu dicit. nā aliàs aliter accipitur publici nomen: vt. ff. ne quid in loco publi.l.ij.§. publici. & aliter instit. de rerum diuisio.§.j.

k *Periculo.* omnimodo: sed sola oblatio liberat secūdum distinctionem quam in prin. legis dixi.

l *Tolletur.* vt &. ff. quibus mo. pig. vel hypo. solu.l. ité liberatur. §. qui paratus. &.l. Paulus.§.j. Si quēris an inducat pignoratitiam actionem sola oblatio? distinguitur an fiat in iudicio, & tunc agit pi-

BIU Cujas

agit pignoratitia:an non,& tunc non:licet possit debitor creditorem petentem repellere:vt.ff.de pig.act.l.si rem alienam.§.fin. &.d.l.item liberatur.§.j.

a *Cum Seruiana.* id est quasi Seruiana,quæ hypothecaria vocatur:vt instit.de act.§.item Seruiana.

b *Soluantur.* vt. ff. de pig.act.l. aliena.§.fina. &.d.l. ité liberatur. §. j. &.j.de lui. pig.l.fin. &.j. de pigno. l. si dominiú.&.l.creditor.

c *Intraiectitiis.* vt debitor offerendo, consignando,& deponédo liberetur, de quib⁹ dices.j.tit.j.l.j.

d *Actione vtili.* depositi vel in rem,& sic nó est in eum translatum dominium directum.

e *Eas receperit.* & hoc casu loquitur. ff. eo. l. debitor.in fin.sed qua actione tũc ipse cõuenitur? Prima non:quia sublata est ipso iure. vnde in perpetuũ &c. vt.ff.de sol.l.qui res.§. aream. &.ff.depositi.l. j.§. satisdatióe. Respõ. vtili in rem, vel ad exhibendum sicut quilibet alius: vt subiicit. Vel dic etiã prima cõueniri, & fingitur non facta depositio,cú non duraverit:vt.ff.de in rẽ ver.l.si p patre.§.versum. Vel tertio dicas tolli per exceptionem, quæ exceptio fit ineficax cum debitor recipit pecuniam.

f *Sed contra depositarium.* vtili depositi.

g *Pecunias.* id est possidentem pecunias vtili in rem.collige ergo ex prædictis oblationé & cõsignationé & depositioné ipso iure vel per exceptioné tollere omnem obligationé.at depositio sola nihil: vt supra eo.l.ij.in fin.nisi cum non est cui offeratur:vt.ẽ.eo.l.si creditrici.in fi.Item oblatio sola vsuras futuras impedit: item pœnã committẽdam impedit:vt.ẽ.e.l.si per te. &.ff.de arbi.l.Celsus. in fi.non illas quæ cœperant currere: vt.ff.de admi.tut.l.tutor pro pupillo.§.j.Item sola oblatio tollit pignus, vt dixi. Item interitum facit esse creditoris:vt.ff.de verb.obli.si seruum.§.sequitur. Item in duobus casibus sola oblatio liberat debitorem à debito: vt.j.de condi.inser.l.fi.& infra de susce.& arc.l.j.lib.x.Sed quare sola oblatio non tollit cursum vsurarum inchoatarum, & tamen facit transire interitum? Respon.nó possunt consignari & deponi illa super quibus tractam⁹ de interitu:& ideo sufficit oblatio. Item & si quandoque possunt,tamen in vsura est sola oblatio.cú vero dicimus de interitu, est oblatio,& sequitur interitus.nam & in pecunia si sequatur interitus, non tenetur debitor: vt.ff.de solu.l.qui decem.in prin.

*Oblatio sola tollit quid tenetur.*

*Constitutionibus.* C A S V S.] Si mihi mutuasti.x.& vsuras vltra legitimũ modum stipuleris: nó solum mihi, sed & fideiussori meo subuenietur. Viuianus.

h *Quibus.* s.constitutionibus.& facit.ẽ. de nó nu. pecu.l.tã mandatori.&.j.e.l.eos in prin.&.ff.de excep.l.omnes.

i *Quasi.* pro,certe.

k *Vti potes.* vt.j.de solu.l.j.Sed contra.ff.e.l.j.vbi dicitur quòd pronior solutio intelligenda est.

*Si vsuras.*] C A S V S. Mutuaui decem sub vsuris accepto pignore:quinque soluisti,nec in quam causam reciperétur illa v.dictum est.dicitur quòd creditor habet electionem compu-

cum Seruiana[a] etiam actio manifeste declaret pignoris inhiberi persecutionem vel solutis pecuniis, vel si per creditorem steterit quo minus soluantur.[b] Quod etiam in traiectitiis[c] seruari oportet: creditori scilicet actione vtili[d] ad exactionẽ earum nõ aduersus debitorẽ, nisi forte eas receperit,[e] sed contra depositarium,[f] vel ipsas competente pecunias[g].

*Mandator & fideiussor conuenti vltra legitimum modum vsurarum, sunt ipso iure tuti:sicut reus principalis.h.d.Bald.*

XX. Idem A. Aelio.

CONstitutionib⁹ sacris, quę vltra certum modum vsuras fœnebris pecunię exigi prohibent,mandatoribus etiam vel fideiussoribus subuentum est: quibus[h] quasi[i] mandator vel fideiussor cõuentus vti potes.[k]

*Simpliciter solutũ cedit in debitum vsurarum.hoc dicit.Bald. Vel sic: Simpliciter solutum creditore volente, cedit in debitum vsurarũ: seu prius in vsuram, quàm in sortem.h.d. Salycetus.*

XXI. Idem A. Chresimo.

SI vsuras præstari pignore dato conuenerat:[l] & incontinenti[m] numeratione facta, postea vel ante,propter quod debitum solutionem feceras, non designasti : habuit creditor in vsuras tibi accepto ferẽdę solutæ quantitatis facultatem.[n]

*Pignus obligatum pro sorte,& vsuris,potest pro vtroque debito retineri : sed pignus obligatum pro sorte tantum, non potest retineri pro pœna.h.d.Bald. & Salycetus.*

A tandi in vsuras. Viuianus.

l *Conuenerat.* per stipulationem. Vel dic,nudo pacto.sed dictú erat quòd pignus pro eis teneretur:alioquin solo pacto promissæ sine pignore,si soluantur sine designatione, in sortem tantum debet eligere creditor:vt.ff.de solu.l. in his.§.iperator.&.l.Paulus rñ.non ideo.§.j.

m *Incontinenti.* quę enim incontinenti fiũt, inesse videntur &c. vt hic,&.ff.si cer.pet.l.lecta.&.ẽ.de pac.l.petés.

n *Facultatem.* vt &.j. de sol.l.j.&.ff.de pig. acti.l.cũ & sortis.imò videtur etiã in grauius debitũ, & sic in sortẽ: vt.ff.de sol.l.j.ij.&.iij. Solu. secundum quosdam grauius debitum est vsura:quia magis ĩuite quis soluit, quod ad se non peruenit.qđ non placet: nam & cũ quis suo nomine debet, item & fideiussorio nomine, si soluit, indistincte videtur solutum in durioré causam:& durius est quod suo nomine,q̃ qđ alieno:vt.ff.de sol.l.& magis. Dic ergo ibi loqui cum ex pluribus causis est debitor: hic cum ex vna partim principaliter, partim accessorie. Accursius.

B

XXII. Idem A. Carino.

PIgnoribus quidem interuẽientibus, vsuræ quæ sine stipulatione peti non poterant,pacto[o] retineri possunt. ℣ Verũ[p] hoc iure constituto,cum huiusmodi nullo interposito pacto[q] tantũmodo certæ summæ præstari pœnam conuenisse[r] proponas : nec peti nec retineri quicquam amplius potest,*[s] & ad pignoris solutionẽ[t] vrgeri te disciplina iuris perspicis.

*Non consideratur quod casualiter contingit: & illud quod habet in se potentiam plus vel minus, non dicitur excedere modũ. h.d.Bal. Vel sic: Ratione incertitudinis cõceditur, quod altràs nõ cõcederetur.h.d.Saly.*

XXIII. Idem A. Iasoni.

OLeo quidem, vel quibuscunque fructibus mutuo datis,[u] incerti precij ratio addi mẽta vsurarum eiusdem materiæ suasit admitti.

*Mater gerens negotia filii,tenetur ad vsuras pecuniæ quã administrauit.h.d.Bal. vel quam potuit fœnerare.Salycetus.*

XXIIII. Idem A. Glauciæ.

C SI mater tua maior annis cõstituta,negotia quæ ad te ptinent,gesserit:cum omnem diligentiam[x] præstare debeat:vsuras pecuniæ tuæ quam administrasse fuerit cõprobata,[y] præstare compelli potest.

*Species æstimata recipit vsuras.h.d.Bal. Vel sic:Species potest dari æstimata, vt eius æstimatio conuertatur in mutuum: & tunc creditor potest stipulari vsuram.h.d.Saly.*

XXV. Imp. CONSTANTI. A. ad populum.

*Ignoribus.*] C A S V S. Mutuaui tibi decem, & obligasti pignus,& actum est vt pro vsuris pignus teneatur.si eas solenniter stipulatus nó sum,vsuras legitimas petere nó possum:puta non conuentas per stipulationem: habeo tamen retentioné pignoris pro eis.& hoc in prima. Si vero dictũ non erat q̃ pignus pro eis teneretur,nihil amplius sorte petere possum:nec habeo retentionem pignoris, sed ad restitutionem pignoris compellendus sum.& hoc in secunda. Viuianus.

o *Pacto.* i.ratione vel nomine pignoris possunt,cú hoc dictú est vt pignus pro eis vsuris teneatur:vt hic: &.ẽ.eo.l.per retentionẽ.

p *Verum.* lege ita:Hoc.s.est verum iure constituto iamdudum, s.in.d.l.per retentionẽ[a].&.ff.de pig.l.grege.§.fi.&c. *a Ibi vide Salyc.*

q *Pacto.* vt per pignoris retentionem possint seruari.

r *Conuenisse.* nudo pacto,cum sine stipulatione peti non possit, sic nec vsura:vt.ẽ.eo.l.quamuis.j.

s *Amplius potest.* s.sorte.

t *Solutionem.* id est restitutionem.

*Leo quidem.*] C A S V S. Mutuaui tibi oleum, vt tantundem cum accessione in eadem mensura in fine anni redderes.an valeat talis conuentio,quæritur? Dicitur quòd sic: licet hæc accessio excedat legitimum modum vsurarum.& hoc ratione incerti precij & incerti exitus introductum est.

u *Mutuo datis.* ita vt tantundem olei cum accessione in eadem materia reddatur vsque ad legitimum modum.Idem etiam si fiat solutio in pecunia,& valebit etiam vsque ad legitimum modum vsque ad duplum propter incertitudinẽ.nam poterit esse quòd longe minus valebit tunc oleum, vel longe plus, quàm nunc.& facit.ẽ.eod.l.frumenti.

*Si mater.* C A S V S. Mater tua gerens negotia tua,pecuniã tuã fœnori nó dedit:si dare cõsueuisti,& nó dedit,tenebitur. Vi.

x *Diligentiam.* regulariter:vt.ẽ.de nego.gest.l.tutori.

y *Comprobata.* si & ipse dominus consueuerit fœnerare: vt.ff. eo.l.qui

BIU Cujas

eo.l.qui semisses.§.fin.Item hoc si potuerit fœnerare.Item præstat etiã sic periculum nominũ, nisi subito suas substantias amiserint:vt.ff.de neg.gest.at qui natura.§.fi.&.l.litis.§.j.Accur.

PRo auro.]C AVS. Volebam à te accipere.x.mutuo:non habebas:sed aurum æstimatum dedisti: & conuênit vt æstimationem cum vsuris rederem. an valeat hæc conuentio, & debeantur vsurę, quęritur? respon. quòd sic. & hoc dicit Imperator vt solui & promitti possint vsuræ.

a *Pro auro & argento.* his ęstimatis omnibus, quę consistunt ponere, numero, vel mẽsura

b *Et veste.* æstimatis datis, vt reddatur æstimatio: vt &.ſ.si ter.peta.l.si pro mutua. nam specierum non prestatur vsura, nisi in casibus: vt. ff.e.l. in fideicommissi. in fin.l.cum quidam.§.fi.& de peti. hære. hæres furiosi. §. fi. vel forte etiam si in illis casib⁹ fuerint species æstimatæ: arg.ĵ.de secun. nup.l. hac edictali.§.his illud.

EOs.]C AVS. Mutuaui tibi decẽ: pignus obligasti: stetisti per trigita an. vel quadraginta q̃ nec soluisti sortem, nec vsuras, nec pign⁹ petij: certum est quòd condictio certi ex mutuo, sublata est spacio triginta an. sed nũquid petitio vsurarum similiter sit sublata, quæritur? Respon. videbatur quòd nõ, nisi vsurarum illarũ, quas potui petiisse, iam elapsum sit spaciũ triginta an. nec petij, puta si vsuras primi anni & secundi nolui petere: sed vsuras sequentium annorum petij: quia eis nõdum prescribitur per triginta an. nunquid possim petere? Ad hoc respon. quòd non, quia extincta est accessoria de vsuris, actione principali de mutuo extincta. & hoc in prima. In secunda dicit, quòd illustres, & qui super eos sunt, possunt stipulari vsuras vsque ad tertiam centesimæ: vt puta sors est in.xij. vsura mensis erit quatuor: mercatores possunt stipulari vsque ad besses centesimæ: qui si mutuarunt triginta suo periculo, possunt stipulari centesimam, quæ æquiparatur sorti manuum. & hoc ideo est, quia pecunia talis periculo mutuantis est, puta cum quis stipulatur decem pro libra. Alij possunt stipulari vsq; ad mediam cẽtesimæ: quia si mutuaui.xx. possum stipulari.x. creditores non debent detrahere de sorte. & hoc in tertia. Item per interpositas personas non debent maiores vsuras stipulari. & hoc in quarta. vnde ista lex tota loquitur cum non mutuatur agricolæ: secus si mutuaretur agricolæ: vt in auth. ad hæc.

c *Eos.* scilicet iubemus.

d *Vel quadraginta.* hoc refertur ad hypothecariam, vel etiã ad personalem, facta in ea cõtestatione litis: vt.ĵ.de prescrip. triginta an.l. fi. Sed quid si hypothecaria sit sublata decem vel viginti annis? qua e nõ agit pro vsura, cum principalis obligatio duret: vt in contrario casu: vt.ĵ.de luit.pig.l.intelligere? R.ñ. Ioan. hoc verum, cum pro vsura pignora teneantur. Vel intellige hanc.l. quãdo prescriptione quadraginta annorum tollitur hypothecaria. Item cur tollitur accessoria obligatio vsurarum per aliam accessoriam sublatam: immo (vt dicam verius) principalis scilicet vsurarum petitio quę est principalis quo ad pignus quod pro

PRo auro & argento [a] & veste [b] facto chirographo licitas solui vel promitti vsuras iussimus.

*Ista lex est notabilis: & licet sit correcta inquantum permittit vsuras, tamen bona notabilia extrahuntur ex ea, & principium hoc dicit in summa, Debitor tutus præscriptione in principali debito vel re principali, est etiam tutus in vsuris cũ fructibus.h.d. vsque ad.§.sup. Bald.*

XXVI. Imp. IVSTINIAN. A. Mennæ. P. P.

EOs [c] qui principali actione per exceptionem trigin ta vel quadraginta annorũ, siue personali siue hypothecaria ce ciderunt: iubemus non posse su per vsuris vel fructibus præteriti temporis aliquam mouere quæstionem, dicendo ex hisdẽ temporibus eas velle sibi persolui, quæ non ad triginta vel quadraginta [d] prẽteritos annos referuntur, asserendo singulis annis earũ actiones nasci. principali enim actione* non subsistente, satis superuacuũ [e] est super vsuris vel fructibus adhuc iudicem cognoscere.

*Modus vsurarũ hic taxatur: & non valet consuetudo quæ vlteriores vsuras permitteret: & fœneratores non possunt aliquo prætextu fraudare taxationem huius legis, nec per interpositam personam circunuenire. Et si dubitatur an persona sit interposita necne, defertur iuramentum purgationis.h.d. notanter vsque ad fi. Baldus. Vel sic: Modus vsurarum hic taxatur secundũ varietatem personarum: nec consuetudo vel conuentio contraria est seruanda: & si dubitetur an in fraudem persona sit interposita vel non: ad sacramentum purgationis recurritur. Salycetus.*

℣ Super vsurarũ vero quãtitate etiam generalẽ [f] sanctionẽ facere necessariũ esse duximus, veterem duram & grauissimã earum molẽ ad mediocritatẽ deducentes. Ideoq; iubemus illustribus quidẽ personis, siue eas præcedentibus, [g] minimè licere vltra tertiã [h] partẽ centesimę, vsurarum nomine in quocũque contractu vili vel maximo stipulari. ℣ Illos vero qui ergasteriis [i] præsunt, vel aliquam licitã negotiationẽ gerunt, vsque ad bessem centesimæ vsurarũ nomine in quocunq; contractu* suam stipulationem moderari: ℣ In traiectitiis autẽ contractibus, vel specierum [k] fœnori dationibus, vsque ad centesimam tantummodo licere stipulari, nec eam excedere, licet veteribus legibus hoc erat cõcessum. ℣ Cæteros autem omnes homines dimidiam tantũmodo centesimæ vsurarum nomine [l] posse stipulari: & eam quantitatẽ vsurarum etiam in aliis omnibus casibus nullo modo ampliari, in quibus citra stipulationem exigi vsuræ solent: [m] nec liceat iudici memoratam augere taxationẽ occasione cõsuetudinis [n] in regione obtinentis. ℣ Si quis autem aliquid

*Clo. vlt. in c. si diligẽti in me. extra de foro compe. inducit hãc.l. in ar. quòd sublato prĩcipali tollitur accessorium.*

a *Pro auro & argento.* his ęstimatis omnibus, quę consistunt ponere, numero, vel mẽsura

b *Et veste.* æstimatis datis, vt reddatur æstimatio: vt &.ſ.si ter.peta.l.si pro mutua. nam specierum non prestatur vsura, nisi in casibus: vt. ff.e.l. in fideicommissi. in fin.l.cum quidam.§.fi.& de peti. hære. hæres furiosi. §. fi. vel forte etiam si in illis casib⁹ fuerint species æstimatæ: arg.ĵ.de secun. nup.l. hac edictali.§.his illud.

c *Eos.* scilicet iubemus.

d *Vel quadraginta.* hoc refertur ad hypothecariam, vel etiã ad personalem, facta in ea cõtestatione litis: vt.ĵ.de prescrip. triginta an.l. fi. Sed quid si hypothecaria sit sublata decem vel viginti annis? qua e nõ agit pro vsura, cum principalis obligatio duret: vt in contrario casu: vt.ĵ.de luit.pig.l.intelligere? R.ñ. Ioan. hoc verum, cum pro vsura pignora teneantur. Vel intellige hanc.l. quãdo prescriptione quadraginta annorum tollitur hypothecaria. Item cur tollitur accessoria obligatio vsurarum per aliam accessoriam sublatam: immo (vt dicam verius) principalis scilicet vsurarum petitio quę est principalis quo ad pignus quod pro

A eis tenetur? Respon. hæc sola ratio non est sufficiens, sed eam adiuuat: quia ex stipulatione agenti ad vsuram, obstat præscriptio xxx. an. quæ responsio valet, cum xxx. annis vel quadraginta an. tollitur hypothecaria.

e *Superuacuum est.* vt. ff. de regu. iuris. l. cum principalis. &. ff. de pecu. leg. l. nã quæ. &.ĵ. de præscript. xxx. an. l. si quis emptionis. §. fin. Sed contra. ĵ. in prędicto titu. l. cum notissimi. §. in his etiam. vbi dicit, ex initio cuiuscunque anni incipere præscriptionem. Solu. hic odio vsurarum. vel verius vt ibi. Item contra. ĵ. de luit. pign. l. intelligere. Sol. de alio accessorio ibi & de alio hic. Item distingue hic, an vsuræ debentur iudicis officio: & tunc siue tollatur principalis prescriptione, vt hic: siue per sententiam: vt.ſ. eo. l. in bonæ fidei. & infra depositi. l. iiij. siue solutione: tollitur semper accessoria: vt. ff. de eo quod certo loco. l. centum. &. l. fin. si autem stipulatione: tunc etiã si principalis per prescriptionem tollitur: & accessoria, vt hic. secus si per sententiã vel solutionem sortis: vt dicta. l. centum Capuæ.

f *Etiam generalem.* nõ solũ singula exponere.

g *Præcedentibus.* vt superillustribus. vel dic illustres qui tãtum dignitatem habent. sed si administrationem habent: tũc dicuntur eos præcedere. Et not. materiam huius legis cõprehẽdi in his versib⁹: Discant illustres stipulari posse trientes: Et mercatores sibi posse sint quærere besses.

Quærere semisses possint communiter omnes.
In traiectitiis vires centesima sumis.

h *Tertiam partem centesimæ.* sors est duodecim, vsura fit in anno quatuor. sed & si octo, tunc est bessis. si æquiparatur sorti, tunc est centesima.

i *Ergasteriis.* id est stationib⁹. ab erga, quod est opera, & stereon quod est statio: vt.ſ. de episco. & cleric. l. ij.

k *Vel specierum.* datarum æstimatarũ. vel pone exemplum vt.ſ. eo. l. oleo. Et dic specierum datarũ vt traiiciantur. item etiam est traiectitia, vt si piscatori detur pecunia in apparatũ: vel athletæ, vt se exerceat: vt. ff. de nau. fœ. l. periculi. Nota ergo quatuor casibus vsurã centesimã præstari in traiectitia vel quasi: vt hic. Itẽ in accessione frumenti, vel vini, vel hordei: vt.ſ. eo. l. frumenti. Itẽ post tẽpus quadrimestre: vt.ĵ. de vsur. rei iudica. l. fin. Item in pupillari pecunia clam accepta. ff. de neg. gest. l. qui sine. Item in quinto: vt. ff. pro so. l. cũ duobus. §. j. &.ĵ. de ædi. priua. l. si vt proponis. Item in sexto: vt.ſ. eo. si ea. Itẽ no. q̃ quandoq; lex statuit alium certum modum extra generalitatẽ quæ hic est, vt semisses: vt.ĵ. de his qui. vt indig. l. j. in fi. Item quartã centesimę: vt authẽ. hoc ius porrectum est.ſ. de sacrosanc. eccle. Item in agricolis liquam: vt supra eo. authen. ad hæc.

l *Vsurarum nomine.* etiam fiscus: vt.ĵ. de vsu. fisc. l. fi. lib. x.

m *Exigi solent.* vt in bonæ fidei iudiciis: vt.ſ. e. l. in bonæ fidei. vel in legatis, & fideicõmissis: vt.ſ. in qui. cau. in integ. resti. non est necesse. l. in minorũ. Vel dic vt.ſ. e. l. frumẽti. &. ff. eo. l. etiã. H.

n *Consuetudinis.* vt &.ĵ. quæ sit longa consue. l. ij. Hoc verum nisi su-

nisi iurauerit sequi cõsuetudinem: quod non placet: vt. s. de legi. & constit. l. non dubium. Sed minui possunt occasione cõsuetudinis. [a] Item vbi simpliciter vsuræ legitimæ sunt promissæ, debetur leuiores quę in ciuitate frequẽtatur: vt. ff. de admi. tut. l. tutor qui. §. ex cæteris. licet sit ar. cõtra. ffie. l. qđ in stipulatione

a *De superfluo.* no. vtile nõ vitiari per inutile.

b *Compelletur.* vt &. ff. de cõdic. indebi. l. si nõ sortem. in princi. & facit. ff. eo. l. vsuras. & l. placuit. &. l. Caius. & l. j. in prin.

contra modũ huius fecerit constitutionis, nullam penitus de superfluo [a] habeat actionem: sed et si acceperit, in sortẽ hoc imputare compelletur, [b] interdicta licentia creditoribus ex pecuniis fœnori dandis aliquid detrahere vel retinere siliquarum [c] nomine, vel sportularum, [d] vel alterius cuiuscunque causæ gratia. Nam si quid huiusmodi factum fuerit: principale debitũ ab initio ea quantitate minuetur, vt tam ipsa minuenda pars, quàm vsuræ eius exigi prohibeantur. ℣ Machinationes etiam creditorum, qui ex hac lege prohibiti maiores vsuras stipulari, alios medios subiiciunt quibus hoc non ita interdictum est, [e] resecantes: iubemus si quid tale fuerit attẽtatum, ita vsuras computari, vt necesse esset, tanquã si ipse qui alium interposuit, fuisset stipulatus, in quo casu sacramenti [f] † etiam illationem locum habere sancimus.

c *Siliquarum.* id est certum nummorũ numerum, vt vnũ piscem emat, & cum sua familia gaudeat.

d *Vel sportularum.* quas forte, vt dicũt quidam, dabunt executorib⁹ ꝑ hac pecunia petenda: vel tabellionibus pro cautione scribenda.

e *Interdictum est.* nam quidam possunt maiores stipulari quàm alij: vt. §. ea. l. §. super. Fit ergo hic fraus de persona ad personã. & facit ad hoc. ff. de legi. & senatusconsul. l. cõtra legem. &. ff. de aucto. tuto. l. pupillus. §. fin.

f *Sacramenti.* nota vt dixi supra de his qui ad eccle. confu. l. præsenti. §. sicubi. sed hodie non valent: vt dixi supra eo. authen. ad hæc.

*Lex noua trahitur ad prætèrita quatenus pendet de futuro: non quatenus robur & perfectionem recepit pro tempore præterito. h. d. Bald.*

XXVII. Idem A. Mennæ præfecto prætorio.

DE vsuris, quarum modum iam statuimus, [g] prauam quorundam interpretationem penitus remouentes, iubemus etiam eos qui ante eandem sanctionem ampliores quàm statutæ sunt, vsuras stipulati sunt, ad modũ eadem sanctione taxatum ex tempore lationis eius suas moderari actiones: scilicet illius temporis, quod ante eam defluxit* legem, pro tenore stipulationis vsuras exacturos. [h] ℣ Cursum insuper vsurarum vltra duplum minimè procedere cõcedimus, nec si pignora quędam pro debito creditori data sint, quorum occasione quædã veteres leges & vltra duplum vsuras exigi [i] permittebant. quod & in bonæ fidei iudiciis, cæterísque omnibus casibus † in quibus vsuræ exiguntur, seruari censemus. [k]

g *Statum⁹.* s. l. ꝓxima.

h *Exacturos.* & sic legitimum modum excedat: & sic in parte seruatur, & in parte non. & ponit exemplum. ff. de legi. & senatusconsul. cum lex.

i *Exigi.* per retentionem pignoris.

k *Censemus.* vt &. j. manda. l. precij. & facit supra. l. proxi.

*Vsura in sortem conuerti non potest: & leges non imponuntur verbis, sed rebus. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Sicut vsura vsurarum non potest exigi, ita nec in sortem singulis annis imputari, alias lex esset imposita verbis, & non rebus. hoc dicit. Baldus.*

XXVIII. Idem A. Demostheni præfecto prætorio.

VT nullo modo vsuræ vsurarum à debitoribus exigantur, veteribus quidem legibus constitutum [l] fuerat, sed nõ perfectissimè cautum. Si enim vsuras in sortem redigere fuerat concessum, & totius summæ vsuras stipulari: quæ differentia erat debitoribus, à quibus reuera vsurarum vsuræ exigebantur? Hoc certè erat non rebus, sed verbis tantummodo legem ponere. [m] ℣ Quapropter hac apertissima lege definimus nullo modo licere cuiquam vsuras præteriti temporis vel futuri in sortem redigere, & earum iterũ vsuras stipulari. Sed & si hoc fuerit subsecutũ: vsuras quidẽ semper vsuras manere, & nullũ vsurarum aliarum incrementũ sentire: sorti autẽ antiquæ tantummodo incrementum vsurarum accedere.

l *Constitutum fuerat.* vt &. ff. eo. l. placuit. & de condict. indebi. l. si non sortem. in prin. & supra ex qui. cau. infa. irro. l. improbum.

m *Ponere.* quod esse non debet vt infra cõmunia de leg. l. ij. in fi. vt scilicet vsuræ præteritæ vel futuræ pariant vsuras: vt & infra de vsur. rei iudi. l. fina. Sed si vsura præterita sit oblata in præsentia, & postea ex causa mutui concessa, valet. nam duo actus creduntur interuenire: vt. ff. si certum peta. l. singularia.

## TITVLVS XXXIII.
## DE NAVTICO fœnore.

*Pro tempore quo creditor suscepit periculum traiectitiæ pecuniæ, vsura centesima debetur: pro tempore sequenti communis. hoc dicit cum glo: Salycetus. Vel sic: Eatenus veniunt vsuræ centesimæ pro pecunia traiectitia, quatenus durat suspicio periculi maris apud creditorem: quod est quousque nauis peruenerit ad portũ: quo casu cessant omnes vsuræ, & debentur centesimæ. postea vero veniunt communes, & non centesimæ. & idem si creditor non suscepit in se periculum. hoc dicit cum. l. seq. secundum Paul. de cast.*

*Pecunia nautica quæ dicatur.*

I. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. Honorato.

TRaiectitiam pecuniam, quæ periculo creditoris datur, tamdiu liberam esse ab obseruatione cõmuniũ [n] vsurarũ, quandiu nauis ad portũ adpulerit, [o] manifestũ est. quia olim si mutuaui decem, poteram redigere vsuras in sortem: puta sors erat. x. vsura. v. poteram redigere in sortem. x. & v. & ita essent. xv. & illorum. xv. poteram stipulari vsuras. sed hoc erat obseruare verba, & non sensum: ideo statuit imperator, vt nullo modo vsura præteriti vel futuri temporis in sortem redigatur, sed maneat vsura semper vsura: nec sors incremẽtum vsurarum suscipiat, sed sorti tantum accedat vsurarum incrementum.

n *Cõmunium vsurarũ.* sed nõ centesimarum.

o *Adpulerit.* si eousq; ad se periculũ creditor suscepit, & exinde cõmunis præstatur vsura, si pecunia nõ fuerat soluta seruo sequẽti eius gratia, vel consignata nõ fuerit: vt. ff. eo. l. iiij. Accursius.

*Cum dicas.* ] CASVS. Si pecuniã mihi mutuasti vt tibi redderẽt ĩ ciuitate Hierusalẽ, & cõuenit vt esset piculo mei debitoris:

BIU Cujas

toris: quæ vsuræ præstari debeant, quæritur? Respondet quòd vltra legitimum modum non exigentur. Quis erit ille modus, habes supra ti.j.l.eos.§. super. Viuianus.

a *In sacra vrbe.* Hierusalem, vel Romæ.

b *Profitearis.* vnde communi iure est periculo debitoris: vt supra si certum pet.l.incendium.

c *Licitum.* quid liceret, habes supra titu.j.l.eos.§. super.

*Cum proponas te.*]C A S V S. Si mihi pecuniã mutuasti, & periculum quousque nauis in Africam veniret, & in portu Salonitanorũ vbi deferebatur, pecunia solueret, qui portus est in Africa, ĩ te suscepisti: & vsuras stipulatus es centesimas: an si antequam nauis ad locum destinatũ perueniſſet, propter illicitas merces quas vehebam, nauis confiscatur, periculum pecuniæ amissæ ad te pertinere debeat, quæritur? Dicitur q̃ non: quia pecunia non ex discrimine tempestatis maris amissa est, sed ꝓpter illicitas merces, & sic ꝓpter delictũ tuũ: vnde sicut si nauis salua ad portum veniret, tu teneris. Viuianus.

*In iure communi non receditur nisi pactum in contrarium reperiatur. ius autem commune continet. l. incendiũ. supra si certum pet. quod ergo in contractu non dicitur, pro non intellecto censetur. h.d. secundum Bald. Vel sic: Pecuniæ nauticæ debitoris est periculum, nisi aliud fuerit conuentum. h.d. Salycetus.*

II. Iidem AA. Chosimaniæ.

CVm dicas te pecuniam ea lege dedisse, vt in sacra vrbe[a] tibi restitueretur, nec ĩcertum periculum, quod ex nauigatione maris metui solet, ad te pertinuisse profitearis: [b] non est dubium, pecuniæ creditæ vltra licitum [c] modum te vsuras exigere non posse.

*Ista lex est multũ notabilis. Qui suscepit in se periculum nauigationis, intelligitur in se suscipere periculum fortunæ, non culpæ debitoris. h.d. Baldus.*

III. Iidem AA. Iuniæ.

CVm proponas te nauticum fœnus ea cõditione dedisse, vt post nauigium quod in Africam dirigi debitor adseuerabat, in Salonitanorum portũ naue delata, fœnebris pecunia tibi redderet, ita vt nauigij dũtaxat quod in Africam destinabatur, periculũ susceperis: pérque id vitium debitoris nec loco quidem nauigij seruato, illicitis comparatis mercibus, [d] ea quæ [e] nauis continebat, fiscũ occupasse: amissarum mercium detrimẽtum, quod non ex marinæ tempestatis [f] discrimine, sed ex præcipiti auaritia, & inciuili debitoris audacia accidisse adseueratur, adscribi tibi, iuris publici ratio nõ ꝓmittit. [g]

*Debitor generis liberatur per interitum, si creditor suscipit in se periculum: aliàs non. h.d. Bald. Vel sic: Periculum pecuniæ traiectitiæ spectat ad debitorem, nisi aliud sit actum. h.d. Salycetus.*

IIII. Iidem AA. Eucharistõ.

TRaiectitiæ quidẽ pecuniæ, quę periculo creditoris mutuo datur, casus, antequam ad destinatum locum nauis perueniat, ad debitorem [h] non pertinet. [i] Sine huiusmodi vero cõuentione [k] infortunio naufragij debitor non liberabitur.

*TITVLVS XXXIIII.*

## DEPOSITI, VEL contrá.

*Casus verus, non casus prætensus liberat debitorem, etiam si interficiatur. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Periculum depositi contingens casu non dolo vel lata culpa depositarii, spectat ad deponentem. Salycetus.*

I. Imp. ALEXANDER A. Mesteno.

SI incursu latronũ, vel alio fortuito[l] casu ornamẽta deposita apud interfectum [m] perierint: detrimentum ad hæredem eius qui depositum accepit, qui dolum solum & latam culpam[n] (si non aliud specialiter cõuênit[o]) prę-stare debuit, nõ pertinet. Quòd si prætextu latrocinij commissi, [p] vel alterius fortuiti casus, res quæ in potestate hæredis sunt, vel quas dolo desiit possidere, non restituuntur: tam depositi, quàm ad exhibendum actio, sed & in rem vindicatio competit. [q]

*In actione depositi vsuræ veniũt ex mora. Baldus, & Salycetus. quod intellige in quãtitatibus: secus si in specie: vt. ff. de vsur. l. in fideicommissi. §. fi. h.d. Baldus.*

II. Imp. GORDIANVS A. Celso.

VSuræ [r] in depositi actione sicut in cæteris [s] bonæ fidei iudiciis, ex mora venire solẽt. [t]

a *In sacra vrbe.* Hierusalem, vel Romæ.

b *Profitearis.* vnde communi iure est periculo debitoris: vt supra si certum pet.l.incendium.

c *Licitum.* quid liceret, habes supra titu.j.l.eos.§. super.

d *Mercibus.* vt atramẽto (aliàs ornamẽto) regali, vel vestib[s] imperialibus vel similibus. nam tũc nauis cũ mercibus cõfiscatur: vt. ff. de publi.l.cotẽ.§. dominus. &. §. illicitarũ.

e *Quæ.* scilicet illicita.

f *Tempestatis.* ex qua sola periculum suscepisti.

g *Non permittit.* culpa enim debitoris præcessit casum: vt &. ff. commo.l.si vt certo.§. interdum.

*Traiectitiæ.*]C A S V S. Si pecuniã traiectitiam vsque ad certũ locum mutuasti, & tuo periculo: quousque nauis ad locũ destinatum peruenerit, periculo tuo erit: & hoc si conuênit vt periculo tui creditoris esset: alioquin si non conuênit, periculo mei debitoris erit: nec per casum naufragij liberor.

h *Ad debitorem.* vt dixi in rubrica huius tituli.

i *Non pertinet.* vt supra si cer.peta.l.incendium.

k *Conuentione.* id est si non conuenerit vt periculum subiret creditor. & ad hoc insti.quibus modis re contra.ob.§. ij. & supra si certum petatur.l.incendium.

*DEPOSITI, VEL CONTRA.*

*Dixit de contractibus celebratis gratia accipientis, vt de commodato: nunc gratia dantis tantum: vel quia in depositio venit vsura, ideo de ea subiicit.*

*Si incursu.*]C A S V S. Si vestes penes me deposuisti, & eas fortuito casu, puta latronum incursu amisi, & fui interfectus: nõ solum ego qui de dolo tantum & lata culpa teneor, liberabor, sed etiam hæres meus: nisi conuenerit vt in me fortuitum casum reciperem scilicet specialiter. & hoc in prima. Si verò prætextu latrocinij hæres falso adseuerauit eas esse amissas, cum apud eum

l *Vel alio fortuito.* innuit latrocinium esse fortuitũ casum, quod verum est: vt. ff. p soc. l. cum duobus. §. damna. & supra de pignorat. actio. l. quę fortuitis. & ĩstitu. quib[s] modis re contrahi. obliga. §. item is. & supra cõmo. l.j. Et est latrocinium palam, maxime in siluis: furtũ est clã: vt in auth. vt null. iudi. §. pe. colla. ix. Sed an furtum sit fortuitus casus? Videtur q̃ non: cum non videatur seri sine culpa, vt dicto §. damna. sed certe immo quandoq; est: vt. ff. de furtis. l. cum qui. §. idem scribit. *ADDIT.* Dicas quãdo fur tũ fit à persona domestica, vel ab eo de quo diligentissimus homo non fuisset suspicatus: tunc adscribitur casui fortuito: vt dicto. §. idẽ scribit. aliàs secus.

m *Interfectum.* eundémque depositarium, & vel erat nomen ꝓprium, vel quia interfectus fuit à latronib[s].

n *Culpam.* quæ dolo comparatur: vt. ff. eo. l. qđ Nerua. & facit. ff. de reg. iur. l. contrac[s]. & si quid dolo amisit, nõ agit furti: sed si culpa, sic: vt. ff. de fur. l. eũ. §. is apud. &. §. idem scribit.

o *Conuênit.* tũc enim seruatur conuentio: vt hic, &. ff. eo. l. j. §. sic cõueniat. In aliis etiã casibus tenetur vltra dolum, & latam culpam, vt si se obtulit: vt. ff. eo. l. j. §. sæpe. vel præcium accepit pro custodia: vt. ff. commo. l. si vt certo. §. nũc videndum. Item si gratia accipientis sit depositum: vt. ff. si certum peta. l. si quis nec. Item si mora præcedat casum: vt. ff. eo. l. si in Asia. §. fina. Item si culpa vel dolus præcesit casum: vt. ff. eo. l. quod Nerua. &. ff. cõmo. l. si vt certo. §. commodatum. &. ff. de condic. fur. l. qui furtum. &. ff. eo. l. qui furtum. &. ff. eo. l. j. §. si rem.

p *Commisi.* quod falso adserit commissum: vt supra de pig. act. l. si nulla. in fi. &. l. si creditor.

q *Competit.* & si agat in rem, probat se dominum, si quæstio referatur ei de dominio: vt diximus supra de pig. act. l. nec creditores. Item agitur etiam in factum in casu: vt. ff. de rei vin. l. cum autem.

r *Vsuræ.* Deposui pecuniam, & diu mansit apud te: eam peto: si contradicis, veniunt vsuræ ex mora. Item si est species deposita, venit fructus, & omnis causa, & partus: vt. ff. eo. l. j. §. hanc actionem. & de vsur. l. videamus. ij.

s *In cæteris.* vt. ff. de vsur. l. mora. §. in bonæ fidei. & supra de vsur. l. in bonæ fidei. & institu. de actio. §. actionum.

t *Solent.* Vel si vsuras percepit, vel si pecuniam consignatam in



BIU Cujas

suos vsus conuertit, etiam nulla mora alia interueniente: vt hic, & ff. eo. l. Lucius. j. & l. si sacculum. §. fin. & l. die. §. j. & infra. e. l. si depositi. & l. si is qui depositam. & ff. de neg. gest. l. at qui. §. pe. & de pigno. act. l. quamuis. §. fina. & l. sequen. & l. fina. & infra de pact. inter empt. & ven. l. in initio. & infra de act. empt. l. curabit. & l. fructus.

*Si depositi.* ] CASVS. Si pecuniam depositam, signatã, & clausam penes me habeo, nec restituo: ex mora teneor aduersus: & sic debeo gratulari deo, si conuenias me actione depositi, cum furti possis me facere obnoxium: quia qui rẽ depositã sciens in vsus suos conuertit, furti etiam tenetur. Viuia.

a *Flagitabis.* cùm pecunia numerata sit.

b *Gratulari.* scilicet depositarius.

c *Quòd furti.* Distinguitur: aut signatam, aut numeratã. si signatã, tenetur furti ad duplum. ff. eo. l. si sacculũ. si numeratam, tantundem tenetur reddere.

d *Obnoxium.* Loquitur ergo cum clausa est deposita: alioquin si aperta, videtur concedere vt vtatur: vt ff. eo. l. die. §. j. Item si expresse concedat ab initio, agitur tamen vt sit depositum: vt ff. eo. l. Lucius. j. & l. si sacculum. §. j. aliàs in dubio esset mutuum ex tunc: vt ff. si cert. pet. l. quòd si ab initio.

*Depositarius vtendo facit furtum: & si non conuenitur furti, sed depositi, debet agere gratias exactori. h. d. Bald. Vel sic: Si depositarius vtatur re deposita inuito deponente, furtum facit: & si non conuenitur furti, sed depositi, debet congratulari exactori. Salycetus.*

III. Idem A. Austero.

SI depositi experiaris, nõ immerito etiam vsuras tibi restitui flagitabis[a]: cũ tibi debeat gratulari[b] q furti[c] eũ actione non facias obnoxium. [d] Siquidem qui rem depositam inuito domino sciens prudẽnsque in vsus suos conuerterit, etiã furti delicto succedit.

*Lata definitiua officium iudicis in accessoriis conquiescit. h. d. Bal. cõcordat Sal.*

IIII. Idem A. Timocrati.

SI depositã* pecunia is qui eam suscepit, vsus est: [e] non dubium est etiam vsuras debere præstare. [f] Sed si cum depositi actione expertus es, tãtummodo sortis facta condemnatio est, vltra non potes propter vsuras experiri. Non enim duæ sunt actiones, alia sortis, alia vsurarum[f], sed vna: ex qua[g] condemnatione facta, iterata actio rei iudicatæ exceptione[h] repellitur.

*Si depositã.* ] CASVS. Si pecuniam penes me deposuisti, & ea vsus fuero: quin ad vsuras tenear, & non solum ad eas quibus fuero vsus, dubium nõ est. & hoc in prima. Si vero iudicio depositi in sortem tantum fuero condemnatus, propter vsuras postea experiri non poteris: quia sortis & vsurarum non duæ actiones sunt, sed vna. Viuianus.

*Instrumenta apud sequestrum deposita per conductorem & locatorem, debent de iure reddi conductori facta solutione. Bal. Vel sic: Sequester tenetur restituere sequestrum ei de quo actum fuit impleta conductione. Item debitor, postquam soluit, tutus est, licet non rehabuerit instrumentum debiti. hoc dicit. Paulus de castro.*

e *Vsus est.* cum esset clausa: vt supra dixi. l. proxi.

f *Vsurarum.* quod est verum in vsuris quæ petuntur ex officio iudicis in bonæ fidei iudiciis, & illa lex cõtra. ff. de eo quod certo loco. l. centum. loquitur in vsuris debitis ex stipulatione, & dicit quòd diuersæ sunt stipulationes, & diuersa iudicia: quia tunc possent peti etiam post sententiam: vt ibi, & de excep. rei iud. l. si in iudicio. & supra de iudi. l. j.

g *Ex qua.* scilicet actione.

h *Exceptione.* prodest ergo exceptio rei iudicatæ condemnato. & sic est contra. ff. de excep. rei iudi. l. euidenter. & l. si à te. §. j. Sol. non prodest ei in quo est condemnatus, sed in quo fingitur absolutus, scilicet de vsuris. sed hoc nõ placet Io. vt. ff. de neg. gest. l. si autem. §. fi. Vel dic non prodest antequam soluat condemnationem: vt ibi. postea sic: vt hic, & ff. de excep. rei iudi. l. si quis cum totum. §. plane. nec hoc placet: quia nec hic soluerat vsuras. Dic ergo quòd hæc est ratio: quia non potest durare accessorium sine principali: vt hic, & ff. de vsur. l. in bonę fidei. & l. eos. in princi. & secũdum hoc iterata actione vsurarum repellitur exceptione rei iudicatæ, scilicet illatæ. & distingue vt & ibi dixi. Sed nonne officium per se etiam exercetur? vt in restitutione minorum. quare ergo hic non durat post sententiã? Respon. triplex est officium. vnũ quod principaliter intẽditur, per quod restitutiones petuntur: vt. ff. de mi. l. q si minor. §. fi. & salaria constituuntur aduocatis: vt. ff. de va. cog. l. j. §. in honorariis. & aliud quod ihæret arbitrariis. & hoc perit perẽute actione principali: vt. ff. de eo quod certo lo. l. cẽtũ. & l. fina. nisi in casu: vt. ff. eo. tit. l. iij. §. item Iulianus. est tertium quod inhæret actionibus bonæ fidei. & hoc similiter cũ actione perit: vt hic, &. ff. de act. emp. l. qui p collusionẽ. §. j. & supra de vsu. l. in bonæ fidei. *ADDITIO.* Hoc intellige i vsuris actionis bonæ fidei. secus vero in fructibus: quia illi veniunt iure actionis: vt vult glo. in verb. bonę fidei. ,ppe fi. in. §. actionum. instit. de actio.

*Propter.* ] CASVS. Ego ex causa conductionis fundi debebam tibi decẽ. solui tibi quinque, & instrumenta cõductionis deposui apud quendam eo pacto, vt soluta residua pecunia, illa instrumenta mihi redderentur: solui residuam quantitatem pecuniæ quam debebã, nec instrumenta recepi: qualiter mihi subuenietur? Respõ. soluta à me pecunia quæ debebatur ex pacto, possum petere instrumenta deposita ab eo apud quẽ sunt in sequestro.

i *Propter.* loquitur colono qui nummis colit, & partem soluerat, & de residuo cauerat, & apud cõmunẽ amicum instrumentũ deposuerat.

k *Aduersario.* locatore.

l *Conductione.* scilicet domus: quia soluerat partem, & de communi consensu apud aliũ deposuerat ĩstrumẽtũ.

m *Ea.* instrumenta.

n *Conuenire.* depositi sequestraria: vt. ff. eo. l. si in Asia. §. cum sequestro. vel præscriptis verbis: vt. ff. de præscript. verb. l. apud. & facit infra. l. proxi.

o *Tutus es.* vt infra loca. l. si conductionis. & supra de condic. ex lege. l. dissolutæ.

V. Impp. VALERIA. & GALLIEN. AA. Claudiano.

PRopter[i] instrumẽta quidẽ quę te deposuisse cũ aduersario[k] tuo dicis, vt residua pecunia quę ex cõductione[l] debebat, soluta, ea[m] reciperes: si id qđ placuerat ĩplesti, sequestrũ potes cõuenire. [n] Quamuis autem hęc reddita non fuerint: tamẽ aduersus eum à quo fundũ conduxeras, si omne quod ex hoc cõtractu debebatur, reddidisti: ipsis solutionib⁹ tutus es. [o]

*Sequester instrumentorum tenetur ea reddere in casu reddendi. h. d. Baldus. Vel sic: Sequester tenetur seruare legem à partibus sibi datam. Salycetus.*

VI. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. Alexãdro.

IS penes quẽ vtramque partem trãsactionis[p], vel alia instrumenta commendasse dicis: legem qua hæc suscepit, seruare necesse habet. [q]

*Per instrumentum factum inter te & Titium, in quo continetur quòd tu mutuasti ei centum quæ tibi deposuerã, probatur depositũ inter te & me. hoc dicit. & esset difficile reperire istum casum alibi. Bald. Vel sic, Depositarius tenetur deponenti, non ille cui pecuniam depositã credidit. Salycetus.*

VII. Iidem AA. Attico.

DEsiderium tuum cũ rationibus iuris nõ congruit. [r] nam si custodiã pecuniæ suscepisti, quam aliis à te mutuo datam, conscriptum instrumentũ quo hanc tibi reddi profiteris, arguit: [s] solutionem eius competentem improbe recusas.

*Is penes.* ] CASVS. Si ego & tu instrumenta transactionũ vel alia ad nos spectantia apud aliquem commẽdauimus, fides depositi seruanda est: & ideo illa instrumenta debebit reddere alteri nostrum vel ambobus, sicut nos conuenimus.

p *Partem transactionis.* id est instrumenta transactionum.

q *Habet.* vel per actionẽ depositi, vel per actionẽ præscriptis verbis: vt supra. l. proxi. & ff. de dolo. l. si oleum. in prin. & hoc nisi sit improba lex: vt. ff. de præscript. ver. l. si rem. §. fi.

*Desiderium.* ] CASVS. Si pecuniam quam penes te deposui, alij mutuasti: & inde factum sit instrumentum, quo cauit se redditurum quandocunque eam peteres: si te conueniam, non ob hoc minus solutionem pecuniæ improbe recusas, quia alij mutuo concessisti, & quòd de ea reddenda per instrumentum tibi caueri feceris. & si id desideras, desideriũ tuum nulla iuris ratione subnixum est. Viuianus.

r *Non congruit.* quod plerumque euenit.

s *Arguit.* i. argute ,pbat, cũ sit publicũ: vt in auth. de fide ĩstrũ. §. si vero moriatur. col. v. j. Et dic q depositarius pecunię mutuauerat eam alij, vel deposuerat apud alium forte hoc pacto, vt statim cũ deponẽs repeteret, reddatur pecunia: nũc autem dicit depositari⁹ cõueniẽdũ debitorẽ cui mutuauit illã pecuniã, vt instrumẽtũ dicit, nõ se: quod dicere nõ potest: vt hic, &. j. l. ,pxi. &



BIU Cujas

supra de act.& obl.l.eum.&. ſ. ſi cer.pet.l.non aduerſus. &.ff.de condic. indebi.l.his ſolis.

*Sius.*]*CASVS.* Si pecuniã apud te depoſui, & alij mutuaſti: ſi feciſti conuentionem ſcilicet de cuſtodiendo, & reſtituendo, non ſolum tu teneberis, ſed etiam is qui tibi ſucceſsit. & hoc in prima parte. An autem aduerſus eum cui mutuaſti, actio mihi competat, quæritur? Reſpon. q̃ ſi extiterit, aduerſus poſſeſſores habeo in rem actionẽ. & hoc in ſecunda.

a *Suſcepta fide.* ſecundum quam cuſtodire & reſtituere debet, vt plene diximus ſupra. l. proxi.

b *Vindicatione.* vt & ſ. ad exhi. l. ſi res.

*Cvm hæreditas.*]*CASVS.* Deceſsit paterfamilias: iacente hæreditate ſeruus hereditarius quaſdam res penes Titium depoſuit: an futurus hæres pro rebus illis depoſitis habet actionem aduerſus ſucceſſores depoſitarij, quæritur? Dicitur q̃ ſic. Viuianus.

c *Perſonam domini.* vt ff. de acquiren. re. do. l. hæreditas. & inſtit. de ſtipula. ſeruo. in prin. & de hæredi. inſti. §. ſeruus autẽ alienus. ff. de noua. l. nouatio. ij. in fi.

d *Seruo. CASVS.* Seruus hæreditari[p] depoſuit: agit hæres poſtea ſuccedens depoſiti: vt hic, &. ff. eo. l. j. §. idẽ ſi ſeruus. &. ff. de act. & oblig. l. qui à ſeruo.

† *aliàs commendatas.*

e *Succeſſeritis.* hi enim erant emancipati; vel ſui, ſed ſub conditione poteſtatiua inſtituti: alioquin non hæreditati, ſed ipſis videtur actio quæſita, ſecundũ quoſdam. [a] *ADDITIO.* Ex hac glo. habes quòd vbi eſt ſuus hæres, ibi nunquam iacet hereditas: quia exiſtentia ſui hæredis inducit continuationem dominij ſine aliquo medio: vt. ff. de libe. & poſthu. l. in ſuis. Hæc ex Bald. hic.

a *Et bene, vt per doc. in. l. ſuis, hic allega.*

f *Poteſtis.* hoc, niſi bona fide eidem ſeruo alienato vel manumiſſo ſolutum ſit: vt. ff. eo. l. quod ſeruus.

*Qvi depoſitum.*]*CASVS.* Si quis conuenitur directa actione depoſiti, & ſuo nomine condemnatur: eo quòd rem depoſitam non reddit, notatur infamia. Viuianus.

g *Suo nomine.* non hæreditario, tutorio, curatorio, procuratorio: vt. ff. de his qui no. infa. l. furti. §. qui alieno. &. l. j. &. l. ſeruus.

*Si quis.*]*CASVS.* Si decem penes me depoſuiſti: & tu mihi teneris in decem: tibi repetenti depoſitum, an compenſationem obiicere poſsim, quæritur? Dicitur quòd non. & hoc in prima. Si vero rem aliquam penes te depoſui, & tu apud me hincinde: quo minus depoſitum repetatur, nulla obſtabit compenſatio. & hoc in ſecunda. Si vero rem quam penes te depoſui, quo minus mihi reſtituas, contradixerit aliquis: ſatisdante me de ſeruando te indemnem, mihi eam reſtituere debes. & hoc in tertia. Not. primo ex hac. l. ſecundum Bald. hic, quòd depoſiti ad depoſitum non fit compenſatio: tamen bene admittitur recon-

*Actio depoſiti perſonalis debitoris non ſequitur debitorem. Bald. Vel ſic: Actio depoſiti vt perſonalis, cõpetit contra depoſitarium, & eius hæredem, non contra ſingularem eius rei debitorem. Saly.*

VIII. Iidem AA. Alexandro.

SI is qui depoſitam à te pecuniam accepit, eam ſuo nomine vel cuiuſlibet alterius mutuo dedit: tam ipſum de implenda ſuſcepta fide[a], quàm ei[b] ſucceſſores teneri tibi, certiſsimũ eſt. ℣ Aduerſus eum autem qui accepit, nulla actio tibi competit, niſi nummi extẽt. tunc enim contra poſsidentem vti rei vindicatione[b] potes.

*Hæreditas ſuſtinet vicem perſonæ defuncti. hoc dicit. Bald. & Salyce. & quod ei interim quæritur, hæredibus poſtea adeuntibus quæſitum intelligitur. hoc dicit. Salyc. Vel ſic: Ex contractu ſerui hæreditarii acquiritur actio hæreditati iacenti, & per eã poſtea hæredi. Pau. de caſt.*

IX. Iidem AA. Menophyllo, & cæteris.

CVm hæreditas perſonam domini[c] ſuſtineat: ab hereditario ſeruo[d] priuſquam patri veſtro ſucceſſeritis, [e] res commodatas, † ſecũdum bonam fidem ab eius qui ſuſcepit ſucceſſoribus apud rectorem prouinciæ petere poteſtis.[f]

*Condemnatus in actione depoſiti directa, quia non reſtituebat rem, efficitur infamis. Pau. de caſt.*

X. Iidem AA. & CC. Septimæ.

QVi depoſitum non reſtituit, ſuo nomine[g] conuentus & condemnatus, ad eius reſtitutionem cum infamiæ periculo vrgetur.

*Depoſitarius ſine dilatione compellendus eſt ad reſtitutionem: nec poteſt obiicere cõpenſationem, vel dicere ſibi in contrarium factã proteſtationẽ. h. d. coniuncta auth. hic poſita. Bald. quæ lex eſt ſingularis.*

uentio: non cum defertur liquidum propter nõ liquidum: ſed reſeruaretur hoc quod eſt probandum: quod tene menti ſecũdum eundem: No. ſecundo ibi prima fronte: quia illud quod reſtituitur, debet de proximo reddi: & dicitur prima facie reſtitui. facit quod not. in. c. debitores. extra de iureiur. Bald.

XI. Imp. IVSTINIANVS A. Demoſtheni.

SI quis vel pecunias, vel res quaſdam per depoſitionis acceperit titulum: [h] eas volenti ei qui depoſuit, reddere ilico modis omnibus compellatur: nullámque compenſationem,[i] vel deductionem,[k] vel doli exceptionem[l] opponat,[m] quaſi & ipſe quaſdam cõtra eum qui B depoſuit, actiones perſonales, vel in rem, vel hypothecariam prætendens: cum[n] non ſub hoc modo depoſitum acceperit, vt non conceſſa[o] ei retẽtio generetur, & contractus qui ex bona fide oritur, ad perfidiam[p] retrahatur. ℣ Sed & ſi ex vtraq; parte aliquid fuerit depoſitum: nec in hoc caſu compẽſationis præpeditio oriatur, ſed depoſitæ quidem res vel pecuniæ ab vtraq; [q] parte quàm celerrimè ſine aliquo obſtaculo reſtituantur, ei videlicèt primũ, qui primus[r] hoc voluerit: & poſtea legitimæ actiones integræ quoq; C ei reſeruentur. Quod obtinere (ſicut iam dictum eſt) oportet & ſi ex vna parte depoſitio celebrata eſt, ex altera autem compenſatio fuerit oppoſita: vt integra omni legitima ratione * ſeruata, depoſitæ res vel pecuniæ prima fronte reſtituantur. ℣ Quòd ſi in ſcriptis[s] atteſtatio nõ per dolum vel fraudem[t] fuerit ei qui depoſitum ſuſcepit, ab alio tranſmiſſa, vt minimè depoſitũ reſtituat, hocq; p iuſiurandũ affirmauerit:[u] liceat ei qui depoſuit, ſub defenſionis cautela idonea præſtita,[x] res de- D poſitas q̃ ocyſsimè recuperare.

h *Titulum.* aliàs ponitur titulus pro cauſa, qua dominiũ vel poſſeſsio transfertur: ſiue de vſucapione quæramus, vel de Publiciana, vel de petitione hereditatis, quæ non datur cõtra titulo poſſidentem: vt. j. in quib. cau. ceſ. long. tẽp. præſcrip. l. hæreditatẽ. ſed hic p detẽtatione ponitur: & ideo non impediret petitionem hereditatis: vt. ff. de petit. hæred. l. & non tantũ.

i *Compenſationem.* in toto.

k *Deductionem.* in partem.

l *Exceptionem.* hoc ad vtrunque refertur. & ad hoc. ſ. de cõpen. l. fi. & inſtit. de act. §. in bonæ fidei. &. ff. ad exhiben. l. iij. §. ibidem. Sed nõnne ſaltem propter impẽſas habet retentionem? P. ſic, ſicut in commodato: vt. ff. commod. l. in rebus. §. fi. &. ff. de acquirẽ. poſſeſſ. l. ſi quis rem. ſed ſo. cõtra per literã iſtam.

m *Opponat.* nec ſpoliatio opponi poteſt in depoſito ſecũdũ quoſdam. Alij contra. erunt de ordine cogni. c. ij. & ibi de hoc glo. hic patet ſimile ad. l. iſtam. extra etiam de depoſito. c. bona fides. circa finem.

n *Cum.* pro, quando. ſi autem pro quia poneretur: mala eſſet causa vel ratio.

o *Non conceſſa.* à iure vel ſine permiſſu domini: ipſe eñ permittere poteſt: vt. ff. eo. l. j. §. ſi cõueniat. redditur ergo cuilibet etiã prædoni: vt. ff. eo. l. j. §. ſi prædo. niſi apud dominum depoſuit nõ dominus: vt. ff. eo. l. bona fides. §. fin.

p *Ad perfidiam.* vt &. ff. eo. l. j. §. eſt autem. &. §. quod autem. & de pact. l. iuriſgentium. §. ſiue autem.

q *Ab vtraque.* cum duobus idem priuilegium datur: vterque ſuum contra alium exercet: vt hic, &. ff. ex qui. cau. ma. l. ſi.

r *Qui primus.* vt. ff. de iudi. l. qui prior.

ſ *Quòd ſi in ſcriptis.* idem ſi ſine ſcriptis, vt puto: vt argu. ſupra de peti. hæred. l. fina.

t *Vel fraudem.* depoſitarij.

u *Affirmauerit.* depoſitarius.

x *Præſtita.* depoſitario à deponente, & cum fideiuſſoribus: vt recitatur in authen. eo. in fi. colla. vj. Sed cum non fuerat litem conteſtatus denuncians, non videtur danda cautio: vt. ff. ſi certi plus quàm per leg. Falci. l. hæc autem. j. reſpon. &. §. hæc cautio. Sed forte ſpeciale eſt in depoſitario, qui recipit gratia deponentis tantum, vt ei caueatur ante litem conteſtatam. Vel melius dic nec ibi caueri tantum poſt litem conteſtatam, immo poſt controuerſiam: ſed controuerſia etiam ante litem conteſt.

BIU Cujas

testa. facta cauetur: vt in eod. tit. l. iij. §. si legatarius. Sed ad quid fiet hæc cautio, cum ille qui denunciauit, nullam habeat actionem de iure: ergo non videtur interponi debere: vt ff. de procura. l. non cogendum. §. fina. &. ff. vt in posses. leg. l. si is à quo. §. diuus.? Respon. poterit vel iniuste conueniri vel vinci, vel saltem faciet expẽsas. Vel dic etiam caueri, vt probet sibi restitutum debitum. sic &. ff. de rei vind. l. is à quo. & de peti. hæred. l. penult. Item videtur quòd de iure communi debeat teneri: vt. ff. de eden. l. quædam. §. is autem? Respõ. hic restituit ei à quo causam habuit: & ideo nõ est i culpa: hodie autẽ nõ præstai huiusmodi cautio: nec curatur huiusmodi interdictiones p authẽ. quã lege hic: sed iam &c.

*Sed iam.* CASVS. In lege Codicis dictum est, q̃ non potest interdici restitutio depositi, sed debet depositum restitui: & postea eum qui deposuit, poterit is apud quem depositũ erat, conuenire quãdocũque voluerit: & si contradicat, & ille qui deposuit, dãnũ aliquod patiatur: contradicens damnum debet rẽficere: immo ad tertiam & ad centesimas vsuras tenebitur. & pœnam eãdem sustinebit qui interdixerit colono ne pensioné soluat: & magistratui ne ministret ex publico ministratib[us] debitas prębẽdas: q̃ panes ciuiles appellantur in corpore.

a *Cautum.* per authen. in eo. titu. §. j. col. vj.
b *Extrinsecus.* ex hoc videtur corrigi quod est. ff. de rei vindi. l. officium. &. ff. eo. l. bona fides. vbi dicit dominũ admitti ad vindicandum. Solu. dicunt quidam hic extrinsecus, id est præter rei dominũ, vel eum qui habeat ius in re. Sed Ioan. dicit denunciationẽ simplicem nõ admitti, vt hic: sed si vindicare vult in iudicio, potest. Dic ergo extrinsecus, id est præter deponentẽ.
c *Qua subsecuta.* id est restitutione: sed certe & ea nõ subsecuta, cũ ciuiliter & naturaliter possideat deponẽs: vt. ff. e. l. licet. §. rei.
d *Damnum.* quodcunque fortuiti casus.
e *Præstabitur.* à denunciatore. s. deponenti: vt in cor. §. nemini.
f *Vsurarum.* si est in pecunia vel auro depositum: & idem si in speciebus: nam æstimantur, & æstimationis datur vsura deponenti: vt in corp. §. j. sic &. s. de vsur. l. oleo.
g *Vel publicæ personæ.* id est magistratui. institu. de Attil. tu. §. penul. ne soluant alicui præbendam, quam ex publico deberet habere: vt in cor. §. huic autem.

*Vsperuacuam.* CASVS. Si rem tuam penes me deposuisti, & decessisti hæredibus relictis: & vnus egerit depositi aduersus me: & partem suam consecutus est: & alij agere ex negligentia supersederint: si postea factus fuero non soluendo, an cohæredes aduersus cohæredem, qui partem suam consecutus est, habeant regressum, vt partẽ illã cõmunicet, quæritur? Respõ. q̃ nõ,

## IN AVTHEN. DE deposito & denũcia. inquilinorũ. §. j. col. vj. constitu. fina.

*Tertia persona veniens ex transuerso, nõ potest extra iudicium prohibere ne reddatur depositum, vel ne inquilinus reddat pensionem domino, vel ne præbenda vel salarium præstetur ei cui debetur. hoc dicit. Bald. Vel sic: Hodie nulla persona veniens ex transuerso, potest extra iudicialiter interdicere depositi restitutionem: nec vt inquilinus domino debitam non soluat pensionem: nec vt præbenda seu salariũ de publico nõ soluatur ei cui debetur. Salyce.*

SEd iam cautum[a] est, ne quis extrinsecus[b] depositario interdicat depositi restitutionem: qua subsecuta, [c] depositor possidens pulsari poterit ab eo qui interdixit. ¶ Si cõtra factum fuerit: damnum[d] quodcunque acciderit ei qui vim passus est, præstabitur[e] ab eo qui interdixit, necnon & tertia centesimæ vsurarum[f] nomine, ex quo facta est huiusmodi contestatio. ¶ Quibus pœnis subiacet, qui vel inquilino dationem pensionum, vel publicæ personæ[g] panis interdicit administrationem.

*Ista est notabilis lex, & hoc dicit: Si vnus ex hæredibus deponentis recipit solummodo portionem quæ sibi cõtingit: quicquid postea contra debitorem accidat, cohæredibus non tenetur. Bald. & Saly.*

XII. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

SVperuacuam veterum differentiam de medio tollentes, si quis certum pondus auri vel confecti[h] vel in massa constituti deposuerit, & plures scripserit hæredes: & vnus ex his contingentem sibi portionem à depositario acceperit, alter supersederit, vel aliàs fortuito casu impeditus hoc facere non potuerit, & postea depositarius in aduersam inciderit fortunam,[i] vel sine dolo depositũ perdiderit: sancimus, non esse cohæredi eius licentiam venire contra cohæredem suum, & ex eius parte auellere, quod ipse ex sua parte consequi minimè potuit, quasi eo quod cohæres accepit, cõmuni cõstituto: cum si certæ pecuniæ depositæ fuerint, & suam partẽ vnus ex cohæredibus acceperit, nemini veniat in dubium bene eum accepisse partem suam, & nõ debere aliam partem attingere. Nobis etenim non videtur esse homo obnoxius,[k] neque in massa, neque in specie,[l] neque in pecunia numerata, qui suam partem susceperit: ne industria pœnas desidię soluat.[m] Si enim & alius hæres tempora opportuna quemadmodum cohæres eius, obseruasset: & suum vterque reciperet, & sequẽtibus altercationibus minimè locus relinqueretur.

h *Confecti.* scilicet in speciem aut quantitatem.
i *Fortunam.* vt quia factus est non soluendo, dolo & lata culpa.
k *Obnoxius.* scilicet cohæres: repete cohæredi negligenti.
l *Neque in specie.* diuisibili, cũ dicatur suã partem accepisse: vel accepit æstimationẽ partis. Si autẽ decem (homines puta) essent depositi: nec quinque possent vni restitui, cũ in quolibet medietas remansit. Sed secus in quantitatibus: vt. ff. de solu. l. cum Stichus & Pamphilus. &. ff. eo. l. j. §. si pecunia. & per hoc est: quia si quis rogatur restituere hæreditatem retenta certa quãtitate, illam totam retinet de portiõe sua. sed si rogetur restituere retento prædio, alia portio prædij à cohærede qui dominium habet, accipitur: vt. ff. ad Trebellianum. l. deducta. §. nũmis acceptis. & de leg. ij. l. cum pater. in princ.

*Hæreditatẽ rogatus restituere retenta quantitate vel prędio, quid retinebit?*

m *Soluat.* a sic. j. de allu. & palud. l. fi. &. ff. de neg. gestis. l. si ex duobus. &. ff. de bonis auct. iud. possiden. l. si non expedierit. §. j. & ff. de condic. indebi. l. tutores. &. ff. famil. erciscun. l. hæredes. §. itẽ scribit. &. l. Lucius. Sed contra in eo. tit. l. item Labeo. in prin. Sol. hic alij poterat imputari culpa: ibi non. licet eã in quæstione ponatur quando fuit & quãdo nõ fuit in culpa: in responsione tamẽ ponit tantùm quando fuit in culpa. Item contra. ff. p socio. l. verum. §. fi cũ tres. vbi vnus de tribus sociis qđ exigit ab alio, cõmunicat cũ tertio. Solu. speciale ibi: quia fraternitatẽ habet societas: vt i ea. l. in prin.

*a Quia licitũ est tuã libet pro cõmodo suo vigilare. & cõcor. gl. super verbo, circumuentus. in me. in c. cum olim. extra de sent. & re indi.*

## TITVLVS XXXV. MANDATI, [n] VEL contra.

*Procurator pecuniam versam in vtilitatẽ domini repetit per actionẽ mandati. de salario autẽ prætoris est notio. Bald.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Leonidæ.

ADuersus eum cuius negotia gesta sunt[o], de pecunia quam de propriis opibus,[p] vel ab aliis mutuo acceptam[q] erogasti, mandati actione pro sorte & vsuris[r] potes experiri. ¶ De salario[s] autem quod promisit, apud præsidem prouinciæ cognitio præbebitur.[t]

*Expositum supra de cõtractibus qui re cõtrahũtur: vt de deposito, & pignore, & indebito, & mutuo, & cõmodato. Nunc videamus de cõtractibus in quib[us] solo cõsensu nascitur obligatio. Et quia inter eos excellẽtior est cõtractus mãdati (trahit enim originẽ ex officio & amicitia) ideo prius videndum est de mandato. Videndum quid sit mandatũ, & vnde dicatur mandatũ, qualiter contrahatur, & inter quas personas, & in quibus rebus, & quot modis, & quãdo nascatur actio mãdati directa, vel cõtraria, & quãdo cõpetant, & in quantũ, & quales sint. Axo.*

n Mandati, *vel alias de mandato.*

*Aduersus.* CASVS. Si mãdato tuo negotia tua gessi, & aliqua impẽdi, vel pecuniã mutuo accepi vt i ea impẽderẽ: nõ solũ sorte, sed etiã vsuras actione mãdati cõsequi potero: & salarium quod mihi promisisti, mihi restitui prouidebit iudex. Viuia.

o *Gesta sunt.* cum mandato.
p *Opibus.* quas fœnerare cõsueueris: vt. ff. de vsur. l. q semisses. §. fi.
q *Acceptam.* sub vsuris.
r *Et vsuris.* etiã sine mora: vt. ff. e. l. si vero nõ remunerãdi. §. si mihi
s *Salario.* certo & promisso animo remunerãdi laborem: vt. ff. eo. l. si remunerãdi. in princ.
t *Præbebitur.* vtrum fuerit licitum vel nõ, certum vel incertum.



BIU Cujas

Et vt plene videas: aut est incertum, & non valet: vt. j. eo. tit. l. salarium. & ff. eo. l. qui mutuam. §. salarium. [a] aut certū: & tunc aut erat aliàs facturus, & tunc pro eo incontinenti promisso agitur mandati contraria informata: vt hic. si ex interuallo, tunc agitur extraordinaria: vt. ff. e. l. salarium. Si autem nō erat aliàs facturus: aut tale factum cōsuevit locari: & tunc est locatio: vt. ff. eo. l. j. aut non: & tunc est cōtractus innominatus, & agitur præscriptis verbis: vt. ff. de præscrip. ver. l. naturalis. §. at cū do. & hoc quando est licitum. Si autem mediam vel quotam partē litis paciscatur, tunc nō valet, & punitur: vt ff. eo. l. salarium. & l. si remunerandi. §. Maurus. & ſ. de postu. l. si qui. Sed quæro, an hoc salarium procuratoris possit excedere cētum aureos, vt dicitur de aduocatis? Respō. nō. nam aduocati procuratores dici possunt: vt ff. de var. cog. l. j. §. adnocatos. & §. licita.

*a Hoc intelligas verū vt cōpetat procuratori actio ex promissione. iudex tamē ex suo officio constituet ei salarium secū dum meritū eiusdem: vt dicit Salyc. hic.*

*Salarium procuratoris an possit excedere cētū aureos.*

† *aliàs tui.*

*Actio mandati competit ad pecuniam solutam à mandatario, & ad pignora persequenda. Bald. Vel sic: Fideiussori pro pecunia ab eo soluta, à principali recuperanda, & pro pignoribus consequendis, competit actio mandati. Saly.*

II. Iidem AA. Marcello.

CVm ex causa fideiusſionis pecuniam patrem [a] tuum exſoluiſſe proponas, habes mandati actionem: qua non ſolum pecuniam, [b] ſed etiā pignora [c] in obligationem deducta, potes conſequi.

*Mandatum actionum nō excludit mandantem re integra ab agendo. hoc dicit. Bald. Vel sic: Mandans alteri actiones, poteſt hoc non obſtante re integra experiri. Pau. de caſt.*

III. Iidem AA. Germano.

SI pater tuus [d] tibi ſui † iuris [e] conſtituto actionem aduerſus debitores ſuos mandauit: [f] potuit & ipſe præſens aduerſus eos re integra [g] experiri. Si quid itaque ab eo apud iudicem actū eſt, reſcindi id nulla ratio patiē.

*Procurator repetit ſumptus litis, etiam ſi in cauſa ſuccubuerit. Bald.*

IIII. Imp. ALEXANDER A. Vulnerato.

ETiam ſi contrariam ſententiam reportauerunt [h] qui te ad exercendas cauſas appellationis procuratorem conſtituerunt: ſi tamen nihil culpa tua factum eſt, † ſumptus quos in litem probabili ratione feceras, contraria mandati [i] actione petere potes.

*Procurator qui neglecto mandato bonorū poſſeſſionē nō petiit, tenetur domino. Bald.*

V. Idem A. Guliano.

SI maritus ſororis tuæ tibi procurās petere bonorum poſſeſſionē noluerit, cum ipſo tibi congrediendum [k] eſt: quam querelam ita cū effectu habes, ſi mandaſſe [l] te vt peteretur bonorum poſſeſsio, eúmque neglexiſſe arguas.

*Qui patitur pro ſe alium fideiubere, videtur mandare. Bald. & Saly.*

VI. Imp. GORDIAN. A. Soſibio.

SI fideiuſſor pro reo patiente [m] fidem ſuam adſtrinxerit: mādati cum eo poſt exolutā pecuniā vel factā cōdemnationem poteſt actionē exercere.

*Mutuans ex mandato alterius, obligat ſibi recipientem tanquā principalem ex eo contractu: & mandantem tanquā acceſſorium per actionem mandati. Bald.*

VII. Idem A. Aureliano.

SI literas [n] eius ſecutus, qui pecuniæ actor fuerit, ei qui tibi literas tradidit, pecunias credidiſti: tam condictio aduerſus eū [o] qui à te mutuā ſūpſit pecuniæ quam actio mandati competit.

*Aduerſus eum.* ] CASVS. Si pater tuus apud creditorem pro me fideiuſsit, & pignora obligauit, & pecuniam ſoluit, & deceſsit: habebis tu aduerſ⁹ me mandati actionem, per quam non ſolum pecuniam, ſed pignus conſequi poteris. Viuia.

a *Patrem.* item idem ſi tu hæres eius ſolueris: vt. ff. eo. l. hæredē.

b *Pecuniam.* & eius vſuras.

c *Pignora.* puta res patris tui creditori ab ipſo patre obligatas debitore mādante: vt. ff. commo. l. ſi vt certo. §. plane ſi ego. Vel ſecundum alios, à debitore obligata, patre tuo ad hoc ei cōmodante: & hoc caſu agitur commodati: vt. ff. commo. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. in prin. vnde lite conteſt. in actione mandati pro pecunia, videtur & ſuper commodato actio conteſtata: vt. j. de anna. except. l. fin. Vel tertio dic res debitoris fuiſſe obligatas creditori. nam non cogeris creditori ſoluere: niſi tibi ceſſerit hypothecariam cōtra debitorem: vt. j. de fideiuſ. l. ij. & ſic iure exceptionis conſequeris pignora. Vel quarto debitor obligauit patri tuo pro fideiuſsione quædam pignora, quæ conſequeris hypothecaria à debitore. Et ſecundum hos tres intellectus hæc dictio qua, facit ſimplicem relationem, cum non mandati, ſed alio auxilio pignora petantur: vt. &. j. de iniur. l. dominum. Vel dic quinto quòd cum fideiuſsit illius debitoris mandato, incontinenti quædam patri tuo debitor pro fideiuſsione obligauit: ex quo pacto & hypothecaria & præſcriptis verbis actio naſcitur: & mandati actio informatur: vt. ff. de pac. l. iuriſgentiū. §. quinimo. &. j. de pact. inter empt. & vendi. l. ij.

*Si pater tuus.* ] CASVS. Pater filio ſuo emancipato mandauit vt aduerſus debitores experiretur: nunquid ſi pater præſens venerit, experiri poſsit, quæritur? Dicitur ꝙ ſic, re integra. alioquin ſi res integra nō eſt: quod per patrem actum eſt, non reſcindetur. Viuianus.

d *Si pater tuus.* ſi, id eſt quanuis.

e *Sui iuris.* id eſt tui iuris.

f *Mandauit.* ad exercitium tantum.

g *Re integra.* vt. ff. eo. l. ſi vero non remunerandi. §. ſi mandauero exigendam. & inſtitu. manda. §. penul. lite vero conteſtata nō poteſt: niſi interueniat aliquid horum, per quod repellūtur procuratores: vt. ff. de procu. l. poſt litem. cum. vj. ll. ſeq. &. ſ. de procu. l. procuratoribus. Sed quid ſi faceret hunc filium procuratorem in rem ſuam? Tunc dic vt. j. de noua. l. iij.

*Etiam.* ] CASVS. Duo habentes controuerſiam cum Titio, egerunt, & ſuccubuerunt. appellauerunt, & in cauſa appellationis procuratorem conſtituerunt, & procurator in cauſa appellationis ſine culpa ſua ſuccubuit. an ſumptus quos fecit rationabiliter, conſequi poſsit, quæritur? Reſpon. ꝙ ſic, contrario iudicio mandati. Viuia.

h *Reportauerunt.* domin⁹ ergo videtur dānatus, ſecūdum M. Io. contra: vt dices. j. de ſen. & interlo. l. j. & qđ dicit, reportauerunt: quia tu ꝓcurator fuiſti damnatus.

i *Mandati.* fuit ergo procurator cum mandato: ſicq; repetit ſumptus: vt hic, &. ff. eo. l. qui mutuam. §. fin. &. j. eo. l. ſi contra licitum, in fi. ſecus ſi ſine mādato defendiſſet: nam tunc demum ſi obtineret, repetit ſumptus: nō aliàs, quaſi non vtiliter geſſerit: vt. ff. iudi. ſol. l. iā tamē. §. in hac. ij. quæ eſt contra. Sed ſi hic procurator ſua culpa damnificauit dominum in. xx. & ſuis ſumptibus meliorauit in. x. an hæc. x. repetat vel compenſet? Videtur ꝙ non: vt. ff. de nego. geſt. l. ſiue hæreditaria. & de lega. j. l. ſi modo nulla.

*Si maritus,* ] CASVS. Maritus tuæ ſororis geſsit tua negotia vt procurator. mandaſti ei vt peteret bonorum poſſeſsionē tibi debitam: non petiit, & amiſiſti: an aduerſus eū experiri poſsis, quæritur? Dicitur ꝙ ſic. ſed qua actione, nō aperit. tu dic mandati ad intereſſe. Viuianus.

k *Congrediendū eſt.* actione mandati ad intereſſe: vt. ff. manda. l. ſi procuratorē. §. mādati. Erat autē dubitatio, quia ſicut hæreditas nō poteſt adiri per procuratorē: vt. ff. de acqui. hære. l. Paulus. ſic videbatur in bonorū poſſeſsione. ſed eſt cōtra: quia hæc petitur per procuratorem: vt hic, &. ff. de bo. poſ. l. iij. §. acquirere.

l *Mandaſſe.* ſpecialiter, vt dicunt. arg. ff. de mi. l. illud. §. ſi talis. & ſic eſt in iuſſu: vt. ff. de acqui. hære. l. ſi quis mihi. §. ſed vtrum. Sed contra puto. nam cum à geſtore ſine mandato petita poſsint haberi rata: vt. ff. ad Trebel. l. ſeruo inuito. circa prin. & de bon. poſſeſſ. l. iij. §. acquirere. & rem rat. hab. l. bonorum. multo magis per procuratorem generaliter peti poteſt.

*Si fideiuſſor.* ] CASVS. Si pro me præſente & patiente fideiuſſiſti: licet non mandaui vt fideiuberes, & ſoluiſti: habebis aduerſus me mandati act. vt tibi indemnitatem preſtem. Viuia.

m *Patiente.* eſt ergo tacitum mandatū & expreſſum, & ex vtroque datur actio mandati: vt hic, &. ff. eo. l. ſi remunerādi. §. ſi paſſus. &. l. qui fide. &. l. qui patitur. & de regu. iur. l. ſemper qui. & repetit, niſi contradixerit, vel animo donandi fideiuberet, vel in rem ſuam, vel in turpem rem, vel contra bonos mores: vt. ff. eo. l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. &. l. ſi vero nō re. §. ſi adoleſcens. & l. ſi pro te.

*Si literas.* ] CASVS. Mandaui tibi per epiſtolam, vt mutuares Titio decē: & mutuaſti. tam me quàm Titium habebis obligatum. vnde contra mandantem habes actionē mandati: & cōtra accipientem certi condictionē ex mutuo. Viuianus.

n *Si literas.* publicas vel priuatas, quibus mandauit vt crederes ei pecuniam, nō vt cōmendatum eum haberes: vt. ff. eo. l. ſi vero. §. cum quidam. &. ſ. quod cum eo. l. vltima.

o *Aduerſus eum.* ſi non poteſt ſatisfacere accipiens. & debent cedi actiones huic mandanti contra accipientem: vt. ff. de fideiuſ. l. ſi mandato. &. ff. eo. l. ſi quis alicui. §. fi. Et diſtingue hic breuiter

BIU Cujas

breuiter, quia aut dirigitur mandatum ad creditorem, vt pecuniam mutuet procuratori: & sic loquitur hic. aut procuratori mittitur: & tunc tenetur dominus vtili institoria: vt. ſ. de exerci. l. ſi mutuam. aut fuit nuncius, & tunc certi condictio cõtra dominum datur: vt ſupra quod cum eo. l. ſi ex contractu. Et de his plene dixi. ſ. ſi cer. pet. l. eum qui.

a *Actio.* contraria.

*Si tibi.*] CASVS. Si mãdato meo ſeruo meo pecuniam credidiſti, & deceſſi filiis relictis impuberibus: an aduerſus pupillos mandati habeas act. quæritur? Reſpon. quòd ſic, tam ad pecuniã, quàm ad pignora. Viuia.

b *Obligata.* à ſeruis.

c *Pupillos.* non enim eo minus ex contractu patris tenentur, q̃ pupilli ſunt: vt hic, &. ſ. de non nu. pecu. l. ſi intra. & de hære. act. l. ſub prætextu. Item no. mandati. mandauerat enim domin⁹ in ſua re, vt dicit: ſec⁹ ſi in pecuniari: quia tũc daretur qđ iuſ. vt. ff. qđ iuſſu. l. j. &. ſ. quod cũ eo. l. ſi mandator. poſſet dici vtrãq; ſimul cõpetere cum dirigitur ad extraneum, nõ ad filium, vel ad ſeruum.

d *Pignorum.* per hypothecariam. Accur.

*Cum per procuratorem.*] CASVS. Si procurator meus cum aduerſario meo colluſit patiendo ſe ſuperari: vel non appellauit cum potuerit: an aduerſus eum habeam mandati actio. quæritur? Dicitur q̃ ſic. Viuia.

e *Læſam.* vt quia colluſit cum aduerſario: vt. ff. eo. l. ſi procuratorẽ. in princ. vel ſi non appellauit: vt. ſ. de procura. l. inuitus. vel aliud quid dolo vel culpa fecit: vt. ſ. de procura. l. ſi procurator.

*Si pro ea.*] CASVS. Si pro Titia fideiuſiſti, vel mandaſti vt ſibi pecunia mutuaretur: an antequam pro ea ſoluas, poſſis agere aduerſus eam, quæritur? Dicitur quòd non, niſi condemnatus fueris, vel niſi hoc conuenit, vel niſi Titia incepiſſet dilapidare bona ſua. & hoc in prima. Si vero tu pro ea fideiuſſor vel mandator extitiſti: & conuentus except. habens eam non oppoſuiſti, aut condemnatus nõ appellaſti: an mandati ſi quid pro ea ſoluiſti, agere poſſis, quæritur? Dicitur q̃ non. & hoc in ſecũda.

f *Cœpiſſe.* aliud ſi iã tẽpore fideiuſſionis cœperat dilapidare: vt ff. vt i poſ. leg. l. ſi is à quo. & l. plane. & ff. de vaca. mu. l. pen. §. vlt.

g *Cauſam.* quia homines dicunt quòd male fecit facta ſua: vt & dicemus. j. de col. authen. quod locum. &. j. de iure do. l. vbi. & ff. ſolu. matri. l. ſi conſtante.

h *Suſcepiſſe.* quod facere potuiſti ſpeciali pacto.

i *Fecerit.* nota non poſſe fideiuſſorem agere antequam ſoluat: ſed fallit in quatuor caſibus: ſi dilapidare bona ſua debitor cœperit. Item ſi condemnatus fuerit. Item ſi hoc conuẽnit. & hi tres ſunt hic. quartus eſt ſi diu ſtetit in obligatione. quod quantum ſit diu, iudex arbitratur: vt. ff. eo. l. Lucius. aliàs autem non: ſed ſecus in eo qui animo nouandi interceſſit, qui ſtatim agit: vt ff. eo. l. ſi mandato meo. §. ſi iudicio. quæ eſt contra. & eſt ratio: quia iam liberauit eum, ac ſi ſoluiſſet: vt. ff. eo. l. inter. §. ſi is. Item ſecus ſi mandem tibi vt mihi fundum emas: nam agitur contra me etiam antequam ſoluas, vt ſuſcipiam obligationem: vt. ff. eo. l. ſi mandato meo. j. reſpon. & de neg. geſt. l. ſi quis mihi mãdato. quæ ſunt contra. Sed dic q̃ ratio eſt diuerſitatis: quia ſi fideiuſſor ſtatim ageret, afficeretur damno debitor, qui modo alium tã

niam, quã aduerſus eumcuius mandatum ſecutus es, mandati actio a tibi competit.

*Ex mandato patris competit actio contra hæredem. h. d. Bald. Vel ſic: Mutuans ſeruis ad mandatum domini, habet illum obligatum actione mandati: & hypothecaria poteſt etiã pignora perſequi. Saly.*

VIII. Impp. VALERIAN. & GALLIENVS AA. & VALER. Cæſ. Lucio.

SI tibi pupillorum pater vt pecuniam in rem ſuam ſeruis eius crederes mãdauit, & in hanc rem æquè ipſo præcipiente pignora ſunt obligata: b & mandati actione pupillos c poſt mortẽ patris conuenire, & exequi ius obligationis pignorũ d poteris, ſi in ſolutione ceſſabit.

*Procurator qui dominũ læſit in cauſa etiã in minimo articulo, tenetur domino. Bal.*

IX. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. Marcello.

CVm per procuratorẽ cauſam tuam læſam e eſſe dicas, mãdati actio aduerſus eum tibi competit.

*Hæc eſt ſolennis lex. Fideiuſſor ante ſolutionem nõ agat mandati, niſi ſit condemnatus, vel niſi debitor bona dilapidet, ita quòd veriſimiliter periculum ſit in mora: vel niſi ſit conuentum inter reum & ipſum, quòd poſſit agere quãdocunque. hoc primo. Fideiuſſor iniuſte condemnatus appellatione non vſus, non regreditur cõtra reum. h. d. notanter ſecundũ Bal. & Saly.*

X. Iidem AA. Papio.

SI pro ea † contra quam ſupplicas, fideiuſſor ſeu mandator interceſſiſti, & neq; cõdemnatus es, neq; bona eam dilapidare poſtea cœpiſſe f comprobare poſſis, vt tibi iuſtam metuendi cauſam g præbeat, neque ab initio ita te obligationẽ ſuſcepiſſe, h vt eam poſſis & ante ſolutionem cõuenire: nulla iuris ratione anteq̃ ſatis creditori pro ea feceris, i eam ad ſolutionem vrgeri certum eſt. Fideiuſſorem k vero ſeu mandatorẽ exceptione munitum, l & iniuria m iudicis damnatum, & appellatione n contra bonam fidẽ minimè vſum, nõ poſſe mãdati agere, manifeſtum eſt.

† *Cõcor. cũ hac. l. c. ſiſi. cũ glo. ſ. extra de fideiuſſo.*

*Procurator tenetur de culpabiliter geſtis, & culpabiliter non geſtis. h. d. Bald. Vel ſic: Procurator tenetur de geſtis & gerendis p eũ ſuſceptis: & de dolo & lata culpa. Sal.*

XI. Iidem AA. Caio.

PRocuratorẽ non tantũ pro his quæ geſſit, ſed etiã p his quę gerẽda ſuſcepit, o & tã propter exactã ex mãdato pecuniã, q̃ non exactã, p tam dolũ, quàm culpã, ſumptuũ q ratione bona fide habita, pſtare neceſſe eſt.

*Cõtra tenorẽ mãdati nõ valet quod procurator facit. h. d. Bal. Vel ſic: Procurator nõ ſeruato mãdato, nõ præiudicat domino. Sal.*

XII. Iidem AA. Firmo.

*Procuratorem.*] CASVS. Ordinaui procuratorem ad exigendam pecuniam à debitore: ſuſcepit mandatum: non ſolum de geſtis, ſed etiã de his quæ omiſit gerere, tenetur: tenetur etiã de dolo & culpa: ſed ſi aliquos ſumptus bona fide fecit in adminiſtratione, illos poterit repetere.

o *Suſcepit.* tenetur enim non quia geſſit, ſed quia gerẽda ſuſcepit: vt hic, &. ff. eo. l. ſi remunerandi. §. j.

p *Non exactam.* quia debuit exigere: vt &. ff. eo. l. dolus eſt.

q *Sumptuum.* vt &. ſ. e. l. etiã. &. j. eo. l. ſi contra licitũ. in fi. &. ff. eo. l. idémq;. §. idem Labeo. &. l. ex mandato.

etiam poſt ſolutionem non agit, vt ſi ante diẽ ſoluendi ſoluit: vt. ff. eo. l. ſi mandauero tibi vt pro me. in princ.

*ADDITIO.* Videas ſimilem glo. in. c. fi. extra de fideiuſ. quod capi. ſumptũ eſt ex hac. l.

k *Fideiuſſorem.* dixit ſ. fideiuſſoré damnatũ mandati agere poſſe: quatenus auté hoc verum ſit, ſubiungit.

l *Munitum.* ſed ſi reus vti nõ poteſt, & minus honeſta erat, & ſoluit, agere poteſt: vt. ff. eo. l. idémq;. §. pe.

m *Iniuria.* ad hoc. j. de euictio. l. emptor. &. ff. de fideiuſ. l. exceptione. &. ff. de euic. l. ſi per imprudentiam. Item contra. ff. de pub. l. ſi quis prohibuit. aliàs incipit, Papinianus lib. vj. ſed ibi ignorabat exceptioné ſibi competere: hic ſciebat.

n *Appellatione.* quam interponere debet ex bona fide: vt. ſ. de procurat. l. inuitus. niſi reo præſenti denunciet vt appellet: vel niſi propter paupertaté dimittat: vt. ff. eo. l. ſi procuratorẽ. §. ſi ignorantes. Et breuiter de his exceptionibus diſtingue, an ſit declinatoria iudicij quam fideiuſſor omiſit: & tunc nihilo minus agit mandati: vt ff. eo. l. ſi fideiuſſor. j. §. quædã. an ſit ſolutionis dilatoria vel peremptoria: licet quidã inter eas diſtinguant: & tunc ſi ex perſona fideiuſſoris cõpetat, & turpis eſt, quia impetrauit ius iniquum, vt dicunt quidam, vel aliter erat turpis, & tunc agit nihilo minus mandati: vt. ff. eo. l. idémq;. §. pen. ſi honeſta, quia pactum fideiuſſori eſt factũ ne à ſe vel à reo petatur, & ſic porrigitur ad reum: vt. ff. de pact. l. idem. §. j. non aget: vt. ff. eo. l. idémq;. §. pe. Nec diſtinguo ſciens vel ignorans eam omittat: quia in ſuo facto non probabiliter errat: vt. ff. ad Velleia. l. quanquam. Si auté ad reum non porrigebatur, vt Velleiana vel ſimilis, tunc nihilo minus agit: vt. ff. eo. l. ſi fideiuſſor. j. §. fi. Si autem ex perſona principalis cõpetit: ſi quidem peremptoria, & ſciens eam omittit: non agit mãdati. ſed ignorãs, ſi quidem ius, nõ aget: ſi factum, aget: vt ff. eod. l. ſi fideiuſſor. j. §. non male. Si vero dilatoria ſolutionis, non aget interim: ſed demum adueniente die: vt. ff. eo. l. ſi mandauero tibi. ij. in princ. Si autem erat talis exceptio reo competens, qua fideiuſſor vti non poteſt, non imputatur fideiuſſori, etiam ſi ſciens eam omittit: ſi modò non habuerit facultatem rei cõueniendi &c. vt. ff. eo. l. idémque. §. penul. & hoc etiã no. ff. eo. l. ſi fideiuſſor. j. §. quædam.

*Fideiuſſor ſi omiſit exceptionem, an ſit ei imputandũ.*

CVm.] CASVS. Mandaui tibi vt venderes fundum meum pro centum: vendidisti pro.l.nec ratum habui: nunquid mihi præiudicasti quo minus eum vindicare possim, quæritur? Dicitur quòd non.

a *Contra.* i.citra.sic.ſ. de Iudæis.l.cœlicolarum.

b *Tenorem.* qui erat vt certo precio venderet: vt.ff.e.l.diligenter. vel vt certæ personæ venderet: vt.ff.de contrahē.empt.l.cū seruo.

*al.incipit, Si mādati.*

c *Non potuit.* non ergo nocet domino procurator, siue pro parte sit falsus, quia excedit mandatum: siue ex toto, vt hic, &. ff. de no. ope.nunc.l.cum procurator.§.fin. & pro emptore.l.qui fundum.§. procurator.&.j.de nouat.l.non abstulit.&.ſ. de procu.l.si precium. &.l.si procurator.

†*Cōcor.glo. in. c.ii. sup verbo, restituimus. in med. extra de restī. in integ.*

CVm† mandati negotij contractum certam accepisse legem adseueres: eam integram secundum bonam fidem custodiri conuenit. Vnde si contra[a] mandati tenorem[b] procurator tuus ad te pertinentem fundum vēdidit, nec venditionē postea ratam habuisti: dominium tibi auferri non potuit.[c]

*Procurator tenetur etiam de leuissima culpa. hoc dicit. Bald. Vel sic: Procurator de dolo & omni culpa tenetur, non de casu fortuito. Salyc.* B

XIII. Iidem AA. Zosimo.

APROCURATORE† dolum & omnem culpam[d], non etiam improuisum[e] casum præstandū esse, iuris auctoritate manifestè declaratur.

*Quod vni soluitur plurium voluntate, omnibus videtur esse solutum. h.d. Bal. Vel sic: Si is qui mandato alterius rem emit, & illam ei tradidit pro precio quod soluit: mandati agitur. hoc dicit. Sal. Vel sic: Quod vni traditur de mandato alterius, etiam illi traditum videtur. Pau. de cast.*

XIIII. Iidem AA. Hermiano.

SI secundum mādatum Triphonis & Felicis equos tua pecunia[f] comparatos, vel in solutum à proprio[g] debitore tibi traditos, vni de his vtriusq; voluntate dedisti: ad parendū placitis[h] eos mandati iudicio conuentos, bona fides vrget. C

*Ista lex licet sit breuis, habet tamen materiam opulentam: & quia breuis est, seipsam summat. Baldus.*

XV. Iidem AA. Precatio.

MAndatum re integra domini morte finitur.[i]

*Si mandatum non impletur, ad interesse agitur. Bald. & Saly.*

XVI. Iidem AA. Vranio.

AD comparādas merces data pecunia, qui mandatum suscepit: fide rupta,[k] quanti interest[l] mandatoris, tenetur.

XVII. Iidem AA. Gorgonio.

SAlarium incerta pollicitatione[m] promissum peti non potest.[n]

*Licet contractus principalis sit stricti iuris: accessorius tamen potest esse bonæ fidei, & veniunt vsuræ. Bald. Vel sic: Mandator ab eo pro quo intercessit, non tantum quod soluit repetit: sed etiam vsuras ex mora. h.d. Saly. Vel sic: Qui mandat aliquid mutuari, si soluit mandatario, repetit ab eo cui mutuum est factū. pro quo videtur mādator intercessisse. Pau. de cast.*

XVIII. Iidem AA. Tusciano.

POst solutionem[o] à se factā, qui dari mutuo mandauit: ab eo pro quo intercesit, vel successoribus eius, quod solutum est, etiam cum vsuris[p] post moram rectè postulat.[q]

*Vsuræ vltra licitum modum non possunt deberi, etiam si per stipulationem fuerint promissæ, vel pro eis datum fuerit pignus. Pau. de cast.*

XIX. Iidem AA. Eugenio.

Resp. in causis ante litis contestationem: vt. ff. de iurisdi. om. iudi. l. & quia. in negotiis autem potest quæri an inceperit aliquid, vel paramenta fecerit: vt patet. ff. de pol. l. j. §. cœpisse. & de condict. ob cau. da. l. si pecuniam. in princ. Extunc ergo reuocari non potest, ne ei sit suum officium damnosum: vt. ff. de furt. l. si seruus commu. nis. §. quod vero. Item licet mandatum morte finiatur (vt hic dicit) tamen si ignorans mādatarius eum mortuum, re adhuc integra aliquid fecerit: potest agere cōtra hæredem, ne iusta & probabilis ignorātia eum damno afficiat: vt instit. eod. §. item si adhuc. & ff. eo. l. inter. circa princ. Ité quod hic dicit, est verum: nisi sit tale mandatum quod suscipiat initium à morte testatoris, vt de sepulchro: vt. ff. eo. l. si vero. §. fi.

*AD comparandas.*] CASVS. Si mandaui tibi vt ex pecunia mea merces emeres, nec emeris: si pecuniā invsus tuos conuertas, quanti mea interest, ut dicio mādati mihi condemnaberis.

k *Rupta.* quia carius emit, quàm potuerit vel etiam in suam vtilitatem conuertit.

l *Interest.* quanti scilicet tunc cum agitur interest. nam si nil interest, nil agitur, licet aliquando interfuerit: vt. ff. eo. l. si procurator. §. mandati. secus in argentario, vbi sufficit semel interfuisse: vt. ff. de eden. l. vbi. §. j. & similiter secus in eo qui promisit iudicio sisti. ff. si quis cau. l. qui autem. §. fina.

*Procurator tenetur de leuissima culpa.*

d *Et omnem culpam.* de dolo & lata culpa & leui tenetur secundum omnes: vt hic, &. ff. e. l. si procuratorem. §. dolo. & l. dolus. &. ff. de reg. iur. l. contractus. Sed secūdum Io. & B. & Azo. etiam de leuissima culpa tenetur: vt hic. nam qui omnem dixit, nihil omisit. sed Od. & M. cōtra: vt dices. j. e. l. i re. Nec obst. primæ opinioni, scilicet de leuissima. ff. e. l. idémq; .in prin. vbi dicit nihil amplius quàm bonam fidem. nam expone. i. nihil quod sit melius. nam nil melius est bona fide. Vel ibi emerat procurator, & omnia fecerat, & sola restabat traditio faciēda, in qua sufficit bona fides, quæ fit in traditione. Item nec ob. ff. de reg. iur. l. contractus. quia ibi non remouet quin de leuissima teneatur. *ADDITIO.* Quòd autem procurator teneatur de leuissima culpa, tenet Cy. hic post Ia. de Are. & etiā Dy. in. c. contractus. de reg. iur. lib. vj. & dicunt rationem esse tacitam adsertionem industriæ susciptentis mandatum: cum procurator propter solam industriā eligatur. ergo &c. vt arg. ff. de ædil. edic. l. si quid venditor.

e *Improuisum.* nisi specialiter cōuenit: vt &. ſ. depo. l. j. & de pig. act. l. quæ fortuitis. & de neg. gest. l. negotium. &. ſ. cōmo. l. j. Vel nisi culpa precedat casum: vt. ff. cōmo. l. in reb⁹. &. l. si vt certo. §. sed interdū. Ité nisi fuerit in mora: vt. ff. depo. l. si in Asia. §. fin.

*SI secundum.*] CASVS. Titio & Seio pecunia tua equos comparasti: vel in solutum à debitore tuo accepisti: & alteri eorū de voluntate vtriusq; tradidisti, vt tibi restituatur quod nomine equorū à te proficiscebatur: mandati eos habebis obligatos.

f *Tua pecunia.* comparatos illorum mandato. sic &. ff. eo. l. si fundum. &. l. qui negotia. §. fin.

g *A proprio.* scilicet tuo, subaudi.

h *Placitis.* s. vt restituatur tibi qđ equorū nomine à te fuit profectum. Sed nónne videntur illi mihi mandare de re mea vendenda eis: & sic non valet: vt. j. tit. j. l. j? Respō. immo de aliena, vt eam eis acquiram: quod feci: ex quo facto mihi abest.

*Mandatum.*] CASVS. Mandasti mihi vt fundum tibi emerem: antequam arras donarem, decessisti: an expiret mandatum, quæritur? Dicitur quòd sic.

i *Finitur.* vt instī. eo. §. item si adhuc. &. ff. de solut. l. fina. Item no. re integra: aliàs enim secus: vt. ff. de instit. l. si quis mancipiis. §. eius. &. ff. de arbit. l. arbiter. Sed quando dicitur res integra?

*Alarium.*] CASVS. Pro expediendis negotiis meis promisi salarium, sed incertum, dicendo sic: remunerabo laboré tuum, nunquid tale salarium peti potest, quæritur? Respon. q̄ non.

m *Incerta pollicitatione.* re & genere. nam si re tantū, valeret: vt promissio equi in genere, secundū Io. Item si dixero, faciam te militem: non est incertum, secundum Io.

n *Peti non potest.* sed solutum retineri potest. & quod dicit, pollicitatione, ideo dicit: quia si esset in stipulatione deductum (licet incertum) forsan posset agi ex stipulatu secundum Hug. sed Azo dicit etiam tunc non valere: & de pollicitatione ideo dicit, quia salarium plerunque offertur à domino nulla interrogatione facta: sed subito dicit dominus, ita & ita faciam tibi. & qua actione petatur salarium, dixi. ſ. eo. l. j.

*Post.*] CASVS. Mandasti Titio vt mutuaret. x. Sempro. soluisti Titio illa. x. tam Sempronium, quàm eius hæredes ad sortem & ad vsuras ex mora act. mandati conuenire poteris.

o *Post solutionem.* mandator soluit, & cōuenit eum cui mutuari mandauit, & eius hęredes. & quod dicit, post solutionem, scilicet nó ante: nisi in casibus: vt dixi. ſ. eo. l. si pro ea.

p *Cum vsuris.* ex mora vel communi iure debitis: vt in bonæ fidei iudicio: vt. ff. e. l. si vero non re. §. si mihi. &. ſ. eo. l. j. &. j. proxi. &. ſ. depo. l. ij. Sed contra. ff. eo. l. inter. §. præterea. vbi dicit nihil plus venire nisi quod soluit. sed ibi supple: nisi ratio vsurarum emergat: vt hic.

q *Postulat.* actione mandati.

*Recti rerum.*] CASVS. Mandaui tibi vt res meas venderes, & stipulatus sum vsuras vltra legitimū modū, puta tres solidos pro libra: & pignus dedisti: & vēdidisti res meas. ad precium mihi

mihi teneberis: & ad vsuras legitimas, & pignora vltra legitimũ modum vsurarum non tenebuntur. Viuianus.

a *Precii rerum.* accepisti res vendendas à me: reddes precium & vsuras legitimas, non vltra: licet in mora fueris, vel in stipulationem sint deductæ: & licet pignora pro his sint obligata: quia non valet quod sequitur ex eo, vel ob id: vt supra de leg. & cõsti. l. non dubium.

*Si contra.* CASVS. Habebã causam cõtra Titium ad. c. conueni tibi dare dimidiũ vt esses procurator me⁹ in causa: fuisti. an iudicio mandati agere possis ad. l. quæritur? Dicitur quòd non: & hoc in prima. Si vero mandatum gratuitum susceperis, & impendisti: repetes. Viuianus.

b *Redemisti.* partem dimidiã litis paciscendo secundum quosdam vel quantãcunq; quotam: vt diximus. ff. de postu. l. si qui. redemisti dico, modica pecunia data vel nulla: sed ideo, quia procurabas eius causam, feceris tibi cõueniri. Et no. cõtra licitum. nec enim licet procuratori vel aduocato: vt. ff. de procu. l. item. & ff. e. l. si remunerandi. §. fi. ff. de pact. l. sumptus.

c *Frustra petis.* Quid autem si de tuo impendisti, & vtiliter? Resp. nihil repetis ex pacto de quota parte litis facto pro expensis vel actione mandati informata, licet incontinenti fuerit pactum factum de quota litis: quia illicitum pactum non informauit: nec etiam officio iudicis, quod super illicitis nõ est implorandum: nec actione negotiorum gestorum. & hoc probatur ex eo quod subiicit, quòd si gratuitum &c. Quidam tamen dicunt contra: nam dant ei negotiorum gestorum pro expensis quatenus vtiliter impendit.

d *Postulas.* vt. ff. eo. l. si quis alicui. §. fi. & ff. eo. l. j.

*In re.* CASVS. Mandaui tibi vt gereres negotia mea: recepisti mandatum. si dolum adhibuisti in gerendo, non solum in pecunia ad interesse mihi condemnaberis: sed & efficieris infamis: quia suas res potest quilibet administrare prout vult: alienas autem nõ nisi cautissimo officio. Viuianus.

e *In re mandata.* id est in negotio mandato.

f *Solum.* scilicet est periculum.

g *Certissimum.* immo cum contineat interesse: vt. ff. eo. l. si procuratorem. §. mandati. continet incertum: vt & actio præscriptis verbis dicitur hoc respectu incerta: vt infra de rerum permu. l. rebus. Sed dic, id est certissimum est actionem mandati dari. vel etiam est certissima inspecto fine: quia iudex certificat: vt institu. de actio. §. curare.

h *Existimationis.* id est famæ. sic accipitur. ff. de var. cog. l. penult. damnatus ergo mandati directa, est infamis: vt hic, & ff. de his qui not. infa. l. j. §. qui pro socio. & l. furti. §. mandati. ADDITIO. Intelligas hoc, quando est damnatus propter dolum suum. secus vero si propter culpam esset damnatus: vt dicit glos. in dicto. §. qui pro socio.

i *Arbiter.* scilicet existens. i. dispositor. proprie enim non potest arbiter quis esse in sua re: vt. ff. de arbi. l. pe. & est simile huic ff. solu. mat. l. etiam. §. licet.

k *Ex proprio.* quædam enim facimus inuiti: vt. ff. de act. empt. l. Iulianus. §. idem Celsus. quædam nec volentes facimus, vt testamentum si sumus minores. xiiij. annorum: vt institu. qui. non est permis. fa. testa. §. præterea. & ad idé insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. fina.

l *Exacto.* id est exactissimo, secundum Ioan. & B. sic institu. quib. mo. re contrahi. ob. §. item is. venit ergo secundum eos in actione mandati etiam leuissima culpa. ff. eo. l. à procuratore. & arg. insti. loca. §. fi. sicut ibi, Saturnia sancta dearum. i. maxima siue sanctissima. aliàs secundum M. distingue, vtrum gratia mandantis tantum interueniat mandatum: & tũc præstabitur dolus & lata culpa tantum. an mandatarij tantum: & tunc leuissima, sicut in commodato distinguitur. ff. cõmod. l. si vt certo. §. interdũ. & l. in rebus.

m *Geruntur.* id est geri debent.

n *Neglectum.* cum incepit facere, & destitit. Ioan.

o *Declinatum.* cum ab initio cõmisit. Vel pone econtra secundum Azonem: & vtrunque dictum ponitur pro eodem.

*Per diuersas.* CASVS. Olim si aliquis habebat actio. aduersus aliũ, & dubitabat aduersus eũ mouere act. poterat vendere alicui: ita ꝙ is vel data modica quãtitate pecuniæ, vel nulla, ageret. vnde multa mala per talem cessionẽ contingebant. Statuit igitur imperator Anastasius, ꝙ nullus talẽ act. vendat: quia præsumitur ꝙ sit simulata & nõ vera venditio. redimens ergo litem quę est. c. pro xx. non poterit agere nisi pro xx. & vsuris. In quibusdã tamen contractibus potest fieri cessio, puta inter cohæredes. potest enim vnus alij cedere act. Item si creditor acceperit à suo debitore nomen sui debitoris in solutum, aget iure cessо: vel si patiatur creditor controuersiam super pignoribus sibi obligatis, potest petere vt debitor cedat ei act. vel si patiar act. à non domino super re quã possideo: possum petere vt mihi cedatur ius fructuarij vel superficiarij: vt sic possim me tueri aduersus verum dominum. vel sic: Si possideo rem in emphyteusin: possum petere vt dominus mihi cedat act. suam. Item legatarij possunt petere sibi fieri cessionem ab hærede. In vltima parte dicit, ꝙ si titulo donationis cedatur actio, bene tenet cessio.

† *Hoc etiã prohibet pa in c. sedes apostolica. cũ glo. super verbo, liceat. extra de rescrip.*

p *Per diuersas.* In primo casu fuit simulatio, in secundo præsumitur. à secundo quatuor excipiuntur.

q *Inhiantes.* i. insidiãtes. sic &. j. de præscriptio. xxx. an. l. j. in prin.

r *Properare.* modicum dando pro cessione facienda: vt infra. l. proxi. in prin.

s *Litigatorum.* debitores puta.

t *Vexationibus.* in plus petendo.

u *Cum certum.* audaciter hoc dicas, cũ certum &c. dic certũ præsumptione iuris: vt. ff. de probatio. l. cũ de indebito. & ff. de alie. iudi. l. item si res. §. fi. & l. seq. & l. fi. non tamen statur huic præsumptioni, nisi aliàs probetur simulatio.

x *Pro indubitatis.* dicuntur indubitatæ, in quibus aduersarius nõ negat. aliàs est dubia per negationem: vt. j. qui. ad lib. procla. nõ licet. l. ij. & iij.

y *Iura sua.* id est sibi debita. & large pone vindicare, vt etiam contineat actionem personalem.

z *Velle.* id est magis præsumitur quòd ei commiserit, vt quod cõsecutus fuerit, partim reddat, & partim retineat. Vel dic quem cedere prædicto modo minori precio.

a *Conamen.* scilicet fictitium.

b *Dubium.* præsumptiue.

PRecij rerum [a] distractarum, quas venales præcedente mandato acceperas, vltra licitũ vsuras ex stipulatione vel mora præstare (licet pignora data ꝓbentur) compelli nõ potes.

*Illicitum salarium non potest peti, nec etiam sumptus quos in lite improba quis fecit. h. d. Bald. Vel sic: Ex pacto de quota litis nil potest procurator petere: sed si tale pactum non fuit: bene potest petere expensas factas de suo. Pau. de cast.*

XX. Idem AA. Epagatho.

SI contra licitum, litis incertum redemisti: [b] interdictæ conuentionis tibi fidem impleri frustra petis. [c] Quòd si gratuitum mãdatum susceperis, secundum bonam fidem sumptus rectè postulas. [d]

*Condemnatus mandati directa, dicitur infamis: quia licet quis in re propria sit moderator & arbiter, non sic in re aliena. h. d. not. Bald. Vel sic: Condemnatus in actione directa mandati, efficitur infamis: ideo consulitur procuratoribus, vt sint diligentes, non negligentes. Saly.*

XXI. Imp. CONSTANTINVS A. Volusiano PF. P.

IN re mandata [e] non pecuniæ solum, [f] cuius est certissimũ [g] mandati iudicium, verumetiam existimationis [h] periculum est. Nam suæ quidem quisq; rei moderator atque arbiter, [i] non omnia negotia, sed pleraq; ex proprio [k] animo facit. Aliena verò negocia exacto [l] officio geruntur: [m] nec quicquã in eorũ administratione neglectũ [n] ac declinatum [o] culpa vacuum est.

*Ex paruitate precii cessio actionũ præsumitur simulata, & est inualida, nisi vsq; ad concurrentem quantitatẽ eius precii numerati. fallit in casibus hic expressis, & similibus eandem rationẽ habẽtibus. Si autẽ cessio non sit facta contemplatione precii, sed ex mera & pura liberalitate: efficaciter transeunt vtiles actiones secundum tenorẽ directarum. h. d. Bald. & est singularis lex secundum Pau. de cast.*

XXII. Imp. ANASTASIVS A. Eustachio præfect. præt.

PEr diuersas [p] interpellationes ad nos factas, cõperim⁹ quosdã alienis rebus fortunisq; inhiantes, [q] cessiones aliis competentium actionum in semetipsos exponi properare: [r] hócq; modo diuersis personas litigatorum [s] vexationibus [t] afficere: cũ certum [u] sit pro indubitatis [x] obligationib⁹ eos magis quib⁹ antea suppetebãt, iura sua [y] vindicare, q̃ ad alios ea transferre velle. [z] Per hãc itaq; legẽ iubemus ĩ posterũ huiusmodi conamẽ [a] inhiberi. † nec em̃ dubiũ [b] est redẽptores litiũ alienarum

videri eos esse, qui tales cessiones [a] in se confici cupiunt: ita tamen, vt si quis datis pecuniis huiusmodi subierit cessionem, vsque ad ipsam tantummodo solutarum [b] pecuniarum quantitatem, & vsurarum eius actiones exercere permittatur: licet instrumento cessionis, venditionis [c] nomen insertum [d] sit: exceptis scilicet cessionib⁹, quas inter cohæredes pro actionibus hæreditariis fieri contingit: [e] & his, [f] quascunque vel creditor, vel is qui res [g] alienas possidet, pro debito, seu rerum apud se cõstitutarum munimine ac tuitione accepit: necnõ his [h] quas inter legatarios seu fideicõmissarios, quibus debita [i] vel actiones [k] seu res [l] aliæ relictæ sunt, ꝑ his [m] fieri necesse sit. Nulla etenim tali ratione [n] † intercedente, redemptor (sicuti superius declaratum est) magis [o] existit, qui alienas pecuniis [p] præstitis subiit actiones. Si autem per donationẽ [q] cessio facta est: sciant omnes huiusmodi legi locum non esse, sed antiqua iura esse seruanda: vt cessiones tam pro exceptis & specialiter enumeratis, quàm aliis causis [r] factæ seu faciendæ, secundum actionum quæcunq; cessæ sunt vel fuerint tenorẽ, sine quadã imminutione obtineant.

*Hac est no. lex, quæ venit ad præcedentem declarative: & hoc intendit in summa: Si actio est pro parte vendita, & pro parte donata: præsumitur cessio simulata. idem si solus titulus donationis sit appositus, tamen clam aliquid sit datum nomine precii. Hus ergo casibus cessionarius non agit nisi quatenus re ipsa persoluit. cedens etiã propter suã fraudẽ actione priuatur. & licet de rigore ista factio deberet retrotrahi: tamen de æquitate nõ trahitur retro: sed ad futura tantũ porrigitur. h.d. secundũ Bal.*

XXIII. Imp. IVSTINIAN. A. Ioanni præfec. præto.

AB Anastasio † diuæ memoriæ principe iustissima constitutio conscripta est, [f] tam humanitatis q̃ beneuolẽtiæ plena: vt ne quis alienũ subeat debitũ cessione ĩ eũ facta, & ne amplius à debitore cõsequatur his † quę ꝑstitit [t] cessionis auctori: exceptis quibusdã casib⁹, q̃ specialiter illa sanctiõe cõtinentur. Sed cũ hi qui circa lites morãtur, [u] non valent: vt supra dixit. Sciendum est ergo quòd simulata est cessio, cum id agitur inter cedentem & eum cui ceditur, quòd omne lucrum & emolumentum ad cedentem referatur: sed simulatur cõtrarium, scilicet quòd debeat pertinere ad eum cui fit cessio: & tunc non valet: vt. ŝ. plus valere quod agitur. per totũ.

Si autẽ sit dubium an sit simulata vel non: præsumitur simulata ex paruitate precij. Nam nõ est verisimile quòd pro tam paruo precio sit facta cessio. arg. de transac. l. cum hi. §. modus. licet ad dolum arguendũ hoc non sufficiat: vt. ĵ. de rescin. ven. l. dolus. & dic non agit nisi in tantũ quãtũ dedit: vt. ŝ. hac l. ij. respõ. pro residuo autẽ agit qui cessit. aliud tamen est vbi est ꝑ parte vendita, & pro parte donata: vt. ĵ. l. proxi. secundum Io. & Azo. Sed quãtũ precium dicitur modicum? Resp. forte quando nec dimidiam cõtinet actionis: vt. ĵ. de rescin. ven. l. ij. Vel dic, quãdo deductis expẽsis, & labore, & precio, adhuc plꝰ satis valet actio ex qua fit cessio. Item præsumitur simulata si nõ reperit nomẽ cõtractus ex quo fit cessio, in cessione: vt. ŝ. hac eadẽ. l. innuitur ibi, licet instrumento. & sic forte continetur, ille cessit illi actionẽ suam contra illum, vel similia. [b]

Si vero nomẽ contractus ibi cõtinetur, nõ præsumitur simulata. nec obstat. ŝ. ibi, licet instrumẽto &c. nã itellige q̃ primo debeat fieri ĩstrumẽtũ vẽditionis vel donationis, & postea subsequi cessio: vt nõ videatur fraus facta. hic autẽ fuerat prius cessio facta, & postea instrumentum contractus: & ideo aliud est. Vel verius titulus deficiens facit simulatã, sed adsistens non facit nõ simulatã, si aliud sit quod faciat simulatam, vt paruitas precij: & hoc casu non admittitur actio, sed agit qui cessit: cum cessio non tenuerit, vel ex paruitate precij erat simulata. Item tertio præsumitur simulata, si actio sit iusto precio ꝑ parte vendita, & ꝑ alia parte donata: & hic agit is qui emit, in tantum quantum deditin residuo nullus agit: nec is qui cessit, nec is cui creditur: vt. ĵ. l. proxi. licet aliud sit cum modica pecunia data pro tali actione, facta est cessio: vt modo dixi. sed in casibus non præsumitur simulatio quãtuncunque precium datum sit pro cessione, qui hac lege continentur. & distingue hic vt. ŝ. ne liceat po. l. ĵ. *ADDITIO.* Addas post Bar. hic præsumi etiam cessionem simulatam, quãdo precium pro quo facta est cessio, nõ apparet in veritate solutũ: hoc secundũ eum innuitur in hoc tex. iuncta glo. in verb. solutarũ. ŝ. & ĵ. l. ꝑxi. ibi, vero cõtractu re ipsa persoluit. ex quo concluditur secundum eundem nõ sufficere si in instrumento cessionis cedens sibi solutum esse confiteatur, nisi reuera sibi solutum probetur. quod verum est quantum ad eum contra quem ceditur: sed cõtra ipsum cedentem noceret illa cessio. [c]

AB *Anastasio.* ] CASVS. In superiori lege statuit imperator Anastasius vt nõ fieret venditio quæ dubia erat: sed quia quidã volentes peruertere sensum illius. l. pro parte vẽdebãt: hoc prohibet Iustinia. dicens q̃ ille cui cessa est actio, sic nõ potest agere nisi ꝑ ea quãtitate quã dedit: pro residuo fiet cessio inutilis: quia nec ille qui cessit, potest agere, nec ille cui cessa est. Si vero ex causa donationis vellet cedere quis act. bene posset. in futuris negotiis nõ in præteritis locũ habet hæc. l. Viuianus.

a *Cessiones.* pro nihilo vel modico factas dolo vel fraude, vel simulatione aliqua.

b *Solutarum.* No. in hoc forte est vis, vt sit necesse precium solutum: vt. ŝ. de rei vindica. l. quotiens. Item hoc de vsuris videtur corrigi. ĵ. l. proxi. sed dic vt ibi.

c *Venditionis.* quæ si vera esset, valeret cessio: vt per totum tit. de hære. vel act. vendi. sed hic loquitur secundum Azo. & bene, cum parua pecunia emit, & animo vexandi. quare solum quod dedit, repeti permittit hæc lex. secus cũ iusta causa fit cessio, & nõ animo vexandi.

d *Insertum.* scilicet ꝑ tota actione.

e *Contingit.* quando agũt familiæ erciscundæ: vt. ĵ. de litig. l. fi. in fi. & ff. famil. erciscũ. l. plane. licet ꝑ hac cessione detur minꝰ quàm cessio sit.

f *Et his.* cessionibus exceptis quascunq; creditor scilicet accipit pro debito, quod est. ĵ. & cum nomen sui debitoris etiam plus debentis à debitore suo accipit in solutũ. Vel dic, creditor cedit actioné fideiussori etiã minus soluẽti: vt. ff. de fideiussori. l. si fideiussores. §. idem respon. Vel tertio pone q̃ rem tuam quam possideo, obligasti Titio creditori tuo, & ego facio mihi cedi ius suũ pro minore pecunia quàm ei debeatur in illam rem, vt sim contra te tutus: & secũdum hęc duo exempla accipit, id est facit. sic. ff. de dam. infect. l. Proculus. Vel pone quòd ille qui nomine meo est ſtipulatus cum mandato vel sine mandato, non mihi cessit.

† *Hic not. Salyc. quòd casus singulares & excepti, ob identitatem rationis extẽduntur ad similes. de quo puncto vide post alios Dec. in rub. ff. de regu. iur.*

g *Is qui res.* Hoc est aliud exemplum vbi tenet cessio, puta accipit quis pro re quã possidet, ius Emphyteuticarij vel fructuari, vel superficiarij, vel similis, vt tueatur se à domino: licet valeat plus vel minus quod dat cedenti, quàm illud in quo vult se munire. Vel dic cum timerem domui meæ ruinam ex domo tua, accepi à te ius quod habes in domo tua, puta rei vindicationẽ: dedi tibi minus quàm valet ius cessum. quod non placet: quia verbis tantum fit hæc expositio. Vel tertio in re quam possideo, habes Publicianã: impetro à vero domino vt cedat mihi ius dominij, modicum sibi dando: vt contra te tuear me: vt. ff. de Publicia. l. penult. & fina.

h *Necnon his.* scilicet cessionib⁹ exceptis, quas inter legatarios &c. & pone pluribus legatum nomen. tunc enim & ipsi inter se cedũt actiones minimo dato, & ab hęrede petũt sibi cedi directã.

i *Debita.* i. actiones personales, vt dixi modo in exemplo.

k *Vel actiones.* scilicet in rem.

l *Seu res.* scilicet hæredis: [a] nam si testatoris, nõ esset necesse cedere legatario rei vindicationẽ, cum statim ab adita hæreditate dominus fiat: vt. ĵ. communia de lega. l. j.

[a] *Placet Sal. reprobata glo. in l. ii. ĵ. com. de le. quæ vult cõtrarium.*

m *Pro his.* scilicet relictis.

n *Ratione.* id est nõ intercedente aliquo prædictorum casuum exceptorum.

o *Magis.* quàm verus actionis emptor.

p *Pecuniis.* paucis ab eo cui facta est cessio, illi scilicet q̃ cedit. Alij dicunt econtra præstitis à cedente illi cui fit cessio: quod non placet.

q *Per donationem.* scilicet veram.

r *Quàm aliis causis.* Lex ista videtur sibiipsi contraria. si enim valet cessio & in exceptis casibus, & aliis: ergo in omnibus: ergo male dixit in principio. l. non valere. Dic ergo hic loqui de non simulatis, puta ex causa donationis. secus autem in simulatis quæ

s *Conscripta est.* de. l. superiore dicit.

t *Præstitit.* pro tali actione cedenda.

u *Morantur.* qui omnia mala nouerunt: vt in authent. de exhib. §. illud quoque. colla. v.



BIU Cujas

a *Venditionis.* iusto precio factæ.

b *Per coloratam.* quare dicit coloratam, cum vere & iusto precio vendebat partem, & mera liberalitate aliam partem donat? Respon. quia non donaret partem, nisi aliam donatarius emeret. similis color. ff. de nat. lib. l. legem. in fin.

c *Partem.* hic tangit tertiũ casum, quem. j. apertius declarabit.

d *Non aduersamur.* immo consentimus: vt. ff. l. proxi. in fine.

e *Si quis.* s. creditor.

f *Occulte.* quia aliàs non erat donaturus, nisi aliam partem emisset: sed hic tacebat, & sic redit ad primum, vt aliquid addat.

g *Particulatim.* id est partem actionis.

h *Persoluit.* & etiã vsuras: vt. ff. l. proxi. circa princ. quæ est contra. Vel hęc corrigit illam: vel verius, his tribꝰ casibus tantum sortem petit, scilicet quando pro parte vẽdidit, pro parte donauit alicui directò, item quãdo per interpositã personã: vt hic. Ité quando aliquid occulte dat, vt ex causa donationis tota sibi cedatur: vt. j. pxi. §. at superior lex loquitur quando modicũ assignatur pro cessione tota facta illo modico precio: tũc & preciũ & vsuras petit emptor, vt ibi.

i *Vtraq; parte.* scilicet cedentis, & eius cui ceditur. sic & in possessione furioso tradita: vt ff. de acquir. pos. l. quod meo. §. ff furioso.

k *Et si hoc.* s. quod vere solutum fuit.

l *Molestia.* ex reliquo.

*SI SERVVS EXtero se emi mandauerit.*

*Audisti generaliter. ff. de mãdato: nũc audi specialiter in quodã casu, scilicet cum seruus extero se emi mandauerit. Et not. quatuor dici in hac. l. scilicet an fuerit vtile mandatũ. Item an actio detur ipsi domino ex vẽditione, licet mandatũ sit inutile. Item an solutio nummorũ peculiariũ liberet emptorem. Item an agat de ancilla & de precio. In primo dicit nullũ esse mãdatũ. In secũdo dari domino actiones ex vendito. In tertio quòd emptor non liberatur. In quarto de vtroq; agi non posse. Dic ergo si seruus extero &c.*

*Si seruus extero.*] *CASVS.* Seruus mandauit Titio de se emendo & manumittẽdo. Ex isto themate tres eliciuntur quęstiones. Prima est an valeat mandatum. Respõ. quòd non, nec inspecta persona serui, neque inspecta domini. serui non: quia cum liber homo de se emendo non posset mandare, multo minus nec seruus ex persona sua. domini non: quia qui mãdat rem suam à se emi, inutiliter mandat: quia cum mandat de emendo, à seipso vi-



A detur emere: sed nulla est emptio suæ rei. Secũdo quæritur, an ex tali mandato dominus habeat actionem mãdati, vt sibi reddatur seruus: vel habeat actionẽ ex vẽdito ad consequendũ precium? Respon. ꝙ mandati. Tertio quæritur, an emptor soluendo nummos peculiares, liberatus sit? Dicitur ꝙ non. Quarto quæritur, an possit intẽtare vtrãque? Dicitur quòd nõ: quia contrariæ sunt: quia per actionem mãdati cõsequeris seruũ: per actionem ex vendito, preciũ eius: & sic emptor tenebit seruũ. sed ista non possunt simul stare, vt consequaris precium, & consequaris seruum.

m *Extero.* per hoc quod dicit extero, intelligas quemlibet aliũ à domino & seruo.

m *Extero.* Exterum siue extraneum dic omnem præter dominum. Sed quid si domino mãdat? Respon. non valet: quia à seipso nõ potest emere, item nec ab alio rem suam: vt. ff. de contrahen. empt. l. suæ rei. Sed quid si seruus plurium, vni dominorum mãdet de se emendo ab alio? Item quid si rem vnius mandet alij emere? Videtur quòd valeat: vt. ff. de accep. l. an inutilis. §. accepto. Sed puto quòd non: cũ nec si extraneo mandet valeat: vt hic dicit, scilicet de se emendo.

*Seruus si mandet domino suo de se emendo, nihil valet.*

n *Mandauerit.* liber nõ posset hoc mãdare, multo minus seruus.

o *Non potest.* scilicet de se emẽdo: & sic multo minus seruus: vt hic, & . ff. quibus ad liber. procla. non licet. l. penult. in princ. & de libe. causa. l. ordinata. §. si is. Item aut dices tenere mandatum secundum ius naturale, quo est liber: & sic non valet, cum nec liber mandet: vt dixi. Item secundum ius ciuile pro nullo habetur: vt. ff. de reg. iur. l. quod attinet.

p *Qui mandat.* cum idé inueniretur venditor & emptor, quod est se non potest: vt. ff. de rerum permu. l. j.

q *Inutiliter.* quia iam sequeretur ꝙ idé esset venditor & emptor. in casu tamen valet, vt in creditore qui possidebat pignus. ff. man. l. si mandauero. ij. §. si hi.

B tur: nulla contra eum vel substantiam eius ex dissimulata donatione oriatur molestia. l Et iustum quidem fuerat hoc remedium debitoribus ab Anastasianis temporibus impertiri, ex quibus etiam lex data est, quam homines astutè lacerandam esse existimauerunt. Sed ne videamur in tanta temporum nostrorum beneuolentia aliquid acerbius admittere: in futuris post præsentem legem casibus hæc obseruari censemus: vt omne quod contra legem Anastasianam excogitatũ est, hoc in posterũ nostro perfruatur remedio.

*TITVLVS XXXVI.*

## SI SERVVS EXTERO se emi mandauerit.

*Hæc lex consuenit difficilis reputari, & in materia seruorum est cottidiana: & hoc dicit. Si seruus de se emendo mandat extraneo: mandatum in suis finibus stans, nõ parit actionem aliquam. Si autem mandato fungatur contractus emptionis: subsecutiuè actio oritur de æquitate, non ex solo mandato, sed emptionis cooperante contractu: & mandatarius idémque emptor soluendo precium de peculiaribus nummis sibi administratis à seruo, nõ liberatur à precio: ideo nihilo minus potest ad precium conuenire: non tamen ad rem & precium, contradictione obstante, quæ non sinit produci duo contradictoria ad effectũ. h. d. not. secũdum Bald. Vel sic: Mandatum serui mandãtis se extero emi, est inualidũ ab initio: sed cõualescit emptione secuta ex postfacto: & nõ liberatur mandatarius soluendo nummos peculiares domino, sed domino datur electio, agat mandati vt seruum consequatur: vel ex vendito vt precium ei detur: vtranque tamen actionem non potest cumulare obstante contrarietate. hoc dicit.*

C

1. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS. AA. & CC. Dionysiæ.

D SI seruus extero m se mandauerit n emendum: quanuis nec ex ꝑsona serui (quia hoc liber mãdare non potest o) nec ex domini persona (quoniã qui mandat p vt à se res comparetur, inutiliter q mãdat) cõsistere credebatur actio: tamẽ optima ratione, r quia nõ id agitur vt ex ipso mandato, s

r *Ratione.* scilicet æquitatis, quæ prævalet rigori iuris: vt. ff. de iud. l. placuit.

s *Ex ipso mandato.* scilicet solo, id est per consequens de æquitate. Sed mandatum sit inutile: vel fit propter mandatum ex illo contractu.

s *Ex ipso mandato.* nullo alio secuto, sed alio secuto, scilicet vẽditione, datur actio ex mandato, vt subiicit secundum Io. Sic &



BIU Cujas

*Stipulatio vna aliam corroborat.*

aliàs vna stipulatio præstat alij robur: vt institu. de inuti. stipu. §. sit bonę fidei, & præcedens causa mandati: facit sequens vt ex prima detur actio, quod in stipulatione nō est ita. & quod hic subiicit, propter mandatum &c. conuerte literam, id est ex mandato propter aliud contractum. Similis cōuersio literæ est. s. cōmuni diuid. l. j. Alij vt P. dicūt ex ipsa venditione dari mandati: vt hic innuit. pro quo est, quia & aliàs ex pacto incontinenti appositio datur actio ex contractu præcedenti vel sequenti: vt j. de pac. l. inter empt. & vend. l. ij. Bul. etiam dicit ex se dari actionē mandati, scilicet ab imperatore viuo, cū nō detur per. l. ex dicto mandato. sed prima placet.

a *Ignorante*. secus si sciret: quia tunc recipiendo suū precium sibi imputat, & emptor liberatur. Vel dic secus si sciat: quia tunc sibi præiudicat in seruo, vt nō possit agere mādati.

b *Soluti*. tibi scilicet venditori.

c *Per huiusmodi factū*. id est per huiusmodi solutionem. nam emptor tenetur facere nūmos accipiētis: vt. ff. de act. empt. & vend. l. ex empto. §. j. Sed quare non conceditur vt ex peculio soluat, sicut & vbi manumissus est si. x. dederit: vt. ff. de statulibe. l. statuliberos. §. & parui? Respon. quia ibi voluit testator aliquid dari, sciens illum nō habere aliud patrimonium, videtur permittere: vt &. ff. de manu. test. l. si quis locuples. & de condit. instit. l. quæ sub conditione. &. j. de condit. inser. l. cum patremfa. at hic nihil potest videri permisisse, cum & mandatum à seruo emanauerit. Alij distinguunt, an simpliciter mandat seruus se emi: an se emi suis nummis, & manumitti. Primo casu non potest dare peculiares nummos: vt hic. Secundo sic, vt in dicta. l. de statulibe. quod non placet. nam hic geritur contractus venditionis inter dominum & emptorem: vnde debet secundum commune ius facere nummos capientis, per. d. l. ex empto. §. j. Sed in hoc casu esset tunc vis: quia primo non posset agere contra emptorem vt manumittatur: vt. ff. de manu l. iiij. §. si ab ignoto. nec alius forte nomine serui: at in secundo ipse seruus consistit aduersus emptorem vt manumittatur: vt. ff. de iudi. l. vix. & etiā ipse venditor ratione affectionis: vt. ff. manda. l. cum seruus. & pronunciatur liberandus, nō liber: vt. ff. de manu. l. iiij. in prin. &. ff. de iudi. l. qui se.

*Manumissus si. x. dederit, ex peculio eā soluere potest.*

d *Nec tamen*. hic mutat personam.

e *De ancilla*. scilicet consequenda: vt statim dices.

f *Empti*. id est venditi: vt &. ff. de act. empt. l. veteres. contra. ff. de act. empt. & vend. l. ex empto. vbi dicitur quòd iniquissimum est vt re & precio careat. Accursius.

g *Contrarias actiones*. Dic quòd loquitur de actione mandati ad ancillam consequendam, secundum Io. sicut & si emi asinum mandasset. & hoc innuit dictio, consequendo: quæ licet sit neutri generis, concipit tamen fœmininum: & idem innuit postea cum dicit, vtrúmne mancipium &c. Alia actio est ex vendito ad precium, quæ sunt contrariæ: cum per vnam auferatur emptori seruus: per aliam apud eum remaneat. Et sic no. contrarias actiones non posse quem exercere: vt. j. de fur. l. j. Sed cōtra hoc quod dicit dari actionem mandati ad ancillam persequendam, videtur esse contra: quia contraria non datur emprori contra me, vt recipiam, si nolim. si ergo contraria non datur, ergo nec directa: quia vltro citroq; esse solēt: vt instit. de obli. quę ex quasi con. in prin. & habes hoc. ff. man. l. seruus meus. Sed dic, esse solēt regulariter, fallit autem in hoc casu: vt hic & ibi dicitur, & in eo. tit. l.

## TITVLVS XXXVII.
## PRO SOCIO.

*Valet societas in qua vnus pecuniam cōfert, alter operam. h. d. Bald. concord. Saly.*

1. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Aurelio.

Societatem, vno pecuniam[k] conferente, alio operam, possē contrahi, magis obtinuit.[l]

*Ementes prædium communiter, videtur tacite contraxisse societatem tam rei quàm onerum supportandorū propter rem. h. d. no. secundum Bald. Vel sic: Fundus emptus cōmuniter à duobus, vtroque in possessionem inducto, communis efficitur: & pensiones solutæ ab eorum altero vnà cum precio possūt peti actione pro socio. Saly.*

11. Iidem AA. & CC. Pantonio.

Cvm proponas te prædium cōiuncto dominio[m] cum patrono* tuo comparasse, in possessionémque tam te quàm ipsum inductum: iuris ratio efficit, vt dominiū fundi ad vtrūque pertineat.[n] Sane quia precium à te solo numeratum,[o] & solēnibus pensitationibus, cessante socio, satisfactum esse dicis: iudicio societatis id quod eo nomine pręstari oportuerit, consequêris.[p]

*Societatis commoda transeunt ad hæredem. h. d. Bal. & hoc verum etiam si sit talis societas, quæ ad hæredem non transeat.*

111. Iidem AA. & CC. Victorino.

Cvm in societatis contractib[q] fides[r] exuberet, cōueniátque æquitatis rationibus etiam compendia[s] æquabitis. Alij vt P. dicunt mādati agi vt manumittatur, & tunc erit contrarietas, cum si & precium, & quòd manumittatur conqueretur venditor, duplici damno emptor afficeretur: quod non placet: quia aut non interest mea ratione affectionis alicuius manumitti: & tunc non datur directa mandati, cum non interest vt ff. e. l. si procuratoré. §. mandati. & sic non est contrarietas, cum non sit actio mādati. aut interest, & tunc vtraque intenditur: nec sunt cōtrariæ: vt. ff. man. l. cum seruus. Præterea est cōtra Py. quod sequitur, sane &c. Nā aperte dicit agi ad ancillam consequendā, sed ipse dicit rei vindicatione. quod non placet: quia si rei vindicatione ageret: aut est precium emptoris solutū, & sic agi nō potest: aut si peculiare vel nullum, erit in emptoris arbitrio offerre precium: vt. ff. man. l. diligenter. §. ij. at hic dicit in vēditoris esse arbitrio. Accursius.

l *Obtinuit*. quia sæpe opera alicuius pro pecunia valet: vt instit. e. §. ij. & si partes adiectæ non fuerint, æquales in lucro & damno spectantur: vt. ff. eo. l. si non fuerint. Sed quæro, an ille qui pecuniā cōtulit, debeat habere capitale saluū in diuisione societatis, id est sorté, & lucrum tantū ex ea prouenięs cōmunicare? Io. distinguit an ab initio sic dedit pecuniā vt cōmunicaret, an vt sua remaneret. In primo casu cōmunicatur, in secundo non. Quid si hoc non appareat? Respon. in dubio præsumitur cōmunicata: vt. ff. eo. l. j. §. fi. &. l. ij. licet alia sit huius ciuitatis & quarundam aliarum consuetudo, scilicet quòd in dubio non præsumatur cōmunicata.[a] Item quid si hic sors sit amissa, an tantundem debeat reponere, & an sit commune periculum? Respon. non est cōmune periculum, vt ille qui operam ponebat, aliquid conferat: sed finita est societas interēptione rerū: vt. ff. e. l. verū. §. intereunt. & circa pecuniā consueuit exhibere operam, quam modo non habet.

m *Dominio*. licet soluerit precium & pensiones.

n *Pertineat*. vt. ff. de acquir. re. do. l. traditio.

o *Numeratum*. vnde tibi soli dominium adscrebas quæsitum.

p *Consequêris*. aliud est in socio reficiēte cōmunem insulā: vt. ff. e. l. cum duobus. aliàs est. l. si fratres. §. idem respondit, socius &c.

q *Fides*. scilicet bona: vt. s. de acti. & oblig. l. bonam.

r *Æquitatis*. id est bonæ fidei.

s *Etiam compendia*. non solum onera. & æqualiter, vt subiicit, nisi

Cvm proponas.] CASVS. Si emendo fundū cum Titio contraxisti societatē: & tibi & ei traditus est fundus soluto precio à te: an ideo quia ex tua tantū pecunia precium solutum est, ad te solum pertinere debeat, quæritur? Dicitur ꝙ non: sed ad vtrunque vestrū: & iudicio societatis consequêris id quod pro eo soluisti.

m *Coniuncto dominio*. id est tali animo vt in eo socij sitis: vt. ff. e. l. vt sit. Alij dicunt, cōiuncto, quia & alia prædia communia ibidem confinia habebant: vt. ff. eo. l. cum duobus. in prin. Accur.

Cvm in societatis..] CASVS. Si emendo salem cum Titio societatem contraxisti: & antequam ad te lucrum perueniret, in fata decessisti, hærede relicto: an hæres iudicio societatis partem lucri quæ ad te spectabat petere possit, quæritur? Dicitur quòd sic.

BIU Cujas

nisi contractum sit:vt.ff.e.l.si non fuerint.in princ.

a *Participasse.* id est partem habuisse in societate salinarum.

b *Tibi.* agenti actione pro socio.

c *Præcipiet.* licet enim non sis socius, quia non transit societas ad hæredem,etiã si sit dictũ:vt.ff.e.l.nemo.nisi in vectigalibus:vt ff.e.l.adeo.tamen emoluméti successor es: vt hic,&.ff. eod. l.verum. §. in hæredem. & agis pro socio,vt hic.& incepta negocia debes consummare:vt.ff.eo.l. hæres socij.

d *Si societatis.* Duo cõstituentes se socios omnium bonorũ,adinuicem promiserunt diuidere pro æqualibus partibus. Vel cum de hoc esset controuersia, animo transigendi fecerunt eandem promissionem per stipulationẽ: quæ stipulatio hoc casu est necessaria,cum iure transactionis pactum interponatur: vt ff.de pac.l.diuisionis.

e *Intestatus.* nam personalis obligatio comitatur omnem hæredem: vt hic, & .ff. de acti. & obliga. l.ex contractibus. & facit ad.l. j. qui testa.fac.poss.l. j.j. respon.

*Amdiu.*] CASVS. Si cum Titio societatem contraxisti,& dissoluta consensu societate, aliquid quod ad te causa societatis pertinebat,apud Titiũ remansit: an illud consequi possis, quæritur? Respond.quòd sic act. pro socio,quæ iam nata est societate finita.

f *Perseuerat.* vt institu.eo.§.manet.

g *Nata est.* fuit ergo ab initio nata, sed non intentatur nisi finita societate secundum quosdam. Vel dic nec etiam nasci nisi finita societate,sicut in actione tutelæ dicitur.ff.de tutel. & ra.dist.l.si tutor.§.fi. &.l.seq. hoc tamen fallit in societate vectigalium:vt.ff.e. l.actione.§.nonnunquam. Et idem etiam posset dici in societate priuata si expediat ab ea non recedi: & opus sit sic agi vt tali casu, & nascatur & intentetur etiam societate durante. Item prædicta vera sunt, si agitur ad personales præstationes hincinde.si autem vt res non cõmunis communicetur,etiam ea durãte agi potest:vt.ff.eo.l.iij. & communi diui.l.j.

*De societate.*] CASVS. An sub conditione possim contrahere societatem,quæritur? Dicitur quòd sic:licet apud veteres, scilicet ante iura digestorum, de hoc esset dubitatum. vnde tam pure quàm sub conditione contrahi potest.

h *De societate apud veteres.* ante leges digestorum.nam etiam per eas potest contrahi sub conditione:vt.ff.eo.l.j.

liter inter socios diuidi: præses prouinciæ si patrem tuum salinarum societatẽ participasse,[a] & non recepta communis compendij portione, rebus humanis exemptum esse perspexerit: commodũ societatis, quod deberi iuxta fidem veri constiterit,restitui tibi[b] præcipiet.[c]

*Causa testati vel intestati non pertinet ad contractus.hoc dicit.Bald.Vel sic: Non refert an socius decesserit testatus vel intestatus:quia hæres eius conuenta tenetur seruare.Salycetus.*

IIII. Iidem AA. & CC. Celeri.

SI societatis[d] iure,vel transactionis stipulatione subdita, bonorum omnium æquis partibus inter te & Fauiam diuisionẽ recte fieri placuit: quo minus hæc rata seruentur, nihil interest,vtrum testatus,qui fuerit obligatus,an intestatus,[e] rebus sit humanis exemptus.

*Durat societas ad beneplacitum sociorum.hoc dicit.Bald.& Salyc.*

V. Iidem AA. & CC. Theodoro.

TAmdiu societas durat,quãdiu consensus partium integer perseuerat.[f] Proinde si iam tibi pro socio nata[g] est actio: eam inferre apud eum cuius super ea re notio est, non prohiberis.

*Societas potest contrahi sub qualibet conditione: quia voluntates contrahẽtium sunt seruandæ. Bald.*

VI. Imp.IVSTINIANVS.A. Ioanni præfec.præt.

DE societate[h] apud veteres dubitatum est, si sub conditione contrahi potest: puta si ille consul fuerit, societatem esse contractam. Sed ne simili modo apud posteritatem, sicut apud antiquitatem, huiusmodi causa ventiletur, sancimus societatem contrahi posse non solum purè, sed etiam sub conditione. Voluntates[i] etenim legitimè contrahentium omnimodo conseruandę sunt.

*Curator furiosi potest renunciare societati furiosi. & qui habet auctoritatem legitimam in contractu, habet etiam in distractu.Bald.*

VII. Idem A. Ioanni P.P.

SAncimus, veterum dubitatione semota,licentiam habere furiosi curatorẽ dissoluere[k] (si maluerit) societatem furiosi, & sociis licere ei[l] renunciare. Et quemadmodũ in omnibus contractibus aliis legitimam auctoritatem ei dedimus, ita & in hac parte eum permittimus competenter commodis furiosi prouidere.

*TITVLVS XXXVIII.*

DE CONTRAHENDA emptione & venditione.

*Valet venditio rei etiam existentis in alio loco quàm vbi contractus celebratur. hoc dicit.Bald. Vel sic: Non vitiatur venditio, quia res sit constituta in alio loco quàm vbi contrahitur.Salycetus.*

I. Impp.VALERIAN.& GALLIENVS.AA.Paulo.

VEnditiones etsi in alio loco quàm in quo possessiones constitutæ sunt, fiant: non ideo irritæ esse creduntur.[m]

*Vbi non est consensus,ibi deficit substantia emptionis & venditionis.Bald.Vel sic: Furiosus non potest vendere propter defectum consensus: nisi tempore dilucidi interualli.Salycetus.*

II. Impp. DIOCLETIAN.& MAXIMIANVS.AA. Auito.

EMptionem & vẽditionem consensum desiderare,[n] nec furiosi vllum esse consensum,[o] manifestum est. Intermissionis autẽ tempore furiosos maiores vigintiquinq; annis venditiones & alios quoslibet contractus[p] posse facere, non ambigitur.

*Si non valet quod ago vt ago: valet vt valere potest. hoc dicit. Bald.Vel sic: Contractus verus donationis præualet simulatæ venditioni: & pactum de alimentis præstandis ei adiectum, seruandum est.hoc dicit. Salyc.Vel sic & clarius:Si fiat donatio reuera,& simuletur fieri venditio, valet donatio: nec potest rescindi propter simulationem venditoris.Donatarius tamẽ debet implere modum vel conditionem appositam in donatione.h.d.Pau.de cast.*

i *Voluntates.* vt.ff. depo.l.j.§.si conueniat.

*Ancimus.*] CASVS. An curator furiosi dissoluere possit societatem quam contraxit furiosus ante furorem, quæritur? Dicitur quòd sic:& socius furiosi societati renunciare potest:licet olim esset dubitatum apud veteres.vnde sicut curator in aliis contractibus habet legitimã administrationem, ita in societate distrahenda. Viuianus.

k *Dissoluere.* renunciando aliis sociis, vel alij reniinciando curatori:sic fit per procuratorem etiam generalẽ: vt.ff.eo.l.actione.§.renunciare.

l *Ei.* scilicet curatori.

*DE COMTRAhenda emptione & venditione.*

*VEnditiones.*] CASVS. An rem cõstitutam Mutinæ possit aliquis vendere Bonoñ.existens,quęritur? Respon. quòd non refert an præsens sit res vel non quo minus ratificetur venditio. Viuianus.

m *Creduntur.* vt &. j. si quis alteri vel sibi. l. fina. sic & donatio: vt j.de donatio. l.data. in fin. & stipulatio: vt.ff. de condic.fur.l.parui.

*EMptionẽ.*] CASVS. An furiosus vendi tionem rei celebrare possit,quæritur? Dicitur quòd non: quia nõ potest consentire: nec sine consensu contrahitur venditio. Si vero dilucida habeat interualla, puta quia sit furiosus in æstate,resipiscat in vere, & rem suã vẽdat: si maior sit.xxv. annis, tenet venditio. Item & alios quoslibet contractus potest celebrare. Viuianus.

n *Desiderare.* vt insti. eo.in princ.Si ergo interuenit error vel in cõtractu, vel i precio, vel in corpore, vel in qualitate, non valet cõtractus: vt.ff. eod. l. in venditionibus. idem si in sexu: vt.ff.eod. titu. l.alioquin. §. fin. Idem si in essentia: vt.ff.eod. l.domum.

o *Cõsensum.* vnde nec vendere nec emere potest: quandoque tamen tacite videtur consentire: vt .ff. solu. mat. l. ij.§.fin.

p *Contractus.* & omnia quæ vult,quæ non infirmantur propter superuenientem furorem:vt hic,&. i.de cur.fu.l.cum aliis.& qui testa.fa.posl.furiosum.&.ff.de spon.l.furor.

*SI donationis.*] CASVS. Donaui tibi prædium hoc pacto vt ministres mihi alimẽta: & finxi vẽditionem interueniisse.non quod simulatum est, sed quod vere gestũ est,compelleris seruare act.præscriptis verbis: vnde si mihi subtrahebas alimenta, compelleris soluere eadem actione præscriptis verbis. Viuianus.

*Si donationis.*

BIU Cujas

a *Si donationis*. quæ vere sit.
b *Deficit*. quia plus valet quod agitur.
c *Substantia*. substantia emptionis est consensus: vt supra.l. proxima. non autem consentiunt in venditione, qui licet verbis emptionem exprimant, corde tamen aliud sapiunt: vt.ff.de rebus dubiis. l. in ambiguo.

*Emptionis substantia est consensus.*

& hoc quando in totum agebatur vt esset donatio. si vero precio viliori, valet venditio nisi inter virum & vxorem: vt.ff.e.l.cū i vēditione. &.l.si quis donationis. Item no. hic simulatum contractum nō tenere: vt supra pl⁹ val. quod agi. per totū. &.ff.eo.l. nuda. & de regu.iur.l.imaginaria.

*†aliàs, emptionis deficit substātia.*

d *Vtte*. ibi fuit contractus innominatus à muliere, scilicet do vt facias.
e *Aleret*. id est hoc pacto vt te alat.
f *Perfecta*. olim stipulatione ei interposita, hodie etiam nudo pacto: vt insti. de dona. §. perficiuntur. Vel perfecta dicitur, id est impleta traditione: vt ff.de act.empt.l.si quis alienā. & supra de act. & obl.l. si quidem. facile autem dicit, quia propter ingratitudinē reuocatur quādoque: vt infra de reuo.do.l.fi.

*†Quod enī meū est, amplius meum fieri nō potest. & concor. in c. inter dilectos. cū glo. sup verbo, meū. extra de fide instru.*

g *Conuenit*. actione præscriptis verbis: vt infra de re.permu.l.rebus. &.ff.de pac.l.in traditionibus. & infra de dona.l.legem. vel condictione ob causam: vt.ff.de præscri. verb.l. naturalis. §. sinautem rem do. & supra de condic. ob cau. l.ea. &.l.si vt proponis. Vel etiam vtili rei vindicatione, cum sub modo fuerit donata: vt infra de do.quæ sub modo.l.j. valet ergo vt donatio: vt infra eo.l.empti. Accursius.

CVm res.] CASVS. Berta donauit tibi aliquas res. an valeat emptio si ab hærede suo postea eas comparaueris, quæritur? Dicitur quòd non: quia suæ rei &c. & hoc in prima. Si vero nondum tradidisset, valeret. Item ratione iuris quod habet filius in reb⁹ aliis puta, potest agere inofficiosi: quo casu si inofficiosa reperiatur donatio facta à Berta, valebit emptio.

h *Donatas*. à Berta supple, & traditas: vt patet statim.
i *Hæredē*. scilicet filio Bertæ.
k *Distractas*. id est venditas. sic stricte ponitur: vt.ff.de Publicia.l.si ego. §. partus. iij. respon.
l *Possessionis*. id est dominij: arg.ff.de verb.sig.l.interdum. & possidere bene potest quis ex pluribus causis: vt.ff.de acqui. pos. l.iij. §. ex pluribus. ff.de re.iur.l.non vt ex pluribus.
m *Consistere*. No. siue sciens, siue ignorans: vt infra eo.l.si mater. &.ff.eo.l.suæ rei. & de pigno.act.l.debitor. nisi ratione possessionis: vel nisi sub conditione, vel ratione iuris quod habeat venditor in ea re: vt.ff.eo.l.si in emptione. §. rei suæ. &.l.qui tabernas. & de leg.j.l. cætera. §. j. insti. de leg. §. si cui fundus. & idem erit in vltimo casu huius. l.nam ratione iuris querelæ valet venditio. Et potest reddi ratio quare rei suæ emptio non valeat: quia statim vt facta est venditio, committitur actio ex empto pro euictione: quia & vbi res aliena venditur, si postea emptor eius dominus fiat, actio de euictione committitur: vt.ff.de euic.l.si vendideris. Cum ergo hic emptor ab initio sit dominus, statim committitur contra venditorem actio de euictione, & emptor tenetur ad precium: sicque inuicem compensatione facta causa minuendarum litium, nulla venditio censetur. arg.ff.de compen.l.j. &. ij.

*Emptio suæ rei quare non valeat.*

n *Demonstretur*. quod esse potest: quia tua erat vxor: vnde non valuit inter virum & vxorem donatio: vt.ff.de dona. inter vi. & vxo.l.j. & hoc si reuocauit antequam confirmaretur: vt infra de dona.inter vi.& vxo.l.donationes.j.

III. Iidem AA. Valeriæ.

SI donationis [a] causa, venditionis simulatus contractus est: emptio ī sui deficit [b] substātia. [c]† Sane si in possessionē rei, sub specie vēditionis, causa donationis, vt te [d] aleret, [e] induxisti: sicut perfecta [f] donatio facile rescindi non potest, ita legi quam tuis rebus donans dixisti, parere conuenit. [g]

*Nemo potest emere rem suam, nisi quatenus ab eo posset aliquo remedio euinci. hoc dicit no. secundum Bald. concor. Salyc.*

IIII. Iidem AA. Luciano.

CVm res tibi donatas [h] ab hērede [i] donatricis, tibi distractas [k] esse proponas: intelligere debueras duplicari tibi titulum possessionis [l] nō potuisse, †sed ex donatione & traditione dominum factum te frustra emisse: cū rei propriæ emptio non possit cōsistere. [m] At tunc demum tibi profuit, si ex donatione te non fuisse dominum demōstretur. [n] Sane quoniam omnia bona tibi ab ea donata & tradita dicis: ad hoc & à filio facta venditio rerū maternarum afferre perfecta etiā donatione poterit defensionē, ne vel exemplo inofficiosi testamenti possit hæc auocare. [o]

*Hæc est no. lex, & hoc dicit. Tam tutor, quàm vxor eius potest rem pupilli emere palam & bona fide. Bald. & Salyc.*

V. Iidem AA. Gratiæ.

CVm ipse tutor [p] nihil ex bonis pupilli quę distrahi possunt, cōparare [q] palā & bona fide prohibetur: [r] multo magis vxor eius hoc facere potest.

*Res perfecta non vitiatur, licet perueniat ad casum à quo non posset oriri. hoc dicit. Bald. Vel sic: Donatio ante facta non irritatur, licet matrimonium inter donatorem & donatricem postea sequatur. Salycetus.*

VI. Iidem AA. Lucretio.

SI Gaudentius [s] in matrē tuā titulo vēditionis [t] sine quadam fraude [u] dominium mācipij transtulit: nō idcirco quòd postea inter eos matrimoniū & diuortiū secutū dicitur, iuri ei⁹ quicquam derogatū est: [x] quod vīdicare, [y] te matri tuę succesisse probans, minime prohiberis.

o *Auocare*. quatenus immoderate donātum est: querela scilicet inofficiosæ donationis: vt supra de inoff.don.l. cū donationibus. Et nota hic quòd ratione iuris valet venditio. quod & in legato est: vt.ff.de leg.j.l.si domus. §. fi. sed non semper: vt.ff.de leg.ij.l. Męuius. §. pe. quanquam & hic potest dici quòd non valeat venditio: sed qui emit, habet exceptionem. Sed si emit putās esse vendētis, & sic potest repetere precium: vt.ff.eo.l.suæ rei. numquid habet exceptionem pro re, vt nō reddatur? Non puto, quia sic postularet contraria: quare non auditur scilicet vt habeat rem quasi valeat venditio & repetat preciū quasi nō valeat venditio: vt arg. supra tit. ij. l. j. in fi.

*Cum ipse.*] CASVS. An res pupilli quas distrahi necesse est, ꝓpter æs alienum patris, bona fide & palam emere tutor possit, quæriī? Resp. quòd sic: & multo magis vxor sua.

p *Cum ipse tutor*. auctoritate contutoris.
q *Comparare*. comparare immobilia nō potest: mobilia autem palam potest: vt.ff.eo.l.si in emptione. quæ pro contraria signatur.
r *Prohibetur*. imo prohibetur: vt.ff.e.l.fi in emptione. §. fi. quæ est contra. Sol. ibi administrabat, hic non, secundum Azo. arg.ff.de auct.tut.l.tutores. Sed hoc non placet: vt.ff.rem pu.sal.fo.l. iiij. §. illud. Vel hic emit à pupillo cum auctoritate contutoris, ar.ff.de auct.tu.l.iiij. &.v. §. sed & si cum. vnius enim auctoritas sufficit, licet plures sint: vt infra de auct.tu.l.fi. ibi vero se auctore. Vel dic quod palam potest, vt hic. clam, non: vt ibi. ar.ff.de admi.tu.l.nō existimo. & de auct.tu.l.pupillus. §. sanc. & de ritu nup.l.fi. sic & infra de don.l.donatio siue. §. in cōscribendis. & habent hęc locum in omni officio publico vel priuato. aliter punitur: vt.ff.e.l.non licet. Item opponitur huic solutioni prox. secundæ. ff.de admi. tu.l.tutor rerum. in fi. vbi dicit pupillum rem vindicare nō posse quam sibi tutor accepit de bonis eius, & precium rationibus pupilli intulit. Sed respon. ibi est ideo, quia res pupilli erat vsucapta ab hærede tutoris. Vel non ideo quia emptio valeat, sed quia bona fide fructꝰ siue animalia inde nata ita perceperat: vnde fecit suos. Vel dic, ibi non potest vindicare nisi reddat precium quod in suam vtilitatem peruenit. arg. cōtra infra de prædi. mi. l. si prædium. vel ibi palam egit. Et not. quòd vbi ex tutoris parte tantum oritur obligatio, se auctore obligatur tutor: vt.ff.de admi.tu.l.quotiens. §. non tantum.

*Si Gaudentius.*] CASVS. Si Bertę mancipium, minoris, puta. x. cum valeret. xxx. vendidisti animo donādi propter affectum quem habes de ea ducenda: postea cum ea nullum contraxisti matrimonium, quia ratione consanguinitatis distractum est. an præiudicet ei vel eius hæredi quo minus mancipium vindicare possit, quæritur? Dicitur quòd non.

s *Si Gaudentius*. proprium nomen.
t *Venditionis*. aliàs donationis, & tunc plana. aliàs venditionis, & tunc dic factę minori precio animo donādi, quæ valet inter cæteros, sed non inter coniuges: vt.ff.e.l.si quis donationis.
u *Fraude*. à matre tua commissa.
x *Derogatum est*. quod videbatur, cum peruenerit in eum statum à quo incipere non potest: vt arg.ff.de verb.oblig.l. pluribus. §. & si placeat. Vel quia non durauit causa ꝓpter cuius spem facta fuerit. arg.ff.de in rem ver.l. si pro patre. §. versum. sed nihilo minus valet: vt hic, &.ff.de dona.inter vi.& vxo.l. si inter extraneos.
y *Vindicare*. ab omni possidente.

*Si ancillam.*

BIU Cujas

*Figmentum veritati non præstat impedimentum. Baldus.*

VII. Iidem AA. Pisoni.

SI ancillam ex emptione sibi quæsitam, mater tua donatione à secundo marito postea se simulauit accepisse: tituli falsi figmentum, donationis dominium ei duplicare vel auferre non potuit. [a]

*In contractibus nominatis non habet locum condictio ob causam.h.d. Bal.vel clarius: Licet precium non solnatur, non agit venditor condictione ob causam ad repetitionem rei, sed actione ex vendito ad ipsum precium.hoc dicit. Paulus de castro*

VIII. Iidem AA. Diogeni.

SI non donationis causa, sed vere vineas distraxisti, [b] nec precium numeratũ est: actio [c] tibi precij, non eorum quæ dedisti repetitio competit. [d]

*Sine precio contractus venditionis non habet substantiam. Bald.vel sic: Sine precio non est venditio, nec precium conuentum nõ solutum facit possessorem iniustum, & ex vẽditione simulata precium non petitur: nec res tradita repetitur, si agebatur vt donaretur.h.d. Salyc.vel sic: In emptorem transit dominium facta traditione: licet precium non sit solutum, si fuerit habita fides de precio: nisi venditio sit inualida, quia non fuerit conuentum de certo precio. & si fuit facta animo donandi, precium peti non potest.h.d.Paulus de castro.*

IX. Iidem AA. Seuero.

EMpti fides [e] ac venditi sine quantitate [f] nulla est. Placito autem precio non numerato, [g] sed solũ tradita possessione, istiusmodi contractus non habetur irritus: [h] nec idcirco is qui cõparauit, minus recte possidet, [i] ꝙ soluta summa quam dari conuenerat, negatur. Sed & si donationis gratia prędij facta venditionẽ [k] †traditio sequatur: [l] actiõe precij nulla cõpetente, perficitur donatio.

*Contractus potest esse nullus duplici causa, & vtraque potest eodem libello proponi.h.d.no.tex.cum glo. secundum Bal. Vel sic: Si mulier simulatè emit rem suam tanquam mariti, non præiudicat sibi. Sal. Vel sic: Emptio rei suæ non valet, nec præiudicat ementi.h.d.Paulus de castro.*

X. Iidem AA. Georgio.

SI mater tua velut ex patris tui [m] bonis prædiũ suũ cõparauit: cum rei proprię nõ cõsistat emptio, [n] & hãc simulatã [o] proponas: huiusmodi placitum mutare substantiam veritatis [p] & ei nocere non potuit. [q]

*Contractus non redduntur in inuitum. Baldus & Salycetus.*

XI. Iidem AA. Paterio.

INuitum cõparare vel distrahere postulantis desiderium, iustam causam non continet. [r]

*Fideiussor non est de substantia emptionis, nec de generali natura eius, nec etiam instrumentum: nec etiam pœnitentia quanquam incontinenti post actum perfectum secuta, inualidat ipsum cõtractum.h.d.no. Bald.Vel sic: Fideiussor de euictione non est de substantia emptionis, nec instrumentum traditæ possessionis: & ideo eorũ omissio non vitiat: nec post emptionem factã locus est pœnitentiæ, etiam si preciũ nõ sit solutũ: sed pro eo soluendo agi potest. Salyc.*

XII. Iidem AA. Paterno.

NOn idcirco min [s] emptio perfecta est, quòd emptor fideiussorem non accepit, [t] vel instrumẽtum testationis vacuæ possessionis omissum est. [u] nam secundum consensum auctoris in possessionem ingressus, recte possidet. [x] †precium sane, si eo nomine satisfactum nõ probetur, peti potest. [y] nec enim, licet æstimationem recipiat. Item fallit. ff. de le.j.l.& si equo.& insti.de his qui sunt sui vel alic.iur.§.fi.&.ff.de relig.l.si quis sepulchrũ.& infra de patribus qui fi.dis.l.ij.in fi.&.ff.de act. emp. l. Iulianus.§. idem Celsus.& infra eo.l.dudum.

---

a *Non potuit.* quia dicit maritus se donasse cõstante matrimonio: & ideo velit eam tibi auferre. & facit supra e.l. cum res.&.ſ. plus val. quod agi.l.j.& de re.iur.l.non vt ex pluribus.

*Sinõ.*]CASVS. Vineam mihi vẽdidisti: nec precium solui: an vineã repetere possis, quæritur? Dicitur quòd non: sed actione ex vendito agere potes ad precium.

b *Distraxisti.* id est vendidisti.

c *Actio.* fide habita de precio.

d *Cõpetit.* vt supra de rei vindi.l. inciuile.& infra de rescin.vẽ.l.ea cõditione.& hoc quãdo fides est habita de precio. aliàs potest rẽ vindicare: vt.ff.eo.l.qđ vendidi.&.ff.de tribu. l.procuratoris.§.pe.& instit.de rerum diui.§. venditæ. Et dic quòd volebat repetere condictione ob causam: sed nõ habet locum in contractibus nominatis: vt.ff.de rerum permu.l.j.§.fi.

*Empti.*]CASVS. Sine precio nulla cõsistit emptio.& hoc in prima. Si vero precium constituatur nec soluatur, & res tradatur: non ob hoc minus tenebit venditio: sed ages ad preciũ. & hoc in secunda. Si vero vẽditor precium sibi solutum negaret, non ob hoc minus possideat quis quod cõparauit. & hoc in tertia. Si vero aliquis prædiũ tibi donauit, simulauit autem se vendere: si subsecuta fuerit traditio, non aget ad precium: quia perfecta est donatio.& hoc in quarta.

e *Empti fides.* ab vtroque contrahentium habita.

f *Sine quantitate.* id est precio,& certo: vt instit.eo.l.precium. nec sine re quæ veneat, valet venditio, nisi in fructibus,& alea, & similibus: vt.ff.eo.l.nec emptio.

g *Non numerato.* fide tamen habita.

h *Irritus.* non enim est precij numeratio, sed conuentio&c, vt.ff.eo.l.ij.§.j.

i *Recte possidet.* cum à venditore habeat, vel eius volũtate expressa vel tacita. aliàs secus: vt infra de acquir.pos.l.minus.&.ff. de acquir.pos.l.si ex stipulatione. Et dic quòd hic fuit habita fides de precio à venditore.

k *Facta venditione.* simulata tamen.

l *Sequatur.* hoc iure veteri. hodie etiã nudo pacto fit donatio: vt infra de dona.l.si quis argentum.§.ff.

*Si mater.*]CASVS. Mulier volens dare pecuniam viro suo (quod non potuit, cum non valeat donatio inter virum & vxo.) simulauit se emere prædiũ suum propriũ à marito,& preciũ ei dedit. an mulieri vel eius hęredi per talẽ vẽditionẽ pręiudicatur quo minꝰ prędiũ repetere possit, quęritur? Dicitur ꝙ nõ.

m *Patris tui.* mariti sui.

n *Non consistat emptio.* vt &.ff.eo.l.suæ rei.&.l.si debitor. nisi ratione possessionis: [a] vt.ff.eo.l.si in emptione.§.rei suæ. vel sub conditione: vt.ff.eo.l.existimo.&.ff.de leg.j.l.cætera.§.j. & ar. ff.de verb.obli.l.nemo.&.l.existimo.& nisi per aliũ: [b] vt.ff.mãda.l.si mandauero.ij.§. si hi.& nisi ratione partis aliorum: vt.ff.de in diem addic.l. quod si vno.in fi. Sed quidam ibi intelligũt sub conditione, qua existente res non sit nostra.

o *Simulatam.* & ideo pro ifecta quoque habendam: vt supra plus val.quod agi. Duplici ergo ratione nõ valet.

p *Substantiam veritatis.* cũ fuerit simulata.

q *Non potuit.* cum sua erat.ſ.eo.l.si ancillam.

*Inuitum.*]CASVS. An rem tuam vitiosam per iudicẽ me possis compellere emere, quæritur? Dicitur ꝙ non. econtra si rem vitiosam habuero, & tu eam desideraueris: non poteris me compellere vt tibi vendam.

r *Non continet.* vt & infra de iure delibe.l. nec emere. & supra de act.& obl.l. sicut.&.j. loca.l. inuitos.&.j. de nup.l. neque ab initio. &.ff.de pign.act.l. quãuis.&.ſ.de Iudæis.l. nemo exterus. & ifra eo. l.dudũ. Sed prima fallit in casibus vbi quis cogitur cõparare: vt.ff. de act.emp.l. Iulianus. §. idem Celsus.&.ff.de le.j.l.& si equo.&.ff.cõmuni diui.l.communi diuidũdo.ij.§.fi. & insti.de leg.§. nõ solum. Item & secunda fallit: nam quandoque quis distrahere cogitur: vt infra de communi ser. ma.l.j. licet quidam ibi † *aliàs pro* dicant quòd iam erat liber. vnde cum non sit seruus, nõ dicitur cogi vendere rem suam,

*Non idcirco.*]CASVS. Si mihi prædium vendidisti, non ob hoc minus tenebit venditio quòd fideiussorem nomine euictionis non accepi: vel instrumentum venditionis non interuenit: quia sufficit quòd consensu tuo sim introductus in vacuam possessionem.& hoc in prima. Si vero precium tibi adhuc non solui, petere poteris: nec facto contractu interueniente consensu, si pœnitueris, minus valebit venditio.& hoc in vltima.

s *Non idcirco minus.* fallit in seruo communi manumisso.

t *Non accepit.* de euictione, cum nec dandus est, nisi actũ esset: vt.ff.de euic.l.emptori.&.ff.de præto.stip.l.j.§. stipulatio.

u *Omissum est.* vt supra de fide instru.l.non idcirco. & supra de rei vind.l.quotiens.& infra de communium re.alie.l.fi. & supra de proba.l.cum res.

x *Possidet.* vt infra de acqui.pos.l.minus.&.ff.de acqui.pos.l.si ex stipulatione.& infra si quis alteri vel sibi.l.si emancipatis.

y *Peti potest.* vt.d.l. quotiens.& in eo.tit.l.inciuile.

† *aliàs, facta vendi-tione.*

a *Hoc verũ quando per aliquod resi hi.& nisi ratione par mediũ possessoriũ emptor nõ possit à vẽditore possessionẽ recuperare: aliàs secus. Barto. & Bal. in.l.si in emptione.§.rei suæ in glo.allega.*

b *Intellige quãdo vendẽs poterat inuito domino rẽ distrahere. aliàs emptio rei suæ per aliũ celebrata non valet. Cy.& Bal. in.l.vnica. ſ.si ser.ex.*

† *aliàs pro prædonepræliber.vnde cum non sit seruus, nõ dicitur cogi sumitur possidere. Odef.*



BIU Cujas

a *Contestatio.* id est coram testibus protestatio.
b *Rescindit.* supra de transac.l. quamuis.& de ac.& obl.l. sicut.& si cer. pet.l.eo quòd.

*IN vendentis.*]*CASVS.* Vendo tibi si emere volueris, vel ego voluero.non valet emptio. Vel pone casum vt in glos.

c *In vendentis.* Quidã non intelligentes ponunt casum: Vendo tibi talem rem pro quãto volueris, vel quanti æstimaueris: qui casus est.ff.e.l.quod sæpe. §. j. Tu dic quòd ipsum commerciũ, id est cõtractus qui est emptio & vẽditio, fuit hic positum in arbitrium alterius: vt si volueris sic emere.sic &.ff.de ac.& obli. l. sub hac.& de verbo obli.l. centesimis.§.fi.Sed videt cõtra insti.eo.§. emptio. vbi dicit tenere. Sol. aliud est cum dico, vẽdo quanti volueris: vt hic.aliud si volueris: vt ibi. Alij vt R. ꝙ vbi expresse dixi, quãti fueris arbitratus: tunc nõ valet.at vbi vel à te facta fuit, vt si volueris emere, valet: sicut & si dicerem, si capitolium ascẽderis: quia expressa nocent: vt.ff.de cõdi.& demon.l.nonnũquam.& de leg.iij.l. fideicommissa.§.si fideicommissum. Sic ergo dicit hic volũtate, scilicet expressa. Alij ꝙ ibi fuit collatũ in arbitriũ alterius contrahentium: vt boni viri arbitrio. Ioã. vero dicit quòd ibi fuit institutio pure facta, sed resoluitur sub conditione.hic autẽ facta fuit sub cõditione. Tu dic, si precium conferatur in alterius arbitrium, nõ valet: vt.ff.eo.l.qd sæpe.§.j.& idem si cõmercium: vt hic. Porro res ipsa confertur: vt insti.eo.§. emptio. Si autem in extranei arbitrium precium cõferatur: si quidem innominati, non valet: nisi in casu: vt.ff.loca.l.si merces.& de pig.l.si fundus.§. fi. Si autem nominati, valet, si ipse fuerit arbitratus. aliàs non, nec recurritur ad arbitriũ boni viri: vt arg.infra eo.l.fi. Si autem arbitretur, sed male, recurritur ad arbitrium boni viri: vt argu.ff.pro socio.l.si ita coita.& l.societatem mecũ. Accidentale autem, id est accidens aliquod quod non est de substantia contractus, siue in alterius cõtrahentium arbitriũ, siue extranei conferatur, sicut in societate, ita in venditione ad boni viri arbitrium recurritur, siue arbitretur, siue non: vt.ff.eo.l.hæc venditio.& pro socio.l.si ita coita. &.l.societatem mecum. Quod dixi in venditione, serua etiam in locatione: vt arg.infra eo.l.fi.in fi. In stricti vero iuris iudiciis non recurritur ad alterius arbitrium: vt.ff.de verb.obli.l.si quis arbitratu.quod potest dici si non arbitretur.aliàs sic: vt.ff. de oper.li.l.si libertus ita. Porro in arbitriũ promittentis si cõferatur tacite, valet: vt si ascenderis capitolium: vt.d.l.de cõdit.& demon.l.nonnunquam. si expresse: vt si vis vel voles vel volueris, non valet. sed si cũ voles vel volueris, sic: vt.ff.de verb. obli.l.centesimis.§. si ita. &.l.à Titio.§.fi.&.l.si quis stipulatus. & de act.& obli.l.sub hac. Sed quid si dicam volo tibi vendere rem istam pro.x.& tu dicas, ego volo emere pro.x. an erit contracta venditio? Videtur quòd non. nam si dicam, volo ascende-

*vẽditio an valeat si in alterius arbitriũ precium cõferatur.*

*†aliàs, quæ*

licet incontinenti facta, pœnitentiæ contestatio[a] cõsensu finita rescindit.[b]

*Contractus in alterius contrahentiũ voluntatem collatus, non intelligitur efficaciter celebratus. Salyc. Vel sic: Contractus vltro citróque obligatorius non potest conferri in voluntatem vel arbitrium alterius ex contrahentibus: & si contra fiat, nõ valet. Paulus de castro.*

XIII. Iidem AA. Iuliano.

IN vendentis[c] vel emẽtis voluntatem collata conditione comparandi, quia† non adstringit necessitate cõtrahẽtes, obligatio nulla est. idcirco dominꝰ inuitus ex huiusmodi conuentione rem propriam vel quilibet aliꝰ distrahere nõ cõpellit.

*Non solum proximis & consortibus, sed etiam aliis liberum est arbitrium rem propriam distrahendi: non obstantibus constitutionibus quæ olim contrarium disponebant. h.d.no. Bald. Vel sic: Iure nouo non cogitur quis prius vendere proximis & cõsobrinis, quam extraneis. Salyc. Vel sic: Potest quis vendere rem suam cui vult, reprobata lege quæ cogebat eum vendere consortibus, non extraneis. Paulus de castro.*

XIIII. Imppp. VALENTINIA. THEOD.& ARCAD. AAA. Fabiano præfecto prætorio Illyrici & Italiæ.

DVdum† proximis[d] cõsortibúsque[e] concessum erat, vt extraneos ab emptione remouerent, neque homines suo arbitratu vendẽda distraherẽt. sed quia grauis hæc videtur iniuria, quę inani honestatis colore velatur, vt homines de rebus suis facere aliquid cogãtur initi:[f] superiore lege cassata, vnusquisque suo arbitratu quærere vel probare possit emptorẽ: & nisi lex[h] specialiter quasdã personas hoc facere prohibuerit. Dat. VI. Kal. Iunij Vincentiæ, Tatiano & Symmacho Conss.

*Precium rei venditæ per tertiũ arbitratorem definitum seu declaratũ cogitur emptor soluere, & non arbitrante eo nõ tenet venditio: quod etiam in locatione seruari mandatur. h.d. Vel breuius: Si precium ad tertii arbitrium committitur: illo non arbitrante contractus redditur nullus, nec à persona receditur: & illo arbitrante firmatur. Salyc. Vel sic: Si precium committatur in arbitrium vel declarationem tertii, secuta declaratione valet contractus: sed ea non secuta non valet, tanquam defecta conditione sub qua censetur contractus celebratus. nec est curandum an illi fuerit commissa declaratio tanquam amico communi, & sic fuerit habitus respectus ad personã eius: an tanquam in arbitrium boni viri, & sic fuerit habitus respectus ad id quod facere debet vel faceret bonus vir: quia non secuta declaratione, neutro casu valet contractus, nec receditur ab eius persona, vt per alium bonũ virum declaratio fiat. h.d. ista lex sing. quæ cotidie allegatur. Paul. de cast.*

XV. Imp. IVSTINIAN. A. Iuliano præfecto prætorio.

*Distrahente.* ] CASVS. Si fundum vxoris tuæ ea non consentiente vendidisti: & fingens instrumentum venditionis esse instrumentum locationis vel epistolam, vxorem tuam induxisti vt illa sigillum suum apponeret: non præiudicabit mulieri quo magis emptor tueatur: nisi sit secuta præscriptio, vel vsucapio, si res erat mobilis.

k *Non accommodasti.* licet tamen maior eras.

l *Conquisita.* quia dicebat vir se locasse: vt. ff. plus va. quod agi. l. fin. vel quia dicebat esse epistolam. & ad hoc. ff. de proba. l. cum precibus. & sume à contrario. ergo si sciuit apponendo sigillũ, videtur habere ratum. quod est no. vt. ff. de epis. & cle. l. si qua per calumniam. &. ff. rem ra. ha. l. ne satisdatio. Sed arg. contra. ff. de pig. act. l. Caius. sed hic ignorabat: ibi sciebat ius suum vbique durare.

*Venditrici.* ] CASVS. Si mulier rem tuam vendidit, & ei successisti, rata est venditio: nec reuocare poteris: & vindicanti tibi obiiciet emptor de dolo. & si hac exceptione vti noluerit, & euincas rẽ: aget aduersus te ex empto ad hoc quod sua interest, vel ex stipulatione ad duplum nomine euictionis.

m *Venditrici succedenti.* id est hæredi venditricis, qui ei succedit iure hæreditario.

n *Recte.* dupliciter potest intelligi hæc. l. nam venditrix nõ domina succedit domino rei, & sic ex sua persõna. s. nouo dominio vult vindicare. vel verius ecõtra dominus rei succedit vẽditrici, nõ dominæ. & sic secundũ vtrũq; modũ nõ domina vendidit. & secundũ casum habes. ff. de euic. l. Seia. sed primus est in. l. vindicantem. & cõstrue diuersis modis.

o *Nõ licet.* ea ratione, quia res nõ fuerat defuncti, secũdũ quosdã.

p *Defensione.* i. prædicta exceptione doli.

q *Experiri.* actione ex empto. potest etiam agere ex stipulatu ad duplum: vt &. ff. de euic. l. vindicãtem. &. l. seq. &. l. Seia. &. j. de lib. cau. l. si ab eo. & de euic. l. siue possessio. & ff. de rei vind. l. cũ à matre. & de restitu. mili. l. quæ à patre. & aliud in hærede fideiussoris, qui suo iure vindicat. j. de euic. l. fi. non autẽ ipse fideiussor: vt in eo. tit. l. exceptiõe. sed si omisit exceptionẽ sua culpa, est condemnandus: nihil ergo debet consequi: vt. ff. de euic. l. si rem. j. §. si duplæ. & de reg. iur. l. quod quis. in fi. Respon. hanc culpã non potest sibi venditor imputare, cũ ex ea lucrum senserit. i. rem: vt. ff. de iur. dot. l. cũ in fundo. §. q; si mulier. Sed si omisit exceptionẽ, & sic sciẽter reddidit, ergo nõ debet repetere: vt. ff. de cõdic. inde. l. j. quæ est contra. Sol. hic habet emptor actionem ex empto & exceptionẽ: vnde restituendo rem solùm exceptioni renũciare videtur: remanet ergo sibi actio, maxime cum sciat ius suum vbique durare: vt. ff. quib. mo. pign. vel hypo. sol. l. sicut. §. nõ videtur. sed in. l. cõtra. solam exceptionem facti vel iuris habet: quam cum soluendo perdit, nil remanet. Item & si opposuit, & non est admissa exceptio, adhuc agit: vt. ff. de euic. l. sed & si exceptio. nec potest venditor dicere pro se factam emptori iniuriam: vt. ff. de lega. j. l. si seruus plurium. §. fi.

r *Pro debitis.* mercedibus.

s *Auferre potuit.* vt &. ff. de rei vindi. l. mater.

t *Debito.* quod habet locum etiam si esses minor: vt infra de prædi. mi. l. vtere.

u *Obligata.* à patre tuo. & ad hoc. ff. si aduer. ven. pig. l. ij.

*Si fundum.* ] CASVS. Pater meus mihi emancipato fundum donauit vel vendidit. postea eundem fundum me inuito alij vendidit & tradidit: nunquid potero vindicare? Certe sic, si patri nõ successi, vel emptor non præscripsit.

x *Si fundum.* quem post emancipationem quæsisti. Vel dic aduentitium: & secundũ hoc dic secus si ante &c. Accur.

y *Post emancipationem.* secus si ante: quia tunc pater esset dominus, & sic posset alienare: vt. j. de bonis quæ liber. l. fi. §. vbi autẽ. &. §. ipsum autẽ. Vel dic idem si ante: vt. j. de bo. ma. l. j.

z *Consentiente.* aliter si te volente: vt. ff. si aduer. dona. l. ij.

a *Neque ei successisti.* aliter si successisti: vt. ff. eo. l. venditrici.

b *Munitus.* tunc enim confirmaretur alienatio: vt. ff. eo. l. j. Et sic no. casus in quibus res aliena potest alienari. Accursius.

*Nemo.*]

NEmo.] CASVS. Si rem meam tibi non obligatam, vel non habens ius distrahendi, puta ratione officij, distraxisti: mihi non præiudicasti.

a *Nemo.* priuatus. secus in fisco vel imperatore: vt. j. tit. j. l. ij. & de quadrien. præscrip. l. fi. secus in flumine, vt. ff. de acqui. rerum do. l. ergo. §. alluuio.

b *Sibi.* quia tunc potest vendere ex pacto, vel ex lege: vt. j. de iure dom. impe. l. fi. Accur.

c *Ex officio.* publico vel priuato: vt tutor, curator, executor, exactor tributorum principis, vel procurator fisci: vt. ff. de fur. l. interdum. ij. §. qui tutelam. & institu. de offic. iudi. §. fi. & ff. de euic. l. si pignora. & ff. de censi. l. forma. §. illam. & l. cũ possessor. §. pro pecunia. & idem in procuratore si haberi liberum vel speciale mãdatum: vt. ff. de procu. l. procurator cui. secus in viro: vt instit. quibus alie. licet. in princip.

† *Benefacit ad hanc l. extra de constit. ca. nam concupiscentiam. in glo. super verbo, omnia mala.*

d *Potuit.* vt & ſ. eo. l. j. & ff. de acquirẽ. rerum domi. l. traditio. sed fallit in casibus superioribus legibus notatis.

*Ancimus.*] CASVS. Quæ verbo alienationis cõtineantur, intendit dicere hæc lex: siue lex, siue testator, siue pacta cõtrahentium prohibeant alienationem fieri. Dicit ergo q̃ prohibitus alienare, dominiũ transferre non potest rei quæ alienari prohibetur, nec obligare, nec in emphyteusin dare, nec in ea vsumfruct. constituere: nisi in casibus in quibus testator, vel lex, vel contrahentium pactio alienationem fieri permisit.

*Hanc l. declara per id quod dixi ſ. eo. l. i. Bald. Vel sic: Vendens rem alienam, nõ præiudicat domino. Salycetus.*

VI. Iidem AA. Ruſo.

NEmo[a] res ad te pertinentes, nõ obligatas sibi,[b] nec ex officio[c] vendendi potestatem habens, distrahendo, quicquam tibi nocere potuit.[d]

*Prohibita alienatione simpliciter, videtur prohibitus omnis actus per quem alteri quæritur ius rei. hoc dicit. Bald. Vel sic: Si res prohibetur alienari, non solum prohibetur dominii translatio, sed pignoris obligatio, & vsusfructus aliarumque seruitutum constitutio. Salycetus.*

VII. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni præfecto prætorio.

SAncimus,[e] † siue lex[f] alienationẽ inhibuerit, siue testator hoc fecerit,[g] siue pactio contrahẽtium hoc admiserit:[h] non solum dominij alienationem,[i] vel mãcipiorum manumissionem esse prohibẽdam,[k] sed etiam vsusfructus dationẽ, vel hypothecam,[l] vel pignoris nexum penitus prohiberi. ¶ Similiq́ue modo & seruitutes minime imponi, nec emphyteuseos cõtractus, nisi in his tãtũmodo casibus, in quibus constitutionũ auctoritas,[m] vel testatoris voluntas, vel pactionum tenor qui alienationem interdixit,[n] aliquid tale fieri permiserit.[o] †

*Dominium an transferatur si res contra prohibitionem alienatur.*

e *Sancimus.* hæc lex tractat de vltima parte rubricæ, id est de prohibita &c. & enumerantur hac. l. quæ cõtinentur appellatione alienationis, siue lex, siue testator, siue pactio prohibuerit eã. non autem procedit vt quæratur an transferatur dominiũ si fiat contra prohibitionẽ: tunc enim dicas, si lex prohibeat, non: vt. ſ. de legi. & consti. l. non dubiũ. Item si à testatore, cum & eius voluntas sit lex: vt in auth. de nup. §. disponat. coll. iiij. nisi sit nudũ: vt. ff. de leg. j. l. filiusfamilias. §. diui. si vero pactio cõtrahentium prohibeat, nihilo minus trãsit. Vt enim pactũ sine traditione nõ transfert: ita & non retransfert, vel translationem nõ impedit: vt ſ. de pactis. l. traditionibus. quod sit in vltimis volũtatibus: vt de facto facta alienatione redeat dominiũ in eum quem testator voluit sine aliqua traditione: vt & ff. de lega. iij. l. pater. §. quindecim. nam & transit sine traditione. ff. de fur. l. à Titio. Alij dicunt idem in prohibitione quæ fit pacto vt dominiũ non transeat, ar. huius. l. quę hęc parificat. sed certe non in hoc parificat, sed in eo quòd cõtineantur appellatione alienationis: vt si fiat contra, agatur vel rei vindicatione, quando lex vel quando defunctus prohibuit: vel cõdictione ob causam, quando pactio: vt. ſ. de cõdic. ob cau. l. ea lege. Item pro eis. j. si manci. ita fue. alie. l. ea. sed speciale in libertate, quia postea non posset reuocari: vt. ff. de mi. l. si ex causa. §. aduersus. Vel ideo speciale: quia propter maleficia fiũt huiusmodi prohibitiones, quæ expedit puniri: vt. j. de pœnis. l. si operis. Vel ea est ratio, quia prohibita alienatione, videtur cogitatum de facto. sed prohibita manumissione, videtur cogitatũ de effectu beneficij: vt. ff. de seruis expor. l. si venditor. Alij autem vt non sit contra dictam. l. ea lege. ſ. de condic. ob cau. da. dicunt: Aut fuit cogitatum de facto, vt tunc transferatur dominium, sed agatur ad interesse. Aut de effectu transferendi dominiũ: vt tunc non transferatur dominiũ. Sed alij distinguunt vtrum in tradendo & contrahẽdo, vel vtrum in tradendo tantũ apponatur prohibitio, vt tunc non transferatur dominium: an in contrahendo tantũ, vt tunc transferatur. Et inducunt pro se quod est. ff. de act. emp. l. si tibi. & de ser. vrb. prędi. l. si binarum. sed certe ibi loquitur de quodam pacto imponendæ seruitutis, quod ante traditionem imponi nõ potest: cum sua res nemini seruiat. ff. si vsusfruc. pe. l. vti frui. Sed illud magis videtur obstare, quod est in authen. de ali. & emphy. §. sanctissimas. colla. ix. sed certe ibi non solum pactum impedit alienationem, sed generalis prohibitio legis, quę pactum coadiuuat: sicut & in alio casu: vt in authẽ. vt liceat ma. & auię. in prin. colla. viij. vbi ergo pactum non coadiuuatur, speciali lege transit dominium: vt dictum est.

*Maleficia puniri expedit.*

f *Sine lex.* vt lex Iulia fundi dotalis, vt institu. quib. alie. lic. in princip. Item super rebus minorum: vt. ff. de reb. eo. qui. l. j. Item ecclesiasticarum: vt. ſ. de sacrosanc. eccle. l. iubemus. ij.

g *Fecerit.* vt vetando quid alienari extra familiam: vt. ff. de leg. j. ij. l. cum pater. §. liber. tis. & j. de admini. tut. l. tutelam. & j. qui non pos. ad li. per. l. ij. & de testa. ma. l. contra voluntatem. & de fideicõ. missi. l. voluntas.

h *Admiserit.* quia hoc pacto vendidi, ne alienares: sicut fuit. ſ. de condic. ob cau. l. ea lege. & j. de pac. inter empt. & vendit. l. fin. & ff. de verb. sig. l. si quis promiserit. §. ea lege. Sed in hoc contra. ff. de pact. l. nemo. sed hic non dicit de effectu pacti, an valeat vel nõ sed pacto apposito, quæ comprehenduntur. an autem valeat, habes. j. de pac. inter empt. & ven. l. fi.

i *Dominii alienationem.* quod sit quocunque modo transferatur dominium: vt. j. de fun. do. l. ij.

k *Prohibendam.* à lege, cum lex: à testatore, cum testator: à pacto, cum pactio prohibuerit. Accursius.

l *Vel hypothecam.* hæ non sunt veræ alienationes, cum vsusfructus sit in re aliena: vt instit. de vsufru. in princ. & pignus in bonis debitoris manet: vt. ſ. de pig. act. l. pignus. & per contractum non emphyteuticum non dicitur fieri alienatio: vt. j. de iure emphy. l. ij. sed ex interpretatione loquitur hæc lex: vt in authen. de non alien. §. alienationis. & §. quia vero Leonis. ij. col. ij. nam verenõ est alienatio: vt. d. l. & ff. de verbo. sign. l. alienationis. & j. de fundo. l. j. & ij. Item ad pignus est argu. contra. ff. de pign. l. in quorum. Solue vt ibi. Vel dic quòd appellatione alienationis continetur pignus: vt hic, sed appellatione venditionis non: vt ibi. P. ADDITIO. Bart. ibi dicit, aut res prohibetur vendi vel alienari: tunc non potest obligari, vt hic. Ratio est, quia per obligationem peruenitur ad venditionem pignoris: vt. l. ij. & iij. ff. de distra. pign. sicut ergo prohibetur venditio, ita & eius præambulum: vt. l. oratio. ff. de spon. Quandoque prohibetur persona emere res, non autem prohibetur res vendi: tunc ille non impeditur pignori accipere. casus est in. d. l. in quorum. in gl. alle. Ratio, quia licet accipiat pignori, per hoc non conuenit vt ipse accipiat sibi in solutum, vel in emptionem, sed quòd alij vẽdat pro suo debito: quod non est prohibitum. hoc tamen limita singulariter vt per Bartho. hic.

m *Auctoritas.* quę permittit rem dotalẽ, si mulieri expedit, alienari: vt. ff. de iure dot. l. fi. Itẽ rem ecclesiasticũ: vt. ſ. de sacrosan. eccle. auth. hoc ius. Item rem minoris: vt. j. de prædi. mi. l. ob æs.

n *Interdixit.* scilicet generaliter.

o *Permiserit.* scilicet specialiter in aliqua persona vel casu.

## TITVLVS LII.

## DE COMMVNIVM RERVM alienatione.

*Qui vendit rem communem, non præiudicat consorti, nisi secuta vsucapione vel præscriptione: quo tamen casu in subsidium tenetur ad partem precii. h. d. Bald. Vel sic: Vendens rem cõmunem non præiudicat socio quin partem suam possit vindicare, nisi res sit vsucapta vel præscripta: & tunc contra socium potest agere ad precium. Salyc.*

I. Imp. ANTON. A. Apollodoro.

SI nulla vsucapionis prærogatiua, vel diuturni silentij præscriptio emptorem possessionis[p] quam à

p *Possessionis.* & rerum mobilium quæ in ea erant, propter quas mentionem facit de vsucapione. Vel quod dicit de possessione, & ad mobilem rem & ad immobilem potest referri. Accursius.

DE COMMVNIVM RERVM alienatione.

*Si nulla.*] CASVS. Si duo cohęredes rem habeãt cõmunem, & vnus in solidũ eam vendat cohærede ignorante: an partem suã vindicare possit? Distinguitur: aut emptor præscribit, aut nõ. si sic, nõ potest. & hoc in prima. & hęc sunt vera non solũ in emptore & cohęrede, sed & i hęrede emptoris, & hęrede cohęredis.



BIU Cujas

cohæredibus patrui tui [a] distractam suggeris, pro portione tua munit:in rem actio [b] incolumis perseuerat. at si receptum ius [c] securitatem emptori præstiterit:arbitrium [d] est tibi liberum conueniendi eos, qui pro portione tua satis illicitam venditionem celebrauerunt.

*Ratione cõmunionis potest fiscus totam rem efficaciter vendere: secus in priuato, etiam si precium in fisci vtilitatem conuertat.hoc dicit.Bald.Vel sic:Si fiscus rem cõmunem vendat,præiudicat socio:non si priuatus vendat:licet emptor de voluntate venditoris fisco precium soluat.Salyc.*

II. Idem A. Terentiano.

MVltum interest vtrum cohæredes tui [e] possessionẽ communem distraxerũt:an vero fiscus cũ partis dominus esset,soliditatem iuxta proprium priuilegium [f] vendidit.Etenim si à fisco facta sit vẽditio:fidem eius infringi, minime rationis est.Si vero cohæredes soliditatem vendiderunt: licet emptor ab his delegatus partem precij fisco soluerit, [g] alterámque in cautionem deduxerit : tamen portioni tuæ ea venditio non potest obsistere.

*Quando aliqua communia sunt pluribus vt singulis:vnusquisq; per se habet partis suæ alienandæ liberam facultatem. h.d. Bald.Vel sic: Pars rei cõmunis potest vendi etiam extraneo ante intentatum iudicium communi diuidundo.Salyc.*

III. Impp. DIOCLETIAN.& MAXIMIANVS.AA. Eusebio.

FAlso tibi persuasum [h] est,cõmunis prædij portionẽ pro indiuiso, antequam communi diuidundo [i] iudicium dictetur, tantùm socio,non etiam extraneo posse distrahi.

*Alienatio pro parte nõ valet. hoc dicit. Bald.Vel sic:Miles partem rei suæ alienatæ potest vindicare: sed nõ socii partẽ etiam si pro illa offerat precium.Salyc.*

IIII. Iidem AA. Vlpiano militi.

POrtionem quidem tuam [k] militantis frater tuus alienare non potuit. eius [l] autem partem precio [m] soluto tibi restitui postulare,nec militari gratuitati conuenit. [n]

*Vbi res pro parte euincitur,pro parte debetur euictio.hoc dicit.Bald.Vel sic: Euicta etiam rei parte, emptor qui ignoranter emit,agit ad interesse:licet sibi non prospexerit de euictione.Salycetus.*

V. Iidem AA. & CC. Olympiano.

SI maior annis vigintiquinque veluti propria nescienti [o] cõmunia cum fratribus tuis prædia distraxisti: licet nullum instrumentum intercesserit,nec quicquam specialiter cõuenerit: [p] alienæ portionis euictione secuta, quanti interest, emptori [q] solues.

*TITVLVS LIIII.*

REM ALIENAM GERentibus non interdici rerum suarum alienatione.

*Ratione officii male gesti non interdicitur venditio: sed cum sua causa res transfertur.hoc dicit.Bald. Vel sic : Tutores vel curatores administratione durante non prohibentur res suas alienare, nec ea finita : licet sint ex ea causa iam condemnati. Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Publicæ.

NOn est interdictũ tutoribus vel curatoribus, [r] etsi ex eo titulo iudicati debitores sunt constituti,cum sua causa [s] res suas alienare.Potuit ergo curator tuus fundum suum cum suo onere [t] obligare fisco nostro. nam & priuato potuisset. [u]

*TITVLVS LIIII.*

DE PACTIS INTER emptorem & venditorem cõpositis.

*Propter moram ex pacto emptor arras perdit, & rem traditam restituere tenetur. hoc dicit. Bald.Vel sic: Pactum vt emptor Tutori periculosum est cõtrahere of ficio deposito antequã ratione reddiderit.*

---

a *Patrui tui.* patruo hic successit : qui patruus successerat cum quibusdam aliis cuidam alij : cum quibus cohæredibus patrui nõ erat hæc res communis huic.

b *In rem actio.* quę quidem longo tempore tollitur:vt.j.in qui. cau.cess.long.temp.præscrip.l.hæreditatem.Sed contra in eo.tit. l.vnus.sed ibi solui.

c *Ius.* id est vsucapio vel præscriptio.

d *Arbitrium est.* supple vel non conuenien di, & dic actione negociorum gestorum in subsidium : vt.ŝ. titu. j. l.j. & hoc si pro parte potuit expedirit:aliàs familiæ erciscundæ:vt.ŝ. de neg.gest.l.si ab vno. & dixi.ŝ.fami.erciscun. l.in familiæ.

*Vltũ.*]CASVS. Inter duos casus ponit hęc lex differentiam : cum quis habet rem communem cum aliquo, aut cum priuato, aut cum fisco. Primo casu, si priuatus rem cõmunem vendat priuato, non præiudicat quo minus eã rem vindicet. Secundo casu, si fiscus vendat : rata manet venditio propter priuilegiũ fisci.vnde in primo casu licet emptor à priuato delegetur,vt fisco parté soluat,vindicet.

e *Tui.* priuati.

f *Proprium priuilegiũ.* quod est vt occasione modicæ partis totum possit vẽdere. vel quia melius vẽdit suam partem : vel quia indiuidua est : vt.j. de vend. re.com.l.j.l.x.Si autem nullam habet ibi partem, aut suam credit, tunc habet locum.j. de quadrien.præscrip.l.fina.Si sciat alienam, nõ puto quòd præiudicet domino. nam si ideo præiudicat, quia partẽ habet: ergo si partem non habet, non præiudicat.

g *Soluerit.*& ita videbatur conueniens venditionem nõ posse infringi : quia præcium fiscus habet:vt.ŝ. sed tamen secus est: vt.ff. de vsuris. l. cum quidã.§. si debitores.&.ff.de iure fisc.l.fiscus.

*Also.*]CASVS. Si habebam rem communem cum Titio: an alij quàm Titio partem meam pro indiuiso antequam diuidatur possim vendere,quæritur?Respond.quidam quòd non: sed male persuasi erant.

h *Persuasum est.* vt.ŝ. de contrahen.empt. l.dudum.&.j. de iur. do.l.ante diuisionem.Accursius.

i *Antequam communi diuidundo.* post acceptum namque iudicium,sociis non consentientibus,alienare prohibetur:vt.ŝ.communi diui.l.j.sed in familiæ erciscundæ etiam post motam controuersiam:quia simile est petitioni hæreditatis:vt.ff.de peti.hære.l.duus.&l.sed & si lege.§.si ante litem.

*Portionem.*]CASVS. Si habebam rem communem cum milite,partem suam alienare non possum.

k *Tuam.* id est tui.

l *Eius.* scilicet fratris non militis.

m *Precio.* quia tua contentus esse debes.

n *Grauitati conuenit.* vt &.ŝ.communia vtriusq; iudi.l.si fratres. & arg.ŝ.de rescin.vend.l.ratas.

*Si maior.*]CASVS. Si prædium mihi & tibi commune, Titio credenti tuum proprium vendidisti: parte mea euicta, licet de euictione nihil conuenerit,emptori ad interesse teneberis.

o *Nescienti.*quia si sciuit, non tenetur aliqua actione: vt.j. de euict. l.si fundum. nisi stipulatione prospexerit: vt ŝ.communia vtriusque iudi.l.si fratres.&.ff. de doli excep.l.apud Celsum.§. item Labeo scribit. Alij dicunt etiam scientem agere, saltem ad precium, per.l.ff. de act.empt.l.ex empto.§. qui autem. quod non placet. & in alio casu ibi loquitur.

p *Conuenerit.* agitur ergo de euictione,licet non cõuenerit:vt.j. de euic. l. non dubitatur. &.ff.de euict.l.ij. & facit.ŝ.de contrahẽ.emp. l.non idcirco.

q *Emptori.*scilicet cõuentus actione ex empto pro euictione.Accursius.

*REM ALIENAM gerentibus &c.*

*Sed tamen tutor conducere vectigal à fisco nõ debet:vt.j.ne tutor vel cu. vec.con.l.i.*

*Non est.*]CASVS. Tutor vel curator finita tutela vel cura à pupillo conuentus & condemnatus ex mala administratione tutelæ in.c. an res suas distrahere possit, quæritur? Respond. quòd sic : sed cum sua causa, scilicet pignoris. Tacite enim sunt pupillo obligatæ : & obligare potest tam fisco, quàm priuato, cum sua tamen causa.

r *Vel curatoribus.* & multo minus procuratoribus, qui priuatum habent officium.

s *Sua causa.*scilicet pignoris.Sunt enim tacite obligata pupillo & adulto:vt.j. de admin.tuto.l.pro officio. & quod dicit de alienatione, idem est de obligatione:vt subiicit.

t *Onere.* vt &.ff.de iure fisc.l.res.§.j.&.j.de distra.pign.l.si debitor.&.ff.de contrahen.emp.l.alienatio.

u *Potuisset.* vt &.ff.qui po.in pig.ha.l. si pignus. si tamen depositio officio tutor antequam rationem reddat, cum fisco contrahat,tenetur.l.Cor.de falsis,si adhuc viuit ille cuius tutela est administrata vel cura:nõ aliàs:vt.ff.de fal.l.j.§.tutores.Sed si cũ priuato,tenetur crimine stellionatus,quod subsidiarium est:vt.ff.de cri.stel.l.iij.§.fi.&.ff.de pig.act.l.tutor.§.fi.& cõcor.ff.de ac.empti.l.si hęres. &.j.de his qui in prio.cre.lo.suc.l.si potiores.Acc.

*DE PACTIS INTER EMPTOREM & venditorem &c.*

*Quia in vẽditionib' varia apponũtur pacta:ideo de his dicit,vel ponit.*





FAddel.l.ff de fun fisc.l. bona ff
D.Sc.Vell. v. ht. de Cdyg. fisc. Idem
si in fidei fam. mafc. Cdyg. tam mob.

BIU Cujas

i *Si ea.*] CASVS. Vendidisti mihi prædium ea. l. vt si statuto tempore preciũ non soluerem, arras quas dedi, amitterem, & rem tibi restituerem: an valeat talis pactio, quæritur? Respó. quòd sic.

a *Arras perderet.* in hoc facit. ff. de leg. cõ. l. de lege. & potes hic dicere distinctionẽ pactorũ, quam no. ſ. de pactis. l. in bonæ fidei.

b *Pertineret,* id est restitueretur tibi. similis expositio ponitur. j. de dona. ante nupt. l. si cũ ante nuptias. & j. de iure do. l. etiam si non. & est ad hoc. ſ. de transac. l. si super. Et sic patet quòd non est pactum. l. commissoriæ, vbi ipso iure redit dominium: sed fit per hęc verba, res sit inempta: vt &. j. eodem. l. commissoriæ.

c *Seruanda est.* per actionem ex vendito informatam, vel præscriptis verbis: vt. j. l. proxi. & eundem casum habes. j. l. iij. Item facit. ſ. de condic. ob cau. l. ij. &. ff. de leg. com. l. fin.

*Si fundum.*] CASVS. Pater tuus vendidit Titio fundum hoc pacto: vt quandocunq; pciũ sibi refunderet, vel hęres, vel intra certa tẽpora, restitueret ei fundum, offerente te, qui es hæres patris, pecuniam. si Titius vel hæres eius fundum non restituat, agere potes præscriptis verbis vt fides seruetur.

d *Ea lege.* i. pacto. Et no. quòd nec hic est pactum. l. commissoriæ.

e *Siue hæredes.* hoc nõ fuit necesse dici: vt. ff. de proba. l. si pactum.

f *Restitueretur.* scilicet fundus.

g *Téque parato.* scilicet venditore, vel hærede venditoris.

h *Ex vendito.* informata. Accursius.

i *Dabitur.* sic ergo nota duas actiones dari ex hoc pacto incontinenti apposito: vt &. j. de præscrip. ver. l. rebus. & de donatio. l. legem. & de iur. do. l. auia. &. ff. de actio. empt. l. si sterilis. §. si tibi. &. j. quando dec. opus non est. l. j. &. ff. de præscrip. verb. l. si vir. &. ff. de contrahen. emp. l. qui fundum. in vlti. col. &. ff. de pac. l. iurisgentium. §. sed cum nulla.

k *Oblatam.* & consignatam, & depositam: vt. j. eod. l. si à te. &. ff. de lege commiſſ. l. fin.

l *Peruenerunt.* ad hoc est. ff. de lege commiſſ. l. si fundus. in princip. &. l. lege.

*Qui ea lege.*] CASVS. Prædium mihi vendidisti, & partem precij solui hoc pacto, vt si intra annum residuam partem precij non offerrem, quòd prędiũ ad te reuerteretur. si non soluti vt conueni, an rei vindi. habes pro prædio, quæritur? Respon. q̃ non, sed actionem personalem ex vẽdito, quia transtulisti dominiũ: nisi precario possessionẽ vsq; ad id tempus mihi tradidisses: quo casu cõpetit tibi in rẽ actio, quia apud te dominiũ remãsit.

m *Qui ea lege.* nec hic fuit pactum legis commissoriæ.

n *Tradidit.* sed pure. sin autem precario tradidisset, dominium apud se retinuisset: vt. ff. de preca. l. & habet. §. cum quis.

o *Vindicationem.* quia verbis legis cõmissoriæ non est vsus, scilicet q̃ esset res inempta. tũc enim bene vindicaret: vt. j. l. proxi.

*perdat arras, & rem restituat, si intra tempus conuentum non soluat precium: est seruandum. Salyc.*

I. Imp. ANTONINVS. A. Diotimæ.

SI ea lege prædium vendidisti, vt nisi intra certum tempus precium fuisset exolutũ, emptrix arras perderet, [a] & dominium ad te pertineret: [b] fides contractus seruanda est. [c]

*Valet pactum de re retrouendẽda, & ex morę veniunt fructus. hoc dicit. Bald. Vel sic: Pactum vt emptor rem restituat si intra certum tempus precium ei offeratur, est validum: & ex eo datur actio precium offerenti, & consignati: & habetur ratio fructuum perceptorũ post obligationem. Salyc.*

II. Imp. ALEXANDER. A. Charisio.

SI fundum parentes tui ea lege [d] vendiderunt, vt siue ipsi, siue hęredes [e] eorum emptori precium quandocunque, vel intra certa tẽpora obtulissent, restitueretur, [f] téque parato [g] satisfacere conditioni dictæ, hę res emptoris non paret: vt contract' fides seruetur, actio præscriptis verbis, vel ex vẽdito [h] tibi dabitur, [i] habita ratione eorum quæ post oblatam [k] ex pacto quãtitatem, ex eo fundo ad aduersarium peruenerunt. [l]

*Valet pactum vt res ad venditorem reuertatur, si residuum non soluatur. Bald. Vel sic: Tradens fundum vt precio intra certum tempus non soluto, ad se reuertatur: ex vendito habet actionem, non rei vindicationem. Salyc.*

III. Idem A. Felici militi.

QVi ea lege [m] prædium vẽdidit, vt nisi reliquum precium intra certum tempus restitutum esset, ad se reuerteretur: si non precariam possessionem tradidit, [n] rei vindicationem [o] non habet, sed actionem ex vendito.

*Qui elegit viam contractus, non potest reassumere viam pœnitentiæ & distractus. hoc dicit. Bal. Vel sic: Pacto legis commissoriæ non potest vti, qui precium vel eius vsuras maluit sequi. Salyc.*

IIII. Idem A. Iuliano.

COmmissoriæ venditionis legem exercere nõ potest, qui post præstitutũ precij soluendi diem, nõ vindicationẽ [p] rei eligere, sed vsurarum [q] precij petitionem sequi maluit.

*Vsuræ ex pacto, veniunt ex pacto. Vsuræ ex mora, veniũt ex mora. Bald. Vel sic: Vsuræ deductæ in pactum iuxta cõtractum incontinenti appositum, iure actionis debentur: non si pactum sit ex interuallo appositum: quia tunc non ex pacto, sed iudicis officio tantum debentur ex mora. Salyc.*

V. Imp. GORDIANVS. A. Longino.

INitio venditionis si pactus es, [r] vt is cui vendidisti possessionem, precij tardius [s] exoluti tibi vsuras pensitaret: non immerito existimas etiam eas tibi, adito præside prouinciæ, ab emptore præstari debere. Nam si initio contractus non es pactus: si cœperis experiri deberi ex mora duntaxat [t] vsuras: tam ab ipso debitore, quàm ab eo [u] qui in omnẽ [x] causam empti suam fidem adstrinxit, de iure postulabis.

*Si non seruatur substantiale pactum, rescinditur quicquid est actum. Substantiale est, quod causam contractui dat. Bald. Vel sic: Si non impleatur id propter quod fundus exiguo precio venditus fuit, potest venditor illum petere sibi restitui cum fructibus. Salycetus.*

*Non vindicationem.* potest ergo vindicare: vt hic, &. ff. de rei vindi. l. si quis hac. & de lege commiſſ. l. fin. Sed contra. ſ. de pactis. l. tra ditionis [b]. &. ff. de pac. l. ab emptione. in fin. vbi dicit, nudis pactis non transferri dominium. Sed die speciale in pacto. l. commissorię. [a] Item no. non esse licitum variare: vt. ff. de l. post diem. &. l. de le ge. in fin. & de minor. Aemilius. Item not. quilibet suo priuilegio potest renũciare. ſic. ff. de pac. l. penul. Item qui elegit vnum ex cõ trariis, alij renunciasse videtur: vt. ff. de inoff. te sta. l. mater.

*Vsurarum.* expecto incontinenti appoſito debitarum, vel ex mora: vt. j. l. proxi. & facit ff. de dona. cau. mor. l. si mortis. ij. &. j. de iur. do. impe. l. ij.

*INitio.*] CASVS. Vẽdidisti mihi prædiũ hoc pacto, vt statuta die precio non soluto, tenerer tibi ad vsuras. si nõ soluo vsuras, soluere cõpellendus sim. & hoc in prima. Si vero in initio contractus hoc non pepigisti: ab eo tempore quo fuero in mora, venient vsuræ: & tam à me, quam à fideiussore meo eas petere poteris.

*Si pactus es.* incontinenti, etiam citra stipulationem: vt. ff. depositi. l. Publia. §. Lucius. & ſ. de pac. l. in bonæ fidei. secus in fœnebri pecunia, in qua nõ debentur vsuræ sine stipulatione: vt. ſ. de vsur. l. quanuis. j.

*Tardius.* à die contractus, puta dabis mihi precium & vsuras vsque dum illud solueris.

*Duntaxat.* scilicet cum nec fructus perceperit: vt. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. ex vendito. nec minor est cui debetur: vt &. ſ. de act. emp. l. curabit. &. ſ. in quibus cau. in integ. resti. non est ne. l. in minorum. Et not. quòd hoc casu officio iudicis petuntur: vt ſ. depositi. l. iiij. sed superiori iure actionis ex eo contractu, vel præscriptis verbis: vt. ſ. eod. l. ij.

*Ab eo.* scilicet fideiussore.

*In omnem.* vt &. ff. de vsur. l. si quis solutioni. §. j. &. ſ. man. l. post. Et dic idem si simpliciter fideiusserit, ac si in omnem causam vt plene habes nota. ff. locati. l. quæro. in princip.

*CVm te.*] CASVS. Vendidi tibi prædium pro. x. quod valebat. xx. hac. l. vt si per patriam tuam contingeret me transire, quòd tu honorifice me reciperes: transiui, & nõ recepisti me, sed te abscondisti. volo agere ex vendito, vt rem mihi restituas, quia hoc conuenit forte: vel quòd aliàs non essem distracturus, nisi fecisses quod conuenit: ideo minori precio vendidi. an rescindere venditionem possim, quæritur, Respon. q̃ sic, refuso tibi precio quod

BIU Cujas

quod dedisti: quia precio refuso, nullam videris passus iniuriam.

a *Cum te.* pone sic casum. Dabo tibi fundum pro centum, si dederis mihi equum.

b *Contemplatione.* dante causam contractui.

c *Fraudi.* id est damno.

d *Quandò.* pro quia.

e *Conueniat.* immo videtur ad interesse tantum agi: vt. ſ. de rescind. vendit. l. ea cõditione. quæ est contra. Sol. hic duo conuenerũt vt aliquid fieret: quod si nõ fieret, quòd res restitueretur: ibi vnum tantum. Vel verius hic causam dedit contractui hęc cõuentio: quia aliàs non erat contracturus: ibi sic.

f *Perficiet.* id est præcipiet per actionem ex vendito: vt ar. ff. de cõtrahen. empt. l. hæc venditio. §. fin. & l. sed Celsus. §. j. & l. fundi partem. & ſ. de contrahẽ. emp. l. si non donationis. & j. de dona. l. legem. vel per cõdictionem ex hac. l. non autem per condictionem ob causam, quæ in contractibus nominatis locum non habet: vt. ff. de condic. cau. data. l. fin. Accusius.

*Si à te.* ] CASVS. Vẽdidisti mihi prędium hoc pacto, vt si statuto die, puta intra annum, precium mihi redderes, quòd esset inemptũ: an possis impetrare rescriptum, vt in longius tempus liceat soluere? Respond. nec concessum tenet. Si vero nolui recipere oblatum à te precium: offeres, depones, & consignabis. Viuianus.

g *Soluta.* id est reddita à vẽditore emptori.

h *Petis.* tu venditor. petebas enim vt quod tibi licebat vsque ad annum, posses facere vsque ad biennium, scilicet reddere pecuniam, & recipere rem. & sic est contra. ſ. de preci. impe. offe. l. quotiens. Sol. hic ad actionẽ petebat: ibi ad exceptionem. Vel hic magnum, ibi paruum tempus petebatur. Vel hic noluit princeps indulgere.

i *Contra fraudem.* emptoris nolentis recipere quod debet: vt hic, & j. quando decreto opus non est. l. j. occurritur dico per oblationem & consignationem & depositionem: vt hic, & j. de iur. emphy. l. ij. in fin.

*Tempore.* ] CASVS. Pacta quę inter emptorem & venditorem tempore contractus incontinẽti ante vel post apposita sunt, vt quòd fideiussorem mihi dares nomine euictionis, obseruanda sunt: nisi vt recedi possit, postea conueniat.

k *Tempore.* id est incontinenti ante vel post: vt. ſ. de pactis. l. petens. & l. in bonæ fidei. & ff. de pactis. l. in emptionibus. & l. iurisgentium. §. quinimo. & ſ. de rebus alie. non alien. l. fina.

VI. Imppp. CARVS, CARINVS & NVMERIANVS AAA. Rimulo.

CVm te[a] fundum tuum certæ rei cõtemplatione[b] inter vos habita, exiguo precio in alium transtulisse commemores: poterit tibi ea res non esse fraudi: [c] quandò [d] non impleta promissi fide, dominij tui ius in suam causam reuerti conueniat. [e] Et ideo aditus competens iudex, fundum, cuius mentionem facis, restitui tibi cum fructibus suis sine vlla ludificatione sua auctoritate ꝑficiet: [f] præcipue cum & aduersa pars receptis nummis suis nullã passa videri possit iniuriam.

*Dilatio quæ vim contractus perimit, non potest concedi per rescriptum in forma communi impetratum. si autem non perimit, sed prorogat, sic. Bal. Vel sic: Pactum quòd res sit inempta precio reddito, est validum, nec tollitur rescripto. & contra se subtrahentem, sufficit oblatio & depositio. Salycetus.*

VII. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. Musæo.

SI à te comparauit is cuius meministi: & conuênit, vt si intra certum tempus soluta [g] fuerit data quantitas, sit res inempta: remitti hanc conuentionem rescripto nostro non iure petis. [h] ℣ Sed si se subtrahat, vt iure dominij eandẽ rem retineat: denunciationis & obsignationis depositionisq; remedio contra fraudem [i] potes iuri tuo consulere.

*Illa conuentio rata habetur, quæ tempore contractus celebratur, nisi postea resoluatur. Bald. Vel sic: Pacta sunt seruanda, nisi contrario pacto tollantur. Salyc.*

VIII. Iidem AA. & CC. Auxanoni.

TEmpore[k] contractus inter emptorem & venditorem habitam cõuentionẽ, integram seruari, si ab ea posteriore pacto[l] non recedatur, certum est.

*Valet pactum quòd in loco vendito non possit monumentum construi, vel capella ædificari, quia prope monumentum & ecclesiam sæpe conuersantur inimici. Bald. Vel sic: Pactum ne in re tradita monumentum extruatur, vel ne iuri humano eximatur, est seruandum. Salyc.*

IX. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

SI quis ita paciscatur in venditionis vel alienationis [m] contractu, vt nouo domino[n] nullo modo liceat in loco vendito, vel alio modo sibi concesso, monumentum extruere, vel alio modo humano iuri eum eximere: [o] sancimus, licet hoc apud veteres dubitabatur, tale pactum ex nostra lege esse fouendum, & immutilatum permanere. [p] Forsitan enim multum eius intererat, ne ei vicinus non solum quem nollet, aggregaretur, [q] sed etiam pro quo specialiter interdictũ est. Cum etenim venditor, vel alter alienator non alia lege ius suum transferre passus est, nisi tali fretus [r] conuentione: quomodo ferendum est, aliquam captionem ex varia pati eum interpretatione?

*TITVLVS LV.*

## SI SERVVS EXPORTANDVS VENEAT.

*Emptor serui exportati potest eum manumittere antequam veniat contra pactum, non post: & tamen contrauenies, fisci seruituti subiicitur: quia ad fiscum pertinet delicta punire. vnde omne delictum fiscum habet vltorem. Bald. Vel sic: Seruus venditus exportandus (& sic, ne certo loco moretur: aliàs liceat venditori manus iniicere) potest exportatus (& sic non rupta fide conuentionis) manumitti, & tunc manumissus ad locum prohibitum non potest accedere: aliàs in seruitutem deducitur, & à fisco vindicatur. ante tamẽ manumissionem, si sit contrà factum, habet dominus manus iniectionem. Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Petroniæ.

LEge vẽditionis exportata [s] mancipia sub denũciatione [t] manus iniiciendæ, tamen imperator valere. potest enim tua interesse ne sit monumẽtum, ne occasione monumenti, inimici tui veniant ad domum tuam, quæ iuxta fundum illum est: vnde vãlebit pactum.

m *Vel alienationis.* scilicet alterius. nã & venditio alienatio est.

n *Nouo domino.* id est emptori.

o *Eximere.* scilicet dedicando.

p *Permanere.* immo duabus rationibus videtur non valere. Prima: quia non interest per. l. ff. de pact. l. nemo. quæ est contra. sed hic valet pactũ, vt possit agere ad interesse, si contra fiat: alienatio tamen valet: vt ibi. Vel hic in contractu: & sic in re quæ erat tradentis, ibi non. Secunda est: quia hic non fuit stipulatio: vt. ff. de relig. l. quòd si locus. quę est contra. Sol. hic erat locus purus: ibi iam religiosus, vel religioni destinat[u]. Vel hic corrigit, vel hic fuit stipulatio. Sed an agetur ex hac stipulatione vel pacto? Quidam quòd nõ, cum pecuniariter non interfit. sic & aliàs ex inutili stipulatione nõ agitur: vt. ff. de verbo. obliga. l. Titia. quod non placet: immo pecuniariter potest interesse propter frequẽtiam hominum, vel aliquorum inimicorum qui ad locum illum venirent. & hoc subiicit, forsitan enim, &c.

q *Aggregaretur.* quod esset quando pactũ fuisset de non alienando.

r *Fretus.* tali casu repetet rem actione ex vendito, reddito precio: vt. ſ. eod. l. cum te. non rei vindicatione: vt dixi. ſ. de rebus alie. non alie. l. fin.

*SI SERVVS exportandus veneat.*

*Specialia quædam pacta fiunt in venditionibus seruorum: ideo de his dicit.*

*Lege venditionis.* ] CASVS. Seruum mihi vendidisti hac. l. vt exportaretur intra annum: & nisi exportaretur, quòd liceret tibi manumittere. ante tempus eum manumisi, tenet manumissio: sed elapso tempore nisi exportetur, redigetur in seruitutem: & fisco applicabitur. Si vero non manumisi, nec exportatus est, manus iniectio non denegatur.

s *Exportata.* id est exportanda. sic. ſ. de legi. & constitu. l. j.

t *Denunciatione.* id est conuentione.



A l *Pacto.* vt. ſ. de pactis. l. pacta. & argu. ſ. de vsur. l. aduersus. & l. quanuis. Accursius.

*Si quis.* ] CASVS. Vendidisti mihi prædium hoc pacto, ne liceret mihi in eo facere monumentum: an valeat tale pactum, quæritur? Respon. quòd licet olim dubitaretur an valeret: dicit

B

C

D

a *Antequam fides.* postea non: vt. j. eo. l. ancilla.
b *Vindicantur.* recidunt ergo in seruitutem, & ipso iure facto dominio fisci vindicat fiscus, vt & tacitum fideicommissum: vt. j. ad leg. Falc. l. etiam.
c *Eadem lege.* Nam si fiscus vendat, simili pacto vendet, vt in loco prohibito nó moretur. Sed si permissu emptoris qui emit à fisco, moratur in loco prohibito, cui datur manus iniectio, primo venditori, an fisco? Videtur quòd fisco. alius enim homo videtur, cũ toties sit mutatus: vt. ff. de sol. l. qui res. §. areã. Sed Io. & Azo dicunt quòd primo véditori: & sic si per plures manus ambulauerit, semper prior est potior: sicut & in lege de seruo non prostituendo dicitur: vt. ff. eo. l. si Titius. & de contrahen. empt. l. si quis sub hac. cum nó eius voluntate peruenerit ad libertatem, sicut nec perditur condictio furtiua. ff. de condic. fur. l. & ideo. sed cessauit ad tẽpus actio: vt d. l. qui res. §. aream. & de verb. obli. l. inter stipulantem. §. sacram.
d *Veniunt.* ad fiscum.
e *Exceperunt.* vel excepisse intelligũtur: vt j. eo. l. fina.
f *Ante.* id est fracta fide, quòd in locis prohibitis non moretur.
g *Denegatur.* ipso iure ex pacto redeunte dominio in venditorem, sicut in pacto. l. commissoriæ, secundum H. vel demum manu iecta, secundum Io. & Azo. vt. j. l. proxi. in princip.

†aliàs, morãte, in qua empta, & manumissa est.

Si vt.] CASVS. Vẽdidi tibi seruum vt exportaretur, salua mihi manus iectione, si non exportaretur: eũ non exportasti. manus iiiciam. si vero non reseruaui mihi manus iectionem, sed sum stipulatus pœnam si nó exportaretur: petã pœnam, & seruus confiscatur. & hoc verum est, nisi domini voluntate in loco prædicto moram fecerit.
h *Vti potes.* si contra legem factum sit: vt. s. l. proxi. in fi.
i *Omisisti.* iectionem manus.
k *Commissus est.* si contra factum sit, ad quem fiscum spectat punire delicta, & succedere delinquentibus: vt. ff. de iure fisc. l. Lucius. Venditor autem vtrunque habere nõ potest, nisi hoc actum esset, vt haberet pœnam & seruum: vt. ff. de transac. l. qui fidem. & ff. de except. do. l. apud Celsum. §. Labeo. & s. titu. j. l. j. Item caue: quia dicit, stipulatus. nam si tantum pactus esset de pœna, licet incontinenti, non valeret, nisi sua interesset: quod non inspicitur interfit sua vel non, quando stipulatio interuenit: vt hic, & ff. eod. l. seruus.
l *An domini.* quondam. renunciare enim suo iuri potuit. ff. de pactis. l. pactum. Vel dic præsentis scilicet. nam si sine eius voluntate moretur, non committitur pœna: vt. ff. eod. l. j. & l. si Titius.
m *Voluntate.* pœnitentia ductis.

libertatem ab emptore, vel qui succesit in locum eius, antequam fides[a] rumpatur, accipere possunt: ℣ Quæ tamen à fisco post manumissionem vindicantur,[b] & in perpetuam seruitutem eadẽ lege[c] veniunt,[d] cum in his ciuitatibus conuersantur, quas cõtrahentes exceperũt.[e] ℣ Ante[f] manumissionem vero iniiciendæ manus facultas non denegatur,[g] atque ideo non peruntur in publicum.

*Pœna conuentionali debet quis esse contentus: legalis autem applicabitur fisco. & qui consentit, pœnam remittit: nec etiam fiscus petit. Bald.*

II. Iidem AA. Nedieno.

SI vt manus iectionẽ haberes, cauisti tibi: iure tuo vti potes.[h] Quòd si hoc omisisti,[i] & pœnam stipulatus es: homo quidem fisco commissus est[k], tu vero nactus es ex stipulatu actionem. In omnibus tamen quæritur, an domini[l] voluntate[m] in locum prohibitum venerit.

*Contra pactum ancilla manumitti non potest. Bald. Vel sic: Vbi solum pactum de exportãdo interuenit, solus fiscus agit. Saly.*

III. Imp. ALEXADER. A. Nonio.

ANcilla quæ exportanda[n] veniit, nec exportata est, sed ab emptore in eadem ciuitate morante, † empta & manumissa est: aduersus legem venditionis libera fieri non potuit: & ideo aditus à te[o] procurator meus, partibus suis fungetur.

*De triplici motu animæ loquitur: nam anima mouetur admiratiue: & iste fuit primus secundum huius legis ordinem. Secundo mouetur punitiue, & iste fuit secundus motus. Tertio mouetur præsumptiue: & iste est tertius motus. Bald. Vel sic: Dicenti se venditum à seruis propriis, licet ab emptore manumissus, non creditur, nisi per eum sic esse probetur. Salycetus.*

IIII. Idem A. Papiæ.

MOueor,[p] quòd te à seruis tuis dominum eorum veniisse affirmas sub ea lege, ne in patria moreris, & ab eo cui te emptor prior vendiderat, manumissum esse dicis. Quare competens iudex aduersus eum[q] quem præsentem esse dicis, cognitionẽ suam præbebit: & si veritas accusationi aderit: execrabile delictum in exemplum[r] capitali pœna vindicabit. Sed quoadusque probaueris quæ intendis, status tuus esse is videtur, qui in te post manumissionem deprehenditur.[s]

*Odiosum pactum imputatur extensiue: & patria sua debet cuilibet esse maior omni alia patria. Bald. Vel sic: Cui ex pacto interdicitur ciuitas sua, interdicitur etiam Romana. & cui interdicitur certa prouincia, interdicitur etiam tota Italia. Saly.*

V Idem A. Seraphiano.

QVi exportãdus à domino de ciuitate sua venit, nec in vrbe[t] Roma morari debet: qui autem de prouincia certa, nec in Italia.[u] Si itaque contra legem cõstitutam factum probare potes: vtere iure quod propterea tibi competit.

*TITVLVS LVI.*

## SI MANCIPIVM ITA venierit, ne prostituatur.

*Vendita ne prostituatur: si contra fit, redit ad venditorem: nisi cõsenserit eam prostitui. nam tunc fit libera. & si primus emptor non prostituit, sed secundus vel tertius: res redit ad primum, non ad immediatum venditorem. Bal. Vel sic: Si ancilla est vendita eo pacto ne prostituatur (aliàs venditori liceat eam abducere, vel manus iniicere) ea prostituta, licet ei abducere eam, nisi consenserit: quia tunc ad libertatẽ perducitur. & hæc habent locum etiam si per plures emptores transierit. Saly.*

ANcilla.] CASVS. Si ancillam tibi vendidi hoc pacto, vt exportaretur: nec exportata est, & eam manumisisti, non valet manumissio: & interueniente fisci procuratore, qui discernet inter fiscum & priuatum an ancilla debeat publicari vel non, fisco applicabitur.

n *Exportãda.* hoc pacto vt extra aliquẽ locum staret: puta extra Bononiam.
o *Ate.* véditore, vel quolibet deferente: vt ff. de iure fisc. l. j. & est procurator Cæsaris iudex in hac causa: cum ipse venditor sibi non est pactus manus iectionem, sed tantum dixit, exportetur: vt. s. l. proxi. ij. respon.

MOueor.] CASVS. Si seruus dominum suum vendidit hoc pacto, vt exportetur, & emptor eum de facto manumisit: si postea dominus seruũ accusauerit, & probauerit: capitali pœna seruus plectetur. pendente vero lite quousque dominus de intentione sua probauerit, habẽdus erit pro liberto.
p *Moueor.* & bene debuit moueri.
q *Aduersus eum.* scilicet seruum.
r *In exemplum.* scilicet ordinarij criminis punietur hic extra ordinem. Vel dic in exemplum, vt scilicet alij terreantur.
s *Deprehenditur.* scilicet libertinitatis. Et sic not. quo statu te inuenero, eo te tenebo, donec contrarium videbo: vt hic, & j. de inge. ma. l. penult. & ff. de offic. præto. l. Barbarius. Sed in causa libertatis & seruitutis, & etiam dum agitur vtrũ seruus sit in possessione seruitutis, nec ne: habetur pro libero interim, & sic alio statu quàm prius erat: vt. ff. de libe. cau. l. ordinata. & est ratio: quia ibi aliàs non posset esse in iudicio: hic vero potest, quia liber.

QVi exportandus.] CASVS. Si seruum tuum mihi vendidisti hac. l. vt à ciuitate Bonoñ. exportetur: an in ciuitate Romana stare possit, quæritur? Dicitur quòd non. Idem si conuenit vt exportetur de Hispania, seu aliqua alia prouincia: quòd scilicet in Italia non morabitur.
t *Nec in vrbe.* tum quia maius: & non debet frui maioribus, cui est interdictũ minoribus: vt. ff. e. l. cui pacto. & de interdic. & relega. l. relegatorũ. §. fi. & ff. de sena. l. qui indignus. Item quia Roma cõmunis est patria: vt. ff. ad municipa. l. Roma. Accursius.
u *In Italia.* hoc ea ratione quam modo dixi. Et no. quòd tribus locis videtur hic prohibitus, scilicet illo, & sua patria: item omni maiori loco, vt hic. sic & si erat pomœrio interdictum, nec in ciuitate moraretur: vt. ff. eo. l. cui pacto. sed minoribus vti potest prohibitus maioribus: excepta sua patria, quæ quantum ad eum est, pro maiori habetur: vt. ff. de offi. præfe. vrb. l. j. §. fi. quę tamen

Prouincia datur pro ciuitate quantum

BIU Cujas

quantum ad alios non est maior: & ideo non videbatur prohibitus: vt.d.l.relegatorum.§.constitutum. Vel dic vt ibi.

*SI MANCIPIVM ITA VENIERIT, &c.*

*Cessatio.* *Vt superius pactū gratia venditoris apponitur, sic & istud gratia serui. Vnde superius potest venditor remittere: vt.ff.eod.l.ii.in fi. hic non potest. Accursius.*

*Præfectus.*] CASVS. Si vendidi tibi ancillam ne prostitueretur: & si contra factum esset, quòd liceret mihi eam abducere: si prostituatur, vtar pacto. & hoc in prima. Si vero consilium tibi præbui vt prostituatur: ancilla peruenit ad libertatem ex constitutione diui Hadriani ad Aufidium Victorinum. & hoc in secūda. Si vero non cōsensissem, sed per plures man[a] ambulauerit, & vltimus emptor eam prostituit, ad me peruenit. & hoc in tertia.

a *Præfectus vrbi.* cuius officiū est tueri ne mācipia prostituantur: vt ff.de offi.præfec.vrbi.l.j.§.hoc quoq; officiū.

b *Ei cui.* §.venditori.

c *Facultate.* si cōtra pactū fuerit factū, vel in eius fraudē: vt j.eo.l.fi.

d *Contra legem.* id est conuentionem.

e *Dixerat.* contra suū pactū venire non potest: vt hic, & ff.com mo.l.in commodato.§. sicut. & ideo quia hoc gratia mancipij fuit positum, vnde iam ei hic fauor auferri non potest: sic & ff. de contra tab.l.si post mortem.in fi.sed aliud in pacto superioris ti.vt.§.tit.proxi.l.ij.in fin. & aliud in pactō iferioris tit. vt. j. tit. proxi.l.fi. quia in illis legibus pactum fuit gratia vēditoris.

f *Competente.* non tamen ius patroni habet: vt.ff.de in ius voc.l. sed & si.§.prostituta. & ff.de contrahen.emp.l.si quis sub hoc.

g *Ordinetur.* per adsertores, qui hodie non sunt: vt.j.de adser.tol. l.j.in principio.

h *Legis.* i. pacti de non prostituēdo. aliàs liceret manū iniicere. Et dic q̄ si is cui vēdita est secūdo, sine simili lege eā prostituat: potest abduci mancipiū, si primus vēdiderat sub ipso pacto man[a] iniectionis. Si autē dixit vt fieret libera: & libera efficiat, sed hoc ipso q̄vendita est, si nō simili lege, nō iniicitur manus: nec libera efficitur ex constitutione diui Hadriani, sed ex constitutione diui Vespasiani sic: vt.ff.de iure patro. l.diuus Vespasianus. Accur.

i *Comprehendit.* scilicet primus venditor.

k *Ad primum.* i. qui primo prostituit, non dico qui primo emit. Et not. quòd si pactum primi differat à pacto secundi vēditoris: quia primū de manus iniectione, secundum q̄ sit libera vel econtra, semper præualet libertatis pactū, eius fauore: vt.ff.eo.l.si Titius. Et plene no. hic de huiusmodi constitutionibus. habet enim locum cōstitutio diui Hadriani vbi vendo vel ex qualibet causa trado ne prostituatur, & hoc eripit ancillā in libertatem. Vbi autem seruaui manus iniectionem, tunc eam seruo mihi, nisi ego consentiam prostitutioni: vt hic. Est etiam edictum diui Vespasiani, cum ego ancillam emptam ne prostituatur, alteri vendo sine simili lege: vt.ff. de iure patro. l.diuus Vespasianus. Est constitutio diui Marci & Cōmodi missa ad Aufidium Victorinum: vt si dono vel vendo seruum vt manumittas, vel si precium do, non pecuniam in specie, vt manumittas tuum seruum: vt.j.tit.j.l. j.& ij.& l.si is qui.& ff.de condictione cau.da.l.dedi.j.§.sed si tibi.& l.si pecuniam.§.j. & si certum tempus adiiciatur, eo elapso

1. Imp. ALEXANDER A. Socrati.

PRæfectus vrbi [a] amicus noster, eamque ita veniit, vt si prostituta fuisset, abducēdi potestas esset ei cui [b] secundum constitutionem diui Hadriani id cōpetit: abducēdi impertiet facultatem. [c] Quòd si eum patientiam accōmodasse contra legem [d] quam ipse dixerat, [e] vt in turpi quæstu mulier haberetur, animaduerterit: libertate competente [f] secundum interpretationem eiusdē principis, perduci eam ad prætorem, cuius de liberali causa iurisdictio est, vt ibi lis ordinetur, [g] iubebit. Nec enim† tenor legis [h] quam semel cōprehendit, [i] intermittitur, quòd dominium per plures emptorū personas ad primum [k] qui prostituit, sine lege simili peruenit.

*Iudex debet ex officio tueri libertatem ancillæ contra pactum prostitutæ, & de hoc inquirere ex mero officio. Bal. Vel sic: Ancillam contra legem venditionis prostitutam, qua cauetur vt prostituta libera esse debeat, debet iudex facere exhiberi. & si pactum negetur, corā competēti iudice cognoscitur: nec curatur quòd pactū sit in scripturam redactum, dūmodo de eo constet. Saly.*

II. Idem A. Seuero præf. præt.

MVlierem quam ita venisse allegas, ne prostitueretur aut si prostituta fuerit, libera esset: per officium militare [l] exhiberi apud tribunal oportet: vt si controuersia [m] referatur de pacto, (quod tamen [n] si verum est, libertas mulieri existente conditione competit) agatur causa [o] apud eum cuius de ea re notio est. [p] Hæc autem lex [p] & nisi [q] tabulis venditionis inserta sit, quanuis epistola [r] vel sine scriptis facta [f] ostenditur, valet.

*Satis videtur prostitui, quæ in caupona tenetur, & in pactis nō debet cōmitti fraus. Bald. Vel sic: Ancilla quæ nō debet ex pacto prostitui, non debet etiam in caupona retineri. Salycetus.*

III. Idem A. Aurelio.

EAm quæ ita venit, ne corpore quæstum faceret: nec in caupona sub specie ministrā di [t] prostitui, ne fraus † legi dictæ fiat, [u] oportet.

*TITVLVS [LVII.*

SI MANCIPIVM ITA fuerit alienatum, vt manumittatur, vel contra.

*Constitutio disponens in fauorem libertatis in venditione, trahitur ad donationem ex interpretatione extensiua. & potest disponens pœnitere, sed non hæres eius. & qui habet libertatem, non debet petere se liberari, sed in libertate defendi. Bald. Vel sic: Seruus alteri donatus & traditus, vt certo tempore transacto ad libertatē perducatur: tempore transacto liber efficitur, nisi donator interim mutauerit voluntatem. Saly.*

*Satis videtur prostitui, quæ in caupona tenetur, & in pactis nō debet cōmitti fraus. Bald. Vel sic: Ancilla quæ nō debet ex pacto prostitui, non debet etiam in caupona retineri. Salycetus.*

MVlierem.] CASVS. Si ancillā mihi vendidisti hoc pacto vt nō prostituatur, & si cōtra fieret, q̄ libera esset: si prosti. & controuersia fuerit quòd tale pactum non interesserit, officio iudicis exhibere compelleris, & erit libera. & licet hoc pactum in scriptis non redigatur, non ob hoc minus valet.

† *Si quid prohibetur vna via, altera non debet admitti. Cōcord. cap. tuæ fraternitatis. cum glos. super verbo, effectum. extra de procur.*

l *Militare.* nemine agente. Sunt enim quædam quæ per officiales iudicis nemine agente expediuntur.

m *Cōtroversia.* quasi nō ea lege vel conditione sit vendita, vel quasi cōditio non euenit. quod vtrunque sequi necesse est vt libera fiat. Azo.

n *Quod tamen.* interpositio est.

o *Causa.* liberalis.

p *Lex.* id est pactum in venditione appositum.

q *Et nisi.* aliàs, & si non. aliàs, & nisi. & tunc ponitur pro, si nō. sic. ff.de senat.l.fœminæ. &. ff.si quis cau.l.si eum.§.fi.in fi.

r *Quanuis epistola.* aliàs, quanuis sine epistola.

f *Facta.* scilicet conuentio. nam epistola nunquam fit sine scriptis. Azo. & est ad hoc. j.de don.l.in extraneos. Item. ff.de ma.testa.l.Stichum Sempronio.

*EAm quæ.*] CASVS. Si ancilla erat hoc pacto vendita, ne prostitueretur, ne fraus pacto fiat, in taberna causa ministrandi vt sic prostituatur, morari non poterit.

t *Ministrandi.* quam speciem assumunt quidam volentes male agere: vt.ff.de his qui not.infa.l.athletæ.§.ait prætor.

u *Fiat.* cum ergo aliquid prohibetur, & id per quod peruenitur ad illud: sicut &. ff.de spon.l.oratio. & instit.vi bon.rapto.§.j. Sic econtra cum quid conceditur, & id per quod peruenitur ad illud: vt.ff.quemadmodum testa.ape.l.ij.§.inspectio.

*SI MANCIPIVM ITA FVERIT alienatum, &c.*

*Specialiter dixit in superioribus titulis duobus pacta contra mancipiū & pro eo inducta: nunc mixtim de vtroque, & quando pro eo, & quando contra eum.*

*SI Patroclus.*] CASVS. Dedisti mihi seruū hoc pacto, vt. xv. an. mihi seruiret, & liber esset finito tempore. si tu interim nō pœnitueris, vel in fata cōcesseris, præterito tempore liber erit: & non solū ad venditos, sed ad donatos talis pactio extenditur, nec translato dominio eū alij distrahere potuisti: nec seruus de libertate pstanda litigare habet necesse, sed ex cōstitutione erit liber.

a *Continuis.* quare si aliquo tempore fugerit, tantundem temporis postea debebit seruire vt sit liber: vt.ff.de statulib. l.cum hæres.in fi.&.l.seruus qui.§.seruus. Accursius.

b *Vt ciuis Romanus.* nam quidam liberti nõ erant ciues Romani, sed hodie omnes: vt instit.de liber.§.libertinorum.

c *Voluntatis.* Potest ergo mutare voluntatem: vt hic,&.ff.de manu.vin.l.si pater. & de condic.cau. da.l. si postea cuniam.§.j.&.ff.de ser. exportan.l.iij. Sed contra in eo. titu. l.quæsitum.vbi nõ potest mutare. Sol.potest, vt constitutio non repræsentet libertatem, vt hic: vel solue vt in. d. l. iij. Accursius.

d *Si iam decesserat.* vnde iam non potest mutare voluntatem, nec hæredis voluntas exquiritur: vt.d.l.ff. eo.l. iij. Sed contra.ff.de dona. inter virũ & vxor. l. quod autem.§. vxor. Sol.ibi nõ fuit vxor donatarij facta domina.

e *Ad donatos.* ex interpretatione constitutionis: vt .ff. qui sine manu. l. mancipia . & hoc faciebat hic quæstionem.

f *Vendere.* scilicet in tuum præiudiciũ, quo minus sis liber finito tempore, venditio tamen valet: vt.ff.de contrahẽ.empt.l.rem alienam. Accursius.

g *Ex constitutione.* diuorum Marci & Commodi: vt.j.l.proxi.

h *Defendere.* ar. contra.ff. de verb. oblig.l. qui Romæ .§. Flauius. Sed ibi de actu certo manumittendi fuit cogitatum. Accursius.

* *aliàs recti? legitur, Si postea quàm te Paroclus Her* / * *Romanus, tẽpore peracto (si modo Patrocl. non cont.vo.fuerit, aut si iã decesserit) ad lib. &c.*

1. Imp. ALEXANDER. A. Patricensi.

SI* Patroclus postea quàm te Hermiæ donatiõis causa dedit lege dicta, vt si quindecim annis continuis[a] seruiisses, ad libertatẽ producereris, ita vt ciuis Romanus[b]* esses tempore peracto: si modo Patroclus non contrarię voluntatis[c] fuerat, aut etiam si iam decesserat,[d] ad libertatem peruenisti: quoniam placuit nõ solum ad vẽditos, sed etiam ad donatos[e] eam legem, vt manumitterentur, pertinere. ℣ Nec te potuit, semel translato dominio in Hermiam, postea alij Patroclus vendere:[f] & ideo nõ de præstãda tibi libertate, (quã ex constitutione[g] iam fueras adeptus) litigare debuisti: sed libertatem quam obtinueras, defendere.[h]

*Quod non fit per hominem, reputatur à lege. Bald. Vel sic: Seruus venditus vt manumittatur, ad libertatem perducitur, si differatur. Salycetus.*

II. Idem A. Eutychiano liberto.

SI ea lege Crestes[i] seruum suum, sed[k] naturalem filium,[l] venũdedit,[m] vt emptor eum manumitteret: quanuis nõ est manumissus, ex constitutione diuorum Marci & Commodi ad Aufidium Victorinum, liber est.[n]

*Pactum essendi, operatur idem quod pactum fiendi. hoc dicit not. Et inutiliter factum, non impedit dispositionem legalem: vt in ver. nec obest. Bald. Vel sic: Ancilla vendita vt certo tempore elapso sit libera: eo transacto libera efficitur, licet pactũ non contineat factum emptoris in manumittendo debere interuenire: ideo postea ex ea natus est ingenuus. Salycetus.*

* *aliàs incipit, Cum Iusta.*

III. Idem A. Fulginio.

SI* Iusta[o] Saturnino puellam nomine Firmam agentem tunc annos septem, hac lege vẽdiderit, vt cum haberet annos vigintiquinque, [p] libera esset: quanuis factum ab emptore præstandę libertatis pacto non sit insertum, [q] sed vt libera esset, expressum: tamen constitutioni diuorum Marci & Commodi in semestribus scriptæ locus est: [r] ideoque impleto vicesimoquinto anno Firma libera facta est: nec obest ei quòd vicesimoseptimo anno manumissa est,[s] quę iam ex constitutione libera erat. Et is quem post vicesimũquintũ annũ ex te cõceptum enixa est, ingenuus est.

*Cum primum potest, intelligitur quis in mora fauore libertatis. Bald. Vel sic: Si dominus recipit precium vt libertatem præstet seruo: mora in manumittendo commissa, liber efficitur. Salycetus.*

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Iocundæ.

SI is qui precium[t] pro te acceperat vt statuto tempore te libertate donaret, moram repromissæ libertati præstitit: ex eo tempore te liberam esse effectam manifestum est,[u] ex quo cum posset[x] dari libertas, non est præstita: & ideo ex te natos, ingenuos videri procreatos, nõ incertæ opinionis[y] est.

*Pactum quod resistit libertati, appositum vẽditioni serui proprii, impedit libertatem: pœnæ tamen petitionem non inducit. Et citatus à iudice incompetente, vel sub conditione quæ non tangit eum: non tenetur comparere. hoc dicit not. Bald. Vel sic: Seruus venditus cum pacto ne ad libertatem perducatur sub certa pœna, per emptorem manumissus, liber nõ efficitur: nec pœna committitur: nec procurator fisci est competens iudex inter priuatos. Salycetus.*

V. Idem A. Martino.

EA quidem mãcipia, quorũ venditio eam legẽ accepit, ne ad libertatem perducãtur,[z]

a *Continuis.* quare si aliquo tempore fugerit, tantundem temporis postea debebit seruire vt sit liber: vt.ff.de statulib. l.cum hæres.in fi.&.l.seruus qui.§.seruus. Accursius.

b *Vt ciuis Romanus.* nam quidam liberti nõ erant ciues Romani, sed hodie omnes: vt instit.de liber.§.libertinorum.

c *Voluntatis.* Potest ergo mutare voluntatem: vt hic,&.ff.de manu.vin.l.si pater. & de condic.cau. da.l. si postea cuniam.§.j.&.ff.de ser. exportan.l.iij. Sed contra in eo. titu. l.quæsitum.vbi nõ potest mutare. Sol.potest, vt constitutio non repræsentet libertatem, vt hic: vel solue vt in. d. l. iij. Accursius.

d *Si iam decesserat.* vnde iam non potest mutare voluntatem, nec hæredis voluntas exquiritur: vt.d.l.ff. eo.l. iij. Sed contra.ff.de dona. inter virũ & vxor. l. quod autem.§. vxor. Sol.ibi nõ fuit vxor donatarij facta domina.

e *Ad donatos.* ex interpretatione constitutionis: vt .ff. qui sine manu. l. mancipia . & hoc faciebat hic quæstionem.

f *Vendere.* scilicet in tuum præiudiciũ, quo minus sis liber finito tempore, venditio tamen valet: vt.ff.de contrahẽ.empt.l.rem alienam. Accursius.

g *Ex constitutione.* diuorum Marci & Commodi: vt.j.l.proxi.

h *Defendere.* ar. contra.ff. de verb. oblig.l. qui Romæ .§. Flauius. Sed ibi de actu certo manumittendi fuit cogitatum. Accursius.

*SI ea.*] CASVS. Filium tuum naturalem seruum, quem ex ancilla tua sustulisti, Titio hoc pacto vendidisti, vt intra mẽsem eum manumitteret. si non manumisit, ex constitutione diui Marci & Cõmodi liber erit. Viuia.

i *Crestes.* maior. xxv. an. vt.ff. de mino.l. verum.§. quid si minor. Azo. Sed certe immo videtur idem etsi minor tum erat filius: vt instit.qui ma.non poss.§.eadem.

k *Sed.* pro &.

l *Filium.* id est qui erat filius.

m *Venundedit.* intra duos annos.

n *Liber est.* vt hic, & .ſ. l. proxi. & .ff.de in ius vo. l. sed si hac lege.in princ.

*SI Iusta.*] CASVS. Vendidisti mihi ancillam septennem hoc pacto, vt cum veniret ad.xxv. annum, ad libertatem perueniret: illa non manumittitur. nunquid perducitur ad libertatem? Certe sic, ex constitutione diuorum Marci & Commodi. & licet manumissa non fuerit, quod ex ea post prædictum tempus natum est, ingenuum est. Viuianus.

o *Si Iusta.* proprium est nomen fœminæ.

p *Vt cum haberet annos.xxv.* Dubitatio erat: quia non videbatur paciſci vt manumitteretur.

q *Insertum.* scilicet vt manumitteretur.

r *Locus est.* scilicet ex interpretatione. sed proprie locum habet constitutio diui Hadriani: vt.ff.eo.l.fi. sed vbi cõprehenditur factũ manumittentis directò, hęc constitutio locum habet: vt d.l.fi.&.ſ.eo.l.j.&.ij.

s *Manumissa est.* de facto: vt instit.de ingenu.§.fin.

*SI is.*] CASVS. Vẽdidisti mihi ancillam vt intra mensem eam manumitterẽ. non manumisi: mora mea el non nocet, cum manumittere potui: quia ex constitutione libera erit, & filij postea nati erunt ingenui.

t *Si is qui precium.* puta dominus tuus.

u *Manifestum est.* vt & ff.de ma. l. si quis a gallio. & de libe. cau. l. Paul⁹. Sed cõtra.ff. de condic.causa da.l.iij.§. sed si tibi. &.ff.de præscrip. verb. l. naturalis. §. at cum do. in quibus dicit non fieri liberum die aduenient. Solu. ibi dabatur pecunia vt species, hic vt quantitas. Vel solue vt in qualibet earum dixi. ADDITIO. Dicas clarius post communiter docto. in.d.§. sed si tibi. Dedi tibi pecuniam, vt seruum tuũ manumitteres, quem per illam pecuniã à te emi: & vt eum manumitteres intra certum tempus. apud te dimisi, tunc effluxo tempore à lege fit liber: vt hic. Si vero pecuniam simpliciter dedi, vt seruum tuum manumitteres intra certũ tempus, non tamen emendo eum: tunc elapso illo tempore non fit liber à lege. ita loquitur. d. §. sed si tibi. & d. §. at cum do. ſ. alle. per glo. Si autem dubitetur vtrum emerim vel non, tunc distinguit Bart. in.d.§. sed si tibi. aut dedi eam in sacculo, scilicet vt speciem, & non præsumitur emptio. aut dedi pecuniam numeratam, tunc si illa pecunia correspondet vero precio serui, præsumitur emptio. si non correspondet, sed est minus, non præsumitur emptio: sed est contractus innominatus, ita vt habeat locum text. in. d. §. sed si tibi. & in.d.§. at cum do.

x *Posset.* & deberet.

y *Opinionis.* vt &.ff.de sta.ho.l. Herennius.

*EA quidem.*] CASVS. Mihi mancipium vendidisti hoc pacto, ne manumittam: & si contra factum esset, stipulatus es c. nomine pœnæ. si manumisi, an agere possis ad pœnam? Dicitur quòd non: quia nõ tenuit manumissio: nec si me coram procuratore fisci vocaueris ad pœnam, coram eo respondebo: cum non sit competens iudex.

z *Perducantur.* scilicet per aliquem, secus forte si dixi à te non manumitti

BIU Cujas

manumitti: quia tunc alij possunt manumittere.

a *Manumittantur.* scilicet de facto.

b *Non possunt.* vt.&.ff.de manu.l.si quis hac.& infra de his qui ad liber.per.nō possunt.l.j.&.ij.ar.ff.pro socio.l.sed & si socius. Sed fallit si mortem domini vindicauerit: vt.ff.ad Syll.l.iij.§.hi quoque.& si suis nummis sit emptus: vt.ff.de manu.l.iiij.§.siue autē.

c *Causam.* quia licet fuerit pœna apposita, non tamen committitur, vt exigatur si contra fiat: cum effectum non habeat manumissio: vt infra.l.proxi.sic &.ff.vt leg.no.ca.l.licet.sed hoc fallit si etiā de facto noluit manumitti: vt. ff. de verb. oblig.l. qui Romæ. §. Flauius. Sed si ea lege donaui vel vendidi, ne tu alienares, poteris q̄dem alienare, sed agam cōdictione ob causam ad interesse, vel ad precium: vt supra de condic.ob cau.l. ea lege. quę est cōtra. Sed aliud in alienatione, quæ facti est: vt &.ff. de cura. fur.l.consilio. Vnde etiam rem alienam vendere possumus, non solum nostram sic prohibitam: vt.ff.de contrahē.emptio.l.rem alienam. Itē incido in pœnam ex solo facto: vt supra de transactio. l. vbi pactum. at manumissio est iuris: vt hic, &.ff.eo. l. si venditor. nisi in casu: vt.ff.de cōditio.institu.l. mulier. §.penul. Vnde quia est iuris, nō possum alienū seruum manumittere: vt infra de his qui à non do. per totū titul. Est & alia ratio: q̄a libertas semel præstita, difficilè reuocatur: vt instit.quib.ex causis manumit.nō pos. §. semel. alienatio facilè. vnde facilius contra prohibitionem fit alienatio, quàm manumissio: vt argu. infra de app.l.nec causas. Alij tamen distinguunt, an in contrahendo vel tradendo tantum sit pactum appositum: quod non placet: vt diximus de rebus alie.non alie.l.fina.

d *Procuratoris.* fisci, coram quo agebat priuatus contra priuatū ad pœnam, eo quòd contra venerat manumittendo: sed hic non est competens iudex, vt subiicit: vt.ſ.de iurisdic.om.iudi.l.j.

e *Literæ.* repete, & cum.

f *Factum.* id est de facto tantum.

g *Non contineant.* dic literas istas esse in quibus venditor hoc pactum cum emptore facit: vt supra titu.j.l.penul.& habeas hic, non contineant. Vel si non habes, repete supra positum.& sic vēditor misit, & emptor consenserat his literis. Vel dic secundo quòd literas mittebat procurator fisci ad conuentum, quibus dicebatur: Si manumisisti, venias responsurus ad pœnam, aliàs nō venias. Vel tertio quòd in literis procuratoris fisci repetebatur forma pacti, de quo pacto inserto hic dicit.& hoc si habes, non, vel subaudias, non. Si vero non habes, dic quòd nō manumisit, sed alij vendidit, & ille manumisit. hic non tenetur, si de se tantum fuit dictum, vt non manumitteret.& repete, & qua ratione literæ à te &c. perspici non potest.

*Si puellam.*] CASVS. Ancillam mihi vēdidisti ea lege vt intra annum manumitterem.& si manumissa non esset, centum aurei præstarentur: si non manumisi eam, cum ex constitutione ad libertatem peruenerit, an ad pœnam agere possis, quæritur? Dicitur q̄ nō, nisi intra illud tempus volūtas tua fuerit mutata.

etiam si manumittantur, [a] nancisci libertatem non possunt. [b] Neque enim cōditio, quæ personæ eius cohęsit, immutari facto eius, qui ea lege cōparauit, potest. ¶ Nec tamen pœnę exactio (siqua addita est) cōditioni non seruatæ iustam exigendi tribuit causam. [c] ¶ Qua igitur ratione te poterit reuocare ad officium procuratoris, [d] qui eam legem venditioni dedit, perspici non potest: cum nec in priuatorum contractibus fiscus se interponere debeat: & literæ [e] ad te missæ, personæ factum [f] (si non ipse manumiseris) non contineant. [g]

*Factum legis excusat negligentiam hominis. Bald. Vel sic: Si venditur ancilla vt manumittatur sub pœna: licet non manumittatur, non potest peti pœna: quia per cōstitutionem effecta est libera. Salycetus.*

VI. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIANVS AA. & CC. Rufinæ.

SI puellam ea lege vēdidisti, vt manumitteretur, & si manumissa non esset, centum aurei præstarentur: [h] non seruata fide, nihilo minus eam raptam ex vestigio seruitutis ad libertatem, quæ præstari potuit, constitit: [i] nec pecunia [k] quasi rupta fide suscepta, recte petetur [l]: cū non mutata [m] venditoris volūtate, conditionis potestatē post manumittentis factū repræsentari, optima ratione placuit.

*TITVLVS LVIII.*

## DE AEDILITIIS actionibus.

*Vendens scienter seruum vitiosum, tenetur non solum ad precium, sed etiam damna petuntur. Bald. Vel sic: Vendens scienter seruum fugitiuum, vel aliter vitiosum, tenetur emptori tunc ignoranti ad precium, & omne damnum illatum. Salycetus.*

I. Imp. ANTONINVS A. Decensio.

SI nō simpliciter, [n] sed consilio fraudis seruum tibi nesciēti [o] fugitiuum, vel alio modo vitiosum, quis vendidit, ísque idem fugitiuus abest: [p] nō solum in preciū serui venditorem conueniri, sed etiam damnum [q] quod per eū tibi accidit, competens iudex (vt iampridem placuit) præstari iubebit. [r]

*Licet seruus post annum fugiat, vel post multos annos (quod hic dicitur de anno fugæ, notat facti accidentiam) tamen potest agi redhibitoria intra sex menses: vel quāto minoris, intra annum. Bald. Vel sic: Ex fuga serui post annum contingente non potest quanto minoris nec redhibitoria agi. Salycetus.*

II. Imp. GORDIANVS A. Penthilio.

CVm proponas seruū quē pridem cōparasti, post anni [s] tempus fugisse: quia ratione eo nomine cum venditore

A h *Præstarentur.* nomine pœnæ.

i *Constitit.* ex constitutione: vt.ff.de manu.l.cum minor.

k *Pecunia.* id est pœna.

l *Recte petetur.* immo videtur quòd sic: vt.ff.de verb. oblig. l. qui Romæ.§. Flauius.&.ff.eo.l.seruus ea lege. in fi. Sed in vtraque illarū fuit de certo modo manumittendi dictū, scilicet vindicta: hic non. & certe quandoque de facto solo cogitatur: vt.ff.de condit.instit.l.mulier. §. penult.

m *Non mutata.* potest enim mutare: vt hic,&.ff.de condit.instit.l.mulier.§. penult. &.§. ij. Sed contra.ff. eo.l.quæsitum. sed ibi fuit contractus nominatus, hic innominatus. immo dic vt. ff.eo. l.si quis. Item arg.cōtra supra titu. j. l. j. ij. respon.

*DE AEDILITIIS actionibus.*

*De actionib⁹ circa vē ditiones iure ciuili proditis, dictum est: sequitur de prætoriis, quæ sunt præ dictarum pedissequæ: vt supra de vete. iur. emu. l. ii. §. quartus.* Cōtinuatio.

*Si nō simpliciter.*] CASVS. Si sciens mihi ignorāti seruum vitiosum vendidisti, non solum ad precium, sed ad damnum teneris.

n *Si non simpliciter.* id est non sine fraude: sed certe nihil videtur interesse fraude vel sine fraude hoc fecerit: vt arg.ff.eo.l.j.§. causa.& supra de act.empt.l. si minor. Sed respon. immo. nam primo casu tenetur de omni damno: secundo non: vt.ff.de act.emp. l. Iulianus. in princi. Item quantum ad exceptionem generalem, quando dixit se nolle teneri de aliquo vitio. nam primo non proderit ei exceptio, altero sic: vt.ff.de act.emp.l.j.§.j.&.l. quæro.&.ff. de hæred.vend.l.hoc autem. sed specialis pactio etiam scienti prodest: vt.ff.de except.doli.l.apud Celsum.§. item Labeo scribit. *Vēdēs fraudulēter rem vitiosam, multū differt ab ignorante vendente.*

o *Nescienti.* secus si scienti: vt.ff.eo.l.si tamen.§. in ædilitiis.& idem si supine ignorauit: vt.ff.de contrahen.empt.l.ea quæ.

p *Abest.* idem est si non abst: sed hoc dicit, quia semper abesse videtur: & eum etiam præsentem habere non licet.& species quædam est libertatis, esse fugitiuum: vt.ff.de act.emp. l. Iul.§. j.&.ff.eo.l.quis sit fugitiuus. §. idem recte ait. Sed & ideo dicit, abest: quia non solum consilij, sed facti est fugere: vt.ff.eo.l.quis sit fugitiuus. Tria ergo hic no. fraudem vendentis, ignorantiam ementis, absentiam serui. Primum non multum operatur quantum ad redhibitionem. Secundum multum. Tertium nihil, vt dixi superius. *Libertatis species est esse fugitiuum.*

q *Damnum.* vt &.ff. eo.l. illud. nisi pro damno ipso seruum pro noxa dimittat, & serui precium reddat: vt. ff. eo. l. quæro. &.l.cum autem.§. Iulianus.

r *Iubebit.* actione ex empto ciuili: quæ quia similitudinem habet cum prætoria, ideo hic ponitur hæc lex. Vel dic de prætoria, per.l.ff.e.l.j. §. aiunt. in fi. verborum ædilium. & habent commune ex empto, & ædilitiæ, quia ambæ persequuntur interesse contra scientem venditorem, secundum Ir.

*Cvm proponas.*] CASVS. Si seruus quem comparasti, post annum fugit, cessat redhibitoria: quia redhibitoria. vj. mensibus,& quanto minoris anno finitur.

s *Anni.* currentis à tempore venditionis: vt.ff. eo. l. scien-

dum.in fi.nisi fuerit emptor ignorans, vt statim dices.

a *Congredi.* redhibitoria, vel quanto minoris.ex empto vero, ciuili, cum sit perpetua, agere potes: si ante venditionem quoque tale vitium non abfuit.alioquin non ages: posteriores enim casus ad emptorem pertinent: vt & infra.l.proxi.& supra de periculo & com.rei ven. l.j.&.ff.de ædil.edic.l. ædiles.j. in prin.&. l. actioni.

b *Sex mensium.* vtilium.& quod subiicit de anno, die vtili: vt ff.eo.l.sciendum.in fi. &.ff.de exceptio rei iudi.l.si is.& itellige vtile quo ad quid, scilicet quia demũ scienti currit illud tempus. non enim videtur experiũdi potestatem habuisse, qui ignorauit: vt.ff. eo.l.cum sex. Ideoque à tẽpore scientiæ currit tempus cõtinuum: vt & aliàs.ff. de calum. l.annus. Et caue quòd quãdoque redhibitoria intra duos menses: quãto minoris, sex mẽsib⁹ finitur: scilicet quã do ob hoc ipsum agitur, quia non cauetur: vt.ff.eo.l.si venditor.

*Redhibitoria, & quãto minoris, tẽpus quãdoque breuiatur.*

c *Concludi.* tamen actione ex empto potest agere.

*Si apud.*] CASVS. Si seruus ad venditorem non fugiat, vẽditor non tenetur. Si vero venditor promiserit in posterum non fieri vitiosum, quãuis videatur impossibilis promissio: tamen tenetur. Si vero fugiat ad venditorem: iuxta rei qualitatem præses dabit sententiam.

d *Dominum.* melius posset adsignari super illo verbo, nõ doceatur. quia tunc tenetur rei vindicatione si fuit dominus in tradẽdo.ff.de rei vindica.l.si ager.si autem non fuerit dominus, tenetur Publiciana, licet quidam & tunc dent ei rei vindicationem, dicentes non licere ei referre quæstionem dominij: vt diximus supra de non nu.pecu.l.j.& ad hoc.ff.de contrahen.empt.l.si cũ fundum.§.j.& secundũ hoc pone casum vt in vltima parte legis.

e *Interueniens.* scilicet seruus, qui nunquam ante fugerat.

f *Pertinet.* vt & ar.supra.l.proxi.

g *Impossibile.* quia factum alienum, & ideo propter multam difficultatem quasi impossibile habetur.sed expone id est difficile: sic.ff.de his qui deiec.vel effu.l.cum sanè.aliàs agi nõ posset: vt.ff.de reg.iu.l.impossibilium. Sed quomodo valet, eum alienum factum non possit promitti: vt.ff.de verb.obl.l. stipulatio ista.in prin? Respon. videtur promittere se curaturum hoc casu, & similibus.& sic est non simplex abnutiuum: vt.ff. de verbo.oblig.l.inter stipulantem. in prin. Vel promisit duplã. Aliud si fieret vitiosus: vt.ff.de euic.l.quod dicitur. Vel videtur promittere interesse si fiat: vt.ff.de euic.l.si ita quis.

*Factũ aliẽ nõ promittinon potest.*

h *Antecedẽtis.* vt &.s. de pac.l.i bonę fidei.&.l.petés.&.s. devsur. l.si vsuras.&.ff.de ser.vrba. prædi.l.si binarũ.& de euic.l.Lucio.

i *Pacti.* scilicet nudi.

k *Expectant.* nisi pactũ aliud faciat: vt supra dictũ est. Accur.

l *Curabit.* quia si dolo venditoris fugit, qui eum corrupit, tenetur serui corrupti. Item & rei vindicatione, vel Publiciana tenetur: vt in prin.l.dixi.& facit ad hanc.l.infra de contrahen. & commit.stip.l.non morituram.§.fi.

*Si prædium.*] CASVS. Si prædium sub conditione emas, vt si displiceat, resoluatur venditio: redhibitoria locum habet.

eiusdem congredi[a] quæras, nõ possũ animaduertere. Etenim redhibitoriam actionẽ sex mẽsium[b] temporibus, vel quanto minoris anno concludi,[c] manifesti iuris est.

*Quotiens est necesse probare duo, non sufficit probare alterum: & hic oportet probare duas fugas, si à possessore incipias. Potest quis promittere factum serui & subditi sui sicut suum, quando hoc est de natura contractus: & etiam quando est vltra naturam. Iudex secundum qualitatem probationum debet pronunciare. Bald. Vel sic: De futuro casu seu vitio serui non tenetur venditor, nisi de eo promiserit. & si ad vẽditorem reuertitur, illum restituere tenetur. Salycetus.*

III. Imppp. DIOCLETIA. & MAXIMIA. AA. Mutiano.

SI apud priorem dominum[d] fugisse mancipium non doceatur: fuga post venditionem interueniẽs,[e] ad damnum emptoris pertinet[f]. Sin autẽ vẽditor non vitiosum etiã in posterũ fieri seruum temere promiserit: quamuis hoc impossibile[g] esse videatur, tamen secũdum fidem antecedentis[h] vel incontinẽti secuti pacti[i] experiri posse non ambigitur. Posteriores enim casus non venditoris, sed emptoris periculum expectant.[k] Verum cum seruum quem comparaueras, ad eũ qui distraxerat, rediisse contendis: competens iudex perspectis omnibus, pro repertæ rei qualitate proferre curabit[l] sententiam.

*Res quandoque redhibetur ob pactum, quandoque ob vitium: vt fundus pestibilis. Baldus. Vel sic: Vbi fundus venditur sub conditione displicentiæ, eo displicente potest agi redhibitoria. & idẽ si sine pacto vendiderit, sed herbas pestiferas facit. Sal.*

IIII. Iidem AA. Falso.

SI prædium quis sub ea lege comparauit, vt si displicuerit,[m] inemptum sit: id, vtpote sub conditione[n] venditum, resolui, & redhibitoriam[o] actionem aduersus venditorem cõpetere, palam est. Idem obseruatur & si pestibilis fundus, id est, pestibiles herbas, vel lethifer as habens, ignorante emptore distractus sit. nam & in hoc etiam casu per eandem[p] actionem eum quoque redhibendũ esse constat.

*In redhibitoria actione debet probare emptor seruum fugitiuum esse. Salycetus.*

V. Imppp. GRATIA. VALENTINIAN. & THEOD. AAA. Nephridio.

HAbito semel bonę fidei cõtractu, mãcipióque suscepto, & precio soluto, ita demũ repetendi[q] precij potestas est ei qui mancipium comparauit, largienda: si illud[r] quod dixerit fugitiuum, poterit exhibere.[s] Hoc enim nõ solũ in Barbaris,[t] sed etiã in prouincialibus[u] seruis iure præscriptũ est.

Idem est si habebat pestiferas vel lethiferas herbas.

m *Displicuerit.* scilicet intra tempus præfinitum, quod in perpetuum conuenire potest.& si quidem nihil de tempore conuenit, ĩtra dies.lx.vtiles potest redhiberi per actionem in factum: vltra non, nisi causa cognita: vt &.ff.e.l. quòd si nolit. §. si quid ita. Et datur hęc actio in factum, in quinque casibus. Primus est vt modo dixi. Secundus si venditor non pronũciat de his quibus iubent ædiles pronũciari, scilicet de natione vel similibus: vt.ff.eo. l. quòd si nolit. §. qui mancipia. Item si non cauerit de his, de quibus cauere iubetur: vt ff.eo.l. si venditor. & tunc intra duos menses vel sex, vt ibi dicitur. Item ad precium, cum fuerit facta redhibitio sine iudice: vt.ff. eo.l.quòd si nolit.§.in factum. Item propter ornamẽta intra.lx.dies ad rehibẽdum, nisi ornamenta dentur: vt.ff. eo.l.ædiles.ij.in prin. &.§. vendendi. Potest dici & sextus, scilicet cum veteranus pro nouitio est vẽditus: vt.ff. eo.l. præcipiũt ædiles. &.l.fina.§.quotiens.

n *Sub conditione.* scilicet resolutiua: vt argu.ff.de cõtrahẽ.emp. l.iij.& insti.de cõtrahen.empt.§. fi. Accur.

o *Redhibitoriam.* id est in factum.

p *Per eãdem.* simplex fit relatio: nam non ad in factũ quæ ad redhibendum datur: sed ad aliam, scilicet ex empto redhibitoriam. & sic per vera redhibitione hic ponitur.s. non: vt.ff.eo.l.etiam.

*Habito.*] CASVS. Si precium repetas, quia vendidi fugitiuum: probare habes ipsum fugitiuum.& hoc locum habet non solum in Barbaris, sed etiam in prouincialibus seruis.

q *Repetendi.* per hanc actionem redhibitoriam. Accursius.

r *Si illud.* scilicet mancipium.

s *Exhibere.* id est probare vel ostendere. immo videtur & si sit mortuum, quòd possit redhibitoria agi: vt.ff.eo.l. quòd si nolit.§. idem ait hominem.&.§. si mancipium.&.§. penulti.& l.si hominem. Idem & si est in fuga: vnde & tunc exhiberi non potest: vt.ff.eo.l.redhibere.§ fi. quæ omnes sunt contrariæ. Sol. hic ponitur exhibere id est probare.& nihil est contra. Et alij dicunt quòd ibi fuit emptor sine culpa, hic non. Alij quòd hic fuit vndique bona fides: ibi tantum in emptore. prima placet.

t *In Barbaris.* id est mancipiis nostris ab hostibus captis.

u *Sed etiam in prouincialibus.* id est natis apud nos.

## DE MONOPOLIIS ET conuentu &c.

*Quia venditores illicitas ineunt inter se pactiones: ideo eas prohibet hic tit. Et dicitur monopolium, id est singularis negotiatio in ciuitate, à monon quod est vnum; & pola quod est venditor: vel polium, quod est venditio; quasi vno & certo modo facienda negotiatio vel venditio. Inde etiam dicitur bibliopola, id est venditor librorum. Biblos enim dicitur liber. Item & inde dicitur monopola penulti. produc. scilicet talis negotiator, qui sic cum aliis pactus est. Pantem deriuauit monopolium à monon quod est vnum, & polis quod est ciuitas. inde monopolium, id est vnica negotiatio in ciuitate, & per hoc vetita, & inde monopolus dicitur penulti. correpta, qui solus vult esse in ciuitate emptor & venditor.*

Iubemus

*Ivbemus.*] CASVS. Prohibet ne alicuius speciei mercatores super rebus vendendis, vel ad certum precium etiam impetrato rescripto monopolium audeant exercere. Nec cuiusquam operis artifices super inceptis operibus nō cōplendis. si contra fiat, sine iudiciariis sumptibus denūcietur. Faciētes monopolium, spoliati bonis, in exilium damnantur. Aliarum professionū primates, qui hic nominātur, in quadraginta libris auri puniuntur. Si præses in punienda venalitate, vel dissimulatiōe remissus fuerit, i quinquaginta libris auri punitur.

a *Echini.* id est eborei. vel dic quòd echinus est paruus piscis semipedalis.

b *Venundentur.* Iustū est enim vnicuique sua committere. ff. de Iudæis. l. nemo. ij.

c *Ergolabi.* i. redēpto res operū, mancipes.

d *Implere.* contra hāc artifices faciūt in multis locis.

e *Omniáque.* repete, data licentia.

f *Denunciandi.* sic. ff. de episco. & cleri. l. si quis in hoc.

g *Constringere.* forte quòd neminem docent, nisi tantum det.

*DE NVNDINIS &c.*

*Occasione emendi vendendique, quandoque quis impetrat à principe nundinas, id est, vt celebretur generale forum in alicuius villa vel possessione, & ideo de hoc ponit.*

*Qui exercendorū.*] CASVS. Qui nundinas aut mercatum impetrant, nullum ibi venientem conueniāt ratione mercium: aut ratione loci temporalem quæstum faciant: vel ratione priuati debiti aliquā molestiam faciant.

h *Licentiam.* quā decennio non vtendo amittunt: vt. ff. eo. l. j.

i *Conueniant.* de impetrante rescriptum dicit. cæterū alij ibi contrahentes cum his qui habent ibi pergulā vel horreum, possunt conuenire eosdem: vt. ff. de iudic. l. hæres. §. proinde. Et dicas hic mercib', id est occasiōe mercium: & sic subaudi in sequentibus.

k *Venalitiis.* id est seruitis.

l *Locorum.* vt exigāt aliquid ratione locorum. habent enim grande commodum ex eo, quòd propter forū terra eorum impinguatur. arg. ff. de aqua plu. arcen. l. j. in fi.

*Forū impinguat terrā.*

*DE VECTIGALIBVS, ET COMMISSIS.*

*Cōtinuatio.*

*Quia ratione verū vēditarum, vel quocunque modo quæsitarum si deferantur de vna ciuitate in aliā, præstatur vectigal, s. octaua: vt. j. eo. l. ex præstatione. & duas partes habet fiscus, & tertiā ciuitas vel ordo ciuitatis: vt. j. e. l. fi. ideo de his dicit. Et dicit vectigal: quia præstari debet pro quæ vehūtur.*

*Vectigal vnde dicatur.*

m *Si iure.* Dic casum quòd ex aliquo seruo delato erat præstanda octaua: vt. j. eo. l. ex prestatione. sed licet octaua sit fisci, & ordinis, tamen potest manumitti, cum vnus sociorum aliis etiā inuitis manumittit: vt. j. de com. ser. ma. l. j. Vel dic quòd aliquis conduxit vectigal à fisco: pro quo hic seruus, & cætera bona fisco tacite sunt obligata: vt. j. i quib. cau. pig. ta. cōtra. l. j. potest tamen manumitti. secus si specialiter & expresse: vt. j. de ser. pign. da. ma. l. ij. & iij. Sed primo casui videtur cōtra. ff. de publica. l. cōmissa. vbi totus videtur fisci fact'. Sol. ibi fuit omissa professio: hic nō: sed facta professione nō soluit: quo casu non totū habet fiscus, sed eius octaua duplicatur: vt. ff. e. l. fi. §. diui quoq; fratres. vel ibi in. §. diui. etiā professio fuerat omissa, sed multū intererat domini seruum non perdere, cū forte vxorem corrupit, vel rationes reddere debebat. *ADDITIO.* Potes breuiter & clarius dicere post Dynum & Bar. in d. l. cōmissa. dū quæritur an ppter vectigal nō solutū res tota incidat in cōmissum, aut quis omisit scienter pfiteri. s. se debere tantū nomine vectigalis fisco vel ciuitati, & soluere: & tota res incidit in cōmissum. d. l. cōmissa. aut professus est, sed non soluit: & tunc solū octaua pars publicatur. aut ignoranter omisit profiteri, & tunc si fuit deceptus per publicanum, duplicatur octaua pars: vt. d. §. diui quoque fratres.

*Vectigal non soluto, an tota res incidat in cōmissum.*

n *Ante quæstionē.* nā post manumitti nō potuisset fact' litigiosus: vt. j. de liti. l. ij. in fi.

*Neque*

A

*TITVLVS LIX.*

## DE MONOPOLIIS, ET conuentu negotiatorum illicito, vel artificio* ergolaborū necnō balneatorū, phibitis, & pactionib' illicitis.

*Primo prohibet monopolia generaliter: secundo descendit ad duplicem speciem. Primo quando super precijs rerum. Secundo quando super operis. Tertio dicit transgressores statuti illiciti non puniri. Quarto mandat contra statuentes inquiri. Quinto imponit pœnam facientibus conuenticula. Sexto ponit pœnam primatibus collegiorum. Septimo punit negligentiam iudicum. partes patent per paragraphos. Baldus. Vel sic. Conuentiones inter negotiatores, & artifices, ne quis eorum minori precio ab eis taxato res vendat: vel ne per vnum inchoatum, per alium expediatur seu perficiatur, sunt à iure reprobatæ, & pœnis hic statutis subiectæ. Salycetus.*

1. Imp. ZENO. A. Constantino præfe. præto.

B

Vbem' ne quis cuiuscunq; vestis, vel piscis, vel pectinū* forte, aut echini, [a] vel cuiuslibet alterius ad victū vel ad quemcunque vsum pertinentis speciei, vel cuiuslibet materiæ, pro sua auctoritate, vel sacro iam elicito, aut in posterum eliciendo rescripto, aut pragmatica sanctione, vel sacra nostrę pietatis adnotatione, monopolium audeat exercere: néve quis illicitis habitis conuentionibus coniuret, aut paciscatur, vt species diuersorum corporum negotiationis, non minoris quàm inter se statuerint, venundentur. [b] ℣ Aedificiorū quoq; artifices, vel ergolabi, [c] aliorumque diuersorum operū professores, & balneatores, penitus arceantur pacta inter se componere, vt ne quis, quod alteri cōmissum sit, opusue pleat, aut iniunctam alteri sollicitudinem alter intercipiat: data licentia vnicuique ab altero inchoatum, & derelictum opus, per alterum sine aliquo timore dispendij implere, [d] omniáq; [e] huiusmodi facinora denunciādi [f] sine vlla formidine, & sine iudiciariis sumptibus. ℣ Si quis autem monopolium ausus fuerit exercere, bonis propriis expoliatus, perpetuitate damnetur exilij. ℣ Cæterarum præterea professionum primates, si in posterum aut super taxandis rerum preciis, aut super quibus libet illicitis placitis, ausi fuerint conuenientes huiusmodi se pactis constringere: [g] quadraginta librarum auri solutione percelli decernimus: officio tuæ sedis quinquaginta librarū auri condēnatione multando, si in prohibitis monopoliis, & interdictis corporum pactionibus commissas forte (si hoc euenerit) saluberrimæ nostræ dispositionis condemnationes, venalitate interdum, aut dissimulatione, vel quolibet vitio minus fuerit executum.

C

*TITVLVS LX.*

## DE NVNDINIS, ET MERcationibus.

*Illi quibus sunt nundinæ, non possunt venientes ad nundinas causa debiti arrestare, nec merces eorum sequestrare, nec aliquam partem mercium ratione territorii accipere, nec aliquod datiū imponere, vel pedagium, vel gabellam. nundinantes enim liberi sunt tempore nundinarum in accessu, mora, & recessu. Bald. Vel sic: Tēpore mūdinarum negotiatores & alii ad nundinas concurrentes, non possunt ibi ex ante gesto conueniri. Salycetus.*

1. Impp. VALENS ET VALENTINIANVS AA. ad Probum præfe. præto.

D

Qvi exercendorum mercatuū aut nundinarum licentiā [h] vel veterū indulto, vel nostra auctoritate meruerunt: ita beneficio rescripti potiantur, vt nullum in mercatibus atque nundinis ex negotiatorū mercibus conueniant, [i] vel in venalitiis [k] aut locorum [l] temporali quęstu & commodo priuata exactione sectētur, vel sub prætextu priuati debiti aliquam ibidem concurrentibus molestiam possint inferre.

*TITVLVS LXI.*

## DE VECTIGALIBVS & commissis.

*Libertas præstita ante motam quæstionem commissi, non reuocatur prætextu vectigalis non soluti. Salycetus.*

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Victorino.

Si iure [m] manumiss' es ante quæstionē [n] commissi motā: statum tuū vectigalis nomine cōuelli non est æquū.

*Res quæ incidit in commissum, post quinquennium non potest peti. Bald. Vel sic: Commissum nō petitur post quinquennium: nec etiā ante peti potest precium rei sine dolo peremptæ, quæ cecidit in commissum. Saly.*

11. Iidem AA. Linuo.

Neque cōmissum quod ante quinquennium factum

NEque cõmissum.] CASVS. Post quinquennium, nisi sit lis contest. pro cõmisso res vindicari nõ potest. & si res non extat: nec dolo extare desierit: nõ potest precium peti.

a *Non est.* nam si esset, perpetuata esset actio: vt. j. de præscript. xxx. anno. l. fi.

b *Nec dolo.* vel lata culpa: vt. ff. si mensor fal. mo. dixe. l. j. §. lata. non leui, sicut etiam in deposito: quia sicut ibi gratia deponentis tantum: ita hic tãtum gratia fisci erat. Item no. q̃ quinquennio tollitur rei vindicatio fisci, & sic videtur contra. ff. de diuer. præscrip. l. in omnibus. Sed in litera ibi soluitur, nisi minora tempora &c. Item contra. j. de præscript. xxx. an. omnes. Sed de his dixi. ẽ. de sacrosan. eccle. l. vlti.

*Fisco aliquando tollitur rei vindicatio quinquennio.*

OMnibus.] CASVS. Pœna recognitionis omissæ super vectigalib⁹ est militibus remissa.

c *Tenerentur.* cum hoc sit militis priuilegium: apparet aliud esse i priuato: vt hic, & ff. eo. l. fina. §. diuus quoque Pius. Item & pro vectigali nõ præstito: vt ff. eo. l. imperatores. & ff. de mi. l. si ex causa. §. si in commissum. Item ex illicita delatione: vt ff. eo. l. cotem. §. dominus. Itẽ ex illicita emptione: vt. j. e. l. si quis. Item expone professiones, id est scripturas quibus cõtinetur se tãtum debere nomĩe vectigalis, & nomine talis rei.

*Vectigal nõ solutum, & multa alia faciunt res cadere in cõmissum.*

d *Deposito.* id est omisso.

e *Portoria.* id est vectigalia.

f *Exolue.* tu miles.

PEnes illum.] CASVS. Remaneant vectigalia penes illum qui plus dabit, & duret per triennium locatio, postea renouetur.

g *Extiterit.* si modò bene caueat: vt. ff. eo. l. licitatio. in pri. & de iure fisc. l. non intelligitur. §. cum quinquennium. & infra tit. proxi. l. fina.

VNiuersi.] CASVS. Pro rebus quæ ad vsum propriũ vel ad fiscum vel ruris gratia vehuntur, vectidicitur, si lite res anticipata nõ est, [a] vindicari potest: neque pro re quæ in commissi causam cecidit, si ipsa non existat, nec dolo [b] supprimatur, preciũ peti potest.

*Licet milites non incidant in commissum, tamen soluere tenentur omissum. Bald. Vel sic: Miles ob professionem omissam priuilegiatur ne incidat in commissum. Salyc.*

III. Iidem AA. Ingenuo militi.

OMnibus militibus nostris prospeximus, ne ob omissas professiones pœna cõmisi tenerentur. [c] Proinde depositio [d] hoc metu, si qua portoria [e] debere te apparuerit, exolue. [f]

*Quando fiscus vendit vel locat prouentus vectigalium, debent concedi plus offerenti, si tamen idonee caueat. Item non debet vẽdi vel locari pro minori spacio triennii. Item non debet interrumpi præstatio, id est nec vnum momentum vltra debitum dandum est emptori vel conductori ad soluendum fisco. Item finito triennio de nouo banniuntur, id est subhastantur, & venduntur. Bald. Vel sic: Locatio vectigalium debet fieri per triennium: & ei qui plus obtulerit in licitatione tempore statuto, debet concedi: & omnino tempore statuto soluendum est, & triennio finito ad nouam locationem debet procedi. Saly.*

IIII. Imp. CONSTANTINVS A. ad Rusum.

PEnes illum vectigalia manere oportet, qui superior in licitatione extiterit: [g] ita vt non minus quàm triennij fine locatio concludatur, nec vllo modo interrũpatur tẽpus exigendis vectigalibus præstitutũ. Quo peracto tempore, licitationum iura conductionúmq; recreari oportet, ac simili modo aliis collocari.

*Non soluitur gabella de eo quod pro vsu proprio, nec de eo quod ad fiscum portatur, nec de instrumentis ruralibus: sed si causa negociationis, soluitur. Quid ergo si dubitetur? Respon. recurrendum est ad indicia. Bald. Vel sic: Pro rebus quæ portantur ad fiscũ, vel proprii vsus causa, vel gratia ruris exercendi: nõ debet vectigal solui. Saly.*

V. Idem A. Menandro.

VNiuersi prouinciales pro his reb⁹ quas ad vsum proprium [h] vel ad fiscum inferunt, vel exercendi ruris gratia reuehunt, [i] nullum vectigal à stationariis exigantur. ea vero quæ extra prædictas causas, vel negociationis gratia portãtur, solitæ præstationi vel pensitationi subiugamus: capitali pœna proposita stationariis, & vrbanis militibus, & cæteris personis, quorum auaritia id tentari firmatur.

*Nullus est immunis à solutione vectigalium, etiam si super immunitate proferat principis rescriptum: quia præsumitur obreptitium. Salycetus.*

VI. Impp. VALENS & VALENTIN. AA. ad Florentinum comitem sacrarum largitionum.

OMnium rerum ac personarũ quæ priuatã degunt vitam, in publicis functionibus æqua debet esse ĩspectio. ℣ Hoc ideo dicimus, quia nõnulli priuatorum elicitas suffragio proferunt sanctiones, quib⁹ vectigalia vel cætera huiusmodi quę inferri fisco moris est, sibi adserant esse cõcessa. [k] ℣ Si quis ergo priuatorum huiusmodi rescriptione nitatur, cassa eadem sit. Vectigalium enim non parua functio est, [l] quæ debet ab omnibus, qui negotiationis seu transferendarum mercium habent curam, æqua ratione dependi: exceptis nauicularijs, cũ sibi gerere rem probabuntur.

*Nomine vectigalis soluitur octaua, à qua nullus est immunis. Saly.*

VII. Iidem AA. & GRATIANVS A. ad Archelaum comitem Orientis.

EX prestatione vectigalium nulli⁹ omnino nomĩe quicquã minuatur, quin octauas [m] more solito cõstitutas omne hominum genus quod cõmerciis voluerit interesse, depẽdat: nulla super hoc militarium personarum exceptione facienda. [n]

*Ambasiatores pro rebus quas portant non sui vsus gratia ad locum ad quem vadunt, tenentur soluere vectigal: non pro his quas portant de loco vnde reuertũtur. Saly.*

VIII. Imppp. GRATIA. VALENTI. & THEOD. AAA. Palladio com. sacra. largi.

ALegatis [o] gentium deuotarum, [p] ex his tãtum speciebus quas de locis propriis vnde cõueniunt, huc deportãt, octauarij [q] vectigal accipiant: quas vero ex Romano solo, quę sunt tamen lege concessæ, [r] ad propria deferunt: has habeãt à prę stationem immunes ac liberas.

*Licet gabella non soluatur, tamen curandum est ne ad hostes aromata deferãtur. h. d. tex. cum glo. Bald. Vel sic: Licet vectigal hodie per Aegyptum non soluatur, tamen traductio animalium olim prohibita non permittitur. Salycetus.*

IX. Iidem AAA. eidem comiti sacrarum largitionum.

VSurpationem totius licentiæ [s] summouemus circa vectigal Arabarchiæ per Aegyptum atque Augustaneam cõstitutum, nihílque super traductione animalium (quæ sine prohibitione solita minimè permittenda est) temerariè per licentiam vindicari concedimus.

gal nõ detur: capitalis pœna stationarijs, si cõtra faciant, inferatur.

h *Proprium.* scilicet vitę suæ & familiæ necessarias: vt. ff. de vsu & ha. l. ij. §. j. & l. plenum. §. j.

i *Reuehunt.* id est deportant ad culturam agrorum. à re, & veho. Excipiuntur etiã quædam aliæ: vt. ff. eod. l. licitatio. §. earum. & §. res. & §. fiscus. & infra eo. l. omnium. in fi. & l. à legatis. Sed quid si gratia domus faciendæ, vel reficiendæ, vel alicuius operis, inferantur? Respõ. per hanc. l. nõ videntur excepta.

OMnium rerum.] CASVS. Omnium rerum ac personarum priuatarũ circa vectigalia est æqua cõditio, vt omnes soluant, exceptis nauicularijs.

k *Concessa.* id est remissa. Et est ad. l. istam in authẽ. de monachis. §. hinc autem nobis. colla. j. & j. de anno. & tri. l. omnes. lib. x.

l *Non parua functio vectigalis est.* & ideo talia rescripta sunt prohibita fisco, quia ideo nõ valent: vt. ẽ. de li. preci. impera. offe. l. iij.

EX præstatione.] Em *Octauas.* Not. octauas, sic & supra de eunuchis. l. ij.

n *Facienda.* vt &. ẽ. e. l. omnib⁹. ĩ fi. & facit infra de quibus mu. vel præst. li. x. l. ij. & iij.

ALegatis.] CASVS. Pro his quæ apportãtur Romã, octauarij recipiant vectigal: nõ pro his quæ in regressu reportabũt de Ro. lex seq. plana est.

o *Alegatis.* id est ambasiatoribus.

p *Deuotarum.* id est quæ deuotæ sunt & obediunt populo Romano. aliud in legatis hostiũ: quia cum illis non est commercium: vt. ff. de verb. oblig. l. liber homo. & j. tit. ij. l. ij. & l. mercatores. & facit. j. de metallarijs. l. j. & v. lib. xj. Accur.

q *Octauarii.* i. hi qui ad hoc constituti sunt, vt octauas accipiant.

r *Concessa.* ẽ. quæ res expor. nõ de. l. j. & ij. Accursius.

℣ *Surpationẽ. Licentia.* qa cũ liceret accipere vectigal, amodo nõ cõcedit: non tamẽ prmittit traductionem

BIU Cujas

nem animalium sine prohibitione illa, forte scilicet ne Barbaris concedant. & non legitur hæc lex.

V *Vectigalia quæcũq;.* a *Quæsierunt.* à príncipe.

b *Formidari.* infra de pascuis publi. l. j. li. xj. contra H.

c *Si quis. Mancipum.* genitiui casº pluralis numeri, & nõ legitur.

Q *Vicquid contra.* d *Vectigales.* i. eos qui præsunt vectigalibus exigendis. Azo.

e *Largitionalium.* quia largitione príncipis vel alterius consecuti sunt hanc potestatem. Azo. & facit. j. tit. j. l. nõ solent. & nõ legitur.

f *Exceptis. Ad sacrũ.* Illa enim tãtũ principi reseruãtur.

g *Cætera.* vectigalia.

h *Ærario.* Sic ergo duæ partes fisco, tertia ciuitati, vel ordini ciuitatis datur: vt hic, & est sic. j. de operi. pu. l. ne splendidissimæ. & in authen. de colla. §. iubemus. colla. ix. &. j. de diuer. prædiis vr. & rust. l. iij. in fi. lib. xj.

*Vectigalia quæ sunt applicãda.*

i *Consortium.* id est cõtributio.

k *Portionis.* id est tertiæ partis, quæ singulis adsignatur ciuitatibus. Azo. & nõ legitur hęc in scholis.

*VECTIGALIA nouа &c.*

*Non quidem.* ]*CASVS.* Noua vectigalia non instituuntur propter tenuitatẽ. hoc in prima. l. Nec decreto ciuium. hoc in secunda. Nec inconsulto principe. hoc in tertia. Si vltra modum consuetum conductiones perceperint, pœna est exilij.

l *Non quidem.* Concor. ff. ad. l. Iul. ambitus. l. j. & ff. ad leg. Iuliam de vi pu. l. fi. &. j. de allu. hi quos. & infra de excu. mu. l. placet. &. j. lib. x. de colla. dona. &. ff. de cen. l. forma. §. j. & non legitur in scholis.

m *Vectigalia.* Facit. ff. de publica. l. licitatio. aliàs. l. vectigalia. & idem est in ecclesiis per concil. Laterañ. vt in. c. prohibemus. extra de censi. & non legitur hæc in scholis.

*Quod conceditur ciuitati ad angustias sumptuum releuandas, firmum esse debet. Bald. Vel sic: Quælibet ciuitas vectigalia sibi concessa pro suis curiis imponere potest. Salycetus.*

1. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA. Rufino præfecto prætorio.

VEctigalia quæcũque quælibet ciuitates sibi ac suis curiis ad angustiarum suarum solatia quęsierũt, [a] siue illa functionibus curialium ordinum profutura sunt, siue quibuscunque aliis earundem ciuitatum vsibus designãtur: firma his, atque ad habendum perpetua manere præcipimus, neque vllam contrariam supplicantium super his molestiam formidari. [b]

*Salinarii si emunt salinas, nil potest mensurari vel vendi sine eorum licẽtia: & pœna est ipsis applicãda. Bald. Fa. ff. de act. empt. l. creditor. Vel sic: Nemini licet vendere sal sine licentia publicanorum, aliàs sal, & precium cadit in commissum, & publicanis debetur. Salyc.*

11. Iidem AA. Lampadio. P. P.

SI quis sine persona mancipum, [c] id est salinarum conductorum, sales emerit, vendereve tentauerit, siue propria audacia, siue nostro munitus oraculo: sales ipsi vnà cum eorum precio mancipibus addicantur.

*Rescripta contra conuentiones & statuta vectigalium, non valent. h. d. Salyce.*

12. Impp. HONORIVS & THEODO. AA. Cusoni comiti sacrarũ largitionũ.

QVicquid contra vectigales [d] largitionalium [e] titulorum, vel pragmaticis, vel sacris adnotationibus fuerit elicitum, effectu & viribus carere censemus.

*Tertia pars gabellarum & pedagiorum pertinet ad ciuitatem: duæ vero ad fiscum imperii. Bal. Vel sic: Vectigalis soluti duas partes habet fiscus, tertiam ciuitas vel municipium, nisi sit vectigal principi reservatum. Salycetus.*

13. Impp. THEOD. & VALENTI. AA. Flauiano. P. P.

EXceptis his vectigalibus quæ ad sacrum [f] patrimonium nostrum quocunque tempore peruenerunt, cætera [g] reipublicæ ciuitatum atque ordinum, æstimatis dispendiis quæ pro publicis necessitatibus tolerare nõ desinunt, reseruẽtur: cũ duas portiones ærario [h] nostro conferri prisca institutio disposuerat. atque hanc tertiam iubemus adeo in ditione vrbiũ municipúmque consistere, vt proprij compendij curam non in alieno potius quàm in suo arbitrio nouerint constitutam.

A Designatæ igitur cõsortium [i] portionis [k] eatenus iuri ordinũ ciuitatũq; obnoxiũ maneat, vt etiã locandi quãti sua interest, licẽtiã sibi nouerint cõtributã.

*TITVLVS LXII.*

VECTIGALIA NOVA instituí non posse.

*In arduis princeps committit examinationẽ, & sibi reseruat deliberationes: vt hic, & nõ. prudentiam regis. Bald. Vel sic: Si expedit alicui ciuitati nouum vectigal imponere, præses debet principi pro licentia obtinenda rescribere. Salyce.*

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Victorino.

B NOn quidem [l] temere permittenda est nouorum vectigalium exactio: sed si adeo tenuis est patria tua, vt extraordinario auxilio iuuari debeat, allega præsidi prouinciæ quæ in libellum contulisti: qui re diligenter inspecta, vtilitatem communem intuitus, scribet nobis quæ compererit: & an habenda sit ratio vestri, & quatenus, existimabimus.

*Ciuitates quæ sunt sub principe, nõ possunt imponere noua datia: & imposita non debent solui, & soluta vi vel simplicitate, debent restitui. hoc dicit cum seq. Bald. Vel sic: Sola ciuitatum decreta nõ sufficiunt ad noua vectigalia instituenda. Saly.*

11. Iidem AA. Callistiano.

C VEctigalia [m] noua nec decreto ciuitatũ instituí possunt.

*Vectigal illicitum non debet exigi: & exactum debet restitui. h. d. Saly.*

111. Impp. GALLIEN. & VALERIAN. AA. Tusco, & aliis.

NOn solẽt noua vectigalia incõsultis príncipib° [n] instituí. * Ergo & exigi aliquid qđ illicite poscatur, cõpetẽs iudex vetabit: & id quod exactũ videtur, si cõtra rationẽ iuris extortũ est, restitui [o] iubebit.

*Vectigal non debet exigi vltra antiquam consuetudinem, vel vltra statutum à principe, sub pœna perpetui exilii. Salycetus.*

1111. Imp. CONSTANTINVS A. ad Felicẽ præfec. prẽt.

D SI prouincialium nostrorum querela de conductorum auiditate extiterit, & probatum fuerit vltra antiquã cõsuetudinẽ, [p] & nostræ terminos iussionis aliquid eos profligasse: rei tãti criminis perpetuo exilio puniãtur. Sub cõspectibus autẽ tuis, vel eorũ qui tuæ grauitati succedũt, licitationis cura seruetur.

*TITVLVS LXIII.*

DE COMMERCIIS, ET MERCATORIBVS.

*Benigne & salua congrua honestate sunt cõpellendi homines ad solutiones fiscalium. Bald. Vel sic: Negociatores principis, & etiam mercatores debent benigne moneri vt vectigalia & debitas pensiones soluant. Salycetus.*

1. Impp. VALENS & VALENTINIAN. AA. ad Iulianum comitem Orientis.

NEgociatores si qui ad domum nostram pertinent, potẽtiorũ quoq; homines necessitatem [q] debitã pẽsionũ (vt honestas postulat) agnoscere moneantur: [r] vt per

n *Non solent. Incõsultis principibus.* ad hoc. ff. de leg. & se. con. l. & ideo. & de consti. prin. l. in rebus. & supra titu. j. l. quicquid.

o *Restituí.* cum pœna: vt ff. de publ. licitatio. §. quod illicite. & infra de fur. l. etiam. & supra ex quibus cau. infa. irro. l. ij. & infra lib. x. de superexacto. l. j. & de excu. mu. l. placet. & infra de censi. l. peræquatores. lib. xj.

p *Si prouincialiũ. Consuetudinem.* sic. ff. de ver. sign. l. munus. ij. & facit ad hanc. l. j. de ędi. priua. l. per prouincias. &. ff. de publi. licitatio. §. quod illicite. &. l. si publicani. §. fi. &. ff. ad. l. Iul. de vi pu. l. fin. &. s. tit. j. l. iij. & non legitur.

*DE COMMERciis & mercatoribus.*

*In hoc tit. quædam specialia ponit circa negociatores pertinentes ad domum principis: & quædam generalia omnium mercatorum.*

*Negociatores.* ]*CASVS.* Negociatores domus principis, & aliorum potentiorum, debent moneri vt soluant: & fiat effectus tolerabilis agnoscẽdæ deuotionis.

q *Necessitatẽ.* aliàs necessitate debitam pensionem.

r *Moneantur.* hic benigne exiguntur debita etiã à quolibet negociatore ad domum principis pertinente.

* *Vide tex. & Panor. in ca. super quibusdam. de verb. sig.*



BIU Cujas

*Deuoti qui dicuntur.*

**Et no. hic quòd nõ licet mercatorib⁹ aurũ portare ad Barbaros p mãcipiis vel specieb⁹ accipiẽdis, & quòd aurũ debet ab eis subtili ingenio auferri.*

a *Deuotionis*. scilicet debiti siue vectigalis siue alterius: quia cum efficacia benigne, & cũ instantia humane conueniendi sunt vt soluant: vt. ff. de vsuris. l. si bene. Azo.

b *Effectus*. aliàs affatus: & alias effectus.

c *Non solum. Subtili*. & hic bonus est dolus: vt. ff. de dolo. l. j. §. non fuit. Et erant hi Barbari hostes populi Romani: vt ff. de cap. l. nihil. subiecti enim imperio deuoti dicuntur: vt. ſ. tit. ij. l. à legatis. & facit xxij. q. ij. c. vtilem.

d *Repertum*. ad hoc. j. de priua. car. l. j. & ad legem Iul. de vi. l. seruos. in fi. &. ff. ad Syll. l. j. in fi. &. ff. de sep. vio. l. iij. §. diuus Hadrian⁹. &. ff. de noxa. l. in delictis. &. l. in omnibus. &. j. de priui. scho. l. j. lib. xij. &. ff. de his qui notã. infa. l. quid ergo. §. ij. & in decre. distin. lxxxiiij. error. &. lxxxvj. facientis. &. ij. q. vij. negligere. &. xxiij. q. iij. qui potest. &. q. viij. c. præterea.

e *Nobiliores*. facit j. loca. l. milites. & in decre. xiiij. q. iij. clerici. &. ſ. de rescin. ven. l. fin. &. ff. de aucto. tut. l. v. §. pupillus.

*Mercatores.*] CASVS. Prohibet ne vltra certa loca mercantiæ fiant, & pœnas imponit mercatorib⁹ & iudicibus si contra fiat. excipiuntur legati, nisi sub specie legationis diu morẽtur i prouinciis. Viuianus.

f *Persarum regi*. qui non erat subiectus Romano imperio tempore huius. l. sed incepit tempore Iustiniani: vt in authen. de hæred. & Falci. in prin. colla. j.

g *Commeauerint*. habent enim in sua cura limites custodire. Azo.

h *Comitentur*. quò nõ debent permitti redire, si diutius resideant. Azo. & non legitur.

i *Cessante omni ambitione*. loquitur de mercatoribus pertinentibus ad domum principis: de quibus loquitur. ſ. co. l. j.

k *Collegiatorum*. quia de eorum collegio vel corpore erant.

l *Substituendi*. vltra prædictum numerum.

cunctos qui emolumenta negociationibus captant, tolerabilis fiat agnoscendæ deuotionis[a] effectus. [b]

*Licitum est ab hostibus furari, & prædari. Bald. Vel sic: Cum hostibus populi Romani vel sacri imperii non licet mercari. hoc dicit secundum glos. Salyce.*

II. Imppp. GRATIANVS VALENTINIANVS & THEOD. AAA. Tatiano comiti sacr. larg.

NOn solum Barbaris aurũ minimè præbeatur, sed etiam si apud eos inuentum fuerit, subtili[c] auferatur ingenio.* ℣ Sed si vlterius aurũ pro mancipiis vel quibuscũq; specieb⁹ ad Barbaricum fuerit translatũ à mercatoribus: non iam damnis, sed suppliciis subiugentur. Et si id iudex repertum[d] non vindicat: tegere vt conscius criminosa festinat.

*Alii sunt nobiles, alii virtuosi, alii diuites. vnde virtus nõ dicitur nobilitas nec diuitiæ. Iaco. But. & qui facit artes mechanicas, non potest esse nobilis. tex. est hic not. Bal. Vel sic: Potentiores & nobiliores debent se à negociationibus abstinere, vt plebeii facilius possint negociari. Saly.*

III. Impp. HONO. & THEOD. AA. Theodoro. P. P.

NObiliores[e] natalibus, & honorum luce cõspicuos, & patrimonio ditiores, pernicioſum vrbibus mercimonium exercere prohibemus, vt inter plebeios & negociatores facilius sit emendi vendẽdiq; commercium.

*Non est licitum mercationis causa conuersari cum gentibus non gratis populo Romano: ne credantur Romani exploratores arcanorum regni alieni. Et not. pœnam hic imponi subditis de eo quod faciunt extra territorium patriæ. Bald. Vel sic: Dum imperator iniisset fœdus cũ rege Persarum, statuit quòd extra certa loca hic nominata subiecti Romano imperio non possent mercari à Persis: nec econtra. aliàs puniuntur ipsi, & iudices per quorum iuerunt limites. excipit legatos Persarum, qui tempore suæ legationis merces duxerunt commutandas. Salycetus.*

IIII. Iidem. AA. Anthemio præfecto prætorio.

MErcatores tam imperio nostro, quàm Persarum[f] regi subiectos, vltra ea loca in quibus fœderis tempore cum memorata natione nobis conuenit, nundinas exercere minimè oportet, ne alieni regni (qđ non conuenit) scrutentur arcana. ℣ Nullus igitur posthac imperio nostro subiectus vltra Nisibin, Callinicum, & Artaxatan emendi seu vendendi species causa proficiſci audeat: nec prẽter memoratas ciuitates cũ Persa merces existimet cõmutãdas: ℣ Sciente vtroq; qui contrahit, & species quæ præter hæc loca fuerint venundatæ, vel cõparatæ, sacro ærario nostro vindicandas: & præter earum rerum ac precij amissionem, quod fuerit numeratum, vel commutatum, exilij se pœnæ sempiternæ subdendum: ℣ Non desutura contra iudices, eorúmque apparitores per singulos contractus qui extra memorata loca fuerint agitati, triginta librarum auri condemnatione, per quorum limitem ad inhibita loca mercandi gratia Roman⁹ vel Persa commeauerint: §* ℣ Exceptis videlicet his qui legatorum Persarum quolibet tempore ad nostram clementiam mittendorum iter comitati, merces duxerint cõmutandas: quibus humanitatis & legationis intuitu extra præfinita etiam loca mercandi copiam non negamus: nisi sub specie legationis diutius in qualibet prouincia residentes, nec legati reditũ ad propria comitentur: [h] ℣ Hos enim mercaturę insistentes, non immerito vnà cũ his cũ quibus cõtraxerint seu resederint, pœna hui⁹ sanctionis persequetur.

*Mercatores ad domum principis pertinentes debent esse. ccccclxiii. qui à muneribus personalibus sunt immunes. h. d. Saly.*

V. Iidem AA. Actio præfecto prætorio.

CEssante omni ambitione, [i] omni licentia, quingentorum sexagintarium collegiatorum[k] numerus maneat, nulliq; his addendi, mutandíve, vel in defuncti locũ substituendi[l] pateat copia: ita, vt iudicio tuę sedis sub ipsorum præsentia corporatorum in eorũ locũ, quos humani subtraxerint casus, ex eodẽ quo illi fuerant corpore, subrogentur: nulli alij corporatorum præter dictum numerum per patrocinia immunitate concessa.

*Transgredientes ciuitates prohibitas, vel negotiationes prohibitas suscipientes, cuiuscunque sint dignitatis, puniuntur pœna exilii, & publicatione bonorum. quod not.*

VI. Iidem AA. Maximo comiti sacrarum largitionum.

SI qui[m] inclytas nominatim vetustis legibus ciuitates transgredientes ipsi, vel peregrinos negotiatores sine comite commerciorum suscipientes fuerint deprehensi: nec proscriptionem bonorum, nec pœnam perennis exilij vlterius euadent. Ergo omnes pariter, siue priuati, siue cuiuspiam dignitatis, siue in militia constituti, sciant sibi aut ab huiusmodi temeritate penitus abstinendum, aut supradicta supplicia subeundum.

sic &. ſ. de sacrosan. eccle. l. non plures. & nõ legitur.

m *Si qui*. facit. ſ. eo. l. mercatores. & non legitur.

*DE REVM permutat. &c.*

*Dixit[a] de contractibus a ipsa nominatis, ex quib⁹ trãſfertur dominium: nunc de eis innominatis, ex quibus ſſ. Saly. militer transfertur: antequam dicat de locatione quæ est nominatus: sed nõ trãsfertur ibi dominium. & quia inter nominatos præcipuus est permutatio. Permutatus, ideo de hoc dicit. Sed quare nõ dicitur nominatus permutatio, cũ eleg⁹ tritius sit nomen, quàm in venditione, vel similibus? Respon. permutare, verbũ est generale etiam pertinens ad venditionem, & locationem, & omnẽ contractũ vbi aliquid hinc inde accipitur: sed alicontractus sua sumpserunt nomina. at hic cũ datur species certa pro alia certa, caruit nomine specialiter. plura sunt negotia &c. vt. ff. de præscript. verbis. l. natura. sicq; vetiuit generale: vnde dicitur innominatus, scilicet nomine speciali. Alii aliter respondent: vt dixi. ff. de past. l. iurisgẽtium. §. i. Accur.*

*Si cum*. Ista lex est valde singu. secũdũ Bar. Bald. Ange. & Ia. hic, & secundum Bald. in. l. si vt proponis. ff. de condic. ob causam. ad hoc ꝙ licet in contractu permutationis regulariter sit locꝰ pœnitentiæ: tamen quando res venalis permutatur, nõ habet locum pœnitẽtia: & per consequens nec cõdictio ob causam secundũ eosdẽ. & figura casum i hac. l. vt in glos. proxima.



BIU Cujas

## TITVLVS LXIIII.
## DE RERVM PERMVtatione,& præscriptis verbis.

*In permutatione rei venalis,ab euictionẽ conditio ob causam non datur: secus in nõ venali. h.d.Bald. Vel sic: Si res permutata & euicta venalis fuerat,præscriptis verbis ad interesse agitur: & non condictione ob causam ad repetendum datum. secus si venalis non fuerat exposita: quia tunc præscriptis verbis, vel condictione ob causam agi potest. Salyce.*

1. Imp. GORDIANVS A. Therasæ.

SI cũ patruus tuus venalem [a] possessionẽ haberet, pater tuus precij nomine, licet non taxata [b] quantitate, aliam possessionem dedit: ídque quod comparauit, [c] non iniuria iudicis, nec patris tui culpa euictum [d] est: ad exemplum ex empto actionis, non immerito id quod tua interest, [e] * si in patris iura successisti, consequi desideras. ℣ Atenim si cum venalis possessio non esset, permutatio facta est: ídque quod ab aduersario præstitum est, [f] euictum est: quod datum est, si hoc elegeris, cum ratione restitui postulabis. [g]

*Permutatio est similis venditioni: & ex ea oritur actio præscriptis verbis, quæ est bonæ fidei. Bald. Vel sic: Tria dicit: videlicet quòd permutatio est bonæ fidei: & re ipsa perficitur: & similis est emptioni. & quia est bonæ fidei, ideo actio resultans ex ea, est bonæ fidei: vt instit. de act. §. actionum. Salycetus.*

11. Impp. DIOCLE.& MAXIMIAN. AA. Primitiuæ.

PErmutationem, vtpote re ipsa [h] bonæ fidei constitutam, [i] sicut cõmemoras, vicem emptionis obtinere, [k] non est iuris incogniti.

*In cõtractibus innominatis causa habetur loco cõditionis: secus in cõtractibus nominatis. h.d. quo ad originem actionis, nõ quo ad alia. Bald. Vel sic: Permutatio est contractus nudus, nisi interuentu rei vestiatur: sed stipulatio est contractus solennis. Vel sic: Ex pacto ℘mutationis nõ oritur actio: nisi vestiatur rei interuentu, vel solennitate verborum. Vel sic: Pactũ permutationis nudũ à rei interuentu, non producit actionem nisi interuenerit stipulatio. Salyc.*

111. Iidem AA. & CC. Leontio.

EX placito permutationis nulla re secuta [l], cõstat nemini actionẽ cõpetere: nisi stipulatio subiecta, [m] ex verborũ obligatione quæsierit partibus actionem.

---

*Venalem possessionem.* Patruus tuus venalem possessionem habebat pro viginti: pater tuus volens emere, dedit ei nomine precij aliam possessionem, sed non taxata quantitate, dicens, bene sufficiet tibi pro precio rei tuæ quam venalem habes. Possessio itaque quam pater tuus accepit, euicta est. tu qui es hæres patris, ages ad exemplum ex empto actionis, id est actione præscriptis verbis. Vel dic vtili ex empto ad exẽplũ directæ: ná nó fuit emptio, cũ nó fuit precium certũ: nec permutatio, cũ patruus propositum vendendi haberet, & nomine precij rem acceperit. at si cum non haberet propositum vendendi, permutauit: euicta re ageret præscriptis verbis, vel condictione ob causam.

b *Taxata.* ex quo apparet non fuisse emptionem. aliàs enim secus, [a] vt. ſ. de rescin. vendi. l. precij.

c *Comparauit.* quantũ ad hoc quod alter vendere destinauerat. Vel dic b quòd comparo est verbum generale: vt. ff. de cõtrahẽ. empt. l. j. §. penulti.

d *Euictum est.* si enim iniuria iudicis, vel culpa patris, quia fuerat absens, sit euictum, nó ageres: vt. ff. de euict. l. si per imprudentiam. &. l. si ideo Ergo patet quòd fuerit aliena: ergo non fuit permutatio: [c] vt. ff. eo. l. j. §. item emptio. vbi dicit impediri. Accursius.

e *Interest.* nó etiam quod dedisti. ex quo apparet nõ fuisse permutationem, sed alium contractum innominatum similem emptioni, & permutationi. & dabitur vtilis ex empto secundum B. & Azo. vel præscriptis verbis, [d] secundum H. & est ad hoc. j. de euictio. l. si prædium. &. l. si permutationis.

f *Præstitum est.* caute dicit, præstitum: nam & in re aliena consistit permutatio [e] donec euincitur: licet Pedius contra videatur sensisse: vt. ff. eo. l. j. circa fi.

g *Postulabis.* per condictionem ob causam. Et not. [f] ℘ aut datur precium pro re, & est emptio: aut species pro specie, & tunc aut incerta pro incerta: vt bouem pro asino: aut incerta pro certa aut certa pro incerta: vt oleum pro frumento in genere: vt j. eo. l. emptionem. & his trib[9] casibus est cõtractus innominatus generalis: vt do vt des: vt habes hoc. ff. de ꝑscript. ver. l. naturalis. §. j. &. ij. aut certa ℘ certa, & tunc est permutatio: vt. j. eo. l. quoniam. quæ & ipsa est innominatus cõtractus, & fit nudo pacto: [g] sed non nascitur actio nisi re ex altera parte secuta: sicut & in generali, do vt des. Et hac ratione dicitur contineri permutatio sub illo generali, do vt des. & facit. ff. locati. l. & hæc distinctio.

*PErmutationem.*] CASVS. Cum emptione similitudinem habet contractus permutationis, & est bonæ fidei.

h *Re ipsa.* scilicet inspecta. Vel dic, id est veritate inspecta. sic. ff. de iureiur. l. quotiens.

i *Constitutam.* vt insti. de act. §. actionum.

k *Obtinere.* vt. ff. qui. ex cau. in posses. ea. l. fi. In hoc ergo conueniunt: quia vtraque est bonæ fidei: vt dicto. §. actionum. Item ex vtraque paratur causa vsucapiendi: vt. ff. de vsucap. l. sequitur. §. de illo. Ex vtraque parte præstatur euictio: vt. ſ. l. proxi. Ex vtraque fit redhibitio: vt. ff. de ædil. edic. l. sciendum. § penul. Item in vtraq; promittitur sanitas serui: vt. ff. eo. l. ij. Sed differũt in multis. primo, quia venditio fit consensu: sed permutatio ex rei traditione: vt infra eo. l. ex placito. Item in venditione alius est emptor, & alius est venditor: sed in permutatione non discernitur: vt. ff. eod. l. j. Item in venditione emptor facit precium accipientis: sed venditor non: at in permutatione videtur quòd A vterque deberet facere accipientis, secundum Pedium: vt. ff. eod. l. j. in fin. Item in venditione non transfertur dominium nisi precio soluto: licet res tradita sit. secus in aliis contractibus: & sic secus in permutatione: vt instit. de rerum diui. §. per traditionem. &. §. venditæ. & facit supra communia vtriusque iudi. l. j. *ADDITIO.* Vult hæc glos. in fin. quòd. §. venditæ. instit. de rerum diui. solum loquatur in cõtractu emptionis & venditionis, & non in aliis. hoc ipsum etiam vult glos. vnica in. l. traditionibus. ſ. de pactis. Sed aduerte quòd glos. in verbo, remansit, in. l. cum proponas, supra de dolo. & glos. in verbo, facere. in. l. si seruus. §. locaui. ff. de fur. tenet contrarium: quod sequitur ibi Bartol. reprobata hac glos. & glos. in. §. traditionibus. pro quo allegat text. in. l. iij. ff. de pigno. actio.

*EX placito.*] CASVS. Conueni tecum de permutando prædio meo cum tuo. si non interueniat traditio, non nascitur actio, nisi stipulatio interuenerit, quia tunc posset agi ex stipulatione.

l *Nulla re secuta.* sed re secuta nunquid ex illo pacto, an rei traditione actio oritur? Dico ex pacto: licet in mutuo & similibus ex ipsa rei traditione nascatur actio: vt hac. l. manifeste probatur. &. ff. de pact. l. iurisgentiũ. §. sed si in alium. in fi. §. j. Idem probatur & in actione de peculio. licet enim seruus debeat centum: si tamen duo tantum sunt in peculio, ad illa duo tantum est obligatus: vt. ff. de pecu. l. quotiens. §. si semel. Quid ergo si postea augeatur ei peculium? Adhuc potest agere creditor serui: vt. ff. de pecu. l. quæsitum. §. is qui. Sed vnde agit, vel ex qua causa? Certe ex eadem ex qua primo egit. nec enim ex incremento peculij actio nascitur: sed agitur ex veteri contractu. Hoc etiam ad alias nostras sententias prodest. Dicimus enim quòd ex contractu dudum inito, hodie datur actio: vt patet in mutuo: vt. ff. de fideiuss. l. si quis pro eo. §. si nummos. & in societate & in tutela. nam demum finita tutela datur actio, licet quidam dicant nasci, sed non intentari: sed falsum est: vt. ff. de tutelis & rat. distra. l. si tutor. §. fina. &. l. sequen. & argu. ff. de fur. l. serui & filij. Idem quandoque in mandato: vt. ff. de offic. proconsl. l. obseruare. §. fina. Idem dicimus in actione ex stipulatu pro dote. nec enim nascitur nisi soluto matrimonio. & pro hoc & contra hoc infra de repudi. l. j. &. ff. de bon. dam. l. sed & si alia. &. ff. solu. matrimo. l. hæc actio. Item nunquid ab vna parte re tradita, etiam alteri qui non vestiuit, datur actio? Ioan. non. & probatur ex necessitate supra de pact. l. si certis. Sed hæc quæstio videtur fatua. ad quid enim daretur actio, cum sibi iam sit adimpletũ, licet ipse non impleuerit quod conuentum est? Dici potest ad euictionem rei sibi dari.

*Peculium si minus sit quàm debitum seruo, quid iuris.*

*Actio potest hodie dari ex cõtractu dudum inito.*

m *Subiecta.* scilicet pacto. primo enim paciscuntur nudo pacto, secundo subiicitur stipulatio, & sic nascitur actio ex stipulatu, vel condictio certi ex stipulatione: vt instit. de verbo. oblig. in prin. Sed in primo casu huius. l. nascitur in factũ, vel præscriptis verbis, quod idem est: vt. j. l. proxi. & habet locum præscriptis verbis in pactis incõtinenti appositis: vt. ſ. de pact. inter emp. & vendi. l. ij. Item secundo vbi dubitabatur de nomine contractus: vt. ff. de præscrip. verb. l. j. ij. &. iij. &. l. si tibi rem. & de exerci. ac. l. j. Item tertio in tribus contractibus innominatis. ſ. do vt des. sub quo est permutatio: & in, facio vt facias: &, do vt facias. Sed in quarto. ſ. facio vt des, datur de dolo: vt. d. l. naturalis. §. quod si fa-

*Actio præscriptis verbis, vbi habet locum.*

*Segnitur eam Cyn. Bar. Bald. & Sal.*

*Idem Cy. Bar. & Sa.*

*Cyn. Bal. & Sal. secundo*

*Idem pro*

*Cyn. Bal. & Sal.*

*Bal. & Sal.*

*Cyn. Bal. & Sal.*

*Bal. & Sal.*

*Cyn. Bal. & Sal.*

*Bar.*

*Bal. & Sal.*

*Bal. & Sal.*

*Bal. & Sal

si faciam. Et est ratio: quia ex hoc facto mihi abest, & tibi non adest: vt si de manumittendo conueni: vt supra de dolo.l. cum proponas.aliàs cõtra, scilicet si tibi adesset: vt.ff.eo.l.solent. Sed hæc ratio fallit in facio vt facias, si de manumittendo conuenit hincinde: vt.ff.eo.l.naturalis.§. fina. Sed ibi est alia ratio: quia hincinde est obligatio facti. vnde condemnatio fit in interesse: vt.ff. de re iud.l.si quis ab alio.§. fina. Est & alia ratio quare de dolo datur: vt diximus.ff.eo.l. naturalis.§. quod si faciam.&.§.iij. Item nō. hos cõtractus cognosci ex pacto, non ex eo quòd præuenitur ab altero: vt supra de trãsac. l.cũ mota. Item in factum actio, in multis sibi locũ vindicat. Primo vbicumque præscriptis verbis,& tunc dicitur in factum ciuilis: vt.ff.eo.l.j. in fi. Secundo in subsidium l.Aquil. vt institu. ad legẽ Aquil. in fi.&.ff. de dolo.l.& eleganter. §.idem Labeo. Itẽ loco edictorum & interdictorum: vt institu. de interdic.§. fin. Itẽ aliàs vbicũque æquitas suadet actionem dari vel ex contractu vel quasi, vel ex maleficio vel quasi: vnde dicitur nasci ex variis figuris causarum: vt.ff.de actio.& oblig.l.j. &.ff. eod.l. quotiés.& supra de sacrosanct.eccle.l.sancimus.& facit ad.l.istam ff.de pac.l.diuisionis.

*Actio in factũ, in multis habet locum.*

*Condictio ob causam non datur contra singularem personam successoris: nec actio præscriptis verbis: quia personalis actio nõ sequitur fundum.h.d. Bald. Vel sic: Si res ex causa permutationis tradita, alteri venditur, nec recipiens implet conuenta: contra emptorem nulla actio competit, sed contra eum qui recepit: vt impleat conuenta, vel vt restituat data. Salycetus.*

IIII. Iidem AA. & CC. eidem Leontio.

CVm precibus tuis expreſſeris placitũ inter te & aliũ permutationis ĩterceſsiſſe, eúmque fundum à te datum vendidiſſe: cõtra emptorem quidem te nullam[a] habere actionẽ perſpicis, cũ ab eo ſuſceperit dominium, cui te tradidiſſe titulo permutationis non negas. Sed ſi ſecũdum fidem placiti ſtipulatio ſubiecta eſt: ſucceſſores eiuſdem cum quo contractum habuiſti, conuenire nõ prohiberis.[b] Si verò nulla ſtipulatio interceſsit: præſcriptis verbis actio eſt, vt vel fides placiti tibi ſeruetur,[c] vel quod alteri accipiendi fundi gratia dediſti, cauſa non ſecuta reſtituatur.[d]

*Ista verba, hac conditione vt, non faciunt conditionem, ſed modum. & ex isto contractu oritur actio præſcriptis verbis. h.d. Bald. Vel ſic: Qui impleuit permutationem: poteſt agere contra nõ implentẽ præſcriptis verbis vt impleat: vel per cõdictionem ob cauſam vt data reſtituat. Salycetus.*

V. Iidem AA. & CC. Theodolanæ.

QVoniam adſeueras patrẽ tuum ei cõtra quem preces fundis, hac conditione dediſſe fundum, vt inuicem domum certam acciperet: aditus præſes prouinciæ placitis eum parêre: vel ſi cauſam propter quam fundus dat' eſt, ſequi non perſpexerit: *conditionis ratione datum[à te] reſtituere, ſicut poſtulas, iubebit.[e]

*Actio præſcriptis verbis ex incerto contractu naſcitur, id eſt ex contractu nominis incerti. Bald. Vel ſic: Re tradita vt impleantur conuenta, præſcriptis verbis actio competit. Salycetus.*

VI. Iidem AA. & CC. Protogeni.

REbus certa lege[f] traditis, ſi huic non pareatur, præſcriptis verbis incertam[g] ciuilem dandam actionem, iuris auctoritas demonſtrat[h].

*Generis ad genus non eſt emptio, ſed contractus innominatus: & ideo cauſa non ſecuta, habet locum condictio ob cauſam. Bald. Vel ſic: Emptio non eſt ſine precio: ideo ſi frumentum datur pro oleo, eſt permutatio. Salycetus.*

VII. Iidem AA. & CC. Timotheo.

EMptionem rebus fieri non poſſe, pridem placuit.[i] Igitur cum frumenti certam modiationem Callimacho & Acamato te dediſſe, vt tibi repræſentent olei deſignatum pondus, adſeueres: ſi placitis citra ſtipulationis ſolennitatem[k] nõ exhibeant fidem: quantum dediſti, cauſa non ſecuta cõdicere pro deſiderio tuo potes.[l]

*Ex condictione ob cauſam finalem, oritur præſcriptis verbis. Item habet locũ condictio ob cauſam tanquam in contractu innominato: ſecus ſi cauſa ſit impulſiua. h.d. text. cum glo. & not. hanc legem. Bald. Vel ſic: Ex pacto in traditione rei appoſito tanquam veſtito, agitur præſcriptis verbis vt conuenta impleantur. Salycetus.*

VIII. Iidem AA. & CC. Paulinæ.

EA lege rebus donatis Candido, vt quod placuerat, menſtruũ ſeu annuum tibi præſtaret: cum huiuſmodi conuentio non nudi pacti nomine cẽſeatur, ſed rebus propriis dictæ legis ſubſtantia[m] muniatur: ad implendum tibi placitum (ſicut poſtulas) præſcriptis verbis competit[n] actio.

---

a *Nullam.* in rem vel in perſonam: quia cum eo non contraxiſti.

b *Non prohiberis.* vt ſupra de pac.l.ſi pacto.

c *Seruetur.* ſcilicet vt tradat quod conuenit, per hanc præſcriptis verbis actionem: vt hic,&.ff.eo.l.naturalis.§.j. Sed an præciſe? Videtur quòd ſic: vt hic,& infra eo.l.ſi.in fi. Sed dico cõtra.& ſubaudi hic, niſi velit intereſſe præſtare: vt hic,& inſti.de dona.§.ij. Item quæro ſi ex cauſa permutationis tradidi rem, & fidem non habui de illa, ſed ſtatim ſperabam dãdam: an tranſeat dominium? Videtur quòd non. arg. inſtitu. de rerum diui.§. vẽditæ. Alij dicunt aliud in permutatione, quàm in venditione. ADDITIO. De hoc dicas vt dixi ſupra eo.l.ij.

d *Reſtituatur.* per condictionem ob cauſam da. cauſa non ſecuta: vt hic,&.ff.eo.l.naturalis.§.j.& infra.eo.l.proxi.

QVoniam.]CASVS. Conueni tecum de permutando domum meam cum tua: tradidi meam: non facis quod cõuenit. agam præſcrip.verb. vel condictione ſine cauſa ad repetendum quod dedi.

e *Iubebit.* vt ſupra.l.proxi. Item eſt ad.l.iſtam quòd nō.§.eo.l.j.

*Ebus.]CASVS.* Si cõuenit inter aliquos de permutandis aliquibus rebus: vt ſtetur conuentioni, vel vt præſtetur intereſſe, agetur præſcri.verb.

f *Lege.* id eſt pacto. ſic.ff.depoſiti.l.j.§.ſi conueniat.

g *Incertam.* quia continet intereſſe quod eſt ſcertum[a] prima facie, licet poſtea certificetur: vt inſti.de act.§. cum rare. ſic & ſtipulatio di citur incerta, eo quòd incertum cõtinetur in ea: vt.ff.de verb.obli. l.vbi autem non. Item ciuilis hæc dicit: quia ex æquitate ciuili datur, præſcriptis verbis dicitur: vt per ea dicas: vt.ff.e.l.quo. tiens. & l. ſi tibi polida. & l. quia actionum. & l. duo. Non tamen nego quin in factum & præſcriptis verbis quandoque ſint idem: vt diximus ſupra eo.l. ex placito. Item contra. huic.l.ff.de pac.ſi tibi. in prin. Sol. ſibi de ea obligatione quæ contrahitur re: vt ibi dixi. & eodẽ modo ſolff.ſi certum pet.l. rogaſti.§.j.

h *Demonſtrat.* vt infra de dona. quæ ſub mo.l.j. & de dona.l.legem. &.l.cum res. & de pac.do.l.legem. & ſupra de act.emp.l. ij. & de contrahen. empt.l. ſi donationis. & ſupra de pac.l.legem. &.ff.de pac.l.in traditionibus.

*Mptionem.]CASVS.* Si rem meã cum tua permutauero: emptio non eſt. Si igitur conuenit vt dem tibi decem corbes frumenti, & tu mihi decẽ cados olei: ſi ſtipulatio ſecuta nõ fuerit, & decẽ corbes tradidi, nec ſtas placitis: repetã cõdictione ſine cauſa qđ dedi.

i *Placuit.* vt.ff. de cõtrahen. emp.l.j. & dic reb'. i. ſpecieb' ab vtraq; parte ĩterueniẽtib'.

k *Solennitatem.* aliàs obtinet quod eſt ſupra ſi cert.pet.l.ſi non ſinguli.

l *Potes.* vt & ſupra eo.l.quoniam. & ſupra de condic.ob cauſam.l.ea lege. &.l.dictam. & infra de dona.l.legem.

*Alege.]CASVS.* Si dedi fundum vt annuatim dares mihi decem corbes frumenti, vel quolibet menſe vnum corbem: ſi placitis non obtemperes, agam præſcrip.verb.

m *Subſtantia.* id eſt ipſa lex dicta rebus propriis rei traditione minuatur. Azo. vt & ſupra eo.l.rebus. cum ſuis concor. & infra de euict.l.ij. Et not. quòd reſert cum aliquid do vt aliquid facias: quia aut aliàs eram daturus, & tunc nulla competit actio: vt.ff.de dona.l.ij.in fi.&.l.ſeq. aut non, & tunc vel condictio ob cauſam ad repetendum datur, vel præſcriptis verbis, vt fiat quod conuenit, vel intereſſe præſtetur.

n *Competit.* vt hic,& dixi ſupra de pac.inter emp.l.cum te.



BIU Cujas

*Quia locatio ad similitudinem emptionis est inducta: ideo de ea ponit post venditionem.*

*Dominus.*]CASVS. Locatii tibi horreum vt in eo frumentum tuum reponeres: reposuisti, & latronum incursu vel alio fortuito casu amisisti, puta quia horreum non erat clausum: periculum rerum repositarum ad me non pertinebit. Sed si non fractis vel nō lęsis horreis, dominus horreorum tenetur.

a *Latronum.* qui effractis horreis surripuerunt ibi posita.

b *His cessantibus.* & aliis similibus casibus fortuitis, qui non prestantur hic: vel simili alio iudicio bonæ fidei: vt hic, & ff.e.l.dominus.in prin.&.l. ex cōducto.§.j.&.l. peride.&.l.sed & de damno.&.l.habitatores. & supra de pig.act.l.quæ fortuitis.& deposi.l.j. &.ff.commo.l.ad eos. &.ff.de act.emp.l.si ea res. Sed hoc casu debet exhibere custodes: vt infra eo.l.iij.

c *Extrinsecus.* id est non vitio ipsarum rerum depositarum. Vel dic id est extra has causas, fortuitorum scilicet casuum. Et dic mercede, scilicet interueniente, secundum Ir.vt.ff.eo.l.qui mercedem.

d *Illæsis.* per quod præsumitur dominus in culpa prima facie, scilicet eius culpa periisse res. Et distingue hic secundum Ioan. vt diximus.ff.eo.l.dominus. Item no. quod dicitur vulgo, scilicet an quid de suo perdiderit, qui rem commodatam vel depositam perdidit. pro quo est.ff.commoda.l.si vt certo.§. quod vero. Accursius.

e *Depositarum.* id est positarum in dictis horreis. nec enim fuit depositum, immo mercede data dominus horreorum retinet dictas merces in horreis suis.& sic fuit locatio, non depositū: vt.ff. deposi.l.j.§.si quis seruum.in secundo dicto. Si vero ecōtra depositum, tunc tenetur de solo dolo & lata culpa: vt supra depo. l.j. nisi in certis casibus qui not.ff.deposi.l.j.§. sæpe.

*Duersus.*]CASVS. Si faber opus faciendum à me conduxit, nec præsto sibi mercedem operę: aget ex conducto ad interesse. Sed nunquid venient vsuræ ex mora sicut in cæteris bo.fidei iudiciis? Respon. quòd sic.

f *Conduxisti.* conductor dicitur nomine ædificij: & eiusdem ratione dominus dicitur locator. Item conductor dicitur dominus ratione operæ: & faber locator ratione eiusdem operæ: vnde faber potest agere ex locato & conduc. ad mercedem, diuersis respectibus. sic &.ff.ad.l.Rho.de iac.l.ij.circa prin.

g *Eo iudicio.* scilicet ex conducto, quod est bo.fid. vt hic, & institu.de act.§. actionum.

h *Cum vsuris.* mora interueniēte, vel alia simili causa.& ad hoc supra de vsur.l.in bonæ fidei.

i *Solitis.* id est quæ in regione frequentantur: vt.ff.de vsur.l.j. in prin.&.ff.de admini.tu.l.tutor qui repertorium.§.ex cæteris. Dummodo legitimum modum non excedant, quem habes supra de vsur.l.eos.§. super. Sed iste qui sic locauit operas, quando poterit mercedem petere? Respon. finito opere vel tępore: vt.ff. e.l.opus quod. secundum B. sed illud quando suo periculo conduxit. vnde quando non suo periculo conduxisset, posset dici econtra: vt argu. supra de iudi.l. properandum.§. in honorariis. at in pensione domus vel fundi dices infra.l.proxi. *ADDITIO.* Tu dicas quando quis locat operas suas ad faciendam totam domum vna mercede, inspiciendam qualitatem personæ: puta si sit forte locator pauper, qui non posset totam domum perficere, nisi minutatim des sibi pecuniam: tunc enim videtur tacite actum, vt etiam ante opus perfectum sibi pecuniam minutatim præbeas. argu.l.si vero non remunerandi.§.fina.ff.manda. idem si consuetudo sic esset: vt.l.quòd si nolit. §. qui assidua.ff.de ædil.edic.

*Lucii vtrūsuspiā de pēsa mercedem petere.*

*Aedes.*]CASVS. Si domum tuam mihi locaueris: an me inuitum expellere possis, quæritur? Respon. quòd non, nisi in solutione pensionis domus cessauerim: vel eam habitare vo-

## TITVLVS LXV.

## DE LOCATO, ET conducto.

*Locator horrei non tenetur de casu fortuito vel violento: sed bene tenetur de culpa præsumpta. Baldus.*

I. Imp. ANTONINVS A. Agrippino.

Dominus horreorū periculū vis maioris, vel effracturam latronum, [a] cōductori prestare non cogitur. His cessantibus, [b] si quid extrinsecus [c] ex depositis rebus, illæsis [d] horreis, perierit: dānū depositarū [e] rerum ei resarcire debet.

*Faber qui præstitit operam, & non recipit mercedem, petet mercedem cum vsuris.h.d. Bald. Vel sic: In locato veniunt vsuræ ex mora. Salycetus.*

II. Idem A. Epicleto.

Aduersus eos à quibus extruenda ædificia conduxisti, [f] ex conducto actione contendens, *eo iudicio [g] quod est bonæ fidei, debitum cum vsuris [h] solitis [i] consequēris.

*Inquilinus qui soluit pensionem, non potest per dominum durante locatione expelli nisi propter necessitates domini, vel propter necessariam refectionem rei, vel culpam inquilini abutentis. h.d. not. Bald.*

III. Idem A. Callimorphoniæ.

Aede, [k] quam te conductam habere dicis, si pensionem [l] domino in solidū [m] soluisti, [n] inuitam te expelli non oportet: nisi propriis vsibus dominus eam necessariam [o] esse probauerit, aut corrigere [p] domum maluerit, aut tu malè in re locata versata es. [q]

k *Aedem.* id est de æde. vel id est ædis. sic & ibi: Sermone quē audistis, non est meus. alij habent, insula. *Ioan. 14.*

l *Pensionem.* in pecunia consistentem. aliàs si partiarius est, vel in alia re cōsistat merces, agitur pro socio vel præscriptis verbis: vt.ff.deposi.l.j.§. si qs seruum.&.ff. loca. l. si merces.§. vis maior.& ff.commu.diui.l.si cōuenerit.in fi. * cōsistens

m *In solidum.* nā particulariter non sufficit: vt.ff.de vsu.l.tutor. §. Lucius.&. ff.de colla.bo.l.j.§. si cum duobus. cum non minima incōmoda habeat particularis solutio: vt.ff. fami.ercis.l. plane.

n *Soluisti.* scilicet de facto. Idem dicas si paratus sis soluere: vt.ff. man.l. diligenter. §. j. &.ij. cum proximus est danti: vt in authen. vt exact.instan.do.§. fin. col.vij. sed cessare per biennū oportet, quādo fuit actum vt non expelleretur: [a] vt.ff.loca.& condu.l.quæro. §. inter. Accursius.

o *Necessariam.* intellige quando post locationem ex inopinato superuenit necessitas: vt quia alia domus quā habitabat, corruit: vel vxorem duxit. [b] Secus autem si tempore contractus hoc prouidere potuit: vt.ff.vt in pos.leg.l. si is à quo.§. fi: &.l. seq. &.ff.de inter.ac.l.de ætate.§. ex causa.& eodem modo dicas in seq. casu.

p *Corrigere domum.* hoc tamen sine damno inquilini procedit: secundum Ir. scilicet duobus his casibus, scilicet primo & secundo: in tertio autem opinio est, vt pro rata remittatur ei merces, vel restituatur. & intellige tunc cum necessaria fuerit refectio. aliàs ad omne interesse inquilini tenetur locator: [c] vt.ff.eo.l.qui insulam. in princ.&.l. & hæc distinctio. in prin. Accursius.

q *Versata es.* hoc casu dicunt quidam [d] nihil deminuendum de mercede quasi compensatione eius facienda cum damno. Nos contra, [e] cum dominus vel locator posit conuenire inquilinum pro damno dato in re locata, actione locati: vt in authen. de al. & emphy.§. si vero quis. colla.ix.&.ff.in quib. cau.pig.ta. contra.l.non solum. aliàs Pōponius. sed & actione legis Aquil. vt.ff. eo.l.si vulneraueris. Sunt ergo quatuor casus, quibus expelli potest inquilinus & etiam colonus. Quorum primus ille fuit, si nō soluit pensionem. sed si nullus istorum interueniat, potest resistere colonus & inquilinus: [f] vt.ff.vti possidetis.l.si duo.§. cum inquilinus.& de vi & vi arma.l.colonus. Sed quæro, quo tempore est soluenda? Respon. quædam leges videntur velle in principio: & si non soluit, expellatur: vt hac.l. & supra de iudi.l. properandum.§. in honorariis. Quædam in medio, sicut in salario quod fiscus dat patrono suo: vt supra de aduo. diuer. iudicum.l. per hanc.§. sexcenti aurei. Quædam in fine, sicut & cum aliquid debetur in diem: vt.ff.de verbo.obligat.l. qui hoc anno.&.ff. de migrando.l.j.§. si pensio. Tu dic, [g] primo seruari quod actum est. quod si nō apparet, tunc serua morem regionis: vt.ff.de fun. instru.& instru. lega.l.cum de lanionis.§. asinam. quod si nō appareat, tunc quod minimum est, id est in fine anni: vt. ff.de reg. iur.l.semper in obscuris.&.l.semper in stipulationibus. Sed licet non teneatur persoluere conductor prius, si tamen non soluat, potest repelli secundum Azo. vt hic dicitur, maxime post tempus soluendæ mercedis: adeo vt si pœnam promiserit, si expelleret, non teneatur: vt.ff.eo.l.quæro.§. inter. Alij [h] vt Hug. dicunt quòd demum tempore conductionis finito potest expelli: quia totum debet contractum prius adimplere ex sua parte: vt ar.ff.de actio.empt.l. Iulianus.§. offerri. Sic & conductor non potest agere, nisi soluat totam pensionem: vt.ff.de migrando.l. j. Sed certe tunc ea ratione posset expelli, quia tempus [i] sit finitum: vt dicta.l.vti possidetis. §. cum inquilinus.& infra eo.l.ne cui. nisi contrarium esset actum, vt in quibusdam aliis casibus: vt ibi dices.& facit.ff. eo.l.quòd si domus. *ADDITIO.* Concor. cum hac.l.c.penul.in.§.fi. extra isto titulo.

a *Hāc glo. tenent Bal. Ange. & Saly. hic.*

b *Istā glo. vsq; ad finē sequuntur Bal.& Sa.*

c *Sequūtur eā Bald.& Saly. immo tūc si velit, poterit inquilinus ei resistere. gl. & P. in. l. habitatores. ff. eo.*

d *Hāc priā opinionē sequūtur P.& Cy.*

e *Idem Cy. Bal. & Sal.*

f *Idem Cy. Bal.& Sa.*

g *Hāctenēt Bar. Bald. Ange. & Sal. hic.*

h *Istā tenēt Pe. Cy. Bal. & Saly.*

i *Pro cōcordia istarum opinionum vide Ias. in l. ii. in. xi col. j. de in. emphy. & . authen. qui vē rem. s. de sacrosc. eccle.*



BIU Cujas

*Ex diui.*] CASVS. Si horreum tibi locaui, vt in eo frumentum tuum reponeres, & custodes exhibui: de fortuito casu non teneor: nisi aliud conuenisset: quod vt fiat, prouidebit præfectus. & hoc in prima. Si vero conuenerit vt custodiam præstarem: eam adhibere debeo. & hoc in secunda.

a *Deferentibus.* hominibus conducentibus horrea.

b *Nec vltra.* quàm vt custodes exhibeant, cũ domini depositarũ rerum tẽpore depositionis sciebant per custodes horrea exerceri.

c *Parentem.* in sciẽtia & ætate.

d *Curabit.* sic &. ff. de offi. præfec. vigil. l. iiij. & de lega. iij. l. j. §. his quibus.

e *Sed quia.* prædicta secundum naturã contractus, sed quia &c. sic &. ff. commodati. l. j. & ff. eo. l. si quis domum. §. Iulianus.

f *Idem.* scilicet custodiam: & de hac materia dic plene vt. ff. eo. l. dominus horreorũ. Accursius.

*Certi iuris.*] CASVS. Inuecta à colono domino sciente, loco pignoris tantum tenebuntur. ab inquilino inuécta, omnino tacite sunt obligata: siue dominus ea sciuit inuecta, siue non.

g *Voluntate.* id est domino sciẽte: vt. j. inuit.

h *Induxerint.* vt ibi perpetuo sint quandiu inhabitauerint: vt. ff. de pig. l. debitor. &. ff. in qui. cau. pign. tac. l. eo iure.

i *Nam ea quoque.* aliàs hæc quoque. quæ inducuntur domino ignorante. & est ratio, quia sæpe talia inducuntur, quæ non vult conductor sciri à locatore: quod de leui nõ accidit in rusticis: cum nõ nisi ligones & aratra [a] & similia inferant: nõ pecunias, quas nõ audent optare: vt. j. de agric. & censi. l. domini prædiorũ. lib. xj. & fa. ad. l. istam. j. in qui. cau. pig. ta. con. l. fin. &. ff. de pact. l. item quia conuentiones. &. ff. in qui. cau. pig. ta. con. l. in prædiis. Sed quid si in domum vel in fundum conductum res alienas quis inferat domino rei sciente, & non contradicente? Videtur q̃ sint obligatæ: vt arg. ff. de pigno. act. l. aliena. in prin. ADDITIO. Ista glos. est singu. secundum Ias. in. §. item Seruiana. in. viij. col. insti. de act. ad hoc q̃ eo ipso q̃ ille cuius res sunt, scit & patitur res suas per conductorem inferri in domum conductam: videtur per hoc consentire, adeo q̃ res illatæ in domum sunt tacite obligatæ. & hanc glo. sequitur ibi Ia. licet Saly. B. & Ange. dicant ibi contrarium.

[a] *Adde similẽ glo. in §. item Seruiana. in ver. coloni. insti. de ac. quã ibi sequitur Ia.*

*Nemo.*] CASVS. Si locaui domum: an alij locare possis, quæritur? Respon. q̃ sic.

k *Nemo prohibetur.* alij æque idoneo, & ad eundem vsum. [b] arg. ff. de vsufru. l. æquissimum. §. fi. &. l. sed & si quid. §. mãcipiorum. & de vsu & habit. l. nõ aliter. per nouissimum tamen retinet dominus possessiones suas: vt. ff. de acqui. poss. l. qui vniuersas. §. fi. ff. loca. & condu. l. si cui locauerim. &. l. cum in plures. &. l. si tibi.

[b] *Sequitur eam Bal.*

*Si cum.*] CASVS. Si vectigal in quinquennium à principe conduxisti, & fideiussorem dedisti: finito autem tempore conductionis tu illud iterum conduxeris: an renouata conductione ignorante fideiussore, pro pensione futuri temporis fideiussor teneatur, quæritur? Dicitur quòd non. & est argu. quòd si scholaris pro scholari fideiusserit, & postea ignorante fideiussore fiat nouatio, quòd fideiussor non tenetur.

l *Octauarum.* sic dictum, quia octaua ex mercibus pro vectigali assumebatur: vt. ff. de vectig. l. à legatis. &. l. ex prestatione.

m *Conduceret.* pro certa mercede singulis annis, vt ipse minutatim colligat: & talis conductor dicitur publicanus: vt. ff. de publica. l. j. §. hic titulus.

n *Detineretur.* videtur ergo q̃ inuitus possit retineri idem conductor. quod videtur verum, si non possit alij sic commode locari: vt dicit hic, &. ff. de publi. l. eo tem. §. fin. Sed cõtra in eo. titu. l. licitatio. §. j. sed ibi æque cõmode poterat locari alij. Sed plus est cõtra. ff. de iur. fisc. l. iij. §. cum quinquẽnium. vbi dicit nõ detineri inuitum, etiã si non sic cõmode possit locari alij. Solu. Illa corrigit illam de publica. & hic volẽs fuit detẽtus secundũ Azo. & H. Vel de rigore loquitur hæc & illa de publica. alia de iure fisci, de æquitate, quod in idem recidit. Vel verius in illa de publica. maximos perceperat fructus publicanus, ita quòd rem forte debilitauerat, & ꝓpterea cogitur reconducere: & hic dices sponte retentum.

o *Non ignoralit.* vt arg. ff. de pact. l. fi. &. ff. eo. l. item quæritur. §. fi. Sed licet de futuro nõ teneatur, an de præterito teneatur? Quidam quòd nõ. post tẽpus, quasi videatur nouasse omnem primam obligationem, & remisisse fideiussori retinẽdo conductorem post tempus. arg. ff. de separa. l. j. §. illud. & de preca. l. & habet. §. cum quis. Tu dic q̃ sic, arg. ff. man. l. qui mutuam. §. non ideo. &. ff. de admini. tut. l. Lucius. ij. in prin.

*Tenetur dominus horreorum exhibere custodes, & eis exhibitis liberatur. qui custodes si reperiuntur culpabiles, debent puniri per præfectum prætorio, si inferior iurisdictio non sufficit, & ad eum remitti. tamen si dominus promisit custodiã, tenetur iuxta promissum. Bald.*

IIII. Imp. ALEXANDER A. Sabino.

EX diui Antonini Pij literis certa forma est, vt domini horreorum effractorum, eiusmodi querelas deferẽtibus [a] custodes exhibere necesse habeãt, necvltra [b] periculo subiecti sũt. ℣ Quod vos quoq; adito præside prouinciæ impetrabitis. Qui si maiorem animaduersionem exigere rem deprehenderit: ad Domitium Vlpianum præfectum prætorio, & parentem [c] meum, reos remittere curabit. [d] ℣ Sed quia [e] domini horreorum nominatim etiam ipsi custodiam repromiserunt: idẽ [f] exhibere debent.

*Inuecta & illata coloni obligantur pro mercede domino scienti: inquilini etiã ignoranti. Bald. Vel sic: Illata in prædium rusticum per conductorem sunt domino scienti tacite pro pensione obligata. illata vero in vrbanum sunt obligata etiã ignoranti. Salycetus.*

V. Idem A. Petromæ.

CErti iuris est, ea quæ voluntate [g] dominorum coloni in fundum cõductum induxerint [h], pignoris iure dominis ꝑdiorum teneri. ℣ Quando autẽ domus locatur, non est necessaria in rebus inductis vel illatis scientia domini. nam ea quoq; [i] pignoris iure tenentur.

*Conductor potest rem conductam alteri locare, nisi sit actum quòd alteri locare non possit. Bald.*

VI. Idem A. Victorino.

NEmo prohibetur [k] rem quam cõduxit, fruendam alij locare, si nihil aliud conuẽnit.

*Fideiubens in prima conductione, non tenetur in secunda: siue sit prorogata, siue innouata, etiam ex cõsequẽtia primæ. h. d. secũdum Bald. Vel sic: Fideiussor vectigalium finito tempore nõ tenetur, licet is pro quo fideiusserit, de nouo reconduxerit. Saly.*

VII. Idem A. Terentiano.

SI cũ Hermes vectigal octauarum† [l] in quinquennium continuum conduceret, [m] fidẽ tuam obligasti: posteáque spacio eius temporis expleto, cum idem Hermes in conductione vt idoneus detineretur, [n] non consensisti, sed cautionem tibi reddi postulasti: non oportere te de posterioris temporis periculo adstringi, competens iudex non ignorabit. [o]

*Propter sterilitatem fit remissio, nisi cum vbertate compensetur. Bal. Vel sic: Remissio congrua debet fieri propter sterilitatem, nisi aliud fuerit conuentum: vel nisi tanta fuerit vbertas aliorũ annorum, quòd possit condigne compensari cum sterilitate. Saly.*

VIII. Idem A. Higinio.

LIcet certis annuis quantitatibus [p] fundũ conduxeris: si tamẽ expressum nõ est in locatione (vt mos regionis postulabat) [q] vt si qua lue [r] tempestatis, scilicet exprimi. si autem nil subaudiretur, sed esset mos q̃ non teneretur colonus his casibus: etiam si nihil esset dictum, superfluo diceret hic: si tamen expressum non est &c. vt. ff. de reg. iur. l. semper in stipulationibus. Alij hæc verba adaptant infra ibi, repensatæ non probabuntur, vt mos regionis postulabat. & hic omittunt.

*Licet.*] CASVS. Locaui tibi fundum in quinquennium pro singulis annis. x. corbibus frumenti. vnus annus fuit sterilis. an illo anno à solutione pẽsionis releuari debeas, quæritur? Dicitur q̃ sic, nisi aliud conuenerit, vel nisi fertilitas præcedẽtium annorum possit cõpensari cum sterilitate illius anni.

p *Quantitatibus.* non erat partiarius hic colonus: quia tunc omne damnum & lucrum esset commune: [c] vt. ff. eo. l. si merces. §. si vis maior. sed erat in nummis merces, & sic proprie conductor dicitur: vel in certa quãtitate frumenti, vt. xx. corbium, vbi agitur præscriptis verbis: vt. ff. depos. l. j. §. si quis seruum. Et erat dubitatio legis: quia annua erat merces cõstituta: & si nihil perciperet, videbatur teneri. [d] Vel erat dubitatio in eo: quia cum certa erat merces, sicut non crescebat, licet multos haberet fructus: sic nec deminui videbatur, licet paucos vel nullos colligeret.

q *Postulabat.* scilicet exprimi. si autem nil subaudiretur, sed esset mos q̃ non teneretur colonus his casibus: etiam si nihil esset dictum, superfluo diceret hic: si tamen expressum non est &c. vt. ff. de reg. iur. l. semper in stipulationibus. Alij hæc verba adaptant infra ibi, repensatæ non probabuntur, vt mos regionis postulabat. & hic omittunt.

r *Lue.* aliàs labe, & aliàs lue: & est nomen, & significat quãdam pestem siue corruptionem ex aliquo elemento prouenientem.

Aliàs

BIU Cujas

Luo, varias significationes habet.

Aliàs est verbum: & habet multas significationes. Vnde versus:
Crux luit, æs crepo, lux mala, pignus, ouem tenebráſque:
Aere luo pignus, cruce pœnas, luce tenebras.
Dicitur & luere quando ſalitur ouis.

Sterilitas quando dicatur.

a *Sterilitates.* quando dicitur ſterilitas? quædam quando nec ſemen recolligit: vt arg. ff. e. l. ex cõducto. §. ſed & ſi labes. &. l. ſi vno anno. §. vbicunq;. Sed Io. dicit inſpici vulgi opinionem. Ité quãdo dicitur eſſe vbertas, vt ſic recompenſet ſterilem annũ? dicunt quando bis tantum habuit, quantum ſit ſolitus habere. Sed Ioan. dicit[a] quando tantũ habuit, vt facta cõpenſatione vtriuſque, neuter dicatur ſterilis. Sed ſi nouiſſimus annus fuerit ſterilis, nũquid ex præcedentibus fiet cõpenſatio? Reſpõ. ſic, vt ſic teneatur pro eo ſoluere, ſi dominus ignorauit vbertatem præcedentem, quando remiſit pro hoc anno ſterili. Si autẽ ſciuit, nõ tenetur remittere: ſed ſi remiſit, videtur donare irreuocabiliter: vt ff. eo. l. ſi ex conducto. aliàs. l. ſi vno anno. §. quid tamẽ. &. ff. de tri. lega. l. ex eo. & de annuis leg. l. legatũ. §. vini. *ADDITIO.* Dicas cum Bar. hic, quem ſequitur Abbas in. c. propter ſterilitatem. j. reſpõ. extra eo. q̃ tunc dicitur ſterilitas, vt fiat remiſſio pro rata, quãdo colonus recipit tam modicos fructꝰ, vt ſoluendo penſionem remaneat deceptus vltra dimidiam iuſti precij. eſt enim contractus bonæ fidei: & bona fides non patitur quem ita decipi: vt. l. ij. ff. de reſcinden. ven. pro quo facit iſte textus ibi, rationem tui iuxta bonam fidem &c.

Vbertas quando dicatur.

Ibi apparet magni momenti dicti cõſtitutoris: quia modicum quid facere, vt vtrique annus ſterilis dici non poſſit. dic ergo multos ve per ſtatu. hic.

b *Rationem tui.* poſtulantis remiſſionẽ, vel vt nõ præſtes: vt. ff. eo. l. ex cõducto. aliàs. l. ſi vno anno. §. vbicunq;.

c *Bonam fidem.* & idem lex præcepit: vt. ff. eod. l. ex conducto. §. ſi vis.

d *Cognoſcet.* fuerat enim hic iudicatum, ſed altera pars appellauerat.

† *ita text. reputatur singularis, sicut Bald. & Fulgos. Omnemsem ad hoc quod si detis ecclesiæ domũ vt me alimentem, & pro hac dem ego ecclesiæ certã quantitatem vel alia cassa fortuito est destructa, nihilominus tamẽ tenetur ecclesiæ me alimentare: vt per hic tex.*

neque conductionis, [a] neque alienationis, [b] esse titulis adiiciendum, sed hoc ius tertium esse constituimus, ab vtriusque memoratorum contractuũ societate seu similitudine separatum: conceptionem [c] item definitionémque [d] habere propriam, & iustum esse validúmque contractum, in quo cuncta [e] quæ inter vtrasque contrahentium partes super omnibus vel etiam fortuitis casibus, [f] pactionibus scriptura [g] interueniente habitis placuerint, firma illibatáque perpetua stabilitate modis omnibus debeant custodiri, [h] ita † vt si interdum ea quę fortuitis casibus eueniunt, pactorum nõ fuerint conuentione concepta: si quidem tãta emerserit clades, quæ prorsus etiam ipsius rei quæ per emphyteusin data est, faciat interitum: hoc non emphyteuticario, cui nihil reliquum permansit, sed rei domino, qui quod fatalitate ingruebat, [i] etiam nullo intercedente contractu habiturus fuerat, imputetur. ℣ Sin vero particulare [k] vel aliud leue contigerit damnum, ex quo non ipsa rei penitus lædatur substantia: hoc emphyteuticarius [l] suis partibus non dubitet adscribendum.

*Pacta emphyteutica seruanda sunt: quibus cessantibus seruanda est natura contractus: quæ est, vt si per triennium canon non soluatur, possit dominus expellere emphyteutã, nisi steterit per dominũ, & emphyteuta deposuerit censum. Bald. Vel sic: Pacta inita inter dominum & emphyteutam, sunt seruanda: & maxime super reiectione emphyteutæ. Et si de eius reiectione nihil fuerint conuentum, potest expelli si non soluerit per triennium, nulla meliorationis vel alicuius pœnæ habita ratione: nisi per dominum steterit quo minus solutionem recepevit, & emphyteuta consignauerit, & deposuerit. Salycetus.*

II. Imp. IVSTINIANVS. A. Demostheni. P. P.

IN emphyteuticariis contractibus sancimus, si quidẽ aliquæ pactiones [m] in emphyteuticis instrumentis fuerint conscriptæ: easdem & in omnibus aliis capitulis [n] obseruari, & de reiectione eius qui emphyteusin suscepit, si solitam pensionem, vel publicarum functionum apochas non præstiterit. [o] ℣ Sin autem nihil super hoc capitulo fuerit pactum, sed per totum triẽnium [p] neque pecunias soluerit, neq; apochas domino tributorum reddiderit: [q] volenti [r] ei licere eũ à prædiis emphyteuticariis repellere: [s] nulla ei in posterum allegatione nomine latens augmẽtum, vt alluuionis ad instar fructuarij: vt.ff. de vsufruct.l.item si fundi.§.sed si insulam.

*dissimulet. B. B. Salyc. & Ia. nec debet distinguit.*

IN *emphyteuticariis.*] CASVS. Dictum est.ſ. ad quẽ debet spectare periculum rei datæ in emphyteusin. hic dicit q̃ pacta si quæ fiant, siue sint de natura contractus siue de extrinsecis, debeant seruari. & si non fiant, debet emphyteuta solũere singulis annis pensionẽ, & debet reddere apochas domino, in quibus confitetur se soluisse: & si in solutione per triennũ cessauerit, dominus poterit eum expellere, nec ei resistere poterit dicendo, se fundum melioraſſe, & posuisse emponemata, id est aliquæ ædificia, allegando q̃ dominus pœnæ se subiecerit si emphyteutam expelleret. Itẽ nec emphyteuta poterit obiicere domino quòd pẽsionem non petiit, quia offerre debuit. & si dominus nolit accipere, debet cõsignare & deponere.

m *Pactiones.* prẽter illas quæ ex natura rei contractus tacite intelliguntur.

n *Capitulis,* scilicet vel super interitu: vt.ſ. l. proxi. vel alienatione: vt.j. l. proxi. vel super aliis, vel etiã super reiiciendo emphyteutam, puta si non soluat per quinquennium vel decennium, vt subiicit & de reiectione. &c.

o *Apochas non præstiterit.* id est pensio soluebatur domino, & functio fisco pro eodem fundo, & emphyteuta qui suscipiebat apocham à fisco, id est confessionem de soluto: vt ſ. & .ſ. de ſi. instru. l. plures. debebat eam domino dare in vnoquoque anno. aliàs si non redderet per triennium, expelli potest, vt hic. Et hoc ea ratione, quia posset esse quòd res ad dominum rediret, & fiscus peteret etiam prẽteritas functiones: vt.ff. de publica. l. imperatores. in princ. Si ergo habuit dominus apocham factam emphyteutæ à publicano, tuebitur se cõtra eundem publicanum. Vel dic apocham cum subscriptione sua: vt.d.l. plures.

*d Cõcor. cũ hac glos. i. circa princ. in ca. literæ tuæ. extra de dilati.*

p *Triennium.* d in emphyteuta ecclesiæ biennium: vt.ſ. de sac. sanct. eccle. authen. qui rem. idem in colono priuati, quod hic, scilicet de biennio [e] dicimus: vt.ff. loca. l. quæro. §. inter.

*e Intellige secũdm distinctionẽ Bar. in. l. ade. ſ. loca. quã refert hic Ia. x. col.*

q *Reddiderit.* cum subscriptione sua: vt.d.l. plures. vel aliter vt modo dixi. Accursius.

*f Idẽ Imo. Io. An. & Inno. in ca. potuit. extra de loca. & Ias. hic.*

r *Volenti.* quia si vellet ad pensionem tantum agere, ex.l. Zenonis posset.

s *Repellere.* per se, huius f. l. auctoritate. sed melius si iudicis auctoritate fiat per libellum, g cum possideat: vt arg. j. de pig. l. creditores. secundum M. & B. nec pertimescat crimen, si faciat per se, cum sibi arbitrium vltionis sciat esse concessum: vt.j. de metatis. l. decuotũ. li. xij. & ad idem.ff. de pigno. l. lex vectigali. Si tamẽ interuersa possessione, suo nomine cœpit possidere emphyteuta, nõ deiicies eũ tua auctoritate: h vt.ff. de vi & vi arma. l. colonus. secundum Ir. Sed quid si fecerit pactum dominus, vt non liceat ei emphyteutam repellere, etiã si pensionem non soluat? Respondeo pactum seruandum, i ar.ſ. de pac. l. pe. quia iuri pro me introducto, renunciare possum. Alij distinguunt an conueniatur ne omnimodo liceat, & tunc non valet: an vsque ad certum tempus, & tunc sic: vt.ff. communi diui. l. in hoc.§. si conueniat. Sed est ar. contra quòd tale pactum non valeat: vt.ff. de preca. l. cum precario. sed prima est verior, & est pro ea. ff. depo. l. j.§. si conueniat. Item si triennio elapso dominus recipiat pensionẽ omnium

*g Immo nõ requiritur libellus. Alb. & Bald. h Ex interuallo. sed bene inconuenienti. Bart. & Ias. xxxv. col. i Sequũtur oẽs docto. dẽ pto Salyc.*

annorum quibus est cessatum, an amodo poterit deiici? Respon. non, [a] ar. ff. de lege commiss. l. post diem. Duorum enim alterum poterat facere dominus, vel deiicere, vel pensionem petere: vt in auth. de ali. & emphy. §. si vero quis locator. col. ix. eligendo ergo vnum, alteri renunciasse videtur: vt. d. l. post diem. & l. si fundus. §. j. in eo. titu. Item quis probabit, vtrũ emphyteuta se soluisse, an dominus sibi non fuisse solutum? Respon. emphyteuta: vt arg. ff. de proba. l. j. quod faciet per testes, [b] vel instrumenta, vel cõfessiones. Vel quòd tribus continuis annis primis soluerit. per quod præsumit retro soluisse semper: vt. j. de apochis pu. l. pe. lib. x. Item quid si emphyteuta promisit pœnam si non soluerit pensionem, an poterit deiici? Videtur quòd non, quasi per pœnam renunciauerit dominus deiectioni. ar. j. de pac. con. l. fin. Tu dic contra, [c] ne quod fauore domini, scilicet pœna, est introductum &c. ff. de legi. & sena. l. quod fauore. & d. l. j. de pactis cõ. loquitur in priuilegiis, quæ facilius quàm iura communia tolluntur. Sed tamen vtrunque, scilicet eum deiicere, & pœnam petere nõ potest, nisi hoc actũ sit vt vtrunq; possit fieri: vt. ff. de excep. doli. l. apud Celsum. §. Labeo. & ff. de transac. l. cum proponas. & de verb. obli. l. ita stipulatus. in fi. Item si semel pœna est exacta, si iterum stet per aliud triennium q̃ non soluat, an iterum poterit exigi? Respondeo, non: [d] vt arg. ff. de arb. l. si duo. §. fi. Nec obstat etiam si sit dictum rato manente cõtractu: quia non cõprehendit pœnæ stipulationẽ: quia non est contractus: [e] vt. ff. de exceptio. dol. l. apud Celsum. §. Labeo. nisi expresse esset dictum, rato manente &c. vt quotiens cessaueris, totiés in pœnã incidas: vt. d. l. si duo. §. fi. Item si promisit pœnã rato manente &c. & petiit pœnam, & vult nihilo minus deiicere, an potest? Respon. sic. [f] arg. ff. de transac. l. qui fidẽ. & l. pacto. & ff. de pactis. l. cum proponas. ij. In fauorem enim domini dictum est q̃ contractus debeat ratus manere. & pro hoc est arg. ff. de reg. iur. l. cum par. & ff. de trãsac. l. si quis maior. Item quid si emphyteuta faciat alium emphyteutam vnum vel plures, & cessant in solutione canonis: quod auxilium datur domino? Quidam dant ei condictionem ex. l. Ioan. dicit quòd vindicat dominium suum à secũdo emphyteuta. & si ille excipiat de iure emphyteutico, q̃ replicet: quia nõ debet ei fides seruari &c. vt. ff. de pactis. l. cum proponas. ij. & ff. vsufructua. quemadmodum ca. l. si vsufructus nomine. Sicque poterit consequi pensiones. Item quid si aliquis non emphyteuta possidens fundũ pro quo. xl. annis soluit pensionẽ, deiiciatur nunc? Respõ. nõ potest deiici: sed presumo emphyteuticũ contractũ celebratũ fuisse: vt arg. j. de fundis patrimo. l. fi. & l. ius emphyteutici. li. xj.

a *Hãc etiã sequũtur oẽs docto. indifferenter put refert hic Ia. xlix. col. *empbyteumata.*

b *Hanc sequuntur oẽs dẽpto Ful.*

c *Proprie capiẽdo: sed bene large. Bald. Alb. & Salyc.*

d *Hãc. vii. partem sequuntur oẽs docto.*

e *Cum glos. tenẽt cõmuniter oẽs docto. secundũ distinctionẽ quam refert hic Iason xliiii. col.*

f *Hãc. vii. partẽ gl. sequuntur oẽs doc. indifferenter prout refert Ias. hic col. liiii.*

*Emponema quid dicitur.*

a *Emponemata.* aliàs, emphynẽmata exponunt aliqui, id est ædificia, vel sunt meliorationes.

b *Vel pœnæ opponenda.* promissa à domino si emphyteutam expelleret: vt. ff. loca. l. quæro. §. inter. Et dic quòd emponema Græce, Latine dicitur melioratio: vt hic dicit, & j. l. proxi. in princ.

c *Cautum est.* vt. j. de contrahen. stipu. l. magnam. & facit. ff. de vsur. l. pecuniæ. §. vsurarum. & ff. de ali. leg. l. libertis. §. manumissis. & ff. de leg. com. l. si fundus. §. fina. Fallit tamen in casu, vt in operis libertorum, quæ videntur debere peti coram iudice ad hoc vt stipulatio committatur: vt. ff. de operis liber. l. cum patronus. Vel ibi non fuerat dies præfinitus. Sed quo tempore anni tres vices poterit solui, dummodo ante kalendas Ianuarij: vt. j. de colla. fun. pa. l. placuit. lib. xj.

meliorationis, vel eorum quæ emponemata [a] * dicuntur, vel pœna opponenda: [b] sed omnimodo eo (si dominus voluerit) repellendo, neq; prætendẽte q̃ non est super hac causa inquietatus: cum neminẽ oporteat cõuentionẽ vel admonitionẽ expectare, sed vltro sese offerre, & debitũ spõtanea volũtate persoluere, secundũ quod & anteriore lege nostri numinis generaliter cautũ est. [c] ¶ Ne autẽ ex hac causa dominis facultas oriatur emphyteutas suos repellere, & reditũ minime velle suscipere, vt ex huiusmodi machinatione triẽnio elapso, suo iure is qui emphyteusin suscepit, cadat: licentiã ei cõcedimus, attestatione præmissa, pecunias offerre, hisq; obsignatis, & secundum legem [d] depositis, minime deiectionis timere periculum.

*Emphyteuta potest ius suum vẽdere vel non, secundum tenorem pactorum. cessante autem super hoc pacto, dominus est requirendus, an velit emere pro tali precio, quod ab alio inuenitur: & expectandus est per duos menses. & si non vult emere, sed consentire, debet pro consensu inuestituræ noui emphyteutæ habere quinquagesimã. & si non vult emere, nec cõsentire, licitum est emphyteutæ post duos menses iura sua vendere personæ non prohibitæ. & si aliter vel alii vendat quàm liceat, sua iura perdit. Baldus.*

III. Idem A. Iuliano. P. P.

CVm dubitabatur vtrũ emphyteuta debeat cũ domini voluntate [e] suas meliorationes, quæ Græco vocabulo ἐμπονήματα [f] dicuntur, alienare, vel ius emphyteuticũ in alium transferre, an eius † expectare consensum: [g] sancimus, si quidem emphyteuticũ instrumentum super hoc casu aliquas pactiones habeat, eas obseruari. sin autem nullo modo huiusmodi pactio interposita est, vel fortè instrumentum emphyteuseos deperditum est [h]: minimè licere emphyteutæ sine consensu domini meliorationes suas aliis vendere, [i] vel ius emphyteuticum transferre. ¶ Sed ne hac occasione accepta, domini minimè concedant

d *Et secundum legem.* ita quòd amodo in suos vsus non conuertat: vt. ff. de vsu. l. acceptam. & j. qui potio. in pigno. ha. l. j. Sed videtur quòd sola oblatio sufficiat, cum velit pœnam euitare tantum. quod quidam dicunt. arg. j. de suscep. & arca. l. j. lib. x. & j. de condit. inser. l. fi. & ff. de arbitris. l. Celsus. in fin. Hic ergo subaudies depositis, scilicet maxime. Alij dicunt q̃ est hic speciale vt sola oblatio non liberet etiam à pœna committenda. Sed quid si ille q̃ soluere debuit, ignorauit, quia hæres est acceptoris: vt. ff. de regu. iur. l. qui in alterius. & sic non soluit, an possit deiici? Respondeo, de stricto iure sic: vt. ff. de verb. oblig. l. cũ filius. §. in hac. & l. ad diẽ. & ff. de nautico fœnore. l. fi. sed dabitur restitutio ex clausula generali. ff. ex qui. cau. maio. l. j. in fi. Sed de æquitate non potest dici: quia nõ excusat ignorantia. vt. ff. quod vi aut clam. l. semper. §. hoc interdicto. & ff. de calum. annus. & de ædil. edict. cum sex. & ff. quando ap. sit. l. j. §. dies. & ff. quis inge. esse di. l. ij. sed in illis legibus de vtili anno dicitur. & sic ad finem huius. l. j. de pigno. l. creditor.

CVm.] CASVS. Accepi ab aliquo fundum in emphyteusin ad non modicum tempus: ædificaui in eo fundo: volo ædificium vẽdere: quæritur, an possim? Dicitur quòd sic, si hoc contineatur in instrumento emphyteuseos. Si nihil dictum sit, non possum sine consensu domini: nec etiam ius si quod habeam in re, non habita voluntate domini vendere possum. & si volo vẽdere, debeo denunciare domino. & si dominus velit tantum dare quantum alius, ille præferatur. Et si intra duos menses dominus nolit emere, potero vendere cuicunque voluero: non tamen illi, cui dominus prohibuerit vendere: puta quia dixit: do tibi fundum in emphyteusin hac lege, ne liceat tibi vẽdere domum, si domum ædificaueris, Titio. Si vero alij vendidero, dominus non poterit contradicere tunc: immo emptorem necesse habet in possessionem mittere, non per procuratorẽ, sed per seipsum, vel per literas suas, per quas ostendat se velle ipsum mitti in possess. dirigendas in ciuitate magistro census, vel in prouincia præsidi prouinciæ, qui emptorem ducat in possess. & pro hac inductione, vel renouatione contractus emphyteuseos, non plus habebit dominus, quàm quinquagesimam rei datæ in emphyteusin. Sin autem dominus hoc modo post duos menses facere noluerit: licentia datur ex hac. l. ipsi emphyteutæ, emptorem ducere in possessionem domino inuito. & si aliter fiat quàm hac. l. continetur, ego cadam à iure.

e *Voluntate.* tacita quasi ex natura contractus.

f *Emponemata.* inde est emponematographi: de quibus dicitur. j. de decur. l. si quos. lib. x. dabantur enim olim sterilia in emphyteusin sola: quia diligentia emphyteutæ fiebant fertilia: sed hodie ad id ventum est, vt omnia dentur: in ecclesiasticis autem dantur, quę congrua videntur œconomo: vt. ff. de sacrosan. eccle. authen. perpetua. & authen. si quas. Accursius.

g *Consensum.* scilicet expressum.

h *Deperditum est.* nec adsunt testes, qui probent amissionem, & quod in eo continebatur, immo ipsum pactum: alioquin aliud esset: vt. ff. de fide instru. l. in exercendis. Vel secundum quosdam ideo, quia scriptura tantum probatur, quod nihil est: quia etiam tunc sufficeret probari interuenisse instrumentum & amissum, & quod in eo continetur: vt. ff. de fide instru. l. emancipatione.

i *Aliis vendere.* vendere, & ius emphyteuticum trãsferre, idem est, secundum quosdam. Sed an donare? Ir. quòd non: quia de alienatione hic fit mentio. Sed certe immo potest etiam sine domini

BIU Cujas

mini consensu: vt.ff. de fun.pat.l.j.lib.xj.& institu.loca.§.adeo.& ar.j.de præd. curialium. l. fin. [a] Item an pignorare? & idem dicam quod in dono: vt.ff.de pign.acti.l.tutor.§.fin. & de pigno.l. lex. Sed cum donat, qualiter dominus petet pensionem à secundo emphyteuta? Respon. proponat rei vindicationem nisi solvat pensionem: vt.ff. vsufruct. quemadmodum ca.l. si vsusfructus nomine. Item an in vēditione debeat contineri, saluo iure dominij: an simpliciter q̄ ius emphyteuticū vendat? Puto alterum sufficere. Item si primus emphyteuta vendiderit, & secundus velit nunc vendere, cuius exquiratur consensus, domini, vel emphyteutæ primi? Quidam dicunt emphyteutæ primi: quia ab eo causam habet. Tu dic domini: quia hæc lex dicit domini consensum requiri. & primus emphyteuta desinit dominus esse alienando, nec possidet ciuiliter, nec naturaliter: vnde eius nō est quærenda voluntas. Præterea à domino qui induxit eum in possessionem, videtur habere causam. argumentum .ff. de religio. l. j. §. j. & .ff. ad Syllanianum. l.j.§.j. & supra deposi. authent. sed iam cautum est.

*ADDITIO.* Istam glossam in omnib⁹ sequitur Barto. Baldus, & Salycetus, & est de mente aliorum.

a *Accipere.* confirmando.

b *Vetari.* apponitur enim quandoque in cōtractu emphyteutico, ne Titius, vel Seius, vel alia persona, quam nominat, debeat accedere ad emptionem illius rei. Vel dic [b] de hoc vt dicitur.ff.titu.j. l.curialis. & .l.milites. &l.licet.&.ff.de sacrosan. eccle.authen. quibuscunque. Item ad hoc.ff.de cōtrahen. emptio.l.dudum.

c *Transponere.* permutando.

d *Non contradicere.* scilicet censemus dominum.

e *Per se.* sic .ff. de his qui ve.æta. imp. l. ij. &.j. de decur. l. nullus qui nexu. lib.x.

f *Per depositionem.* id est qualemcunque scripturam, qua ostendat se velle nouum emphyteutam suscipere.

g *Per attestationem.* id est scripturam cum testibus.

h *Partem precii.* quando venditur.

i *Aestimationis.* quando alio titulo transfertur, & hoc dicitur hodie pro renouatione dari.

k *Accipere.* à nouo emphyteuta. [c]

l *Versatus.* scilicet emphyteuta.

emphyteutas suos accipere [a] precia meliorationum quæ inuenerunt, sed eos deludant, & ex hoc commodum emphyteutæ depereat: disponimus attestationem domino trāsmitti, & prædicere quantum precium ab alio reuera accipi potest. Et si quidē dominus hoc dare maluerit, & tantā præstare quantitatē, quantā ipse reuera emphyteuta ab alio accipere potest: ipsum dominum omnimodo hęc cōparare. ℣ Sin autē duorū mensium spaciū fuerit emensum, & dominus hoc facere noluerit: licentia emphyteutæ detur vbi voluerit, & sine cōsensu domini meliorationes suas vendere: his tamen personis, quæ non solent in emphyteuticis contractibus vetari [b] ad huiusmodi venire emptionem. Necessitatem autem habere dominos, si aliis melioratio secundum præfatum modum vendita sit, accipere emphyteutam: vel si ius emphyteuticū ad personas nō prohibitas, sed concessas & ideoneas ad soluendum emphyteuticum canonem, transponere [c] emphyteuta maluerit: non contradicere, [d] sed nouum emphyteutam in possessionem suscipere, non per conductorem, vel per procuratorem, sed ipsos dominos per se [e] vel per literas suas, vel (si hoc non potuerint, vel noluerint) per depositionē [f] in hac quidem ciuitate apud virum clarissimum magistrum censuum, vel præsentibus tabulariis per attestationem, [g] in prouinciis autem per præsides vel defensores celebrandam. ℣ Et ne auaritia tenti domini, magnam molem pecuniarum propter hoc efflagitent: (quod vsque ad præsens tempus perpetrari cognouimus) non amplius eis liceat pro subscriptione sua, vel depositione, nisi quinquagesimā partem precij, [h] vel æstimationis [i] loci qui ad aliam personā transfertur, accipere. [k] ℣ Si autem nouum emphyteutam, vel emptorem meliorationis suscipere minimē dominus maluerit, & attestatione facta, intra duos menses hoc facere supersederit: licere emphyteutæ, etiā non consentientibus dominis ad alios suū ius, vel emphyteumata * transferre. ℣ Sin autem aliter fuerit versatus, [l] quàm nostra constitutio disposuit, iure emphyteutico cadat. [m]

m *Cadat.* ipso iure. d Quicquid ergo contra legem istam fiat, poterit dominus rem vindicare. aliud in fructuario: [e] vt.ff. de vsufruct.l.cui vsusfructus.

*DE SPONSALIBVS, ET ARRIS sponsalitiis, &c.*

*Dictum est de contractibus rerum, nunc de contractibus personarum. Vel sic: Expediuimus in superiori libro de societate quæ contrahitur propter pecuniam quærendā: nunc audiamus de societate coniugali, quæ celebratur propter prolem procreādam. vel aliter: Audiuimus de contractibus rerū, audiamus & disseramus de cōtractibus personarum, quibus personæ personæ coniungitur, masculus fœminæ sociatur. Et quia hoc fit per nuptias, dicamus de nuptiis. Et quia sponsalia velut pparatoria præueniunt nuptias, de sponsalibus videamus: & de arris, quæ dantur gratia spōsaliorū, & de proxeneticis, quibus interuenientibus ista contrahuntur: vt ff. eod. l. vlt. in fin. l. Azo.*

n Proxeneticis. [f] *id est salariis quæ dātur proxenetis: vt.ff. de proxeneti. l.ii. sed de hoc nihil dicitur in nigro. Accur.*

o *Lij de spōsata.* aliàs, desponsata: & tunc plana. & aliàs desponsatæ: & tūc dic, non prohibetur, id est non fit prohibitio. Vel habeas in fine, nō prohibent in plurali numero. Et not. q̄ magis ꝓprie dixisset alicui, q̄ alij: sed ꝓpter aliud alij, quod.j. est, dicit. Itē intellige cū causa, vel sine causa: tunc tamē patitur pœnā arrarū: vt.j. e.l.fi. pręterea secundū canones aliud videtur xxvij.q.ij. desponsatas. Sed certe immo idem: quia hic de ea quæ est desponsata per verba de futuro, quod qualiter fiat, habes.ff. eo.l.j. &.ij. & facit ad.l.istam j.de repu.l.ij.& de ver. obli.l. Titia. in princ. *ADDITIO.* Videas circa materiā huius.l. ca.requisiuit. cum ibi notatis per glossas, & Abba.extra eo.

*Arris.*

## Codicis domini Iustiniani sacratissimi principis ex repetita prælectione Liber quintus.

*TITVLVS I.*

### DE SPONSALIBVS, ET arris sponsalitiis, & proxeneticis. [n]

*Dissolutis sponsalibus de futuro, licitum est alii nubere. Baldus.*

C 1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Annonariæ.

Lij desponsata [o] renūciare conditioni, & nubere alij, non prohibetur.

*Sponsa sponsum absentem tenetur per biēnium expectare: quo elapso, alteri nubit impunè. Bal. Vel sic comprehēdendo vtrāque lecturā. h. d. Sponsa per verba de futuro, debet expectare sponsum vsque ad tēpus cōuentum: & si non sit conuentū, vsq; ad tempus legitimū, intra quod illo nō veniente, potest iure sine metu arrarū alii nubere. Saly.*

11. Impp. CONSTANTIVS. A. & CONSTANS. C. ad Cælium Probinum præfectum vrbi.

D Si is qui puellam suis nuptiis pactus est, intra bienniū exequi nuptias, in eadē prouincia [p] degens, supersederit: eiusq; spatij fine decurso, in alterius postea coniunctionem * puella peruenerit: nihil fraudis [q] ei sit, quę nuptias maturando, vota sua diutius eludi non passa est.

p *In eadem prouincia.* sed si in alia, post tres annos: vt.j. de repu.l.ij.& hoc si absens sit ex probabili causa tantum. si vero absens sit ex probabili & necessaria causa: expectatur donec adsit: vt.ff.eod.l.sæpe. quæ est contra.

q *Nihil fraudis.* i. damni, neq; in pecunia, neq; in fama. Veteres enim pro dāno &c. vt.ff. de ædil.edic.l.cū autē.§.excipitur. *ADDITIO.* Circa huius.l. materiam vide ca.de illis.& cap. sicut ex literis.& quæ ibi notantur per glos.& doctores extra eo.

BIU Cujas

a *Arris.* hæc eadem pignora vocantur: vt infra tit. j. l. j.
b *Restitui.* pœna ex vtraque parte cessante.
c *Nuptiæ.* quæ nunc promittuntur tempore sponsaliorum.
d *Defuncta persona.* interuenerit osculum, vel non: licet in donatione propter nuptias secus: vt infra ti. ij. l. si à sponso. committebatur ergo hoc casu pœna hæredi. sic & infra titu. ij. l. cum veterum.
e *Præbuit.* & ideo tũc amittit arras.

*Si pater.* ] CASVS. Pater de filiæ nuptiis si pactum fecerit, post eius mortem filiæ tutor vel curator non potest transigere, vel mutare quod pater fecerat.

f *De filiæ nuptiis.* de tali, quem iure recusare non poterat: vt. ff. eo. l. sed ea quæ.
g *Firmum.* habita ratione vel comparatione eius quod pater fecit, & quod tutor vult. & sic non obstat. ff. de verbo. obli. l. Titia. j. respon.
h *Destinatum.* aliàs destinatũ: & aliàs definitũ. & hoc nisi puella iure recusset, sicut est in tutore. ff. de confir. tu. l. vtilitatem. Accur.
i *Defensore.* id est tutore, vel curatore.
k *Commoda.* scilicet pecuniaria tractanda: non autem de maritãdo eam. in coniunctione ergo puellæ non quæritur cõsilium tutoris, sed ipsius puellę: quæ si cultu verecundiæ non eligat, iudicis erit deliberare: vt infra de nupt. l. in coniunctione. & l. in copulandis. vt. ff. eo. l. si puellæ. & ff. de ritu nup. l. sciendũ. secundũ quosdam. sed aliæ in curatore dicũt. illa, si puellæ. dicit quòd ipse solus non potest constituere spõsalia, sed certe cum aliis debet aduocari: vt infra de nup. l. j. Accursius.

*Tutor, aut curator, an debeat se ĩtromittere de maritãda puella.*

l *Ipsius fœminæ.* consentientis tutori vel curatori. & facit ad. l. istam infra si nupt. ex rescrip. pe. l. j. & ff. de diuor. & repu. l. Iulianus.

*Mvlier.* ] CASVS. Mulier sui iuris cõstituta, si maior, vel post veniam impetratam arras recepit, & non copulat: in duplum tenetur. Si minor, siue per se, vel tuto. vel cura. fecerit: in simplum. Si pater, vel mater, vel auus & maiores susceperint, in duplum tenentur. hæc vera, si sine causa desistãt. Si vero aliquod impedimentum emerserit, aut sciebat qui recipit arras, & hoc sibi imputet: si ignorabat, reddat quod suscepit. Et de hoc idem in sponso quod in sponsa dictum est quadrupli pœna reiecta, vt fuit olim: nisi aliter sit ex pacto: cautio verò pœnalis interuenire non potest.

*obligationem purificatam, sequentis casus occursio non resoluit. secus in obligatione purificanda. Baldus. Vel sic: Casus non facit quem perdere arras sponsalitias, nisi culpa illius casum præcedat. quod nota. Sal.*

III. Imppp. GRATIANVS VALENTINIA. & THEODOS. AAA. Eutropio. P. P.

Arris[a] sponsaliorum nomine datis, si interea sponsus vel sponsa decesserit, quæ data sunt, iubemus restitui: [b] nisi causam vt nuptiæ[c] non celebrarentur, defuncta[d] persona iam præbuit.[e]

*Prouisio paterna circa liberos, est maioris efficaciæ, quàm tutoris, etiam si paterna sit expressa per modum vltimæ voluntatis. hoc vltimum tamen non dicit textus. Baldus. Vel sic: Tutor vel curator non poterit dissoluere sponsalia contracta per patrem puellæ. Salycetus.*

IIII. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS AA. ad Marianum præfectum prætorio.

Si pater pactum de filiæ nuptiis[f] inierit, & humana sorte consumptus, ad vota nõ potuerit peruenire: id inter sponsum & sponsam firmum[g] ratúmque permaneat, quod à patre docebitur destinatum: [h] nihílque permittatur habere momenti, quod cum defensore,[i] ad quem minoris commoda[k] pertinebant, docebitur fuisse trãsactum. Periniquũ est enim, vt contra paternam voluntatem, redempti forsitan tutoris aut curatoris admittatur arbitrium: cum plerumque etiã ipsius fœminæ[l] aduersus cõmoda propria inueniatur laborare consilium. Data. III. Non. Nouembr. Honorio. XIII. & Theod. X. AA. Coss.

*Qui contraxit sponsalia, & ea nõ vult exequi: si est ætatis legitimæ, arras quas recepit, restituet duplicatas: si minor, solum quas recepit. Si autem pater, vel auus, vel alius ascendens receperunt, & per eos stetit: ipsi restituunt duplicatas, nisi legibus, vel moribus, vel alia ex causa probabili de nouo in notitiam peruẽta, vel nouiter emergente sponsalia non mittantur executioni. & olim erat pœna quadrupli, hodie dupli, nisi partes de quadruplo vel triplo conuenerint: extra quam pœnam partes paciscinon possunt. Baldus.*

V. Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. Erythrio præfecto prætorio.

Mvlier[m] iuris sui constituta, arrarum sponsaliũ nomine vsque ad duplum teneatur, id est, in id quod accepit, & aliud tantundem, nec amplius, si post completum vicesimũquintum annum, vel post impetratam veniam ætatis, atque in competẽti iudicio comprobatam, huiusmodi arras susceperit. In simplum autem, id est tantummodo in id quod accepit, [n] si minoris ętatis est: siue virgo, siue vidua sit, siue per se, siue per tutorem[o], aut curatorem, vel aliam personam easdẽ arras acceperit. Patrem verò, vel matrem legitimæ ætatis cõstitutos, siue simul, [p] siue separatim[q] arras pro filia susceperint: auum etiam, vel proauum, si pro nepte, [r] vel pronepte, in duplum tantummodo conuenit[s] teneri. Quæ ita custodiri censemus, si nõ propter personam, [t] vel conditionẽ[u], vel aliã causam[x] legibus vel generalibus constitutionibus[y] interdictam, futurum matrimoniũ cõstare prohibetur.[z] tunc enim quasi nullo facto, vtpote sine causa easdem arras pręstitas, tãtummodo reddi[a] consequens esse præcipimus. His illud quoque[b] adiicimus, vt etiam si legibus prohibitæ non sint sperataæ nuptiæ: post arras autem sponsalitias sponsa cõiugium sponsi propter turpem, vel prodigam, vel impudicam conuersationẽ, aut religionis[c] vel sectæ[d] diuersitatem recusauerit, vel eo quòd quasi vir coitum (ex quo spes sobolis oritur) facere[e] nõ potuerit, vel ob aliã iustã excusationis causam: si quidẽ [p] baptũ fuerit ante datas easdem arras spõsalitias hoc idem mulierem

m *Mulier.* præbens causam vt nuptiæ non celebrentur.
n *Quod accepit.* seruatur ergo ipso iure illæsa minor à pœna. vel dic, præhabita in integrum restitutione.
o *Per tutorem.* quia qui per alium accepit & c. vt. ff. de administra. tuto. l. ita autem. §. gessisse.
p *Simul.* cum filia.
q *Separatim.* id est sine filia.
r *Pro nepte.* scilicet susceperint.
s *Conuenitteneri.* idem dicá in tutore vel curatore. sic infra vnde vi. l. meminerint. & supra de iudi. l. properidũ. §. fi. & infra de ser. fugi. l. quicumque. nã vt patris, sic & tutoris officium pupillam in dotare: vt infra de do. pro. l. fina. Sed hoc qđ subiicit, fallit infra titu. j. l. j. quæ est cõtraria. Accursius.
t *Personã.* quia si turpis, meretricator, vel similis, & alter nobilis: vt. ff. de rit. nup. l. lege. & sic non obstat infra tit. j. l. j.
u *Vel conditionem.* vt quia est filia senatoris, & ille libertus, vel hæreticus, vel Iudæus: vt ff. de rit. nupt. l. lege. & supra de Iudæ. l. ne qt.
x *Aliam causam.* veluti cognationem, vel mortem alterius.
y *Generalibus constitutionibus.* vt in tutoribus & curatoribus vt infra de interdict. matr. per totum. & deo dictis: vt supra de epis. & cleri. l. deo nobis. i pri. & de sacro fonte susceptis: vt infra de nup. l. si quis alumnam.
z *Prohibetur.* iter eos qui de facto contraxerunt sponsalia.
a *Tantummodo reddi.* cõdictione ob causã, vel sine causa: & hoc quando ignorauit accipiés: vt supra de cõdic. ob cau. l. j. aliàs in duplum. ar. infra proxi. §. & hoc in accipiente. in dante autem si quidem ignorauit, prædicto modo repetit: si sciuit, non repetit propter scelus suũ, sed fit arra caduca. Alij dicunt quòd etiã tunc repetit, quasi nulla fuerit causa: vt. ff. de condic. sine causa. l. fi. Sed illam legem intelligimus in ignorante, vt ibi diximus, &. ff. de dona. inter virum & vxo. l. cũ hic status. §. fi. & infra de incest. nup. l. qui cõtra. & ff. de rit. nupt. l. præfectus. & supra de condic. ob cau. l. j.
b *His illud quoque.* scilicet exceptionibus prædictis. & facit supra de episco. audien. l. si legibus.
c *Religionis.* quia non vult iacere in pennis, vel bibere vinum. Accursius.
d *Sectæ.* quia Patarenus est.
e *Facere.* facit. j. de repudi. l. in causis. & xxx iij. q. j. cap. j. & ij.



BIU Cujas

vel parẽtes [a] eius cognouisse: sibi debeãt ĩputare. [b] Sin verò horũ ignari spõsalitias arras susceperint, vel post arras datas aliqua iusta causa pœnitẽtię intercesserit: iisdẽ tãtũmodo redditis, super alterius simpli pœna liberi custodiãtur. Quæ omnia [c] simili modo etiam de spõsis super recipiẽdis necne arris præstitis custodiri censemus: quadrupli videlicet pœna, quæ in anterioribus legibus definita [d] erat, in qua & arrarum quantitas imputabatur, cessante: nisi specialiter aliud ex cõmuni cõsensu inter contrahentes de eadem quadrupli ratione placuerit. [e] ℣ Extra definitionẽ [f] autẽ huius legis si cautio pœnã stipulationis cõtinẽs fuerit ĩterposita, ex vtraq; parte nullas vires [g] habebit: cũ ĩ cõtrahẽdis nuptiis libera potestas [h] esse debeat.

*TITVLVS II.*

## SI RECTOR PROVINciæ, vel ad eum pertinentes, sponsalitias dederint arras.

*Rector prouinciæ, vel assistens, cui ipse præbet fauorem, perdit arras quas pro matrimonio contrahendo dedit sponsæ renuẽti: sed finito officio matrimonium contrahi non est prohibitum. Baldus.*

1. Imppp. GRATIAN. VALENTINIAN. & THEODOSIVS AAA. Eutropio. P. P.

SI quis in potestate publica positus, atque honore administrandarum prouinciarum, qui parentibus, aut tutoribus, aut curatoribus, aut ipsis quę matrimoniũ cõtractu vel parentes eius cognouisse: sibi debeãt ĩputare. Sin verò horũ ignari spõsalitias arras susceperint, vel post arras datas aliqua iusta causa pœnitẽtię intercesserit: iisdẽ tãtũmodo redditis, super alterius simpli pœna liberi custodiãtur. Quæ omnia simili modo etiam de spõsis super recipiẽdis necne arris præstitis custodiri censemus: quadrupli videlicet pœna, quæ in anterioribus legibus definita erat, in qua & arrarum quantitas imputabatur, cessante: nisi specialiter aliud ex cõmuni cõsensu inter contrahentes de eadem quadrupli ratione placuerit. ℣ Extra definitionẽ autẽ huius legis si cautio pœnã stipulationis cõtinẽs fuerit ĩterposita, ex vtraq; parte nullas vires habebit: cũ ĩ cõtrahẽdis nuptiis libera potestas esse debeat.

*TITVLVS III.*

## DE DONATIONIBVS ante nuptias, vel propter nuptias, & sponsalitiis.

*Donatio ante nuptias potest in dotem conuerti: nisi donatio in tempus matrimonii sit collata. Baldus. Vel sic: Simpliciter donata à sponso sponsæ, possunt in dotem conuerti, seu retro dari: nisi fuerint collata in tempus prohibitum matrimonii. Salyc.*

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Metrodoro.

MVltum interest, si ea [q] quę donat [r] vir futurus, tradiderit vxori [f], & postea in dotẽ acceperit: an verò donãdi animo dotẽ auxerit, [t] vt videat accepisse quod nõ accepit. prior enim casu donatio nõ ĩpeditur [u], & res quę ĩ ea causa fũt dotis effectæ, iudicio de dote peti rę sunt, potest esse terribilis, arras spõsalitias dederit: iubemus vt deinceps siue parentes siue eadẽ mutauerint voluntatem [i]: nõ modo [k] iuris laqueis liberẽtur, pœnæque statutæ expertes sint: sed extrinsec9 data pignora [l] lucratiua habeãt, si ea nõ putẽt esse reddenda. quod ita latè patere volum9, vt nõ solũ circa administrantes, [m] sed etiã circa administrãtiũ filios, nepotes, ac ppinquos, & participes, id est, cõsiliarios, domesticósq;, locũ habeat: quib9 [n] tamẽ administrator operã dederit. ℣ Impleri [o] autẽ id postea [p] matrimoniũ nõ vetam9, quod tẽpore potestatis ob eas psonas de quib9 locuti sumus, arris fuerat obligatũ, si sponsarum consensus accedat.

eo durante. Vel hæc lex loquitur quando per potentiam vel blanditiam induxit eam ad sponsalia. Et not. hic deficere regulam quæ est. ff. eo. scilicet de spon. l. oratio. nam hic sunt sponsalia, sed matrimonium non potest esse: vt dicta. l. si quis officium.

*Sponsalia possunt esse vbi nõ potest esse matrimonium.*

m *Administrantes.* nisi in patria sua id exerceant: vt. ff. de ritu nup. l. eos.

n *Quibus.* subaudi p quibus &c. & sic nota ex illorũ facto ita demum administrantem damnificari, si operam dederit. non alias.

o *Impleri.* si de nouo consentiant: vt. ff. de ritu nupt. l. eos qui.

p *Postea.* id est honore depositio. Et sic nota quòd rector prouincię in prouincia quam regit, potest habere cõcubinam: vt. ff. de concubi. l. fin. Item filias ĩ matrimoniũ collocare: vt. ff. de ritu nupt. l. si quis officium. §. fi. Item sponsalia cõtrahere, sed non ducere vxorem. si tamen depositio officio de nouo consentiant, iustæ nuptiæ fiunt: vt in eodem ti. l. eos q. si verò post depositum officiũ mulier noluerit nuptias contrahere, distinguitur: fuerit volens, vel coacta cõtrahere sponsalia. primo casu reddit arras: vt. d. l. si quis officium. si coacta, lucratur eas, vt hic. *ADDITIO.* Tu dicas quòd licet de iure ciuili p hibeatur matrimoniũ ĩter istas personas hac l. expressas, de iure tamen canonico (quod obseruandũ est, & prę ualet ĩ matrimoniis) tenet matrimoniũ cõtractũ ĩter eas: vt dicit Abbas extra de cogna. lega. super rub. & sequũtur cõmuniter omnes.

*DE DONATIONIBVS ante nuptias, vel propter nuptias, & sponsalitiis.*

*Dixit de præambulis nuptiarum in duobus proximis titulis: sequitur de nuptiis. sed quia huiusmodi donationes præcedunt: ideo de eis præmittitur. & dicitur ante nuptias, & propter nuptias idem. C. j. el. fi. & fit in recompensationem dotis. Sponsalitia verò est simplex donatio quam sponsus facit sponsæ, & econtra: vt. j. eod. l. cum te. & aliis pluribus.*

*Cõtinuatio.*

*Sponsalitia quæ sunt.*

MVltum.] CASVS. Sponsæ meæ futuræ dedi centum. contraxi cum ea matrimonium: & dedit mihi in dotem illa. c. Dicitur quòd soluto matrimonio illa potest petere act. de dote. sed si non dedisset nisi tantum. c. & ego cõfessus sum recepisse. cc. soluto matrimonio non poterit repetere nisi centum.

a *Vel parentes.* alterius ergo scientia alteri nocet. & sic est contra. ff. de iuris & fac. igno. l. iniquissimum. sed soluitur supra de episco. audien. l. si legibus.

b *Imputare.* vt in duplum arram reddãt. scienti enim dolus &c. vt. ff. de act. empt. l. j. in fi. & ff. de reg. iur. l. nemo fraudatur. & supra de transl. de fideicommisso.

c *Quæ omnia.* dixit quando mulier accepit arras à sponso, nũc econtra quando sponsus à muliere. & similiter distinguitur in dãte & accipiente: vt. s.

d *Definita erat.* nam petebatur, etsi nõ erat promissa.

e *Placuerit.* non errando. & sic non obstat. ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. fi. vel hic speciale. Item no. pœnã stare vsque ad quadruplum. de quo plene dixim9 infra de sent. quæ pro eo quod interest. l. j.

f *Definitionem.* definitio legis est, arras in duplum reddi, nisi de pœna vsq; ad quadruplum placuerit.

g *Nullas vires.* vt & infra de inuti. stip. l. ij. & de verb. oblig. l. Titia. &. l. stipulatio hoc modo. & infra de nup. l. neque ab initio.

h *Potestas.* præterquam à duplo arrarũ, vel à pœna quadrupli pacto comprehensa, ne sibiipsi contradicat, vt hic proxime dixit. & ista tit. j. l. j. Inter alios tamen quàm inter eos qui nuptias volũt cõtrahere, non erit hæc libertas: vt si promittas mihi. x. si filia tua non nupserit filio, aut illi. & licet libera sint matrimonia ab obseruatione pœnæ: tamen si quis filiam suam instituat si nupserit tibi, nõ prius sit hæres, quàm tibi nupserit, vel tu recuses. neque enim inhonesta vel remittenda est illa conditio: vt. ff. de condit. & demon. l. Titio centum. §. j. & infra de instit. & sub. l. j. &. l. reprehendenda. *ADDITIO.* Videas de hac materia plene per Abbatem in ca. Gemma mulier. extra eo. & Bar. in. l. Titia. in princip. ff. de verbo. obliga.

*SI RECTOR PROVINCIAE &c.*

*Dixit de sponsalibus in genere, nunc in specie.*

SI quis.] CASVS. In potestate publica constitutus seu positus, vt rector prouinciæ, vel proconsul, vel eius filius, vel consiliarius, aut domesticus, qui mulieri, aut suis parentibus, aut eius tutori vel curatori potest esse terribilis: si cum ea sponsalia contraxerit, tenent sponsalia. Sed si mulier velit postea pœnitere, hoc sibi licebit, & arras non reddet duplicatas. immo si fuit coacta contrahere, arras retinet. Et si postea depositio officio mulier cum talibus voluerit facere matrimoniũ, bene quidem. Et nota quòd hic vocat arras pignora.

i *Mutauerint voluntatem.* durante officio, secundum M.

k *Non modo.* id est non solummodo.

l *Pignora.* hæc appellauit arras titulo superiori: & non est vis in nomine. Sed huic videtur contra. supra tit. j. l. fi. §. quæ ita. Sol. vt ibi. Item contra. ff. de rit. nupt. l. si quis officium. vbi dicit in simplum reddi. Solu. ibi finito officio mutauit voluntatem, hic

q *Si ea.* scilicet bona.

r *Quæ donat.* simpliciter.

f *Tradiderit vxori.* & sic perfecta est donatio. idem & si promiserit sic vt teneatur: vt arg. ff. de do. inter virum & vxo. l. iij. §. fi. & l. seq. licet sit ar. contra. ff. de do. inter vi. & vxo. l. Papinianus.

t *Auxerit.* solo pacto, confitendo recepisse. xx. cum nihil vel minus receperit. hoc quidem pactum iure veteri etiam (quia nudum) non erat obligatoriũ: vt. j. de dona. l. si quis argentum. §. fi.

u *Non impeditur.* quia completa est donatio ante nuptias: & sic in dotem dari possunt, & tanquam in dotem datæ repetuntur, vt subiicit, & infra. e. l. si consentiente. & de secun. nup. l. generaliter. & ff. de Publici. l. cum sponsus. in prin.

*Nihil*

BIU Cujas

a *Nihil actum est.* quia in id tempus excurrit dotis constitutio, & sic donatio eo tempore quo coniugales esse incipiunt. vnde non tenet: vt infra eo.l.quod sponsæ.&.ff.de iur.do.l.si res.ij. respon.& infra de do.cau.l.j. Sed contra.l.ij.&. iij. in eo. titu. Solu.ibi interuenit scriptura, hic non: immo ibi morte donantis fuit donatio cõfirmata: hic diuortio, vel morte donatariæ fuit dissolutum matrimonium.

*Si præsidi.* ]CASVS. Volebam puellam quandam vxorem ducere: & ideo dedi munera parentibus suis: postea nolunt mihi illam dare: an munera quæ dedi, repetere possim, quæritur? Respon. quòd sic.

b *Vxorẽ duceres.* hoc expresso. alioquin cõtra.ff.de cõdic.cau. da. l.iij. §. si quis quasi. & supra de cõdic.ob cau. l.si repetendi. Alij dicunt etiã non expresso: quia tacite intelligitur: vt infra eo.l.cum veterum. Sed certe ibi tacite ītelligebatur ab vtraq; parte, quod etiã aliàs vbicumque sufficeret ad repetendum, vt diximus supra de cõdic.ob cau.da.l. si repetẽdi. Sed quid si cõfessus fuerit mea cõfessione me donasse: adiicio tamen causam matrimonij in donatiõe fuisse expressam: ipsi vero dicunt me simpliciter donasse: quis probabit, vel pro quo præsumetur? Respõdeo: si agam cõdictione ob causam, mihi incũbit onus ꝓbandi causam: si condictione sine causa, oportet quòd probẽ simpliciter factã: quia nõ præsumitur donatio: vt.ff. de proba. l. cum de indebito. §.j. nisi cõiunctio personarum aliud inducat: vt. ff. illo tit. l. Procula.

*Consitens se donasse, sed sub cõditiõe an teneatur hoc ꝓbare, quòd sub cõditione donauit.*

c *Nupserit.* quocumque operam dante. & sic not. argu. non referre per quem fiat. sic &. ff. de verbo. obliga. l. cum seruus. & hoc argumentum facit ad multa.

*Casũ ponit.*

d *Pollicitatione.* Pone quòd frater tuus, cui successisti, ratione dotis promisit sponsæ suæ stipulanti aliquid sponsalium causa, cum dos ei data non fuerit. licet tenebatur stricto iure: exceptione tamen se defendere poterit, quæ tibi quoque proficiet, si eius nomine cõueniaris. ad quod est. ff. de verbo. obliga. l. si quis cum aliter. & hoc quando ab initio dos debuit promitti, quæ promissa vel constituta non fuit. & idem dico si fuit promissa & data. sed dicebat mulier fundum valere centum, qui vix decem valebat. nam saltem nunc dolo facit: vt argu. ff. de doli exceptio. l. ij. §. j. &. ij. &. §. & generaliter.

e *Facta.* sponsæ suæ. & hac causa expressa. Accursius.

f *Dedicta.* id est conuenta per pollicitationem.

g *Ideo.* nunc respondet.

h *Exceptionem.* ob causam enim dotis facta fuit promissio.

*Quod sponsæ.* ]CASVS. Eram ducturus quandam in matrimonium: dedi ei centum sub tali conditione, vt eius fierent post contractum matrimonium. Dicitur quòd talis donatio non valet: quia ante matrimonium nolui in eam transferre dominium: & post contractum matrimonium non possum ei donare.

i *Sine effectu.* quia nec ante matrimonium transit dominium, possunt, posteriore autem casu nihil actum est[a] donatione: & quod in dotem datum non est, repeti non potest.

*Qui probat se dedisse munera parentibus sponsæ sub finali causa matrimonii cõtrahendi, ea repetit qualitercumque matrimonio non contracto. Bald. Vel sic: Donatio facta ob causam nuptiarum, causa non secuta repetitur. Salycetus.*

II. Imp. ALEXANDER A. Attalo.

SI præsidi prouinciæ probaueris, vt Eutychiam vxorẽ duceres, [b] munera te parentibus eius dedisse: nisi Eutychia tibi nupserit, [c] tibi restitui qđ dedisti, iubebit.

*Mulier quæ virum in dote circumuenit, donationem hac contemplatione factã non petit à viro, nec ab eius hærede. Bald. Vel sic: Mulieri ex pollicitatione vel promissione sponsi agẽti, obstat exceptio doli: si causa ob quam facta fuit. secuta non extitit. Sal.*

III. Idem A. Marcellæ.

POllicitatiõe [d] à fratre quõdam tuo sponsalium causa facta, [e] etsi in stipulationẽ deducta [f] sit, ideo [g] præstanda nõ fuit, quoniam in dote vxor maritum fefellit. exceptionẽ [h] itaque doli aduersus actionem ex stipulatu rectè obiicies.

*Paria sunt aliquid fieri tempore prohibito, vel conferri in tempus prohibitũ. Bald. Vel sic: Donatio facta sponsæ in tẽpus matrimonii collata, non valet. Salycetus.*

IIII. Imp. GORDIANVS A. Marcello.

QVod spõsæ ea lege donat, vt tũc dominiũ eius adipiscat, cùm nuptię fuerint secutæ, sine effectu [i] est.

*Impossibilitas de iure vitiat promissionem etiam à sciente factam. Bald. Vel sic: Donatio facta ob modũ impossibilẽ, nõ valet: nec potest quis duas vxores habere. Sal.*

V. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS. AA. Theodoræ.

EA quæ tibi vt spõsę daturũ se ꝓmisit is qui te ficto cœlibatu, [k] cũ aliã matrẽfamilias [l] domi reliquisset, solicitauit ad nuptias, petere cum effectu nõ potes [m]: cum tu sponsa, vxore domi posita, non fuisti.

*Præmitte ad euidentiam quòd sponsæ de futuro potest donari: sed contracto matrimonio per verba de præsenti, non potest donari. h.d. & ista lex non est alibi. Bald. Vel sic: In dubio donatio facta in vxoris domo, præsumitur facta sponsæ: & est valida. in domo viri præsumitur facta vxori: & sic non valet. h.d. notanter. Salycetus.*

VI. Imp. AVRELIANVS A. Donatæ.

CVm in te simplicem donationem [n] dicas factam esse die nuptiarũ, & in ambiguum possit venire vtrum à sponso an à marito [o] donatũ sit: sic distinguẽdum est, vt si in tua domo donum acceptum est, ante nuptias [p] videaꝫ facta esse donatio. ꝙ si penes se dedit spõsus, retrahi [q] possit. vxor enim fuisti.

*Verbum, remaneat, ponitur pro verbo reddatur, siue restituatur. Bal. Vel sic: Mors dicitur matrimonium dissolucre contra voluntatem morientis. Vel sic: Agentem magis, quàm verba spectamus. Salycetus.*

VII. Imppp. CARVS CARINVS & NVMERIANVS AAA. Lucianæ.

*Cum in te.* ]CASVS. Ea die qua quis vxorem ducit, donat ei aliquid: postea vult reuocare, dicens donationem non valere, quia ĩter maritũ & vxorẽ donatio nõ valet. mulier ecõtrario dicit quòd immo valet: quia non accepit vt vxor, sed vt sponsa. quęritur quid iuris sit? Rspondet imperator distinguendo: aut dedit vir cum iam vxorem domum duxisset, & non valet: aut antequam eam duxisset domum, & valet: quia primo casu censetur iam vxor, secundo vero non.

n *Simplicem donationem.* ad differentiam propter nuptias donationis, quæ multiplex est: pendet enim ex liberalitate quodammodo, item ex dote.

o *A marito.* eodem enim die & vir & sponsus esse potest.

p *Ante nuptias.* & sic tenet: vt supra eo.l.j.&.ff.de iur.do.l.dotis j.ij.respon.& infra.e.l.si ante.&.ff.de Publici.l.cum sponsum. j.respon. Sed quid si in via, scilicet cum forte in domum viri ducebatur? Respon. idem quòd si fieret in domo sponsæ. argu. ff. de ritu nup. l. denique Cinna. & facit. ff. de do. inter virum & vxo. l. inter eos. &. l. pe. in prin. &. §. virgini.

q *Retrahi.* quia prohibita est inter virum & vxorem donatio vt. ff. de don. inter virum & vxorem. l. j. ij. &. iij. retrahitur ergo rei vindicatione si extat. si consumpta est, condictione sine causa, quatenus locupletior facta est: vt. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. pen.

A quia noluit: nec post, quia non potuit: vt. ff. de dona. inter virum & vxo. l. cum hic status. §. si sponsus. & infra de dona. inter virum & vxo. l. à marito. sic &. ff. de manumiss. testa. l. libertas in prin. sic ergo quod potuit, noluit: & quod voluit, non potuit vt hic, & supra si quis alteri vel sibi. l. multum. &. ff. de rebus dubiis. l. in ambiguo. Sed econtra illa quæ conferuntur in tempore soluti matrimonij, valent vt donatio causa mortis: vt. ff. de do. inter vir. & vxo. l. si cum. fi. & l. seq.

*Ea quæ.* ]CASVS. Quidã salutis suæ immemor, cũ esset in Hispania, voluit ibi quandam ducere vxorem, cũ tamen in Frãcia aliam vxorem haberet: & promisit huic secundę aliquid nomine dotis: an illud petere possit? Respon. quòd non.

k *Cœlibatu.* quia fingebat se cœlibẽ, id est sine vxore.

l *Matremfamilias.* id est vxorem.

m *Non potes.* vt & infra ad. l. Iul. de adull. eum. in fi. & facit infra de testa. l. neq; professio. in fi. & infra de inoffic. ma. l. j. & supra de condic. ob tur. cau. l. mercalem. & infra de iureiur. l. si quis. Item nota quòd ex eo quòd hic dicit nõ posse peti, colligunt quidam arg. ergo nec retinet si accepit. sed non valet. vt. ff. de condic. indebi. l. et quibusdã. Neque enim paria sunt ꝓmissio & datio per omnia. nam si dedero meretrici, nõ repeto: si non soluo, nõ ꝓteneor. ergo qui scit se dedit, non repetit, sed fiscus: sic si mulier sciens accepit: vt. ff. de do. inter vi. & vxo. l. cum hic status. §. fi. & facit. ff. de leg. j. l. fi. nam & ibi non valet relictum vt coniugi quæ coniunx non est: sicut nec hic donatio. Accursius.

B

C

D

BIU Cujas

l.pen.§.fin.&.l.quod autem.&.l.si sponsus.§.fi.&.l.seq. Et notā quòd fatue quidam hic colligunt quòd secundum leges traductio sit necessaria ad matrimonium. secus secūdū canones. quod non placet: vt.ff.de reg.iu.l.nuptias. & in authen.de nup.§. nuptiæ.colla.iiij.&.ff.de do.inter virum & vxorem.l.pe.&.d.l.denique.& de rit.nup.l. muliere. & facit ad.l. istam infra de incest. nup.l.licet.

*Matrimonia an prof. si sit sine traductione.*

*I cum ante.* ]CASVS. Titius ducturus Seiam in vxorem, dedit ei centū ante nuptias hoc pacto, vt si contingeret matrimoniū dissolui, ipsa illa.c.redderet. si matrimonium dissolutum est, poterit hæres Titij illa centum petere.

a *Munera.* simplicia, quæ in talibus dari cō fuederunt: vt.ff.de verbo.signi.l.munus.j.

b *Darētur.* tibi puellę.

c *Sors.* quia mors alterius eorum interueniret.

d *Remanerent.* id est resideret. & ex hoc verbo erat dubitatio: cum stipulatio dandum vel faciendum debeat cōtinere. quod hic non fuit: sed ponitur improprie, vt dixi. & sic infra de iure do.l. etiā si non. & sic nota sensum magis quàm verba testamenti inspici: & plus qđ actū, quàm quod dictum sit, intuēdum: vt.ff.de adi.leg.l. iij.§.conditio.&.ff.de contrahen. emp. l. sed Celsus. sic & qui stipulatur animal esse & viuere, interesse stipulari videtur: vt. ff. de euic.l.si ita quis. Acc.

e *Accepit.* adeūdo vel recipiendo ex cōstitutione Trebellianica.

f *Cui.* id est à quo defuncto.

g *Postulare.* actione prescriptis verbis. &.ē. de pac.iter emp.& vē. l.ij.& facit. ff.de pac. do.l.inter socerum.

*I ante.* ]CASVS. Titius maior viginti quinque annis dedit sponsæ suæ fundum aliquem in dotem: & eam indurit in possessionem: vult postmodum illum fundū alienare. queritur, vtrum possit? Dicitur quòd non, si non est appositum aliquod pactū cp aliquo casu reuerteretur ad ipsum virū.

h *Matrimonium,* contractum.

i *Maior.* secus si minor: vt infra de prædi.mino.l.prædia.

k *Eundem.* scilicet fundum.

l *Alienare.* id est alienare non potuit.

m *Potuisse.* vtpote quòd alienum est factum. sic & infra de do. inter vir.& vxo.l.si quidē.&.ff.de donat.l.j.& supra de rei vind.l.quotiens. Item intellige hanc legem secundum determinationem legis infra eo.l.cum veterum. Vel loquitur hic quando fuit dictum vt nullo casu repeteretur.

*Vm te.* ]CASVS. Dicitur ī hac lege cp donatio ꝓpter nup. legitime facta, non potest rescindi per rescriptū principis.

n *Oportet.* vt infra de reuo.dona.l.si apud.&.l. si donationem. & supra de transact.l.quamuis. & supra de condic. ob cau.l. si repetendi.

SI cum ante nuptias munera[a] darentur,[b] ita conuentum est, atque huiusmodi conscripta est pactio, vt si qua sors[c] extitisset contra volūtatē eius, & matrimoniū distraxisset, tūc quæ data erant, apud eum qui dedisset, hæredémve eius remanerēt: [d] potest qui hęreditatem eius accepit, [e] cui [f] pacta puella munera lege prædicta susceperat, eadem iure postulare [g]. B

*De re donata & tradita non potest donator testari: supple in præiudicium donatarii. Bald. Vel sic: Perfecta donatio nō reuocatur etiam in vltima voluntate. Salyc.*

VIII. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIA. AA. & CC. Euphrosynæ.

SI ante matrimoniū[h] maior[i] quinque & viginti annis cōstitutus, sponsæ suæ, licet ante sponsalia, fundū donauit, eámque in vacuam induxit possessionem: postea nullo titulo superstitem, vel testamēto eūdē[k] relinquentem, alienare[l] potuisse[m] certi ac manifesti iuris est.

*Perfecta donatio per rescriptum principis non potest reuocari. Salycetus.* C

IX. Iidem AA.& CC. Iuliano.

CVm te sponsæ filij tui quędā donasse cōfitearis: perfectam donationē rescindi nec nostro oportet[n] rescripto, quā tua voluntas iurisque auctoritas fecit ratam.

*Ablatum de facto non inducit permissionem auferendi de facto: sed ciuili remedio opus est. Bald. Vel sic: Donatio simplex facta sponsæ non reuocatur, licet matrimonium non sequatur. h.d. de quo quid iuris, dicetur. j. eo. l. cum veterum. Salycetus.*

X. Iidem AA. & CC. Dionysio.

SI filiæ tuę sponsus ei mancipium donauit, [o] ac tu ī eum iumēta liberalitatis ratione cō- D

*Si filiæ.* ]CASVS. Titius filiæ Seij sponsæ suę mācipiū dedit: Seius etiā Titio iumēta quędā liberalitatis causa dedit: cōtracto matrimonio Titius per vim abstulit. dicit imperator cp iste Titius debet restituere id quod per vim abstulit vxori suæ.

o *Donauit.* simpliciter, non contemplatione matrimonij, vt non obstet infra eo.l. cum veterum. & dic in donatione duo inspici secūdum Ir.ius & voluntatē. Vel si fuit hæc donatio cōtemplatione matrimonij, dices corrigi per legem illam, cum veterū. ADDITIO. Prior verior, vt euitetur correctio: vt in authen.quib.mo. nat.effi.sui.§.trib⁹.col. vij. & arg.ē.de inoffi. doti.l.vnica. *Donatio an valeat, duo sunt inspicienda.*

p *Nec nuptiis secutis.* id est non secutis: vt sic nec negatio neget quod includitur in dictione secutis, non in verbo abstulit. sicque ponitur nec, p & nō.

q *Repetitio.* per actionem vi bonorum raptorum.l.si quis in tātam. infra vnde vi. & secundum primum casum dic quòd simplex donatio non reuocatur: licet matrimoniū non sequatur. ff. de dona.l.j.

tuliſti, nec nuptiis secutis, [p] cōtra iuris rationē, quod dederat, abstulit: nō inuicē datorū restitutio, sed eius quod illicite rapuit, repetitio [q] competit.

*Mors accidentalis gladii, simplicem donationem non rescindit. Baldus. Vel sic: Mors sponsi non facit donationem sponsalitiam reuocari. Salycetus.*

XI. Iidem AA.& CC. Neæ.

SI tibi[r] res proprias[s] liberalitatis causa sponsus tuus tradidit: eo quòd ab hostib⁹ postea interfectus est, irrita donatio[t] fieri non potest. B

*Quod simpliciter donatur, simpliciter valet. Bald. Vel sic: Donatio facta à socru, si perfecta est, non reuocatur. Salycetus.*

XII. Iidem AA.& CC. Timotheæ & Cleotimæ.

SI mater[u] vestra filię suę spōso vel marito[x] prædia sine vlla repetendi lege donauit, & eum in vacuam possessionem induxit: nuptiis diuortio solutis, perfecta non dissoluitur donatio.

*Sponsus rem donatam sponsæ sequentibus creditoribus obligare non potest. Baldus. Vel sic: Creditor agens contra donatarium hypothecaria, debet probare suā hypothecam tempore præcessisse. si ergo non apparet vtrum res fuerit prius donata Titio, quàm obligata Seio, Seius agens hypothecaria succumbit: quia non probat rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis. Baldus. Vel sic: Creditor agens hypothecaria, debet probare rem fuisse in bonis debitoris tempore obligationis. Salycetus.* C

XIII. Iidem AA. & CC. Alexandro.

DE rebus in sponsam donationis gratia collatis, creditores mariti facti, si nō prius obligatas eas sibi probent, eam conuenire minimè possunt. [y] D

*Si tibi.* ]CASVS. Sponsus spōsę suæ res proprias donauit cōferendo in eam spōsalitiā largitatē: postea sponsus captus est ab hostibus: nunquid donatio propter hoc efficiat irrita? Respō. quòd non.

r *Si tibi.* in præcedēti lege simpliciter fuit facta donatio, non sub conditione futurarum nuptiarum, similiter & in hac, & in sequenti lege. Vel dic sub conditione illa matrimonij: sed secuto matrimonio fuit impleta, ī fra.l.proxi.si mater.

s *Proprias.* sui sponsi.

t *Donatio.* hoc immutatur infra eo. l. cum veterum. &.l.si à spōso. Vel dic vno de prædictis modis duobus intelligi hanc legem.

*Si mater.* ]CASVS. Mater sponsæ sponso filiæ suæ donauit prædia, & eum in vacuam possessionem induxit. postea secutæ fuerunt nuptiæ, sed tandem diuortio solutæ. nunquid mater poterit illam donationem reuocare? Certe non. & hoc est verū in sponsalitia largitate. secus in donatione propter nuptias.

u *Si mater.* expone hanc legem vt dixi supra.l.proxi.& facit supra de condic.ob cau.da.l.si repetendi.&.ff.de vsur.l. cum quidam.§. diuus.&.ff.de condic.cau.da.l.j.

x *Marito.* nam socrus donat genero, sed non socer: vt. ff. de dona. inter vir.& vxor.l. iij.§.socrui.&.l.cum hic status.§. oratio. & infra de do.inter vi.& vxo.l.si te.

*De rebus.* ]CASVS. Sponsus aliquas res sponsæ donauit. postea cœpit sponsus creditores habere. nunquid creditores poterunt res illas à sponsa reuocare? Respon. quòd non, si nullo tempore eas obligatas habuerunt.

y *Minimè possunt.* quia hæredes, non successores in rē personali actione

actione conueniuntur: vt. ſ. de hæredi. vel act. vendi. l. fin. & .j. de don. l. æris. & .j. de iure do. l. licet dos. hoc verũ, niſi ante eſſet eis obligata: vt hic, & .j. de do. inter vi. & vxo. l. ſi quidem. & in alio, ſcilicet quãdo in fraudem eorum eſſet facta: vt .j. de reuo. his quę in frau. cre. l. ij. & .ff. quæ in frau. cre. l. fi. §. j.

*Mater conſentiens donationi rei ſuæ, venire contra non poteſt etiam precium rei offerendo. Baldus. Vel ſic: Filius poteſt donare res matris ea conſentiente: & donatio ſponſalitiæ poteſt retro in dotẽ dari: nec mater volens precium dare auditur. Salyc.*

XIIII. Idem AA. & CC. Aureliæ.

SI conſentiente matre ſua[a] ſponſus filiæ tuæ mancipia donauit, & his acceptis in dotem non æſtimatis, [b] in matrimonio pòſt deceſſit: mater eademque hæres eius precium offerens, reſtitutionem eorum improbè[c] recuſat. [d]

*Donatio inter ſpõſos præſumitur eſſe largitas ſponſaliorum: & matrimonio non ſecuto, donatum redditur donatori: niſi per ipſum donatorem ſteterit quòd matrimonium non ſequatur. Bald. Vel ſic: Simplex donatio ſponſalitia intelligitur hodie ob cauſam futuri matrimonii facta: & is per quem ſteterit ne matrimonium fiat, non repetit quod dedit: & etiam ſibi datum reſtituit. Salyc.*

XV. Imp. CONSTANTI. A. ad Maximum præfectum vrbi.

CVm veterum ſententia[e] diſpliceat, quæ donationes[f] in ſponſam nuptiis quoque non ſecutis decreuit valere: ea quę largiendi animo inter ſponſos & ſpõſas iure celebrãtur, redigi ad huiuſmodi conditiones iubemus: vt ſiue adfinitatis[g] coëundæ cauſa, ſiue nõ ita, [h] vel in poteſtate patris degentes, vel vllo modo proprij iuris conſtituti, tanquam futuri cauſa matrimonij aliquid ſibi ipſi, [i] vel conſenſu parentum mutuo largiantur: ſi quidẽ ſpõſus, vel parentes† eius ſortiri filium noluerint [k] vxorem: id quod ab eo donatum fuerit, nec repetatur traditum: & ſi quid apud donatorẽ reſedit, [l] ad ſpõſam & hęredes eius ſummotis ambagib⁹ trãſferatur. [m] Quòd ſi ſponſa, vel is in cuius agit poteſtate, cauſam nõ contrahẽdi matrimonij præbuerit: tunc ſponſo eiúſque hęredibus ſine aliqua deminutione per cõdictionẽ, [n] aut per vtilẽ actionẽ in rem[o] redhibeantur. Quæ ſimiliter obſeruari oportet et ſi ex parte ſponſæ in ſpõſum donatio facta ſit. Dat. XVI. Kalẽ. Nouemb. PP. XVI. Kal. Septẽ. Romæ, Conſtantino. A. V. & Licinio Coss.

*Dictum eſt ſupra in. l. præcedenti quando per pœnitentiam matrimonium non contrahitur: ſequebatur videre quid inris quando per caſum. & nunc determinat hæc lex, quòd quando ſponſus donauit ſponſæ, & non interuenit oſculum, repetitur omne datum. ſed ſi interuenerit oſculum, repetitur dimidia pars: aliam lucratur ſponſa ratione oſculi. Baldus.*

XVI. Idem A. ad Tiberianum vicarium Hiſpaniarum.

SI à ſponſo rebus ſponſæ donatis interueniẽte oſculo, [p] ante nuptias hũc vel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad ſuperſtitem pertinere præcipimus, dimidiam ad defuncti vel defunctæ hæredes, cuiuſlibet gradus ſint, & quocunque iure [q] ſucceſſerint: vt donatio ſtare pro parte dimidia, & reſolui pro parte dimidia videatur. Oſculo † verò non interueniente, [r] ſiue ſponſus ſiue ſponſa obierit, totam infirmari donationẽ, & donatori ſponſo, vel hęredibus eius reſtitui. Quòd ſi ſpõſa, interueniente vel nõ interueniente oſculo, donationis titulo (quod raro accidit[s]) fuerit aliquid ſponſo largita, & ante nuptias hunc vel illam mori contigerit: omni donatione infirmata, ad donatricem ſponſam, ſiue eius ſucceſſores, donatarum rerum dominiũ tranſferatur. Accep. XIII. Kalend. Maij, Hiſpali. Nepotiano & Pacato Coss.

*Minor in poteſtate patris conſtituta, maximè ſi patris auxilio eſt deſtituta, puta quia pater abeſt: non tenetur inſinuare donationem ante nuptias. Bald. Vel ſic: Donatio ante nuptias facta mulieri in minori ætate, non indiget inſinuatione. Salyc.*

XVII. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Hierio. P. P.

MInoribus ætate fœminis, etiam actorum teſtificatione in ante nuptias donatione[t] ad eas facta, omiſſa: ſi patris auxilio deſtitutæ ſint, iuſtè con

---

a *Matre ſua.* cuius erãt mancipia: & ideo eius exigitur conſenſus.

b *Non æſtimatis.* aliàs æſtimatio repetetur: vt j. de iure do. l. quotiés. & l. cum dotem.

c *Improbè.* reſtituet ergo mancipia mater ſponſę matri ſponſi, nõ eorum precium.

d *Recuſat.* repetit ergo ſponſa: vt hic, & .ff. de Publici. l. cum ſponſus. in princip. Item ad id quod dicit, conſentiente, facit. ff. de euic. l. quidam.

*Cvm veterum.* CASVS. Olim ſi ſpõſus dabat ſponſæ, valebat donatio, etiam ſi non fuerit completum matrimonium. hodie ſi ſponſus donat ſponſæ, vel econuerſo, ſemper intelligitur dare ſub conditione, ſi matrimonium ſequatur. Sed ſi ſponſus donat ſponſæ, & parentes ſponſi nolunt perficere matrimonium: tunc ſponſa non tenetur reſtituere donationẽ quam accepit, ſed promiſſam petere poteſt. Si vero pater ſponſæ noluerit vt perficiatur matrimonium: tunc ſponſus & hæredes ſponſi repetere poterunt quod donatum eſt. Idem obſeruetur quãdo ſponſa donat ſponſo.

† *al. parens eius ſortiri filium noluerit.*

e *Cum veterum ſententia.* quæ deprehenditur .ſ. eo. l. ſi filiæ. & l. ſi tibi. ideoque illæ ad hãc trahendę ſunt. nam per has duas leges Conſtantini debemus intelligere omnes alias leges iſtius tituli quæ indiſtinctè dicunt valere & non reuocari donationes inter ſpõſos. Alij dixerunt quòd aliæ leges huius tituli loquuntur quando cauſa liberalitatis tantum, & non matrimonij, facta eſt donatio. prima placet ſecundum Ir. Item nota quòd hæc lex loquitur quando ſtat per alterum. ſi verò per neutrũ, tunc loquitur .ſ. e. l. ſi tibi res. Item & loquitur hic vbi non eſt ex mera liberalitate donatio, ſed contemplatione matrimonij: quod ſemper præſumitur, niſi in contrarium ſit actum.

f *Donationes.* ſcilicet factas.

g *Adfinitatis.* id eſt matrimonij: quòd non eſt adfinitas, ſed cauſa adfinitatis: vt. ff. de gradibus cogna. l. non facile. §. adfines.

h *Siue non ita.* id eſt dicere, ſiue nominatim expreſsit cauſa matrimonij ſe dare, ſiue nõ.

i *Sibi ipſi.* cum ſui inris ſunt.

k *Noluerint.* ſine cauſa.

l *Reſedit.* de his quæ ſe daturum obligauit.

m *Transferatur.* condictione ex hac lege.

n *Per condictionem.* ex hac lege.

o *In rem.* quæ oritur ex tacito pacto. Tacitè enim videntur paciſci de reddendo ſi matrimonium non ſecutur per factũ accipientis. ſic & .ff. de iure do. l. ſtipulationem. ſicut pro expreſſo naſceretur: vt. j. de dona. quæ ſub mo. l. j. & .ij.

*Si à ſponſo.* CASVS. Si ſpõſus dedit ſpõſæ, diſtinguitur: aut interuenit oſculum, aut non. Primo caſu ſi moriatur ſponſus, vel ſpõſa, medietas rerum donatarum remanet penes ſponſam, medietas penes hæredes. In ſecundo caſu non valet donatio, ſiue ſpõſus ſiue ſpõſa moriatur. Sed quid econtra ſi ſponſa donauit ſponſo? quod raro accidit. Certe hoc in caſu ſi interuenerit oſculum, vel non, ſolida donatio reuocatur.

p *Oſculo.* quod mulier dicitur dare, non accipere: & gratia viri non mulieris interuenit.

q *Iure.* ciuili, vel prętorio.

r *Non interueniẽte.* vel interueniente quidem ſed fuit illicitum, matrimonio non ſecuto iuris prohibitione.

s *Raro accidit.* quia auara eſt. auariſſimum enim genus eſt mulierum: vt. ff. ad Velle. l. ſed ſi ego. in fi. & .ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ſi ſtipulata. §. j. & quia ſagacior: vt .ſ. de his qui ve. æta. impe. l. j. §. fœminas.

*Minoribus.* CASVS. Mulier minor. XXV. annis patre deſtituta, recepit do-

---

nationem tantæ quantitatis, quæ requirebat inſinuationem: numquid donatio iſta ſine inſinuatione facta valebit? Certe ſic.

t *Donatione.* licet ſit vltra. ccc. ſolidos: vt & .j. de don. l. ſuncimus. §. aliàs verò. ſecus ſi eſſet maior: vt hic, & .j. de iur. do. l. fi. ſimili. Sed hodie idem ſi eſſet maior: quia ſi pacta lucri cedãt parti mulieris, non nocet inſinuatio omiſſa: ſed econtra nocet viro ad lucrum

BIU Cujas

ad lucrum dotis: vt.ĭ. in authen. eò decursum est.

*Si liberis.*] CASVS. Patersamilias habuit primam vxorem, & ex ea suscepit liberos, & dotem lucratus est ex pacto. vxore præmortua nunquid tenetur seruare dotem liberis primi matrimonij? Certè non, si non conuolat ad secundas nuptias. Idem e-

Dot. ad mat. liberum rule filiam matrimonium.

contra est in muliere, cui donata est donatio propter nuptias à viro.

a *Ex donatione.* ad se reuersa, vt debet: quod est no. per. l. istam: quia sicut dos ad mulierem, ita donatio ad virum redit soluto matrimonio: vt hic dicitur. Item dubitatio legis erat secundum quosdam: quia si vir lucraretur dotem ex pacto, teneretur seruare. sic ex morte mulieris lucrari videtur donationem, sed certe magis videtur rehabere suam. sic econtra dicas in muliere.

b *Nihil.* cum habeat alia bona ex quibus posset relinquere vnicuique filio tantum, quantum dat secundo viro in dotem. & sic soluitur contrarium quod est. ĭ. de secũ. nup. l. hac edictali. in princip. Aliud autem si apud maritum aliquid ex dote remaneret, vel apud vxorem ex donatione: quia seruare cogeretur: vt. ĭ. de secun. nup. l. fœminæ.

*Si constante.*] CASVS. Mulier copulauit sibi Titium in maritum, & paruam dedit dotem, & ille paruam donationẽ. an illa posteà constante matrimonio possit augere dotem, vel ille donationem? Et respon. quòd sic. Item si illa vult augere dotem, ille donationem facere potest, vt æqualis sit quantitas tam dotis, quàm donationis. Et pacta quæ apponũtur de non reddenda dote, vel retinẽda illa, debebunt obseruari in donatione: & bona Titij tacitè erunt obligata pro illa quantitate quam mulier adiecit ab eo tempore quo aucta est dos. Et sicut vir & vxor possunt augere dotem & donationem constante matrimonio, ita possunt deminuere, nisi in casu. verbi gratia. Maritus vel vxor suscepit filios ex primo matrimonio: vult conuolare ad secundum matrimonium: tunc si vult mulier dotem, vel partem dotis dare marito, non potest: nisi tantum det vnicuique filiorum quos suscepit ex primo matrimonio, quantum dat isti secundo marito. & hoc casu mulier non potest deminuere dotem in fraudem filiorum iure præsumente contra eam quòd aliud agat, & aliud agere simulet. pone enim quòd mulier dedit causa dotis marito. c. si vult modo deminuere dotem, non potest.

c *Interdictas esse.* iure ciuili: vt. ff. de do. inter vi. & vxo. l. j. sed ibi de simplici donatione.

d *Indulgendum.* id est remittendum aliquid de rigore iuris. sic. ĭ. de tempo. appel. l. fina. in fine.

e *Pigrius.* sic. ĭ. de bo. quę li. l. constitutionis. §. prospiciendum.

f *Nullam esse.* scilicet ab initio.

g *Eiusdem quantitatis.* vt istit. de don. §. est & aliud. & dic quantitatis, id est quotitatis iure isto: sed hodie etiã quãtitatis: vt. ĭ. de pac. con. l. ex morte. &. l. lege. & in authen. æqualitas. secundum quosdam. quod non placet. & illæ leges ad pactum lucri intelligũtur: hæc ad constituendam dotem & donationem.

h *Statuto modo.* in principio huius legis: vbi dicitur indulgeri sibi pacta: & si nil dicatur, erit & illud seruãdum, quod in prĭcipali erat: vt. ff. de pact. do. l. inter socerum. §. ij.

i *Inita sunt.* cum dos constituebatur.

k *Referantur.* sic &. ĭ. de secun. nup. l. hac edictali. §. fin. &. ĭ. de pac. con. l. fi. Sed argu. contra est. ĭ. de bon. quæ lib. l. cum oportet. in fin. &. ĭ. qui po. in pig. ha. l. fin.

d *Firma.* in casibus illis tantum, vbi licet solui dotem constante matrimonio: vt. ff. solu. matri. l. si constante. & de iu. do. l. mutus. §. manente. alioquin cõtra: vt. ĭ. si dos cõstante matrimonio. l. vnica. quæ est contra. Vel dic, hic non erat dos præstita, sed promissa, & per pactum remissa.

m *Machinari.* sed quomodo aliqs posset machinari, cum quantum sit datum secundo conjugi nomine dotis vel donationis, spectetur tempus mortis binubi parentis: vt in authentica de nup. §. quia vero hactenus. colla. iiij? Respon. nihilo minus & tempus cõtracti matrimonij. inspicitur enim vtrunque. si enim tempore contracti matrimonij fuerint. xx. in

dotem data sub pacto de lucrando, tempore autem mortis binubi parentis sint deminuta in. v. tantum tempus contracti matrimonij spectatur. Si verò ponas econtra, inspicitur tempus mortis binubi. ergo ideo dicit hic, quia cito per hoc, id est per talem deminutionem

*Constantinæ matrimonio dos & donatio propter nuptias possunt de nouo augeri, & de nouo constitui, & pacta de nouo apponi, vel vetera prorogari: & hypothecæ ex die augmenti contrahi: & econtrario possunt dos & donatio minui, nisi ista deminutio fieret in fraudem filiorum primi matrimonii. Bald. & Salyc.*

XIX. Imp. IVSTINVS A. Archelao præfect. præt.

SI constante matrimonio cõsilium augendæ dotis inierit vel vxor fortè, vel eius nomine quilibet alius: nihilo minus marito quoque liceat, seu pro marito cuilibet alij, tanto donationem ante nuptias additamento maiorẽ facere, quanto dotis augetur titulus. Nec obsit in huiusmodi munificentiis interdictas esse [c] liberalitates tempore nuptiarum. Indulgendum [d] est nanque consensui communi partium: ne cum negetur augendæ potestas donationis, dotis etiam pigrius [e] constituatur augmẽtum. Idémque licere præcipimus etiam in his matrimoniis, in quibus interdũ accidit ante nuptias quidem donationem nullam esse, [f] solam vero dotem marito mulierem obtulisse: vt etiam tunc muliere dotem augente, liceat marito quoque donationem in vxorem suam eiusdem quantitatis [g] facere, quantum aucta dos continere dinoscitur: pactis videlicet de redhibitione, vel retentione auctæ dotis, vel donationis (prout partes consenserint) pro iam statuto modo [h] ineundis, siue iniungendis veteribus pactis, quę initio nuptiarum de ante nuptias donatione, & dote principaliter constituenda inita sunt. [i] ℣ Iura etiam hypothecarum, quæ in augenda dote, vel donatione fuerint, ex eo tẽpore initium accipiant, ex quo eædem hypothecæ contractæ sunt, & non ad prioris dotis, vel ante nuptias donationis tẽpora referantur. [k] ℣ Sed & si econtrario maritus & vxor ad deminuendam dotem & ante nuptias donationem consenserint: licere eis ad similitudinẽ deminutionis quę in dote fit, etiam ante nuptias minuere donationem: vt pacta de amborum deminutionibus ineunda, firma [l] & legitima esse intelligantur: exceptis videlicet his casibus, in quibus aut maritus ex priore matrimonio liberos habens, ad secundas migrauerit nuptias: aut vxor similiter ex anteriore matrimonio liberis extantibus, secundo marito se iunxerit. in hoc enim secundo matrimonio, vel à parte mariti, vel à parte mulieris, vel ab vtraque (si hoc etiam acciderit) interdictam esse deminutionẽ dotis, vel ante nuptias donationis, ne aliquid aduersus filios prioris matrimonij machinari [m] videatur, censemus.

IN AVTHEN. de æquali. do. & propter nup. do. §. aliud. col. vij. const. viij.

BIU Cujas

deminutionem filij prioris matrimonij grauarentur, qui debent reuocare quod plus est: vt infra de sec.nup.l.hac edictali.§. sin vero plus quàm statutum est. Istè autem ideo vult deminuere, vt fraudet filios prioris matrimonij, vt non possint reuocare scilicet filij: cum iam tempore mortis non inueniatur plus in dote, & sic debeat cõmunicari cum filiis & secundi & primi matrimonij, secũdum H.

Sequitur authentica, Sed iã necesse &c. quæ legitur super principio huius legis, & est ex corpore de æquali. do.§.aliud.colla.vij.

*Sed iã.* ] CASVS. Hic dicit quòd si mulier auxit dotẽ, maritus potest augere donationem: & si vir non tenetur aliquo debito, tũc possunt augeri donationes vel de rebus mobilib[9]. Si verò maritus grauetur ęre alieno, cum debeat augere dotem, & donationem de rebus immobilibus: quia tamẽ si mulier haberet prædia, & res immobiles, & augeret dotem de rebus mobilibus, nõ gauderet aliquo priuilegio.

a *Celebrare*. non ergo in voluntate erit, vt erat per legem, si constante, sed ex necessitate.

b *Ære.* magno.

c *Augmentum.* dotis.

d *At si debitor sit.* magnæ auctoritatis.

e *Suspicio.* alioquin aliud erit. Item hoc erit propter priores creditores, non propter sequentes: vt videtur. sed certe eadem fraus aduersus sequentes posset committi.

f *Aduersus alios creditores.* præcedẽtes vel etiam sequentes, secũdum H.& B.& Azo. & Accursium.

*Cum multa.* ] CASVS. Olim si donatio fiebat vltra quingentos solidos, nõ valebat sine insinuatione: quia ille qui donabat, debebat notificare præsidi, & impetrare licentiam donandi. vnde mariti decipiebant vxores: quia non insinuabant donationes: vt sic pro infectis haberentur. Et sicut dos potest constitui constante matrimonio, ita & donatio propter nuptias. quæ licet fiant constante matrimonio, non debent dici simplices donationes, sed propter nuptias: non tamen debet donatio esse maioris quantitatis, quàm dos. & si fuerint aliqua pacta inter virum & vxorem, puta de dote, vel donatione lucranda: illa obseruentur. sed si super dona. non fiat pactum, sed super dote sic: tunc pactum factum in dote intellige repetitum in donatione propter nuptias. Pacta tamen quæ fiunt de dote lucranda, vel dona. intelligi debent in partibus, & non in quantitatibus. verbi gratia. Mulier dedit mihi dotem. xxx. & fecit pactum de dote lucranda pro tertia. & ego dedi pro dona. xv. & fecit pactum simile vxor. habebo. x. ab ea: & illa lucrabitur quinque. Si autem mulier fecit mihi pactum de lucrãda tertia parte dotis, & ego de lucranda parte quarta dona. propter

*Dictum est in lege, si constante. quòd licitum est si constante matrimonio dos augetur, augere vel facere donationẽ propter nuptias. In hac authen. in. i. r. spon. dicitur quòd hoc non solum est permissum, sed est necesse. sed statim quæritur, in quibus rebus possit fieri istud augmẽtum? Pone quòd vir est grauatus ære alieno: mulier vult facere augmẽtũ dotis, vt excludat anteriores creditores mariti: vt. j. qui po. in pign. ha. l. adsiduis. an istud augmentum poterit fieri in qualibet re? Respon. quòd hoc casu deberet fieri in re immobili, non in quantitate. nam si fiat in re mobili, vel quantitate, in isto augmento non vtetur aliquo priuilegio cõtra creditores mariti. Baldus.*

SEd iã necesse est, si alia pars augmentum pręstat, alteram quoque partem incremẽtũ celebrare: [a] & si quidem vir alieno ære [b] non impediatur, in reb[9] quibuslibet ꝓcedat augmẽtũ. [c] At si debitor sit [d]: ne fraudis erga creditores suspicio [e] subesse possit, omnino res ĩmobiles incremento dotis ꝓficiãt. ℣ Si enim mulier ĩmobilis substantiæ domina, res mobiles in augmẽtum dederit: in hac parte dotis nullo vtetur aduersus alios creditores [f] priuilegio.

*Donatio quæ olim ante nuptias dicebatur, hodie propter nuptias appellatur, proprio vocabulo ei impositio, & potest fieri cõstante matrimonio. Et pacta dotalia, id est in dote apposita, in ista donatione correlatiua tacitè intelliguntur repetita. Et potest donatio propter nuptias insinuari tam ante quàm post matrimonium, quocũque modo durante matrimonio. Baldus.*

XX. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm multæ nobis interpellationes factæ sint aduersus maritos, qui decipiẽdo suas vxores faciebant donationes, quas ante nuptias antiquitas nominauit, insinuare autẽ eas actis interueniẽtib[9] supersedebãt [g], vt infectæ maneant, & ipsi quidem dotis cõmoda lucrentur, [h] vxores autem [i] sine nuptiali remedio relinquãtur: sancim' nomine prius emẽdato, [k] ita rem [l] corrigi, & nõ ante nuptias donationẽ eãdẽ vocari, sed ꝓpter nuptias donationem. Quare [m] enim dotẽ quidem etiã cõstãte matrimonio, mulieri marito da re cõcediẽ: donationẽ autẽ marito, nisi ante nuptias, facere nõ permittatur? & quæ huius rei differentia rationabilis potest inueniri: cum melius erat mulieribus propter fragilitatẽ sexus, quàm maribus subueniri? sicut enim dos propter nuptias fit, [n] & sine nuptiis [o] quidem nulla dos [p] intelligitur, sine dote autem [q] nuptiæ possunt celebrari: [r] ita & in donationib[9] quas mariti faciunt, vel pro his alij, debet esse aperta licentia & constante matrimonio talẽ donationẽ facere: [s] quia quasi antipherna [t] hæc possunt intelligi, & non simplex donatio. Ideo enim & antiqui [u] iuris cõditores inter donationes etiam dotes connumerant. ℣ Si igitur & nomine [x] & substantia [y] nihil distat à dote ante nuptias donatio: quare non etiam ea simili modo & matrimonio contracto dabitur? Sancimus itaque omnes licentiam habere: siue prius quàm matrimonia cõtraxerint, siue postea, donationes mulierib[9] dare ꝓpter dotis donationẽ: vt non simplices donatiões ĩtelligant, sed ꝓpter dotẽ & propter nuptias factæ.

IN AVTHEN. VT ĩmo. antenup. do. §. si quis. colla. v. constitu. xiiij.

*Pro donatione propter nuptias competit in rem actio mulieri. Baldus.*

g *Supersedebant.* vsque dum fieret matrimonium per verba de præsenti. Et not. tria vitia olim, scilicet quia fiebat ante nuptias donatio hæc, non post. Secundum, quia vocabatur ante nuptias. Tertium, quia ante, non post matrimonium cõtractũ poterat insinuari. & duo vltima nascũtur ex primo. primum per Iustinum est sublatum: vt supra. l. proxi. secũdum tollitur hic vsque illuc, si igitur & no. & tertium tollitur infra §. penultimo.

h *Lucrentur.* si pacta dotalia cedebant parti viri.

i *Vxores autem.* quæ debuerunt facere insinuationẽ, quod in dote nõ erat opus, cuiscung; quãtitatis esset.

k *Emendato.* sic & isti. de don. §. est & aliud. & postea dicit de insinuatione, non tamen plene, nisi quia potest fieri etiam matrimonio constãte: vt infra eo. §. fin. sed authentica, eo decursum &c. plene dicet. Et nota tria in hac lege. Primo qualiter ꝓbat per multa similia quæ habet cum dote donatio, quòd etiã hoc habet, vt etiam cõstante matrimonio fieri possit vt dixerat Iustinus & sic propter nuptias vocetur. & hæc sunt duo vitia quæ dixi. Secundo de pactiõe lucrori, de quo non dixerat in prin. tertio de insinuatione.

l *Rem.* id est quæstionẽ omissæ insinuationis. non dicas an possit fieri constante matrimonio: quia hæc est soluta supra. l. pxi. sed nouas rationes dicit.

m *Quare.* bene dico sic vocari, cum fiat & post: & merito sit post. quare enim &c.

n *Fit.* etiam constãte matrimonio.

o *Nuptiis.* quia nuptię sunt causa causans: sed dos est causa causata. ergo deficiente causa causante, deficit & causa quæ debet causari.

p *Nulla dos.* sic &. ff. de iur. dot. l. iij. & in authen. de trien. & semis. §. sed nec. col. iij.

q *Sine dote autem.* argu. contra. in decre. xxx. q. v. c. nullum sine dote.

r *Celebrari.* & sic est similiter in donatione.

s *Facere.* scilicet sicut est in dote.

t *Antipherna.* contra dotem: ab anti quod est contra: & phera, id est dos. quasi contra dotem datio, vt & hæc donatio est.

u *Antiqui iuris.* dicentis quòd alia est simplex donatio: alia ob causam, sicut est dos, & hæc donatio: vt. ff. de dona. l. j.

x *Nomine.* quia ambæ dicuntur donationes.

y *Et substantia.* quia vtraque fit propter nuptias, & propter vtranque datur rei vindicatio. & hoc dicit authen. permissa est &c. quam hic lege.

Permissa

PErmissa est[a] &c. Hæc authentica sumitur in authen. vt im- A
mo. antenup. do. col. v. & in auth. de æqua. do. §. aliud. col.
vij. quam habes infra de iu. do. authen. donationem.

Donatio quam ob in nuptias prohibita.

b *Alias causas.* ne mutuo amore spolientur: & ne melior fiat pauperior: aut deterior fiat ditior: vt. ffide do. inter vi. & vxo. l. j. ij. & iij. in pricipio.

c *Efficiuntur.* sicut fit hic.

d *Si igitur.* nunc secunda pars incipit.

e *Quantitatem nō excedant.* immo videtur posse excedere: vt infra de pact. do. l. ex more. quam & confirmat infra. e. l. §. ita tamen &c. Sol. vbi à principio constituuntur dos & donatio, possunt inę qualiter constitui: vt ibi. vbi ex postfacto cō stituitur alterum, sęc⁹: vt hic: sed hodie semper æqualiter: vt in authen. æqualitas. quę est super. l. contrariam.

Dos & donatio ex postfacto inæqualiter.

f *Expressum.* quia pacta sunt facta in donatione.

g *Oportet.* scilicet quotam partem dotis, vel donationis debeāt lucrari. si autem in dote prius data fuit aliquod appositū, in donatione postea data nullū: quod erat in dote, intelligetur in donatione: & hoc subiicit. sic ergo pactum si est expressum, etiā inæquale, valet: vt hic, pacta conuenta &c. Sed cōtra infra de pact. conuē. l. ex morte. vbi saltem in quantitate exigit æqualitatem. Sol. hæc corrigit: quod nō placet: immo hæc illam confirmat: vt infra. §. ita tamē &c. Dic ergo ꝙ hic dicit quādo ex postfacto cōstituit, ibi ab initio vtraque. Sed authētica dicit vbique seruari æqualitatē etiā in quantitate, & non solum in quotitate. quæ authentica ibi ponitur, ęqualitas &c.

h *Æquis passib⁹.* quitum ad pactum.

i *Leoniana.* vt infra de pac. cō. l. ex more.

k *Partib⁹.* quotis. quę corrigitur per authenticam ibi positam.

l *Sed etiam nostra.* vt in eo. ti. l. lege. ambæ tamen dicunt quando ab initio est vtraque constituta, vt modo dixi.

m *Minorem.* si maius reducitur ad minus: ergo aliquod ad nullum, si super aliquo eorum sit nullum, cum id quod nullum sit, minus sit: vt. ff. de tribu. l. illud. §. minus. quod est falsum: immo nullum ad aliquod: vt supra ea. l. §. si autem donatio &c. sic & aliis fallit argumentum prædictum: vt si institutam te hæredem in. xj. vnciis: & alium simpliciter: habet partem vacantem. si vero nulla vacet, quia primus in. xij. vnciis sit institutus, alius in medietate tantum: priori ademptum videtur, & secundo datum. sic & in legato: vt infra de leg. l. cum quæstio.

PErmissa est[a] & in rem actio pro tali donatione mulieri aduersus omnes possessores.

*Finis authenticæ.*

*Sequitur textus Codicis.*

Simplices etenim donationes non propter nuptias fiunt, sed propter nuptias vetitę sunt: & propter alias causas[b], & ibi dines forsitan, vel vnius partis egestatem, non propter ipsarū B
nuptiarum affectionē efficiuntur. [c]Si igitur[d] dote iam præstita, maritus nulla ante nuptias donatione facta, donare mulieri res maluerit, ita tamē, vt dotis quantitatem[e] non excedant, & hoc ipsum significauerit, ꝙ non simplicem faciat donationē, sed propter dotem iam cōscriptam, & ipse ad donationē venerit: licebit hoc ei facere: & supponatur pactis dotalib⁹ huiusmodi donatio: & si quidem hoc specialiter fuerit expressum, [f]pacta conuenta seruari oportet. [g]Sin autem donatio C
quidem talis facta sit, vtpote dotali instrumento antecedente, nulla autem pacta tali donationi post nuptias inserantur: re ipsa videatur hoc esse pactum, vt secundum dotales cōuentiones intelligātur & in tali donatione pacta fuisse conuenta: vt æquis passibus[h] vtraque ambulet, tam dos, quàm donatio: ita tamen, vt Leoniana[i] constitutio (quę super exęquatione pactionum loquitur, non in quantitate, sed in partibus[k]) maneat in his casibus intacta: & non solum ea immutilata custodiatur, sed etiam nostra, [l] D
quam de interpretatione eius fecimus, ambiguitatem eius tollentes. disparibus etenim pactionibus factis, maiorem lucri partem ad minorem[m] deducendam esse cēsemus, vt eodem modo vterque minorem partem lucretur.

IN AVTHEN. VT exact. instan. do. §. illud. colla. vij. consti. v.

*Nota. est valde: & dicit quòd dos data meretur donationē propter nuptias coæqualem sibi in quantitate, & quotitate, & pactis. ita intelligit gloss. Secūdo dicit quòd si mulier non dedit dotem, sed promisit, & vult dare & offerre: deponit & consignat, si res consignabilis est: vel offert tantum, si immobilis: (quod simile est danti) & pro-meretur donationem. sed si differt dotis præstationem, non meretur propter nuptias præstationem, aliàs largitionem. Baldus.*

DOs data donationem propter nuptias meretur.[n] prę terea si pars mulieris dotē soluere sit parata, cum ex diuerso recusetur, & mulier hoc contestetur: cumque sit res mobilis[o], signaculo impositō recondat: aut ingrediēs iudicium hoc petat fieri, vt parti viri denuncietur: & sic nequaquam declinā da est donationis exactio[p]. At si per dilationem dos viro non detur: etiam donatio prorsus denegetur.

*Finis authenticæ.*

*Sequitur textus Codicis.*

Similíq; [q]modo si facta quidē fuerit talis donatio, quæ antea quidem ante nuptias vocabatur, nunc autem propter nuptias, non autem fuerit actis interuenientibus insinuata: licebit etiam constāte matrimonio eā insinuare, nullo penitus obstaculo ex nuptiarum interuētu faciēdo. si enim fieri eas post nuptias concedatur: multo magis insinuari. ℣ Similíque modo & ea constitutio, quam pro augendis tam dotibus, quàm ante nuptias donationibus fecimus,[r] intacta illibatáq; conseruetur: omnibus videlicet quæ de simplicibus donationib⁹ inter maritum & vxorem cōstāte matrimonio, vel à veteribus,[f] dem ꝙ vterque minorem partem lucretur. si enim fieri eas post nuptias concedatur: multo magis insinuari. ℣ Similíque modo & ea constitutio, quam pro augendis tam dotibus, quàm ante nuptias donationibus fecimus, intacta illibatáq; conseruetur: omnibus videlicet quæ de simplicibus donationib⁹ inter maritum & vxorem cōstāte matrimonio, vel à veteribus,

n *Meretur.* id est debebit eam mulier lucrari soluto matrimonio: licet nullum pactum de ea vel eius quota parte lucranda fuerit factum. quod nō placet: immo est dicere quòd sicut mulier constituit dotem, ita & maritus debet donationē propter nuptias cōstituere. & sicut dos ad mulierē soluto matrimonio redit, nisi pactum sit de lucrando: vt infra de rei. vxor. ac. §. illo procul dubio. sic & donatio redit ad maritum: cum lex ista, cū multæ. dicat dotem & donationē propter nuptias ęquis passib⁹ ambulare. sed cur meretur vxor, cum ipsa non lucretur eam, nisi ex pacto speciali: vt. d. §. illo. nec fruct⁹ habeat? Respon. vt securior sit in dote. nam res suas vir alienat cōsentiente vxore: vt supra ad Velle. l. etiā. quod non est in donatione: vt in auth. ibi posita: siue à me &c. Sed qua actione agitur vt fiat donatio? Respon. cōdictione ex hac. l. Sed Azo dixit quòd agit mulier cōdictione, vt sibi tradatur, nō autem vt cōstituatur: quia ipso iure est constituta in simili quantitate qua est dos.

*Dos & donatio propter nuptias æquis passibus ambulant.*

*Donatio propter nuptias quare datur vxori.*

o *Res mobilis.* nā aliter nō fit depositio: vt ar. j. quando & quibus quarta pars. l. ij. lib. x.

p *Exactio.* sed quid si nec fuit cōstituta donatio, nec petita constitui sed facto diuortio petit eam constitui, & lucrari pro tertia, cum dotem dedisset: & de ea lucranda pro tertia sit factū pactum? Respon. nō potest agere: sed sibi imputet quare cōstāte matrimonio nō fecit sibi fieri donationē. Item nūquid pactū de lucrāda dimidia parte dotis valebit, cū nullum fiat in donatione? Respon. sic. Alij contra: cū dicat lex ista, cum multæ. disparibus etenim, &c. & minus dicitur, et si nihil sit: vt. ff. de tri. l. illud. §. pe. &. ff. de verb. signifi. l. minus. Sed contra eos est supra. e. l. §. sinautem donatio &c.

q *Similique modo.* tertia pars legis, & refertur ad princi. l.

r *Fecimus.* supra. l. proxi. videtur enim feciſſe, cum fecerit pater eius. Vel dic quòd fecit aliam quam non habemus, similem illi.

f *A veteribus.* vt. ff. de do. inter virum & vxor. per totum. & infra de do. inter vi. & vxorem. per totum.



BIU Cujas

*Eo decursum.* ] CASVS. Lex antiqua dicit quòd maritus debet insinuare donationem. Auth. dicit quòd non est necesse vt insinuetur, siue maritus fecerit donationem in vxorem, siue econuerso. & quod dixi, non est necesse vt insinuetur, verum est quo ad mulierem: quia si vxor fecit ei pactum de lucranda dote, maritus petere non potest dotem, si non est insinuata.

a *Sponsalitia.* id est donatio propter nuptias. & sic impropriè dicitur: sed ppriè illa quã sponsus spõsæ, vel ecõtra dat & facit.

b *Specialis.* quia quod dam speciale in ea seruatur, vt subiicit: nec enim insinuationé &c. olim contra, nisi in casu: vt supra. e. l. minoribus.

c *Insinuationem.* quæ exigitur in donatione excedente quingentos solidos: vt infra de dona. l. pen. & fin.

d *In viri personã.* scilicet nomine viri fiat mulieri.

e *Quatenus.* id est eo pacto, vt cõscribat scilicet maritus in hunc contractum, id est donationem propter nupeias, id est dicere hoc pacto, vt fiat insinuatio, vel vt subscribat maritus.

f *Quantum ad mulierem.* vt insinuatio non sit necessaria.

g *Cum ea sit quantitas.* quia excedit quingentos solidos.

h *Concedant parti.* dicit enim quòd fecerat pactum vir de lucranda dote, quæ erat mille. & sic vltra quingẽta, si mulier scilicet prę decederet, & mulier deberet lucrari donationem propter nuptias si vir prędecederet: quę similiter erat in mille. lucrabitur ergo mulier donationem si vir prædecedat, licet non iteruenerit insinuatio. at econtra si vxor prędecedat: non lucrabitur vir de dote, si donatio nõ est insinuata.

*Nunc.* ] CASVS. Lex codicis dicit quòd cõstante matrimonio potest dosmi nui. ista auth. corrigit dicens q hodie istud est prohibitum. secundo dicit quòd maritus vel vxor tenetur dare vni filiorum primi matrimonij tantum quantum dat vir mulieri, vel mulier viro.

vel à nobis statuta sunt, in suo robore duraturis.

IN AVTHEN. VT spon. lar. in princip. coll. ix. cõsti. ij. & in authen. vt fra. filij. §. illud quoq;. colla. ix. cõstit. vij.

*Ista authentica continet ius positiuum. Primo præmittit quoddam præambulum, scilicet quòd donatio propter nuptias est specialis contractus, id est proprius, distinctus, & validus, & iustus. Secundo subdit quòd vbi facta est donatio propter nuptias in qua est appositum pactum de lucrando, consimile pacto dotis: mulier quæ non insinuat donationem propter nuptias, non meretur pœnam quin existente conditione lucretur: sed vir qui non insinuat, meretur pœnam, quòd sibi non prodest pactum lucrandæ dotis. Baldus.*

EO decursum est, vt sponsalitia[a] largitas specialis[b] sit contractus, nec insinuationem[c] desideret, etiamsi ab alio detur, licet in viri personam[d] donatio fiat, quatenus[e] ipse in hunc contractum conscribat. hoc quantũ ad mulierẽ[f]. ¶ At si vir, vel alius, qui dederit eam, non insinuet: cum ea sit quantitas,[g] & pacta dotalium concedant parti[h] viri: nullam super eis habeat vir actionem.

PAter donationem propter nuptias, quam contulit in vxorem, non cogitur seruare liberis prioris matrimonij, etsi ad secundas nuptias migrauerit. aliud est si apud maritum aliquid ex dote, vel apud mulierem ex donatione resedit. Illud enim seruare liberis prioris matrimonij debet.

IN AVTHEN. DE equali. do. §. aliud. colla. vij. cõsti. viij.

NVnc ihibetur deminutio, ne fraus fiat liberis prioris matrimonij, quorum vnicuique, etiã cui minus datum est, dare tantum cogitur, quantum secundæ vxori. ita etiam à parte vxoris.

*TITVLVS IIII.*

## DE NVPTIIS.

*Quando super maritanda puella discordant consanguinei & tutor, arbitrium iudicis est necessariũ, qui debet eligere quod est vtilius puellæ, & non pati quod est inutile. Baldus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Portio.

CVm de nuptiis[i] pu ellæ quæritur, nec inter tutorẽ & matrẽ & propinquos de eligendo futuro marito cõuenit: arbitrium[k] præsidis prouinciæ necessarium est.

*Etiam sine subscriptione paterna valet consensus patris in nuptiis per filiam contrahendis. Baldus.*

II. Iidem AA. Trophimæ.

SI nuptiis pater tuus consensit: nihil oberit tibi quòd instrumento ad matrimoniũ pertinenti non subscripsit[l].

*Illicitum matrimonium potest corã suo iudice seculari accusari, & pœna arbitraria imponitur contrahenti. Baldus. Vel sic: Libertus nec patronam, nec eius filiam, neptem vel proneptem potest ducere in vxorem. Salycetus.*

III. Iidem AA. Valeriæ.

LIbertum, qui patronã, seu patroni filiã, vel cõiugẽ,[m] vel neptem, vel pronepte vxorem ducere ausus est: apud cõpetẽtem iudicem accusare poteris,[n] moribus temporũ meorum congruentem[o] sententiam daturum, quæ huiusmodi coniunctiones odiosas[p] esse meritò[q] duxerunt.

*Per concubinatum & illicitum coitum cõtrahitur adfinitas, vnde eius adfines prohibentur matrimonio copulari. Baldus. Vel sic: Concubina patris non debet esse vxor filii. Salycetus.*

IIII. Imp. ALEXANDER A. Perpetuo.

LIberi cõcubinas parentum suorũ vxores[r] ducere non possunt[s]: quia min⁹ religiosam & probabilẽ rem facere videtur. Qui si contra hoc fecerint, crimen stupri committunt.

*Qui non contradicit, & patitur cũ possit vetare: censetur consentire. h. d. Vel sic: Patientia habetur pro cõsensu in fauorabilibus. Bal. Vel sic: Taciturnitas patris habetur pro cõsensu in filii nuptiis. Salycetus.*

V. Idem A. Maximæ.

*Iberi.* ] CASVS. Filius tuus illam quæ fuit tua concubina, in vxorem ducere non potest: & si contra fecerit, stuprum committit, & lege Iulia de stupro tenetur. Viuianus.

i *De nuptiis.* futuris. aliàs si non esset pupilla, non haberet tutorem, & eius voluntas quæreretur: vt infra. e. l. in copulandis. & l. viduæ. & l. in cõiunctione. Alij dicunt quòd hæc puella nolebat suam voluntatem dicere, cultu verecundiæ: vt. d. l. in cõiunctione. quod tamen non placet, cum & ibi in adulta dicat.

k *Arbitriũ.* per quod sedetur eorum discordia. sic & instit. de satisda. tuto. §. sinautem. & ff. de admini. tuto. l. iij. §. finali.

*Si nuptiis.* ] CASVS. Filiafamilias contraxit nuptias consentiente patre: pater in instrumento dotali nõ se subscripsit. nunquid nuptiæ sunt legitimæ contractæ? Respon. q sic. Viuianus.

l *Non subscripsit.* hoc visum quandoque: hodie contra: vt in auth. sed nouo iure. quæ est infra eo.

*Libertũ.* ] CASVS. Libertus non potest cõtrahere nuptias cum patrona, vel patroni filia, vel coniuge, vel nepte, vel pronepte: & si contraxit, nuptiæ non valẽt: vnde de hoc poterit accusari, & sustinebit pœnas iudicantis. Viuianus.

m *Coniugem.* quondam.

n *Accusare poteris.* quicunque sis, scilicet de stupro, vel adulterio, vel sacrilegio: nisi vilis esset talis fœmina: vt. ff. eo. scilicet de ritunup. l. si patrona. quę est contra.

o *Congruentem.* scilicet extra ordinem suo officio secundũ quosdam.

p *Odiosas.* iure ciuili, sed non naturali.

q *Merito.* propter reuerentiam personarũ. & facit. ff. eo. l. senatoris filia. & l. lege.

r *Vxores.* nec concubinas habere: vt. ff. de concubi. l. j. §. penulti.

s *Non possunt.* propter adfinitatem. Sed certe contra non videtur adfinitas, cum dicitur adfinitas regularitas personarũ ex nuptiis coniunctarum, omni carens parentela. at hęc non prouenit ex nuptiis, sed certe sic impeditur matrimonium propter illicitam

*Dixit de præambulis nuptiarum, scilicet sponsalibus. sequitur nunc de nuptiis. Vel sic: Præmissis præparatoriis nuptiarum, ponit de nuptiis. Azo.*

*Cum de nuptiis.* ] CASVS. Mulier quædam habebat filiam minorem. xij. an. cuius malitia supplebat ætatem: eratque toro matura: vnde mater & tutor illius puellæ impuberis tra-

licitam coniunctionem, sicut per adfinitatem: & sic est hic illicita coniunctio: vt.ff.e.l.semper.sed & hic potest dici adfinitas: vt.xxxv.q.iij.c.de incestis. *ADDITIO.* Aduertas quòd de iure canonico, non solũ ex illicito coitu, sed etiam ex nefario oritur adfinitas impediens matrimonium contrahendum, & dirimens iam contractũ: vt in.c. discretionem.&.c. pe. extra de eo qui cogno. consan. vxo. suæ.&.c. per tuas. extra de proba. vnde secundum canones sic definit: Adfinitas est personarũ ꝓximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela sanguinis. de quo vide latius per Io. And. ĩ declaratione arboris adfinitatis ĩ prĩcipio.

*Tũc etiam ff. dominus fundi quid? Et vtrũ ff. exactio fructuũ pertineat, dele statim. Cõtrahere. venet. c. cũ alm. t. cõ. sup. vers. contrahere. de offic. deleg.*

1 SI (vt proponis†) pater quõdam mariti tui, in cuius fuit potestate, cognitis nuptiis vestris, non contradixit: [2] vereri non debes ne nepotem suum non agnoscat.

*Quod prohibetur initiari, potest postea impedimento cessante confirmari, accedente consensu nouo. Baldus. Vel sic: Matrimonium inualidum validatur ex nouo consensu adhibito tempore quo cessauit causa impediens. Salycetus.*

B

VI. Imp. GORDIANVS A. Valeriæ.

ETsi contra mãdata[b] principum contractum sit [c] in prouincia consentiente muliere matrimonium: tamen post depositum [d] officium, si in eadem voluntate perseuerauerit, iustæ nuptiæ efficiũtur: & ideo postea liberos [e] susceptos, natósque ex iusto matrimonio, legitimos esse, responsum viri prudentissimi Pauli declarat.

*Solennitas requisita in actu faciendo, requiritur in eo reparando, vel reficiendo. Baldus. Vel sic: Sicut consensus patris necessarius est in matrimonio contrahendo à principio, sic in dissoluto reparando. Salycetus.*

C

VII. Idem A. Apro.

2 SI (vt proponis) post querelam de marito à filia tua ad te delatam, dissolutum est matrimonium, nec te consentiente ad eundem regressa est: minus legitima coniunctio est, cessante patris voluntate, in cuius est potestate. atque ideo non petente [f] filia, petitionem dotis repetere non prohiberis.

*Auctoritas curatoris in nuptiis adultæ*

D

*Tacuisse quasi consentire.*

*Mandata principum, & constitutiones differunt.*

*nil operatur, quia personæ curator non datur. Baldus. Vel sic: Non curatorum, vel consanguineorum, sed solius puellæ consensus in eius nuptiis spectatur. Salycetus.*

VIII. Idem A. Romano.

IN copulãdis nuptiis, nec curatoris (qui solam rei familiaris sustinet administrationem) nec cognatorum [g] vel adfiniũ vlla auctoritas potest interuenire, sed spectanda est eius voluntas [h], de cuius coniunctione tractatur.

*Ista lex tractat duo. Primo de matrimonio præsumendo. Secundo de simulatione præsumenda: & dicit quòd nati ex ea quæ est vel præsumitur vxor: si sunt nati in domo patris, præsumuntur legitimi. Baldus. Vel sic: Ad præsumendum matrimonium non sunt necessaria instrumenta nuptiarum, nec ad probationem filiationis est necessarium instrumentum natiuitatis: sed quòd probetur natus ex ea cum qua dicitur esse legitimum matrimonium, & in domo vicinis scientibus. Salycetus.*

IX. Imperator PROBVS A. Fortunato.

SI vicinis, vel aliis scientibus, vxorem liberorũ procreãdorum causa domi habuisti, & ex eo matrimonio filia suscepta est: quanuis neque nuptiales tabulæ, neque ad natam filiam [i] pertinentes [k] factæ sunt: non ideo minus veritas matrimonij, aut susceptæ filiæ, suam habet potestatem. [l]

*Dignitas accidentalis contrario accidente resoluitur: sed non ea quæ ex natalium radice procedit. Baldus. Vel sic: Mulier nobilitatem quam acquisiuit propter virum, statim perdit cum alteri inferiori nubit. Salycetus.*

X. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Paulinæ.

*IN copulandis.*] CASVS. Si puella est adulta, & agitur de nup. præsentibus contrahendis, voluntas puellæ, si eam vult exprimere, requiritur, non curatoris, cuius officium est administrare, non nubere: nec requiritur consensus propinquorum suorum. Viuianus.

*SI vicinis.*] CASVS. Contraxi matrimonium cum Berta nullis confectis dotalibus instrumentis: postea mihi nati sunt filij ex ea: non feci natalia instrumenta filiorum conscribi. an sit legitima vxor, & liberi ex ea nati legitimi, quæritur? Respon. quòd sic. Viuianus.

*SI vt proponis.*] CASVS. Filia mea habebat maritum cũ quo contraxerat matrimonium me consentiente: tandem conquesta de marito suo, fuit celebratum diuortium: postea reconciliata est suo marito me inuito. cui competit repetitio dotis, quæri? Respon. quòd tibi patri: quia sicut filia tua te inuito non potest matrimonium contrahere: ita nec marito recõciliari. Viuianus.

a *Non cõtradixit.* Idẽ econtra in patre filiæ nubentis. ff. de spon. l. in sponsalibus. §. j. Et no. ar. hic, qui tacet, cõsẽtit. sic. ff. furti aduer. nau. cau. sta. l. j. in fin. & ad Maced. l. sed Iulian⁹. §. interdũ. & l. si filiusfa. patre. & ff. nau. caul. fi. & supra ad Vel leianum. l. si sine. Sed arg. contra ff. de fur. l. qui vas. §. vetare. & adde hic quod dicitur. ff. de contra tab. l. iij. §. si emancipatus.

b *Mandata.* differentia est inter mandata principum, & constitutiones. Nam constitutio generale est nomen ad omnes leges imperatorias pertinens. Mandatum vero est constitutio qua eatenus quomodo rector prouinciæ debeat se habere in prouincia quam administrat: vt in authen. de manda. prin. in prin. colla. iij.

c *Contractum sit.* Cum administratore, qui non sit oriũdus inde. non enim qui in sua patria militat, prohibetur ibi ducere vxorem: vt ff. e. l. si quis officium. & l. eos qui. concubinam autem potest habere: vt. ff. de concubi. l. fin.

d *Post depositum.* Nota hic quòd post depositum officiũ opus est nouo consensu. secus est in minore. xij. annis nupta, & loco vxoris habita, quæ scilicet legitimo tempore impleto fit vxor, etiam sine nouo consensu: vt ar. ff. de sponsa. l. quæsitum. & de do. inter virum & vxorem. l. cum hic status. in fin. & ff. de ri. nup. l. iiij. *ADDITIO.* Tu dicas de hoc vt in. c. j. §. idem quoque. de despons. impub. lib. vj.

e *Postea liberos.* quid si ante? Respon. non sunt legitimi. ar. ff. de sta. ho. l. Paulus. secus in natis ex concubina: vt insti. de nup. §. fin. Sed cur hoc? Respon. quia concubinatus nomen per le-

f *Non petente.* immo etiam contradicente. quod aliàs non esset: vt infra de rei vxo. act. §. & hoc ex rei. & ff. sol. ma. l. ij. §. pe. & l. dotem. & l. voluntate. & facit. ff. de sta. ho. l. Paulus. & ff. eo. l. nuptiæ. ij. xxxij. q. iij. c. patrẽ. Sed cõtra. xxvij. q. ij. sufficiat. extra de rapto. ca. cum causa. & ff. de pact. do. l. cum marit⁹. §. Titius. *ADDITIO.* Dicas quòd de iure canonico valet matrimonium etiã sine consensu parentum: vt. d. c. cum causa. & d. c. sufficiat. supra allegatis per gl.

g *Nec cognatorum.* ex necessitate.

h *Eius voluntas.* cum vult eam exprimere, alioquin præsidis: vt supra. e. l. j. vel aliud in tutore, quàm in curatore. & est sic. ff. de appell. l. cum in vna. §. tutor. & facit. ff. e. l. sciendum. & supra de spon. l. si patrem. Et no. curatorem principaliter dari rebus, sed contra in tutore: vt inst. qui da. tu. pos. §. certæ.

i *Ad natam filiam.* ex tali matrimonio.

k *Pertinentes.* scilicet tabulæ, quæ dicũtur natales. & facit. xxx. quæst. v. per totum.

l *Potestatem.* nisi in contrarium sit actum, quòd vt cõcubinam

scilicet eam habeat: vt.ff.de concubi.l.in concubinatu. Vel plene dic vt diximus.ff.de rit.nup.l.in liberæ. Et no.probationem filiationis.sic &.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.filium.&.ff. de proba.l.fi.& supra de testi.l.j. & supra de rei vin.l. indicia. vere enim probari non potest de patre: vt.ff. de condi.& demon.l. Lucius.

*Filiatio qualiter ꝓbatur.*

*Pater vere probari nō potest.*

CVm te.]*CASVS.* Si aliqua nō est filia senatoris, sed vxor: si mortuo senatore nubat homini inferioris honoris, desinit clarissima[a] esse.

a *Cum te*. differentia est inter eam quæ sortita est nomen fœminæ clarissimæ per patrem senatorem, & eā quæ propter maritum. Nam primo casu retinet dignitatem etiamsi sit nupta viro ordinis inferioris, dum tamen non plebeio. Sed in secundo vxor retinet, si est vidua[a] vel nubat: non tamen viro inferioris ordinis, nisi & tunc consularē dignitatē impetret à prīcipe: vt.ff.de sena.l.fœminæ.&.l.fi. in princ. & infra de incolis.l. fi. lib.x.& de dign.l. mulieres.lib.xij. & in authen.de nup.§.non tamen.coll. iiij. &.ff. ad muni.l.filij.§.vidua.

*†Concor.cū hac.l. cā. nō est.extra de spon.& matrim.*

*a Concor.c. expte.B.in fi.cū glos.i. extra de fo.cōpe.vbi papa vocat reginā Anglie, quæ e- ratrelicta à rege Anglie.*

b *Clarissimæ*.id est illustris.

c *Secundi ordinis*. id est plebeij, secūdū M. vel verius simpliciter, id est inferioris.

d *Dignitatis*. si quam antea habebas.

*SI inuita.*]*CASVS.* Si mulier tua volēs aut inuita à parentibus suis te iuito detinetur: adi præsidem prouinciæ, qui eos coget vt patiātur eam ad te redire. Viuianus.

e *Si inuita*. maxime. nam si esset volens, esset idem.

f *Exhibita*. per interdictum de libero homine exhibēdo: vt infra de libe.exhibendis.l.si ad instar. Item & vtile de liberis exhibendis: vt.ff. de libe.exhi.l.immo.& sic referatur.l.immo. ad titulum sub quo posita est, licet quidam contra.

*NEc filium.*]*CASVS.* Filius non potest cogi à patre inuitus vxorem ducere. similiter ipse inuito patre non debet sibi vxorem eligere. Viuianus.

g *Permittit*. vt.ff.eo.l.non cogitur.&.l.si patre.

h *Iuris præceptis*. quæ sunt insti.e.per totum.& facit.xxxij.q. ij. non omnis. §. cum ergo dicitur.&.q.iij.c.j.arg. contra.xxvij. q. ij. ca.j.

*NEque.*]*CASVS.* Si inter me & mulierem instrumentum dotale conscriptum est,& ego non consensi in eā per verba de præsenti, non sufficit dotale instrumentum ad consummationem matrimonij:& licet sit matrimonium contractum,nō propter hoc exigitur instrumentum dotale. Viuianus.

i *Continente*. nam plus valet quod vere est gestum, quàm scriptum: vt.ff.de off. præsi.l.illicitas.§. veritas. & supra plus vale. quod agi. interim tamen statur scripturæ publicæ: vt supra de proba.l.cum precibus.

k *Instrumentis*. non enim dotibus, sed affectu matrimonium contrahitur: vt infra de repu.l. iubemus.

l *Irritum est*. nisi in casu infra eo.tit.authen.sed nouo iure. Item & in alio: vt infra.e.authen.maximis.& in alio secundum quosdam: vt instit.de nup.§.fi.quod non placet: vt ibi diximus.

*NEque ab initio.*]*CASVS.* Sicut aliquis ab initio non cogitur inuitus contrahere matrimonium, ita cōtracto matrimonio si diuortio dissoluitur, non cogitur reconciliare. Viuianus.

m *Distrahendi*. secus in contractibus: vt supra de actio.& ob.l. sicut.

n *Matrimonii*, quam habet ab initio.

o *Necessitatem*. si dixerit vir vxori: promitis decem, si vnquam diuerteris à me? non valet: vt.ff.de ver.obli. l. stipulatio facta.&.l. Titia.& infra de inuti. stip.l. libera.& supra de spō.l.fin.in fin. Sed contra.ff.de donā. iter virum & vxorē.l. ea quę. Sol. ibi pecunia processit à stipulante, sed licet nō valeat ꝓ dicta pœnalis stipulatio, pœnam tamen legalem subibit, qui sine causa diuertit: vt infra de repu.l.iubemus.

*VXorē.*]*CASVS.* Patronus regulariter libertam suam in vxorem accipere potest, nisi patronus esset de his personis, quæ prohibentur cōtrahere cum liberta suaꝛ puta quia senator, vel senatoris filius. Viuia.

p *Ex his personis*. puta senator vel senatoris filius: vt.ff. de ritu nup.l.lege Iulia. sed e cōtra nō potest: vt supra.e.l.libertum.& dic vt ibi.& ratio in prōptu est.

*SEd nouo iure.*]*CASVS.* Si liberā mulierem cū qua nō prohibeor cōtrahere, dōmi teneo: videor eam in vxorē retinere: nisi ab initio protester quòd teneo eam vt concubinam: vt.ff.eo.l. liberæ. Sed si senator tenet libertam in domo sua, nunquā præsumitur sua vxor, nisi inueniatur dotale instrumentum in quo contineatur: confiteor me accepisse à tali muliere tantum in dotem, cum qua matrimonium contraxi. Et est casus in quo requiritur dotale instrumentum contra hoc quod dicitur supra eo.l. neque sine. Viuianus.

q *Cum liberta*. idem econtra, secundum H. vt libertus cum filia senatoris.

r *Dotalibus*. id est nuptialibus.& est speciale: sed regulariter contra supra eo.l. neque sine.

*PAtrem.*]*CASVS.* Titius filiam suam exposuit, id est in locum publicum proiici fecit. ego misericordia motus eam filiam nutriendam suscepi, ita quòd adulta facta est: nunc volo quòd filia Titij nubat filio meo. Titius nō vult. an omnes sumptus quos feci in ea nutrienda, potero à Titio recuperare, quæritur? Respon. quòd sic. Vnde quanuis pietas videatur inhibere repetitionem, tamen quia non vult quòd sua filia nubat meo filio, sumptus factos recuperabo.

s *Exposuit*. scilicet in hospitali.



BIU Cujas

SI iuita[c] †detinetur vxor tua à parentibus suis: interpella tus rector prouinciæ amic⁹ noster, exhibita[f] muliere, voluntatem eius secutus, desiderio tuo medebitur.

*Filius non cogitur inuitus ad aliquam vxorem ducendam, sed quam vult, dum tamen patris consensus accedat. Baldus.*

XII. Iidem AA. & CC. Sabino.

NEc filium quidem familias inuitum ad vxorē ducendam cogi, legum disciplina permittit. [g] igitur sicut desideras, obseruatis iuris præceptis[h] sociare cōiugio tuo, quam volueris, non impedieris: ita tamē, vt contrahendis nuptiis patris tui consensus accedat.

*Per instrumenta confecta super dote, non contrahitur matrimonium. Item & sine instrumentis matrimonium contrahitur: & per indicia probari potest. Bald.*

XIII. Iidem AA. & CC. Onesimo.

[1] NEque sine nuptiis instrumenta facta ad probationem matrimonij sunt idonea, diuersum veritate continēte: [i] neque non interpositis instrumentis, [k] iure cōtractum matrimonium, irritum est: [l] cū omissa quoque scriptura, cętera nuptiarum indicia non sint irrita.

*Matrimonium debet esse liberum. ad hoc allegatur. Bald. Vel sic: Matrimonium debet esse liberum in contrahendo, & etiam abinuicem diuertendo. h.d. Vel sic: In contrahendo & dissoluendo contractū matrimonii, exigitur libera voluntas. Bartolus.*

XIIII. Iidem AA. & CC. Titio.

[2] NEque ab initio matrimoniū cōtrahere, neq; dissociatū recōciliare quisquā cogi potest. vnde intelligis liberā facultatē contrahēdi atq; distrahendi[m] matrimonij[n] transferri ad necessitatē[o] non oportere.

*Manumissor potest accipere in vxorem suam libertam. Bald. Vel sic: Patronus potest libertam suam in vxorem ducere, nisi sit in personis expresse prohibitis. Salycetus.*

XV. Iidem AA. & CC. Tatiano.

VXorē libertā suam manumissori (si non sit ex his ꝓsonis[p] quę specialiter ꝓhibētur) ducere nō est interdictū: & ex eo matrimonio iustos patri filios nasci, certissimum est.

IN AVTHEN. VT liberti decætero. §. si quis autem. col. vj. consti. vj.

*Nulla dignitas prohibet cum libertis nuptias contrahi. ratio est: quia redacti sunt liberti hodie ad ius ingenuorum. Bald. Vel sic: Hodie quilibet potest matrimonium cōtrahere cum liberta. Salycetus.*

SEd nouo iure nulla dignitas prohibet cum liberta[q] nuptias contrahi dotalibus[r] instrumentis confectis.

*Hic ponitur vnus casus in quo alimēta pietatis causa data repeti possunt. Bal. Vel sic: Si pater qui filiā exposuit, nō consentit nuptiis cōtrahēdis cum filio nutritoris: tenetur impensam alimentorum soluere. Salyc.*

XVI. Iidem AA. & CC. Rhodoni.

PAtrē qui filiam exposuit,[s] hāc nūc adultā sumptib⁹ & labore tuo factam, matrimonio

cõiũgi filio [a] tuo desiderãtis fauere voto cõuenit: qui [b] si renitat, [c] alimẽtorũ solutioni [d] i hoc solũmodo casu parêre debet.

*Hæc lex ponit quæ sunt personæ cum quibus matrimonium non consistit. Bald.*

XVII. Iidem AA. & CC.

NEmini liceat contrahere matrimonium cum filia, nepte, vel pronepte: [e] itémque cum matre, auia, vel proauia, & ex latere amita ac matertera, sorore, sororis filia, & ex ea nepte: præterea fratris tui filia, & ex ea nepte: itémque ex affinibus priuigna, nouerca, nuru, socru, cæteríque quæ iure antiquo [f] prohibẽtur, à quibus cũctos volumus se abstinere.

*Ponitur hic forma qualiter viduæ debent contrahere matrimonium, & qualiter virgines, & de quorum consensu. Aduerte tamen, quia ista forma non est substantialis quantum ad substantiam matrimonii, sed est quædam forma continens quandam iustitiam publicæ honestatis. Bald.*

XVIII. Imppp. VALENTIN. VALENS & GRAT. AAA. ad Senatum.

VIduæ [f] intra quintum & vicesimum annum degentes, etiamsi emancipationis libertate gaudent, tamen in secundas nuptias sine patris sentẽtia [g] nõ conueniãt. ¶ Quòd si in cõuẽtionis [f] delectu [h] mulieris volũtas patris repugnat sententiæ, & ppinquorũ: placet admodũ (vt in virginũ cõiunctionib' sancitum est) habendo [i] examini auctoritatem quoque iudiciariæ cognitionis adiũgi: vt si pares [k] sint genere ac moribus cõpetitores, is potior existimẽt, quẽ sibi cõsulens mulier approbauerit. ¶ Sed ne forte hi qui gradu proximo ad viduarum successionem vocantur, etiã honestas nuptias impediant: si huius rei suspicio [l] p cesserit, eorũ volumus auctoritatẽ iudiciúmque succedere, [m] ad quos etiãsi fatalis sors intercesserit, tamẽ hẽreditatis cõmodũ peruenire nõ posit. Dat. XVII. Kal. August. Gratiano. A. II. & Probo Coss.

*Inter consobrinos consistit matrimoniũ: dicit glo. iure Romano. sed non diuino: & ideo nati ex consobrina sunt incestuosi, & non succedunt, secundum Cy. & Baldum.*

XIX. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano præfecto prætorio.

CElebrãdis inter consobrinos matrimoniis licẽtia legis huius salubritate indulta est, vt reuocata prisci iuris auctoritate, [n] restinctísque calumniarum fomentis, [o] matrimonium inter consobrinos habeatur legitimum, siue ex duobus fratribus, [p] siue ex duab' sororib', [q] siue ex fratre & sorore nati sũt: & ex eo matrimonio editi, legitimi, [r] & suis patribus successores habeantur.

*In matrimonio per filiam contrahendo patris expectatur arbitrium, suúsque consensus exigitur. sed si patre caret, matris & propinquorum est iudicium requirendum: quibus non extantibus, si puella curatorem habet, ipso & propinquis adsistentibus, si puella cultu verecundiæ sponsum sibi non eligit, iudici est deliberare permissum. Baldus.*

XX. Impp. HONORIVS & THEOD. AA. ad Theodorum præfectum prætorio.

IN coniunctioue filiarum in sacris positarum, patris expectetur arbitrium. Sed si sui iuris puella sit, intra quintum & vicesimum annum constituta: ipsius [s] quoque adsensus exploretur. Si patris auxilio destituta: matris & propinquorum, & ipsius quoque requiratur adultæ iudicium. Si vero vtroque orbata parente, sub curatoris defensione constituta sit, & inter honestos competitores matrimonij oriatur forte certamẽ, vt quæratur cui potissimũ puella iungenda sit: si puella cultu verecundiæ propriam noluerit voluntatem depromere coram positis propinquis, iudici deliberare permissum est cui melius adulta societur.

*Dictio à, includit terminum à quo: & dictio vsque, includit terminum ad quem. h. d. Vel sic: Dictio à, & dictio vsque, ponuntur inclusiue. nam includunt suas extremitates: vt hic dicit Oldra. ergo hac lege à caligato milite vsque ad protectoris personam inclusiue sine aliqua solennitate scripturarum matrimonium est permissum. Baldus. Vel sic: Milites etiam caligati sine antiqua solennitate possunt nuptias contrahere. Salycetus.*

XXI. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Basso præfecto prætorio.

ACaligato [t] milite vsque ad protectoris [u] personam sine aliqua solennitate matrimoniorum liberam cum ingenuis duntaxat mulieribus contrahẽdi coniugij permittimus facultatem.

*Pompa matrimonii nõ facit ad esse matrimonii. Baldus.*

a *Filio tuo desiderantis.* subaudi, tui desiderantis.

b *Qui.* scilicet pater.

c *Renitatur.* consentire. Sed videtur quòd patria potestas sit soluta. & sic est cõtra infra de ifan. exp. l. ij. & sic etiam citra cõsensum eius pater viri potest eam dare filio suo. quod quidam concedunt. vel dic aliud in seruo & liberto quàm filio: vt in prædicta. l.

d *Solutioni.* regulariter contra: vt supra de neg. gest. l. j. &. ij. &. ff. de condic. inde. l. cum is. §. pe.

NEmini.] CASVS. Hęc lex ponit inter quas personas nuptię sunt prohibitę. Et certe inter ascendẽtes & collaterales. Ité inter affines. Viuianus.

e *Pronepte.* & vsque in infinitum: vt instit. to. §. j. & ff. eo. l. sororis. & l. nuptiæ consistere. adeo vt si Adam viueret, nó posset cõtrahere matrimonium secundum Ioan.

f *Antiquo.* nisi sint in septimo gradu: vt i decre. xxxv. quęstione. ij. cap. progenié. & c. cõsanguinitate. & c. i copulatione. & ca. nulli.

ADDITIO. Hodie prohibitio solum extenditur ad quartũ gradum inclusiue. cap. nó debet. extra de cõsangui. & affini.

VIduæ.] CASVS. Si mulier aliqua est vidua, & habés patrem sit emãcipata, vel in potestate patris: & est intra. xxv. an. si vult cõtrahere nuptias, debet contrahere cũ patris volũtate. Sed qd? filia vidua vult sibi eligere vnum maritum: pater vult alium? Certe si æque bonus sit ille quem vult eligere mulier sicut pater, stabitur iudicio mulieris. Sed quid si mulier vidua non habeat patrẽ, & tractatur de eligendo mulieri maritum: quorum consensus requiratur, quęritur? Respon. Agnatorum & cognatorum qui non sunt ei successuri ab itestato: quia isti non videntur suspecti. Viuianus.

g *Sentẽtia.* id est scięntia. non autem cõsensus est necessarius. Vel dic quòd est cõsilium quod hæc lex dicit, cũ emancipata sine patre posit hoc facere: vt. ff. eo. l. filius emancipatus. & de contra tab. l. iij. §. si emancipatus. & ar. infra eo. l. in coniunctione. sic est supra de iure emphy. l. fi.

h *Delectu.* id est deliberatione. aliàs, delectum.

i *Habendo examini.* id est ad habẽdum examen.

k *Pares.* si vero impares, ptinus debet ei dici vt meliorem eligat.

l *Suspicio.* sic & infra vbi pu. edu. l. j. &. ij. & supra ti. j. authen. sed iam necesse est.

m *Succedere.* id est ad deliberationé admitti.

CElebrandis.] CASVS. Licet inter ascendentes & descendentes & collaterales nuptiæ sint prohibitę: tamen inter consobrinos nuptiæ sunt permissæ. Sunt autem cõsobrini ex duobus fratribus nati: sicut consororini ex duabus sororibus nati. Hæc lex hodie non seruatur iure canonico. Viuia.

n *Auctoritatẽ.* quæ idem quod hæc lex statuebat.

o *Fomentis.* quæ erant media iuris prudentia.

p *Fratribus.* hi sunt patrueles.

q *Sororib'.* hi sunt cõsobrini: vt isti. de gradi. §. quarto gradu.

r *Legitimi.* hoc est verum iure fori: vt hic, & ff. eo. l. iij. & l. non solũ. §. j. & instit. eo. §. duorum. sed non iure poli: vt. xxxv. q. j. c. cum igitur.

IN coiunctione.] CASVS. Si filia quæ est in potestate patris, vult contrahere nuptias: debet contrahere cum volũtate patris. sed si est sui iuris, & est destituta patre & matre, non requiritur cõsensus eorum, sed suiipsius. sed si non vult declarare suum arbitrium, tunc recurritur ad propinquos. Viuianus.

s *Ipsius.* patris familias.

A Caligato.] CASVS. Nedũ plebeij possunt contrahere nuptias sine dotalibus instrumentis, immo & milites.

t *A caligato.* caligatus dicitur ille, qui habet ocreas ferreas. *Caligatus quis dicatur.*

u *Protectoris.* id est peditis, q tegit & ptegit armatos milites. Vel caligatum vocat, id est infimum & obscurum: vt in authen. qui. mo. *Protector quis dicatur.*



BIU Cujas

*Protector quis dicatur.* na.effi.lc.§. qsquis.collatio.vj.Protector ergo erit maior, quasi dicat à minore vsque ad maiorem. Vel tertio, est militia pedestris, & equestris. Pedestres milites dicuntur, qui habent caligas de corio: & hi dicuntur caligati milites. Equestres, qui in equis vadunt. Et not. quòd hodie est ius generale quod hæc lex dicit, vt sine solénitate scripturæ & aliorum quæ dicũtur infra.l. proxi. contrahatur matrimonium. Accursius.

*Pedestres milites qui dicantur.*

*Equestres milites.*

*SI donationum.*] C A S V S. Quidam cõtraxit matrimoniũ cũ aliqua muliere, nec donauit ei ꝓpter nuptias, nec fecit fieri dotale ĩstrumentum, & pompam nuptiarum dimisit: propterea non deficit matrimonium, & nihilo min⁹ liberi suscepti erunt legitimi. Viuianus.

a *Instrumenta.* sic & supra eo.l.neque sine. & ĩfra de repu.l.iubemus.& in authen.vt li. ma.& auiæ.§. quia vero dudum.col. viij.

b *Pompa.* id est conuiuium familiare. Accursius.

*IMperialis.* diuiditur in tres partes grossas. Primo ponit proœmium. Secundo ponit statutũ. Tertio cõcludit. Iaco. de Are. Bald. C A S V S. Sicut deus miseretur hominibus, ita prĩceps vult prouidere subiectis, & eis misericordiam impertiri. dicit ergo q̃ si mulier in meretricio degens pœnitere voluerit: poterit postea nubere cui voluerit, dum tamẽ interueniãt dotalia instrumẽta: nec vocabitur postea scenica, & filij nati legitimi erunt, & succedent ex testamento vel ab ĩtestato: nec nocet eis si non nubant ex quo eis permissum est nubere: quia eis filij postea suscepti succedũt. & licet mulier nõ petat priuilegium, sed à principe ei concedatur, munda erit: & filię postea susceptę scenicæ non dicentur: sed iam natæ ĩpetrare possunt priuilegiũ, & nubere cuicũque voluerint, interueniẽtib⁹ instrumentis. filiæ etiam natæ ex ea quæ in meretricio vsque ad mortem perseuerauit, post mortẽ matris poterunt priuilegium impetrare. Item contrahi potest matrimonium inter dispares: quia clarissimus poterit accipere spectabilem in vxorem, si interueniant dotalia instrumenta. Item hæc lex locum habet in præteritis negotiis. Viuianus.

† *Quædam exẽ. habẽt, iustum sit.*

XXII. Iidem A A. Hierio præfecto prætorio.

SI donationum ante nuptias, vel dotis instrumenta[a] defuerint, pompa[b] etiam, aliáque nuptiarũ celebritas omittatur: nullus existimet ob id deesse recte aliàs inito matrimonio, firmitatem, vel ex eo natis liberis iura posse legitimorum auferri, inter pares honestate personas nulla lege impediente consortium, quod ipsorum consensu, atque amicorum fide firmatur. Dat. X. Kalend. Mar. Constantinop. Felice & Tauro Conss.

*Clementia decet principẽ. restitutio natalibus omnẽ abstergit maculã. infectio parẽtũ inficit filiũ pòst cõceptũ. iter pares etiã sine dotalibus instrumẽtis cõsistit matrimonium. h. d. lex ita longa. Iaco. de Are. Bal.*

XXIII. Imp. IVSTINIAN. A. Demostheni præfecto prætorio.

IMperialis beneuolẽtiæ proprium hoc esse iudicantes, vt omni tempore subiectorũ cõmoda tam ĩuestigare, quàm eis mederi ꝓcuremus: lapsus quoque mulierũ, per quos indignã honore conuersationem imbecillitate sexus elegerint, cõpetenti moderatione subleuãdos esse censemus: miniméq; eis spẽ melioris conditionis adimere: vt ad eã[c] respicientes, [d] improuidam & minus honestam electionem facilius derelinquant. Nã ita[c] credimus dei beneuolentiam, & circa genus humanũ nimiam clementiam (quantum nostrę naturę possibile est) imitari, [f] qui cottidianis hominum peccatis semp ignoscere dignatur, & pœnitentiã suscipere nostram, & ad meliorem eam statũ deducere. Quod si circa nostro subiectos imperio nos etiã facere differamus: nulla venia digni esse videbimur. ℣ Itaq; [g] cum iniustum sit, † seruos quidẽ libertate donatos posse per diuinam indulgẽtiam natalibus suis restitui, postque huiusmodi principale beneficiũ ita degere, quasi nunquam seruissent, sed ingenui nati essent: [h] mulieres autem quæ scenicis [i] quidẽ ludis sese ante immiscuerunt, postea vero spreta mala conditione ad melioré migrauere sententiã, & inhonestã professionẽ effugerũt, nullã † spẽ principalis habere beneficij, quod eas ad illum statum reduceret, in quo si nihil inhonesti peccatum esset, commorari potuerunt:

*Scenicæ mulieres ad frugẽ melioris vitæ reuertentes, possunt impetrare a principe vt eis liceat cum cæteris matrimonium cõtrahere: quo impetrato, ad priſtinum statũ intelliguntur reductæ & nomen scenicarum desinunt habere, & matrimonium cum eis potest contrahi impune: & filii ex eis nati erunt legitimi: possunt tamẽ etiã post impetrationem à contrahendo se abstinere. Sal.*

℣ Præsenti sanctione clemẽtissima principale beneficiũ eis sub ea* lege cõdonamus, vt si derelicta mala & inhonesta cõuersatione cõmodioré vitã amplexę fuerint, honestatíq; sese dederint: liceat eis nostro supplicare numini, vt diuinos affatus sine dubio mereãtur, ad matrimoniũ eas venire permittentes legitimũ: his qui eis cõiungẽdi sunt, nullo timore tenendis, ne scitis[k] præteritarũ legũ infirmũ esse videatur tale cõiugiũ, sed ita validũ huiusmodi permanere matrimoniũ cõfidẽtib⁹, quasi nulla præcedẽte inhonesta vita vxores eas duxerint: siue dignitate[l] prædíti sint, siue alio modo[m] scenicas ĩ matrimoniũ ducere ꝓhibeãtur: dũ tamẽ dotalibus[n] omnimodo instrumẽtis nó sine scriptis tale ꝓbetur cõiugiũ. Nã omni macula[o] penit⁹ direpta, & quasi suis natalibus huiusmodi mulieribus redditis, neq; vocabulũ[p] inhonestũ eis ĩhęrere decętero volumus, neq; differentiã aliquam eas habere cũ his quæ nihil simile peccauerũt: ℣ Sed & liberos ex tali matrimonio ꝓcreãdos, suos & legitimos patri esse: licet alios ex priore matrimonio legitimos habeat: vt bona eius tã ab ĩtestato quàm ex testamẽto isti quoq; sine vllo ĩpedimẽto ꝓcipere possint. Sed & si tales mulieres post diuinũ rescriptũ ad ꝓces earũ datũ, ad matrimoniũ venire distulerint, [q]

a *Instrumenta.* sic supra eo.l.neque sine. & ĩfra de repu.l.iubemus. & in authen. vt li. ma. & auiæ. §. quia vero dudum. col. viij.

b *Pompa.* id est conuiuium familiare. Accursius.

c *Ad eam.* meliorem conditionem.

d *Respicientes.* scilicet mulieres.

e *Nam ita.* scilicet subleuando lapsus mulierum, sicut & nostros lapsus deus miserator subleuat.

f *Imitari.* Not. quòd dicit imitari nimiam, aliàs diuinam clementiã, id est dei. quod ideo dicit, quia in sola pietate possumus esse deo pares: sicut dicitur, sola deos æquat clementia nobis. sic & in authen. vt iu. sine quo-quo suffra. §. itaq;. coll. ij. & infra de donat. iter vi. & vxo. l. fi. in fin.

g *Itaque.* suspensiua est constructio vsque illuc, præsenti sanctione, &c.

h *Nati essent.* vt. ff. de nata. resti. l. quæris.

i *Scenicis.* quæ dicũtur scenicæ, dicitur in authen. scenicas nõ solum &c. colla. v. scilicet prostitutæ. hic autem licet de eis tractare intendat, temperauit tamen vocabuli significationé, earũ turpitudinem supprimere volens. aliàs enim dicuntur scenicæ, quæ ludunt in scena: & istæ etiam sunt infames: & de eis etiam posset dici hic loqui: vt. ff. de his qui not. infa. l. j. & ij. §. fin.

k *Scitis.* id est statutis.

l *Dignitate.* sibi data.

m *Alio modo.* puta data patri, scilicet dignitate: vt quia ille senator, & hic sit filius senatoris.

n *Dotalibus.* id est nuptialibus. nam & sine dote potest esse matrimonium: sed non econtra: vt supra de donat. ante nupt. l. fi. tutius est. tamẽ aliquid (licet modicum) in dotem dari.

o *Omni macula.* Nota. quòd testis sit admittendus licet prius fuerit infamis, si accepit pœnitẽtiam: quod quidam concedunt. & pro eis in decret. xxxij. quæstione. j. quod autem. & capi. apud. & in Lombarda de periur. capi. fi. l. ij. Sed Ioan. cõtra, arg. ff. de re mili. l. qui cum vno. §. ignominia. & ff. de ritu nuptia. l. palam. §. non solum. & pœnitentia quo ad deũ, nõ quo ad mũdũ vel solum principem valeat sibi data. ADDIT 10. Videas de hoc in capi. testimonium. cum ibi notatis per glossam & docto. extra de testibus.

p *Vocabulum.* sic supra de fer. l. à nullo.

q *Distulerint.* idem & si nunquam venerint. sic & supra de cõdic.

dic ob cau. l. si repetendi. sic ergo late interpretatur concessio. sic &. ff. de consti. prin. l. fin. &. ff. de re iudica. l. quidam cõsulebat. &. j. de bo. vacan. l. si quando. j. lib. x. prædictam autem interpretationẽ licet facere etiam si iurauerit contrarium. Vnde sequitur authen. Quod eis &c. quæ est ex corpore, Scenicas &c. colla. v.

QVod eis.] CASVS. Hæc auth. nõ corrigit. l. codicis, sed addit ei: vn de lex codicis dicebat q̃ mulier impetrabat vt posset cõtrahere nuptias interuenientibus dotalibus instrumentis. hæc authen. dicit, q̃ si mulier scenica iurauit non relinquere illam vitã, & vult postea pœnitere, potest hoc facere, nec deserendo illam vitam peierauit: quia tale sacramentũ est illicitũ. Viu.

a *Quod eis.* aliàs eis. & aliàs his.

*Iuramentum ex certa causa debetur.*

b *Permittitur.* sic & aliàs ex permissione legis deseritur sacramentum ratione pietatis: vt ff. de obse. l. nullum. & aliàs ratione tacitæ cõditionis: vt. ff. de nõ nu. pecu. l. fi. Item & aliàs quia contra leges fiat: vt. ff. de legi. & constit. l. non dubium. &. ff. de leg. j. l. si quis inquilinos. §. fin. &. ff. de pact. l. iurisgentium. §. & generaliter. & aliàs habes, Melius est vota stultę promissionis nõ implere, quàm crimen admittere. Itẽ tolerabilius est iuramentum non implere, q̃ turpiter facere: vt in decre. xxij. quæst. iiij. cap. j. & c. vnusquisque.

c *Pœna.* x. librarum auri: vt. j. ea. authent. Et no. q̃ tria debet cõtinere iuramẽtum, veritatem, iustitiam, & iudicium. quorũ si quod defuerit, periurus est qui facit: vt. xxij. quæstione. ij. animaduertẽdũ. at hic nulla fuit discretio, nullũ iudiciũ. de hoc dicitur extra de iureiur. & si Christus.

*Iuramentũ tria cõtinere debet.*

d *Similes merentibus.* ad sui petitionem.

e *Dignitatem.* à principe sibi datam.

f *Habent.* per priuilegium principis.

g *Vltroneam.* scilicet sine administratione.

saluam eis nihilo minus exi- A stimationem seruare præcipimus tã in aliis omnibus, quàm ad trãsmittendã quibus voluerint suam substantiam, & suscipiendam competentem sibi legibus ab aliis relictã, vel ab intestato delatã hæreditatem.

IN AVTHENT. scenicas nõ solum si fideiussores. §. ij. col. v. consti. iiij.

*Ista authen. continuatur ad. l. C. hoc modo: Dictum est. ꝯ. in. l. codicis, quòd scenicæ pœnitentes possunt supplicare principi vt eis restituat famam, vt possint nubere honestis personis. Nunc dubitatur quid si illa mulier iurauerit semper permanere in illo vitio & in illo opprobrio & libidinis infamia, nunquid iuramentum impediat quin possit priuilegium impetrare? Determinat quòd iramentum non valet, quia est illicitum: & dicitur quòd potius est puniendus ille qui exigit tale iuramentum, quàm illa quæ iurat. Bald.*

QVod eis [a] permittitur [b] etiam si iurauerint in tali professione se perseueraturas: quia legibus expressum est illicitæ rei iusiurandum seruari nõ oportere: & pœna [c] periurij, si qua est, in eum conuertenda est, qui exigit.

*Finis authenticæ. Sequitur textus Codicis.*

*Qui consequitur dignitatem, tacite videtur restitutus ad famam. Bald. Vel sic: Si mulieribus scenicis vel quibuscũq; aliis imperator dignitatis titulum concessit, videtur cum omni macula & impedimento dispensare. Salycetus.*

Similes vero tale merẽtibus [d] ab imperatore beneficium mulieribus, illas etiã esse volumus, quæ dignitatem [e] aliquam habent, [f] etsi nõ sereniss̃imo principi supplicauerint, vltroneã [g] tamen donationem [h] ante matrimonium meruerint. ex qua dignitate, & aliam etiam omnẽ maculam per quam certis hominibus legitimè coniungi mulieres prohibentur, aboleri penitus oportet. [i]

*Non dicitur scenicæ filia, quæ concepta est abstersa macula: sed tantum illa, quæ nata est vigente macula. Bald. Vel sic: Filiæ natæ post priuilegium matri concessum, illo potiuntur priuilegio: non prius natæ, nisi pro illis fuerat supplicatum. Saly.*

His illud adiungimus, vt & filiæ huiusmodi mulierum, si quidem post expurgationem prioris vitæ matris suæ natæ [k] sint: non videantur scenicarum esse filiæ, nec subiacere legibus quæ prohibuerunt filias scenicarum certos homines in matrimonium ducere. ℣ Sin vero antè procreatæ sint, liceat eis preces offerẽtibus inuictissimo principi, sacrum sine obstaculo vllo mereri rescriptum: per quod eis ita nũbere permittatur, quasi non sint scenicæ matris filiæ: nec iam prohibeantur illis copulari, quibus scenicę filias vel dignitatis vel alteri⁹ causæ gratia vxores ducere interdicitur: vt tamen omnimodo dotalia inter eos etiam instrumenta conficiantur. ℣ Sed et si à scenica matre procreata, quæ vsque ad mortem suam in eadem ꝓfessione durauerit, post eius obitum preces imperatoriæ clementiæ obtulerit, & diuinam indulgentiam meruerit, liberationem maternæ iniuriæ, & nubendi licentiam sibi condonantem: istã quoque posse sine metu priorum legũ in matrimonio illis copulari, qui dudum scenicæ filiã vxorem ducere prohibebantur.

*Remotis veteribus legibus, quæ disponebant matrimonia sine dotalibus instrumentis inter impares honestate personas non valere: statuit imperator ea valere: exceptis nefariis, incestiis, & aliis prohibitis. Bald. Vel sic: Matrimonia iter pares possunt fieri etiam sine dotalibus instrumentis: secus si personæ sint impares. Salyc.*

Immo etiam illud remouendum [l] esse censemus, quod in priscis legibus (licet obscurius) constitutum est, vt matrimonia inter impares [m] honestate personas contrahenda, non aliter quidem valeant, nisi dotalia instrumenta confecta fuerint. his vero etiam non intercedentibus, omnimodo firma sint sine aliqua distinctione personarũ: si modo liberæ sint & ingenuæ mulieres, nulláque nefariarum [n] vel incestarum [o] coniunctionum suberit suspicio. Nam nefarios & incestos coitus omnibus modis amputamus, sicut & illos qui præteritarum legum sanctione specialiter vetiti sunt: exceptis videlicet his quos præsenti lege permittimus: legitimíque matrimonij iure muniri præcipimus.

IN AVTHEN. VT lic. ma. & auiæ. §. quia vero legem. colla. viij. constit. vlti.

*Maximis dignitatibus præditi debent matrimonia contrahere cum dotalibus instrumentis. excipiuntur ab ista solennitate Barbari subiecti Romano imperio. Bal.*

MAximis decorati [p] dignitatibus vsq; ad illustres, [q] nam cum administratione non possunt habere: vt. ff. de reg. iur. l. ij. nisi forte diceret, nõ obstante lege aliqua. Et erit exẽplum quãdo sine administratione, quia concessit q̃ esset illustris vel similis: vt ff. de sena. l. fi.

h *Donationem.* id est cõcessionẽ dignitatis. sic & dicitur donari libertas: vt isti. de lib. §. j.

i *Penitus oportet.* arg. quòd hoc ipso q̃ conceditur dignitas, videtur remitti infamia: cũ omne id per quod peruenitur ad illud, videtur esse remissum: vt. j. de dignita. l. ij. lib. xij.

k *His illud.*] *Natæ sint.* arg. q̃ nõ est dicẽd⁹ sacerdotis filius vel regis, qui antequam esset pater sacerdos vel rex, natus est: sicut hic. & econtra qui nascitur postquam mater desinit esse scenica. & est sic. ff. de noxa. l. in delictis. §. j. &. ff. quod iussu. l. si tutoris. §. si iussu. &. ff. ad. l. Corn. de fal. l. de eo qui. &. ff. de mili. test. l. Titius. &. ff. de decur. l. ij. §. in filiis. & j. de decur. l. fin. lib. x. Sed argu. contra. ff. de condit. & demon. l. si ancillæ. Item arg. pro & cõtra. ff. de pœnis. l. moris. §. istæ. dic vt ibi.

*Regis filius an dicatur qui natus est antequam pater eius rex esset.*

l *Illud remouendum.* à dubitatione.

m *Impares.* vt inter clarissimũ & illustrem: & inter illustrem & superillustrem.

n *Nefariarum.* quando inter ascendentes & descendentes.

o *Incestarũ.* inter collaterales vel affines.

MAximis.] CASVS. In. l. codicis dicebatur: Si mulier scenica impetrauit à principe q̃ possit cõtrahere nuptias: poterit cõtrahere dotalibus instrumẽtis interueniẽtibus. Hęc authẽ. dicit quę sunt personæ quę debẽt cõtrahere nuptias sine dotalibus instrumẽtis. Nã regulariter inferiores personæ possunt contrahere nuptias sine dotalibus instrumentis. Fallit in maxima decoratis dignitate. & certe aliæ personæ solo affectu nuptias cõtrahũt, exceptis Barbaris. Vi.

p *Decorati.* vt superillustres.

q *Ad illustres.* descensiuè



BIU Cujas

siuè & inclusiuè. nam & ipsi maximis decorantur dignitatibus.

a *Dotalibus.* id est instrumentis nuptialibus. Nam dos non est opus, vt dixi. ff. ea. l. Sed arg. cõtra in authen. qui. mo. na. effi. le. §. hoc ergo. col. vj. Itẽ & aliàs in tribº casibº exigitur scriptura, qui sunt i hac. l. Est & quartus. ff. eo. authen. sed no uo iure. regulariter cõtra: vt. ff. eo. l. neq; fine. & hic subijcit.

b *Antè cõtractas.* s. ante dignitatẽ adeptam: vt in corpore.

c *Barbaris.* id est subiectis nostræ reipublicæ, quibus solo affectu sine aliqua scriptura licet cõtrahere nuptias: licet maximis decorẽtur dignitatibus.

d *Affectu solo.* non obstat institut. eod. §. fina. quia illud quo ad hoc vt filij fiant legitimi, nõ quo ad substantiam matrimonij.

*Finit glos. authenti.*

Sequitur glossa textus Codicis.

e *Subiecto.* id est deinceps.

f *Successores.* si prædictum priuilegium impetretur.

* *patri successuros.*

*Ancimus.* ] C ASVS. Si promitto mulieri dare vel facere sub his verbis, cum nuptias contraxerit: non intelligimus cum est viripotens, sed cum venerit ad actum nuptialem. Nota circa hanc notabilem legẽ, quòd tunc satisfit huic conditioni, quando fit desponsatio per verba de præsenti: quod probatur hac. l. ibi, sed ex quo vota &c. votum enim nuptiarũ præcedit quãdo fit desponsatio per verba de præsenti. & sic dicetur cõditio impleta, licet nondum sit facta coniunctio per carnis copulam. ita dicit Bart. hic, & idem latiº in. l. Titio cẽtũ. §. Titio genero. in pe. quæsti. ff. de condi. & demonst. per. l. cui fuerit. illo tit.

g *Festiuitas.* vt infra de testa. manu. l. cũ testator. & argu. ff. de his qui veni. æta. impe. l. fin. & j. de le. hære. l. si maior. Argu. contra. j. de fideicõmissariis libert. l. fideicommissaria. Sed ibi statuit certum tempus: hic autem non. Item ibi fauore libertatis. Item argu. contra infra de instit. & substitu. & restitutionib. sub condi. fac. l. si mater.

h *Mediocrem.* aliàs est in textu, meliorem.

non nisi dotalibus[a] instrumentis conscriptis, rite contrahunt nuptias: licet antè contractas[b] retineant, exceptis Barbaris:[c] reliqui omnes affectu solo[d] recte contrahunt matrimoniũ.

*Sequitur textus. C.*

*Hac lex trahitur etiam ad matrimonia iam contracta post imperium Iustiniani, non ante. Bald.*

His itaque per hãc generalem legem ita constitutis, & decæteros conseruandis, præteritas etiã huiusmodi coniunctiones ex subiecto[e] tempore factas secundum prædictam dispositionem iudicari præcipimus: vt si quis talem vxorem ab initio nostri imperij (prout dictum est) iam duxerit, & liberos ab ea procreauerit: iustos eos & legitimos, & tam ab intestato quàm ex testamento patris successores[f] * habeat, & legitima in posterum nihilo minus ea vxore permanente, procreati quoque liberi legitimi sint.

*Vbi fit mentio nuptiarum, non sufficit nubilis ætas: sed oportet quòd matrimonium re ipsa contrahatur. hoc dicit sing. secundum Bald. Vel sic: Conditio nuptiarum impletur per actum & rem ipsam, non per habitum & potentiam. Saly.*

XXIIII. Idem A. ad Senatum.

1 SAncimus, si quis nuptiarũ fecerit mentionem in qualicunq; pacto, quod ad dandũ, vel ad faciendũ, vel non dandum vel nõ faciendum concipitur, & siue nuptiarum tempus dixerit, siue nuptias nominauerit: nõ aliter intelligi conditionem esse adimplendam, vel nõ extenuandam, nisi ipsa nuptiarum accedat festiuitas:[g] & non esse tempus inspiciendũ in quo nuptiarũ ætas vel fœminis post duodecimum annũ accesserit, vel maribus post quartumdecimum annum completum: sed ex quo vota nuptiarum re ipsa processerint. sic enim & antiqui iuris contẽtio dirimetur, & immensa librorum volumina ad mediocrem[h] modum tandem peruenient.

*Filiæ vel filij furiosi vel mente capti, sine consensu patris matrimonium contrahere possunt: & dotem & donationem ante nuptias cum auctoritate curatoris constituere: & gratis debet procedere, ne afflicto detur afflictio. Bald. & Saly.*

A *Si furiosi.* ] C ASVS. Hanc. l. habetis. ff. de epi. audi. l. tam dementis. & vult hæc lex hoc dicere: Sicut filius & filia mente capti possunt nuptias contrahere, ita filius furiosi. Sed quomodo hoc potest esse, cum in nuptiis filij requiratur consensus patris? Respon. q debet contrahere cum consensu curatoris mente capti, & propinquorum: & de eorum cõsensu debebit dos & donatio constitui arbitrio rectoris prouinciæ, vel arbitrio episcopi loci, & pro isto cõsilio siue scriptura non debet furiosus aliqd dare: quia nõ debet ãpliº affligi.

i *Constituti sunt.* remanent enim in potestate: vt. ff. de his q sunt vel alie. iur. l. patre.

k *Nuptias.* vt instit. eo. §. j.

l *Aliam.* repete, retulit Vlpianus.

m *Adiuuantes.* repete, conditores antiqui iuris. aliàs adiuuante.

n *Antistitum.* æstimatione, repete constituenda, quod est. j.

o *Quãm moderatione.* sic & ff. de iure dotiũ. l. quæro. & ff. de epis. audien. l. tam dementis. Sed quid si idem sit filius patris curator, quod potest: vt. ff. de Fur. cura. fur. l. j? Respon. prætor specialis ad hoc dabitur: vt ar. ff. de iure do. l. siue generalis. quo minus eũ curator detur habenti curatorem, regula iuris non est impediméto: vt. ff. de tut. & cura. da. ab his. l. ven tri. §. fin. Vel aliter dic Curat. bon. q prædicta fiãt auctore prætore vel iudice: vt & quando debitor soluere vult minori: vt ff. de mino. l. ait prætor. §. j. & facit ad. l. istã. ff. de lega. iij. l. filiæ. & ff. eo. l. si nepos. & l. si ita. & l. si filius. *ADDITIO.* Not. ex hac glo. q filiusfam. potest donare causa mortis patri in cuiº est potestate, non auctoritate patris, sed iudicis. quod not. pro limitatione glos. rem acquirit. l. j. ff. de aucto. tut. secundũ And. Barba.

*Si quis alumnam.* ] CASVS. Si ego nutriui aliquam puellam ancillã vel libertã, vel aliqua nutriuit me: ego cum illa non prohibeor nuptias cõtrahere: quia licet ad illã habeam affectionem, non tamen prohibentur nuptiæ inter me & illam. eam tamen quã susceperi de sacro fonte, ducere

B *Potest quis alumnam suam ducere in vxorem, sed non eam quam de sacro fonte leuauit. Bald. Vel sic: Cum ancilla manumissa patronus potest contrahere matrimonium: cũ filia vero adoptiua etiã emancipata non potest: nec cum aliena de sacro baptismate sumpta. Saly.*

XXV. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

SI furiosi parentis liberi, in cuius potestate constituti[i] sunt, nuptias[k] possint contrahere, apud veteres agitabatur. & quidem filiam furiosi marito posse copulari, omnes penè iuris antiqui conditores admiserunt. sufficere enim putauerunt si pater non contradicat. In filio autem familias dubitabatur. & Vlpianus quidem retulit constitutionem imperatoris Marci, quæ de furioso non loquitur, sed generaliter de filiis mente capti: siue masculi, siue fœminæ sint, qui nuptias contrahunt: vt hoc facere possint etiam non adito principe. Et aliam[l] dubitationem ex hoc emergentem, si hoc quod de mẽte capto cõstitutio induxit, etiam in furiosis obtinendum sit, quasi exemplo mente capti & furiosi filios adiuuãtes.[m] His itaque dubitatis, tales ambiguitates decidentes, sancimus hic C repleri, quod diui Marci constitutioni deesse videtur, vt nõ solum dementis, sed etiam furiosi liberi cuiuscunque, sexus possint legitimas cõtrahere nuptias, tam dote, quàm ante nuptias donatione à curatore eorum præstãda, æstimatione tamẽ in hac regia vrbe excellẽtissimi præfecti vrbis, in prouinciis autẽ virorum clarissimorũ earum præsidum, vel locorum antistitum,[n] tam opinone personæ, quàm moderatione[o] dotis & ante nuptias donationis constituenda, præsentibus tam curatoribus demẽtis vel furiosi, D quàm his qui ex genere eorum nobiliores sunt: ita tamẽ, vt nulla ex hac causa oriatur vel in hac regia vrbe vel in prouinciis iactura substantiæ furiosi, vel mente capti, sed gratis omnia procedant: ne tale hominũ infortunium etiam expẽsarum detrimento prægrauetur.

*Potest quis alumnam suam ducere in vxorem, sed non eam quam de sacro fonte leuauit. Bald. Vel sic: Cum ancilla manumissa patronus potest contrahere matrimonium: cũ filia vero adoptiua etiã emancipata non potest: nec cum aliena de sacro baptismate sumpta. Saly.*

XXVI. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

BIU Cujas

te, ducere non possum. Viuianus.

a *Alumnam.* id est quam ipse aluit cum sua esset ancilla, & inde eam manumisit: vt subiicit. & facit institu. qui ma. non possunt. §. eadem.

b *Loco filiæ.* scilicet adoptiuæ, quam etiam non licet ducere: vt insti.eo.§.& hęc adeo. Vel hic dicit quando aluit vt filiã.ſ. in prin. alitus fuit cum ea. Vel aluit vt ancillam.& facit.xxix.q.ij.ſi quis ancillam.&.j.ad.l.Iul.repetun.l.ſi.

c *Deo mediante.* no.est sic ad hunc casum.xxx.q.iij.&.iiij. per totum. & extra de cogna. spiri.capi.j.lib.vj.

*Ancimus.*] CASVS. Olim masculus qui habebat.lx.annos, prohibebatur nuptias contrahere: similiter mulier habés quinquaginta annos: sed hodie per Iusti. hoc correctum est. Viuia.

d *Homines volentes.* Dic q̃ lege papia cautum fuerat q̃ masculus maior sexagenario non cõtrahat cum maiore vel minore fœmina quinquagenaria: & ecõtra maior quinquagenaria nõ contrahat cũ maiore vel minore sexagenario: & erat ratio, quia nuptiæ fiunt causa liberorum, quæ causa hic deficere videbatur: sed contra est vt hic,&.j.de legit. hære.l.ſi maior. ADDITIO. Hanc. l. intellige de tali sene, qui tamen coire potest, licet difficulter. aliàs autem si omnino nõ posset coire, non valeret matrimonium. facit.c. ij.extra de fri. & male. de quo vide latius per Christoph. Porc.in.§. j.in fi.instit.de nuptiis.

*Matrimonia non possunt contrahi per senes.*

*Si libertam.*] CASVS. Si liberta est vxor alicui[9], qui postea senator efficitur, nõ propter hoc debẽt nuptiæ dissolui: nam felicitas casus mariti nõ debet esse dãnosa vxori. ab initio tamen senator nõ potest cõtrahere matrimonium cũ liberta. Secundo dicitur: q̃ si pater mulieris quæ nupsit liberto, nõ erat senator,& postea effectus est senator: nunquid dissoluitur matrimoniũ ex eo quòd nõ licet filiæ senatoris nubere liberto? Respõ.nõ. Viuia.

e *Non patitur.* vt. ff. eo.l.lege Iulia.

f *Decrescat.* sic &.ſ.de stat. & imagi.l.ſi. &. ff. de condit. & demon.l.falsa.§.ſed ſi cui. &.ſ.eo.authen. maximis. Sed contrà alterius coniugis infelicitas facit valere matrimonium, quod non valet: vt.ff.eo.l.ſi quis in senatorio.non autem infelicitas patris: vt.ff.de senato.l.filiam.

g *Deminutum.* non ergo vitiatur, licet ad eum casum peruenerit, à quo incipere non potest: vt & instit.de lega.§.potest autẽ.

h *Dissoluatur.* sic &.ff. sol.mat.l. ſi cum dotẽ. §. an autẽ illa. &. ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris.l.patre.

i *Vna.* scilicet hac.

*DE INCESTIS & inutilibus &c.*

*Nuptiæ nefariæ & incestæ quæ sint.*

*Large omnes dicuntur inutiles: sed nefariæ proprie inter ascendentes & descendentes, incestæ inter collaterales vel affines: vt institu. eo. §. ergo non omnes. & ff. eo. l. quinetiam. & l.fin. & ff.de adul.l.ſi adulteriũ.l.resp. Aliæ quæ aliis rationib⁹ prohibẽtur. simpliciter inutiles dicũtur, quod multis modis cõtingit: vt dixim⁹ insti.e.§. sunt & aliæ.*

*Liberta.*] CASVS. Patronus cum sua liberta matrimonium cõtraxit: postea liberta ipso inuito à se discessit,& alij nupsit: an hoc facere potuit, quæritꝰ Rñ. q̃ non. & si alteri nubit, nõ erit sua vxor.

k *Non habeat.* diuortium tamen tenet: vt.ff. de repu. l.fina. in prin. vnde nõ committitur adulterium cum ea: vt ff. ad. l. Iul. de adult. l.pe. sed quo ad hoc vt nõ possit alij nubere, dicitur durare priꝰ matrimonium: vt.ff.vnde vir & vxor. l.j.§.fin.& facit. ff.eo.l.matrimonij.&.l.in eo iure.& de diuor.l. penul.

l *Velis.* quod qualiter fiat, dic vt.ff.de repu.l. fina. Accursius.

**Hæc verba ponũtur in glo. super verbo, nõ ſ. ante ſi.ſ. c. fraternitatis. extra de testi.*

*Eminem.*] CASVS. In hac. l. præcipit imperator, q̃ nullus subiectus Romano imperio habeat duas vxores:& si habeat vnã de iure, aliã de facto, vltimæ nuptiæ sunt inutiles: & eo ipso iure efficitur infamis. Viuia.

m *Binas vxores.* vel sponsas, vel alterã coniugem, & aliam sponsam: vt.ff.de his qui notan. infami.l.j.§.fi.&.l. quid ergo. §.j. &. ſ.de don.ante nup.l.ea quę.

n *In edicto.* non est bona ratio: quia nubẽs intra tempus luctus infamatur: vt.j.de secundis nup. l.j. tenet tamẽ matrimonium: vt in authen.de resti.& ea quæ pa. §.fin.colla.iiij.ſed est ratio, quia prohibentur à lege: vt hic,& instit.eo.§.affinitatis.&.j.de adulte.l.eum.

*Cum ancilla.*]

Si quis alumnam[a] suã libertate donauerit, & in matrimonio suo collocauerit: dubitabatur apud antiquos, vtrũme huiusmodi nuptiæ legitimæ esse videantur, an nõ. Nos itaq; vetustam ambiguitatẽ decidentes, nõ esse vetitum matrimoniũ cẽsemus. si enim ex affectu omnes introducũtur nuptiæ, & nihil impium, nec legibus cõtrarium ĩ tali copula expectamus: quare prædictas nuptias inhibendas existimemus? nec enim homo sic impius inuenitur, vt quam ab initio loco filiæ[b] habuit, eã postea in suo collocet matrimonio: sed ei credendum est, quia eam & ab initio nõ vt filiam educauit, & libertate donauit, & dignam esse postea suo putauit matrimonio: Ea videlicet persona omnimodo ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis, siue alumna sit, siue nõ, à sacrosancto suscepit baptismate: cum nihil aliud sic inducere potest paternam affectionem, & iustam nuptiarum prohibitionem, quàm huiusmodi nexus, per quem deo mediãte[c] animæ eorum copulatæ sunt.

*Potest quis accipere vxorẽ sexagenariã, vel decrepitæ ætatis constitutam. Bald.*

XXVII. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

Ancimus nuptias quæ inter masculos & fœminas maiores vel minores sexagenariis vel quinquagenariis lege Iulia vel Papia prohibitæ sunt, homines volentes[d] contrahere, & ex nullo modo vel ex nulla parte tales nuptias impediri.

*Noua dignitas mariti vel soceri matrimonium non dissoluit: quia felicitas viri debet vxori prodesse, & similiter felicitas vxoris debet prodesse viro: & similiter felicitas soceri debet nurui prodesse. Bald. Vel sic: Res perfecta & consummata non vitiatur, licet veniat ad casum à quo non potest incipere. Saly.*

XXVIII. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

Si libertam quis vxorem habeat, deinde inter senatores scribatur dignitate illustratus, an soluatur matrimonium, apud Vlpianum quærebatur: quia lex Papia inter senatores & libertas stare connubia non patiẽ. [c] ⁋Nos igitur dei sequẽtes iudicium, non patimur in vno eodémque connubio, mariti felicitatem vxori fieri infortunium: vt quãtum vir in altum tollatur, tantum & cõiunx eius decrescat, [f] immo magis penitus depereat. absit itaque à nostro tempore huiusmodi asperitas, & firmum maneat matrimonium, & vxor marito concrescat, & sentiat eius fulgorem: stabiléque maneat matrimoniũ ex huiusmodi superuentu minimè deminutũ. [g] ⁋Simili modo si priuati hominis filia ad liberti veniat cõnubium, & postea pater mulieris ad senatoris dignitatem fuerit elatus: taceat Papiæ legis crudelissima sanctio: & neque per hunc modũ dissoluatur[h] matrimonium inter facti senatoris filiam, & libertum, ne soceri prosperitas sine genero inueniatur. Melius enim est legis Papiæ seueritatẽ in vtroque casu compescere, quàm eam sequẽdo hominum matrimonia dispergere, non ex vitio mulieris & mariti, sed ex prospera alterutrius partis fortuna. cum enim* ex vna[i] radice vitium nascitur, consequens est vt vna lege tollatur.

*TITVLVS V.*

DE INCESTIS ET inutilibus nuptiis.

*Liberta vxor patroni non potest diuertere inuito patrono, & cum alio contrahere matrimonium. Bald.*

I. Imp. ALEXANDER A. Amphigono.

Liberta, eadémq; vxor tua, si à te inuito discesit: connubium cum alio nõ habeat, [k] si modò vxorem eam habere velis.[l]

*Binas habens seu tenens vxores, est infamis. Bald.*

II. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Sebastianæ.

Neminem qui sub ditione sit Romani nominis, binas vxores[m] habere posse, vulgo patet: cum etiam in edicto[n] prætoris huiusmodi viri ĩfamia notati sint. quã rem cõpetẽs iudex inultam esse nõ patietur.

BIU Cujas

*Cum ancillis.*] CASVS. Si liber homo velit ancillam ducere in vxorem: de iure hoc esse non potest, cum ea tamen posset esse contubernium. Item decuriones non possunt cum ancillis contubernium contrahere: & si cótra fecerint clam in aliqua villa vel prædio: si quidem fecerint procuratoribus domini nescientibus: mulier dãnatur in metallum, decurio damnatur in insulam si fuerit sui iuris, omnibus bonis suis cõfiscatis, si non habebat aliquos propinquos ab intestato. Si autem fecerint procuratoribus domini scientibus: ipsi damnantur in metallũ. Si autem dominus fundi sciuerit, & permiserit: si patit fieri in prædio rustico: quę sunt in illo prędio, vnà cũ prędio confiscantur. Si autẽ patitur fieri in prædio vrbano: quia facinus intra parietes domesticos cõmissum est, pœna augetur: quia dimidia pars bonorum suorum cõfiscatur. Vlpianus.

*Inter liberum & seruam matrimonium non consistit: & filii qui nascuntur ex serua, dicuntur serui: quia sequuntur conditionem matris. Hoc primo. Decurio qui contraxit matrimoniũ cum serua, deportatur: bona eius curiæ confiscantur: puniuntur actores, & procuratores locorũ scientes, qui passi sunt in domibus dominorum suorum huiusmodi libidinẽ exerceri: punitur etiam dominus si fuit sciens, & non denuncians: & in publicatione fundi veniunt accessoria, mancipia, & pecora illi fundo deputata: & magis punitur delictum commissum in ciuitate, quàm in agro. hoc dicit hæc lex. Bald.*

III. Imp. CONSTANTINVS A. Patroclo.

CVm ancillis non potest esse connubium. [a] nam ex [b] huiusmodi contubernio* serui nascuntur: ideoq; præcipimus ne decuriones in gremia potentissimarum domorum libidine seruarum ducente confugiant. Si enim decurio clam actoribus, & procuratoribus nescientibus, alienæ fuerit seruæ coniunctus: & mulierem in metallum detrudi per sententiam iudicis iubemus, & ipsum decurionem in insulam deportari: omnibus bonis eius ciuitati cuius curialis fuerat, mancipandis, si patria pactione fuerit liberatus, nullósque [c] habeat liberos vel parentes, vel etiam propinquos, qui secundum legum ordinẽ ad eius successionem vocentur. ¶ Quòd si actores vel procuratores loci in quo flagitium admissum est, fuerint conscij, vel compertum facin[o] promere noluerint: metallo eos conuenit implicari. ¶ Si vero dominus loci hoc fieri permisit, vel postea cognitum celauit: [d] si quidẽ in agro id factũ est, fundus cum mancipiis & pecoribus cęterisque rebus quæ cultui rustico sustinentur, fisci iuribus vindicetur. Si vero in ciuitate [e] id factum est: dimidiam bonorum omnium partem præcipimus confiscari, pœnam augentes, [f] quoniam intra domesticos [g] parietes scelus admissum est, quod noluit mox cognitum publicare.

*Ex matrimonio reprobato lucra matrimonialia non procedunt: sed veniunt potius confiscanda. idem in donatione simplici: nisi ætas, sexus, vel iusta ignorantia excusẽt. Bald. Vel sic: Nuptiæ à iure prohibitæ, sunt ipso iure nullæ: & donata hinc inde à scientibus auferuntur vt indignis, & fisco applicantur: non ab errantibus iuste: dum tamen coniunctionem dirimant comperto errore. Salycetus.*

IIII. Imppp. VALENTINIA. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Andromachum comitem rerum priuatarum.

QVi contra legum [h] præcepta, vel contra mandata [i] constitutionésq; [k] principum nuptias forte contraxerit: nihil ex eodem matrimonio, siue ante nuptias donatum, [l] siue deinceps quoquo modo datum [m] fuerit, consequatur: ídque totum quod ab alterius liberalitate [n] in alterum processerit, vt indigno indignę ve sublatũ, fisco vindicari [o] sancimus, exceptis tam fœminis quàm viris q, aut errore [p] acerrimo. Et dicas hic breuiter, quòd hæc lex propter errorem facti iustum & continuum excusat. Si vero in iure, quantum ad pœnam incestus mulier in totum releuatur, & idem in mare qui sic errat in iure ciuili: quia credidit posse contrahere cum pupilla. si autem in iure gentium in aliquo subleuatur, non in totum: vt ff. ad l. Iul. de adul. l. si adulterium. §. nónunquã. in fin. ibi, cum in adulterio &c. & §. stuprum. in fi. §. Est tamen arg. contra. j. tit. j. l. j. Sed certe ibi clam fuerat cõtractum, vnde præsumitur scientia: secus si palam, quãdo bona fides præsumeretur: vt ff. de ritu nupt. l. fi. Item quid erit de filiis ipsorum? Respond. non est cautum in lege. Sed dico esse legitimos, si vterque ignorauit, licet nullum sit matrimonium: sicut & in adoptiuis contingit, qui sunt legitimi sine matrimonio. & hoc dicitur rescripsisse Alexãder ex priuilegio cuidam: vt dices. j. eod. l. si quis incesti. ad hoc. ff. de ritu nupt. l. qui in prouincia. §. diuus. vbi autem alter scit: illi non sunt legitimi, sed ignoranti sic. ADDITIO. Tu dicas de hoc. Si matrimonium est publice contractum in facie ecclesiæ: tunc siue vterque ignorauit impedimentum, siue alter tantum, filij sunt semper legitimi. c. cum inter. &. c. ex tenore. extra qui filij sunt legi. Si vero matrimonium esset contractum clandestine, licet vterque ignoraret impedimentum, non essent filij legitimi. c. cum inhibitio. §. si quis vero. de clandestina desponsa.

Assistat.

---

* *Simile in c. sane. vbi matrimonia contracta p sacerdotes dicuntur cõtubernia. extra de cleri. coniuga.*

a *Connubiũ.* id est matrimonium. cõnubium & coniugiũ idem sunt, nisi in casu, vbi etiam quod matrimoniũ non est, dicitur cõnubium. ff. de ritu nup. l. in eo. §. hoc caput.

b *Nam ex &c.* bona ratio: vt instit. de pa. po. in princip. appellabitur ergo contubernium: vt infrà ad legem Iul. de adul. l. seruii. Item hoc iure fori, secus iure poli: vt extra de coniugio ser. c. j.

*Cõtuberniũ quid sit.*

c *Nullósq;.* repete, & si.

d *Cognitum celauit.* & not. hac & sequenti. l. tantundé esse siue quid sciam ab initio esse, siue postea sciam, si patiar. Sed arg. contra. ff. de his qui not. infa. l. quid ergo. facit. xxxiiij. q. j. cap. iij. &. j. de vsuc. transfor. l. j. §. quòd & in rebus. &. ff. de vsuris. qui scit. §. fin. Itẽ sume hic argu. quòd parcitur ei qui delictum cognitum à se patefecit. fic. j. de his qui se def. l. j. lib. x. &. j. l. proxi. dices.

e *In ciuitate.* sic & in lege Mosaica distinguebatur, fieret adulterium in ciuitate, vel in rure.

f *Augentes.* immò in casu non augetur, si fundus in villa vbi hoc factum est, plus valeat, quàm alia sua bona. Ad quod Ioan. dicit quòd tunc non totus fundus publicaretur, sed id omne quod est minus dimidia. hæc enim lex augere pœnam voluit. Alij dicunt contra, & raro inueniri quòd decuriones plus habeant extra ciuitatem, quàm intra: & sic de eo non cauent legislatores: vt ff. de leg. & senatusconsul. nam ad ea.

g *Domesticos.* facit. j. de fal. mo. l. j. & ad. l. Iuliam de adul. l. Gracchus.

*Qui contra.*] CASVS. In hac. l. dicitur quæ pœna imponitur ei qui incestas nuptias & inutiles contrahit. Et dicit q; si aliquis cõtrahit nuptias cõtra legum præcepta, vel cõstitutiones principum, illæ nuptiæ nõ valẽt: & dos data, & donatio propter nuptias debẽt cõfiscari. nam & dos & donatio auferetur accipienti vt indigno, & fisco applicat. Fallit si maritus vel fœmina, vel vterque eorum iusto errore facti prohibitas nuptias contraxerũt: quo casu nec dos nec donatio propter nuptias publicãtur. Item fallit si vir vel mulier sunt minores. xxv. an. quod est verũ, si cũ peruenerint ad. xxv. an. ipsi facientes prohibitas nuptias dissoluerint: alias dos & donatio propter nuptias cõfiscantur. Vinl.

h *Qui contra legum.* vt. ff. de ritu nupt. l. lege Papia.

i *Mandata.* vt. ś. titu. j. l. & si contra.

k *Constitutionésque.* vt. ś. de episc. & cleri. l. si quis non dicam. & l. raptores. &. ś. tit. j. l. si quis alumnũ. §. fi. Item quandoq; contra senatusconsultum: vt. j. tit. j.

l *Donatum.* quod hodie dicitur propter nuptias.

m *Datum.* s. pro dote.

n *Liberalitate.* extra dotem & donationem propter nuptias.

o *Fisco vindicari.* vt ff. de ri. nup. l. incestæ. & instit. de nupt. §. si aduersus. & hoc cũ vterque scienter contrahit. si autem à sciente ignoranti detur, apud ignorãtem remanet: vt probatur. ff. de lega. j. l. fin. & de dona. inter vi. & vxo. l. cum hic status. §. fin. Vel dic aliud esse cum relinquitur ei ex testaméto. Nam tutor ex testaméto quendam pupillæ suę quam duxit, nil potest capere. præsumitur enim eam decepisse. illa autem ecõtra ex testamento eius potest: vt d. l. de leg. j. l. fin. & ff. de rit. nup. l. prefectus. Item argu. contra. ff. de cõdic. sine cau. l. auunculo. vbi restituitur ciuti. Solu. ibi nec de facto secutum fuit. vel hic vt ibi. Idem cõtra. j. tit. j. si tutor. vbi similiter restituitur danti. Solu. ibi speciale. Vel hic de matrimonio prohibito legibus: ibi senatusconsulto. Vbi ibi loquitur cum tutor donat pupillæ: hic ecõuerso. Vel hic de sponsalitia largitate: ibi de dote. Vel ibi in minore xxv. annis.

p *Errore acerrimo.* id est iustissimo vel fortissimo.

BIU Cujas

a *Affectato.* cum forte potuit scire, & noluit.

b *Comperto.* parcitur alicui propter ignorantiam, vel cum scire uit, si se offerat aliàs purget. sic. ff. depo. l. iij. & ff. de ædil. edic. l. quis sit fugitiuus. §. idem Celsus ait si seruus. arg. contra. ff. de his qui no. infa. l. quid ergo. in princip. Nam ibi patre nesciente, sed

*Vsucapio an interrumpatur si scit res alienam superuenisse.*

rimo non affectato, [a] insimulatóve, neque ex vili causa decepti sunt, aut ætatis lubrico lapsi: quos tamen ita demum legis nostræ laqueis eximi placuit, si aut errore comperto, [b] aut vbi ad legitimos peruenerint annos, coniunctionem huiusmodi sine vlla procrastinatione [c] diremerint.

*In veteri testamento tenebatur quis ducere vxorem fratris eo mortuo: & debebat ei imponere certum nomen. Imperator dicit hic contrarium: quia relictâ fratris alter frater non ducit eam in vxorem: nec potest duas sorores successiue habere in vxores. hoc dicit. Vel sic: Fratris præmortui vxorem, vel vxoris præmortuæ sororem nõ licet ducere in vxorẽ: licet præmortui fratris vxor virgo permanserit. hoc dicit. Salycetus.*

V. Iidem AAA. Cynegio.

FRatris [d] vxorem ducendi, vel duabus sororibus coniungendi, penitus licentiã summouemus, nec dissoluto quocunque modo coniugio.

*Incestas nuptias contrahentes non perdunt ipso iure proprias facultates: tamen in hoc puniuntur, quia non possunt testari: nec possunt habere successores, nisi personas hic declaratas: quibus non existentibus, succedit fiscus. Baldus.*

VI. Impp. ARCAD. & HONORIVS AA. Eutychiano præfecto prætorio.

SI quis incesti vetitíq; [e] coniugij sese nuptiis funestauerit, proprias quamdiu vixerit, teneat facultates: sed neque vxorem, neque filios ex ea editos habere credatur. [f] ℣ Nihil prorsus prędictis neque per interpositam quidem personam vel donet superstes, vel moriturus derelinquat. dos siqua forte solenniter aut data aut promissa fuerit: iuxta ius antiquum fisci nostri commodis cedat. testamento suo extraneis nihil derelinquat: sed (siue testato siue intestato) legibus ei & iure succedant, si qui forte ex iusto & legitimo matrimonio editi fuerint: hoc est de descendentibus, filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis: de ascendentibus autem, pater, mater, auus, auia: de latere, frater, soror, patruus, amita. Testandi [g] sanè ita demum habeat facultatem, vt his tantummodo personis, pro iuris ac legum quod voluerit arbitrio relinquat, quas succedere imperialis præcepti tenore mandauimus: ita tamen, vt ab hæreditate defuncti penitus arceatur, si quis ex his quos memorauimus, in contrahendis incestis nuptiis consilium iniisse monstrabitur: successuro in locũ illius, qui post eum gradu [h] proximus inuenitur. ℣ Ea sanè quæ de viris cauimus, etiam de fœminis, quæ prædictorum sese consortiis commaculauerint, custodiantur. Memoratis vero personis non extantibus, nostro fisco locus pateat. Dat. VI. Id. Decembr. Constantinop. Arcadio. IIII. & Honorio. III. AA. Conss.

IN AVTHEN. de incestis & nefariis nuptiis. §. j. colla. ij. constitut. fina.

*Ista authen. dicit quòd bona contrahentium incestas nuptias ipso facto sunt confiscata. Item dicit quòd filii eorum legitimi ipso facto sunt effecti sui iuris. Item dicit quòd isti debent poni in exilio. Item dicit quòd licet pater sit exul: filius tamen debet eum alere. hoc dicit. Bald.*

INcestas [i] nuptias contrahentis pœna est confiscatio [k] bonorum tam cæterorum quàm dotis, exilium etiam, & cinguli [l] (si quo potitur) spoliatio, verberatio quoque, si vilis est: fœmina quoque talia scienter [m] peccante, simili pœnæ subiuganda. substantia sic amissa [n] liberis hoc ipso sui iuris effectis, [o] si quos habet legitimos, applicetur: [p] vt tamen pater ab eis alatur: quibus non extantibus, fisco defertur. [q]

---

a *Affectato.* cum forte potuit scire, & noluit.

b *Comperto.* parcitur alicui propter ignorantiam, vel cum scire uit, si se offerat aliàs purget. sic. ff. depo. l. iij. & ff. de ædil. edic. l. quis sit fugitiuus. §. idem Celsus ait si seruus. arg. contra. ff. de his qui no. infa. l. quid ergo. in princip. Nam ibi patre nesciente, sed postea ratum habente filius duxit vxorem intra tempus luctus: & tamen non notatur pater infamia. Similiter est arg. contra in vsucapione, vbi bona fides sufficit ab initio: & si postea superuenit scientia rei alienæ. nõ enim vsucapio interrumpitur, nec ideo minus vsucaptor facit fructus suos vt. ff. de vsucap. l. qui scit. §. fin. & j. de vsucap. transfor. l. vnica. Sed arg. contra. prędictis vbi superueniens scientia nocet, sicut & in nostra lege in petitione hæreditatis: vt. ff. de peti. hære. l. sed & si lege. §. consuluit. Item & in vsucaptore partus, incipiẽte cognoscere quòd mater sit furtiua, interrumpitur vsucapio: vt ff. pro suo. l. penulti. in princip.

c *Procrastinatione.* sic in decre. j. q. j. constat.

*Fratris.* ] CASVS. In. l. ista dicitur quòd quis non potest eam ducere in vxorem quæ fuit vxor fratris sui. Item si aliquis habuit vnam sororẽ, non potest aliam ducere prima mortua. Viuianus.

d *Fratris.* facit instit. e. §. affinitatis. &. j. eo. l. penult. & fina.

*Si quis.* ] CASVS. Aliquis contraxit incestas nuptias, non amittit bona dum vixit: sed filij illegitimi erunt: nec pater eis aliqua dare debet: nec in testamento, nec inter viuos, nec per se, nec p interpositas personas. & dos si qua constituta est, confiscabitur: & si contrahens incestas nupt. testamentum faceret, non potest relinquere extraneis: filiis tamen quos suscepit ex primo matrimonio, potest relinquere, & nepotibus, & pronepotibus, patri & matri, & auo & auiæ, fratri & sorori: si tamen aliquis eorum consilium dederit vt contrahatur tale matrimonium, non habebit aliquid de hæreditate, sed ille qui est in secundo gradu. Viuianus.

e *Vetitique.* propter incestum. & sic specialiter de incestis tantum. Et dicitur cestus, id est cingulũ Veneris. vnde incestus, id est effrenata libido. Vel dic vetiti generaliter: vt ad secundam partem rubricæ referatur.

*Cestus. incestus.*

f *Habere credatur.* vt in authen. qui. mo. na. effi. sui. §. fin. colla. vij. sed per decre. Alex. permittitur quòd sint legitimi eo casu quò permittitur stare matrimonium: vt extra qui fil. sint legi. c. ex tenore. &. ff. de rit. nup. l. qui in prouincia. §. j.

g *Testandi.* imponitur ergo necessitas in personas certas testari. sic &. j. de secun. nupt. l. iij. §. fin. &. ẽ. de sacrosan. eccle. authent. si qua.

h *Gradu.* nisi sit alius in eodem gradu cum eo qui excluditur: & est ad. l. istum. xxxv. q. vij. quidam. &. j. de mulie. quæ ser. propriis. l. j. & infrà de secũ. nupt. l. hac edictali. & ff. de ritu nupt. l. semper. Itẽ intellige hanc. l. secundum ea quæ notauimus. ẽ. li qui contra. id est quando sciuerunt. Item sunt & aliæ pœnæ quas patiũtur prædicti. vnde vide authent. incestas. quæ est ex titu. de incest. nupt. colla. ij.

*Incestas.* ] CASVS. Lex codicis dicit quòd qui incestas contrahit nuptias, retinet bona. Authen. corrigit, dicens quòd bona illius confiscantur, si nõ habet filios: alioquin substãtia eius deuoluitur ad filios, & pater debet ali à filiis: & si miles est qui tale cõtrahit matrimonium, amittit cingulũ, & mittetur in exilium: si vilis est, verberabitur.

*Nuptiæ sunt variis ex causis vetitæ.*

i *Incestas.* Et hanc & sequen. authent. intellexerunt quidam tantum de vetitis iure sanguinis. secus si aliàs sint vetitæ: vt cum ancilla alicuius, quod est vetitum: vt. ẽ. eod. l. cum ancillis. vnde eius filium dicunt naturalem: quod non placet: immo large hanc & proximam authen. accipe, quocunque modo sint inutiles, argu. in corpore huius authen. &. ẽ. eod. l. qui contra. &. l. si quis incesti. proprie autem qualiter accipiatur, not. ẽ. eod. in rubrica.

k *Confiscatio.* scilicet si non habet filios legitimos: vt. j. proxi. Sed videtur quòd etiã alij excludunt fiscum: vt in authen. vt nulli iudi. §. fin. colla. ix. Solu. illa hanc corrigit: vel aliter vt plene dices. j. de bo. dam. authen. bona.

l *Cinguli.* id est dignitatis.

m *Scienter.* secus si ignoranter. & idem in mare: sed non ita ad plenum: vt plene dixi. ẽ. eod. l. qui contra legum.

n *Substantia sic amissa.* Redit ad primũ casum qñ vir delinquit.

o *Effectis.* ipso iure, vel hoc ipso quòd pater supplicio deditus est. Ad hanc expositionem pertinet quod dicitur in corpore, Paternam mox illi accipiant successionem &c.

p *Applicetur.* scilicet substantia.

q *Defertur.* ipso iure.

*En complexu.*

BIU Cujas

EX complexu.] CASVS. Auth. incestas, dicit quòd substantia patris defertur filiis. Authen. hæc addit dicens, quòd filiis natis de incestuoso matrimonio non est danda patris substantia, nec ab eo ali debent. Viuianus.

a *Nefario.* large accipe, licet impropric: vt. ff. proxi. auth. dixi.

b *Nec naturales.* quales sunt ex cõcubina nati, qui sunt naturales tãtum: & legitimi tãtum, vt adoptiui: legitimi & naturales, vt ex vxore. nec legitimi nec naturales: vt institu. de quibus hic dicitur.

*Filii sunt multiplices.*

c *Indigni.* & materne: quod est verũ quando coitus per legẽ poterat accusari. aliàs nõ: vt si ex meretrice: quo casu matri non patri succedit: vt institu. de suc. cog. §. vulgo. & ff. de in ius vo. l. quique. in fi. & l. quia. Sed quid si non obstante hac. l. concessit imperator talem fieri legitimũ? Respond. potest vt argu. ff. de testa. authen. hoc inter. cum nullus ei legem imponere potuerit: vt. ff. de arbi. l. nam magistratus.

HVmilem.] CASVS. Senator vel filius senatoris prohibetur contrahere nuptias cum humili persona: vt puta cum ancilla, aut eius filia: cum scenica, aut eius filia: aut cum illa quæ lenocinium exercet. Viuian.

d *Humilem.* quia inhibitum erat senatoribus contrahere nuptias cum humilioribus fœminis: vt. ff. de ritu nup. l. lege Papia. Quæ sunt intelligendæ humiles, hæc lex dicit: quæ innouatur per authen. vt liber. decæ. §. si quis autem. coll. vj. per quam authen. licet senatoribus ducere libertas, dotalibus instrumẽtis cõfectis. sed per authen. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero legem dudum. col. viij. generaliter permittitur idem de omnibus humilioribus personis.

*Senatores an possint cum fœminis humilioribus cõtrahere.*

e *Præditis.* i. ornatis.

f *Opulentiores.* i. dicere non refert, si sint ingenuæ, an sint diuites pecunia, an sint opulentæ fortuna. i. bona cõuersatione vel bonis moribus. & facit in decretis. xciij. dist. c. legimus.

LIcet.] CASVS. In l. ista dicitur quòd in terra Aegypti erat talis lex, quod si contraxeram matrimoniũ per verba de præsenti cum sorore vna: si ante contractum matrimonium volebam contrahere cum alia sorore, poteram hoc facere. Sed hæc lex hodie est correcta. Viuianus.

g *Antiquarum.* ff. c. l. qui contra. & l. si quis incesti. & est adhibita l. ff. c. l. fratris. & j. l. proxi. & ff. de dona. ante nup. l. cũ in te.

AB incestis.] CASVS. In hac. l. imperator reprobat leges & cõstitutiones quorundam vsurpatorum Romani imperij, qui suis legibus & constitutionibus incestas nuptias contrahi permiserunt. vnde imperator omnes leges & constitutiones tyranni tollit, & præcipit incestas nuptias non contrahi etiam ex auctoritate imperiali rescripti. Viuianus.

h *Ab incestis.* ff. l. proxi. & l. fratris. & j. si nup. ex re. pe. l. ij. xxiij. q. v. incestuosi. Item not. rescriptum permittens illicitum matrimoniũ, nullius esse momenti.

i *Nam.* accipe decernimus, quod est. j.

*DE INTERDICTO matrimo. &c.*

*Dixit qualiter ratione sanguinis matrimonia prohibentur: nunc autẽ qualiter ratione officii.*

SEnatusconsulti.] CASVS. Tutor vel eius filius per senatusconsul. prohibetur contrahere nuptias cũ pupilla sua: nec excusatur prætextu rusticitatis. Viuianus.

k *Senatusconsulti.* cuius nomen nõ habemus, & prohibet matrimoniũ inter tutorem vel eius filiũ, & pupillã: vt hic, & ff. de ritu nupt. l. senatus. & de spon. l. tutor. ADDITIO. Aduertas tamen quòd matrimonium inter istas personas cõtractum, de iure canonico tenet, vt dicit Abbas extra de cogna. leg. super rub.

l *Non oportet.* Nota errorem vel imperitiã non excusare. Et sic est contra. ff. de adulte. l. si adulterium. §. stuprum. & §. nonnunquam. ibi enim videtur quòd iure ciuili error excusat à pœna incestus in totum etiam mares, nedum fœminas. Sed dic speciale hoc casu. Vel hic clam, vnde à iure præsumitur scientia vt ff. de ritu nup. l. si. Item concor. huic. l. ij. de in ius vocan. l. ij. Sed ar. contra. j. de his qui sibi adscri. l. senatus. & l. penulti. & ff. de iurisdict. omnium iudi. l. si quis id. §. doli. & de eden. l. j. §. fin. & ff. titu. j. l. qui contra.

IN AVTHEN. qui. mod. natu. effi. sui. §. fi. colla. vij. consti. j.

*Nefarii, incestuosi, & spurii non succedunt nec aluntur. hoc dicit. in. c. cum haberet. extra de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium, dicitur quòd spurii sunt alendi de æquitate canonica: tamen hoc non puto verum in nefariis, incestuosis, sed in spuriis simpliciter. Baldus.*

EX complexu nefario[a] aut incesto seu damnato liberi nec naturales[b] sunt nominãdi, oĩs paternæ substãtiæ indigni[c] beneficio, vt nec alãtur à patre.

*Pauper si aliàs est dignus, nõ dicitur vilis & abiecta persona: sed illæ personæ dicuntur viles, quæ malis moribus vilescunt. Bald. Vel sic: Paupertas vel diuitiæ non faciunt quem ignobilem vel nobilem esse: sed status, conditio, vel vilitas, & commendatio vitæ. Salycetus.*

VII. Impp. VALENTINIAN. & MARTIANVS AA. Palladio præfecto prætorio.

HVmilem[d] vel abiectã fœminam minimè eam iudicamus intelligi, quæ licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata sit. vnde licere statuimus senatoribus, & quibuscun que amplissimis dignitatibus præditis,[e] ex ingenuis parentibus natas, quanuis pauperes, in matrimoniũ sibi accipere, nullámque inter ingenuas & opulentiores[f] ex diuitiis & opulentiore fortuna esse distantiam. Humiles vero abiectásque personas eas tantummodo mulieres esse censemus, ancillam, ancillæ filiam: libertam, libertæ filiam: scenicam, scenicæ filiam: tabernariam, tabernarij vel lenonis aut arenarij filiam: aut eam quæ mercimoniis publicè præfuit. ideoque huiusmodi inhibuisse nuptias senatoribus harum fœminarũ, quas modo enumerauim[g], æquũ est. Dat. Prid. Non. April. Constantinop. Aetio & Asterio Conss.

*Vxorem fratris, & virginem frater superstes non potest ducere in vxorem, non obstante consuetudine Aegypti, vel rescripto principis. hoc dicit cum. l. sequenti quæ incipit, ab incestis.*

VIII. Imp. ZENO. A. Epinico præfecto prætorio.

LIcet quidam Aegyptiorũ idcirco mortuorum fratrum sibi coniuges matrimonio copulauerint, quòd post illorum mortem mansisse virgines dicebantur, arbitrati scilicet quod certis legum conditoribus placuit, cum corpore non conuenerint, nuptias non videri re esse contractas, & huiusmodi connubia tunc temporis celebrata, firmata sunt: tamen præsenti lege sancimus, si quæ huiusmodi nuptiæ contractæ fuerint, eas, earúmque contractores, & ex his progenitos, antiquarum[g] legum tenori subiacere, nec ad exemplũ Aegyptiorum (de quibus supra dictũ est) eas videri fuisse firmas, vel esse firmandas.

*Rescriptum permittens incestuosum matrimonium, est ipso iure nullum. Salycetus.*

IX. Imp. ANASTASIVS A. Seuriano. P. P.

AB incestis[h] nuptiis vniuersi qui nostro reguntur imperio, nouerint temperandum. nam[i] rescripta quoque omnia, vel pragmaticas formas, aut cõstitutiones impias quæ quibusdam personis tyrannidis tempore permiserunt scelesto contubernio matrimonij nomen imponere, vt fratris filiam, vel fororis, vel eam quæ cum fratre quondam nuptiali iure habitauerat, vxorem legitimam turpissimo cõsortio liceret amplecti, aut vt alia huiusmodi committerentur, viribus carere decernimus: ne dissimulatione* culpabili nefanda licentia corroboretur.

*TITVLVS VI.*

DE INTERDICTO MAtrimonio inter pupillam & tutorẽ seu curatorem, filiósque eorum.

*Rusticitas vel imperitia non excusat. Bald. Vel sic: Inter pupillam & tutoris filium prohibitum est matrimoniũ: nec prætextu ignorantiæ excusatur. Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Marino.

SEnatusconsulti[k] auctoritatem, quo inter pupillam & tutoris filium connubium saluberrimè sublatũ est, circunueniri rusticitatis & imperitiæ velamentis non oportet.[l]

*Inter matrem pupillæ, & eius tutorem non est prohibitum matrimonium: & loquitur expressè hic quòd vitricus potest esse tutor priuignæ suæ. Baldus.*

II. Imp. ALEXANDER. A. Byrrho.

BIU Cujas

*Mater pupillæ.*] Mater pupillæ cum tutore filiæ suæ vel filio tutoris nuptias contrahere non prohibetur. a

*Matrimonium rite cõtractum, ex superuenienti casu retractari non debet. hoc dicit. Bald. Vel sic: Socer non prohibetur dari curator nurui: nec cura superueniens dirimit matrimonium legitime contractum inter adultam & filium curatoris. Salyc.*

III. Iidem A. Rogatiano.

CVm proponas, ei quam matrimonio tuo iunctam sug B geris, post liberos susceptos b curatorem patrem tuum datum, quem contendis nec te in potestate habuisse: c cum rite contractum matrimonium ex post facto vitiari nõ potuerit, iustam interpretationẽ metuere non debes, ne liberi quos habetis, non ex iusto matrimonio suscepti videantur. d Vt autem omnis scrupulus e auferatur: insistere pater tuus debet, necnon & vxor tua, vt alius loco eius detur. habebit f enim facultatem repetẽdæ rationis negotiorum gestorum ab eo qui C fuerit substitutus. g

*Appellatione filiorum etiam naturales filii continentur. Bald. Vel sic: Inter filium liberti, & pupillam cuius ipse libertus est tutor, prohibetur matrimonium. Salyc.*

IIII. Imp. PHILIPPVS A. Higinæ.

LIbertinum qui filio suo naturali, quem in seruitutem susceperat, h postea manumisso pupillam suam, eandémque patroni sui filiam in matrimonio collocauit: ad sententiam amplissimi ordinis, qui huiusmodi nuptiis interdicendum putauit, pertinere, dubitari non oportet. i

*Curator adulto suo potest in vxorem filiam suam dare. Baldus.*

V. Imp. PHILIPPVS A. & PHILIPPVS Cæs. Apuleio.

CVratorem adulto suo filiã suam nuptui collocare nõ posse, falso k tibi persuasum est.

*Ista lex determinat spacium temporis quod debet interuenire ad hoc vt filius tutoris vel curatoris possit contrahere matrimonium cum pupilla, vel adulta: quia debet esse lapsum tempus. xxv. annorum, & vtilis anni. Item quòd ratio administrationis sit reddita. Bald. Vel sic: Non reddita ratione, vel etiam reddita non potest filius tutoris matrimonium contrahere cum pupilla donec ipsa. xxv. annos excesserit: nisi pater puellæ hoc disposuerit. Salycetus.*

VI. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. Lucio.

SI patris l tui pupillam nondum reddita tutelæ ratione, vel post redditam nondum exacto quinto & vicesimo anno, necnon vtili anno, vxorẽ duxisti: nec matrimonium cum ea habuisse, nec filium ex huiusmodi coniunctione procreasse videri potes. ℣ Sane si hoc pater puellæ cum decederet, postulauit: & nuptiæ rite contractæ, & filius videtur iure susceptus. m

*Tutor vel curator qui pupillã vel adultam suam sibi vel filio suo collocat matrimonio: ipso facto fit infamis ex dolo suo præsumpto. nam ideo præsumitur contraxisse, vt non reddat rationem administrationis ratione fraudis commissæ. Bald.*

VII. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Paragonio.

SI tutor vel curator pupillã vel adultam quõdam suam sibi vel filio suo nullo diuino impetrato beneficio in matrimonio collocauerit: manet infamia n contra eum, veluti confessum o de tutela: quia huiusmodi coniunctione fraudem administrationis tegere laborauit, & dos data p per condictionem repeti potest.

*Lex pœnalis disponens de tutore & curatore, intelligitur de tutore & curatore vero, & non ficto. Bald. Vel sic: Prohibitio facta de tutore vel curatore, non extenditur ad protutorem siue negociorũ gestorẽ. Salyc.*

VIII. Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. Erythrio. P. P.

SI quis tutoris vel curatoris nomine vsurpato, id est pro D tutore seu curatore negociorúmve gestore res pupillæ administrauerit, eámque sibi, filióve suo copulauerit: tales nuptias stare, & nõ ad exemplũ q tutorum infirmari sancimus: ne ex huiusmodi subtili vel maligno tractatu, matrimonia, seu proles ex his progenita, vel dos super his data vel promissa, aliquam læsionem vel calumniam patiantur.

---

a *Non prohibetur.* nam priuigni sui tutor quis esse potest: vt j. de contrario iudi. tu. l. fi.

*Vtrum pupilla post tutelam possit nubere priuigno sui tutoris.*

*Cum proponas.*] *CASVS.* Contraxi matrimonium cum aliqua muliere ex qua suscepi liberos: ista erat minor. xxv. ann. postea pater meus fuit ei datus curator: nunquid matrimonium dissoluitur? Certe non. sed vt omnis scrupulus cesset, dãdus est ei alius curator. Viuianus.

b *Susceptos.* maxime. nam idem & non susceptis liberis. sic & .ff. de ritu nup. l. qui in prouincia. §. j.

c *Habuisse.* idem esset & si in potestate esset: vt. ff. de ritu nupt. l. non est.

d *Videantur.* quod enim legitime fit &c. vt j. de admini. tuto. l. sancimus. j.

e *Omnis scrupulus.* de iure, & de facto. nã tractu temporis diceretur forte curatorẽ datum ante matrimoniũ. & fac. ff. de reg. iur. l. q̃ dubitatiõis. & ff. c. l. pen. §. ij. &. j. de exc. tut. l. licet. & l. amplissimi.

f *Habebit.* scilicet vxor tua.

g *Substitutus.* etiam à patre tuo.

*Libertinum.*] *CASVS.* Libertus qui fuit tutor filię patroni, prohibetur illam ducere in vxorem finita tutela, & etiam filius eius. Viuianus.

h *Susceperat.* nunc libertus.

i *Non oportet.* Et relegatur: vt .ff. de ritu nupt. l. libertum. ij. in prin. & facit. ẽ. de nupt. l. libertum.

*Curatorem.*] *CASVS.* Ponamus quòd fui tutor aut curator alicuius adulti: nunquid filiam meam isti adulto potero matrimonio copulare? Quidam dicebãt quòd non: sed falso suadebant: quia non timebit pupillus ab vxore & hærede vxoris reposcere rationem.

k *Falso.* quia bene potest fieri vt tutor filiã suã pupillo, & curator adulto copulet: vt hic, &. ff. de ritu nupt. l. libertum. ij. §. tutor &c. Et ratio est, quia non est hic timor ne timeat pupillus ab vxore & hærede tutoris reposcere rationem: quod esset econtra: argu. ff. de ritu nupt. l. si quis officium. in principio. &. §. fina. &. j. l. proxi. &. l. si tutor.

*Si patris.*] *CASVS.* Lex ista continet mentem totius tituli. Et dicit, si fui tutor alicuius puellæ: ipsa non potest mihi nubere vel filio meo antequam reddam ei rationem administrationis tutelæ. Item nec adhuc potest nubere si est intra. xxv. annum, vel intra tempus in quo petitur restitutio.

l *Si patris.* concor. ff. de liberis & postu. l. filius à patre. & de ritu nupt. non est tutor. & .l. penulti. §. de vno. aliàs denuo. & l. non est. & l. sequen. & j. de donatio. inter virum & vxorẽ. l. si ex voluntate. & .ff. de spõsali. l. tutor. &. j. eod. l. proxima.

m *Susceptus.* idé si præcesserunt sponsalia: vt ff. de ritu nupt. l. tutor. vel si impetret à principe: vt. ff. de ritu nupt. l. non solum. §. j.

*Si tutor.*] *CASVS.* Impetraui rescriptum vt possim ducere vxorem adultam cuius fui tutor: an possí, quęritur? Respõ. q̃ sic. Si autem sine rescripto eam duxerim, ero infamis: & dos data repeti potest. Viuianus.

n *Infamia.* ipso iure. Accursius.

o *Confessum.* si confiteatur extra iudicium, non fit infamis, nec fit ei præiudicium: sed si in iure, & ob dolũ, efficitur infamis. sec9 si ob culpam: vt instit. de suspe. tuto. §. suspectus. ij. & .ff. de his qui not. infa. l. quoniam. & .ff. de interro. ac. l. j. §. fi. *Confessio extraiudicialis non infamat.*

p *Dos data.* contra. ẽ. tit. j. l. qui contra. Solu. vt ibi. Ité concor. huic leg. ff. de ritu nupt. l. nõ est liberum. in principio. & .ff. de sponsa. l. tutor. & j. de excusatio. tutorum. l. amplissimi. & j. de donatio. inter virum & vxorem. l. si ex voluntate. & .ff. de donat. inter virum & vxorem. l. cum hic status. §. fina. Item facit contra. ẽ. de condic. ob causam. l. j.

*Si quis.*] *CASVS.* Licet ille qui in veritate fuit tutor, vel ei9 filius, prohibetur contrahere nuptias cum illa cuius fuit tutor: non tamen ille qui gessit negocia pupillæ, aut eius filius.

q *Et non ad exemplũ.* est & alia differentia: quia excipitur de dolo tutoris si pupillus sit locupletior, nõ etiam de dolo procuratoris: vt ff. de doli except. l. apud. §. illa etiam. &. §. sequenti. Sed opponitur, cum hic protutor teneatur vt tutor de his quæ gessit: cur hic diuersum? Item concor. ẽ. si rector prouinciæ. l. j. & .ff. de regu. iur. l. in ambiguis. Item not. quòd licet sit hic eadem æquitas quæ in lege superiori: non tamen idem ius. Argu. contra. ff. ad leg. Aquiliam. l. illud. & de verb. obliga.

BIU Cujas

obliga.l.à Titio. *ADDITIO.* Dicas q̃ nõ est eadem ratio: quia iste protutor non habet tantam potestatem in pupillum, quantam habet verus tutor.

*SI QVACVNque præditus &c.*

*Hic propter officium sicut titulo superiori matrimonium prohibetur. Item hic de nuptiis, supra si rector prouinciæ &c. de sponsalibus dixit.*

*SI quis.* ] CASVS. Rector prouinciæ vel iudex ordinarius alicuius loci voluit habere aliquam in vxorem: & cum ipsa recusaret, sibi & suis parentibus minacem terrorem intulit: qua pœna sit puniendus, quæritur? Respon. q̃ patitur pœnam.x.lib.auri. & priuatur dignitate sua: quam intra biennium recuperare non poterit: & hoc casu mulier poterit eum recusare, & vicarium, si fuerit in eodem delicto. aliàs non.

† *Clos. 1. in ca. insinuãte. de offi. de leg. allegat hãc. l. quòd propter dominum tota familia recusatur tanquam suspecta.*

* *fautorem.*

a *Ipsis.* scilicet mulieribus.

b *Sortis.* id est cõditionis sit mulier subaudi.

c *Non peregerit.* scilicet de iure.

* *aliàs & cum honore abierit.*

d *Attamen.* sic &. ff. de extraor. cri. l. fi. &. s. de epis. & cleri. l. si quis non dicam. Sed argu. cõtra. ff. quod quisque iur. l. j. in fi. solu. vt ibi.

e *Vsurpauerit.* illũ honorem.

f *Biennium.* scilicet continuum.

g *Constituto.* scilicet reuerso.

h *Euitare.* si hic speciale conceditur declinari ordinarius iudex, ergo regulariter prohibetur: vt. ff. ad municip. l. j. & de hoc diximus. s. de iudi. l. apertissimi. circa medium legis.

i *Domus eius.* scilicet mulieris quæ circunuenta est.

k *Vicario.* illius iudicis.

l *Vel similis.* veluti legatus proconsulis.

m *Præfecturam.* scilicet vrbis. & facit. s. de nup. l. etsi contra.

*SI NVPTIAE ex rescripto petãtur.*

*Quæ scilicet aliàs non valerent: vel etiam quæ aliàs valerent.*

*QVidam.* ] CASVS. In. l. ista prohibetipe-

*TITVLVS VII.*

SI QVACVNQVE PRAEditus potestate, vel ad eum pertinentes, ad suppositarũ iurisdictioni suæ adspirare tẽtauerint nuptias.

*Qui, sibi subiectam ratione iurisdictionis per metum vel terrorem nititur vxorem accipere, punitur pœna.x. lib. auri, & perdit officium seu dignitatem sine spe recuperationis: quam si denuo vsurpat, expellitur de prouincia in qua deliquit: & tam mulier, quam alii de domo mulieris ab eius iurisdictione eximuntur in omnibus quæstionibus ciuilibus & criminalibus: & alium iudicẽ sortiuntur. hoc dicit. & est not. tex. Bald.*

VIII. Imppp. GRATIA. VALENTI. & THEODAAA. Theodoro. P. P.

SI quis ordinaria vel qualibet præditus potestate, circa nuptias inuitis ipsis [a] vel parentibus earum contrahendas (siue pupillæ, siue apud patrem virgines, siue viduæ erunt, siue sui iuris viduæ, deniq; cuiuscunque sortis [b]) occasione potestatis vtatur, & minacem feruorem* suum inuitis his quorum vtilitas agitur, exhibere aut exhibuisse detegaẽ: hunc, licet prohibitas nuptias nõ peregerit, [c] attamen [d] pro tali conamine multæ librarum auri decẽ obnoxium statuimus: & cum honorem ambierit, * peractam dignitatem vsurpare prohibemus: tali scilicet pœna, vt si circa honorẽ eum quo male vsus est, vindicandum, nostris statutis parêre noluerit: eam prouinciam in qua sibi vsurpauerit, [e] habitare per iuge biennium [f] non sinatur. ℣ Illo videlicet adiiciendo, vt & ĩ potestate adhuc constituto [g], liceat personę quã huiusmodi ambitu circunuenire tentauerit, confestim contestatione proposita, cũ sua suorúmque domo iurisdictionem eius euitare: [h] curaturis hoc vniuscuiusque ciuitatis defensoribus, & eiusdem iudicis apparitoribus. Et quidem si hæc prauitas ordinarij iudicis erit: vniuersa domus eius [i] ratio, atque omnia vel ciuilia vel criminalia negotia, quandiu idem in administratione fuerit, vicario [k] competant. Sin autem vicarius, vel similis [l] potestatis, vim in huiusmodi matrimonio contrahendo molietur: vicissim ordinarius iudex intercessor existat. Sin autem erunt vtrique suspecti: ad illustrem præfecturam [m] specialiter talium domorum, quandiu ibidem administrauerint, tuitio pertineat.

*TITVLVS VIII.*

SI NVPTIAE EX rescripto petantur.

*Non valet rescriptum obreptitium, vel de illicitis impetratum. Bald. Vel sic: Per rescriptum principis mulier inuita nõ contrahit nuptias: & impetrantis bona publicantur sine spe veniæ: & filii ex tali coniunctione nati, sunt illegitimi: impetranti tamen permittitur vt sponsalia patris consensu celebrata, impleantur: vel data nomine arrarum, reddãtur. Salyc.*

I. Impp. HONORIVS & THEODO. AA. Theodoro præfec. præto.

QVidam [n] vetusti iuris ordine [o] prętermisso, obreptione precũ nuptias quas se intelligunt non mereri, à nobis existimant postulandas, sæpe habere puellæ consensum confingentes. [p] quapropter tale sponsalium genus præsentis legis definitione prohibemus. ℣ Si quis igitur contra hanc definitionẽ nuptias precum subreptione meruerit: amissionem bonorum, & pœnam deportationis subiturum se esse nõ ambigat: & amisso iure matrimonij, quod prohibita vsurpatione meruerit, filios se ex hac coniunctione susceptos, iustos non habiturum, nec vnquam postulatæ indulgentiæ annotationísve indulto efficacem se veniæ effectum meruisse: exceptis his qui parentum sponsionem de nuptiis filiarum implere desiderant, vel sponsalia, hoc est arrarum data nomine, reddi sibi [q] præcepto legum cum statuta pœna deposcunt. Dat. Kal. Februariis Honorio. VIII. & Theodo. III. AA. Conss.

*Idem dicit in effectu, quod lex præcedens. Vel quod in. l. præcedenti dixit in genere, hic dicit in specie. Bald. Vel sic: Rescriptum per quod incestæ nuptiæ cõcedũntur, non est impetrandum: nec impetratum est seruandum. Salyce.*

II. Imp. ZENO A. Basilio præfect. præto.

NEfandissimum scelus fratris sororísve filiæ nuptiarum, quod sacratissimis cõstitutionibus sub grauissimæ pœnæ interminatione dãnatum est, [r] iterato præsentis diuinę sanctionis tenore modis omnib⁹ prohibemus. ℣ Precandi quoq; in posterũ super tali cõiugio (imò potius cõtagio) cunctis licentiã denegamus: [s] vt vnusquisq; cognoscat ĩpetrationẽ quoq; rei cuius est denegata petitio, nec si

rator contrahi prohibitas nuptias, & imponit ei qui cõtrahit, pœnam. Vltra dicit quod filij nati ex eis nuptiis non erunt legitimi. Si tamen quis impetrauerit rescriptum q̃ si cõtraxerit sponsalia cum aliqua prohibita, cui dederit arras, q̃ arræ sibi restituantur hoc casu, valebit rescriptũ. Viuianus.

n *Quidam.* loquitur de his quæ non possunt tenere. vnde qui ĩpetrat, sustinet pœnã quã hic dicit: nisi in casu quẽ excipit. Potest etiam secundo intelligi de illo matrimonio loqui, quod etiam de iure cõmuni tenet. Inẽ tertio potest plane intelligi in præsidem. & s. tit. proxi. Accur.

o *Ordine.* quo cauetur vt cũ nõ prohibitis cõtrahatur secũdum primum: vt instit. de nup. §. j. vel quo cauetur vt liberè contrahãtur matrimonia: vt. s. de inutil. stip. l. j. secũdũ secũdũ casum. vel quo cauetur vt tales nuptiæ, scilicet inter præsidẽ & subiectam, nõ fiant secundum tertium: vt. s. de nup. l. etsi contra.

p *Confingentes.* scilicet cum nõ habeant secũdũ omnes casus, vel etiam habeant secundũ primum & tertium.

q *Reddi sibi.* sub alternatione. hi ergo qui cõsentiente patre nullam pœnã patiuntur. & est sic. s. de interdi. matri. l. si tutor. & de sponsa. l. mulier. & ff. de ritu nupt. l. tutor. &. xxvj. q. ij. ca. nullus. Accur.

NEfandissimum. ] CASVS. Si aliquis impetrat à principe vt possit contrahere nuptias cũ filia sua: non debet concedi alicui tale rescriptũ: & si cõcedat, nõ valet. Accur.

r *Damnatum est. vt. s.* de nupt. l. nemini. & instit. de nup. §. ij. &. §. si aduersus. &. s. de incest. nup. l. fi.

s *Denegamus.* & hoc cum prohibetur iure naturali vel gentium: vt quia ratione sanguinis vel affinitatis: secus vbi de iure ciuili tantum prohibetur, vbi rescriptum tenet vt supra de interdict. matri. l. pe. & facit infra ad Tertul. l. siquis mulier.

DE

## DE SECVNDIS NVPTIIS.

Diuit de primis: sequitur nunc de secundis nuptiis, quæ omnes vlteriores dicuntur: & dic quòd contrahuntur eodem modo: sed multa conceduntur primis, quæ nõ secundo contrahentibus dantur.

Siqua. ] CASVS. Si mulier marito mortuo nubat intra annum luctus, fit infamis: & secundo viro non potest dare in dotem nisi tertiam partẽ bonorum suorũ: nec in testaméto relinquere. Item nec ex testamento alicuius aliquid capere poterit, vel iure legati, vel istitutionis. & ea quæ auferuntur mulieri, dantur hæredibus illius testatoris: & non dantur fisco. Si vero maritus prior aliquid ei reliquerat, auferetur mulieri, & applicabitur proximioribus de cognatione primi viri: vt filio & filiæ. secundo, nepoti mariti. tertio, patri & matri. quarto, auo & auiæ. quinto, fratri & sorori. post illos vocatur fiscus. poterit autem succedere agnatis vsq; ad tertium gradum, siue ex testamento, siue ab intestato: vltra non. & sic habes ex hac.l.v. pœnas quæ imponuntur mulieribus conuolantibus ad secundas nuptias intra annum luctus. Sed hodie secundum canones impune intra annum luctus nubere possunt. Viuia.

a *Festinatione*. Nubendo intra annum à tempore mortis primi viri.

b *Sit infamis*. vt. ff. de his qui not. infa. l. j. nisi à prícipe impetret ante: vt. ff. illo titu. l. solet. vel post: vt. j. ad Tertul. l. siqua. vel nisi decubuerit intra annum, cum vir non est lugendus. nam hæc duo sunt necessaria: vt. ff. de his qui no. infa. l. liberorum. §. j.

c *Vltra tertiam partem*. Minus autẽ quãdoque sic: quia filij eam coartant, quorum vnicuiq; &c. vt. j. eo. tit. l. hac edictali.

d *Testamento*. Nec etiam inter viuos secundum H. ne inueniatur via qua fiat contra legem: vt infra eo. l. hac edictali. in prin. Sed quid si in solidum faciat eum hæredem? si dicas habere totum, contradicit hæc lex. si dicas tertiam: ergo erit pro patre intestata, & pro parte testata: quod esse non debet: vt. ff. de regu. iur. l. vij. Solu. secundum Ioan. in solidum est hæres, sed tenetur restituere venientibus ab intestato, quod vltra tertiam habet: vel fiscus aufert quasi indigno. licet enim acceperit, non tamen fuit capax: vt. ff. de verb. signifi. l. aliud. idem in eo qui necem defuncti non vindicat. hæres enim est, sed aufertur hæreditas ei: vt. ff. de vulg. substi. l. ex facto. §. Iulianus. & ad Trebel. l. cogi. §. hi qui. sic &. ff. de adop. l. si arrogator. Alij dixerunt hic speciale, vt pro parte testatus, & pro parte intestatus quis decedat. sic &. ff. de inoffi. testa. l. circa.

e *Relictorum*. ab alio quàm à primo viro.

f *Causa donationum*. Non idem forte in ea quæ fit inter viuos, arg. ff. de pœ. l. interpretatione.

g *Ab intestato*. quando fuit sola instituta. & dic quocunque gradu sint etiam vsque ad decimum: nisi quando à viro priore fuerunt relicta: vt subiicit, quanquam hæc &c.

h *Suprema*. vel inter viuos: vt infra. l. proxi. Sed tunc dicam vindicari tantum ab hæredibus ex testamento vel ab intestato venientibus.

per subreptionẽ post hãc diem obtinuerit, sibimet profuturã.

## TITVLVS IX.

## DE SECVNDIS nuptiis.

*Mulier nubens secundo viro intra tempus luctus, punitur pœnis hac lege expressis. hoc dicit. Bald.*

1. Imppp. GRATIA. VALENTINIAN. & THEOD. AAA. Eutropio præfecto prætorio.

Siqua mulier neB quaquã luctus religionẽ priori viro nuptiarum festinationea præstiterit: ex iure quidem notissimo sit infamis b; præterea secũdo viro vltra tertiam c partem bonorum in dotem nõ det: neq; ei ex testamento d plus quàm tertiam partem relinquat. Omnium præterea hæreditatum, legatorum, fideicommissorum, suprema voluntate relictorum, e mortis causa f donationũ, sit expers. hæc nanque omnia ab hæredib g, vel cohęredibus, aut ab intestato g succedentibus vindicari iubemus: ne in his in quibus correctionẽ morum induximus, fisci videamur habere rationẽ. ℣ His etiã amittendis, quæ prior maritus ei suprema h voluntate reliquerit: quanquam hæc quę mulieri à priore viro relinquuntur, & per immaturum i matrimonium vacuata esse cœperunt, primo à decem personis edicto prętoris enumeratis k, id est ascendentibus l, & descẽdentibus m, ex latere n autẽ vsq; ad secundũ gradum, scilicet gradib o seruatis o, deinde præsumi p à fisco iubemus. ℣ Eandẽ quoq; mulierem infamem redditam, hæreditates ab intestato q, vel legitimas r, vel honorarias s, non vltra tertium gradũ sinimus vindicare.

IN AVTHENT. DE nupt. §. sinautem tutelam. colla. iiij. constit. j. & secunda pars huius authenticæ habetur collatio. iiij. constitu. vj. de restitu. & ea quæ parit in. xj. mense. §. finali.

*Vidua quæ intra annum luctus parit, & certum est quòd non ex priore viro: patitur omnes pœnas quas patitur nubens intra annum luctus. hoc primo. Item mater, quæ susceptæ liberorum tutelæ, contra sacramentum denuo nubit nõ petito tutore, & ratione non reddita: similiter patitur omnes pœnas quas patitur nubens intra annum luctus. Baldus.*

C Eisdem pœnis t subiicitur etiam ea quæ parit u intra luctus tempus, si modo indubitatum sit sobolem hanc ex defuncto nõ existere. x nam & vsufructu antenuptialis donationis priuatur. y ℣ Itẽ & ea quę susceptæ liberorũ tutelæ, contra quòd non, argu. in authent. constitut. quæ de digni. §. illud. collatio. vj. Item nota quòd eædem pœnæ imponuntur parienti intra tempus luctus: & ei quæ spreto sacramento deserit filiorum tutelam. ADDITIO. Addas quòd pœna quæ imponitur mulieri eo quòd nimis festinanter nubit: de qua in hac. l. & infra. l. proxima. hodie est sublata per dictum apostoli. j. Corinthio. vij. de quo in cap. pen. & fin. extra isto titu. Pœna vero quæ imponitur ideo quia nubit secundo, de qua in. l. fœminæ. & aliis. ll. huius titu. non est sublata. ita dicunt communiter omnes canonistæ in. d. c. pe. & fi. de quo vide omnino Abba. in. d. c. fi. D

Eisdem. ] CASVS. Addit legi authentica, quòd sicut mulier quæ nubit intra annum luctus, quinque pœnis punitur, sic mulier quæ peperit post. x. menses intra annum ex alio quàm ex marito, eisdem pœnis punitur. sic punitur illa quæ susceptæ tutelam filiorum suorum: & iurauit non conuolare ad secundas nuptias quandiu filij essent impuberes: & antequam redderet rationem administrationis, & peteret filiis tutorem: relicto sacramento, secundo nupsit. Viuia.

A i *Immaturum*. id est valde maturum.

k *Enumeratis*. qui sunt cognati: vt in authent. de nupt. §. primæ siquidem. colla. iiij.

l *Ascendentibus*. patre, matre, auo, & auia.

m *Descendentibus*. filio, filia, nepote, nepte.

n *Ex latere*. fratre, sorore, qui omnes in secundo gradu sunt.

o *Seruatis*. vt primo qui sunt in primo gradu admittantur. Sed an primo linea descendens, quàm ascendens? forte sic: vt in authent. de hæred. ab intesta. §. j. colla. ix. Sed an frater & soror, auus & auia admittuntur simul, eo quòd pares sunt in gradu? Puto ℣ sic secundum Azo.

p *Præsumi*. id est capi. Sed quare cum ab extraneo quid datur, non præsumitur à fisco, aliis deficientibus? Respondeo, quia maior est indignatio primi viri si ad secunda vota transeat, quàm alicuius etiam extranei. Item si habet substitutum, an excludat fiscum? Respon. sic, arg. infra de cadu. tol. l. j. §. in primo. &. §. pro secundo.

q *Ab intestato*. multo magis ex testamento: vt. ff. ea. l.

r *Legitimas*. quando sunt suæ, vel agnatæ.

s *Honorarias*. quando emancipatę vel cognatæ. Sed cum hodie statim nubere possit secundum canones: vt in decre. ij. quæstio. iij. Euphemium. aliàs Paulum. an patitur istas pœnas? Respon. quòd non, argu. in authent. constitut. quæ de digni. §. illud. collatio. vj. Item nota quòd eædem pœnæ imponuntur parienti intra tempus luctus: & ei quæ spreto sacramento deserit filiorum tutelam. ADDITIO. Addas quòd pœna quæ imponitur mulieri eo quòd nimis festinanter nubit: de qua in hac. l. & infra. l. proxima. hodie est sublata per dictum apostoli. j. Corinthio. vij. de quo in cap. pen. & fin. extra isto titu. Pœna vero quæ imponitur ideo quia nubit secundo, de qua in. l. fœminæ. & aliis. ll. huius titu. non est sublata. ita dicunt communiter omnes canonistæ in. d. c. pe. & fi. de quo vide omnino Abba. in. d. c. fi.

*Mulier nubens intra tẽp⁹ luctus, an patiatur pœnas legales.*

t *Eisdem pœnis*. quas patitur illa quę intra annum nubit: vt in. j. &. ij. l. huius tit.

u *Parit*. Idem si non pariat, sed stuprum committat: vt in authen. de resti. & ea quæ parit. §. fi. col. vj.

x *Non existere*. quia post decimum mensem sit nata à tempore mortis primi viri.

y *Priuatur*. Sed quid est quod hic dicit, quòd etiam vsumfructum antenuptialis donationis amittit: cum etiam legitimas nuptias contrahendo donationem illam amisit: vt infra eod. l. ij. &. iij. & authen. vxore. & infra si secun. nup. mulier. l. j? Respõ.

habet

BIU Cujas

habet quidem donationem illam, sed aufertur ei vt indignæ: vel si vere nupsit intra tempus luctus, verum est quòd amisit & proprietatem & vsumfructum: vt. j. eo. l. ij. sed postea solam proprietatem: vt. j. eo. l. iij. secundum Hu.

a *Sacramentum.* hodie non iurat: vt in authen. vt sine prohi. matres. coll. vij. Sed an eadem pœna habeat locũ? Quod videtur per d. authẽ. vt sine prohi. secundum Io. Alij dicunt contra, cum propter tria hæc pœna imponitur: vt in corpore vnde hæc sumitur, scilicet de nupt. colla. iiij.

SI qua. ] CASVS. Si mulier intra annum nubat, infamis sit, & amittat quicquid habuit à marito, vel ex testamento, vel per dona. inter viuos. Viuia.

b *Adiicimus.* nam olim forte. x. menses seruabãtur. Vnde pro tam modico tempore non videbatur puniri.

c *Tametsi.* i. quanuis.

d *Decore.* hoc nisi ante decubuerit: vt. ff. de his qui no. infa. l. liberorum. §. j. secundum M. sed ibi non erat lugendus. aliàs non suffi-

† *Glo. 2. ĭ. c. præterea. de æta. & qualita. allegat hãc. l. quòd 2. menses sit modicum tempus.*

cit parere, cum & alia sit ratio, scilicet nequa suspicio &c. vt & in authen. de restit. & ea quę parit. §. fi. coll. vj.

e *Sponsalium.* de quo non dixerat lex præcedens.

f *Amittat.* per sententiam. matrimonium tamen tenet: vt in authẽ. de restitu. cur ergo legitime factũ punitur, vt ar. j. ad. l. Iuliam de adulte. l. Gracchus? Respon. non matrimo-

*Celeritas nimia quãdoque punitur.*

nium, sed nimia festinantia punitur: vt in authen. de nupt. §. primæ siquidem. colla. iiij. & fac. ẽ. ex qui. cau. infa. irr. l. decreto.

FOeminæ. ] CASVS. Superiores leges dicunt qualiter puniatur mulier quæ intra tempus luctus nubit. hæc loquitur qualiter punit illa quæ nubit post annũ dimissa adfectione liberorũ: & dicit q talis mulier quicquid habuerit ex primo marito, siue in testamẽto, siue inter viuos: reseruabit filiis primi matrimonij, nec poterit aliquid alienare: & si quid

† *Ista lex reputatur singularis, secundum Bald. hic.*

alienet, cogetur restituere tantũ de suo proprio remanẽte vsufru. apud eãdem mulierẽ. Item si quis de filiis primi matrimonij decedat: poterit succedere filio. id tamen quod percepit sacramentum, a secundo nubit, non prius tutorem petens, & rationem reddens, & exoluens omne quicquid debet. ℣ Sed hodie vlteriore iure sacramẽtũ ab ea non exigitur, sed contractis nuptiis à tutela repellitur.

*Hic prosequitur materiam. l. i. ẽ. eod. & dicit quòd olim mulier tenebatur lugere virum per menses decem, & intra istud tempus decem mensium non debebat nubere: hodie sunt additi duo menses, & sic annus luctus per duodecim menses est constitutus. Baldus. Vel sic: Tempus luctus intra quod mulier non potest nubere, est annus: intra quem nubens, vltra infamiam perdit omnia lucra nuptialia à primo marito habita. Salycetus.*

II. Iidem AAA. Eutropio præfecto prætorio.

SIqua ex fœminis perdito marito, intra anni spacium alteri festinauerit nubere (paruum enim tempus post decem menses† seruãdum adiicimus, b tametsi c id ipsum exiguum putemus) probrosis inusta notis, honestioris nobilísque personæ decore d & iure priuetur: atque omnia quę de prioris mariti bonis, vel iure spõsalium, e vel iudicio defuncti coniugis cõsecuta fuerat, amittat. f Dat. III. Kalend. Iun. Constãtinop. Eucherio & Syagrio Coss.

*Ista lex est singularis, & hoc dicit: Mulier transiens ad secunda vota, quicquid ex facultatibus primi viri lucrativo titulo consecuta est, tenetur moriens liberis communibus reseruare, vel alteri eorum quem elegit contemplatione meritorum, alienatione in extraneam personam penitus reiecta. hoc dicit primo. Item si aliquis ex filiis primi matrimonii decedit, id quod mater per successionem eius consequitur, fratribus remanentibus similiter reseruare tenetur, alienatione penitus interdicta. Sed si nullus alius filius supersit, mater filio morienti succedit libere, & pleno iure: & de bonis ex tali successione prouenientibus potest liberè disponere & testari. Bal. Vel sic: Mulier transiens ad secũda vota, tenetur reseruare filiis primi matrimonii, vel vni ex eis lucra omnia à primo viro peruenta, etiam si donationem propter nuptias alius dederat ei pro viro. sed hoc hodie non vni tantum potest potest relinquere, sed inter omnes distribuitur. hoc dicit cum authen. sequentibus. Saly.*

III. Iidem AAA. Theodoro præfecto prætorio.

FOeminæ g † quæ susceptis ex priore matrimonio filiis, h ad secundas post tempus luctui statutum i transierint nuptias: quicquid ex facultatibus priorũ maritorum spõsalium k iure, quicquid etiam nuptiarũ l de successione, debet restituere filiis primi matrimonij. Si vero aliqui filij non sunt ex primo matrimonio, quia omnes decesserunt: quicquid iuris percepit ex successione filij, vel filiorum, pleno iure habebit. Not. ex hoc textu ibi, successionem, q̃ illud primum dictum respicit principium huius. l. & vult dicere quod vbi non sunt filij primi matrimonij, ibi nõ sunt pœnæ. concor. §. si verò expectet. j. respon. in authen. de nupt. colla. iiij. & ita notatur hic in glo. ij. huius. l. secundum Bald.

g *Fœminæ.* hucusque de his quæ intra tempus luctus nupserint: nunc quando postea.

h *Filiis.* secus si non haberet filios, cum cesset causa ꝓhibitionis, scilicet amor filiorum: vt in authen. eo. §. si vero expectet. & §. primæ siquidem. coll. iij. & j. in fin.

i *Statutum.* id est annum. nam & si ante, maiorem patitur pœnam: vt. ẽ. l. proxi. & l. j.

k *Sponsalium ime.* id est simplicis donationis, vel ꝓpter nuptias.

l *Nuptiarum.* vt lucrum donationis propter nuptias.

m *Dummodo.* interpositio est.

n *Dignissimos.* quia sunt capaces. Accur.

o *Atque.* pro sed.

p *Redintegrabitur.* scilicet si cõsumptæ sunt, aliàs vindicantur: vt. l. proxima. & l. generaliter. & facit. j. ad Tertul. l. mater. & j. tit. pxi. l. j. & de indi. vi. l. in biguitatem. & ĭ. ad. l. Iul. maie. l. quisquis.

q *Successionem.* scilicet filij: quia mater successit filio.

r *Possessione delata.* causa vtendi & fruendi: vt & ẽ. dixi. Alij vt Azo dicunt in plena proprietate, & idem in viro: vt in authen. neque virum quod ex dote colla. viij. Et nota q̃ ex hac. l. & alia. j. ad Tertul. l. mater. distinguitur, nubat ante mortẽ filij, vel post: vt no. in dicta. l. mater.

Sequitur authen. In donatione &c. & est ex corpore de nup. §. si vero expectet. colla. iiij. quam hic lege. Et nota quòd quidam dicunt, quòd mulier habet plenam proprietatem in talibus, cum posit testari. & secundum eos hæc authen. est necessaria, quæ corrigit, quę solum vsumfructũ eam habere dicit. Sed Bul. dixit tantum vsumfructum eam

BIU Cujas

ctum eam habere, & testatur de alienis ex permissione legis. sic &.§. de sacrosanc. eccle. authen. siqua. Item ad id quod dicit hæc lex, fœminæ. crediderit dirigendum, id est eligendum vnum de filiis: quod corrigitur per authen. lucrum. quæ sequitur. & est de nupt. §. si vero expectet. colla. iiij.

*In donatione.*] CASVS. Authética ista addit ad legem codicis. Nam. l. C. dicebat quòd si mulier conuolat ad secũdas nuptias, perdit donationé propter nuptias, & perdit lucrum cuiuscunq; donationis. Sed hæc authé. addit, & dicit quòd si maritus non dedit donationem propter nuptias mulieri, sed aliquis pro viro dedit, illud lucrum perdit quãtum ad proprietatem, si conuolat ad secundas nuptias.

*Verum.*] CASVS. Hæc authen. corrigit. l. C. Nam. l. C. dicebat. Si mulier conuolãs ad secundas nuptias, post annum dimissa affectione filiorũ lucrata est aliquid ex primo matrimonio, illud lucrum potest diuidere inter liberos primi matrimonij, vel omnibus viriliter, vel cui elegerit. sed hoc hodie est correctum, & vult hæc authen. vt lucrum per ipsam. l. diuidatur inter liberos æqualiter: non autem vult quòd mater habeat licétiam diuidendi. Viuianus.

*Ex testamento.*] CASVS. Lex codicis dicit quòd mulier potest succedere filio suo: sed non dicit qualiter: quod aperit authent. quia succedit ex testaméto sicut quilibet institutus, & ab intestato: & si filius habuit aliqua bona à patre, mulier non habebit nisi vsumfructũ. in aliis quæ habuit filius non à patre, habet mulier plenum ius. hoc tamé ita, si mater nõ inueniatur ingrata erga liberos.

a *Ex testamento.* hæc authen. partim est ex titulo de non eligendo secundò nuben. §. eum igitur. coll. j. partim ex titulo de nupt. §. hinc nos. colla. iiij.

b *Quilibet.* hucusque est ex vtroque.

c *Filii.* quem solum habebat.

d *Nuptias.* hoc ex illo de nõ eligendo. & quod subiicit, sed eorum &c. vsque in fi. est de nupt. sed ad hoc quod dicit succedere ab intestato simpliciter, est contra proximã authen. sed & si quis. vbi aliter succedit. Sed dic, ibi circa donationem ante nuptias, hic circa alia. quod non placet, cum & hic de illa donatione dicat, vt hic in fine. Alij quòd ibi fuit ab extraneo facta donatio, hic à viro. Vel verius: illa in donatione, & quando appositum fuit pactum: hic generaliter, & quando nullum pactum fuit factum de lucrando.

e *Residuis.* scilicet à viro habitis: vt nubens secundo amittat ius



supererunt ex priore susceptis matrimonio filiis relinquat: nec super istiusmodi facultatibus testandi in quamlibet extraneam personam, vel quicquam alienandi habeat potestatem. Quòd si nullam ex priore matrimonio habuerit successionem, vel natus natíve decesserint: omne quod quoquo modo perceperit, pleno proprietatis iure obtineat, atque in his nanciscendi dominij, & testandi circa quem voluerit, liberam habeat facultatem. Dat. VI. Kalend. Iun. Cõstantinopo. Antonio & Syagrio Conss.

IN AVTHEN. de nup. §. si vero expectet. colla. iiij. constitu. j.

*Ista authen. se habet ad. l. C. hoc modo: Dictum erat in. l. codicis quòd si interuenit pactum de donatione propter nuptias lucranda liberis existentibus, vel simpliciter, quòd mater lucratur præmortuo viro in matrimonio: tamen si postea transit ad secunda vota, tale lucrum debet reseruari filiis primi matrimonii: & ipsa dum viuit, habet duntaxat potestatem ad vtendum & fruendum: tamen text. in. l. C. non declarauerat vtrum ista potestas sit dominium, an vsusfructus: & quidam dicebant quòd erat dominium ad vtendum & fruendum. Alii dicebant quòd erat vsusfructus formalis. modo ista authen. decidit quòd dominium ipso facto est perditum: quia deserit ipsam proprietas. ergo remanet ipsa simplex vsufructuaria formalis. Baldus.*

IN donatione propter nuptias, etiam si alius pro viro dederit, deserit eam proprietas.

IN AVTHEN. colla. consti. &.§. quibus supra. versi. venient autem talia.

*Hæc authent. continuatur ad. l. C. ita: Dictum erat ibi quòd mater transiens ad secunda vota poterat testari inter liberos, & disponere, & alterum ipsorum pro qualitate meritorum eligere: sed ista authent. determinat quòd legis dispositio ipso iure distribuit inter liberos talia lucra: & ipsa mater potestatem distribuendi non habet. & idem in patre lucrante. quòd si transeat ad secunda vota, dos ab eo lucrata æqualiter pertinet ad liberos superstites: & pater non habet aliter distribuendi arbitrium. Baldus.*

LVerum hoc æqualiter inter liberos lege distribuitur, non arbitrio parentis permittitur.

IN AVTHEN. de nupt. §. hinc nos. collat. iiij. constitu. j. & de non eli. secun. nuben. §. cum igitur. collatio. j. constitu. ij.

*Ista est bona auth. & diuiditur in duas partes. Prima loquitur qualiter mulier quæ transit ad secunda vota, succedit liberis communibus ex testamento. Secunda qualiter ab intestato. secunda ibi, ab intestato quoque. Secunda subdiuiditur in duas partes: quia prima loquitur qualiter succedat ab intestato in bonis primi viri. Secunda qualiter succedat ab intestato in bonis aliunde quæsitis. Baldus.*

EX testamento [a] quidẽ succedit mater liberis suis quę conuolauit ad secundas nuptias, sicut institutus quilibet. [b] Ab intestato quoque vocatur, siue ante mortem filij [c] siue postea secũdas ineat nuptias. [d] sed ab intestato eorum solum vsumfructum percipit, quæ ex paterna substantia ad filiũ peruenerunt. quantum vero ad antenuptialem donationem pertinet, erit similiter vt in residuis, [e] omnino ingratitudine, & hoc contra matrem fratréque inspecta.

IN AVTHEN. de non eli. §. hoc autem. colla. j. constit. ij. & de nupt. colla. iiij. constit. j. §. quoniam infirmas.

*Quod debuit lucrari vir vel vxor in casu non existentium liberorum, debet lucrari si ex postfacto res redeat ad eum casum. Vel sic: Quod iuris est de toto quo ad totum, sic de parte quo ad partem. Ia. But.*

SEd & si quis [f] [*secundum Bald.* proprietatis: vt in authen. de nupt. §. si vero expectet. colla. iiij.

*Sed & si quis.*] CASVS. Lex codicis dicit quòd quicquid percepit mulier ex primo matrimonio quocunque tempore, compelletur reseruare filiis primi matrimonij. hoc autem in donatione propter nupt. distinguit: aut pacta est mulier de lucranda donatione, aut non. Si non, restituet eam filiis. Si vero sic, non semper restituet: quia pone quòd sit pacta de lucranda tertia parte donationis si maritus decederet sine liberis: si liberis existentibus, pacta est de lucranda donatione tota. mortuus est maritus existẽtibus liberis, & ita extitit conditio. habet ergo mulier totam donationem pleno iure secundum pactum. cõuolat ad secundum matrimonium, & ita amittit proprietatem. si aliquis ex filiis primi matrimonij sine filiis decederet, mulier succederet ei in tertiam partem eius partis quæ cõtingebat filium ex donatione, aliæ duæ partes dantur hæredibus defuncti: & si mulier aliquid de rebus illis alienauerit, pro tertia parte confirmatur alienatio. sed si esset filio suo hæres in totum, confirmaretur alienatio in totum. Vel pone casum vt in glos. sequen.

f *Sed & si quis.* hæc est de non eligendo. §. hoc autem. & etiam de nupt. §. quoniam infirmas. Et dic casum. Pactum fuit vt si vir prædecederet, vxor lucrifaceret tertiam partem donationis propter nuptias, liberis scilicet non extãtibus: & idem de viro dictũ est. postea forte tribus relictis liberis decessit maritus: & postea decessit vnus ex liberis. sicut haberet totam tertiam partem si omnes decederent, sic debet lucrari tertiam partem portionis contingentis decedentem. Quam lecturam quidam improbant: quia liberis existentibus deficit conditio, nec potest amodo lucrari mater: sed tu approba vt in nouellis titu. de muliere quæ post mortem mari. l. nullam post hanc. & de his quæ ad secun. nupt. l. nulla licentia. Et dic quantum acquiritur, id est acquiri posset ex pacto &c. & ad dictam opinionem respondet: quia si omnes decederent, perinde haberetur ac si à principio nullus natus fuisset. quod ergo est de toto quo ad totum, idem de parte quo ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vindi. Negari tamen non potest quin hæc authentica contra ius commune dicat. Alij exigunt hic addi, quòd pactum fuit de lucrando aliquid in casu existentium liberorum, puta totam donationem quam amisit nubendo. sic & ponitur in nouellis in titulo de muliere quæ post mortem mariti. l. nullam post hanc. Contra quod est. ff. de verborum obli-

*Casum ponit multipliciter.*

ga. l. si ita quis stipulatur. & ff. iudica. solu. l. conquerebatur. si enim committitur pactum in vno casu, non debet postea committi in alio. Ad quod dicas, quòd duo fuere pacta. vel aliter, primo casu committitur ex vi pacti, secundo ex vi legis magis quàm ex vi pacti. Tertij ponunt, quòd pacta est lucrari tertiam partem in casu non existentium liberorum, in casu existentium liberorum nihil, sed totum dictum est permanere penes filios. Cui opponitur, quòd male diceret redire dominium, cum nunquâ fuerit penes eam: & eodem modo primæ positioni opponitur. Sed dic quòd fuit saltem constante matrimonio, & amisit eo soluto. Item & per hoc tollitur alia quæstio, si fuit pactum de tertia lucranda in casu liberorum existentium, & de tota in casu non existentium liberorum, & extiterunt. & sic tertiam lucratur, quam nubendo postea amittit. & tunc si decedant omnes, totam lucratur. sic ergo post plus redit, quàm primo habebat. male ergo ponitur, redit. Sed dic habito respectu, vt dixi, quando matrimonium durabat. Item quid si simpliciter pepigit de lucrando? Respon. in vtrunque casum videtur pepigisse. Item quid econtra si plus pepigit in casum existentium, puta totum: & minus in casum non existentium, puta tertiam? Dic si amisit nubendo, quòd recuperare poterit ex secundo pacto secundum formam eius, licet sit minus quàm id quod ex primo. sic ergo hæc sunt paria, ab initio nullos filios extare, & ex postfacto deficere omnes: vt in authent. vnde hæc sumitur. & idem si vnus decedat: vt quod iuris est in toto quo ad totum, idem seruetur in parte quo ad partem: vt in authent. de nupt. §. quoniam infirmas. colla. iiij. quod est mirabile & voluntarium, & non nitens ratione, cum adhuc aliqui sint de liberis.

ex his [a] præmoriatur absque progenie: redit ad matrem [b] dominium quantum acquiritur ex pacto non existentium liberorum: residuum autem cõceditur quibuslibet [c] defuncti hæredibus. [d] ¶ Si quid ergo ex his alienauerit: [e] pro suprascripta portione confirmatur alienatio. quare si sola hæres extiterit: [f] in solidum ad ipsam redit, [g] vel alienationem sequitur.

*Ex quocunque coniugio suscepti filii, à suis parentibus collatas sponsalitias largitates sibi vindicant præcipuas. Bald. Vel sic: Sicut mulier quæ transit ad secunda vota, tenetur reseruare liberis illius matrimonii sponsalitiam largitatem, quam vir primus ei contulit: ita mulier quæ transit ad secunda vota, sponsalitiam largitatem ex donatione secundi viri ad eam deuolutam tenetur filiis secundi viri reseruare: siue ad tertium matrimonium transeat, siue non. Sed alia bona simpliciter materna ipsa mulier decedens transmittit ad liberos disponendo de eis prout vult. Ab intestato vero omnes filii tam primi quàm secundi matrimonii succedunt pro numero liberorum. Bald.*

IIII. Impp. HONORIVS & THEOD. AA. Marino præfecto prætorio.

CVm aliis [h] sanctionibus [i] iusserimus materna bona integra ad liberos peruenire: quod tamen mulier mariti largitate [k] percepit, id ex eo tantum liberi coniugio procreati, sibi speciale tanquam paternum nouerint patrimoniũ vindicandum. ¶ Itaque [l] si habens [m] filios ad secundas nuptias fortasse transierit: sponsalitiam largitatem, quam vir secundus contulit in vxorem, tantummodo filij qui ex secundo matrimonio susceptisunt, pro soliditate possideant, nec prosit [n] liberis ex priore susceptis matrimonio, quòd mulier ad tertia minime vota migrauerit. ¶ Quòd si posterior vir sine liberis ex eodem matrimonio susceptis decesserit: quicquid ab eo ex sponsalium largitate vxor fuerit cõsecuta, id sibi [o] iuriq́ue suo sciat esse collatum, etiam si ex priore matrimonio donator filios reliquisse doceatur. ¶ Ad maternas [p] sanè veniens vel ex hoc vel ex quolibet alio titulo facultates omnis posteritas, ex quocunque susceptaviro [q], pro debita sibi portione vt à matre, [r] vel spontanea largitate, vel per testamentum eius fuerit collata, [s] possideat. ¶ Nos enim hac lege id præcipue custodiendum esse decernimus, [t] † vt ex quocunque coniugio suscepti [u] filij, patrum suorum sponsalitias retineant facultates.

*Sicut mater transiens ad secunda vota, lucra prioris matrimonii tenetur reseruare filiis eiusdem matrimonii: ita vir transiens ad secunda vota tenetur reseruare filiis eiusdem matrimonii lucra dotis: alienandi facultate penitus interdicta, administratione tamen permissa patri dum viuit, & etiam potestate eligendi, ac etiam diuidendi. hoc dicit vsque ad. §. in his autem. Baldus.*

a *Ex his.* scilicet filiis ex primo matrimonio natis.
b *Redit ad matrem.* quod habuerat tempore matrimonij in donatione, secundum primum & tertium casum: & quod amisit per solutionem matrimonij. nam vt dos ad vxorem, sic donatio ad virum redit soluto matrimonio: vt. j. de rei vxo. actio. §. illo. nam æquis passibus ambulant. vel secundum alium casum dic, redit quod amiserat per secundum matrimonium, cum illud habebat ex pacto existentium liberorum.
c *Quibuslibet.* ergo matri, cum ipsa sit hæres. male ergo stat hęc authen. Sed dic quòd alios instituerat, & matri solam legitimam dimiserat. Vel dic speciale in hac donatione, vt non plus debeat habere mater etiam si ei succedat.
d *Hæredibus.* ex testamento, vel ab intestato: vt in corpore.
e *Alienauerit.* mulier.
f *Extiterit.* puta filio instituto.
g *Redit.* cum nihil est alienatum.

*Vm aliis.*] CASVS. Sicut mulier cogitur restituere quicquid habet ex primo matrimonio filiis primi matrimonij: ita debet restitui filiis secundi matrimonij quicquid habet ex secundo matrimonio: quòd si non habeat filios ex secundo matrimonio, habebit pleno iure: & ea poterit relinquere cuicunque voluerit. Viuianus.

h *Cum aliis.* Cum, id est quanuis.
i *Sanctionibus.* quas non habemus. vel dicit de illa. j. de bo. matern. si viua.
k *Largitate.* id est donatione propter nuptias.
l *Itaque.* Nunc dicit in specie quod in genere dixerat. Vel quia sicut est circa primum matrimoniũ, sic & circa secundum.
m *Habens.* scilicet mulier.
n *Nec prosit.* Videbitur prodesse: quia hæc pœna mulieri imponitur, vt non alij relinquere possit: quia secundo contraxit matrimonium, per quod tantùm primis filiis fecit iniuriam, non secundis. Vnde primum cum secundis videbatur admitti, quod non est verum: vt hic dicit, & in authent. de nupt. §. illud. colla. iiij. Sed argu. contra. j. eod. l. si quis prioris. §. talem. vbi etiam filiis primi matrimonij dat de his lucris secundi matrimonij. Sed hic de donatione propter nuptias, & de dote: ibi autem de aliis lucris secundum Bul. vel hic loquitur eum filij secundi matrimonij vtriusque parentis hereditatem adieruntsibi illius tãtum qui lucrifecerat donationẽ vel dotem, & ideo ibi prędicti filij secundi matrimonij habent eam donationem, vel dotẽ simul cum liberis prioris matrimonij secundum Io. Accur.
o *Id sibi.* quasi dicat, mulier libere habet etiam si donator, id est vir secundus ex alia vxore filios habebat.
p *Ad maternas.* legę sic, sane omnis posteritas ex quocunque viro susceptaposideat lucrum, subaudi, veniens ad matrem: veniens dico ex hoc titulo, scilicet donationis propter nuptias, vel ex aliquo alio, scilicet simplicis donationis inter sponsos. Vel sic: Omnis posteritas veniens ad maternas facultates quæ obueniunt matri ex hoc vel ex alio titulo. quod in idem recidit. In aliis autem lucris à donatione propter nuptias, & de dote & sponsalitia largitate loquitur dictus. §. talem. & ibi plene dices.
q *Suscepta viro.* scilicet in primo, vel in tertio secundum quosdam, vt non obstet. §. talem. & caue tibi, quia non sunt filij ex hoc coniugio in quo habuit lucrum, sed ex aliis viris primis, vel posterioribus.
r *Vt à matre.* quasi dicat, ita habebunt sicut mater volet: verbum enim vt, denotat veritatem.
s *Collata.* scilicet portio.
t *Decernimus.* in principio legis.
u *Suscepti filii.* si sunt filij. aliàs omni posteritati, vt hoc. §. in princip. §.

*Generaliter.*] CASVS. Sicut mulier conuolans ad secundum matrimo-

dum matrimonium cogitur reseruare quicquid percepit à primo marito, filiis primi matrimonij: ita vir conuolans ad secundum matrimonium, omnia quæ habuit ex prima vxore, compellitur relinquere filiis primi matrimonij, & filij habẽt dominium illarum rerum: & si mortuo patre res ab aliquo possidentur, filij eas possunt vindicare si extant: & si non extarent res, haberent condictionem sine causa. pater autem dum viuit, possidebit res illas, & in morte relinquet filiis suis sicut vult, nec eas alienat. Itẽ filij primi matrimonij possunt petere ea quę pater vel mater lucrati sunt ex primo matrimonio, siue velint adire hæreditatem patris vel matris prius decedentis, siue non, adire tamen debẽt hęreditatẽ illius qui posterius moritur. Si autẽ vir vel mulier ad matrimonium secundum non conuolat, potest facere de rebus illis ad arbitrium suum, quas habuit ex primo matrimo. si tamen non alienarent, filij post mortem parentum poterunt vindicare. Viuia.

a *Generaliter.* id est siue mulier nubat intra annum, siue post. Item siue mater, siue auia.

b *Quocunque casu.* qđ est quando secundò nubit: vt. ſ. eod. l. fœminæ. & l. proxi. Item & quando non nubit si non alienauit vel consumpsit: vt infra hac. l. in fin.

c *Mulierẽ.* migrãtem ad secundas nuptias.

d *Quæ.* ea subaudi.

e *Donata.* sponsæ simpliciter, quod postea datur in dotem: vt hic, & suprà de dona. ante nupt. l. j. & l. si consentiente.

f *Redigantur.* vt seruentur filiis primi matrimonij viro lucrãte.

g *Vindicabunt.* vt & j. de bonis quæ lib. l. quæcunque. & argu. ſ. de sacrosan. eccle. l. iubemus. ij. & j. de repud. l. consensu. §. fi.

h *Exigent.* condictione ex hac. l. secundum Ioan. vel etiam sine causa. arg. contra. ſ. de condic. sine causa. l. pe.

i *Suo nomine.* bene dixit, suo nomine: quia filij nomine potest, vt sequitur.

k *Vtiliter.* immo & non vtiliter: quia erubescit lex &c. vt authen. de nupt. §. sed qđ sancitum est. colla. iiij.

l *Non denegamus.* immo hodie denegatur: vt supra eod. authent. lucrum.

m *Mortuus est.* & qui donauit, vel dedit in dotem.

n *Moritur.* & qui recepit in dotem.

o *Fauore.* vt ea bona seruentur eis, tanquam primo mortui parentis fuissent.

p *Ad læsionem.* quod vtique fieret, si ipsi nõ possent ea bona habere nisi prius adita hæreditate defuncti parẽtis dantis. fauore enim eorum inductum est, vt liceat eis res quas mater accepit à patre, vt paternas: vel quas pater à matre, vt paternas vindicare. hoc autem ad eorum læsionem posset retorqueri: quia si non adeant hæreditatẽ patris moriẽtis qui dedit: videtur quòd non possint vindicare res suas vt paternas: quod hic remouet. nam hic (vt sic dicam) aditio omissa non efficit quo minus hic admittatur. cui simile dicitur. ff. de contra tab. l. non tantum. §. si emancipatus. & facit ad hoc. ſ. de leg. & constit. l. quod fauore. & de fide instru. l. plures. &. j. de rei vxoriæ actione. §. illo. Qđ autẽ hic dicitur, si vel eius &c. innouat authen. quia hę res lucro cedunt liberis, licet nõ sint hæredes patris vel matris, vel non sint hæredes vtriusque: idem & si neutrius sint, dummodo non sint ingrati circa vtrunque, vel saltem circa posterius decedentem: vnde sequitur authen. hæ res.

q *Hæ res.* Hæc authent. est ex authen. de nupt. §. si vero expectet. & §. quoniam infirmas. & §. soluto. & §. deinceps. colla. iiij.

r *Vtriusque.* nisi ingrati extiterint, si non est in textu: & in authen. de nupt. §. & super his quoque lucris. & §. si quis enim ex his.

s *Quod eis.* ſ. alienare vel cõsumere. & facit j. e. l. hac edictali. §. fin.

t *Liberis liceat.* sed hoc

v. Impp. THEOD. & VALENTINIANVS AA. Florentio præfecto prætorio.

GEneraliter [a] cẽsemus, quocunque casu [b] constitutiones ante hãc legẽ mulierem [c] liberis cõmunibus, morte mariti matrimonio dissoluto quæ [d] de bonis mariti ad eam deuoluta sunt, seruare sanxerunt: iisdem casibus maritum quoque quæ de bonis mulieris ad eum deuoluta sunt, morte mulieris matrimonio dissoluto, cõmunibus liberis seruare. ¶ Nec interest, si alter pro marito donationem ante nuptias, vel pro muliere dotem crediderit offerendam. ¶ Hoc obseruari præcipimus licet res ante nuptias donatæ [e] (vt adsolet fieri) in dotem à muliere redigantur. [f] ¶ Dominium autem rerum quę liberis per huius legis, vel præteritarum constitutionum auctoritatem seruantur, ad liberos pertinere decernimus. ¶ Itaque defuncto eo qui eas liberis seruabat, extantes ab omni possessore liberi vindicabunt, [g] consumptas vero ab hæredibus eius exigent, [h] qui eas seruare debuerant. ¶ Alienandi sanè, vel obligandi suo nomine [i] eas res quæ liberis seruari præceptæ sunt, eis qui reseruaturi sunt, adempta licentia est. ¶ Negotia vero liberorum patri vtiliter [k] administrare concedimus. ¶ Diuidendi quoque res inter eos liberos ipsis parentibus pro suo arbitrio, vel eligendi quem voluerint, licentiam non denegamus. [l]

*Lucra quæ debent reseruari filiis primi matrimonii, pertinent ad eos, siue sint hæredes præmorientis, siue lucrantis. hoc dicit vsque ad. §. illud. Bald. Vel sic: Hæc lucra debentur liberis, si hæreditatem primi parentis non adiuerint: dummodo hæredes existant secundo morientis. hodie vero etiã si neutri eorum existant hæredes, dummodo non fuerint ingrati. hoc dicit cum authent. hæ res. Salycetus.*

In his autem casibus, in quibus res vt paternas mater liberis communibus seruare præcepta est: (hoc est, vbi morte mariti matrimonio dissoluto, mulier ad alias nuptias peruenerit) vel vbi res vt maternas patrem liberis cõmunibus seruare cẽsuimus: (hoc est, vbi morte mulieris matrimonio dissoluto, vir ad alias nuptias venerit) si hæreditatem eius parentis qui prior mortuus est, [m] nõ adierint liberi: licebit eis, tãquam eius tantum res fuerint qui posterior moritur, [n] eas sibimet vindicare, scilicet si eius qui posterior moritur, hæreditatem crediderint adeundam: ne quod fauore [o] liberorum inductum est, quibusdam casibus ad læsionem [p] eorum videatur inuentum.

IN AVTHEN. de nup. §. si vero expectet. &. §. quoniam infirmas. &. §. soluto. colla. iiij. constitu. j.

HAę res [q] lucro cedunt liberis, licet hæredes non sint patris, aut matris, aut vtriusq;, [r] nisi fuerint ingrati, & probetur ingratitudo.

*Finit authentica, sequitur text. Codicis.*

*Qui non transit ad secunda vota, potest lucra libere alienare, & consumere. si vero non alienat, nec consumit, possunt liberi illius matrimonii tanquam reseruata vindicare. Bald.*

Illud etiam humanis sensibus huic legi credidimus inserendum, vt eo quoq; casu quo lucratur vel mulier res quæ ad eam à marito perueniunt, vel maritus eas quæ ex bonis mulieris ad eum transeunt: hoc est vbi primum matrimonium alterius morte dissoluitur, nec superstes ad secundas nuptias peruenit: si res vel maritus, vel vxor, hoc est qui superstes est, non consumpserit, vel alienauerit (quod eis [s] ad secundas nuptias non venientibus, quasi rerum dominis concessum esse non dubium est) liberis [t] liceat res à patre profectas, vt paternas: à matre, vt maternas accipere.

IN AVTHEN. neque virum quod ex dona. §. propterea igitur. coll. viij. constitu. fin.

*Ista authent. dicit quòd lucrum dotis & donationis propter nuptias omnino est reseruandum filiis illius matrimonii, siue matrimonium dissolvatur morte, siue diuortio. Baldus.*

die non potest consumere vel alienare,& sic sequitur alia authē. vxore.quæ & ipsa in aliquo corrigitur: & sic sequitur alia authē. si tamen.quas ambas lege,& non omittas quod dicit.ſ.eod. in authen. sed & si quis.

*Vxore.*] CASVS. Lex.C.dicit quòd mater conuolans ad secūdum matrimonium, nó potest alienare res quas habuit ex primo matrimonio. authent. confirmat hoc modo: quia si maritus aliquid lucratus est ex dote: cogitur seruare filio, siue conuolet ad secundum matrimonium,siue non.& si mulier alidam exē. le quid lucrata est ex dogitur. Idēq; natione propter nusi aliter matrimonium ptias à marito:compelsoluatur. omlitur reseruare filio, simissis his ue conuolet ad secunverbis, sudas nup.siue nō:& prēper iisdem dicta habent locū non lucr.loqui. solum cum matrimohæc ea.connium vxoris vel mariti soluitur,sed etiam in diuortio. Nam quædam est cōstitutio quæ loquitur super his lucris. Viuianus.

† *In quibus*

a *Ex dote.* Nón corrigitur hic lex vetus in aliis rebus nisi in dote & donatione propter nuptias.

b *Omnimodo.*id est siue contraxit secūdum matrimonium,siue nó.

c *Sponsalitia.* i. propter nuptias donatiōe.

d *Aliter.* diuortio.

e *Constitutio.* vt.j. eo. l.quoniam.

*Si tamen.*] CASVS. Authen. hæc continuatur cum superiori lege, & dicit quòd mater quę non conuolat ad secundum matrimonium, potest habere virilem portionē cum filiis suis in donatione propter nuptias: & idem in patre.

f *Si tamē.* Hæc est ex corpore, vt fra. filij.§. quia vero mulieres.col lat.ix.

*Hac edictali.*] CASVS. Superiores leges loquuntur qualiter puniantur mulier & vir secundò nubentes, in rebus quas lucrati sunt ex primo matrimonio, cum conuolant ad secundū matrimonium.mulier nec in vtima volūtate, nec inter viuos potest plus secundo marito dare, vel relinquere, quàm vni ex filiis primi matrimonij. Idem est in auo, & in auia: si vero plus detur secundo marito, vel secundæ vxori: quod plus datum est, non valebit. Item mulier proprietatem eorum quæ lucrata est à primo marito,perdit: vsumfructum tantum retinet in rebus immobilibus.mobiles vero res æstimabuntur, & habebit vsumfruc.si satisdet secundum formam hic positam,alioquin res remanebunt penes filios: & filij satisdabunt matri de tertia parte centesimæ æstimationis soluenda matri quæ constituitur pro rebus quas mater lucrata est,si nec filius, nec mater det fideiuſ.mulier habebit vsumfru. & bona mulieris tacite erunt obligata pro rebus illis:& si nec vir nec mulier conuolet ad secūdas nuptias,alienare poterunt ea quæ habent ex primo matrimonio: sed si non alienant, filij prioris matrimonij mortuis parentibus vindicabunt, licet hæreditatem parentū non adierint.

VXore mortua quod vir ex dote[a] lucratur, filiis communibus omnimodo[b] reseruatur quantum ad proprietatem, vsufructu patri concesso. Idem est ex parte mulieris,si lucretur ex sponsalitia[c] largitate. Item † si aliter[d] matrimonium soluatur,super iisdem lucris loquitur hæc eadem constitutio.[e]

IN AVTHEN. vt fratrum filij.§. quia vero mulieres.colla.ix.constitu.vij.

*Ista authen. dicit quòd mulier quæ non transit ad secunda vota, non solum habet vsumfructum lucratorum ex causa donationis propter nuptias: sed etiam habet vtilem proprietatis partem secundum numerum liberorum. Baldus.*

SI tamen[f] abstineat mater à secundis nuptiis, habebit & ipsa proprietatis portionē pro numero liberorum. Idem in patre obtinet, & in omnibus ascendentibus à secūdis nuptiis abstinentibus.

*Mulier secundo viro, vel vlteriori, vel maritus secundæ vxori, vel vlteriori, nullo liberalitatis titulo,seu nullo lucrandi pacto vel relicto, potest plus conferre quàm vni liberorum prioris matrimonii minus habenti: & quod vltra reliquit, vel donauit, pro non scripto habetur: & quicquid in fraudem huius constitutionis agitur, ipso iure cassatur. hoc dicit vsque ad .§. his illud. Baldus. Vel sic: Coniunx transiens ad secunda vota, non potest vllo titulo in secundum coniugem transferre plus quàm reliquerit vni ex filiis primi matrimonii cui minus reliquerit: & quod vltra reliquerit, non valet: sed inter liberos æqualiter diuiditur. Salycetus.*

VI. Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. Erythrio præfecto prætorio.

HAc edictali[g] lege in perpetuū valitura sancimus, si ex priore matrimonio procreatis liberis pater matérve ad secunda, vel tertia, aut vlterius repetiti matrimonij vota migrauerit: non sit ei licitum nouercæ,vel vitrico,testamento,[h] vel sine scriptura, seu codicillis, hæreditatis iure, siue legati, siue fideicommissi titulo plus relinquere, nec dotis, aut ante nuptias donationis nomine, seu mortis causa habita donatione, conferre, nec inter viuos conscribendis donationibus, (quæ etsi constante matrimonio ciuili iure interdictæ sint, morte tamen donatoris ex certis causis[i] confirmari solent) quàm filio,[k] vel filiæ, si vnus, vel vna extiterit. Quòd si plures liberi fuerint: singulis æquas partes habentibus, minime plūs quàm ad vnumquēque eorum peruenerit, ad eorum liceat vitricū nouercámve transferri. ℣ Sinautem non æquis portionibus ad eosdem liberos memoratæ transierint* facultates: tunc quoque non liceat plus eorum nouercæ,vel vitrico testamento relinquere, vel donare, seu dotis, vel ante nuptias donationis titulo cō ferre, quàm filius vel filia habet, cui minor portio vltima voluntate derelicta,[l] vel data[m] fuerit, aut donata:[n] ita tamen, vt quarta pars quæ eisdem liberis debetur ex legibus, nullo modo minuatur, nisi ex his causis[o] quæ de inofficioso excludunt querelam. ℣ Quam obseruationem in personis etiam aui, vel auiæ,[p] proaui & proauiæ, nepotum vel neptium, item pronepotum & proneptium, siue in potestate, siue emancipati emancipatæve sint, ex paterna, vel materna linea venientibus,custodiri censemus. ℣ Sin vero plus quàm statutum est, aliquid nouercæ vel vitrico relictum, vel donatum,aut datum fuerit: id quod plus relictum,vel donatum,aut datum fuerit, tanquā non scriptum neque derelictum,vel donatum, aut datum sit, ad personas deferri liberorū,[q] & inter eas diuidi[r] iubemus: omni circunscriptione, siqua per inter-

a *Ex dote.* id est generali. Et not. quòd hucusque dixit qualiter puniantur contemptores liberorum in lucris prouenientibus à defuncto coniuge: nūc qualiter in aliis eorum bonis.

b *Omnimodo.* id est generali. Et not. quòd hucusque dixit qualiter puniantur contemptores liberorum in lucris prouenientibus à defuncto coniuge: nūc qualiter in aliis eorum bonis.

c *Sponsalitia.* i. propter nuptias donatiōe.

d *Aliter.* diuortio.

e *Constitutio.* vt.j. eo. l.quoniam.

f *Si tamē.* Hæc est ex corpore, vt fra. filij.§. quia vero mulieres.col lat.ix.

g *Hac edictali.* id est generali. Et not. quòd hucusque dixit qualiter puniantur contemptores liberorum in lucris prouenientibus à defuncto coniuge: nūc qualiter in aliis eorum bonis.

h *Testamento.* scriptura facto.

i *Causis.* quæ sunt ſ. de dona. inter vi. & vxo.l.donationes.j.

k *Quàm filio &c.* Cōtra. ſ. de donatio. ante nupt.l.si liberis. Solue vt ibi.

l *Derelicta.* scilicet vltima voluntate.

m *Data.* inter vivos.

n *Donata.* ob causam, vt dos, & donatio ante nuptias: & inſpicitur hoc tempore mortis binubi: vt in authē. de nupt. §. quia vero hactenus. colla. iiij. & facit.ſ. de inoffic. dotī. l.j.& supra de dona.ante nupt. l. si constante. §.fin.

o *Nisi ex his causis.* hoc à cōpositoribus est additum:nec obst. j. eod. l.cum apertissime.quæ hoc quasi nouum inducit.

p *Aui vel auiæ.* nam auus meus qui nouercam magnam induxit, tantū mihi dabit,quantum illi magnæ nouercæ: quod intellige si & pater meus prædecesserit.

q *Liberorū.* primi matrimonij: sed per. l.j.& l.quoniam.etiam secundi matrimonij: sed tertio iure redit ad illud: vt in authen.posita ibi, ad eos solos &c.

r *Diuidi.* Sed pone quòd mulier quę trāsiuit ad secūda vota,cen tum tantū habet in bonis, & ea dat secundo viro: nunquid totum reuocabunt filij primi matrimonij? Videtur quod sic, cum appellatione pluris & totum comprehendatur.argu. ſ. j. de hære.institu.l.ij.& ff. de verb.signifi.l. cæterorū. sicut & minus diceretur dare quando nil daretur: vt. ff. de tribu.l.illud.§.minus.&. ff. de verb.l.sig.l.minus. Solu.dico quòd reuocant,vt sint æquales cum secundo viro. Item not. quòd hæc lex intelligitur quando fecit pactum cum secundo viro de lucrando,aliās nó habet locū quod hic dicitur: vt diximus.ſ.si aduer.dotem.l.j. Item loquitur hęc lex siue non habeat alia bona nisi ea quę dat secundo viro, siue habeat: vt in authen. de nupt.§.illud.colla.iiij.



BIU Cujas

positam personam, vel alio [a] quocunque modo fuerit excogitata, cessante.

*Mater transiens ad secunda vota, donec viuit, rerum mobilium lucratarum percipit commoda, alienatione penitus interdicta. Immobilium vero præstita satisdatione, & facta æstimatione, vsumfructu habet. Si autem non vult vel non potest satisdare: facultas satisdandi conuertitur ad filios, qui debent satisdare matri pro vsufructu æstimationis medii temporis: qua satisdatione præstita, filii possunt libere res alienare. neutro vero satisdante propter impotentiam, vel dissimulationem, res remanent apud matrẽ donec viuit: pro quarum restitutione sunt tacite obligata bona matris præsentia & futura: & ipsa mater posterioribus præfertur creditoribus: & hoc si transit ad secunda vota. Si autem liberorum affectione, vel castitate seruata non migrauit ad secunda vota, remanet domina pleno iure: & habet alienandi potestatem: tamen si non alienat, licebit liberis extantia vindicare. Bald. Vel sic: Si mulier transit ad secunda vota, proprietas rerum à primo viro prouentarum in liberos primi matrimonii transfertur: & ipsa vsufructuaria efficitur, quæ pro mobilibus tenetur satisdare forma hic scripta: & ea non satisdante, possessio trãsfertur in filios satisdantes: & neutro satisdante, possessio remanet penes matrem: omnibus liberis morientibus, proprietas redit ad matrem. Salycetus.*

His [b] illud adiungimus, vt mulier in his casibus, * in quibus ante nuptias donationes, cęteras etiã res à marito ad se deuolutas, secundum priorum legum statuta [c] liberis communibus, vt paternas, seruare compellitur: hoc est vbi morte mariti matrimonio dissoluto ad alias nuptias venerit, immobiliũ rerum & mãcipiorum, [d] annonarum quoque ciuilium [e] vsufructu duntaxat vitæ suæ temporib⁹ potiatur, alienatione earum penitus interdicta. ℣ Mobilium vero rerũ, iustis preciis æstimatiõe habita per eos quos vtraq; pars elegerit arbitros iudicaturos interposito† sacramẽto, [f] simili modo vsumfructum habeat, si idoneam fideiusionem [g] præbuerit, quòd easdem res mobiles, vel earum precium filiis & filiabus ex eodẽ matrimonio procreatis, vel post mortem eorum nepotibus & neptibus ex iisdem liberis procreatis, siue omnibus, siue vno vnáve superstite mori contigerit: [h] secundum legũ modum [i] restituat. vel certe si fideiusiones idoneas præstare distulerit, aut nequiuerit: prædictæ res mobiles nondum matri à liberis traditæ, apud eosdem manebunt.

Solutæ verò eidẽ matri, vel ab eadem detentæ restituentur liberis, si tamen ab his fideiusio idonea matri fuerit oblata, qua caueri debet, † quòd eidem superstiti [k] pro vsufructu earundem rerũ mobiliũ, vel precio quo taxatę sunt, vsurarũ nomine centesimæ partem tertiã annuis quibuscunq; tẽporibus p̃stare non differant: ita tamen, vt in eadẽ fideiusione hoc quoq; caueatur, quòd à filiis filiabúsve, vel ex his progenitis liberis (si ante eãdem matrem omnes cos obire cõtigerit) omnes res [l] prædictæ mobiles secũdum legum moderationẽ matri, vt ad eandẽ luctuosum lucrũ redeat, restituantur. [m] ℣ Erit itaq; licitum vtrilibet [n] parti, quæ fideiusionem præbuerit, si sibi cõmodũ esse perspexerit, his reb⁹ mobilibus vti frui, easdemq; da re [o] mutuo, [p] vel obligare, vel vẽdere, vt ex his maxime [q] liberi acquirentes possint materno affectui [r] sine suo incommodo deseruire. ℣ Sin autẽ vtraq; pars prędictã fideiusionem dissimulauerit, aut forte auferre nequiuerit: eadẽ res apud mulierẽ vsque in diẽ vitæ suæ manebũt. [s]

IN AVTHEN. de non eligẽ. §. aliud. coll. j. constit. ij. & in authen. de nup. §. & quia parum. colla. iiij. constit. j.

*Hæc authen. vult quòd si maritus aurũ, vel pecuniam certam promisit ex causa donationis propter nuptias, & nõ soluit: quòd si in substantia viri non reperiatur quantitas auri vel argenti promissa, quòd mulier volens illam exigere: quia ex pacto est lucrata, non possit illam exigere ab hæredibus: ne compellantur substantiam vendere: sed teneantur hæredes cautionem vsurarum præstare: secus si quantitas illa est reperta in hærede. Salycetus.*

SEd si aurum fuerit in donatione propter nuptias [t] scriptum: cautio vsurarum exponitur, non autem aurũ exigitur: [u] nisi forte viri substantia habeat aurum, & cætera quæ scripta fuere.

*Finit authentica, sequitur textus Codicis.*

*Bona matris ad secunda vota transeuntis sunt obligata filiis pro rebus ab eorũ patre ad matrem peruentis à die qua res illæ ad matrẽ peruenerunt: & ideo si illas alienet, filii vindicare poterunt vt pauciores. Salycetus.*

Omnibus videlicet iisdem maritalibus [x] facultatibus, [y] his etiam [z] quas habet habituráve

a *Alio quocunque.* cum fingat se vendere cum donet.
b *His.* s. supradictis.
c *Statuta.* vt. s. e. l. fœminæ. & l. cum aliis. & l. generaliter.
d *Mancipiorum.* quando censentur immobilia: vt. ff. de diuer. & tẽpo. præscrip. l. longe.
e *Ciuilium.* quæ de publico dantur annuatim: vt in authen. de nõ alie. §. ij. colla. ij. & j. de anno. ciui. lib. xj. Item not. quòd hic loquitur de morte soluto matrimonio. nam secus si per diuortium: quia tunc aliam pœnã patitur: vt. j. de repud. & diuor. l. consensu. §. hæc nisi. & §. si vero.
f *Sacramento.* à partibus, non ab arbitro, secundum H. ne obstet authent. decernit ius. s. de recept. arbi. Vel dic etiam ab arbitro: quia nõ est vere arbiter, sed arbitrator.
g *Fideiusionem.* quã nõ præstaret pater pro bonis maternis: vt. j. de bo. quæ lib. cum oportet. §. non autem hypothecam. & l. fin. §. illo proculdubio. vel forte aliud est in casu isto, & in patre. Item non aliter facit fructꝰ suos: vt. ff. de vsufruc. lega. l. vxori. j.
h *Contigerit.* scilicet matrem.
i *Legum modum.* vt ipsæ si extant, etiam deterioratio æstimetur.
k *Superstiti.* id est dũ viuit.
l *Omnes res.* Item si vnus de pluribus decedat, habet locum pactum appositum in casu non existentium filiorum: vt in authen. e. §. sed si quidem nobis pridem. secundum Io. vt scilicet tanto minus nunc restituat. Ali qui libri habent finem istius glo. sic vt in authen. eo. §. & sancimus. Sed hoc quidem nobis prodest secundum Io. vt scilicet tanto minus non restituat.
m *Restituantur.* condictione ex lege, vel rei vindicatione si extant: vel ex stipulatione, quę interponitur. sic ergo est aliquis solicitus de hæreditate viuẽtis. Sed arg. contra. ff. de vulg. substi. l. ij. §. interdum. sed ideo est hoc, quia ab ea processerunt, & quodammodo, scilicet per vsumfructum adhuc sunt suæ.
n *Vtrilibet.* primo matri: postea filiis.
o *Dare.* cui vult.
p *Mutuo.* id est pro mutuo.
q *Maxime.* quia ipsi habent dominiũ: & mater posset idem facere, si satisdedisset, cum ad precium teneatur.
r *Affectui.* scilicet in vsuris prædictis.
s *Manebunt.* Sed quid si ambo sint parati satisdare, sicut & aliàs: vt j. de test. ma. l. fin? Respon. potest dici meliorem conditionem possidentis: vel melius, mater præfertur, quæ fructuaria est. argu. pro hoc est quod hic in contrario casu statuitur. Sed arg. contra. ff. vsufructua. quẽadmodum ca. l. si vsusfructus nomine. & facit in authen. de nupt. §. sinautem intestatus. pe. col. colla. iiij.

*Sed si aurum.* ] CASVS. Lex codicis dicebat quòd in omnibus rebus mobilibus si mulier volebat dare fideiussores de rebus restituendis filiis cum moreretur, poterat illis reb⁹ vti & frui. Hæc authent. corrigit l. codicis in aliquo: & dicit quòd si mulier acceperit centum in donationem propter nuptias in auro, & præmortuo marito ea c. lucrata sit: si ad secundas nuptias postea conuolauerit, dicta centum à filiis primi matrimonij etiam datis fideiussoribus non exiget, sed filij præstabunt cautionem de præstanda tertia parte centesimæ illius anni.
t *In donatione propter nuptias.* quam mulier lucrata est ex pacto.
u *Aurum exigitur.* s. in solutione facienda.
x *Maritalibus.* id est lucris, pro quibus sunt obligata alia bona mulieris, à primo viro habitis. & dic vt. j. eo. l. si quis. §. in illo.
y *Facultatibus.* idem in viro: vt. j. e. l. si quis. §. in illo. & dic, id est lucris habitis à viro. & sic videntur interim filij, non domini. Vel dic verius eos dominos, & non habere hypothecam: vt. j. eod. l. si quis prioris. in fin. ibi, extra memorata &c. & subaudi hic, pro eis.
z *His etiam.* id est facultatibus.

† Nota hic glo. q. de pœnis de pœnis authẽ. dicunt pœnas. de quo plene Sexti. in tractatu fallentiarum. vide vers. eligendus.

† *aliàs quæ caueri debent.*



BIU Cujas

a *Pignoris.* expresse scilicet.
b *Traditas.* à filiis &c. & est etiam ad legem istam. j. de bo. quæ lib. cum oportet. §. fina. &. ſ. de dona. ante nupt. ſi constante. §. pactis. &. j. de pact. con. l. fina.
c *In vindicandis.* per hypothecariam.
d *Prohibebuntur.* vt. ſ. eo. l. generaliter. §. fin.
e *Parentũ.* primo decedentium. nam posterius decedentium adire debent: vt. ſ. eo. l. generaliter. qđ & ipsum recipit correctionem: vt in authen. ibi posita, hæ res &c. Item nouo iure nec pater quod ex dote est, nec mater qđ ex ante nuptias donatione lucratur: nisi partem pro numero liberorum sibi competentem in alium transferre potest: vt in authen. vt fra. fil. colla. ix. quæ est. ſ. eo. l. generaliter. authen. ſi tamen. Item facit in authen. de nup. §. soluto. colla. iiij. &. j. de bo. quæ lib. l. cum oportet. §. fin autem.

*In quibus.* CASVS. Si pater vel mater ad secundas nuptias cõuolauerit: lucra quæ habet ex primo matrimonio, cogitur reseruare filiis primi matrimonij. si non sunt filij, restituet nepotibus, & non fratrib⁹ defuncti, si quis ex filiis decesserit. Nota ex hac. l. ibi portionem, quòd beneficia vadunt secundum lineam sanguinis: & potius sequuntur lineam descendentem, q̃ transuersalem, secundum Bald. hic.

f *Præcepti sunt.* vt. ſ. c. l. fœminæ. &. l. generaliter. in princ.

g *Debebatur.* vel deberetur, si in tempore secũdarum nuptiarum superstes fuisset: & hoc non facta electione à parente.

h *Peruenire decernimus.* hoc intellige saluo pacto non existentium liberorum: nam solum reliquum conceditur filiis hæredibus extraneis: vt hic, & in authent. de non eli. §. prospexim⁹. &. §. hoc autem. colla. j. Sed per aliam de nupt. §. quoniam infirmas. col. iiij. reditur ad legem istam: vt. ſ. authent. sed & si quis. ibi, absque progenie &c. Item nota quòd dubitatio huius legis est & erat, quia cum donatio propter nuptias processerat ex substantia patris, mortuo filio ad liberos alios videbatur peruenire, scilicet ad fratres defuncti, ad quos etiam bona patris perueniebant. Sed non est ita: quia in perpetuum decessit ab aliis, quod ad hunc deuenit, secundum Ioannem. si autem sine

est, tanquam si iure pignoris [a] vel hypothecæ suppositæ sint, super eadem ante nuptias donatione vel rebus aliis ad eam ex mariti substantia deuolutis, ex eo die, quo eædẽ res ad eam peruenerint, liberis obligatis: vt si quis post traditas [b] matri, vel detentas ab ea res (si ita contigerit) contractum aliquẽ cum eadem muliere inierit, quæ se repetitis nuptiis copulauerit: in vindicandis [c] iisdem suppositis rebus posteriores habeantur: liberis qui ex eodem matrimonio procreati sunt, & nepotibus neptibusque qui ex iisdem liberis geniti sunt, sine dubio præponendis.

*Pater vel mater non transiens ad secunda vota, potest de lucris nuptialibus disponere pro libito: & eo vel ea non disponente possunt filii vindicare, licet hæreditatẽ primi parentis repudiauerint. Salycetus.*

Sin vero liberorum suorum affectione seruata, pater matérve ad alias nuptias migrare noluerit: neque vir his quæ de bonis vxoris ad se transeunt, neque mulier rebus quæ ex substantia mariti ad se peruenerũt, pro suo arbitrio vti, vel eas vẽdere, aut quocunque iure vel modo alienare, vel pignoris iure seu hypothecæ, si voluerint, obligare, vtpote domini earũ, prohibebuntur. [d] Extantes autem prædictas res, si non fuerint alienatæ, vel consumptæ, vel suppositæ, licebit liberis vindicare, etiam non adeuntibus hæreditatem parentum. [e] Dat. II. Kalend. Martias, Martiano & Zenone Conss.

*Ista lex & principium sequentis tendũt ad idẽ. & hoc dicit. Quod debet per lucrantem filiis reseruari: si alter filiorum decedit cum liberis, alter vero adhuc viuit: liberi morientis succedunt loco sui genitoris, & nõ fratres: eis tamen electione reseruata. Bald. Vel sic: Filius transmittit ad descendentes ius vindicandi lucrum sibi proueniens propter transitum quem parens fecit ad secunda vota, ascendentibus & collateralibus exclusis. Salycetus.*

VII. Imp. ZENO. A. Sebastiano præfecto prætorio.

IN quibus casibus pater do-

A liberis decederet: quid iuris sit dicit authen. ſ. cod. sed & si quis ex his.
i *Eligendi.* eliget ergo hic filius de suis filiis, sicut & pater & mater potest eligere: vt hic, &. ſ. eodem. l. fœminæ. &. l. generaliter. §. negocia. Sed an ita corrigatur in hoc casu, sicut in patre vt ſ. eodem auth. lucrum? quod potest dici: sed alia ratio posset assignari, quòd illud corrigatur, non hoc: quia filiis omnibus fit iniuria per secũdum matrimonia, & non nepotibus. & facit ad legem istam. j. l. proxima in princip. & j. communia de succes. l. fina.

*Si quis.* CASVS. Si pater vel mater conuolauerit ad secundum matrimonium, cogitur reseruare filiis ex primo matrimonio. Et si non supersint, restituet nepotibus, non fratribus. [ILLVD.] Si pater vel mater nõ conuolet ad secundum matrimonium, potterit alienare, siue specialiter concedat, puta legata faciendo, siue generaliter instituendo hæredem: & si non alienauit, filij poterunt vindicare, etiam si non adiuerint hæreditatem patris aut matris post decedentes: adire tamen debent hæreditatem patris vel matris qui posterius decedit.

[TALEM.] Hic ſ. sic continuatur: In superioribus dictum est quòd filij primi matrimonij possunt vindicare ea quæ pater vel mater habuit ex primo matrimonio, & si non adierint hæreditatem patris, vel matris: sed hæc licentia non conceditur filiis secundi matrimonij: quia non possunt vindicare in totum lucra quæ habuit pater vel mater ex secundo matrimonio: sed pro parte filij primi matrimonij vindicant.

[IN ILLO.] Sicut omnia bona matris, ita omnia bona patris tacite sunt obligata filiis pro his quæ pater lucratus est ex primo matrimonio, & pro aliis rebus quæ ad filios pertinent.

k *Ante.* idem si post: vt suprà. l. proxima. in fine.

tem, mater ante nuptias donationem, vel alias res ad se ex altera parte deuolutas, filiis vtriusque sexus seruare p̃cepti sunt: [f] si quem ex filiis vel filiabus ante patris vel matris obitum mori contigerit (siue ante secundas nuptias, siue postea) filio vel filia, nepote vel nepte, vel pluribus, patre suo adhuc viuo, vel matre superstite, derelictis: portionem quæ defuncto filio, vel filiæ debebatur, [g] vel lucrum ex ea, nõ ad fratres vel sorores mortui, sed ad filios ei⁹, vel filias, vel nepotes vtriusque sexus, aut pronepotes, auis vel proauis superstitibus, peruenire [h] decernimus: eligendi [i] videlicet, quos voluerint ex liberis superstitibus, non adempta licentia. Dat. Kalend. Mart. Ello. V. C. Cos.

*Sicut non succedunt fratres, sed liberi, ita nec parentes: & quotquot liberi existũt ex vno filio præmortuo, vnius loco habẽtur. h. d. vsque ad. §. illud etiam. addendo principium istius. l. ad finem summarii. l. præcedentis. Item additur hic, quòd omnes nepotes ex vno filio, ad vnam partem vocãtur, & patruus ad alteram. Bald.*

VIII. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

SI quis prioris matrimonij filiorum ante [k] secundas nuptias patris vel matris mortuus fuerit, filiis à se, vel nepotibus, vel pronepotibus relictis: partem eius non ad fratres, vel si nullus alius frater, vel soror sit, ad patrem, vel matrẽ eius peruenire, sed ad filios, vel nepotes, vel pronepotes eiusdẽ mortuæ personæ, sancimus: vt siue vnus, siue plures sint, eam tantummodo partẽ vindicare possint, quæ mortuo competiit. [l]

*Istum. §. habuimus etiam in superioribus: & dicit quod lucrans, qui non transit ad secunda vota, potest de ipsis lucris disponere & alienare. si vero non disponit nec alienat: in defunctum prouisionis hominis succedit prouisio legalis reseruãs hæc lucra filiis & nepotibus. Bald.*

Illud [m] etiam certa sanctione definire censemus, vt si quis vel siqua ex alio matrimonio

l *Competiit.* id est competere poterat. sic. ff. de sta. lib. l. Labeo. & hoc non facta electione à parente. & habes idem quod hic. ſ. l. proxi.
m *Illud.* hæc eadem sunt. ſ. cod. l. generaliter. in fin. &. l. hac edictali. in fin.



BIU Cujas

filiis procreatis, minime ad secundas nuptias venerit: eodem modo liceat quidem genitori vel genitrici res ex priore coniugio [a] sibi acquisitas, quomodo voluerit, alienare, vel administrare. si quæ vero earum minime sint alienatæ, possint liberi etiam non adeuntes paternam [b] vel maternam hæreditatem eas vindicare.

*Iste.§. continuatur ad præcedentia sic: Dictum est supra quòd lucrans, qui non transit ad secunda vota, potest libere alienare res lucratas. modo posset dubitari, vtrũ hæredem instituendo siue filium, siue extraneum, intelligatur alienare? Respon. quod siue specialiter relinquat, siue hæredem instituat, alienasse videtur. Baldus.*

Certũ esse sancimus, [c] †quòd etiam illa decætero videbitur earundem fuisse rerum alienatio, quæ in testamento genitoris, vel genitricis, vel specialiter [d] relinquendo, vel generaliter hæredẽ istituẽdo, [e] facta sit.

## IN AVTHEN. DE nup.§.deinceps.&.§.soluto.colla.iiij.consti.j.

*Hæc authen.corrigit quod supra de institutione hæredis dixit. nam hodie, siue hæredem instituendo, siue generaliter bona sua relinquendo, non dicitur hæc lucra nuptialia alienare, seu in aliũ velle transferre: nisi expresse de eis faciat mentionem, sed præsumitur liberis seruare. hoc dicit. quod no. Bartolus.*

Sequitur authenti. Nunc autem. quæ est de nup.§. deinceps. &.§. soluto. colla. iiij.

NVNC.] CASVS. Lex codicis dicit quòd pater videtur alienare si aliquem instituat: & sic generaliter hæc authen. corrigit, quia nisi specialiter concedat alicui lucra quæ habet ex primo matrimonio, præsumitur conseruare talia lucra filiis primi matrimonij.

f *Nunc autem.* sic ergo immutat auth. quod dicit lex ista: quia per authen. præsumitur parens talia lucra conseruare liberis, nisi expresse transponat in alios, licet generaliter bona alicui dimittat: & sic speciale derogat generali. & est sic. ff. de leg. iij. l. vxorem.§. feliciss imo. Sed in quibus rebus habeat locum hæc authen. dubium est. nam authen. de nup.§. soluto. parenti ad secundas nuptias non venienti permittit liberam facultatem alienandi dotem, vel donationem propter nuptias: quam corrigit authen. neque virum quod ex dote est. vt supra eo. authen. vxore. quæ etiam immutatur per authen. vt fra. fil. vt supra eo. authen. si tamen. vnde potest dici quòd hæc authen. non loquitur in illa portione quam lucratur parens ex pacto non existentium liberorum, & in aliis lucris quæ non sunt dos, vel donatio propter nuptias. Item est arg. contra. huic authen. ff. de acquir. re. do. l. quædam. sed illud regulariter est verum, hoc casualiter.

g *Talem.* Die casum sic. Concessum est filiis primi matrimonij vindicare lucra primi matrimonij, etiam non adeuntibus patris vel matris hæreditatem: sed talem licentiam filij secundi matrimonij non passi iniuriam per tertium matrimonium nó habent, scilicet vt soli ea lucra habeant, si filij prioris matrimonij extant: ideoque pro parte sunt hæredes secundi matrimonij. sed secundum hunc casum est contra: vt supra. eo. l. cum aliis. Sol. illa trahitur ad istam, & secundum istam intelligitur secundum M. vel hic loquitur de simplici donatione, quæ debet diuidi inter liberos primi matrimonij & secundi: supra vero de donatio. propter nup. quam propriam habere debent. Vel melius: ibi adierunt filij secũdi matrimonij hæreditatem: & sic habuerunt præcipuum. adierunt dico parentis à quo lucrum factum est, id est hæreditatem primo mortui parentis, id est secundi matrimonij. hic repudiauerunt filij secũdi matrimonij hæreditatem præmortui parentis, sed adierunt lucrantis. Vel ibi de spõsalitia largitate tantũ, hic de aliis secundum H. Sed vt hoc contrarium euites, dic sic casum secũdum Io. Berta habuit primum virum, quo mortuo susceptis liberis lucrata est ex primo. x. accepit secundum, & eo mortuo susceptis liberis lucrata est eodem modo. xx. filij primi matrimonij non adita patris hæreditate, sed matris tantum postea morientis habent præcipua dicta. x. quæ ex patre suo mater lucrata est. filij secundi matrimonij si nõ adeãt patris hæreditatem à quo mater lucrata est, sed tantum matris, ad quam cum filiis primi matrimonij admittuntur, fortiuntur dicta xx. cum supradictis filiis primi matrimonij. secus si adiissent vtriusque parentis hæreditatem filij secundi matrimonij: quia tunc in solidum lucrantur illa. xx. & sic loquitur illa dicta lex, cum aliis. & ita ibi adierunt vtriusque: hic vnius scilicet lucrantis. Quod dictum est in matre, idem in patre. & idem dicunt in filiis primi matrimonij, si tantum posterius decedenti succedant, vt pro parte vindicent lucra primi matrimonij pro qua sunt hæredes cum filiis secundi matrimonij. Sed Ioan. contra in hoc. sunt enim iniuriati primi per secundum matrimonium, & ideo vindicant in solidum ex quantacunque parte sunt hæredes. filij autem secundi matrimonij non patiuntur iniuriam. & hoc secundum has leges: nam per auth. fecit, vel non fecit iniuriam, integram tamen seruat: vt per authen. neque virum quod ex dote est. col. vij. quæ authen. in nuptialibus lucris tantum loquitur, vt ex rubrica apparet. alia enim lucra quomodo velit alienat, nisi ad secunda vota cõuolet: vt in auth. eo.§. si vero expectet. colla. iiij. quæ non alienata filiis deferuntur secundum H.

h *Filiis.* secundi matrimonij.

i *Adeuntes.* & hoc in diuersis casibus secundum has leges, vt pxi. diximus, sed hodie licet nullius: vt in auth. hæ res. ĩ. eo.

k *Vel maternam.* scilicet primo morientis, sed secundi sic: vt supra eo. l. generaliter.§. in his.

l *Vindicarent.* ipsi. soli.

m *Secundo toro.* id est tertio. omne enim matrimonium potest dici secundum, quod primum sequitur. vel forte respectu secundi quod est primum post [a] secundum. & sic de aliis: vt in authen. de hære. & Fal.§. inordinatum. col. j.

n *Sibi.* id est parenti.

o *Hæreditatem.* ad quam venit lucrum.

p *Ex parte.* quod ita esse potest, si forte &c.

q *Acquisierint.* id est acquirere potuerint. quasi dicat: non eius

*Nunc bona parentum ad secunda vota transeuntium sunt liberis quibus debẽt lucra reseruari, tacite obligata: nec patria potestas impedit istam tacitam hypothecam: tamen pater filio ad reddendam rationem administrationis non cogitur. h. d. cũ glo. Baldus. Vel sic: Sicut bona matris, ita patris ad secunda vota transeuntis sunt obligata liberis primi matrimonii pro lucris conseruandis, ac etiam pro aliis bonis à matre vel à materna linea ad filium peruentis, in quibus pater habet vsumfructum: non tamen filii ex causis prædictis possunt perscrutari administrationem parentum. Salyc.*

*Mulier bina nuba si ex vtroq; matrimonio lucretur, qualiter illud inter filios diuidetur?*

*a Adde q̃ similiter omne potest dici primũ ante quod aliud nõ est? vt notat Old. consi. 431. col. 2. text. est. ĩ. c. Ioseph. de verb. sig. vn de dicit hic Salyce. q̃ nõ extãtib? filiis primi matrimonii, filii secũdi matrimonii habebunt Baroniã in præiudicium filiorũ tertii matrimonii.*



BIU Cujas

parentis à quo venit lucrum, secundum casum Io.

a *Veterem.* scilicet illam supra eo.l.hac edictali.§.omnibus.vbi dicitur quod hic subiicit vsque ibi, patris.

b *Illius.* etiam patris, non solum superioris. Et dic quòd supra pro conseruatione lucrorum:hic pro conseruatione rerum maternarum.

c *Ius hypothecæ.* cum res obligatæ transeant cum sua causa: vt infra de distrac. pignorũ.l. si debitor.quod autem hic de patre dicit, simpliciter verũ est quòd filij in eius potestate cõstituti, non debẽt perscrutari eius administrationẽ:vt in authen. de nup.§.& ita circa talium.& infra de bonis quæ liber.l. fi. nisi ipse suspectꝰ habeatur de fraude, vel de alienando:vt. ff. ad Trebellianum.l. imperator Hadrianus. sed ĩ matre nõ est ita simpliciter admittendũ.nam nil prohibet eius administrationẽ perquiri in prædictis lucris. & facit ĩfra de bonis mater.l. j. & de bonis quæ li.l.cũ oportet.§.non autem. &.§. finali.

*Filii in potestate constituti, patris administrationẽ non debent perscrutari.*

*Quoniam.*] CASVS. Mater nõ potest plus dare secũdo marito, quã dat vni ex filiis primi matrimonij: & si dat plus, nõ valet:quia reseruabitur filiis primi matrimonij: vt supra eo.l. hac edictali.hæc lex corrigit illã, dicẽs quòd id quod plus datum est, pertinet tam ad filios primi matrimonij, quàm secundi. Si vero mater sine causa repudiauit patrem, lucrabitur pater dotẽ, & compelletur filio eã reseruare.

d *Quoniam præterite.* vt supra eo.l. hac edictali. & de donatio. ante nup. si constante. §. finali.

e *Liberis.* ablatiui absoluti.

f *Mẽtio facta.* scilicet vt ipsi aliquid habeãt.

g *Pertinere.* sic ergo per hanc legem corrigitur illa lex, hac edictali.in princip. sed hęc corrigitur per authenti. quam hic habes, ad eos solos etiam &c.

h *Ad hæc.* id est iuxta hæc.

i *Seruari.* subaudi, sancimus.

k *Causam requiri.* scilicet à qua parte, vel quare sit missum.

*Ad eos.*] CASVS. Lex codicis dicit quòd lucra perueniũt ℣ In illo etiam veterem [a] sanctionem adimplentes, præcipimus exemplo matris cuius res post secundas nuptias filiis ex priore matrimonio natis ĩ hypotheca suppositæ sunt, ad cõseruanda eis lucra quę ex priore matrimonio ad eam peruenerũt:patris quoque bona,quæ habet habiturúsque est, filiis ex priore matrimonio natis post secundas eius nuptias ad ea cõseruanda, quæ ex eorum matre lucratus est,suppositа esse. ℣ Illius [b] etiã patris, qui in sua potestate talem liberum vel liberos habens, maternam eis substantiam, vel ex materna linea ad eos deuolutã seruare compellitur:bona iisdẽ liberis suppositа esse ad conseruãdas easdem maternas res decernimus: ita tamen, vt occasione talium hypothecarum, neque patris, neque matris administrationẽ filij valeant perscrutari, vel aliquã eis mouere super hoc quęstionem: cum perspicui sit iuris,etiam si alienata fuerint eorum bona, quæ extra memorata lucra,vel maternas res sunt, ius hypothecæ [c] integrum iisdem manere filiis. Dat.III. Id. Decemb. D.N. Iustiniano. A. II.Cos.

*Ista lex concernit.l.hac edictali.& hoc dicit: Totum quod vltra modum secundæ coniugi datur, vel relinquitur, tanquam non datũ liberis vtriusque matrimonii applicatur.in hoc corrigitur lex, hac edictali.§.si vero.quæ dicebat quòd applicabatur solum filiis offensis per transitum ad secunda vota.hodie corrigitur hæc lex, & redit ad.l.hac edictali.per authẽ.de nup.§.optime.versic.& hoc decernẽs.& per authenti.ad eos.hic positam. vnde corrigens corrigitur,& ad pristinum statum ius reducitur. Baldus.*

IX. Idem A. Mennæ præfecto prætorio.

QVoniã pteritę [d] leges omnia quæ liberis [e] ex priore matrimonio ꝓcreatis, mulier quidem secundo marito, vir autem secundæ vxori dotis,vel ante nuptias donationis nomine, vel alio quocũque modo dederit, vel reliquerit, his ampliora, quæ vni filio, vel filiæ ex anteriore matrimonio progenitis danda vel relinquẽda sunt,reuocata ad solos filios, vel filias ex anteriore matrimonio natos peruenire constituerunt, nullaq; in hac parte filiorũ ex secundo matrimonio natorum mentio facta [f] est: hoc quoque corrigẽtes, omnia quæ memorato modo reuocantur, non solum ad filios prioris matrimonij, sed etiam ad eos qui ex secundis nuptiis nati fuerint, pertinere, [g] & in capita inter omnes diuidenda sancimus.

*Statuta in lucris nuptialibus matrimonio morte soluto,locum habent etiam si soluatur diuortio.Salycetus.*

Ad hæc, [h] lucra quæ marito vel vxori ex dote, vel ante nuptias donatione occasione repudij accedũt, indistincte post secundas eorum nuptias liberis ex priore coniugio procreatis ad similitudinem matrimonij morte dissoluti seruari, [i] nec de cætero repudij causam requiri, [k] vel aliã in ea re exquisitionẽ fieri.Dat.Idib. Aprilis, Cõstantinop.Decio.V.C.Cos.

IN AVTHEN. DE nuptiis.§.j.&.§. nec illud.&.§. optime.collatio. iiij. constitutio.j.

*Ista authenti.corrigit.l.codicis, & redit ad legem,hac edictali.Et ratio est:quia soli iniuriam passi debent consequi lucrum in recompensationem iniuriæ.Salycetus.*

AD eos [l] solos etiã nunc pertinet: & si quis ex eis præmoritur relicta sobole, portio eius ad eam defertur.

*Ne naturæ iniuriarentur leges, liberi qui sunt vere ingrati, non habent beneficium.l.hac edictali. Baldus.Vel sic:Liberi ingrati non admittuntur ad partem lucri quod debetur filiis primi matrimonii: ex eo quia plus debito sit datum, vel relictum secundo coniugi. Salycetus.*

X. Idem A. Demostheni præfecto prætorio.

CVm apertissimè legibus [m] caueatur ingratos liberos à maiorũ suorũ hæreditate merito esse repellẽdos:si hoc [n] iidẽ [o] in suis elogiis [p] conscripserint, & reuera hoc fuerit reuelatũ, [q] reclamare videtur huiusmodi sanctioni [r] diualis constitutio [s] Leonis inclytæ recordationis, quam super filiis ex priore matrimonio procreatis cõscripsit. Nam cum necessitas [t] est patri, vel matri,qui ad secunda vota migrauerit, tãtum præstare per quamcunque causam secundo marito,vel nouercæ, quãtum [u]

A filiis prioris matrimonij & secundi. Hæc authenti.addit quòd si quis decedat relicta sobole, poterit ad eam quod ad eum peruenit transmittere.

l *Ad eos.* Hæc authen. sumitur in authen. de nup.§. optime. &.§.nec illud.colla.iiij.& sic reditur ad legem istam veterem. Item si nihil datũ fuit filiis prioris matrimonij, & aliquid datum fuerit secundo marito, vel vxori, totum restituit filiis illis: ita quòd filij secundi matrimonij quarta debita non fraudãtur. Vel aliter, vt not. supra eo.l. hac edictali.circa principium. Vnde miror etiã quare quæsierunt hic quidam,vtrum filij primi matrimonij habebant querelã, si nihil est eis datum. cum enim habeãt condictionem ex hac lege, authen.non habet locum querela: vt infra, de inoffic.testamen.§. tam autem &c.

*Filii primi matrimonij habebant querelã, si nihil est eis datum.*

*Cum apertissime.*] CASVS. Si mater vel pater conuolat ad secundum matrimonium, non potest plus dare secundo marito, vel secundæ vxori, quàm vni ex filiis primi matrimonij, vt dicit lex Leonis.hoc distinguit hæc lex: quia aut filij sunt ingrati, aut non. Primo casu locum non habet hæc lex Leonis. Secundo casu sic, quia non repelluntur. Viuianus.

m *Legibus.* vt supra de inofficioso testamento.l.liberi.&.l.omnino.

n *Si hoc.* id est causam ingratitudinis.

o *Iidem.* scilicet parentes.

p *In suis elogiis.* si enim causa ingratitudinis non fuit expressa, non licet parentibus exhæredare: vt infra de liberis præteritis, authen.non licet.

q *Reuelatum.* id est ab hæredibus probatum.

r *Sanctioni.* id est statuto veterum legum.

s *Constitutio.* quam habes supra eo.l. hac edictali.in princip.

t *Necessitas.* scilicet si aliquid vult dare: quasi diceret, non plus.

u *Quantum filio.* hysteron proteron. sic & instit.de lege Aquilia. §. iniuria.



BIU Cujas

filio vel filiæ ex anterioribus nuptiis progenitis, qui partem minimã habiturus est, reliquerit: maxima iniquitas ex hac sanctione contra genitores efficiebatur. liberi etenim sciẽtes quòd omnimodo aliquid sibi à genitoribus suis etiam nolẽtibus relinquendum est, & tantũ, quantum secundus maritus, vel nouerca acceperit: omni licentia & lasciuia suos genitores iniuriis adficiebãt. Quapropter sancimus, ingratos reuera liberos, neque hoc beneficiũ, quod dialis Constitutio Leonis Augustæ memoriæ eis præstitit, in posterũ posse sibi vindicare, [a] sed quasi ingratos ab omni huiusmodi lucro repelli. quã obseruationem in personis etiam aui & auiæ, proaui & proauiæ, nepotũ, vel neptiũ, itẽ ℞ pnepotũ, vel proneptiũ, siue in potestate, siue emãcipati emancipatæve sint, ex paterna vel materna linea venientibus, custodiri censemus. ℣ Sed quemadmodũ genitoribus prouidemus, ita & innocuam posteritatem nullis affici iniuriis patimur: vt non genitores, qui sese secundis nuptiis deuouerint, irrationabile odium ad priores liberos forsitan habentes, sine iusta ratione eos ingratos vocare concedantur. ℣ Eos etenim liberos huiusmodi beneficio defrauda ri volumus, qui re ipsa ingrati circa suam antiquitatẽ [b] ab hæredib⁹ genitorũ liquidis & ĩdubitatis ℞ bationib⁹ cõuicti fuerint ex eiusmodi casib⁹ q̃ antea priscis legibus enumerati sunt. Dat. XV. Kalẽd. Octob. Chalcedone, Decio V.C. Cos.

*TITVLVS X.*

## SI SECVNDO NVPSERIT mulier, cui maritus vsumfructũ reliquit.

*Mulier trãsiens ad secunda vota, vsumfructum sibi relictum à primo marito perdit: & liberis prioris matrimonii restituitur: & si est in mora expressa vel tacita restituendi, condemnatur ad omnes fructus quos percepit indebitè: secus si fuerat lucrata plenum dominium: nam tũc vsumfructum non perdit. Baldus.*

I. Imppp. VALENTINIANVS THEOD. & ARCAD. AAA. ad Tatianum præfectum prætorio.

SI vsumfructũ maritus rerum suarum decedens vxori reliquerit, eáq; in secundas nuptias consortiúmque conuenerit: vsumfructum quẽ ex priore marito cõsecuta fuerit, amittat: atque eum filiis [c] ex eo die quo nupserit, mature restituat. ℣ Quòd si liberos ex priore matrimonio adhuc imbecillitas habebit infantiæ, nec muniat eos tutoris auxilium, ac per huiusmodi occasionẽ mater, quæ relicta fuerant, vsurpauerit: omnia legitimè repetantur, †& cum competentibus [d] fructibus ad liquidum deducta ratione restituat. Hæc de vsufructu, quem vir extremam cõstituẽs volũtatẽ, de reb⁹ ℞ priis vxori reliquerit. ℣ De vsufructu vero rerũ ante nuptias donatarũ, ea obseruari, [e] quę anteriores cõstitutiones decreuerũt, sancim⁹. Dat. Idib. Martiis, Arcad. A. II. & Rufino Coss.

IN AVTHEN. DE nup. §. si vero solum. colla. iiij. constitu. j.

*Ista authen. secundum vnam lecturam legis diuiditur in duas partes. Nam in prima loquitur in vsufructu relicto vxori. In secunda loquitur in vsufructu qui datur inter viuos, vel per se, vel cum proprietate. secunda ibi, sed vsusfructus. Baldus.*

HOc locum [f] habet, si datus, vel relictus fuerit ea lege, vt ex secundis nuptiis interiret: alioquin perseuerat, siue relictus [g] esset, siue donatus, [h] quibus casibus licuit. [i] ℣ Sed vsusfructus ĩ dote, siue ante nuptias donatione lege permissus, non potest à testatore derogari. [k]

*TITVLVS XI.*

## DE DOTIS PROMISSIONE, & nuda pollicitatione.

*Dos incerta re & genere, ex pacto nudo non potest peti, etiam si nudum sit pactum in scriptura redactũ. Bal. Vel sic: Duo specialia circa idem non possunt cõcurrere. b. d. & ad hoc semper allegatur. Salycetus.*

I. Imp. ALEXANDER A. Claudiæ.

FRustra existimas actionem tibi competere, quasi promissa dos tibi, nec

---

a *Vindicare.* immo & illa concedit exhæredare. sed dic illud à compositoribus additum: vel illud verum in quarta, non autem in beneficio legis Leonis.

b *Suam antiquitatem.* id est maiores suos. Et potest hic legi authentica, quæ dicit sic: Mater tamen filio donans, si ad secundas nuptias venerit, non poterit occasione ingratitudinis reuocare, nisi ex tribus causis: Si filius vitæ matris insidietur: aut manus impias inferat, aut circa totius substantiæ ablationem agere aliquid aduersus eam declaretur: vt in authen. eo. §. mater. colla. iiij.

*SI SECVNDO nupserit mulier, cui maritus vsumfructum reliquit. De pœnis secũdo nubẽtium dixit. C. titu. 1. generaliter: nunc specialiter in casu vno.*

SI vsumfructũ.] CASVS. Si vir vxori suæ vsumfructum rerum suarum reliquerit in vltima voluntate, & illa ad secundas nuptias conuolauerit: an vsumfructum retinere possit, quæritur? Dicitur quòd non: sed filiis restituet. quòd si filius fuerit impubes, & propter ætatis imbecillitatẽ vsumfruc. non petierit, nec tutorem habuit, & mater vsumfruc. vsurpauerit: rem cũ fructib⁹ quos percepit, restituet: vsufructu rerum donatarum ante nuptias suam obtinente firmitatem.

c *Filiis.* legitimæ ætatis.

d *Et cum competentibus.* id est perceptis tãtum, non percipiendis secundum quosdam. & sic intelligũt quod dicitur supra de vsufruc. l. si pater.

e *Ea obseruari.* vt ℞ prietas amittatur vsufructu retento, si secũdo nupserit: vt & supra tit. j. l. hac edictali. §. his illud. & l. fœminæ.

Sequit authen. Hoc locum. quæ legitur in prin. l.

HOc locum.] CASVS. Lex codicis dicit quòd si maritus reliquerit vxori vsumfructum, perdit illum si ad secundas nuptias cõuolauerit. Hęc authen. distinguit: aut vir dixit expresse quòd perdat si ad secunda vota migrauerit, & ℞ det. aut nihil de hoc dixit: & non perdet, licet secundo nubat.

f *Hoc locum.* id est talis vsusfructus amissio.

g *Relictus.* per legatum, vel fideicommissum.

h *Donatus.* inter viuos.

i *Licuit.* scilicet constante matrimonio: quod dic per exempla vt. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. si sponsus. §. concessa. &. §. si maritus. &. §. si quis. &. l. quod si vir. &. l. quod adipiscendæ.

k *Derogari.* argu. in auth. constitutio quæ de dignitati. §. pen. col. vj. & est ratio ĩ superiori casu: quia cõditio non nubendi secundo, non est in vidua improbata, sed in virgine sic: vt infra de indi. vidui. l. ij. & ĩ authen. cui relictum. Itẽ aliud est forte in vsufructu aliorum lucrorũ, quibus poterit derogare testator. Sed qd si dicat vir, relinquo eam dominã & vsuariam: vel dominam & vsufructuariam. quid habebit mulier per talia legata? Videtur ℞ nil: vt. ff. de re iudi. l. vbi repugnantia. Ecõtra ℞ sic, vt sint duo legata, scilicet plenę ℞ prietatis, & vsusfruct⁹: † vt. ff. de vsufru. lega. l. si Titio fundus. vnde cum proprietatem nõ habeat: quia testator alium instituit, habebit vsumfructũ per. l. illam, sicut & aliàs dicitur, lego vsumfructũ habitationis. nã vsum habitationis videtur legare: vt supra de vsufru. l. cum antiquitas. Alij dicunt eo plus ℞ hæredes iure fideicõmissi teneantur restituere hæreditatem: sed secundum consuetudinem [a] sic, & hic cũ dicitur dominam & vsufructuariam, debet habere alimenta. Sed an in extraneis institutis habeat locum eadẽ cõsuetudo? Quidã quòd non: alij quòd sic: sed de iure videtur quòd sic: vt. ff. de le. & senatusco. de quibus. & infra quæ sit long. consuetu. l. j. Ecõtra quòd non: quia plenius filiis, quàm extraneis hę reditas debetur: vt infra de codicil. l. fi. prędictus tamen vsusfructus nó valet vltra dodrantem: vt. ff. de vsufru. l. omnium. & æstimatur: vt. ff. ad. l. Fal. l. hæreditatum. Item ad hoc infra de indi. vidu. l. fi. & no. in authẽ. de tri. & se. §. prohibemus. colla. iij. & expresse. ff. de vsufru. lega. l. vxori. ij. Sed an idem in extraneis institutis? Dico idem. Vel dic quòd nó: quia alia ratio est ibi: vt infra de codicil. l. fi. Sed ar. contra. ff. de leg. & sena. consul. l. de quibus. ij. respon.

*Mulier donamina, & vsuaria, vel vsufructuaria relicta, quid habenil re debet.*

*† Quædam exemp. habẽt, omnia cũ legitimè repetuntur, cũ cõpetentibus fructibus ad liquidum deducta ratione restituat.*

*Et hæc de vsufructu, quẽ vir extrema constituens voluntate de reb. &c. a aliàs legitur hic: sed secundũ cõsuetudinẽ scriptam in curia Bulgari debet habere alimenta.*

*Cõditio non nubẽdi, an sit reprobata.*



BIU Cujas

## DE DOTIS PROMISSIONE, ET nuda pollicitatione.

*Dictum est de nuptiis tam primis, quàm secundis. cumq; vtrisque dos accedere soleat, ea ratione de eius pmissione vel pollicitatione supponit. Et est pollicitatio solius offerentis promissio: quæ pars quidem pacti est,* Pollicitatio quid sit. *sed ponit partem pro toto: vt.ff.de polli.l.iii.*

FRVSTRA.] CASVS. Si patersamilias p filia sua in genere dotẽ promittat, nec reddit, nec de tali promissione dotis generali conficitur instrumentum: an maritus eam petere possit, quæritur? Dicitur ꝙ non. & ita dos generaliter promissa, puta dicendo sic: promitto dotem, peti non potest. †aliàs Si do te promissa.

a *Neq; quantitas.* scilicet certa, vt habeat locum contrarium. Vel dic quòd nec certa nec incerta: & sic nullum est contrarium.

b *Dotem.* quæ nisi certa sit, non potest peti: vt hic, & arg. ſ. manda. l. salarium. & ff. de verbo. oblig. ita stipulat⁹. in prin. & l. triticum. Sed contra. ff. de iure dot. l. cum post. §. gener. Sol. ibi in arbitriũ boni viri erat collata, hic autẽ nullius, secundũ Azo. Vel hic promisit se daturũ: ibi constituturũ. hæc non valet: vt. j. eo. l. si cũ. vbi daturũ promisit, & tamen valet. Vel tertio ibi pater promisit, cuius officiũ est dotare: hic extraneus. quæ nõ placet: nam & hic ipsamet mulier promittebat. Tu autẽ dic quòd ibi interuenit stipulatio, hic nõ. nec etiam pactum, sed sola scriptura, qua continetur quòd ea quæ nupsit, dotem promisit. Sed huic obiicitur, quòd ex quo sic est scriptũ, præsumitur & factum: vt instit. de fideiusso. §. fi. & arg. j. eo. l. iiij. sed in illa. l. j. eo. fuit scriptum voluntate nubentis, hic sine voluntate. vel ibi certa quantitas, licet minor soluta fuit: vnde propter quantitatem certam pactum ibi intercessisse intelligitur: hic autem tantum dotem promissam contineri in instrumento. Ad aliã dic, quòd hic iam duo essent specialia: & quòd præsumerentur solennitates, & quòd incerta dos valeret: quod esse non potest. Vel hic nudo pacto, ibi stipulatione fuit promissa. vnde iam oportet hic esse duo specialia: scilicet quòd ex nudo pacto actio daretur: & quòd ad incertum. ibi autem ad vnum tantum, scilicet ad incertũ: & eisdem modis solue aliud cõtra. j. eo. si cũ ea.

* *al. si pro dote.* *Scriptura præsumitur solenniter facta.* *Specialia duo circa idem concurrere nõ possunt.*

SI pro dote.] CASVS. Pater pro filia. c. nomine dotis promisit, & vsuras si sua die non soluerentur. si aliquo tempore vsuras nõ soluerit, an postea sit cõpellendus, quæritur? Respon. quòd sic.

c *Ostenderis.* scilicet dotem & vsuram promissam: & idem si tantum vsura esset promissa: nam quod aliàs facit solutio vsurarum per longum tempus: vt. ff. de vsur. l. cum de in rem verso. hoc debet stipulatio facere per vnam horam: vt infra ad legem Falci. l. fina. & sic etiam hic quidam dicunt, quòd non fuit promissa fors nisi fictione iuris, per hoc scilicet, quòd vsura fuit promissa à socero dicente & promittente vsuras pro centum in dotem datis. ex hoc enim & ad sortẽ dabitur ex tacito pacto actio. arg. infra eo. l. si voluntate. Et si hoc approbes, procedit arg. glossæ, & poterit tolerari. Iaco.

d *Præcipiet.* proposita certi condictione ex stipulatu: si tamen præstita sit: cum neque species vlla, neque quantitas [a] promissa sit, sed hactenus nuptiali instrumento adscriptũ, quòd ea quæ nubebat, dotem [b] dare promiserit. PP. Kal. Aug. Pompeiano & Peligno Conss.

*Qui promittit vsuras dotis, videtur ipsam dotem promittere. Bald.*

II. Imp. GORDIANVS A. Herodoto præfecto præto.

SI pro dote promissa† vsuras dare socer tuus spopondit: id quod deberi ostẽderis, [c] cõpetens iudex solui tibi præcipiet. [d] PP. XII. Kal. Septemb. Pio & Pontiano Conss.

*Qui committit se in arbitrium stipulatoris, videtur se committere tanquam in arbitrium boni viri. Bald. Etiam si promittens sit extraneus. Saly.*

III. Idem A. Claudio præfecto prætorio.

SI quũ ea quæ tibi matrimonio copulata est, nuberet, is cuius meministi, dotem* tibi nõ addita quantitate, sed quodcunque arbitratus [e] fuisset, pro ea daturum se rite promisit, & interpositæ stipulationis fidem non exhibet: competentibus actionibus [f] vsus, ad repromissi emolumẽtum iure iudiciorum peruenies. videtur [g] enim boni viri arbitrium stipulationi insertum esse. PP. Kalẽd. Ianuar. Sabino & Venusto Conss.

*Ille qui confitetur ex causa dotis plus recepisse quàm recepit: potest agere vt id quod non recepit, recipiat. h. d. Bald. & non est alibi.*

IIII. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Rufo.

SI voluntate dotantis in dotali instrumento plura tibi tradita scripsisti, quàm suscepisti: intelligis de his quæ desunt, petendis, [h] pactum esse consecutum. [i] S. Non. April. AA. Conss.

*Ex promissione dotis agit maritus, non mulier. Baldus.*

V. Iidem AA. & CC. Dasumianæ.

SI pater marito tuo stipulanti promiserit dotem: non tibi, sed marito contra successores soceri [k] competit actio. [l] Dat. VIII. Kalend. Decembr. AA. Conss.

*Dos promissa nudo pacto cum scriptura vel sine scriptura, peti potest. h. d. Vel sic: Ex nudo pacto dotis præstandæ oritur actio. Baldus.*

VI. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Hierio præfecto prætorio.

AD exactionem dotis, quam semel prestari placuit, qualiacunque sufficere verba censemus: siue scripta fuerint, siue non, etiã si stipulatio [m] in pollicitatione rerum dotalium minimè fuerit subsecuta. Dat. Kal. Mart. Felice & Tauro Conss.

SI quam ea.] CASVS. Si pater pro filia marito nõ certam dotem, sed qualem ipse arbitratus esset promisit, nec stet placitis: condic. certi ex stipul. compelletur eam declarare: alioquin recurretur ad arbitrium boni viri.

e *Arbitratus.* scilicet is qui dotem promisit.

f *Actionibus.* id est actione, puta certi condictione ex stipulatu.

g *Videtur.* fauore dotis etiam certa intelligitur quantitas: quæ scilicet colligitur ex facultatibus & secundũ dignitatem viri: vt ff. de iure dot. l. quæro. & l. cum post. §. gener. & sic est contra. eo. l. j. sed ibi solui: quia hic est ad arbitrium. Item no. ad arbitrium boni viri recurri, & sic à persona recedi: vt ff. de regu. iur. l. in persona. §. generaliter. & ff. pro socio. l. ſ socio. tatem. j. & ff. de cõtrahen. emp. l. hæc venditio. & sic faciunt ad quæstionem eius qui se cum pignoribus cõpromisit inoffensum. Sed argu. contra, vt à persona nõ recedatur, ff. de verbo. oblig. l. ſi quis arbitratu. & ff. pro socio. l. ſi ita coita.

SI voluntate.] CASVS. Pater pro filia centũ dedit nomine dotis: fecit confici instrumentum, quo continebatur maritum fuisse confessum se recepisse. cc. tacite videtur pactum de dandis. cc. & ea maritus petere potest.

h *Petendis.* id est, petes tu vir: nisi animo simulandi hæc facta sunt, vt faciunt ignobiles cum nobiles accipiunt. [a] Et nota mirabilem fictionem, cui est arg. contra. in mutuo: vt. ff. si certum petatur. l. qui pecuniam. & facit. ſ. de non nume. pecu. l. in contractibus. §. sed quoniam. & infra de rei vxoriæ act. l. vnica, circa princip. & est hoc speciale in dote.

i *Consecutum.* agetur ex prima stipulatione: & si excipiatur de confessione, replicabitur de tacito pacto.

SI pater.] CASVS. Pater pro filia promisit dotem marito filiæ, & decessit: an hæredem patris filia pro dote conuenire possit, quæritur? Dicitur ꝙ non, sed maritus.

k *Socero.* scilicet sui: id est patris tui. sed si tu es hæres, æqualiter cum fratribus de tuo est tota dos soluenda: vt. ff. de colla. do. l. j. §. pe. & j. de colla. l. ij.

l *Actio.* secus in legato: vt. ff. de lega. iij. l. fideicõmissa. §. interdum. secundũ Io. & de lega. j. l. seruo legato. §. si testator. Accur.

AD exactionem.] CASVS. An dotis conuentio stipulatione non interueniente, & ita nudo pacto fieri possit, quæritur? Dicitur ꝙ sic: & ita ex nudo pacto agi potest: quod est speciale in dote.

m *Si stipulatio.* speciale vt ex nudo pacto oriatur actio: vbi. & infra de donat. l. si quis argentum. sed regulariter contra, vt supra locati. l. si tibi. sed hodie fingitur inesse stipulatio: vt infra de rei vxo. act. circa princip. Est & secundum speciale in dote. ſ. eo. l. iij. Item tertium. ſ. eo. l. si voluntate. & facit. j. de testamẽt. l.

BIU Cujas

stamen.l.quoniam indignum.&.ſ.de non nume.pecun.l.generaliter.& inſtitu. de verbo.oblig.§.in hac. &.ſ.ad Velleia.l.generaliter. Accurſius.

*Si pater.*] CASVS. Si pater pro filia dotem dedit, vel dare promiſit, nec expreſsit ex cuius patrimonio, ſcilicet an filiæ, an patris: præſumitur de bonis patris,& non filiæ. Si vero expreſſit de bonis patris & filiæ: ſi pater ſit ſoluendo: de propriis bonis ipſius videtur dos conſtituta: ſi non,de bonis filiæ. Viuianus.

*Pater ſimpliciter dotando filiam, non exprimendo de quo patrimonio, videtur dotaſſe de proprio patrimonio ipſius patris. ſi vero expreſſit quòd dotabat de proprio patrimonio & filiæ: tunc ſi eſt ſoluendo, intelligitur dotaſſe de proprio. ſi vero nõ eſt ſoluendo, intelligitur dotaſſe de patrimonio filiæ. h. d. iſta lex ſingularis & vnica, & vna de quinquaginta deciſionibus Inſtiniani. Baldus.*

VII. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfect. præto.

SI pater dotem pro filia ſimpliciter [a] dederit, [b] vel pro filio ante nuptias donationem fecerit, [c] habeat autem filius vel in poteſtate cõſtitutus, vel forte emãcipatus res maternas, vel ex alio modo tales, quæ acquiſitionem effugiunt, [d] quarum vſusfructus ſolus apud patrem remanet, vel quocunque modo poterat quaſdam actiones contra patrem habere: [e] dubitabatur apud veteres, vtrum ne videretur pater ex ipſo debito, dotis vel ante nuptias donationis feciſſe promiſsionẽ vel dationem, vt ſeſe ab huiuſmodi nexu liberaret: an debitum quidem remaneret in ſua natura, liberalitas autem paterna dotẽ vel ante nuptias donationẽ dare ſuggeſiſſet. ℣ Et in tali dubitatione multa pars legumlatorum ſeſe diuiſit: alio etiam incremẽto huiuſmodi quæſtioni addito, ſi fortè dixerit in inſtrumẽto dotali, ex reb⁹ paternis & maternis dotẽ vel ante nuptias donationem dare: vtrum pro dimidia parte videat datio vel promiſsio facta eſſe, an pro rata portione [f] vtriuſq; ſubſtantiæ. ℣ Vtramque igitur dubitationem certo fini tradẽtes, ſancimus, ſi quidẽ nihil addendũ exiſtimauerit, ſed ſimpliciter dotem vel ante nuptias donationem dederit, vel promiſerit: ex ſua liberalitate [g] hoc feciſſe intelligi, [h] debito in ſua figura remanente. Neque enim leges incognitæ ſunt, quibus cautum eſt, omnino paternum eſſe officium, [i] dotem vel ante nuptias donationem pro ſua dare progenie. Liberalitas itaq; talis remaneat vera [k] & irreuocabilis, vt puro nomine & liberalitas & debitum, ſuam ſequãtur fortunam. ℣ Vbi autem ex rebus tam ſuis, quàm maternis, [l] vel aliis, quæ nõ acquiruntur, vel ex ſuis debitis dixerit ſe feciſſe huiuſmodi liberalitates: tunc ſi quidem penitus inopia tentus eſt: ex illis videri rebus dotem vel ante nuptias donationem eſſe datã, quę ad filios vel filias pertinẽt. [m] Si vero & ipſe ſubſtãtiã idoneam [n] poſsidet: ĩ hoc caſu quaſi de ſuo patrimonio dotem vel ante nuptias donationẽ dediſſe intelligitur. [o] Poterat [p] enim ſecundum ſuas vires, dotẽ pro filia, vel ante nuptias donationem pro filio dare, & conſentire [q] filiis ſuis, quando voluerint, partem, vel fortè totam ſuam ſubſtãtiam quam habent, paternæ liberalitati [r] pro dote, vel ante nuptias donatione aggregare: vt reuera appareat quid ipſe velit dare, & quid de ſubſtantia filiorum proficiſcatur: ne dum effuſo ſermone ſeſe iactet, in promptum incidat ſui periculum. [ſ] Dat. Kalendis Nouembr. Lampadio & Oreſta Conss.

a *Simpliciter.* id eſt nõ deſignato ex quo patrimonio.

b *Dederit.* per deſtinationem.

c *Fecerit.* deſtinatione.

d *Effugiunt.* id eſt nõ acquiruntur patri, vt aduẽtitia, caſtrenſia, & quaſi caſtrenſia.

e *Habere.* cũ ſit emãcipatus. Vel dic inſpecto naturali iure. Vel dic de ipſis, in quibus pater habet vſumfructum.

f *Pro rata portione.* vt plus de maiore ſubſtãtia dare videatur.

g *Ex ſua liberalitate.* ideſt ex ſua ſubſtantia.

h *Intelligi.* ſecus præſumam in auo materno: arg.ff.de neg.geſt. l. Neſennius. nam ibi non compellitur auia dare alimenta: quia nepotes ſufficiẽtes erant: hic autẽ ſic dotare, licet filij ſufficiant ſibi.

i *Patrem eſſe officiũ.* vt &. ff. de ritu nupt. l. qui liberos. nõ maternum: vt.j.tit.j.l. neque mater. niſi quãdo eſſet hæretica: vt.ſ. de hæreti.l. cognouimus. Quid autem ſi extraneus dotem pro muliere promiſit: de cuius patrimonio videtur promittere: de ſuo, vel mulieris, ſiue patris mulieris? Reſpon. mulieris, vel patris: quaſi eius gerat negotium, niſi aliud probetur. arg. ff. de nego. geſt. l. Neſennius. &. ff. de admini. tuto. l. cum poſt mortem. §. j. & de lega. iij. l. vxoré. §. pater.

*Dotis extranei promittentis, de cuius patrimonio promittitur.*

*Extranei patrimonio promiſſa præſumitur.*

k *Vera.* non ficta, ꝙ pater iactet ſe dare de ſuo, & de ſubſtantia filiæ detur: vt infra ea. l. in ſi.

l *Maternis.* filio delatis.

m *Pertinent.* ſed hoc quid prodeſt patri? nam etſi hoc non præſumeres, tamen non condemnaretur pater, niſi in quantum facere poteſt: vt. ff. de re iudi. l. ſed hoc ita. Reſpon. prodeſt: quia ſi perueniat hoc caſu ad meliorem fortunam, non poterit conueniri, cum iam ſolutum eſt marito. ſecus autem ſi de ſuo præſumeres eum promiſiſſe.

n *Idoneam.* ſcilicet tantam vel talem ex qua commode poterat hanc dotem pro filia dare. & accipe cõmode. i. ſecundum dignitatem & facultatem ſuam: vt. ff. de verb. ſignifi. l. nepos Proculo. &. ff. de iure dot. l. quæro. Sed in caſu ſuperiori indiſtincte videtur teneri de ſuo dare, quando ſcilicet ſimpliciter promiſit. ſed & ibi puto ꝙ ſecundum menſuram ſubſtantiæ ſuæ teneatur: ſuperfluum vero de bonis filij & filiæ intelligatur promiſſum: nec enim veriſimile eſt, ꝙ vltra ſe obligauerit pater. arg. ff. de vſur. l. ſi ſtipulatus. ſed forte fauore dotis poteſt hic dici contrarium: quia hæc lex videtur velle notare differentiam inter primum & ſecundum caſum.

o *Intelligatur.* ſcilicet totum.

p *Poterat.* ratio vtriuſque.

q *Conſentire.* repete, & poterat &c.

r *Liberalitati.* id eſt ei quod pater dedit.

ſ *Periculum.* & ſic qui ſe iactauit, ſe obligat. ſic. ff. de ſeruĩ. vrb. præd. l. ſi arboré. §. penult. &. ff. de regu. iur. l. in ambiguis. arg. contra. ff. de contrahen. empt. l. ea quæ.

## TITVLVS XII.
## DE IVRE DOTIVM.

*Vbi conſtitutio dotis incipit à promiſsione, ve euicta poteſt agi de euictione. ſed vbi incipit à traditione: de euictione non agitur, niſi res æſtimata ſit data, vel dolus dantis dotem, vel tradentis interceſſerit. Baldus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Nicephoro.

EVicta re quæ fuerat in dotem data, ſi pollicitatio [t] vel promiſsio [u] fuerit interpoſita: gener contra ſocerum vel mulierem, ſeu hæredes eorum condictione, [x] vel

*De dotis promiſsione, & de priuilegiis circa promiſsionem dotis competentibus dictum eſt: ſequitur videre de iure dotium, id eſt de iure quod circa dotes promiſſas & præſtitas eſt inductum. Azo.*

Cõtinuatio.

*Evicta.*] CASVS. Pater pro filia dedit fundum in dotem. poſtea euictus eſt. an maritus poſsit agere de euictione, quæritur? Diſtinguitur: an incipit dos à datione, aut à promiſsione. ſi à promiſsione, ſcilicet quòd promittebatur de ea præſtanda, aget ex ſtipulatu. ſi à datione, aut erat æſtimata, aut non. Primo caſu aget actione ex empto vtili ad intereſſe. Secundo caſu, aut interceſsit bona fides dantis, aut non. ſi ſic, non aget. ſi nõ: aut interceſsit mala fides, ſcilicet mulieris dantis, aut extranei dantis pro ea. Primo caſu datur actio in factum. Secundo caſu, actio de dolo.

t *Pollicitatio.* cum interrogatione præcedente: vt. ff. de pollici. l. iij.

u *Vel promiſſo.* cum interrogatione: & dic de dote danda tam hic, quàm in ſuperiori caſu. Vel quod eſt melius, de tradenda: quo caſu poteſt ad intereſſe agi, quod non eſſet in ſuperiori caſu, ſed ad æſtimationem tantum: vt. ff. de verbo. oblig. l. ſi fundũ tradi. Vel tertio ſcilicet de euictione præſtanda.

x *Condictione.* ſcilicet certi. Vel dic condictione ex hac lege.

Et not.

BIU Cujas

Et not. quòd ex nudo pacto datur hic actio, prout ad pollicitationem respicit: & sic contra. arg. ff. de pac. l. ex conuentione.

a *Ex stipulatione.* id est certi condictione, quæ datur ex stipulatione, quasi nec sit datũ, cum sit euictum: vt. ff. de verbo. oblig. l. vbi autem. §. fin. & ff. de re. permu. l. j.

b *Interceſſerit.* si à datione dos cœpit: sic & in donatione distinguitur, an teneatur de euictione donator vel non, per legem istam.

*Donator an teneatur de euictione.*

*ADDITIO.* Vide gloſ. in verbo, venditionis. in fin. §. perficiuntur. institu. de donationibus.

† *Hæc inclusa ī quibuſdam codic. non habentur.*

c *Ex empto.* quia æstimatio facit emptionẽ: vt. ff. eo. l. plerunque. & l. quotiens. & supra de pact. l. ex conuentione.

d *Mavito.* iure veteri. & facit. ff. de ædil. edic. l. ad res. & de dona. l. Aristo. sed hodie secũdum Azo. ex stipulatu competit: quia semper fingitur interueniſſe: vt infra de rei vxo. act. §. j. Sed nos contra. nec enim ibi dicitur quòd detur ex stipulatu: sed quòd rebus euictis tacita est hypotheca cõstituta, vt ibi dices.

e *Interpoſito.* vtpote quia res aliena data est.

f *Aduerſus eum.* scilicet extraneum dotem constituentem, nó autem contra mulierem, vt subiicit.

g *Famoſa.* vt. ī. rerũ amota. l. diuortij.

h *In factum.* id est nomine doli datur in factum: & sic intellige quod est. ff. eo. l. cum

*Dotem dãs, an teneatur de euictiõe.*

post. §. cum res. Sic ergo ex prędictis collige cum datur res in dotẽ: aut æstimata, aut non. Primo casu, aut fit æstimatio vt precium restituatur, & tunc est venditio: & re euicta ex empto competit vtilis ad intereſſe: vt. ī. eo. l. quotiẽs. aut ideo vt appareat in quãtum res deterioretur: vt eo precio quo estimata res est, restituat: vt. ī. eo. l. si inter virũ. & ff. e. dicta. l. cum post. §. cũ res. quo casu idẽ est ac si nó esset ęstimata. Itaq; cũ nó est æstimata: aut initiũ capit dos à datione, aut à promisſione. si à datione: aut promisſum est de euictione, & agitur ex stipulatu re euicta: aut nó est promisſum, & tũc vel bona fides dantis interuenit, vel mala. si bona, re euicta non agitur. si mala, agitur de dolo aduersus extraneum dantem. sed si mulier vel pater eius dedit, agitur actione in factũ in defectum famosæ actionis de dolo. Vbi autẽ res siue dos incipit à promisſione, re euicta agitur ex stipulatu, ac si data non esſet, vt modo diximus.

*Si stipulatio.*] *CASVS.* Materfamil. duas habens filias, Seiam & Pollam: pro Seia dedit centum in dotem, & passa est Pollam stipulari mediam partẽ dotis sibi reddi animo donandi causa mortis in casu dissoluti matrimonij mortua matre. decesſit mater, Polla instituta hærede pro tertia. si dissoluatur matrimoniũ vel diuortio, vel morte: an posſit petere medietatem dotis sibi redd: aut tertiam, sicut fuit in tertia instituta? Respon. ꝙ poterit petere medietatẽ: nisi probetur matrem mutaſſe voluntatem.

i *Subiecta est.* scilicet pacto præcedenti super eodem.

k *Eius.* stipulationis, quia solutum matrimonium est.

l *Secundum quod.* dixit in genere: nunc in specie.

m *Si Polla.* pro qua mater dederat dotem.

n *Donandi.* causa mortis, vel verius mortis causa capionis: quod est ac si inter viuos.

ex stipulatione [a] agere potest. ℣ Sin autem nulla pollicitatio vel promisſio interceſſerit: [b] post euictionẽ eius, si quidem res æstimata fuerit, ex empto [c] competit actio. [† ℣ Sin verò hoc non est factum: si quidem bona fide eadem res in dotem data est, nulla marito [d] competit actio. †] Dolo autem dantis interpoſito, [e] de dolo actio aduersus [f] eum locum habebit: nisi à muliere dolus interpositus sit. tunc enim, ne famosa [g] actio aduersus eam detur, in factum [h] actio competit. PP. Dat. Kalend. Auguſt. Mutiano & Fabiano Conss.

*Filia agens ex proprio contractu non agit pro hæreditaria portione, sed secũdum formam contractus: potest tamen exceptione repelli si instituta sit animo compensandi: seu iussa est esse contenta portione institutionis & prælegatis, iussáq; non petere à marito. h. d. Bald. Vel sic: Filia quæ sibi fuit stipulata partem dotis maternæ de matris voluntate, non prohibetur illam petere, etiam si à matre fuerit instituta in minori parte: nisi probetur quòd mater eam instituit, ne à viro eius peteret. Saly.*

II. Imp. ANTONINVS A. Alluuiadi.

SI stipulatio de restituenda portione dotis datæ subiecta [i] est, conditióque eius [k] extitit: habet ex ea actionem is in cuius personam vtiliter concepta commisſáq; est. secundum quod [l] si Polla [m] soror tua de

A o *Stipulari.* & aliam lucraretur vir.

p *Quòd.* id est quia.

q *Ex minore.* quàm dimidia, per quod videbatur in tantum stipulationem etiam dotis deminutam.

r *Contentámque esſe.* id est voluisse filiam contentam esse eiusdem partis dotis, cuius & hæreditatis. Vel dic quòd voluit quòd nó haberet aliquid de dote propter hæreditatẽ: & secundum has duas expoſitiones impropriè ponitur prælegationibus: id est beneficiis dotis, cum non esset in testamento relicta, sed inter viuos data, id est conceſſum ius petendę dotis. sed ideo dicit prælegatio, quia in tempus mortis fuit cõceſſum ius petendi, & sic mortis causa donatio vel capio. sicque simile legato: vt. ī. de dona. causa mor. l. fina. Vel dic tertio secundũ Ioan. prælegationibus, id est quibuſdã rebus quas sibi prælegavit, prælegationibus dicto valentibus ꝓ portione hæreditatis. nam nó valet prælegatio pro ea parte pro qua est hæres, sed pro partibus cohæredum: vt. ff. de lega. j. l. legatum. vbi §. j. & hoc intellige ſalua Falcidia ipſi filiæ. Collige ergo hic, ꝙ ita demũ reuocat mater, si aliquid pro hæc reliquit quod accipit filia. sic est contra. ff. de lega. iij. l. cum quis decedens. §. nuptura. vbi sola pœnitentia reuocat. Solu. hic valuerat filiæ donatio inter viuos: ibi non, sed pro ſe matre. vnde hic non

B restituenda sibi parte dotis habet actionem, eo quòd mater vestra donandi [n] animo passa est partem dimidiam dotis post obitum matris filiam stipulari: [o] metuere non debet doli exceptionem, quòd [p] matri suæ, quæ pactum interposuit, hæres ex minore [q] quàm dimidia portione extitit: nisi liquido probatum fuerit, matrem eius mutaſſe dotis pacti voluntatem, contentámque esſe [r] voluisse filiam suam pro portione hæreditatis prælegationibus, maritúmq; suum exactione liberari voluisse. PP. Dat. III. Kal. Aug. Antonino A. IIII. & Balbino Conss.

*Seruus dotalis potest per virum in testamento & inter viuos manumitti. Bald. & Saly.*

III. Imp. ALEXANDER A. Euphemio.

C ET si [s] dotis exactio, defuncta in matrimonio filia, potuisset ad patrem pertinere: † dotalibus [t] tamen seruis maritus testamento directam & fideicommiſſam libertatem iure dedit, & præstita reuocari non debuit: [u] cum & inter viuos manumittendi mancipia dotalia constante matrimonio liberam habeat maritus facultatem. PP. VI. Id. Decemb. Antonino & Alexandro Conss.

D ET si dotis.] *CASVS.* Pater pro filia mancipium dedit in dotem, & maritus in testamento suo reliquit fideicommiſſi libertatem: an pater ad quem dotis exactio pertinet, posſit libertatem reuocare, quæritur? Dicitur ꝙ non, cum maritus etiam inter viuos poterat eum manumiſiſſe.

s *Etsi.* id est quanuis.

t *Dotalibus.* & sic inæstimatis: vt infra titu. j. §. & cum ſer.

u *Non debuit.* hoc si vir est soluendo: vt & infra de ſer. pigno. da. manumiſ. l. j. & l. fin. & ff. de manumiſ. l. ſeruum dotalem. & ff. ſolu. matrimo. l. dotalem. Item not. hic maritũ dominũ esse rei dotalis: vt & supra de rei vind. l. doce. & dices infra eod. l. in rebus. nec ob. ff. ſolu. matri. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. vbi dicuntur dotales serui alieni, id est non viri. sed illud propter ſpem, non rem. Inde est ꝙ vir iubet seruo dotali hæreditatem adire vel repudiare. sed M. & Pi. dicunt virum reddere vxori interim quæsita vsque dum adeat: per quod etiam probatur quòd vir est dominus: vt. ff. ſolu. matri. l. ſeruus dotalis. in fin. nec mirandum si quod seruus dotalis acquirit non ex re viri vel opera ſua, vxori vir restituat: vt. ff. de acquir. hæredi. l. aditio. nam & idem est in seruo vendito, qui redhibetur, de quo conſtat quòd fuit factus emptoris: vt. ff. de ædil. edic. l. & generaliter.

*Nullus.*

BIU Cujas

*Breuis est, & per se patens. dicit enim quòd mulier marito suo potest dare in dotem omnia bona sua. quod intelligo non solum præsentia, sed & futura, si de futuris cauetur expresse: alias in vniuersali dispositione translatiua dominii futura non veniunt. Baldus.*

IIII. Idem A. Valenti.

NVlla lege prohibitum est[a] vniuersa bona in dotem marito fœminam dare. PP. IIII. Id. Iul. Maximo II. & Aeliano Conss.

*Si res æstimata est in dotem data: soluto matrimonio res retinetur per virum, si æstimatio offeratur. h.d. Bald. Vel sic: Æstimatio facit emptionem: sed maritus habet electionem, restituat rem vel precium. Salycetus.*

V. Idem A. Statiæ.

QVotiens res æstimatæ in dotem dantur: maritus dominium[b] consecutus, summæ velut precij debitor efficitur. Si itaque nō conuenit[c] vt soluto matrimonio restituerentur, & iure æstimatæ sunt, retinebit[d] eas, si pecuniā tibi offerat.[e] Dat. III. Id. April. Alexandro A. II. & Marcello Conss.

*Extraneus dotans, ex nudo pacto incontinenti apposito sibi actionem quærit: pater vero communem actionem patris & filiæ sibi nudo pacto consolidare non potest. hoc dicit. Bald. Vel sic: Pater ex nudo pacto incontinenti apposito super dote profectitia sibi restituenda, agere non potest: mater vero & auia sic. h.d. Vel sic: Pater dotans filiam non potest sibi quærere actionē, nisi per stipulationem: cæteri etiam possunt ex nudo pacto. Salyc.*

VI. Imp. MAXIMINVS A. Sulpitio.

AVia tua[f] †, eorum quæ pro filia tua[g] in dotem dedit, etsi verborum obligatio nō interceſsit, actionem[h] ex fide conuentionis[i] ad te, si hęres extitisti, transmittere potuit. Nec enim eadem causa est patris & matris paciscētium: quippe matris[k] pactum actionem prescriptis verbis constituit, patris[l] dotis actionem profectitiæ[m] nomine competentem[n] conuentione simplici[o] minimè creditur innouare.[p] Dat. III. Id. Februa. Maximino. A. & Africano Conss.

*Ius filiæ quæsitum facto patris, non potest ex post facto ea non consentiente mutari. Bald. Vel sic: Pater stipulando dotem sibi restitui ex interuallo, non præiudicat filiæ non consentienti. Salyc.*

VII. Imp. GORDIANVS A. Marco.

CVm à socero tuo pro vxore dos tibi daretur, si ea in stipulationem deducta non est sub tempore dationis, sed postea: socer tuus tecum paciscendo,[q] si id nō ex voluntate filiæ suæ fecit, conditionem eius lædere non potuit.[r] quandoque enim sola[f] de dote experiens, id pactum non debere ad sui dispēdium operari, de iure defenditur. PP. Dat. Kal. Octob. Pio & Pontiano Conss.

---

NVlla.] CASVS. Omnia quæ habet mulier, potest dare in dotem, & hoc nulla lege prohibitum est. Viuia.

a *Prohibitū est.* immo permissum est: vt. ff. eo. l. mulier bona. nec ob. ſ. de inoffic. dot. quia nō reuocatur ibi quia omnia dedit, sed quia inofficiosa erat pro filiis. Itē eodē modo nō ob. supra de secun. nup. l. hac edictali. in princ. quia & ibi non ideo quia omnia, sed quia iniuriam facit filiis primi matrimonij. Item eodem modo nō ob. ſ. si aduers. dot. l. j. & ff. de mino. l. si ex causa. §. in dotis. quia & ibi nō quia omnia, sed quia nō erat vir dignus tam magnam dotem habere, & sic læsa. Item nec ob. quod dicitur ꝙ immobilia nō possunt à minore alienari: & sic nec in dotē dari, quia illud est falsum: quia possunt ex hac causa alienari: vt fi. eo. l. Titia. & infra de admini. tut. l. lex quæ tutores. &. j. de prædi. mi. l. prædia. &. j. ſi ma. fac. ra. ha. l. fin. §. fi. Sed arg. est cōtra. ī eo tit. de præd. mi. l. ob æs. sed & hoc posito tamē nō qa omnia, sed quia huiusmodi rei prohibita esset alienatio. & idem si datum est aliquid ea lege vt nō alienet. Item nec ob. ff. eo. l. iure succursum. §. fi. quia ibi alia deceptio (non quia omnia, si modo maritus esset dignus) resciſsionem inducit. & eodem modo respondeo ad ea quæ dicuntur. ff. eo. l. si res. §. j.

QVotiens.] CASVS. pro filia dedit viro fundum æstimatū in dotem: vir tamen non habet necesse soluere ipsi fundum, sed æstimationem. sed an maritus si æstimationē soluere voluerit, posit fundum retinere, quæritur? Dicitur ꝙ sic: nisi conueniſſet vt ipse fundus solu. matrimo. redderetur: quo casu fieret quod conuenit.

b *Dominium.* ex hoc colligitur ꝙ quando inæstimatæ sunt, nō transit dominium: quod est falsum: vt dices. j. e. l. in rebus.

c *Conuenit.* No. ergo duplici modo fieri æstimationem: vno vt hic, altero vt. j. eo. l. si inter virum.

d *Retinebit.* subaudi maritus.

e *Offerat.* vbi ergo est dictum cuius eorum sit electio, illius erit: vt. j. de fun. do. l. j. ſi nihil est dictum, viri est electio: vt. ff. eo. l. plerunque. in fin. Item videtur contra. ff. eo. l. ſi res. §. j. vbi indiſtincte videtur arbitrio viri, sed hoc secundum illam. Item contra. ſ. de vſufru. l. interest. Solu. hoc est fauore mulieris. vel lege legem illam vt ibi notaui.

AVia.] CASVS. Differentiam assignat inter patrem dantem dotem, & extraneum: quia pater incontinenti non potest paciſci tantū sibi reddi, nisi interueniat stipulatio, nec actionem sibi & filiæ quæsitam simplici pacto poterit innouare. extraneus vero vtiliter sibi paciſcitur incontinenti dotem reddi: & habet actionem præscrip. verb.

f *Auia tua.* differentia est inter patrem dantem dotem pro filia, & extraneum. nam pater etiam incontinenti non potest paciſci vt sibi tantū reddatur sine stipulatione: quia officium paternum est dotare filias. cum enim sibi & filiæ quæsierit actionem, non potest simplici pacto innouare. at extraneus vtiliter paciſcitur sibi reddi incōtinenti, & oritur actio præscriptis verbis: non autem informatur vetus, quæ nulla est.

g *Filia tua.* id est pronepte sua, & sic pro extranea: vt. j. tit. j. §. extraneum. nam idem in quolibet extraneo: vt. j. eo. l. si dotem. &. j. de pact. con. l. j.

h *Actionem.* scilicet præscriptis verbis: vt. ſ. de rerum permu. l. rebus. & ff. de pact. l. in traditione. & supra de pact. inter emp. & vendi. l. ij.

† *Cōcor. cū hac. l. c. inter dilectos. cum glo. sup verbo, quod meū. quæ potnit casum huius. l. extra de fi. instrumen.*

i *Cōuentionis.* incontinenti adhibitæ, quæ valuit, vt dixi: sed non est idem in pacto patris. vere nō idē, quippe matris &c.

k *Matris.* idem in auia, vt in nostro casu: & idem ī quolibet qui non habet personam dotatam in potestate, qui omnes dicūtur extranei: vt infra tit. j. §. extraneum.

l *Patris.* subaudi, sed.

m *Profectitiæ.* profectitiam dotem facit nō ius potestatis, sed patris nomen, si modo vt pater dederit: vt &. ff. eo. l. profectitia. §. fi. & §. si pater.

n *Competentem.* id est competituram. nam nō videtur nasci nisi demum soluto matrimonio: vt. ff. de bo. dam. l. sed si alia. in fi. & facit infra solu. matrimo. l. dos.

o *Simplici.* sed stipulatione posset incontinenti, nō ex interuallo post cōtractum matrimonium: vt. ff. solu. matrimo. l. quotiens. &. ff. de pact. dot. l. cum dos. &. ff. eo. l. post nuptias. &. j. l. proxi. Sic ergo not. hic speciale vbi ex pacto incontinenti apposito nō oritur actio. sic &. ſ. de vſur. l. quanuis. j. &. ff. de relig. l. ꝙ si locus. &. ff. de ser. expor. l. si seruus. Si quæratur ratio quare diuersum in patre & extraneo? Respon. quia patri prouisum est per. l. ff. solu. matrimo. l. ij. §. j. quod non est in extraneo: vnde facile est vt sibi posit prouidere: vt. j. tit. j. §. accedit. Item secunda, quia patris officium est dotare, non extranei: vt. ſ. titu. j. l. fi. & de hæreti. l. cognouimus. & ideo pactum nudū facilius operatur in extraneo, quàm in patre. Est & tertia: quia cum iam esset actio communiter quæsita, non potest filiæ auferri sine eius voluntate: vt. ff. solu. matri. l. quotiens. Sed nónne & sic est acquisita filiæ statim cum auus maternus vel mater dedit dotem: vt. j. tit. j. §. accedit. &. §. extraneum? Respon. sic, sed fingitur nō quæsita: vt arg. ff. de noua. l. eum enim. Et quarta est ratio quæ redditur hic, quia non potest simplex pactum nouare. & facit ad. l. istam. ff. de condict. ob cau. l. si extraneus.

*Pater dans dotem profitia sua, quæ re nō possit actionē sibi appropriare simplici pacto sicut extraneis.*

p *Innouare.* id est ad nouum esse reducere, scilicet vbi est essentialiter patris & filiæ communis: vt sit solius patris. Bal.

CVm à socero.] CASVS. Pater pro filia dedit dotem, nec ipse stipulatus est eam sibi reddi: postea pactus est cum marito eam sibi reddi. In secundo casu solu. matrimo. morte vel diuortio, an præiudicauit filiæ quo minus petere posit, quæritur? Respon. ꝙ non si sine voluntate filiæ pactum fuisset interpositum. Viuianus.

q *Paciscendo.* vt sibi soli reddatur.

r *Non potuit.* vt &. ff. eo. l. post nuptias. & de pac. dot. l. cum dos. secus si ante: vt. ff. solu. matri. l. quotiens.

f *Sola.* veluti sui iuris facta emancipatione, vel morte patris: vt infra titu. j. §. videamus. vel quia pater sit turpis persona, aut absens:

BIU Cujas

absens: vt. ff. sol. matrimo. l. si cum dotem. §. eo tẽpore. & facit. ff. de mino. l. iij. §. sed vtrum. in fi. §. & sicut pater non facit filię cõditionem deteriorem, vt hic: sic nec filia patris: vt. ff. solu. matrimo. l. ij. §. item si voluntate. Econtra si fiat pactũ ab aliquo eorũ, vt prosit, die vt diximus. ff. de pact. dot. l. cum dos. in glo. ĩmo nec &c. & de pact. l. & heredi. §. filia. & facit ad. l. iſtam in eo ꝙ quædã pacta super dote non valent, vt quæ ad ius respiciunt. ff. de pac. dot. l. si pater. §. ex pactis. &. l. ij. & infra titu. ij. l. quãuis. & supra. l. proxi.

*Verba trahuntur ad intellectũ: & dispositum in principali, in augmento intelligitur tacite repetitum, etiam in obligatione verbali. h. d. Baldus. Vel sic: Sensum magis spectamus, quàm verba. Et pacta inita in aliquo subiecto, intelliguntur repetita in eius augmento. Salycetus.*

VIII. Idem A. Agrippinæ.

ETiam si non dotem reddi sibi mater, sed ea quæ in dotem data sunt, vt eam sequerentur, [a] vel ad se pertinerent, in matrimonio defuncta filia, stipulata sit: durante matrimonio filia decedente, actionem ex stipulatu videri quæsitam, ęquissimum esse iudicam[o]. cui [b] consequens est, vt etiã id quod additamenti [c] causa in dotem datum est, eadem actione repetatur. PP. Kalendis Feb. Sabino & Venusto Conss.

*Inter fiscum & mulierem prælatio sumitur ex tempore. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Mulier in dote præfertur fisco posterius contrahenti. Salycetus.*

IX. Imp. DECIVS A. & Cæsar Vrbicanæ.

DOtis tuę potiorem causam magis esse [d] cõuenit, quàm reipublicæ, cui postea idẽ maritus obnoxius factus est. PP. VI. Id. Iunij, Decio. A. & Grato Conss.

*Vbi res æstimata datur in dotem, tenetur mulier viro actione ex empto: & commoda & incommoda rei pertinent ad maritum. h. d. Baldus. Vel sic: Quando æstimatio facit emptionem, mulier tenetur ex empto ad rem: & maritus soluto matrimonio tenetur ad æstimationẽ, & interim periculũ & augmẽtũ spectãt ad maritũ. Sal.*

X. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Ingenuo.

CVm dotem te æstimatam accepisse profitearis: apparet iure communi per pactum quod doti insertum est, formato contractu, ex empto [e] actionem esse. Quis enim [f] dubitet

*Sẽsum spectari potius quàm verba.*

ETiam. ] CASVS. Mater pro filia dedit dotem, nec eam stipulata est sibi reddi: sed vt eam sequeretur, vel ad eam pertineret in casu soluto matrimo. morte vel diuortio: licet illa non fuerit vsa verbis doté sibi reddi, an ob hoc minus sibi sit ex stipulatu pro dote acquisita actio? Dicitur quòd non: & eadem actione non solum dotem repetet, sed & dotis augmẽtum. Viuianus.

a *Sequerentur.* sic supra de dona. ante nup. l. si cum ante. &. ff. de pac. l. tale pactum. §. fina. Et not. argu. sensum non verba spectari. sic &. ff. de adimen. lega. l. iij. §. conditio. & de contrahẽ. empt. l. sed Celsus. & ĩfra de libe. præ. l. iij. &. ff. de pactis. l. tale. j. respon. Argu. cõtra. ff. de pac. l. iurisgentium. §. v- trunque.

b *Cui.* scilicet rationi.

c *Additamẽti.* vt sunt accessiones, vel etiam aliquod separatum augmentum: quod intelligit Ioan. si & super hoc incontinenti fuerit pactum, aliàs non. sed certe & idem videtur etiam si nullum pactum speciale fiat super augmento: vt. ff. de pact. dot. l. inter. §. cum inter. & supra de dona. ante nupt. l. constãte. §. pactis.

DOtis. ] CASVS. Pater pro filia dedit dotem: maritus postea contraxit cum fisco, & factus est eius debitor. quis præferri debeat in bonis mariti, quæritur? Dicitur ꝙ mulier. Viuianus.

d *Magis esse.* fiscus & fœmina paribus passibus ambulant: vnde qui prior est tempore, potior erit in iure: vt hic, & infra de priuileg. fisc. l. ij. & facit. ff. ex quib. cau. maio. l. fina. & infra qui potio. in pig. hab. l. iiij. hoc autem nisi ex primipili causa. nam tunc etiam res dotales occupantur pro tali debito: vt infra in quib. cau. pig. ta. contra. l. satis. & de primipilo. l. vtilitas. lib. xij. liberi etiam si non sint hæredes, conueniuntur: vt infra de primipil. l. fina. lib. xij.

CVm dotem. ] CASVS. Pater pro filia dotis nomine fundum dedit marito æstimatum. si euincatur, an vt talia præstentur quæ præstanda sunt, maritus habeat actionem ex empto, quæritur? Dicitur quòd sic. & commodum dotis ad maritum pertinebit, & tantum ad æstimationem tenebitur. Viuianus.

e *Ex empto.* vt præstentur quæ præstanda sunt etiam euicto: vt & supra de pact. l. ex conuentione. Sed an etiam ipsa habeat ex vendito soluto matrimonio ad æstimationem dotis? Non puto. nec enim simplex venditio est: vt. ff. eo. l. quotiens. nec est absurdum ex altera tantum parte dari ex empto, & altera ex stipulatu ꝙ dote: vt arg. ff. man. l. potest.

f *Quis enim.* argumẽtatur à relatiuis, vel à communiter accidentibus. nam si est emptio, ergo precium: & econtra.

g *Fiant.* hoc si post matrimonium, nõ autem ante: vt. ff. e. l. plerumque. §. si ante.

DE his. ] CASVS. Pater ꝙ filia quædam res dedit in dotem, & direptæ sunt, id est ablatæ per vim vel raptæ: an maritus habeat, an vxor actionẽ contra rapientẽ, quæritur? Dicit quòd vir. Viuianus.

h *Ac direpta.* id est vi ablata.

i *Mariti.* vt pote domini: vt supra de rei vindi. l. doce.

k *Actionẽ.* vi bonorum raptorũ, vel furti.

EX pecunia. ] CASVS. Si maritus ex pecunia dotali fundum emat, & suo nomine: cui acquiritur, quærit? Dicitur quòd non mulieri, sed viro: quia actio ex empto acquiri mulieri non potuit: & pro parte residua dotis pro dote habet actionem, si parte recepit, dum tamen de ea parte non fuerit à muliere transactũ. Viuianus.

l *Comparatus.* nomine suo.

m *Non tibi quæritur.* vt infra de ser. pig. dama. l. fi. nisi hoc ageretur ab vxore & viro, vt dos fieret, & vtile esset mulieri: vt. ff. eo. l. res quę ex dotali. &. l. ita constante. quę sunt cõtra. Sic econtra speciebus venditis, scilicet lapidibus fit pecunia dos, cum hoc agitur, & mulieri est vtile: vt. ff. e. l. si ex lapidicinis. ex pecunia autẽ minoris vel militis res empta constat quòd est militis vel minoris: vt. ĩ. de rei vind. l. si vt proponis. &. ff. quando ex fac. tut. l. ij.

n *Acquirere.* etiam si eius nomine emisset: vt & supra si quis alte. vel sibi. l. multum. & infra eo. l. si genero. auus tamen acquirit nepti: vt. ff. solu. matri. l. Caius.

o *Prouidebit.* sic & infra de fur. l. post decisionẽ. ADDITIO. Intelligas hanc legem veram, si aliunde mulieri consuli potest: alioquin in subsidium bene posset ad rem agere: vt. l. vxor marito. in fi. ff. de dona. inter vir. & vxo.

SI à matre. ] CASVS. De substantia filiorum dotem dedit mater viro, & non intercessit stipulatio vel pollicitatio. an rebus in dotem datis à filiis euictis agere possit maritus de euictione? Respon. quòd non. Viuianus.

p *Nullã.* nec ad dominij trãslationẽ, nec ad hoc vt de euictione teneat quę dedit, cũ accipiẽs fuerit sciẽs: vt. ĵ. de euictio. l. si fidei. *Pollicitatis.*

æstimationem à te mulieri deberi, cum periculo tuo res deteriores fiant, [g] vel augmẽta lucro tuo recipiantur? PP. XII. Kalendas Maij, Maximo. II. & Aquilino Conss.

*Si res dotalis vi auferatur, marito quæritur actio. h. d. Baldus. Vel sic: Pro rebus dotalibus & abreptis agit maritus, non vxor. Salycetus.*

XI. Iidem AA. & CC. Seueræ.

DE his quæ in dotem data ac direpta [h] commemoras, mariti [i] tui esse actionem, [k] nulla est dubitatio. Dat. X. Kalend. Maij, Heracliæ. AA. Conss.

*Res empta ex pecunia dotali nõ est dotalis, & ex tali emptione mulieri non acquiritur actio: & ideo si dos est in casu restitutionis, mulier pecuniam repetit, non ad rem agit. h. d. Bald. Vel sic: Fundus emptus ex pecunia dotali, nõ efficitur vxoris, ideo sola pecunia repetitur, vel eius residuũ vbi pars restituta fuit. Salycetus.*

XII. Iidem AA. & CC. Rufinæ.

EX pecunia dotali fundus à marito tuo comparatus, [l] non tibi quæritur, [m] cum neque maritus vxori actionẽ empti possit acquirere: [n] at dotis tantùm actio tibi cõpetit. Vnde aditus præses prouinciæ, si non te transegisse repererit, sed ex maiore parte dotem consecutam, residuum restitui prouidebit [o]. Dat. VIII. Kalẽ. Maij, Heracliæ. AA. Conss.

*Mater non potest dare rem filiorum pro dote sua, & accipienti non competit actio nomine euictionis, si fuit sciens, nisi pactum vel stipulatio intercesserit de euictione præstanda. h. d. Baldus. Vel sic: Mater non potest in præiudicium filiorum tradere pro sua dote res eorum. Salycetus.*

XIII. Iidem AA. & CC. Catulæ & Statiæ.

SI à matre vestra superstite aliquid ad vos pertinens, in dotem sciẽti vitrico vestro datum est: intelligitis nullam [p] fir-

BIU Cujas

a *Pollicitatio.* quæ sufficit in dote constituenda: vt supra tit. j. l. ad exactionem. & quando sic incipit dos, agitur de euictione: vt supra. c. l. j.

b *Stipulatio.* scilicet de euictione, etiam si incepit à traditione: & dic cum res non fuit æstimata. nam tũc agitur vtili ex empto: vt supra eo. l. j. & l. cũ dotem.

*Neque mater.*] CASVS. An mater cõpelléda sit dare dotem pro filia, quæritur? Dicitur quòd nõ, nisi ex magna & probabili causa: vel lege specialiter expressa. & hoc in prima. an vero marit⁹ bona vxoris ea inuita possit dare í dotem pro filiâ, quæritur? Dicitur quòd nõ. & hoc in secunda. Viuianus.

c *Causa.* vt quia sit hæretica, filia vero orthodoxa: vt supra de hæreti. l. cognouimus.

d *Facultatem.* sed de suis propriis habet necessitatem: vt supra titu. proxi. l. fi.

*Cum citra.*] CASVS. An citra cõfectionem instrumenti dotalis dos à muliere solu. matrimonio repeti possit, quæritur? Respon. quòd sic. nec sibi oberit quòd istrumentum dotale nõ interuenerit: vel si interuenit, & amissum sit, non oberit quo min⁹ repetat si alias habeat probationes. Viuian⁹.

e *Probanti.* per testes, vel alias probationes, vel præsumptiones.

f *Amissis.* sic in vendítione: vt supra de fide istru. l. cum instrumentis. & in libertate data, ifra de liber. cau. l. sicut. & fa. supra de rei vidi. l. indicia. & l. cum super. & de proba. l. ad probationẽ. j. & ff. de fide instru. l. in re. & supra de nupt. l. neque sine.

*Ante diuisionem.*] CASVS. Duæ sorores successerũt patri ab intestato. an altera portionem quam habet í fundo quasi p indiuiso, ante factã diuisionem posit dare í dotem, quæritur? Dicitur quòd sic. nec obstat quòd fundus non est diuisus. Viuianus.

g *Prohibetur.* vt & supra commu. diuid. l. j. & de contrahen. emp. l. dudum. & de commu. re. alie. l. falso. Item hoc casu etiam lite contestata: vt infra de litig. l. fina. in fi.

*Res.*] CASVS. Si pater pro filia fundum in dotem dedit, deducto pro se vsufructu, & eum vendat: an filiæ præiudicet, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

h *Quarum.* id est quas.

i *Vsufructu.* q finit⁹ cedit lucro dotis: vt. ff. eo. l. iij. Sed cõtra. ff. de pac. dota. l. iiij. Sol. hic dedurit vsumfructũ, ibi fructũ. Iaco.

A k *Tibi.* marito pro filia tua.

*Socrus.*] CASVS. Socrus dedit filiæ suæ vxori meæ sundum detracto vsufruct. vxor mea dedit mihi eum in dotem, & socrus vsumfructum, & fecit mihi pactum vxor mea & socrus de dote lucranda si vxor prædecederet. prædeceſit vxor. an fundus pleno iure penes me remanere debeat, quæritur? Dicitur quòd sic. si vero socrus filiæ suæ locasset vsumfructum, mortua filia ad socrum reuertitur. Viuianus.

l *Vxori tuæ.* scilicet filiæ suæ. & tenuit donatio.

m *Dedit.* donãdo vel faciendo simile pactũ de lucrando, sicut & vxor facit super proprietate. & dedit causalem, quamuis ipsa haberet formalem.

n *Fundum.* id est plena proprietate.

o *Placiti.* de lucrando. & hoc cum socrus dedit vsumfructum genero suo. secus autem si retinuit, & filiæ locauit. & hoc subiicit: & sic sunt duo casus: & huic secundo est contra. supra de vsufruc. l. si domina. Solu. vt ibi.

p *Vsusfructus.* scilicet formalis.

*Cum patrem.*] CASVS. Pater duas habẽs filias, Seiam, quę erat in potestate, & Titiam: pro Titia dedit tibi centum in dotem, & pactus est vt matrimonio post mortẽ suã soluto, quòd medietas dotis ad Seiam peruenireret. pater fecit testamẽtum, & Seiam cum quibusdam aliis hæredem instituit, & prohibuit Seiam aliquid à te petere pro dote. an Seia possit agere de dote, quæritur? Distinguitur: Aut pater stipulatus est, & non aget filia: quia alteri &c. aut ipsa stipulata est, & aget eatenus quatenus est instituta: & non in plus: quia in eo quod plus est, obstaret exceptio: salua tamen retentione Falcid. verbi gratia, Quadraginta habuit ex institutione, & quadraginta ei debebantur ex stipulatiõe dotis. si agat, repellit except. in. xxx. &. x. sibi retinebit ex Falcidia. Viuianus.

q *Suam.* id est patris.

r *Eadem.* filia. nam si morte generi solueretur matrimonium, non noceret filiæ pactum patris: vt infra titu. ij. l. quamuis.

f *Amniæ.* proprium nomen est filiæ emancipatæ non nuptæ.

t *Pactum.* ita quòd stipulatus, vt statim innuit.

u *Nec Amniam.* repete, & proponas patrem sanxisse se non velle Amniam aliquid petere ex stipulatione patris. Accursius.

mitatem iuris dationem habere, si neque pollicitatio,[a] neque stipulatio[b] interceſit. Dat. prid. Kalendas Maij, Heracliæ. AA. Conss.

*Mater non cogitur dotare filiam nisi ex rationabili causa, & nisi ex causis expressis in iure. Item pater ex bonis vxoris suæ non potest dotare filiam communem non cõsentiente vxore. h. d. Baldus. Vel sic: Mater non cogitur dotare filiam nisi ex causa: pater sic: sed non potest de alieno, domino inuito. quod nota. Salycetus.*

B XIIII. Iidem AA. & Cæs. Basilissæ.

NEque mater pro filia dotẽ dare cogit, nisi ex magna & probabili causa, [c] vel lege specialiter expressa: neque pater de bonis vxoris suæ inuitæ vllam dandi habet facultatem. [d] Dat. Non. Nouemb. Philippopoli. AA. Conss.

*Amissio instrumentorum non præiudicat doti: quia substantia dotis etiam sine instrumentis consistit, dummodo probetur per testes vel legitimas præsumptiones. h. d. cum glos. Baldus. Vel sic: Amissio instrumentorum dotalium non nocet, si alia sint probationes. Salycetus.*

XV. Iidem AA. & CC. Vlpiano.

C CVm citra fidem etiam instrumentorum datam dotem aliunde probãti, [e] post diuortium quondam vxoris tuæ secundum bonam fidem restitui debere constet: amissis [f] etiã instrumentis sine dubio cætera probationũ indicia iure prodita, non habentur irrita. Dat. VIII. Kalẽd. Aug. Sirmij. AA. Cõss.

*Soror habens bona indiuisa cum fratre, potest partem suam in dotem dare etiam fratre ignorante vel inuito. h. d. Baldus. Vel sic: Communio non impedit partem pro indiuiso dari in dotem. Salycetus.*

XVI. Iidem AA. & CC. Aemilio.

ANte diuisionem soror tua intestato patri etiã ipsa succedens, pro indiuiso portionẽ D fundi communis in dotem dare non prohibetur. [g] Dat. Non. Iul. Sirmij. CC. Conss.

*Dans proprietatem in dotem retẽto vsufructu, non potest in præiudiciũ proprietaris vendere, vel alio modo disponere. Bald.*

XVII. Iidem Augusti & Cæsares Sabino.

REs quas [h] vsufructu [i] sibi deducto, socrus in dotem dedit, venundando auferre tibi [k] non potest. Dat. Non. Iul. Sirmij. CC. Conss.

*Si vir ab vxore recipit nudam proprietatem cum pacto de lucrãdo à socero vsumfructum: soluto matrimonio morte mulieris, nihil restituit: secus si vsumfructum non recipit in dotem: quia tunc ei nõ prodest pactum de lucrãdo. h. d. Bal. Vel sic: Proprietas potest dari in dotem ab vxore, & vsusfructus pro eadem à socru: & pactum tunc de lucrando initum cum vxore, nocet in vtroque: morte autem conducentis non extinguitur vsusfructus formalis. Salycetus.*

XVIII. Iidem AA. Menestrato.

SI socrus tua fundũ deducto vsufructu vxori tuæ [l] donauit, tibíq; in dotẽ vxor quidem proprietatẽ, socrus autẽ vsumfructũ dedit: [m] vxore tua reb⁹ humanis in matrimonio exẽpta, fundũ [n] apud te remãsisse secũdũ placiti [o] inter vos fidẽ, non ambigitur. Nã si acceptura certũ quid annuũ, filię suę vsũfructũ locauit: mortua cõductrice, vsusfructus [p] extinguí minimè potuit. Dat. XIIII. Kalend. Ianuarij, Sirmij. CC. Conss.

*Ex stipulatione dotantis non quæritur alteri actio: sed si illemet sibi stipuletur de voluntate dotantis, actio quæritur. sed si in testamento eam exercere prohibeatur, cum sit hæres institutus à dotãte, salua Falcidia parendum est voluntati. h. d. Bal. Vel sic: Ex pacto vel stipulatione patris non quæritur actio filiæ emancipatæ. & testator potest grauare hæredẽ ne actione sua agat, salua tamẽ Falcidia. h. d. secũdũ lect. glos. Sal.*

XIX. Iidem Augu. & Cæs. Achilli.

CVm patrem pro filia dotẽ tibi dãtem, si post mortem suam [q] in matrimonio constituta rebus humanis eadẽ [r] eximatur, partẽ dimidiam dotis Amnię [s] reddi, pactũ [t] ponas: post verò testamẽto facto, cum aliis etiã Amniã hęredem scripsisse, nec Amniam [u] quicquã ex stipulatu petere velle sanxisse: si quidem hanc sibi reddi secundum fidem pacti stipulatã Amniã nõ probetur, ex alieno pacto nõ prorsus ei vlla competit

a *Actio.* scilicet directa. sic &. ï. tit. ij. l. quanuis. &. l. pactum. & ï. si quis alte. vel sibi. l. multum. vtilis sic, si non esset testamétum. sic & infra titu. ij. l. pater pro filia. & infra de do. quæ sub modo. l. quotiens.

b *Tibi.* genero.

c *Probetur.* potuit eñ dixisse gratia cohæredum: vt. ff. de lega. iij. l. fideicommissa. §. interdum. Item gratia tui, qui eras gener, vt hic dicitur.

d *Accepit.* puta accepit quadraginta ex institutione, cum totidé ei deberétur ex sua stipulatione. in triginta patietur exceptiones quę cócurrunt cum eo quod supereſt deducta quarta in qua non potuit grauari, vt hic subiicit. &. ff. ad legem Falcid. l. quod de bonis. §. fina. licet ipse hæres posset se in ea grauare: vt. ff. ad legem Falcid. l. potest. Vel & hic posset grauari, si hoc expresse dixisset quòd animo compensandi dimittitur: vt. ff. ad legem Falcidiam l. si debitor. hodie autem cóstat q̃ potest: vt infra ad legẽ Falcidiam. authen. sed cum testator. & facit. ö. eo. l. si stipulatio. & có trarium ibi dictum & hic dici posset ex. ff. de leg. iij. l. cum quis. §. nuptura. & solue vt ibi.

e *Falcidia.* iure institutionis.

*Pro oneribus.*] *CASVS.* Fructus dotis lucro cedunt marito propter onus matrimonij quod sustinet. Si vero constante matrimonio eos vxori dedit, reuocabit maritus eatenus quatenus locupletior facta est, & vir pauperior. Viuia.

*Matrimonii onera sunt plura.*

f *Pro oneribus matrimonii.* quæ sunt plura, & sustinet ea vir: vt. ff. solu. matrimo. l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo. &. ff. de donat. inter virum & vxo. l. si quis pro vxore. in prin. &. §. j. &. ff. eo. l. dotis fructus. &. l. quanuis. in fin. & de doli exceptio. l. fin. in prin. &. ff. famil. ercis. l. si filia. &. l. si maritus.

g *Totius.* nisi forte serui dotales quærant aliquid extra res mariti, vel operam suam: quod quæritur mulieri.

h *Capere.* scilicet fructus.

i *Locupletior.* & ipse pauperior: vt & supra si quis alteri vel sibi. l. multum. vbi ergo ipsa vxor & sui ex eis sustentata est, non repetet vir: vt. ï. tit. ij. i. fructus. & de donat. inter virum & vxo. l. si fructus. &. ff. de dona. inter virum & vxo. l. si quis pro vxore. quæ sunt cõtra. Sed videtur fructus posse donari nec repeti etiã in quo est locupletior: vt. ff. de donat. inter virum & vxorem. l. de fructibus. &. ff. de vsu. l. fructus. quæ sunt contra. sed ibi rem donando donat fructus, licet iure nõ teneat donatio: hic autem principaliter fructus.

*Si inter.*] *CASVS.* Mulier dedit vineam marito in dotem: & pacta est vt in casu soluti matrimonij in eadem bonitate, & eodem precio quo tunc æstimabatur, sibi redderetur. an maritus soluto matrimonio vineam retinere possit, & precium reddere, quæritur? Dicitur quòd non. Viuia.

actio. a Si verò ex verborum conceptione sibi Amnia quæsiuit obligationem, ac tibi b testatorẽ prospexisse probetur: c contra eam ex stipulatu post euentum cõditionis petentem quatenus accepit d ex defuncti volũtate, quæ fuit stipulata exceptione (salua Falcidia e) vti potes. Dat. XIII. Kalend. Feb. Sirmij. CC. Conss.

*Fructus dotis pertinent ad maritum onera matrimonii sustinentem: quos si vxori concedit, repetit ab vxore quatenus vxor locupletior effecta est. h. d. Bald. Vel sic: Fructus dotis cedunt lucro mariti, nec possunt vxori donari. Saly.*

XX. Iidem AA. & CAESARES Tiberio.

PRo oneribus matrimonij, f mariti lucro fructus totius g dotis esse, quos ipse cepit: vel si vxori capere h donationis causa permisit, eum, in quãtum locupletior i facta est, posse agere, manifestissimi iuris est. Dat. V. Kal. Maij Sirmij. CC. Conss.

*Cum res in dotem data æstimatur, ita vt res sub eadem æstimatione reddatur, ipsa res est in dotem, non æstimatio. si tamen res est deteriorata, debet restitui etiã æstimatione taxata. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Res dotalis æstimata, deteriorationis gratia repetitur soluto matrimonio, & non æstimatio. Salycetus.*

XXI. Iidem AVGVSTI & CAESARES ad Geminium.

SI inter virum & vxorem pactum sit interpositum, vt si matrimonium intra quinquennij forte tempora quoquo modo esset dissolutũ, species æstimatæ k doti datæ, preciis quibus æstimatæ sunt, redderentur: manifestum est non precia

k *Æstimatæ.* non tamen vt æstimatio faceret emptionem, sed vt sciretur an essent deteriores: vt &. ff. eo. l. plerunque. §. penulti. &. l. cum post. §. cum res. &. ff. solu. matrimo. l. si æstimatis. &. ï. de vsufru. l. interest. &. ï. solu. matri. l. dubium. & arg. ff. de æstima. actio. l. j. in fin. & vsufruct. quemadmodum ca. l. j. §. recte.

Quid autem si non appareat qua mente hat æstimatio? Respõ. præsumitur illa quæ facit in dubio emptionem: vt arg. ff. eo. l. loca. l. cum fundus. Item quid si fuerit vilior in precio, non in substantia? Vel qd si sit in precio carior, non in substantia? Respon. precia cõsiderari.

l *Deminuta.* id est vsu capta: quod esse potest vt. ff. de fun. do. l. si fun dº. deperdita vero, quę in rerum natura desiuit esse, & hoc dolo vel culpa viri. argu. ad has expositiones. ff. de peri. hæredi. l. deperditum.

*Em quam.*] *CASVS.* Pater pro filia dedit rem inæstimatam in dotem, & postea nõ fuit ei restituta: quia non fuit solutum matrimonium, gener cõstante matrimonio rem illam alienauit: nunquid valet talis alienatio, quæritur? Respon. quòd nõ. Viuianus.

m *Nec recepit.* secus si recepit, quia tunc alienare potest, vt innuit. sed hodie contra: vt. ï. tit. j. in authẽ. sed quia. Vel dic quòd non sumitur hic arg. à contrario. quod in idem recidit.

n *Non potest.* cum nõ sit suum, nec dotis potest conditionem facere deteriorem: vt. ff. eod. l. post nuptias. & infra de dona. l. constante.

*Si prædium.*] *CASVS.* An vxor prædium dotale inæstimatum spõte vel coacte inuito viro alienare possit, quæritur? Dicitur q̃ non. Viuianus.

XXII. Iidem AVGVSTI & CAESARES Libyanæ.

REm quam pater in dotem genero q̃ filia dedit, nec recepit, m alienare non potest. n Dat. V. Kal. Decembr. iisdem CC. Conss.

*Vxor non potest vendere prædium dotale, nec vendenti consentire marito non consentiente. hoc dicit. Baldus. Vel sic: Prædium dotale nõ potest mulier constante matrimonio alienare. Saly.*

XXIII. Iidem AA. & CC. Diogeni.

SI prædium vxor tua dotale o venundedit: sponte necne contractum ratum habuerit, nihil interest p: cum rei tibi quæsitæ dominium q auferre nolenti minime potuerit. Dat. V. Kal. Octob. Viminatij. CC. Conss.

*Vbi mulier ex culpa perdit dotem, dos nõ reuertitur ad eum qui eam dedit, nisi sibi fuerit pactus vel stipulatus. hoc dicit. Vel sic: Pœna semel commissa propter repudium non tollitur licet mulier propter ingratitudinem sit reuocata in domini seruitutem. hoc dicit. Bald. Vel sic: Vbi mulier ex culpa perdit dotem, non reuertitur ad eum qui dedit, nisi ille sibi prouiderit. Salycetus.*

XXIIII. Iidem AA. & CC. Aurelio & Lysimacho.

o *Dotale.* inæstimatũ, cuius alienationẽ inhibet lex Iulia fundi dotalis: vt. ï. tit. j. §. & cũ lex. & instit. quibus alie. licet. in prin.

p *Nihil interest.* & posset ipsa venire contra venditionẽ etiam iuratam: vt supra de leg. & con. l. non dubium. & infra de agri. & cen. l. quemadmodum. lib. xj. Aliud dicunt quidam esse hodie per constitutionẽ Friderichi, sacramenta puberum sponte facta, supra, si aduer. vendi. sed certe sacramentum faceret eam haberi maiorem: at maior contraueniret: ergo & post sacramentum cum erit minor, veniret contra. & sic etiam sibi non præiudicat secundum Io. Vel dic etiã cum nõ iurauerit, distinguitur vtrum scienti, vel ignoranti vendidit mulier. si scienti, nullatenus tenetur de euictione. si ignoranti, obligatur emptori de euictione, licet res eius nõ fiat, nec eam habere possit: sicut in re sacra vendita dicitur: vt. ff. de contrahen. empt. l. & liberi. & instit. de contrahen. emptio. §. fina. *ADDITIO.* Hæc quæstio est decisa de iure canonico in cap. cum contingat. extra de iureiur. in anti. & in cap. licet. eo. tit. lib. vj. vbi dicitur q̃ mulier debet omnino suum iuramentum seruare.

q *Dominium.* not. vt. ï. eo. l. in rebus.

*Si dotem.*]

*Si dotem.*]CASVS. Si patronus pro liberta centum dedit in dotem, nec pactus est ea sibi reddi in casu sol. mat.& propter culpam mulieris solutum est matrimonium, vnde vir debet dotē lucrari:an patronus eam dotem repetere possit,quæritur? Dicitur ꝙ non, nec si post dissolu. mat. propter ingratitudinem eam in seruitutem reuocasset. Viuianus.

SI dotem † marito libertæ vestræ dedistis, nec eam reddi soluto matrimonio [a] vobis incontinenti pacto vel stipulatione prospexistis: [b] hanc, culpa vxoris dissoluto matrimonio, penes maritum remansisse constitit,licet eam ingratam circa vos fuisse [c] ostenderitis. Dat. VI.Kal.Nouembr. Antiochiæ. CC.Conss.

*Defectus causæ impulsiuæ non impedit ius agendi:nec habetur loco contractus formalis, nec loco conditionis, nec loco causæ finalis.hoc dicit. Bald. Vel sic : Stipulatio de dote reddenda mulieri testandi causa, cōmittitur illa mortua etiam intestata. Sal.*

XXV. Iidem AA.& CC.
Eutychiano.

SI mulier [d] † dotem à viro dari [e] stipuletur, vt de ea testari [f] possit:cum [g] ordinationis testamenti cogitatio, mortis [h] antecedens tempus significet, [i] nec conditionem,sed causam [k] contineat: intestata quoq; muliere defuncta, stipulationē cōmitti proficiet. [l] Dat.III. Id. Nouēb.Antiochiæ.CC.Cōss.

*Pater non potest stipulari dotem extraneo reddi. Bald. Vel sic: Pater non potest stipulari filio emācipato.h.d.Saly. Vel sic: Stipulatio alteri interposita neutri est valida.h.d. Vel sic:Præter intentionem agentis,& contra prohibitionem iuris non quæritur actio.Saly.*

XXVI. Iidem AA.& CC.
Demostheni.

SI genero dotem dando pro filia pater cōmunis eam reddi tibi extraneo [m] cōstituto stipulatus est:nec sibi cessante voluntate, [n] nec tibi prohibēte iure,quærere potuit actionem. [o] Dat. VI.Kalend.Ian.ipsis.CC. & Conss.

*Bona lex & singularis est ista. Licet maritus sit lucratus dotem, nō tamē tenetur ad soluendū tributa aliarū rerum vxoris suæ: sed tenentur possessores seu successores. h.d. Bal.Vel sic:Onera hæreditaria spectant ad hæredes,nō ad maritū dotē lucratem.Saly.*

XXVII. Iidem AA.& CC.
Pompeiano.

LIcet dos iure [p] penes maritum remanserit: pro rebus tamē hæreditariis successores, [q] non maritus quondam, solennibus pensitationibus [r] parere debent. S.VI. Kalend. Ianuar. Sirmij.CC. Conss.

*Cum auctoritate generalis vel specialis curatoris potest dos constitui : licet curator vel fideiussor minus habeāt in bonis quàm sint res in dotem constitutæ. & idem in donatione propter nuptias. h.d. Bal. Vel sic: Auctoritate curatoris generalis vel specialis dos & donatio propter nuptias possunt constitui & exigi. Saly.*

XXVIII. Imp. ZENO A.
Aeliano præfec. præt.

MVlier in minori ætate cōstituta,dotem marito consentiente generali vel speciali curatore [t] recte dare & exigere potest [u]: licet ipse [u] tempore creationis fideiussorē in minorem, quàm dos est, quantitatem dicitur præstitisse [x]. ꝑ Hoc idē obseruat et si minor ante nuptias [y] donationē cōsentiēte(vt dictum est) curatore fecerit. Dat. Kal. Ianuar. Basilio. II. & Armatio Conss.

---

*Si dotem.*]CASVS. Si patronus pro liberta centum dedit in dotem, nec pactus est ea sibi reddi in casu sol. mat.& propter culpam mulieris solutum est matrimonium, vnde vir debet dotē lucrari:an patronus eam dotem repetere possit,quæritur? Dicitur ꝙ non, nec si post dissolu. mat. propter ingratitudinem eam in seruitutem reuocasset. Viuianus.

a *Matrimonio.* pacto verò apposito culpa libertæ non nocet:vt in authent. de nup. §. est quoque quoddam.colla.iiij.

b *Prospexistis.*sic ergo fit vxoris,vt vel reddi, vel in pœnā ei auferri possit per maritum.

c *Fuisse.* postquā culpam diuortij cōmisit. Sed quid si ante? Resp. idem, si modò in seruitutem tunc non sit reuocata, cūsit diuortium factum sua culpa. Sed an idem sit in patre, si non sit stipulatus sibi reddi? Respon. vtique: licet lex prouideat ei: quia & filiæ prouidet,& tamē amisit, & sibi imputet ꝙ non fuerat stipulatus secundum H. arg. dictæ authent. de nupt. Et nota de amisione dotis:sicut &.ĭ. de repu. & diuor.l.cōsensu. &.ff.solu. matri.l. Lucius.Item facit.ff.eo.l. cum post.§. patrona.

*Si mulier.*]CASVS. Mulier quæ dotem dederat, cum vellet de ea testari, stipulata est à marito sibi reddi, vt ex ea testaretur. licet decedat ab intestato, stipulatio tamen committitur:quia non fuit conditio apposita, sed causa efficiens vel impulsiua: vt in tali exēplo, Dedi tibi decem vt emeres scyphum.licet nō emeris,nō reddes mihi decem : quia causa hæc fuit impulsiua, quia impellebat me ad dandum tibi decem: & ideo siue decesit testata siue intestata,debet reddi dos. Viuianus.

d *Mulier.* quæ dotem dederat,cum vellet de ea testari,stipulata est eam à viro sibi reddi,vt in ea testaretur.licet intestata sit mortua,tamen stipulatio cōmittitur. nō enim fuit hæc conditio, sed causa scilicet impulsiua vel efficiens, nō finalis. cum enim scires eam velle testari super dote, promisisti ei:sicut si idē tibi decē vt emas caligas.nā licet nō emas,nō reddes decē,quia hæc impulsiua causa fuit:vt.ff.de donatio.l.ij.§.fi.&.l.seq. Et sunt hic arg. ad ſtiones huiusmodi, cōcedā tibi duos pedes terræ vt ibi ꝓicias aquā,an tibi eorū proprietas vel vsus cōcessus videtur? Et videt ꝙ proprietas,eo ꝙ nō fuit cōditio proiiciendi, sed causa dandi. Item ad hanc:dedi prædiū vt haberent in vsu aliqui religiosi:vt proprietas data videatur,quasi nō cōditio,sed causa sit inserta.

e *Dari.* id est reddi sub hoc modo, vt hic dicitur &c.

f *Testari.* per quod dicit vir tacitum pactum interuenisse ꝙ ipse lucretur:nisi ipsa testetur.

g *Cum.*pro quia: vt sit ratio sequentis, nō cōditio &c. nā quia hæc ordinatio significat tēpus antecedens morte, si dixeris esse conditioné,nunq; implebitur stipulatio,cū nō possit ante mortē fieri matrimoniū,& sic nec dos reddi:vt.ĭ.si dos cōstante matri. l.j.& sic facit.ĭ.de testa.l.prœposteri.& de cōtrahē. stipu.l. secundum. Alij dicunt ideo non valere stipulationem,quia post mortem stipulari videbatur.hodie cōtra: quia valet:vt instit.de inuti. stipu.§. post mortem. quod non placet.

h *Morīū.* id est mortem.

i *Significet.* vel dic.i.significans.vel facias.§.ibi,intestata &c.

k *Causam.* i.modum.& dic impulsiuam,non finalem.

l *Proficiet.* hæredibus scilicet mulieris ab intestato venientib⁹. videbatur enim sub cō ditiōe facta stipulatio, scilicet si testata esset: & ideo intestata mortua cōditione deficiēte stipulatio euanuisse putabatur. sed nō est conditio, quæ si deficiat, obsit. sed ideo fecit, vt securior esset.sic & stipulat mulier dotē reddi:& tamen sine stipulatiōe habet actionē:& hic etiā sine stipulatiōe poterat de ea testari.

*Si genero.*]CASVS. Pater dans dotē ꝓ filia, stipulatus est eam reddi in casu dissolu. mat.extraneo, puta filio emancipato. vnde extraneus eā nō repetet: quia nō potest:qa stipulari alteri quis nō potest: nec pater, quia noluit sibi quærere actionem. Viuia.

m *Extraneo.*puta filio emācipato. secꝰ si esset in potestate: quia eadē vox patris & filij intelligit: vt instit.de inuti. stipu.§.ei vero.licet sit argu. contra. ff.de pac. do.l. cum dos.vbi non est eadem vox.

n *Voluntate.*sicut &.ĭ. si quis alte. vel sibi. l. multū. &.ff.de rebꝰ dubiis.l.in ambiguo.

o *Actionem.*directam stricto iure: sed ex æqtate habet vtilē:vt.ĭ. ti.ij.l.pactū.&.l.pater. &.ff.sol.matri.l.Caius. Vel dic ꝙ nullā habet hic extraneus, cū esset ratio,quę reddit in fine illiꝰ.l. Caius.ſ.dotis & cōuētionis. sed mulier habet ex.l.sibi datā: vt.ĭ.tit.j.§.accedit. &.§.extraneū.q̄ nascit ex nūeratiōe:vt & aliàs,vt.ff.si cer.pet.l.certi cōdictio. §.si nūmos.

*Licet dos.*]CASVS. Vir pactus cū muliere habēte prędia tributaria.i.alia q̄ ipsa dotalia,de dote lucranda:si decedat mulier:ad quem debeat pertinere onus prædiorū tributariorū,quęritur? Respō.ꝙ ad hæredes mulieris. Viuianus.

p *Licet dos iure.* vt.ĭ.vnde vir.auth.ꝓterea. [a] vel dic iure.i.pacto.

q *Successores.* scilicet mulieris.

r *Pensitationibus.* quæ nō ex rebus dotalibus debentur. aliàs secus:vt.ŝ.sine cen.vel reli.l.oēs.&.ff.de pub.l.imperatores.in prī. sed funerari tā ex dote q̄ ex aliis hæreditariis rebꝰ debet:vt.ff.de reli.& sūp.fune. l. Celsus.& facit.ŝ.de donat.ante nup.l.de rebꝰ.

*Mulier.*]CASVS. An mulier minor an.ĭterueniēte curatore generali vel speciali ad hoc dato dotē constituere possit, q̄rit? Dicit ꝙ sic.& licet ī creatione faciēda.i.cū ipse fuerit creatus curator,fideiussorē dederit in minorē q̄titatē q̄ dos sit:nō ꝓpter hoc minꝰ valebit dotis cōstitutio. Idē obseruādū est in dona.propter nup.vbi.ſ.curatore auctore fieri debeat. Viuianus.

s *Curatore.*ad hoc dato: vt.ff.eo.l.siue generalis. & facit instī.de cura.§.item inuiti.&.ĭ.de admi.tut.l.si curatores.

t *Potest.* scilicet à marito.

u *Ipse.* scilicet curator.

x *Præstitisse.* forte quia tunc paruum erat minoris patrimoniū, vel dic hic minor:aliàs curator erat dives.

y *Ante nuptias.* facit huic.ŝ.si aduer. dotem.l.j

[a] *Dicit hic Salyc. post Cyn. quòd hoc ꝓbatur ibi argu. à cōtrario sen su. si enim ꝓmoriatur vxor,et matrimoniū fuerit cū dote: vir pauper qui vel ī quitur,lucratur dotē:q̄ dictū sequitur ibi Bar.& vide quæ ibi notaui.*

*Vbi adhuc.*] *CASVS.* An constante matrimo. si vir ad inopiam vergat, mulier dotem repetere possit, quæritur? Dicitur ꝙ sic. & si tenet res mariti, aduersus creditores mariti agentes habebit exceptionem. Si non tenet: aget aduersum creditores qui tenent res viri, si ipsa sit prior tempore, seu posterior iure priuilegio legis. & hoc in prima. Nullam vero habet licentiam alienandi res mariti: sed ex fructibus eorum tã ipsa, quàm vir, quàm eorum communes filij debẽt sustentari. & hoc in secunda. Creditores vero habebunt maritum obligatum personaliter: & aduersus eum, si ad vberiorem fortunam perueniat, agere poterunt. & hoc in tertia. Siqua autem pacta inter virum & vxorẽ de dote lucranda interessẽrũt, ad illa obligentur. & hoc in quarta. Viuia.

*Lex est not. & vtilis, & habet omnia bona secum. Viro vergente ad inopiam, etiam constante matrimonio mulier potest dotem exigere, & hypothecaria agere, sicut posset matrimonio dissoluto. debet tamen dos exacta pro oneribus matrimonii deseruire: & alienari non potest pactis dotalibus in casum soluti matrimonii reseruatis. idem in donatione propter nuptias. hoc dicit. Bald. Vel sic: Mulier cum maritus ad inopiam vergit, vel hodie inchoat male vti substantia sua: pro dote & donatione propter nuptias agit & excipit, & à possessoribus non potioribus auocat hypothecas vt se maritúmque sustentet & filios: & eas reseruat, non alienat: pactaq; dotalia remanent firma, & creditorum iura in posterea quæsitis integra. h. d. secũdum dominũ meũ, cuius verba formaliter sunt hæc. Saly.*

XXIX. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ. P. P.

VBi adhuc † matrimonio cõstituto marit[b] ad inopiam [a] sit deductus, & mulier sibi prospicere velit, [b] réſque [c] sibi suppositas [d] pro dote, & ante nuptias donatione, rebúsque extra dotem cõstitutis tenere: non tantum mariti res ei tenenti, & super his ad iudicium vocatæ, [e] exceptionis præsidium ad expellendum ab hypotheca secundum creditorem præstamus: sed etiam si ipsa contra detẽtatores rerum ad maritum suum pertinentium, super iisdem hypothecis aliquã actionem secundum legum distinctionem [f] moueat, nõ obesse ei matrimonium adhuc constitutum sancimus, sed ita eam posse easdem res vindicare [g] vel à creditoribus posterioribus, vel ab aliis qui non potiora iura [h] legibus habere noscuntur, vt potuisset si matrimonium eo modo [i] dissolutum [k] esset, quo dotis & ante nuptias donationis exactio ei competere poterat: ita tamen, vt eadem mulier [l] nullam habeat licentiam eas [m] res alienandi viuente marito, & matrimonio inter eos constituto: [n] sed fructibus earum ad sustentationem [o] tam sui, quàm mariti filiorúmque, si quos habet, abutatur: [p] † creditoribus scilicet mariti contra eum eiúsque res, si quas postea forte acquisierit, integra sua iura habentibus: ipsis etiam marito & vxore post matrimonij dissolutionem super dote & ante nuptias donatione pro dotalium instrumentorum tenore [q] integro suo iure potituris. Dat. III. Idus Decembr. DN. Iustiniano. A. II. Cons.

IN AVTHENT. DE æquali. dot. §. illud. colla. vij. constitu. viij.

*Marito vergente ad inopiam mulier donationem propter nuptias vindicat vt domina. Salycetus.*

DOnationem quoque propter nuptias in hoc casu [r] constante matrimonio vindicare [s] potest.

a *Ad inopiam.* habet tamẽ vt sibi possit mulier consulere in dote & donatione propter nuptias & cæteris rebus, vt subiicit: & sic est contrarium. ff. sol. matri. l. si cõstante. in princip. vbi dicit tunc demum agi, quando euidentissime apparet mariti facultates non sufficere: scilicet si creditorib[9] soluatur pri[9]. verbi gratia. Dedi centum in dotem viro. vir habet. ccc. debet forte cccc. ecce facultas non sufficit si solueret eis prius. præueniet ergo ipsa. & sic non est contra. aliàs si demum cum nihil haberet, deberet agi, nullum esset legis consilium: quia tunc in quantum facere potest, debet damnari: vt instit. de actio. §. item si de dote. Item quomodo peteret donationem & alias res, vt hic subiicit: cum nec dotem possit cũ effectu exigere. hodie autem constat prius & post posse agi: scilicet quando vir cœpit male vti sua substantia: vt authen. de æquali. dot. §. illud. colla. vij. quod inspiciam secundum opinionem vulg[i]. arg. ff. de fundo instruc. l. cum de lanionis. §. asinam. Sed quid in socero qui recepit dotem, si vergit ad inopiam? Dico idem quod in viro. arg. ff. de verbo. obli. l. à Titio. in fin. & j. ad leg. Falc. l. fi. Item quid si ambo teneantur, scilicet socer & vir, & alter vergit ad inopiam? Respon. iure isto nõ potest, cum alter sit soluendo: sed hodie per authen. cõtra, cum male vti iam inchoatum sit. Ex prædictis collige casum quo exigitur dos inuito viro etiam constante matrimonio. Est & alius casus. ff. eo. l. quemadmodum. §. j. Sunt & alij vbi sponte potest soluere: non autem cogitur: vt. ff. eo. l. mutus. §. manente. & ff. sol. matri. l. quanuis. & l. sed & si. Regulariter contra: vt. j. si dos constante matrimonio. per totum. Sed pone in nostro casu virum velle dare fideiussorem de dote restituenda vxori soluto matrimonio: nunquid euitabit exactionem dotis ad præsens? quod videtur: vt arg. ff. soluto mãtrimo. l. si constãte. §. quotiens. &. ff. qui satisdare cogan. l. si fideiussor. §. fina. Sed dico contra: quia infra dicit ꝙ retinere debet ad sustẽtationem sui & vxoris. Item licet dotem non possit petere constante matrimonio si nõ vergat ad inopiam, an tamen pignus petere potest? quod videtur: vt. ff. de pigno. l. quæsitum. Sed dico contra: vt. ff. de distract. pigno. l. cum soluendo. & quibus modis pignus vel hypoth. soluitur. l. soluitur. §. si paciscatur. Accursius.

*Dos à marito potest repeti si sua substantia male cœpit vti.*

*Dos in quibus casibus exigitur matrimonio cõstante.*

*Concor. cũ hac. l. glos. sup verbo, alienat. in fi. in ca. ex parte vestra. de restrip.*

b *Velit.* agendo personali, ité reali: vt. j. l. proxi. §. omnis. Item hypothecaria: vt subiicit.

c *Réſque.* scilicet mariti.

d *Suppositas.* id est obligatas ex conuentione vel lege pro dote vt hic, &. j. de rei vxo. actio. §. j. Ité pro donatione ante nuptias, vt subiicit. &. ff. de don. ante nuptias. l. si cõstante. §. iura etiam. licet in aliis nõ sit priuilegiata donatio vt dos: vt. j. q po. in pig. l. fi. §. fi. quæ est contra. Ité etiã pro aliis reb[9] extra dotẽ. l. paraphernis: vt subiicit. &. j. de pac. conuẽ. l. fin.

e *Vocatæ.* s. mulieri.

f *Secundum legum distinctionem.* hoc est contra alios in rem, cõtra virũ hypothecaria secundum quosdã, quod nõ placet, sed dic eam esse distinctionẽ quæ sequitur, sed ita eã dic, vbi etiã triplex est opi. i. nio, vt plene distinximus. j. qui po. in pig. ha. l. fi.

g *Vindicare.* p hypothecariam, secundum Azonem.

h *Qui nõ potiora iura.* cõtra fiscum enim vel cæteros priuilegiatos priores tempore vel liberos prioris matrimonij nõ exercet hoc priuilegium: vt. l. adiicere. & auth. ibi posita. j. qui pot. in pigno. ha. & j. de priuileg. fisci. l. ij. Item contra extraneos possessores rerum viri non agitur nisi prius viro excusso: vt in authen. de fideiusso. §. fed neque. colla. j.

i *Eo modo.* non tamẽ per oĩa idẽ, vt subiicit, ita tamen &c.

k *Dissolutum.* non per culpam vxoris. aliàs nõ repeteret: vt infra de repu. l. consensu. P.

l *Mulier.* quid de viro si alienauit, & de euictione ꝓmisit? Certe tenetur de euictione: nõ tamẽ præiudicat mulieri alienatio, quia reuocabit: vt. j. de prædi. mino. l. & si is.

m *Eas res.* idem dicas in re viri data ei in solutũ pro dote, scilicet cum egerit actione personali.

n *Constituto.* quod posset si vere esset solutum.

o *Ad sustentationẽ.* sic ergo fructꝰ donationis sicut dotis seruiet viro, nõ sic in fructu paraphernaliũ. Ité per hoc ꝙ alitur ab vxore, patet eum damnãdum hoc casu in solidũ, cũ non possit agere.

p *Abutatur.* i. in totum consumatur secundum Ioan. aliàs ponitur in malo vsu: vt. ff. de vsu & ha. l. plenum. §. ij. Quid autem si maritus efficiatur dies, an reaccipiet dotem? Respõ. non, secundum H. cum ex causa iusta est soluta.

q *Tenore.* quia pacta facta erant de lucrando.

Sequitur authen. donationem &c. quæ est in authẽ. de æquali. dot. §. illud. coll. vij. & legitur super prin. l. Accursius.

*Donationem.*] *CASVS.* Lex codicis dicit ꝙ mulier agere potest aduersus eos qui tenent res mariti. Authen. ista addit quòd mulier potest vindicare res quæ datæ sunt mulieri in dona. propter nuptias. Viuia.

r *In hoc casu.* s. cũ deductꝰ est ad inopiã maritꝰ: ac i dote tãtũ immutatur. s. cũ inchoauit male vti substantia sua. nã & in corpore authẽ. dicit, dedimꝰ ei, quasi nihil imutet in donatione ꝓpter nuptias de eo quod hac. l. codicis statuitur. Vel potest dici idem in donatione propter nuptias, quod hodie dicitur in dote.

s *Vindicare potest.* directo si ponas eã inductã fuisse in possessionem,

BIU Cujas

nem, alioquin vtiliter vt in authen. vt immo.antenuptia.do.§.j. colla.v. Quòd autē ipsa sit domina, probatur ex eo quòd dicitur alienari: vt.j.cómunia de lega.authen.res quæ.& ad Trebell.authen.cótra cū rogatus. Item q̄ dicit eam vindicare, intellige cū pacta erat de lucranda. & hoc innuit finis huius.l.vbi adhuc.sed & si nō sit pacta, idē videtur ꝓpter spem quā habet lucrandi si mariti culpa soluat matrimonium: & ita eius interest ne dissipetur. sic & in.d.authē.cómunia de lega. & ad Trebel.

*Lex solennis. In vindicatione & hypothecaria rerum dotalium vel quasi, mulier omnibus aliis creditoribus antefertur: quia venit ad rem propriam vel quasi: & ei non currit præscriptio nisi ex tempore ex quo potuit actionem mouere. & quod potest per veritatem introduci, facit fictionem cessare. hoc dicit Bald. Vel sic: Mulieri etiam soluto matrimonio pro rebus dotalibus etiam æstimatis competit rei vindicatio & hypothecaria: in quibus præfertur creditoribus ex tempore anterioribus: nec ei vlla currit præscriptio antequā agere possit, soluto vel constante matrimonio. Saly.*

XXXI. Idem A. Demostheni P.P.

IN rebus. ] CASVS. Siue res mobilis siue æstimata detur in dotē, morte viri sol.mat. poterit res vindicare mulier si extant. habet etiam hypothecam, & prefertur omnibus creditoribus mariti etiam anterioribus tempore, puta si vir fundum habens eum obligauit, deinde eundem vendiderit mulieri, & illa postea eidem viro nuptura in dotem dedit: licet creditor anterior sit in eo fundo, non tamē est muliere potior. nec est mirādum si detur mulieri rei vindicatio, quia illæ res ab initio fuerunt mulieris, licet in distinctione iuris dicatur dominium rerum dotalium fuisse in virum translatum, & habebit, vtpote quando dedit res æstimatas. & hoc in prima. Si vero res inueniātur ab aliquo possessæ, an præscrip. vel vsucap. excludatur mulier à rei vindicatione? Respon. sic, si non agit eo tempore quo agere potuit, scilicet sol. ma. & marito vergente ad inopiam. si vero agere non potuit, quia vir dives erat, nec adhuc solutum est mat. non currit ei vsucap. vel præscrip. & hoc in secunda. Cum vero mulier repetit dotem constante matrimonio, non est necesse quòd fingat se diuertere à marito. Viuianus.

a *Dotalibus.* largissime hic accipe, vt subiicit. propriè autem inæstimatæ dicuntur dotales: vt.j.titu.j.§. & licet. in quibus dolum vel culpam prestare debet maritus: vt.ff.eo.l.mulier bona.§. j.&.ff.sol. mat.l.etiam. §.licet. sed & talem diligentiam quam in suis: vt.ff.solu.matri.l.si constante.§. si maritus.

b *Æstimatæ.* hic de æstimatis accipe secundum quod est.s.eo. l.si inter virum. aliàs non vindicatio, sed hypothecaria competeret, cum quasi emisse videatur vir: vt.s.eo. l.quotiens. secundū M. Alij dicunt quòd hic seruata fuit electio mulieri rei vel æstimationis: vt &.ff.eo.l.plerunque §.fi. vnde si rem eligat, habet directam vindicationem. si æstimationem, tunc hypothecariam. Vel dic tertio & verius q̄ pro nō æstimatis habet directam: pro his quæ sunt æstimatæ, habet vtilem, scilicet tunc quando vir aliàs non est soluendo: vt. ff. de donat. inter vi. & vxo. l. vxor marito. in fine.

c *Prærogatiuam.* scilicet volumus, quod est. j.

d *Anteriores.* tempore, non priuilegio. nam ex hoc solo quòd alius sit anterior tempore, non præfertur mulieri. nec distinguo vtrum alij creditores habeant expressam vel tacitam hypothecam, non obstante. l. superiori proxi. quia ibi loquitur de hypothecaria quam habet in aliis rebus viri. hic de illa quam habet in rebus datis in dotem. argu. infra qui po. in pig. hab. authē. si quid. Item non videtur q̄ alius creditor in re data in dotem posset esse prior tempore, nisi ponas quòd maritus hanc rem cū sua esset, obligauit creditori, & postea vendidit vel donauit alicui mulieri, quam postea duxit in vxorem, à qua eandem rem accepit in dotem, sed tunc illa præfertur. Dicas ergo quòd mulier promisit viro dari in dotem fundum Cornelianum, non tamen dedit adhuc: vir obligauit istud prædium, quod facere potuit: vt.ff. de pign.l.j.circa prin. postea mulier tradidit. præfertur mulier creditori priori tempore.

e *Rei veritas.* quæ est vt in eius dominio remansisse videatur de iure gētiū secūdū M. Vel quæ est vt videat esse domina quantū ad sustentationē. & sic iure primęuo similis est veritas, quæ aliorum respectu est falsitas: vt.ff.ad Velleia.l.aliquando.in prin.

f *In rem actionem.* scilicet contra alios creditores, sed cōtra maritum nō habet nisi ex stipulatu, secundū quosdam. vel rei vindicationem habet inspecto iure naturali, quo videtur domina. hypothecariam inspecto iure ciuili in eisdē rebus. sic. j. ad Trebel. authen. cótra rogatus.

tiorem causam in his per hypothecam vindicare, cum eædem res & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanserint dominio. Nō enim quòd legum subtilitate transitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei veritas e deleta vel confusa est. Volumus itaque eam in rem actionem f in huiusmodi rebus quasi propriis habere, & hypothecariam omnibus anteriorē possidere: g vt siue ex naturali iure h eiusdē mulieris res esse intelligantur, siue secundum legū subtilitatē ad mariti substantiā peruenisse videātur: per vtranque viam, i siue in rem, siue hypothecariam, ei plenissime consulatur. Omnis k autem temporalis exceptio, siue per vsucapionem l inducta, siue per derelictum, siue per quamlibet aliam occasionem m introducta, tollatur: & ei non currat, nisi ex tempore ex quo potuit actionem mouere. & quod potest per veritatem introduci, facit fictionem cessare. hoc dicit Bald. Vel sic: Mulieri etiam soluto matrimonio pro rebus dotalibus etiam æstimatis competit rei vindicatio & hypothecaria: in quibus præfertur creditoribus ex tempore anterioribus: nec ei vlla currit præscriptio antequā agere possit, soluto vel constante matrimonio. Saly.

vel tertio rei vindicationem in nō æstimatis, hypothecariam in æstimatis: & dic veram æstimationē factā secundum H.

g *Possidere.* i. habere. & sic improprie ponitur. ff. de acquiren. re. do. l. seruus. §. incorporales. & de acquir. pos. l. iij. in prin.

h *Naturali iure.* scilicet iure primæuo, quo non distinguebātur dominia nisi quantum ad vsum. vnde quia promiscue cum viro vtitur, cum eo domina eo iure videtur: vt. ff. re. amo. l. j. &. j. de fur. l. quanuis. &. j. de cri. expil. hære. l. aduersus. sic eadē ratione filij dicūtur domini rerū paternarum: vt insti. de hære. qua. & dif. §. sui. & ff. de lib. & posthu. l. in suis. Itē & quia sua fuit res, & ad eū est reuersura, dicitur eius eodē iure: nō autē iure gentiū vel ciuili. immo sunt viri, scilicet per traditionē: vt insti. de rerū diui. §. per traditionē. Itē habes expressum: vt insti. quibus alie. licet. in prin. Itē quomodo obligatur ei vt hic dicit, si sua fuit, & semper duraret? Item inuenirētur esse duo domini in solidū si ipsa esset domina, cum de viro constet, scilicet q̄ sit dominus: quod esse nō potest: vt. ff. cōmo. l. si vt certo loco. §. si duob⁹. nec prodest si dicas vnā vno iure, scilicet naturali, alium ciuili: quia pone vxorē dominiū quæsiuisse prius per vsucapionē, & sic de iure ciuili. Itē pro hoc quia vir vindicat: vt.s. de rei vind. l. doce ancillam. quod nō face ret nisi dominus esset: vt. ff. de au. & arg. leg. l. Quintus. ij. §. ij. Itē manumittit seruum dotalem: vt.j. de ser. pig. da. ma. l. j. quod si nō esset dominus, nō faceret: vt.j. de his qui à non do. ma. l. si non proprietatem. Item ipse iubet seruo dotali hæreditatem adire: vt. ff. sol. matrimo. l. seruus dotalis. Item pro hoc. ff. de acquiren. posses. l. Pōponius. §. in dotem. &. ff. de fun. do. l. fi maritus. & de iure dot. l. dotis fructus. §. si res. &. s. eo. l. si prædium. & hoc secundum Bul. & Io. at M. dixit mulierem dominam de iure naturali. i. gētium, scilicet de re inæstimata, arg. huius. l. &. ff. de colla. bo. l. filium. &. ff. qui satisda. cogan. l. sciendū. §. si fundus. sed hoc primęuo iure, non naturali, id est gentium (vt dixi) intelligitur. Item pro eo. j. qui pot. in pigno. habe. l. adsiduis. sed respondeo vt ibi. Itē pro eo quia vir restituit thesaurū quasi in alieno inuentū: vt. ff. soluto matrimo. l. diuortio. §. si fundum. in fine. Itē de partu ancillæ dotalis: vt.j. eo. tit. §. itaq;. sed hoc facit emptor cum redhibitoria agit, tamen interim dominus est: vt. ff. de ædil. edic. l. cū autem. §. fin. Item pro eo. ff. de mino. l. denique. §. sed vtrum. in fi. §. sed ibi est vel subauditur quasi. Item pro eo sunt arg. illa quæ inducimus, vt nō possit pater in dotē eam instituere: vt dicto. §. sed vtrum. notauimus. De æstimatis autem constat secundū omnes q̄ viri sunt de iure gentium & ciuili: vt. ff. eo. l. cum post. §. in dotem. &. s. eo. l. quotiens. licet etiam in his habeat vxor actionē in rem in subsidium: vt dixi. Accursius.

*Dotalium rerū dominium cuius est, an viri, an mulieris.*

*Thesaurus in fundo dotali inuentus cuius sit.*

i *Vtranque viam.* scilicet vt siue dicas vxorem dominam, præferatur in rei vindicatione: siue virum dicas dominū, dic eam præferri in hypothecaria in eisdē rebus: vt dixi.

k *Omnis.* dixi habere eam in rem & hypothecariam. hoc verū, nisi exceptione repellatur: quod fieri potest ex tempore quo potuit dos repeti. & hoc dicit. Accursius.

l *Exceptio.* improprie ponitur quo ad vsucapionem de qua sequitur, cum per eam dominium queratur directum: vt. ff. de vsucapionib. l. vsucapio est.

m *Vsucapionem.* scilicet triennij in rebus mobilibus datis in dotem. Sed videtur etiā soluto matrimonio q̄ remaneant dotales:

vt.ff.de fun.do.l.etiam. & sic non vsucapiuntur: vt in eo.titu. l.si fundum. Sed dic illam, l. etiam loqui tantum in eo casu, qui est in eo.titu.si maritus fuerit, vbi vir factus est seruus, & sic solutum matrimonium: nō tamen dominus alienat. secus est si alio modo soluatur: quia desinunt esse dotales, & possunt vsucapi: vt hic. vel hic vnū est speciale pro muliere, vt etiam constante matrimonio agat ꝓpter inopiam viri. sic & aliud est contra eam, vt vsucapiatur res dotalis soluto matrimonio. arg. ff.de iureiuran. l. eum qui. in princip. Vel tertio hic habet locum in re æstimata data, quæ nō est dotalis proprie, & tamen vindicat eam vxor in subsidium: vt in princip. huius.l.diximus: quæ vindicatio vsucapione tollitur.

† *Concor. glo. sup verbo, alienat. in fi. in ca. ex parte vestra. extra de rescrip.*

Vel quarto loquitur hic eo casu quādo scilicet alienatio permittitur: quod fit quandoque: vt. ff.de fund.do. l. j. & vt eodem casu vsucapio permittatur. Vel quinto, quòd hic est disiunctiua, cuius altera pars est vera: vt ff.de verbo.signi.l.hæc verba, ille aut &c. quia sequens, non prima de vsucapione. Vel sexto loquitur de mobilibus æstimatis: quæ etiam constante matrimonio possunt alienari, & sic vsucapi: vt.ff.solu.matri.l.res. De rebus autē viri vsucaptis hic non dicit, cum in eis nō habeat vxor nisi hypothecam, quæ vsucapione triennij non tollitur: vt.j.de pign.l. vsucapio.

† *Et sic filio non est licita. et cōcor. xxvii. di. c. quod interrogasti.*

cem siue per viginti [a] annorum curricula, siue per triginta vel quadraginta annorum metas, siue ex alio quocunq; tempore maiore [b] vel minore [c] sit introducta: ea mulieribus ex eo tempore opponatur, ex quo possint actiones mouere, [d] id est opulentis quidem maritis constitutis, post dissolutum matrimonium: minus autem idoneis, ex quo hoc infortunium eis illatum esse clarueri: [e] cum constante etiam matrimonio† posse mulieres contra maritorum parum idoneorum bona hypothecas suas exercere, iam nostra lege humanitatis intuitu definitum sit: ficti diuortij [f] falsa dissimulatione in huiusmodi causa, quā nostra lex amplexa est, stirpitus eruenda. † Recitata septies in nouo consistorio palatij Iustiniani. Dat. III. Kalēd. Nouemb. Decio. V. C. Cons.

*Extraneo dotante, licet quo ad mulierem dos sit titulus lucratiuus, & quo ad virum sit titulus oneros: tamen sicut quo ad virum insinuatione nō eget, ita nec quo ad mulierem: licet excedat legitimam summam. hoc primo vsque ad versi. simili quoque modo. hoc intellige nisi sit pactum de lucranda dote. nam hoc tali pacto vir non gaudet, nisi insinuetur: vt in authenti. eo decursum. supra de dona. ante nupt. In donatione vero propter nuptias, licet quo ad mulierem sit titulus oneros, quia reciprocus respectu dotis: tamen quo ad virum vel quo ad extraneum quando extraneus donat, est titulus lucratiuus. sufficit tamen insinuatio vnius vtriusque. hoc secundo vsque ad. §. præterea. Baldus. Vel sic: Quando extraneus, id est non habens in potestate, dat dotem pro muliere: talis da-*

a *Sine per viginti.* da exemplum de rei vindicatione inter præsentes & absentes: & hypothecaria contra extraneum habentem titulum, vel non habentem titulum: vt infra de præscript. long. tempo. l. fina. & supra si aduer. cre. l.j. &.ij.

b *Maiore.* vt hypotheca contra ipsum maritum, quæ.xl.an. durat. &.j.de præscrip.xxx.an.l.cū notissimi.circa prin.

c *Vel minore.* xv.annis. quod dic vt.j.de præscrip.long.tempo. authen.quod si quis quibusdam.

d *Mouere.* vt & argu.j.de anna.excep.l.j.§. fin. & . d.l.cum notissimi.§.illud. & de bo.quæ lib.l.quęcūq;.& de bo.ma.auth.nisi.

e *Clarueri.* cum extunc agere possit: vt.s. l. proxi.

f *Ficti diuortii.* nam olim eo casu quādo vergebat ad inopiam, fingebatur diuortium, vt sic ageretur ad dotem. quod hodie non est opus: v hic nunc dicitur.

*Cvm quidam.* ] CASVS. Si quis extraneus olim dabat dotem magnam: id est vltra quingentos aureos pro aliqua, & non fuit stipulatus dotem sibi reddi, sed adhibuit quandam mulierem vt stipularetur donare ei volens, maritus poterat eam accipere sine omni insinuatione. sed si illa mulier stipularetur dotem sibi reddi solu. matrimo. non poterat agere, quia nō erat insinuatio: & sine insinuatione donatio nō valet, cum excederet summam quingentorum solidorum secundum quosdam: licet litera dicat contra. sed oportebat vt cederet mulieri act. ille qui pro ea dotem dederat, & ita remanebat aliquando mulier indotata. Dicit ergo imperator quòd hodie si mulier dedit, habet actionem. si non dedit ipsa, sed alius, habet actionem, nisi ille qui dedit dotem pro ea, stipulatus est eam sibi reddi: nec necesse est ꝙ interueniat insinuatio. Idē est in donatione propter nuptias, & si quis dedit sponsæ meæ donationem, solu. matri. repetet donat. vel mulier si fecit pactum de lucranda donat. neque dedit pro me: poterit repetere, nisi in initio donationis stipulanti sit eam sibi reddi. Item si mulier promisit dotē in rebus immobilibus si nō tradat intra biennium, postea tenebitur ad fructus, pensiones, & alias obuentiones. Si vero in pecunia, tenebitur ad vsuras et tertia centesimæ. Si vero alię res mobiles sint & æstimatæ, idem erit, & debetur æstimatio cuiuslibet rei dotalis, nec omnes adunari & æstimari debent. Si vero res mobiles non fuerint æstimatæ, non debentur vsuræ, nisi fuerit contesta. & potest agere maritus pro dote etiam ante biennium. Viuianus.

*tio respectu viri dicitur donatio ob causam: respectu mulieris, donatio simplex: nec indiget insinuatione: licet olim secus. Saly.*

XXXI. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

CVm quidam dotes [g] pro mulieribus dabant, siue matres, siue alij cognati, siue extranei: [h] recte quidem eas [i] mariti sine monumentorum obseruatione [k] suscipiebant. Cum autem mulier redhibitionem casus [l] stipulabatur, & huiusmodi fortuitus casus [m] euenisset: ipsa mulier, vtpote à se non facta [n] donatione, propter hoc quòd monumenta [o] deerant, necessitatem habebat actiones in huiusmodi casu ad eum qui dotem dedit, per cessionem [p] transferre, vel ipsas res [q] reddere: & ita inueniebatur forsitan post prolixa matrimonij [r] annorum curricula, & liberos forte editos, infelix mulier indotata. ℣ Sancimus itaq; in omnibus huiusmodi casibus nullis monumentis [s] rem indigere, [t] sed in omni persona [u] † ratas esse huiusmodi donationes: & mulierem ipsam dotem suam habere (cum fortuitus casus hoc lucrum ei addiderit) & firmiter hoc apud eam permanere: nisi ipse qui ab initio dotem dedit, sibi dari in huiusmodi casum stipulatus sit. [x] tunc etenim cum neque ab initio suspicio aliqua liberorum concurrit, [y] sed sibi omnē rem ille qui dotē dedit, pepigerit: huius-

g *Cum quidam dotes.* dotis donatio fit & in virum qui accepit, & in vxorem pro qua datur. sic ergo not. cum extraneus dat dotem alicui marito pro vxore eius, quantum ad mulierem dicitur donatio simplex: & ideo ergo igit insinuationē si fiat vltra quingentos solidos. quo ad virum est donatio ob causam, sci licet ob dotem: & ideo nō exigitur insinuatio quo ad eum.

h *Extranei.* scilicet alij. ná etiam prædicti extranei sunt: vt.j.ea.l. §.j. Accursius.

i *Eas.* scilicet dotes, quę factę sine vllis monumentis valent.

k *Obseruatione.* i. sine insinuatione.

l *Casus.* scilicet dotis reddendæ in casu si decedat vir.

m *Fortuitus casus.* veluti post mortem mariti.

n *Non facta.* id est non perfecta. nam quo ad eam non valebat, cum non erat insinuata.

o *Monumenta.* à se facta.

p *Per cessionē.* i. ipsa cogebatur cedere actionē donāti aduersus maritū, cū ipsa agere nō posset, vt nō perdat dos: quod est mirū sic & aliàs alius vtitur ex psona mea eo iure quo ego vti nō possum: vt. ff. rē rat. haberi. l. procurator. §. si procurator. sic & fideiussor agit iure cessō quo cedens agere nō posset, cū sit ei solutum vt ff. de fideiuss. l. cū is qui. sic. ff. ad Velleia. l. quis. §. plane si mihi. & ff. de pecul. l. quod debetur. &. ff. de vsufru. l. quod meum. Sed arg. contra ff. de pact. l. & hæredi. §. nos autem.

q *Res.* scilicet exactas.

r *Matrimonii.* scilicet finiti.

s *Monumentis.* id est insinuationibus.

t *Indigere.* cū nō excedit legitimā summā. aliàs secus: vt.j. eo. §. sin autē minor. secūm Azo. Vel dic secūm H. hoc in dote etiam si excedit: sed in donatione propter nuptias est quod dicitur ibi.

u *In omni persona.* scilicet vxoris & mariti.

x *Stipulatus sit.* dotem sibi reddi: vt &.j.tit. j.§. accedit. & facit supra de don. ante nuptias. authen. eo decursum est.

y *Concurrit.* nil enim de liberis, qui dedit dotem, cogitauit.



BIU Cujas

modi tractatus habere locum non potest. atqui in aliis omnibus casibus, in quibus ipse non est stipulatus, tristitiæ suæ [a] mulier hoc proprium habeat solatium per actionem dotis.

*Donatio propter nuptias excedens legitimam summam debet insinuari: & insinuatio facta cum principali prodest ei cui in conficiendo esset donatum. Salycetus.*

Simili quoque modo si quis extraneorum, (id est qui eum pro quo dat, non in potestate [b] habeat) pro alio ante nuptias donationem nupturæ mulieri dederit, & necessaria monumẽta adhibuerit: cũ excedat summam legitimam donatio, vel non minor [c] materfamilias nuptura sit: non solum ad eam [d] cui ante nuptias donatio datur, monumẽta suam adhibeant firmitatem, sed etiam ad illum pro quo dedit: vt si lucrum ei ex dotalibus pactis accesserit, [e] hoc non cedat donatori, sed in suũ lucrum hoc maritus conuertat, firmúmque & irreuocabile habeat: nisi donator & hoc sibi reddi huiusmodi casu fuerit stipulatus, ne & in prefato casu simile [f] anteriori vitium oriatur. ℣ Sin autem minor quãtitas sit, vel ita res gesta sit, vt monumentorum ex omni parte nulla sit vtilitas: [g] tunc & donatio ad vtranq; personã valeat, [h] & maritus casum lucretur: nisi & hic donator eã sibi stipulatus sit.†

*Singularis. §. est & quotidianus. Cursus biennii in præstatione dotis neglecta morã inducit, & decursum vsurarũ vsque ad tertiam partem centesimæ. h.d. principaliter. Bald. Vel sic: Extraneus qui dotem promisit, per lapsum biennii a tempore contracti matrimonii, sine alia interpellatione cõstituitur in mora, vt teneatur ad fructus & vsuras hac lege expressas: nec propterea prohibetur maritus dotẽ ante biennium petere, etiam si promissor sit paratus vsuras & accessiones soluere. Saly.*

Præterea sancimus si † quis [i] in dotem vel prędia, vel certum reditum, vel ædes, vel panes ciuiles spoponderit [k] vel promiserit: [l] si ex tempore matrimonij [m] biennium [n] trãsactum sit: ilico redituum vel pensionum, necnon panis ciuilis quęstum [o] eum præstare, etiam si non fuerint adhuc res principales [p] traditæ. & si tota dos in auro sit: itidem post biennium [q] vsuras vsque ad tertiam partem centesimæ præstari. Sin autem aliæ res præter immobiles vel aurum fuerint in dotem datæ, siue in argento, [r] siue in muliebribus ornamentis, siue in veste, siue in aliis quibuscũque: [s] si quidem æstimatæ [t] fuerint, simili modo post biennium [u] & earum vsuras [x] ex tertia parte centesimæ [y] currere: æstimatione † earum (quia & hoc apertius declarari oportet) ea intelligenda, quæ pro singulis speciebus facta est, vel pro vnoquoque genere dotalium specierum, id est pro argento, vel ornamentis, vel veste, vel aliis speciebus: & nõ esse expectandam post singulas æstimationes vnam coadunationem [z] totius calculi: quod satis scrupulosum & per nimiam subtilitatem perniciosum est. ℣ Sin autem minimè res mobiles fuerint æstimatæ: ea post biennium obseruari, quæ leges post litem contestatam [a] pro omnibus huiusmodi rebus definiunt. ℣ Sin verò res permixtæ fuerint, & partim in auro, partim in aliis rebus mobilibus vel immobilibus: pro iam facta diuisione omnia procedere: licentia minimè deneganda marito, quando voluerit, dotem petere. Nec is qui debet, putet sibi licentiam esse, reditus, vel pensiones, vel vsuras, vel alias accessiones soluenti, dotis solutionem protelare: sed siue ante biennium, siue postea voluerit dotem pars mariti petere queat, & secundum leges eam exigere. Dat. XII. Kalend. April. Lampadio & Oreste. VV. CC. Coss.

a *Tristitiæ suæ.* id est mortis mariti. quibusdam enim lætitia est.
b *In potestate.* sic dicitur extraneus. j. tit. j. §. extraneũ. aliàs aliter. vt. j. de impo. lu. descript. l. j. lib. x. Accur.
c *Vel non minor.* vel pro &. i. & nõ minor: vt. ff. de donat. ante nup. l. minoribus.
d *Ad eam.* vt ipsa ex pacto lucretur si vir prædecesserit: sed hodie non est necessaria quãtum ad mulierem: vt. ff. de dona. ante nup. auth. eo decursum est.
e *Accesserit.* vt quia mulier prædecesserit.
f *Simile.* scilicet quòd post multa tẽpora inueniatur maritus sine donatione.
g *Vtilitas.* quia est fœmina minor: vt modo dixi.
h *Valeat.* quod hodie etiam in maiore seruatur per auth. illã, eo decursum est. vt modo diximus. & concor. j. de dona. l. sancim'. §. alias. &. ff. de donat. l. ij. §. j.
i *Si quis.* s. extraneus.
k *Spoponderit.* pollicendo.
l *Vel promiserit.* scilicet per stipulationem.
m *Ex tempore matrimonii.* scilicet cõtracti.
n *Biennium.* elapsum post contractũ matrimonium. ideo autẽ de biennio dicit, vt ex tũc in mora videatur.
o *Quæstũ.* id est quod lucrari posset is cui debebatur: vt. ff. pro soc. l. quæstus. aliàs cõtra: vt. ff. de actio. empt. l. si sterilis. §. cũ per venditorem.
p *Principales.* scilicet prædia, vel alia immobilia.
q *Biennium.* & promissioné factã. sed alterum non sufficit: vt arg. ff. solu. matri. l. de diuisione.
r *In argento.* si sint aliæ res.
s *Quibuscunque.* repete, præter aurum.
t *Æstimatæ.* speciale est ergo in auro vt eius præstetur vsura, sit æstimatum vel non.
u *Biennium.* mirabili modo inducitur hic mora ex tempore, cum aliàs interpellatio sit necessaria. sic quandoque purgatur tempore: vt. ff. de lega. ij. l. Titia. §. vsuras. Et not. biennium seruari, in viro annus: vt infra titu. j. §. exactio.
x *Earum vsuras.* licet vsura æstimationis rerum petatur, non tamẽ petitur æstimatio, immo res æstimatæ.
y *Parte centesimæ.* vt supra.
z *Coadunationem.* vt vniuersã quæ æstimantur, sint tanti quanti æstimata sunt, an nõ. nã & potest esse quòd vna res iuste, alia iniuste æstimata est: & sic non fit æstimatio omnium: vt. ff. de ædil. edic. l. si plura. & l. penult. &. ff. de euictio. l. j. sed tunc demũ vt dicit dicta. l. si plura. quãdo singulorum nõ erat precium designatum. sed hic erat: & ideo nõ fit idem ratione prædicta. Item & quia potest esse quòd vna res alio tempore fuit promissa, quàm alia.
a *Contestatam.* scilicet vt veniant fructus: vt. ff. de vsur. l. videamus. ij. §. si actionem. & est similis præscriptio biennalis: vt supra de nõ nume. pecu. l. in contractibus.

† *aliàs Sed æstimationem earum (quia & hoc apertius declarare oportet) eã intelligendam, quæ pro &c.*

*DE REI VXORIÆ actione in ex stipulatu actionẽ transfusa, & de natura dotibus præstita.*

*Sicut in quouis alio contractu tria considerantur principaliter, scilicet conuentio, obligatio, & actio: sic in dote. ideoque prius conuentionem: vt in titulo de dotis promissione. secundo obligationem: vt supra titulo primo, nunc ponit actionem. Sic enim naturaliter debet disponi. Et nota quòd olim duæ dabantur actiones tam viro p petẽda dote, quàm vxori pro repetenda dote: scilicet ex stipulatu, & rei vxoriæ. sed hãc tollit dando omne quod in ea vtile erat, actioni ex stipulatu, quam reseruat. & tacitè respõdet obiectioni in prin. quasi obiiciatur ei, quòd vilia tractet, & armis nõ intẽdat. & ipse ad excusationem sui respondet, rem &c.*

*Dos habet tria considerãda.*

REm.] CASVS. Crederet aliquis quòd Imperator non tractaret de arduis rebus, sed minimis. sed non est verum: quia in præsenti constitutione de arduis tractat: qa intendit ostendere per quam actionẽ dos solu. matrimo. repetatur, & qua actio. marit⁹ petat eã sibi reddi, ex quo semel cõstituta est. Olim duabus actionibus petebatur: vel rei vxo. actio. vel ex stipulatu. hodie sublata est rei vxo. actio. remanet actio ex stipula. & si qd vtilitatis habebat illa, hoc in actio. ex stipula. translatum est: & omnes dotes petuntur

*TITVLVS XIII.*

DE REI VXORIAE actione in ex stipulatu actionem transfusa, & de natura dotibus præstita.

*Pro dote competit actio ex stipulatu, etiã si stipulatio non interuenerit, vel interuenit inutiliter. hoc dicit vsq; ad. §. & vt plenius. Baldus.*

1. Imp. IVSTINIANVS A. ad populũ vrbis Constãtinopolitanæ, & ad vniuersos prouinciales.

REm in præsenti non minimam aggredimur, sed in omni

actio.ex stipul. siue interceſsit stipulatio,siue non:quia & si non interuenit, præsumitur interuenisse: & si interuenit,sed inutilis puta inter absentes, præsumitur vtilis:& ex ea agetur. nec mireris quòd dico agi actione ex stipulatu, licet non interuenit stipulatio : quia hoc ideo est scilicet, quod ex nudo pacto non datur actio : vt quando cóueni tecum de permutando codice: si interuenit rei traditio, vel stipulatio, agetur †ſeſerantes, iam ex pacto vestito. vel da exemplum, & melius,vt hic notatur. Item mulier habet omnia bona mariti tacite obligata pro dote : licet de hoc nihil dictũ fuerit:sicut pupillus habet omnia bona tutoris tacite obligata, & tacite hypothecata. Item non solum mulieri datur pro dote, sed viro in bonis mulieris : & hoc siue dos fuerit profectitia, seu aduentitia, siue data à muliere,siue data ab alio. Nec refert vtrum dos sit promissa in scriptis, aut non. & hoc actio. ex stipula. transfusa in eam rei vxo.actio. & sicut illa erat bo.fi. ita & ista. [*SCIENDVM.*] Olim si maritus in testamento suo reliquerat vxori aliqua legata,mulier non poterat petere, si volebat petere dotem:vel econuerso. hodie vtrunque petere potest : nisi maritus dixit contrarium. Item maritus non potest retinere dotem propter malos mores mulieris: ne propter hoc inter eos fieret diuortium. Item nec vtetur retentione dotis propter res quas amouit mulier,sed conueniet eam actio.rerum amotarum. Item non vtetur retentione dotis si filios habeat ex vxore, quia pater filios suos alere debet,& filias dotare. Item nec vtetur retentione dotis propter impensas in fundo dotali factas.sed si accepit fundum in dotem, & partem dotis in re immobili & quantitate, puta.c. & impendit.x. in fundo:deminuetur dos data in x.& hoc quâdo facit necessarias expensas. si vero vtiles, consequetur eas per acti.mandati, si mulier mandauit, siue nego. gesto. si non mandauit.voluntariæ nõ repetuntur,sed tollitur quod fecit sine lesione prioris status rei, & si voluntate vxoris fecit eas. Si vero mulier decedat, hæredes eius repetent dotem: nisi maritus feciſſet pactum de dote lucranda. [*CVM AVTEM.*] Olim repetebatur dos soluto matri.annua bima trima die,si vir conueniebatur rei vxo. act.& condénabatur in quantũ facere potuit: per actionem autẽ ex stipulatu, statim & in solidum. hodie in quantum facere potest,conuenietur deducto ne egeat : & si pauper est, nec dotem reddere potest, promittet de dote tota restituenda, cum ad pinguiorem fortunam peruenerit : & si est immobilis, statim restituetur,mobilis elapso anno:& si non restituat,tenebitur ad vsuras vsque ad tertiam centesimæ : & fructus rerum immobilium debent mulieri restitui. & si mulier fuerit hæres instituta,de iure detrahet Falcidiam, & primo deducet dotem suam. [*CVMQVE.*] Dicta sunt quæ sunt propria tã in rei vxoriæ actione, quàm ex stipulatu.hic intẽdit dicere,ꝙ quę erant cómunia tunc, nunc sunt accommodanda actioni ex stipulatu tantum. dicit ergo quòd si mulier ancillas dedit in dotem, & pepererint: soluto matrimonio,si inestimatæ sunt,mulieri debent restitui cum partu per actionem ex stipulatu. Item quicquid serui acquisierint extra res mariti, & operas suas. Fœtus vero animalium,& quicquid fructuum nomine continetur, ad maritum pertinebit pro tempore matrimonij:& fructus vltimi anni in quo matrimoniũ separatum est, habebit maritus pro ea parte anni pro qua stetit in matrimonio. De fructibus autem rerum æstimatarum nihil mulieri restituetur:cum earum commodum & periculum ad virum spectet. Si vero pater viri dotem à muliere percepit, & virum cum aliis hæredem instituit : detrahet vir dotem de hæreditate, & cauebit cæteris cohæredibus de seruando eos indemnes, scilicet quòd à muliere non conuenientur. Si verò mulier fuerit hæres instituta, siue exhæredata, siue emancipata à patre, vel auo, habebit dotem præcipuam : & sic excludit querelam inofficio. & conferetur si decedat intestatus, vel ex testamento, si pater voluerit. & hæc erunt communia vtriusque actionis. [*ACCEDIT.*] Olim si extraneus dabat dotem pro muliere, actione rei vxoriæ poterat dotem repetere,

penè corpore[a] iuris effusam, tã super rei vxoriæ actione,quàm ex stipulatu:earum communiones & differentias resecãtes,† & in vnum tramitem ex stipulatu actionis totum rei vxoriæ ius, quod dignum esse valere censemus,cõcludentes. ſRei vxoriæ itaque actione sublata, sancimus,omnes dotes[b] per ex stipulatu actionem exigi,[c] siue scripta fuerit stipulatio, siue non: [d] vt intelligatur re ipsa[e] stipulatio esse subsecuta. [f] Eodémq; modo[g] & si inutiliter[h] facta est stipulatio : adiuuari enim eam[i] magis, quàm euanescere oportet. Si enim cum vna in instrumento stipulatio valida inueniatur, aliis etiam inutilibus suam noscitur præstare fortitudinem:[k] quare non ex nostra lege huiusmodi stipulationibus robur accedat legitimum ? Est enim consentaneum nobis,qui censemus[l] vbi stipulatio supposita non est,intelligi eam fuisse adhibitã:multo magis[m] etiam si inutilis est, validam eam effici.[n]

*Pro dote bona sunt tacitè obligata. h.d. vsque ad.§. sed & si. Bald.*

A scilicet mulier : nisi fuisset stipulatus dotem sibi reddi. non ita erat in actio. ex stipulatu. sed hoc habet hodie rei vxo. actio, scilicet quòd mulier habeat semper dotis repetitionem : nisi ille extraneus fuerit stipulatus sibi reddi. Extraneus autem omnis ille est intelligendus, qui non habet personam dotatam in sua potestate, vt est pater. Item pater olim actione rei vxoriæ non poterat solutã dotem repetere non consentiente filia. & si pater antequam consecisset in fata, actionem moueret de dote, vel licet lis fuisset contestata, ad hæredes eã non transmittebat,sed ad filium, quasi proprium patrimonium: quod non erat in actio. ex stipulatu:quia in ea solus pater agere poterat filiæ consensu non expectato & transmittebatur actio ad hæredem:quod hodie locum non habet : sed naturam rei vxoriæ actionis in hoc casu sibi vindicat actio ex stipulatu. [*ET CVM.*] In hoc.§. lex Iulia prohibet fundum dotalem alienari à viro & hypothecari,etiam consentiente muliere : quod locum habet non solum in Italia, sed in omni terra : nec contradixit huic lex quæ dicit, quòd mulieres possunt renunciare iuri hypothecarum,supra ad Velleia. l. iubemus. quia loquitur ibi quando mulier renunciauerat iuri quod habet in bonis mariti tacite sibi obligatis. Item si aliqua pacta fiant in constitutione dotis, puta de dote lucranda, vel similia : illa debent seruari : dum tamen legibus non sint contraria. Et si bona gratia separetur matrimonium, non admittitur.infra de repudi.l.consensu. & hæc lex locum habet in futuris negotiis,non in præteritis. Viuia.

B

C

D

a *Corpore.* Nota corpus iuris, in quo articuli iuris cõtinentur, sicut corpus humanum vbi membra continentur.

b *Omnes dotes.* siue à parte viri, siue à parte mulieris : licet de parte viri possit dubitari. Item siue certa est, siue incerta : quod est notandum, cum ad incerta tantum aliàs detur ex stipulatu actio:vt insti.de verb.obli.in prin.licet & hic quidam dent condictionem certi,si certa est.

c *Exigi.* id est peti,vel repeti.

d *Siue non.* quia nec promissa.

e *Re ipsa.* id est eo quòd est dos.

f *Subsecuta.* scilicet conuentionem. Sic ergo nota fingi stipulationem vbi non est. sic &. ff. de adopt.l. his verbis. &.ff.de dam. infect. l. si finita. §. eleganter. & in authent. vt nulli iudi. §. super hoc autem iubemus. colla. ix. &. ff. si cui plus quàm per legem Falcid. l. nisi.§. item.& de fideiuſſ.tut. l. cum ostendimus. §. fina.

g *Eodémque modo.* scilicet dos petatur ex stipulatu.

h *Inutiliter.* inspecto iure communi : vt quia inter absentes, vel ex interuallo, vel inepta conceptione, non autem ex dissensu : puta dixit vir, promittis equum in dotem? mulier dixit, promitto asinum.

i *Eam.* scilicet actionem. & sic.ff. de rebus dubiis.l. quotiens in actionibus.

k *Fortitudinem.* da exemplum : quia stipulor alteri, hoc non valet.adiicio pœnam, hoc valet: & dat robur inutili : non vt ea agatur,sed pœnæ metu ei pareatur:vt.ff.de verb.obli.l.stipulatio ista. §. alteri. & supra de pact. l. si pacto. hic tamen datur robur ex hac.l. huic,vt etiam ex ea agatur : & sic fit vtilis.& est sic supra si ser.exte.se emi.l.j.Sed argu. contra. ff. de his quib.vt indi. l. cum quidam. nam vtilis non firmat inutilem institutionem:sed inutilis vitiat vtilem. Item est arg.contra.ff.de adimen. leg.l.j. nam ibi vtile legatum non dat robur inutili ademptioni. Alij ponunt hic exẽplum per.l.ſ.de pac.l.in bonæ fidei. &.l.pẽtens.ſ.in pacto incõtinẽti appositio,cui dat robur vicinitate contractꝰ.sed illa nõ est stipulatio,sed pactũ:vnde primũ melius est.

l *Censemus.* hoc quod sequitur.

m *Multo magis.* locus à maiori:quia si nullũ facimus aliquod, magis inutile.sic &.ff.de pact.l.iurisgentium.§.adeo. & supra de donatione.ante nup.l.fi.§.fi.

n *Effici.* per hanc legem.

BIU Cujas

Et vt plenius[a] dotibus subueniatur: quemadmodum in administratione pupillariũ rerum,[b] & in aliis multis iuris articulis[c] tacitas hypothecas inesse accipimus: ita & in huiusmodi actione damus ex vtroque[d] latere hypothecam,[e] siue ex parte mariti pro restitutione dotis, siue ex parte mulieris pro ipsa dote præstanda, vel rebus dotalibus euictis:[f] siue ipsæ principales personæ dotes dederint vel promiserint, vel susceperint, siue alię pro his personę, & dos, siue aduentitia, siue profectitia sit, secundũ veteris iuris nominationem.[g] Ita enim & imperitia hominum & rusticitas nihil eis poterit afferre prejudicij: cùm nos illis ignorantibus & nescientibus in hoc casu nostrã induxerimus prouidentiam.[h] Sicut enim & stipulationes & hypothecæ inesse dotibus intelliguntur,[i] & inutiles stipulationes emendantur: sic & in posterum causa inuenietur valida & perfecta, quasi omnibus dotalibus instrumentis à prudentissimis viris confectis. ℣ Et nemo putet nos hoc sancire in his tantummodo dotibus quæ instrumentis receptę sunt. Nihil enim prohibet & si sine scriptis[k] dos vel detur, vel promittatur, vel suscipiatur: simili modo intelligi factam stipulationem & hypothecam ex vtraque parte, quasi fuerit scripta. Et natura quidẽ ex stipulatu actionis hæc intelligatur, re vxoria in posterum cessante.†

*Actio ex stipulatu pro dote, est bonæ fidei: item actio rei vxoriæ est sublata: tamen quod erat vtile in ea, trãsfusum est in actionem ex stipulatu. hoc dicit vsque ad. §. primum itaque. Baldus.*

Sed etsi non ignoramus ex stipulatu actionem stricto iure esse vallatam,[l] & non ex bona fide[m] descendere: tamen quia nouam naturam de dote stipulatio sibi inuenit: accommodetur ei natura rei vxoriæ, & bonę fidei beneficium:[n] & omnes quidem euentus,[o] quos dos ex stipulatu[p] habet, maneat[q] pro sua natura exercens. Si quid autem optimum ex rei vxoriæ actione inuenimus, hoc in præsenti specialiter ei addimus: vt sit & noua ista ex stipulatu, quã composuimus, & non propria tantum, sed etiam veteris actionis[r] pulchritudine decorata.

*Vir legans vxori, in dubio nõ intelligitur legare pro dote: & ideo vtrunque consequitur. hoc dicit vsque ad. §. maneat. Baldus. Vel sic: Relictum à viro vxori, non intelligitur in dubium relictum animo compensandi cum dote: ideo vtrumque potest peti. hoc dicit. Vel sic: Actio ex stipulatu pro dote, non minuitur propter legatum factum vxori: nisi exprimatur. Salycetus.*

Primùm[s] itaque quid naturale sit ex stipulatu actionis, exponatur: & ita si quid ex actione rei vxoriæ superuenerit, addatur. ℣ Sciendum itaq; est edictum[t] prætoris quod de alterutro[u] introductum est, in ex stipulatu actione cessare: ita vt vxor & à marito relicta recipiat, & dotem consequatur: nisi specialiter pro dote ei maritus ea dereliquit: cùm manifestissimũ sit, testatorem qui non hoc addiderit,[x] voluisse eam vtrumque consequi.

*Actio ex stipulatu actiuè & passiuè transmittitur in hæredem. hoc dicit. Vel sic: Contractus ficlus transit in hæredem, sicut contractus verus. hoc dicit vsque ad. §. sed nec retentio. Bald. Vel sic: Actio ex stipulatu pro dote transit ad successores. Salyc.*

Maneat[y] ex stipulatu actionis ius[z] ad successores[a] & sine mora[b] transmissionis incorruptum.

*Propter malos mores vxoris pudorẽ matrimonii non lædentes, propter res donatas, vel amotas, seu propter communes liberos alendos: nec propter impensas in rebus dotalibus factas fit dotis retentio: sed prædicta actionibus competentibus repetuntur. hoc dicit vsque ad. §. illo. Salyc. Vel sic: Dos non potest retineri ob malos mores mulieris, nec ob res donatas, nec res amotas, nec propter liberos, nec propter impensas vtiles, vel voluptarias: sed propter necessarias sic: quia dotem minuunt ipso iure. Item potest retineri per pactum de lucrãdo si mulier post decedit. h. d. vsque ad. §. cum autem. Bald.*

Taceat[c] in ea retentionum verbositas. ℣ Quid enim opus est inducere ob mores[d] retentionem, alio auxilio ex constitutionibus introducto?[e] vel ex qua causa[f] ob res donatas[g] retentio introducatur, cùm sit donatori facultas per actionem in rem directam,[h] vel per vtilem vel per condictionem suo iuri mederi? ℣ Sed nec retentio[i] ob res amotas necessaria est, cũ alterutro, scilicet vel dote, vel legato: quod in actione ex stipulatu non erat.

u *De alterutro.* adsequendo tantum.

x *Addiderit.* scilicet mulierem esse alterutro cõtentam. & fac. ff. fami. erci. l. si filia. §. pe. & de dote præleg. l. cũ quis. §. j. &. j. de repu. l. iubemus. Sed arg. contra. ff. de adimen. leg. l. alumnæ. aliàs. l. Titia. §. qui filias. & ff. solu. ma. l. si cum dotem. §. si pater. sed ibi redditur ratio.

y *Maneat.* i. transeat.

z *Ius.* iam competens mulieri.

a *Ad successores.* vtriusque partis: mulieris scilicet vt repetere possint, & mariti vt restituere debeant. sed primum fallit in casu quẽ habes. j. eod. §. hoc ex rei vxoriæ. vbi non repetit hæres patris mulieris.

b *Mora.* in antiquis legibus inserta: vt. j. e. §. exactio.

c *Taceat.* Et nota hic quinque casus in quibus competebat retentio in actione rei vxoriæ, sed hodie non cõpetit, ob mores, ob res donatas, ob res amotas, ob liberos, ob impẽsas. *Dotis retentio olim propter quinq; competebat.*

d *Mores.* & malos multos, quorum vnus non sufficeret: vt in venialibus, non criminalibus: vt si cotidie se iebriet, non tamen frangit matrimonialem pudorẽ. & facit. j. de repudi. l. fina. in fin.

e *Introducto.* scilicet diuortio: vt. j. de repud. l. consensu.

f *Causa.* scilicet rationabili.

g *Donatas.* scilicet vxori à viro.

h *Directam.* cum res donata extat, sed vtilẽ cum est mutata conditio, siue cum est extincta: vt &. ff. de dona. inter virũ & vxo. l. si spõsus. §. fina. &. l. seq. &. l. vxor marito. in fi. &. l. vtilem. & .l. mulier. & facit. ŝ. de condic. ex lege. l. iij. &. ff. de do. prę leg. l. dote.

i *Nec retentio.* ex speciebus, si species extẽt: si quantitas sit, compensatur: & sic non est cõ-



a *Vt plenius.* non solum in personali, verum in reali: hoc est in hypothecaria.

b *Rerum.* vbi tacita contrahitur hypotheca: vt. j. de administrato. l. pro officio.

c *Articulis.* vt legatis: vt. j. communia de leg. l. j. & in aliis casibus quos habes. j. in quibus causis pig. taci. contra. per totum.

d *Ex vtroque latere.* sed nunquid sic vir & vxor præfertur cæteris creditoribus? Respon. credo quòd non, cum non inueniamus de hypotheca viri.

e *Hypothecam.* scilicet tacitam.

f *Euictis.* indistincte ergo re dotali euicta agitur de euictione. & sic est contra. ŝ. titu. j. l. j. Solu. hęc illam corrigit: vel secundum Ir. & bene etiam hæc secundum illam, scilicet vbi stipulatio vel pactum præcedat donationem. Tertij dicunt hic dari hypothecariã indistincte: non autem personalem: media placet.

g *Nominationem.* remanet enim nomen dotis profectitiæ & aduẽtitiæ: vt. ff. de iure dot. l. profectitia. in prin. & §. si quis certam.

h *Prouidentiam.* dando actionem ex stipulatu, & tacitam hypothecam. Accursius.

i *Intelliguntur.* ipso iure: vt. j. qui pot. in pig. hab. l. fin. §. ad hæc. & in authen. de æqua. do. §. quia vero & huiusmodi. & argu. ŝ. de iur. & fac. igno. l. fin. & de dotis promis. l. ad exactionem.

k *Sine scriptis.* vt &. ŝ. de iure do. l. cum citra.

l *Vallatam.* nam non numerantur inter eas quæ bonæ fidei sunt: vt institu. de actio. §. actionem.

m *Et non ex bona fide.* ad differentiam stricti iuris.

n *Beneficium.* erit ergo hoc casu bonæ fidei: vt hic, & institu. de act. §. fuerat.

o *Euentus.* id est effectus.

p *Ex stipulatu.* id est ab actione ex stipulatu.

q *Maneat.* id est retineat.

r *Actionis.* rei vxoriæ. Et prædictis ergo collige quinque specialia. Primum, quòd intelligitur stipulatio vbi non est. Secundum, vbi est inutilis, fit vtilis. Item quia datur ex stipulatu etiam ad certa. Item quòd est bo-

s *Primum.* quia sua naturalia retinet, & alia nanciscitur: itaque sua naturalia exponamus.

t *Edictum.* quod non habemus: sed cauebatur in eo, vt si maritus vxori aliquid in vltima reliquerit voluntate, esset contenta

BIU Cujas

tra.ĭ.de re.amo.l.j.&.ff.solu.ma.l.diuortio.§. ob donationes. & eodem modo soluitur aliud contra.s.de cõpen.l.neque. Vel solue vt ibi.

a *Amotarum.* vt.ĭ.de bo.quæ libe.l.fi.§.ipsum autem filium.

b *Silear.* subaudiunt quidam, scilicet Gosiani, si diuortio soluatur matrimonium. aliàs si morte mulieris, dicunt retineri dotem. Sed B.& Ioan. contra, cum hæc lex dicat indeterminate: vt .ff. de iu.do.l.iure succursum est. & .ĭ. de bonis quæ libe.l.ij.& .ĭ. solu. matrimo.l.dos.vbi de hoc etiam dices. sed prima opinio seruatur.

† *Præsumitur ergo aliquid ratione sanguinis: vt in c. literas. cum glo. sup verbo, in fratrem. extra de præsum.*

† *aliàs, nec.*

c *Hortetur.* vt .ĭ. de bo.quæ libe.l.fin.§.ipsum autem filium.

d *Ne varium.* hoc refertur ad hoc quod dixit.s.de moribus.

e *Constitutionibus.* quas habes .ĭ. de repu. per totum.

f *Idonea.* vt & .ff. de do.præleg.l.dote.

g *Minuant quantitatẽ.* vt.ff.de ritu nup. l.dote.&.ff.de impen.in re. do.fa.l.j.§.j.&.l.penul. & institut. de act.§. ité si de dote.quod intellige cum in quantitate consistit quod deminuitur: vt quia fundus & pecunia sit in doté, expensa quidem in fundo facta minuit pecuniam. si autem fundus tãtum, nec in parte desinit esse dotalis, nisi tanta sit expensa quanti est fundus, tunc desinit esse dotalis, nisi intra annum impensas marito obtulerit. interim autem an sit dotalis, & sic quasi pignus: an desiit esse dotalis, & redincipiat esse dos. si mulier luat, quidam tenuerunt primam, pro quibus est hoc exemplum, si habeo domum quæ valet centum, & debeo centum, verum est me habere domum valentem centum, non tamen habeo in bonis centum. Scæuola tenuit secundam opinionem, vt habes hoc .ff. de iu. dot. l.si is qui. §. quod dicitur. & .ff. de impen.in re.do.fa.l.qđ dicitur.

*Dos an minuatur propter impensam.*

h *Voluntate.* vt & .ff. de impen. in re. do. fa. l.vtilium.

**voluntaria.*

i *Licet.* hoc speciale in dote: vt .ff. de impen. in re. do. fa. l.pro voluptariis. aliàs etiã talia repetuntur ex voluntate domini facta: vt.ff. de in rem ver. l.quòd si seruus.§.sed si mutua.&.§.necnon. & facit.s.de rei vin.l.domum.

k *Vt sit.* refert se ad omnia prædicta.

pateat omnibus maritis rerum amotarum[a] iudicium. ℣ Sileat[b] ob liberos retentio, cùm ipse naturalis stimulus† parentes ad liberorum suorum educationẽ hortetur:[c] ne† varium[d] genus culpę mariti contra vxores excogitent, vt possint eadẽ retentione contra eas vti, cùm & iam imperialibus cõstitutionibus[e] statutũ sit, si culpa mulieris dissolutum matrimonium fuerit, quid fieri oporteat. ℣ Sed nec ob impensas in res dotis factas retentio nobis satis videtur esse idonea.[f] Cùm enim necessariæ quidem expensæ dotis minuãt quantitatem,[g] vtiles autem nõ aliter in rei vxorię actione deti nebantur, nisi ex volũtate[h] mulieris: non abs re est, si quidem mulieris volũtas intercedat, mãdati actionem à nostra auctoritate marito contra vxorem indulgeri: quatenus possit per hanc, quod vtiliter impensum est, adseruari. vel si nõ intercedat mulieris voluntas, vtiliter tamẽ res gesta est: negociorũ gestorum aduersus eam sufficere actionẽ. ℣ Quòd si voluptariæ* sint, licet[i] ex voluntate eius, expensæ: deductio operis quod fecit, sine læsione tamen prioris speciei, marito relinquatur: vt sit[k] omnium retentionum expeditus tractat°, & ex stipulatu actio merito secundum sui naturam nullam accipiat retentionem.

*Mulier mortua in matrimonio, actio ex stipulatu, secundum suam naturã transit ad hæredes. Salycetus.*

Illo proculdubio in ex stipulatu actione seruando, vt si decesserit mulier cõstante matrimonio, dos non in lucrum mariti cedat, nisi ex quibusdam pactionibus,[l] sed ad mulieris hæredes ex stipulatu actio secundum sui naturam trãsmittatur, siue expressa fuerit, siue ex hac lege inesse intelligatur.

*In actione de dote maritus condemnatur in quantũ facere potest. hoc primo. Mobilia, vel iuris quantitates, & genera in dotem data, restituuntur post annum, soluto matrimonio. immobilia statim. fructus dotis ex tempore matrimonii dissoluti veniũt in restitutione. h. d. vsque ad. §. igitur. Bal. Vel sic: Hæc actio contra virum datur in quantum facere potest: & rerum mobilium & iurium restitutio debet fieri intra annum, rerum verò immobilium incontinenti: & vsuræ debentur à tempore moræ, fructus verò à tempore soluti matrimonii. hoc dicit vsque ad. §. igitur.*

Cũ autẽ[m] in exactione dotis ex stipulatu quidẽ actio naturaliter restitutionẽ dotis à parte mariti vxori ilico[n] & in solidum fieri iubebat, † rei vxoriæ autẽ annua bima° trima die in his quæ pondere, numero, mensura consistunt, exactionẽ pollicebatur, & non in solidũ, sed in quantum maritus facere potest, si non dolo malo suã deminuerit substãtiam: in hac parte rudẽ figuram[p] ex stipulatu damus actioni: vt si matrimoniũ fuerit dissolutũ, nullo pacto[q] adhibito, in tantũ quidem maritus condemnetur, in quãtum facere potest: quia hoc æquissimum est, & reuerentiæ debitũ maritali,[r] si nõ dolo malo versatus est: ℣ cautione[t] videlicet ab eo exponenda, ℣ si ad meliorem fortunã peruenerit, etiã quod minus persoluit, hoc restituere procuret. ℣ Exactio autem dotis celebretur nõ annua bima trima die, sed omnimodo intra annum[u] in rebus mobilibus, vel se mouentibus, vel incorporalibus: [x] cæteris videlicet rebus quæ solo cõtinentur, ilico restituendis: quod cõmune[y] vtriusque fuerat actionis. ℣ Sin autẽ supersederit res mobiles vel se mouẽtes vel incorporales post annale tempus restituere, vel cæteras res statim post dissolutũ matrimoniũ: etiã vsuras æstimationis[z] omnium rerũ quę extra immobiles sunt, vsque ad tertiã partẽ centesimę ex bona fide introducẽdas maritus præstet: fructibus videlicet immobiliũ rerũ parti mulieris ex tẽpore dissoluti matrimonij præstãdis, similiq; modo pẽsionibus, vel vecturis nauium siue iumentorũ, vel operis seruorũ, vel quæstu ciuiliũ annonarũ, & aliis quæ sunt eis similia, parti

l *Pactionibus.* id est pacto facto de dote lucranda si prædeceãt vxor. sic plurale pro singulari ponitur: vt.ff.de orig.iur.l.ij.§.exterium: vt.ĭ.ad.l.Iul.de adul.l.fin.

m *Cum autem.* in supradictis quidem suam naturã exercet hæc actio ex stipulatu, sed in actione datur ei iur rei vxoriæ actionis, vt in quantum facere posit, damnetur: quod intelligitur deducto ne egeat: vt.ff. de reg.iur. l. in condẽnatione personarum.

n *Ilico.* in vtroq; male, quòd ilico, & quòd in solidum.

o *Annua bima.* id est primo anno tertia, secundo tertia, & in tertio tertia: vt.ff. de pac. dot. l.aliud &.ff.de ann. leg.l.iij.in princ.&.ff. de iur. do. l. cum in fundo.§.pen.

p *Figuram.* sumpsit ab actione rei vxoriæ.

q *Pacto.* de retentione dotis, vel de modo, vel de tempore restitutionis dotalium rerũ: vt .ff. de pac. dot. l. de die.& sequẽtibus. Illud autem non valet, quòd teneatur maritus in solidum: vt.ff.solu.matri. l.alia.§.j.

r *Maritali.* vt &.ff.solu.ma.l.alia.§. fin.& l. maritũ,&.ff.de re iudi. l.sunt qui in id.& insti. de act.§.ité si de dote.

s *Versatus est.* in deminuendo substãtiã suã, vt dixit. idé si in re dotali dissipanda dolum cõmisit: & aliàs non est soluendo, licet in eo q aliàs non sit soluendo, cõmiserit dolum: vt.ff. solu.matrimo. l.etiã.§. j.& .ij. & hos duos casus cõprehendit hic secundũ Ioan. quibus tenetur in solidum.

t *Cautione.* forte cum fideiussore: vt ar.ff. solu.ma.l.si cõstante.§. quotiens. sed tunc dic simplici: vt.ff.pro soc. l. verum.§. item videdum. secus in actione de peculio, vbi nõ fit etiam cautio: vt.ff. de pecul. quotiens.§.si semel.

u *Annum.* post solutum matrimonium cõputandum.

x *Incorporalibus.* vt in nominibus: quãdoque tamen incorporalia æquiparãtur immobilibus: vt.ĭ. de præscrip. longi tempo. l.fin. in fi. & .ff. de iure delibe. l. ait prætor. & de re iudi. l.à diuo.§.j.

y *Commune.* scilicet de immobilibus.

z *Vsuras æstimationis.* sic &.s.tit.j.l.fi.§.præterea. & subaudi hic, non solum res principales.

*Restituendi.*

BIU Cujas

a *Restituendis.* vel si malit, petat vsuram æstimationis: vt modo dixi. Vel forte superiora locũ habent cum res deferant esse cul-

*Do quãdo mulier si matrimonium per consanguinitatem separatur si soluitur.*

pa mariti. hic quando extabant, secundum Azo. Sed quid erit ho die vbi soluitur matrimonium per consanguinitatem? nunquid statim reddetur dos, vel post annum. nam non potest dici diuortium, cum non fuerit matrimonium: nec ergo dos? Respõ. statim, argu. ff. de condic. ob cau. l. j. Item quid si rebus æstimatis datis in dotem maritus seruauit sibi electionem: quod potest? Respon. eligat. quod si non faciat, trãsfertur electio in vxorem: vt. ff. de solu. l. j. & ff. de iure do. l. plerumque. §. fin. Item quid si dos consistit in rebus mobilibus tantum: vnde interim se alet mulier? Respõ. de aliis suis bonis. arg. ff. de ven. in possess. mit. l. extraneo. Sed quid si nil aliud habet? Si quidem sunt hæredes patris, cõmunes filij ipsi alant matrem: vt. j. de bo. quæ libe. l. fin. §. ipsum autem. Sed quid si extranei sunt hæredes, vel diuortio est solutum matrimoniũ? Videtur quòd vir vel heredes eius teneantur alere, ex quo habẽt dotem: vt. ff. de ven. in possess. mit. l. j. §. mulier. & l. curator. & argu. ff. ad Trebel. l. imperator. & ff. vt in possessa. l. pen. & ẽ. tit. j. l. vbi adhuc. preterea pro dotis fructibus mulieri dabat alimenta. ergo & hodie alat eam, cum penes se habeat. arg. in authen. quibus mo. natu. effic. sui. §. pen. coll. vij & in auth. de exhibi. §. quoniam. coll. v. & ff. de liber. agno. l. si quis à liberis. §. si vel parens. Item adhuc videtur dubitare primum, cum nec posset nubere secundo: vt argu. pro hoc. ff. de repu. l. fi. & in authen. de nupt. §. soluto. coll. iiij. Item pro hoc. ff. solu. matri. l. si cum dotem. §. fin autem. quasi sint dotis onus alimenta vxoris. econtra dilatio legalis debet esse vtilis viro: vt argu. ff. si cer. pet. l. lecta. & ff. de iudi. l. ij. §. in omnibus. & authent. consti. quæ de digni. §. penul. colla. vj. Sol. Distinguunt quidam, an habet alia bona vnde se alat, vel non: vt primo casu non alatur, secundo sic: vt. ff. de ven. in posses. mit. l. extraneo. *ADDITIO.* Hoc tenent communiter doctores in. l. diuortio. in princ. ff. solu. matrimonio. Ne aliàs tractaretur de dedecore memoriæ mariti, quòd mulier cogeretur mendicare. Et subdit ibi Barto. quòd mulier tenetur intra ipsum annum operari in domo hæredum à quibus suscipit alimenta, ad vtilitatem hæredum, per. l. sicut. iuncta glos. ff. de ope. lib. De quo dic latius vt per eundem Barto. vbi supra.

*Mariti hæredes tenentur alere vxorem alterius.*

b *Igitur.* quia in prioribus capitulis sua vtitur natura actio ex stipulatu iure petitionis dotis: igitur in sequenti vtatur iure retentionis. Hug. Vel secundum Azo. quia petere potest, vt modo dixi, petat & hoc casu, scilicet deducendo.

c *Emerserit.* inter eam, & legatarios.

d *Debitum.* vt & ff. ad leg. Falcid. l. pater. in princip. & ẽ. eo. tit. §. sciendum. licet aditione hæreditatis actio sit confusa: vt. ff. de hære. ven. l. ij. §. fi. & j. ad legem Falci. l. licet.

*Vxor hæres instituta à marito, & grauata legatis, ante omnia deducit dotem: de residuo verò soluit legata deducta Falcidia. hoc dicit vsque ad. §. cúmque ex stipulatu. Bald. Vel sic: Vxor instituta à viro, in ratione Falcidiæ dotem vt æs alienum potest deducere. Salycetus.*

Igitur [b] & in sequenti capitulo sua ex stipulatu actio vtat natura: vt si mulier à marito fuerit hæres instituta, & legis Falci die ratio emerserit: [c] etiã dotis B debitũ [d] liceat ei sicuti alia debita [e] ex substantia mariti subtrahere, & sic [f] quartam partem deducere. [g]

*Accessiones quæ non sunt in fructu, augent dotem: vt partus ancillarum: & quæsita per seruum dotalem extra operam suam, & extra rem mariti. Accessiones vero quæ in fructu censentur, vt fœtus pecorum, & fructus agrorum, & similia, cedunt lucro viri quoad matrimonium consistit, & fructus vltimi anni pro rata temporis diuidun tur. & prædictæ sunt verã in rebus vere dotalibus, id est in inæstimatis: sed quando sunt res æstimatæ, omnes accessiones integraliter sunt mariti tanquam emptoris. & istud sit pro casu, summario, & pro casu in terminis. hoc dicit vsq; ad. §. cautione. Bal. Vel sic: Partus ancillarum dotalium, & C etiam per seruos dotales quæsita extra operas eorum, vel res mariti, pertinent ad mulierem: fœtus vero & fructus pertinent ad maritum: sed pro rata temporis vltimi anni veniunt diuidendi si dos fuit inæstimata: & si tempore diuisionis alter filiorũ dotem vxoris vel nurus detinuerit, præcipuam cautionem de defendendo præstare tenetur cohæredibus. Salycetus.*

Cumque ex stipulatu actio in his casibus [h] quos enumeraUimus, propriam naturam habeat: [i] necessariũ est in sequenti tractatu ea exponere, quæ vel cõmunia [k] sunt vtriusque actionis, vel quę in solam ex stipulatu [l] actionem colligi oportet: vel propria quidẽ rei vxoriæ actionis, exinde autem ex stipulatu actioni accõmodanda. ℣ Itaq; partus dotalium ancillarum, id est quæ æstimatę [m] non sunt, vel quæ serui dotales ex quacunque causa (nisi ex re mariti, vel operis suis) acquisierunt: [n] ad mulierem pertinere [o] vtraque actio similiter voluit. ℣ Fœtus autẽ iumentorũ, & omnia quæ fructuum nomine continentur, ad lucrũ mariti pertineant pro tẽpore matrimonij, [p] siue æstimata, siue nõ æstimata sint. ℣ Sed & nouissimi anni in quo matrimoniũ soluitur, fructus [p] rata tẽporis portione [q] vtrique parti debere adsignari, commune vtriusq; actionis est, in rebus scilicet non æstimatis. Aestimatarum enim rerum maritus quasi emptor, & commodum sentiat, & dispẽdium subeat, & periculum expectet. [r]

*Percipiẽs dotem, tenetur cohæredem seruare indemnem. hoc dicit vsque ad. §. videamus igitur. Bald.*

Cautione videlicet defensionis in specie in qua dotem suæ vxoris vel nurus [s] in familiæ erciscundæ iudicio præcipuam filius defuncti detrahit, secundum propriam naturam [t] ex stipulatu actionis cohæredibus suis præstanda.

*Actio ex stipulatu pro dote profectitia competens, per patris obitum consolidatur in filiam emancipatam, etiam exhæredatã. h. d. vsque ad. §. quo à nobis. Bald. Vel sic:*

A e *Debita.* vt & j. ad legem Falci. l. in imponenda.

f *Et sic.* scilicet omni debito deducto.

g *Deducere.* scilicet de legatis.

h *In his casibus.* sed non in omnibus: vt ẽ. e. §. exactio.

i *Habeat.* id est retineat.

k *Communia.* hoc vsque ad. §. videamus.

l *Ex stipulatu.* hoc in §. videamus.

m *Aestimatæ.* quæ vere etiam dicuntur dotales: vt j. ea. l. §. & cum lex. & idé dicas si sunt æstimatæ: sed conuenit vt soluto matrimonio reddãtur vxori non seruata electione viro: vt j. sol. matrimo. l. j. aliàs secus: vt. ff. de iure dot. l. si mancipia. & facit ff. de iure do. l. plerunque. §. si serui. Azo.

n *Acquisierunt.* adsimilatur ergo maritus fructuario: vt. ff. de pecu. l. hinc quæritur. §. potest. &. §. quæ quæstio.

o *Pertinere.* nõ quòd sint sua, sed facta viri restituuntur hac actione: vt hic, & ff. de acquir. hæredi. l. aditio. & ff. de iur. dot. l. si legato. sic large dicitur pertinere: vt. ff. de verbo sign. l. verbum pertinere.

p *Matrimonii.* vt & ẽ. tit. j. l. pro oneribus.

q *Temporis portione.* fructus dotis mariti sunt: sed ex quo, & vsque ad quod tempus, videndum. Et tu dic quòd duo sunt necessaria vt incipiãt esse viri, scilicet matrimoniũ esse factum, & dotem traditam. nam ante matrimonium fructus capti augent dotem, & non fiunt viri: vt. ff. solu. matrimo. l. si ante. & postea dotis demum ex traditione: vt. ff. solu. matrimo. l. de diuisione. Sequitur vsquequo, & quidẽ toto tempore matrimonij vsq; ad vltimũ annum, & vltimi anni fructus diuiduntur pro rata: vt si per octo menses vltimi anni durauit, habeat vir bessem fructuum, vxor trientem. & incipit vltimus annus habita relatione ad primum, vt & primus incipiat quando prædicta duo interueniunt: scilicet matrimonium, & dos data: vt. d. l. de diuisione. sin autem talis sit fundus, quis bis ferat fructus in anno, eadem ratio est habenda dimidij anni, quæ integri. vel si semel in triennio, eadem triennij, quæ & anni. Quòd si maritus fundum cum fructibus pendentibus restituat, cauere debet vxor de fructibus restituendis pro rata: & si maritus locauit fundum colono, cauebit vxori de restituenda parte mercedis pro rata: vt. ff. sol. matrimo. l. diuortio. & l. si alienam.

*Dotis fructus cuius sunt.*

r *Expectet.* vt & ẽ. titu. j. l. quotiens. & ff. de iure dot. l. plerunque. in princip. §. j. & ij. & l. iij.

s *Nurus.* quæ erat pronurus defuncti, vxor scilicet nepotis: quę omnia præcipere, id est ante partem capere debet hic filius, idémque pater, qui est filius ad auum: vt hic, & ff. fami. erciscu. l. si filia. §. j. & ff. de iu. dot. l. si is. §. ibi. & ẽ. fami. erciscu. l. ij.

*Pronurus.*

t *Propriam naturam.* nõ quòd sub eo modo sit inuenta: sed cum natura sui in singulos competat, ne sine causa onerentur, præstanda est cautio. & facit. ff. de dote præleg. l. j. §. Celsus.

*Videamus*

BIU Cujas

a *Videamus igitur.* quia propria ex stipulatu, & cómunia vtriusque vidimus: igitur propria rei vxoriæ videamus.

b *Decesserit.* lite etiam mota: vt infra eo. §. & hoc ex rei vxoriæ actione.

c *Exhæredata.* etiam bene: vt. ff. de colla. do. l. si pater pro filia. & ff. pro soc. l. si socius §. verum.

d *Actiones.* vt & supra fami. erci. l. ea. & infra si vnus ex plu. hęre. de. vel cre. l j. & ij.

e *Æquissimũ.* adsume, cumq; iuris æquissimum.

f *Visum.* nunquid erit hoc verum etiã quando pater expresse fuit stipulat⁹ quod potest: vt & ff. sol. matri. l. quotiens. in fi? Videtur ꝙ sic: ar. supra. §. illo procul. in fine. & auth. sed quamuis.

g *Recepto.* vt scilicet filia emãcipata habeat dotem præcipuam.

h *Excludere.* vt supra de inoffic. testa. l. quoniam nouella.

i *Maximè.* nam & si nó sufficit, nõ de inofficioso testamento, sed ad supplementum agitur condictione ex. l. vt supra de inoffi. testa. l. omnimodo. Sed hodie iure institutionis debẽt habere quartam, vt testamentum valeat: vt in authen. vt cum de appel. cog. §. aliud. colla. viij. Item in alio corrigitur: quia hodie ad trientem & semissem agitur: vt in authen. de trien. & semis. §. j. colla. iij.

*Institutionis iure debet filiis quarta relinqui.*

k *Hoc testator.* scilicet fieri collationem. hodie autem & si non dicat, dummodo non dicat contrariũ: vt infra de collat. authen. ex testamento.

l *Volumus.* in primo casu quo ad actionem ex stipulatu.

m *Fecerit.* incontinenti in ipsa donatione: vt. ff. de iure dot. l. si dotem. & l. fina. §. j. & ij. ff. de pact. do. l. obres. §. j. & ff. solu. matri. l. si cum dotem. vnde fingitur nec nata mulieri: vt. ff. de noua. l. cum enim. Sed quid si extraneus cum promisit dotẽ, nil est pactus: sed postea cum ex interuallo dat, vult incontinenti paciscirestitui sibi: vir autem nolit? Videtur secundum Hu. quòd extraneus possit, quasi tempus donationis inspiciatur per dictas. ll. & argu. ff. de pact. l. in traditionibus. & solu. matri. l. quotiens. & hoc quidam dicunt. sed Io. contra: quia sibi imputet quòd ab initio non pepigit. Itẽ lex videtur expressa infra tit. j. l. ex morte. in fine. Item ex promissione fit dos. vnde iam vir nouo pacto non est grauandus: vt. ff. de condic. cau. dat. l. si donaturus. & pro hoc. ff. solu. matri. l. ij. in prin.

*Dotẽ promittẽs simpliciter extraneus, an possit tradendo paciscieam sibi restitui.*

*Figere, et præsumere, differunt.*

n *Præsumatur.* id est fingatur. super id enim quod est certum, fingitur: super incerto præsumitur.

*Si filia efficiatur sui iuris morte patris, vel emancipatione, actio de dote consolidatur in eius persona, etiã si à patre fuerit exhæredata: & dos confertur, & in legitimæ portione computatur. Salycetus.*

Videamus[a] igitur quali cremẽto ei de rei vxorię actione accedente, formari decet ex stipulatu actionẽ. Cúmque iuris certi atque indubitati sit, si parens per virilem sexum ascẽdens, dote pro filia vel nepte B prẽstita emancipauerit eam, vel ipse decesserit, [b] in rei vxoriæ actione dotem omnimodo ad mulierem pertinere, etiã si fuerit exhæredata: [c] (quod nõ erat in ex stipulatu actione: ibi etenĩ velut aliæ actiones [d] in omnes cohæredes actio diuidebatur) æquissimum [e] nobis visum [f] est, & in ex stipulatu actione mulierem dotem suam præcipuam accipere, etsi emancipata vel exhæredata sit, vel cum aliis hæredibus scripta.

*Dos imputatur filiæ in legitimam. h. d. Vel sic: Dos quæ ad filiã reuertitur, ei ꝙ legitimã imputatur. h. d. vsq; ad. §. accedit. Bal.*

Quo à nobis recepto, [g] & C aliæ multæ species promptum accipient exitum: cùm dos possit & de inofficioso actionẽ excludere [h] (maximè [i] si sufficit ad quartam) & in collationem ferri, si intestatus paterfamilias decesserit, & testamẽto facto, quãdo hoc testator [k] dixerit. quæ omnia ex stipulatu actio à rei vxoriæ actione accepit.

*Extranens dans dotẽ, nisi sibi paciscatur, donare censetur: & videtur mulier tacitè stipulata. h. d. vsque ad. §. cũ lex. Bal. Vel sic: Extraneus dotem dans vel promittens pro muliere, censetur ei donare, nisi stipulatus vel pactus fuerit sibi reddi. & extraneus dicitur qui nõ habet ꝙ potestate. Sal.* D

Accedit ei & alia species ab rei vxoriæ actione. siquando etenim extraneus dotẽ dabat, nulla stipulatione vel pacto ꝓ restitutione eius in suam personã facto: quisquis is fuerat, mulier habebat rei vxoriæ actionem: quod antea in ex stipulatu actione non erat. Stipulatione autẽ, vel pacto interposito, stipulator, vel is qui paciscebat, habebat vel ex stipulatu, vel præscriptis verbis ciuilẽ actionem. In præsenti autem non sic esse volumus, [l] sed si nõ specialiter extraneus dotem dando in suam personam dotem stipulatus sit, vel pactum fecerit: [m] tũc prę sumatur [n] mulierẽ ipsam stipulationem fecisse, vt ei dos ex huiusmodi casu accedat. Neque [o] enim in hac specie volumus videri extraneum tacitam stipulationem fecisse: ne quod pro mulieribus introduximus, hoc aduersus mulieres [p] cõuertatur. Immo magis in huiusmodi dotib⁹ quæ ab extraneis dãtur, vel promittuntur, ipsa mulier fecisse videatur tacitam stipulationem: nisi expresim extraneus sibi dotẽ reddi pactus fuerit, vel stipulatus: cũ donasse magis mulieri, quàm sibi aliquod ius seruasse extraneus nõ stipulãdo videatur. ꝟ Extraneũ autem intelligimus omnem citra parẽtem per virilem sexum ascendentem, & in potestate [q] dotatam personam non habẽtem. * Parenti enim tacitam [r] ex stipulatu actionem damus.

*Actio ex stipulatu pro dote consolidatur in persona filiæ, sicut actio rei vxoriæ mortuo patre. Salycetus.*

Et hoc ex rei vxorię actione simili modo ex stipulatu actioni accõmodãdum est. siquãdo etenim post dissolutũ matrimonium dos à patre eius petebat: si quidẽ rei vxorię fuerat actio, nõ poterat sol⁹ pater sine cõsẽsu filię suæ agere. & si necdũ actiõe mota ab hac luce fuerat subtract⁹, & si lis cõtestata [s] esset, ad filiã quasi ꝓpriũ patrimonium [t]

A o *Neque.* scilicet vt tacita sit stipulatio.

p *Mulieres.* quod esset si extraneo tacita stipulatio quæreretur: quod esse non debet: vt hic, & supra de leg. & consti. l. quod fauore. & de fide instru. l. plures. & de procu. l. non eo minus. & de secun. nup. l. generaliter. & ff. de mino. l. si iudex. & facit. ff. de pac. do. l. cum dos.

q *In potestate.* videtur ergo duo necessaria: quòd sit de ascendentibus, & quòd habeat ĩ potestate. sed videtur sufficere primũ. ff. de iur. dot. l. profectitia. §. pe. & ff. de repu. l. si filia. & ff. de euic. l. pater filiã. & solut. ma. l. si ab hostibus. & l. filię meę, quæ fuit contra. Sol. secundum Io. ibi pater fuit stipulatus dotem, quam pro emancipata dabat. Vel secũdũ alios lege hic, & præter habentẽ &c. sicut est pater adoptiuus. & primi pars capiat ascendentem sue habeat in potestate, siue non.

r *Tacitam.* Sed quid si stipuletur? videtur nõ valere propter tacitam. Sed die fingitacitam non natam, licet sit nata: vt. ff. de nou. l. cũ enim. Alij dicunt nec natã: quia nec omnis numeratio obligat: vt. ff. si cer. pe. l. non omnis.

s *Lis contestata.* Nota speciale, etiam lis contestata non transire actionem ad hæredes: vt hic, & infra solu. matrimo. l. ij. & supra ca. l. §. videam⁹. Et secundus: vt. ff. de opti. lib. l. si operarum iudicio. regulariter contra: vt institu. de perpe. & tempo. act. §. pe. Item ad cõsensum dic quòd pater filia demũ consentiente agit: vt hic, & ff. de solut. l. qui hominem. §. si gener. & l. si cum Cornelius. & ff. sol. matrimo. l. ij. §. j. & ff. de iure dot. l. post nuptias. vbi tamẽ semper videtur cõsentire, nisi causam habent contradicendi, & contradicat: vt. ff. solu. matri. l. ij. §. voluntate. & l. dotem. sed & ipsi filia sine patre quandocunque agit: vt. ff. sol. matri. l. si cum dotem. §. eo tempore. & §. sequen. sed licet pater exigat, tenetur filiæ seruare pro alio viro: ideo ponitur hic authen. sed quamuis.

t *Patrimonium.* sic. ff. de minori. l. iij. §. sed vtrum. in fi. §. & supra titu. j. l. in rebus. Accursius.

Sequitur authen. sed quamuis &c. quæ est in auth. de æquando. §. quia vero. coll. vij.

*Sed quamuis.* ]C A S V S. Lex Codicis dicit quòd pater potest pro dote agere. hęc authen. addit quòd si agat, debet eam dare filiæ suæ, si vult demum nubere. non potest enim eam pater deminuere, nisi forte substantia patris aliquo casu deminuta fuis-

ta fuisset: quia tunc pater filiam suam in quantum pati possent facultates suæ, dotare posset.

a *Deminuere.* promissam autem dotem primo viro, licet ei deminuere secundo viro ante matrimoniū, vel post incontinenti: vt.ff.sol.matrimo. l. quotiens. si autem patre viuente filia nubat: si quidem instituatur cum extraneis, percipiet dotem. si cū fratribus, conferet dotem: vt supra commu. vtriusque iud. l. fin.

b *Mensuram.* nisi nubat cōtra velle patris: vt supra de nup. l. si vt proponis. ij.

c *Fortuita.* quam ipse pater debet probare: vt in corpore authē. & arg. infra de testa. l. publicati. si autē ipsa dedit priori, tantundem viro dare debet secūdo: vt.ff.de iudo. l. dotem. j. si extraneus, qui sit pactus sibi reddi, dedit primo viro, non est dos secundo viro: vt.ff.de iu.do. l. stipulationem. & l. seq. nisi consentiat denuo: vt argu.ff.de pac. do. l. cum maritus. §. Titius.

*Finit glossa authenticæ.*

d *Et cum lex.* duo dicta legis Iuliæ recitat.

e *In prouincialibus.* ex differentia enim locorū &c. vt supra de tēp. in integ. resti. l. superuacuam.

f *Cum autem.* in loco correxi, & in alienatione nō videtur corrigendū. sed & ibi corrigo.

g *Donauim⁹.* vt supra ea. l. §. j. Accursius.

h *Voluerit.* quod potuit ea consentiente.

i *Hypotheca.* quas habet in rebus viri: quarum hypothecarū iuri potest renunciari, vt subiicit. & supra ad Velleia. l. etiam. quia ergo sic minui potest ius mulieris, seruetur ei pro re dotali de facto alienata rei vindicatio secūdum Hugo. Alij dicūt ī hypothecis quas habet in rebus dotalibus inæstimatis: quæ quia factæ sunt mariti, & obligatæ sunt mulieri pro dote: vt in his non teneat renunciatio. in æstimatis secus: vt subiicit. Tertij sic, licet mulier cōsentiat marito alienanti fundum dotalem: non tamen præiudicat ei. in hypothecis enim præiudicat, non in rebus dotalibus, cum vir non est soluendo: vt supra tit. j. l. in rebus prima placet.

*Mulier cōsentiēs marito alienanti fundū dotalē, non præiudicat sibi in hypothecis quas habet in rebus dotalibus inæstimatis.*

k *Addito.* per hoc quod addatur, &. l. Iuliam corrigimus, vt fundum &c.

l *Alienare.* si contra fiat, ipse vir vindicat: vt supra de rei vindi. l. doce. non mulier, nisi soluto matrimonio. & hoc licet iurauerit vir, vel vxor, vel vterque: vt supra de legi. & consti. l. non dubium. & infra de agri. & cen. l. quemadmodum. lib. xj. Sed quid de mobilibus? Videtur quòd permittat, eo q̄ de immobilibus vetat. arg. ff. de iudi. l. cū prætor. Iteē pro hoc quòd seruum dotalē manumittit: vt infra de ser. pi. da. ma. l. j. Vel dic speciale libertatis fauore. concor. institu. quib. alie. li. in prin.

m *Anastasiana lex.* quā habemus supra ad Velleia. l. iubemus.

n *Nūcupatur.* vt supra ea. l. §. itaque partus.

o *Contra leges.* quod erit si speciali pacto naturam dotis immutet. & quæ valent, & quæ non, habes. ff. de pac. dota. l. si pater dotem. per totam legem. & l. de die. & l. seq. Ac cursius.

p *Ex Theodosiana.* vt infra de repud. l. si cōsensu.

q *Vel nostra lege.* vt infra de repu. l. fina.

r *Anastasiana.* vt infra de repu. l. si constante.

dos reuertebatur: quod non erat in ex stipulatu actione. ibi enim & solus actionem habebat, consensu filiæ non expectato: & si decedebat, ad suos hæredes transmittebat. sed rei vxoriæ ius, & in ex stipulatu actionem transponere, satis humanum, satis pium, satis vtile matrimoniis est.

IN AVTHEN. DE æqua. dot. §. quia verò iam. colla. vij. constit. viij.

*Patri dotem filiæ ad se reuersam ea denuo nubente, non licitum est minuere: nisi eius patrimonium fortuito fuerit deminutum. Baldus & Salycetus.*

SEd quamuis dos potestatis siue pactionis iure ad patrē redeat: non tamen licet ei filia denuo nubente deminuere [a] priorem dotis mensuram, [b] nisi fortè substantia sua decrescat aliqua fortuita [c] clade. tūc enim amplius secundo marito in dotem præstare non cogitur, nisi quantū facultates eius patiūtur.

*Finit authen. Sequitur textus legis Codicis.*

*Res dotalis nō potest obligari vel alienari etiam mulieris accedente consensu: licet in aliis rebus mariti mulier possit renūciare iuri hypothecarum. Baldus. Vel sic: Fundus dotalis vbique positus, non potest alienari vel obligari etiam consentiente muliere. Salycetus.*

§. I. Et cum lex [d] Iulia fundi dotalis Italici alienationē prohibebat fieri à marito non consentiente muliere, hypothecam autem nec si mulier cōsentiebat: interrogati sumus, si oporteat huiusmodi sanctionem nō super Italicis tātummodo fundis, sed pro omnibus locū habere. ⁊ Placet itaque nobis eādem obseruationem non tantum in Italicis fundis, sed etiam in prouincialibus [e] extēdi. ⁊ Cū autem [f] hypothecam ei etiam ex hac lege donauimus: [g] sufficiens habet remedium mulier & si maritus fundum alienare voluerit [h]. Sed ne & consensu mulieris hypothecæ [i] eius minuantur, necessarium est & in hac parte mulieribus subuenire: hoc tantummodo addito [k], vt fundum dotalem non solum hypothecæ titulo dare nec cōsentiente muliere maritus possit, sed nec alienare [l]: ne fragilitate naturæ suæ in repentinam deducatur inopiā. Licet enim Anastasiana lex [m] de consentiētibus mulieribus, vel suo iuri renunciantibus loquatur: tamē eam intelligi oportet in rebus mariti, vel dotis quidē æstimatis, in quibus dominium & periculum mariti est. ⁊ In fundo autem non æstimato, qui & dotalis propriè nuncupatur [n], maneat ius intactū, ex lege quidem Iulia imperfectum, ex nostra autem auctoritate plenum, atq; in omnibus terris effusum, non tantum Italicis, & sola hypotheca conclusum.*

*Pacta dotalia, quæ dotis conditionem deteriorem non reddunt, sunt seruanda. h. d. vsque ad fi. l. Baldus. Vel sic: Pacta dotalia quæ non sunt contra legem, sunt obseruanda. & hæc lex corrigit omnes alias sibi contrarias: & sibi locum vindicat in dotibus post hanc constitutionem datis, vel promissis, non ante. Salycetus.*

Illud etiam generaliter præsenti addere sanctioni necessarium esse duximus, vt si qua pacta interceserint vel pro restitutione dotis, vel pro tempore, vel pro vsuris, vel pro alia quacunque causa, quæ nec cōtra leges [o], nec contra constitutiones sunt: ea obseruētur. ⁊ Sin autem repudio matrimonium fuerit dissolutum: omnia iura quę ex Theodosiana [p] vel nostra lege [q] descendunt, immutilata custodiantur. ⁊ Similíque modo ea quæ Anastasiana [r] lege pro his quæ bona gratia separantur, enumerata sunt, firma illibatáque permaneant. Et generaliter quicquid sacratissimis constitutionibus, vel libris prudentium cautum est, quod non contrarium huic legi inueniatur: & hoc in sua maneat firmitate, & ex stipulatu actioni aggregetur, licet in re vxoria tractatum est. ⁊ Quæ omnia in his tantummodo dotibus locū habere censemus, quæ post hāc legē datæ fuerint, vel promissæ, vel etiam sine scriptis habitæ. instrumenta enim iam confecta viribus carere non patimur, sed suum expectare euentum. D. Kalend. Nouemb. Lāpadio & Oreste Coss.

*TITVLVS XIIII.*

## DE PACTIS CONVENTIS tam super dote, quàm super donatione ante nuptias, & paraphernis.

*DE PACTIS conuentis tam su. &c.*

*Dixit de constitutione & obligatione & actione dotium, & donationū propter nuptias: super quibus quia fiūt quædam pacta, de his dicit, & de paraphernis: quod dicitur à para quod est iuxta: & pherna quod est dos, quasi iuxta dotē, scilicet quod vxor præter dotem secum ducit: vt.ff. de iure do. l. si ego. §. dotis. & supra de dona. ante nup. l. fina. in principio.*

*Cōtinuatio.*

*Paraphernа vnde dicantur.*

LEgem.] CASVS. Dans quis dotem pro alumna sua, pactus est eam sibi reddi in casu solu. matri. an ex tali pacto agi possit, quæritur? Respond. quòd sic. videbatur quòd nō: quia est nudum pactū: quod verum non est, quia iteruenit pecunię numeratio.

*Legem*

** effusum: & nō tātū in Italicis, sed in omnibus, & non solū in hypotheca, sed etiā in alienatione cōclusum.*

*Ista lex est de verbo ad verbum. ff. de pact. & hoc dicit: Pacta nuda etiam super dote non sunt seruanda: & non dicitur nudum quod coharentia contractus seu traditionis est vestitum. Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Nicæ.

LEgem[a] quam dixisti cum dotem pro alumna[b] dares, seruari oportet: nec obesse tibi debet, quod dici solet, [c]ex pacto[d] actionem non nasci. tunc enim hoc[e] dicimus[f] cum pactum nudum[g] est: alioquin cũ pecunia datur[h], & aliquid de reddenda ea conuenit, vtilis[i] est condictio.[k] PP. VII. Kalendas Feb. Albino & Aemiliano Coss.

*Maritus adsignare debet fructus dotis vxori pro suis alimentis: nec potest eos condicere. Baldus. Vel sic: Fructus dotis ex pacto versi in alimenta mulieris, non possunt repeti. Salycetus.*

II. Imperator ANTONINVS A. Theodotæ.

FRuct[o] prædiorũ in dotẽ datorũ, si secũdũ pactũ sumptibus tuis [l] tuorumq; seruierunt: repeti nõ posse, [m] ambigere nõ debes. Dat. XI. Kal. April. Antonino. A. IIII. & Balbino Coss.

*Pactum de dote retinenda, prætextu liberorum ipsi mulieri dotem repetenti non obest. Baldus. Vel sic: Pactum contra fauorem dotis non valet. Vel sic: Pater mulieris non potest pacisci vt viro præmortuo liberis existentibus pars dotis retineatur pro liberis. Salycetus.*

III. Impe. GORDIANVS A. Torquatæ.

QVamuis pater tuus cum te nuptui collocaret[n], pact[o] sit, vt si maritus tuus superstitib[o] filiis communibus in matrimonio decessisset, pars dotis liberorum nomine retineatur: eiusmodi tamen conuẽtio, quò minus actionem integrę dotis habeas, proficere nõ potest. [o] Dat. VI. Id. Ian. Gordiano. A. & Auiola Coss.

*Ex pacto matris filio nõ quæritur actio. Baldus. Vel sic: Pactum matris non prodest filio etiam in dote restituenda, vt cõtra patrem detur actio: sed propria filii stipulatio sic. Salycetus.*

IIII. Idem A. Agatho.

B PActum dotale, quo matrem conueniisse cum patre tuo [p] proponis, vt si in matrimonio decessisset, tibi & fratribus tuis dos [q] restitueretur: si stipulatio ex persona vestra, cum in potestate patris constituti non essetis, [r] minus legitima [s] intercessit: defuncta ea in matrimonio, actionem [t] vobis quęrere nõ potuit. Sed si obligatione verborum rite intercedente, dotis petitionẽ habere potuisti: [u] maximè [x] si adhuc vinculis potestatis patriæ nõ attingeris, petitionẽ exequi non prohiberis. PP. V. Id. Iun. Sabino & Venusto Coss.

C *Pactum inutile nõ habet vim pacti, nec vim vltimæ voluntatis. Baldus. Vel sic: Pactum de futura successione non valet etiam inter maritum & vxorem. h. d. secundum glo. Vel sic: Pactum vt bona mulieris post eius mortem pertineant ad maritum, non valet. Salycetus.*

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. Claudio.

HAEreditas extraneis [y] testamento datur. Cum igitur adfirmes dotali instrumento pactum interpositum [z] esse vice testamenti, vt post mortem mulieris bona eius ad te pertinerent, quæ dotis titulo

D hæreditas testamento non pactis dari consueuit. Vel dic: Pactum fuit inter virum & vxorem, vt bona mulieris ad Titium post mortem suam peruenirent. iure testamenti petere hæreditatem non potest, quia nec mulier eum instituit: nec iure pacti, quia alteri pacisci &c.

a *Legem.* id est pactionem, vt ibi dos redderetur in casu dotis reddendæ.
b *Pro alumna.* scilicet quam aluisti.
c *Solet.* vt. ff. de pact. l. iurisgentium. §. quinimmo.
d *Ex pacto.* scilicet nudo.
e *Hoc.* id est hãc regulam.
f *Dicimus.* scilicet habere locum.
g *Nudum.* quod vestitur multis modis: vt no. supra de pact. l. legem. quorum vnus hic sequitur.
h *Datur.* vt fuit in nostro casu.
i *Vtilis.* id est efficax.
k *Condictio.* scilicet certi generalis, quę ad omnia certa datur: vt ff. si certum peta. l. certi condictio. in prin. Vel id est præscriptis verbis: vt infra de dona. l. legem. quæ cum sit personalis, condictio dicitur: vt insti. de act. §. appellamus. hæc autem vera, nisi in casibus quos no. supra de vsur. l. iij.

FRuctus.] CASVS. Fecit maritus pactũ cum vxore de fructibus fundi dotalis, vt se suósque aleret. elapso triennio vult vir pœnitere. an fructus quos mulier medio tẽpore suscepit, repetere possit, quæritur? Dicitur quòd non. Vel dic secundo quòd maritus fructus perceperit, & ex eis vxorem & eius familiam alebat. si dissoluatur matrimonium, nunquid mulier poterit repetere fruct[p]? Dicitur quòd nõ. & hoc casu loquitur viro primo, postea mulieri.

l *Tuis.* ô mulier. & sic vir nõ petet à te quasi donum: vt. ff. e. l. iiij. in fi. & l. si pater. §. ex pactis. & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. si quis pro vxore. §. fi. Sed cõtra supra de iur. dot. l. pro oneribus. Sol. vt ibi. Vel dic quòd viro loquitur: & quod dicit secundum pactum, scilicet tacitum. & quod subiicit, seruierunt: ideo dicit, quia secus si non seruierunt: vt. ff. de exceptio. do. l. fina. in princi. prima placet. & facit. ff. de pact. do. l. quæris.

m *Posse.* per maritum.

QVamuis.] CASVS. Pater dans dotem pro filia, pactus est cum marito de danda medietate dotis filiis decedente marito in matrimonio. an valeat pactum? Dicitur quòd non, sed pater, vel filia (quod verius est) totam dotem repetere potest.

n *Nuptui collocaret.* data prius dote, & sic ex interuallo. secus si in ipsa donatione: vt. ff. de pact. do. l. quæris. & supra de iure dotium. l. cum à socero. Vel verius hic de aduentitia dicit. Vel pactum non stipulatio fuit: vt supra de iure do. l. auia. quia tenetur denuo dotare.

o *Non potest.* scilicet hæredibus viri: vt. ff. eo. l. ij. & est ratio vt. ff. solu. ma. l. j. & ff. de iure do. l. ij.

PActum.] CASVS. Mulier pacta est cum marito de reddenda dote filio communi emancipato à patre, si in matrimonio decesserit. an filius dotem petere possit, quæritur? Distinguitur: aut filius stipulatus est eam sibi reddi, aut non. si sic, repetet, nec tamen ex pacto mulieris filio sit actio quæsita. si non, non repetet.

p *Cum patre tuo.* cui est data dos constante matrimonio.
q *Dos restitueretur.* tunc vel olim data.
r *Non essetis.* & ideo à patre stipulari potuissetis.
s *Minus legitima.* quia forte nulla.
t *Actionem.* directã, sed vtilem sic: vt infra e. l. pater. & ff. so. ma. l. Caius. Alij dicũt speciale in auo & nepote propter rationem quæ redditur in dicta l. Caius.
u *Potuisti.* ex vestra stipulatione. non dicas ex pacto mulieris: vt infra de inuti. stip. l. si auia.
x *Maximè.* abunde, ne sit contra insti. de inut. stipu. §. item inutilis. sic & infra de mate. l. fi. §. ij. Alij q[u] erat dos aduentitia, super qua tenebat stipulatio inter patrem & filium. Vel secundum R. erat hic dos ex peculio castrẽsi, vel quasi: qui dixit quòd etiã in potestate manens filius hanc posset stipulari, si castrensi peculio eam cedere voluisset parens.

HAereditas.] CASVS istius l. ponitur i glo. magna: sed clarius dic quòd mulier pacta est cum marito, vt post mortem ipsius mulieris omnia bona sua ad eum peruenirent, decessit mulier relictis hæredibus ex testamento, vel ab intestato: maritus vult vindicare illam hæreditatem ostendens instrumentum dotale, in quo continentur prædicta: nunquid potest? Dicitur q[u] non: quia hæreditas testamento non pactis dari consueuit. Vel dic: Pactum fuit inter virum & vxorem, vt bona mulieris ad Titium post mortem suam peruenirent. iure testamenti petere hæreditatem non potest, quia nec mulier eum instituit: nec iure pacti, quia alteri pacisci &c.

y *Extraneis.* extraneũ appellat eũ qui ab intestato nõ succedit.
z *Interpositum.* inter virum & vxorem. dic pactum factum, vt bona mulieris ad te tertium extraneum pertineant post mortem mulieris: & hoc quidem non valet iure testamenti, vt hic: nec iure pacti: vt supra. l. proxi. Vel dic secundo, vt ad te scilicet virum pertineant. & hoc idem non valet iure dotis, quasi in id tẽpus constitutæ, quo matrimonium deficit: sicut nec vsusfructus post mortem fructuarij constitutus: vt. ff. de vsufru. l. Titio cum morietur. nec etiam valet iure testamenti, cum non interueniat testamentum, sed pactum. vt hic: quæ discrepant, cum alterum scilicet testamentum possit mutari ex sola vnius voluntate, alterum non. Item alterum scilicet pactum dimittit hæredem obligatum: quod non eodem modo facit testamentum. Item alterum ex vnius, alterum ex duorũ ad minus volũtate pẽdet. alterũ sine traditione transfert dominium, alterum non. Accursius.



BIU Cujas

a *Tibi.* scilicet extraneo: secundum primum casum. Vel dic, tibi viro, secundum alium.

b *Nulla actione.* neque reali, neque personali. Item neque directo, neque iure fideicommissi. Item nec vt tua, nec vt tibi debita, vt fiant tua. & facit supra de pac. l. licet. Si autem à muliere bona eius post mortem suam aliquis stipuletur, valet: vt supra vt act. ab hære. l. j.

c *Successores eius.* id est heredes mulieris nõ agent contra virum ad obseruandum pactum. Accursius.

*Siconuenit.* ] CASVS. Pater ex suo dans dotem pro filia, conuenit vt si filia in matrimonio decederet, q̃ dos penes maritum remaneret: an valeat pactio? Dicitur quòd sic: quia potuit pater conditionem suam in hoc casu deteriorem facere per tale pactum: cũ ei soli competebat dotis repetitio.

d *Siconuenit.* scilicet inter socerum & maritum.

e *Rescripsum.* vt. ff. sol. ma. l. quotiens. & supra de iure dot. l. cum à socero. & ff. eo. l. cũ dos. & facit supra eo. l. quãtis. & ff. sol. ma. l. ij.

*Pater.* ] CASVS. Si pater pro filia nubẽte genero dotem dederit, & pactus est eam in casu soluto matri. morte filiæ filiis prioris matrimõij redi: an eam petere possint, quæritur? Dicitur quòd sic: non actione directa, sed vtili ex æquitate: quia directa per pactum aui eis non erat quæsita. Vel sic: Pactus est eam reddi nepotibus ex eodẽ matrimonio, quod est difficile, vt filij habeant patrem suum obligatum. Vel dic: Pactus est nepotibus ex filio, qui erant in eius potestate, quibus vtilem quærere potuit: vt. ff. de verbo. obli. l. cuicunque. Prior positio verior est.

*Quis alteri nemo nolente filio, patre, auo nostro, nec ille filio nec pater nolente filio stipulatur.* *Pactus. Nepotibus. Actionem. Actio. Pactus est patrem suum obligatum. Salycetus.*

f *Nepotibus.* ex ea natis ex alio matrimonio. alij ex eodem matrimonio: quod est difficile, vt filij suum patrem sic habeant obligatum. Vel dic, ex alio matrimonio habuerat eos. Vel dic de nepotibus ex filio, quos & in potestate habet, quibus quærit vtilem: vt. ff. de verb. oblig. l. quodcunque. §. ij. ADDITIO. Istam lecturam tenet hic Barto. dicens eam esse veram, superiorem vero falsam: quia per ascendentes ex linea materna non quæritur actio vtilis, nec directa.

g *Actionem.* scilicet directam.

h *Actio.* vt dicta. l. quodcunque. & facit supra ad exhiben. l. si res. & infra de don. quæ sub modo. l. quotiens. & ff. solu. matrimo. l. Caius. Sed contra supra de iure dotium. l. si genero. Solu. vt ibi. Item sumunt hic argu. quidam quòd vtilis actio non nascitur, sed accommodatur, vel ex æquitate datur. & est pro eis. ff. rem pupilli saluam fore. l. non quasi. vbi non nascitur ipso iure, sed datur: licet potest dici dari, siue accommodari, & etiam nasci quandoque.

*Ac lege.* ] CASVS. An maritus de rebus mulieris paraphernalibus, quas extra dotem habet, muliere contradicẽte pro suo arbitrio disponere possit, quæritur? Dicitur quòd non: licet alias res arbitrio viri gubernandas committat: cum & ipsa marito committitur gubernanda.

tibi [a] non sunt obligata: intelligis nulla te actione [b] posse conuenire hæredes seu successores eius, [c] vt tibi restituantur, quæ nullo modo debẽtur. PP. Non. Februa. ipsis AA. & Coss.

*Pater potest iuri suo præiudicare per pactum in dote quam dedit pro filia. Bald. Vel sic: Pactum initum cum patre filiam dotante, vt ea mortua in matrimonio viri cedat lucro, valet. Salycetus.*

VI. Iidem AA. & CC. Rufo.

SI conuenit [d] vt in matrimonio vxore defuncta, dos penes maritum remaneret: profectitiæ dotis repetitionẽ huiusmodi pactũ inhibuisse exprorati iuris est: cum deteriorem causam dotis, in quem casum soli patri repetitio cõpetit, pacto posse fieri, auctoritate iuris sæpissime sit responsum [e]. Da. V. Non. Maij ipsis AA. Coss.

*Ex stipulatione aui potest quæri nepotibus suis. Baldus. Vel sic. Auus paternus potest stipulari dotẽ restitui nepotibus mortua filia in matrimonio. Salycetus.*

VII. Iidem AA. & CC. Phileto.

PAter pro filia dotem datam genero, ea prius in matrimonio defuncta, nepotib' [f] pactus restitui: licet his actionẽ [g] quærere non potuit [h]: tamen vtilis eis ex æquitate accommodabitur actio. Dat. XIIII. Kal. Ianuarij Nicomediæ. CC. Coss.

*Vir in paraphernalibus nullum habet ius, nec exercitium vxore prohibẽte. Vel sic: Vir non habet administrationẽ rerũ paraphernalium, si vxor contradicit. Bal. Vel sic: In rebus paraphernis muliere prohibente vir se non potest immiscere. Salycetus.*

VIII. Impp. THEODO. & VALENT. AA. Hormisdæ præfecto prætorio.

HAc lege decernimus, vt vir in his rebus quas extra dotem mulier habet, quas Græci parapherna [i] dicunt, nullã vxore prohibẽte habeat cõmunionem, nec aliquam ei necessitatẽ imponat. Quanuis enim bonum [k] erat mulierẽ quæ seipsam marito committit, res etiã eiusdem pati arbitrio gubernari: attamen quoniam conditores legum æquitatis cõuenit esse fautores [l], nullo modo (vt dictum est) muliere prohibente virum in paraphernis se volumus immiscere. Dat. Idib. *

*Æqualitas est seruanda in pactis appositis de lucrando super dote, & donatione propter nuptias secundum. l. C. quotitatiuè, secundum authen. etiam quantitatiuè, secundum consuetudinem neutro modo. h. d. tex. C. & auth. cum glo. hic. Itẽ ille qui dat vel promittit dotem pro muliere, tacitè donare, & ipsi mulieri prouidere videtur, nisi sibi restitui paciscatur. Baldus. Vel sic: Pacta de lucrando super dote & donatione propter nuptias interposita debẽt esse æqualia in quoto, non in quanto, à quocunque dos vel donatio detur: hodie vero in his authen. æqualitas seruatur. Salycetus.*

IX. Imperatores LEO & ANTHEMIVS AA. Nicostrato præfecto prætorio.

EX morte cuiuscunque personæ, siue mariti, siue mulieris, eandem partem, [m] nõ pecunię quantitatẽ, tã virũ ex dote, [n] quàm mulierẽ ex ante nuptias donatione [o] lucrari decernimus: veluti si marit' mille solidorũ ante nuptias donationẽ cõfecerit, licebit mulieri & minoris & amplioris quantitatis dotem offerre, & marito similiter [p] ante nuptias donationem. [q] Hoc tamen obseruandum est, vt quantam [r] partem mulier stipuletur sibi lucro cedere ex ante nuptias donatione si priorem maritum mori contigerit, i *Parapherna.* Galli peculium appellant: vt ff. de iure dotium. l. si ego. §. dotis. Accursius.

k *Bonum.* vt & infra ne fide. do. den. l. ij. Et sic nota aliud bonum, & aliud æquum. & æquum præfertur: vt supra de iudi. l. placuit. & quandoque bonum præfertur: vt in vsucapione: vt. ff. de vsucap. l. j. quæ plene dixi. ff. de iusti. & iure. l. j. in prin. Itẽ nota hic non cogi quem ad bonum. sic &. ff. de in lit. iur. l. videamus. §. sed neque. Argu. contra supra de Iudæis. l. cœlicolarum. & ff. de peri. & commo. rei ven. l. j. §. licet.

l *Fautores.* vt. ff. de eo quod certo lo. da. opor. l. quòd si Ephesi. §. fin.

*Ex morte.* ] CASVS. Si marit' facit donationem in mulierem propter nuptias, & ipsa ei dotem dat: non refert an dotis quantitas sit maior vel minor quàm quantitas donationis, vel econuerso. & hoc in prima. Pacta tamẽ quæ fiunt de dote lucranda, vel donatione propter nuptias, debent æqualia esse in partibus: quia si marit' paciscatur de lucranda tertia parte dotis, mulier potest paciscí de lucranda tertia parte donationis propter nuptias. & hoc in secunda. Nec refert quis dedit dotem, an pater vel mater, vel ipsamet mulier, vel extraneus: nec quis pro marito donationem propter nuptias fecerit, &c. & hoc in tertia. Si vero extraneus pro muliere dotem dederit: ipsa eam repetere potest, nisi ille tempore donationis vel promissionis pactus sit vel stipulatus eam sibi reddi. & hoc in quarta.

m *Eandem partem.* id est totam: hoc est, in quotitate, non in quantitate: vt subiicit.

n *Ex dote.* si præmoritur mulier.

o *Donatione.* si vir præmoritur.

p *Similiter.* scilicet licebit offerre minorem quantitatem, vel maiorem, cum mulier mille obtulerit: quæ sunt vera ab initio. augmenta enim post contractum matrimonium facienda, æqualia debent esse: vt supra de dona. ante nup. l. si constante. quæ est contra. &. l. fi. §. sin autem. Alij dicunt quòd hæc trahitur ad illam. Sed hodie etiam ab initio debet esse æqualitas. & sic sequitur auth. æqualitas.

*Dotis & donationis propter nuptias debet esse æqualitas.*

q *Obseruandum.* quamuis non sit necesse quòd constitutio sit æqualis, tamen pacta lucri debent esse æqualia.

r *Quantam.* id est quotam.

*Tantam.*

BIU Cujas

a *Tantam.* id est totam.
b *Vetitum.* scilicet paciscendo non eandem partem. Vel secundum alios pone exemplum eius pacti quod est. ſ. eodem. l. quãuis.
c *Inualidum hoc esse.* hoc per. l. j. proxi. corrigitur: quia maius ad minus reducitur, & sic valet.
d *Ducturo.* viro.
e *Offerre.* sic. ff. de donationibus inter virum & vxorem. l. iij. §. finali. & . ff. de adminituto. l. ita autem. §. gessisse.
f *Is qui.* pater scilicet, vel quilibet extraneus quicunque est, licet ei dicere legem suæ rei: vt. ſ. de rei vxo. act. §. accedit. & . ff. solumat. l. ſi cum dotem. in princ, &. ſ. de iur. do. l. fina, §. j.
g *Oblationis.* quando ante matrimoniũ obtulit: vt, ſ. dixi: siue stipulationis tempore, quando postea daturus erat. & sic tempore dationis non potest sibi pacisi, qui ante simpliciter promiserat: vt & diximus ſ. tit. j. §. accedit.

*Æqualitas.* ] C A S V S. Lex Codicis dicit, quòd potest esse inæqualitas in dote & donatione: auth. dicit quòd quantitates debent esse æquales, & pacta debẽt esse æqualia & in augmento, & in omnibus: quia sicut augetur dos, ita debet augeri donatio propter nuptias.
h *In lucris.* vt tantum ex pacto lucretur vn⁹, quantum & alius.
i *Præstatione.* i. dationе quæ ab initio fit.
k *Cõstitutione.* cũ promittitur, nõ tamen adhuc datur.
l *Pari.* scilicet quantitate. hoc etiam de augmẽtis olim erat: vt. ſ. de dona. ante nupt. l. ſi constante. & l. fin. §. sin autem. sed cum hodie vel nulla fiat donatio, vel alia forma, vel minor: dices hanc authen. per consuetudinem tolli, aut eam loqui tunc tantum, quando pacta lucrorum fiunt. cæterum nulla etiam donatione facta dos constituta tenet.

S *Ed quæ.* ] C A S V S. Lex Codicis dicit quòd maius pactũ deducitur ad minus. Authen. determinat: dicẽs quòd hoc verum est quando mulier promisit dotem, & tradidit: sed si non dedit, nihil de donatione lucrabitur. Item si promisit cẽtum, & dederit. l. pro. l. donationem lucrabitur.

tantã[a] & maritus ex dote partẽ, non pecuniæ quantitatem stipuletur sibi, si constante matrimonio prior mulier in fata collapsa fuerit. & si pactum contra vetitum[b] fuerit subsecutũ: infirmum atque inualidum[c] hoc esse, vt nulla ex eo procedere possit exactio, præcipimus.

¶ Eadem custodiri censemus siue pater pro filio, siue mater, siue ipse ducturus vxorem sui iuris constitutus, siue quilibet alius pro eo ante nuptias donationẽ nupturę dederit, seu promiserit. ¶ Similiq́ue modo siue pater pro filia, siue mater, siue ipsa pro se, sui iuris videlicet cõstituta, siue quilibet alius pro ea vxorẽ ducturo[d] dotẽ dederit, seu promiserit: quoniã & alio pro ea offerente dotem, ipsa eam pro se videtur offerre[e]. Quod adeo verum est, vt & ipsa ab alio pro se oblatam dotẽ in lucrum suum reposcat: nisi fortè is qui[f] eam obtulerit, statim (id est tẽpore oblationis[g] seu promissionis) stipulat⁹ vel pactus sit vt sibi dos prædicta reddatur. D. XV. Kal. Septẽbr. Anthemio. A. II. Cos.

IN AVTHEN. de æqua. do. ſ. j. collat. vij. constitu. viij.

*Hodie inter dotem & donationem propter nuptias debet esse æqualitas tam in constituendo, quàm in eius augmẽto, quàm etiã in pactis de lucrando. hoc dicit. hodie per consuetudinem derogatur: quia vel nulla datur donatio, vel minor. Salycetus.*

AEqualitas omnimodo seruanda est in dote & in donatione antenuptiali, non tantum in lucris[h] exinde prouenturis, sed etiam in prẽstatione[i] & constitutione[k] vtriusque. Augmẽtum quoque vel prorsus nõ fiat, vel ab vtraque parte celebreẽ, pari[l] scilicet quantitate: ne vel eo modo subuertatur æqualitas.

IN AVTHEN. de non eli. secundo nubẽtes. §. fin. colla. j. constit. ij.

SEd quæ nihil ex dote conscripta prẽstitit, nihil omnino viro mortuo percipiet ex donatione. Itẽ quæ min⁹ quàm

A LEge Leonis.] C A S V S. Si pacta de lucranda dote vel donatione sint inæqualia, maius lucrum reducitur ad minus.
m *Lege Leonis.* quæ est. ſ. l. proxi.
n *Adiiciente,* immo dicit ibi in versi. & si pactum. quòd nullum est. Sed dic ꝙ non dicit aliquid, scilicet de hoc quòd maius reducatur ad minus. Vel secundũ alios dicit ibi id pactũ nullum, quod cõtra legem est, quale est ſ. eo. l. quanuis.
o *Clara.* cum nihil sit legi ita proprium: vt in authen. de testa. imper. §. nos igitur omnia. colla. viij.
p *Deduci.* Quid si in dotem nihil fit pactũ maritus vt lucrari possit, vel nulla est dos data, nec promissa: at donatio propter nuptias est data, & de ea lucrada pactum interpositũ fuit? Dicũt quidam pactũ aliquod reduci ad nullum, quasi quod nullum est, sit minus. ff. de verbo. sign. l. minus. Sed Io. dicit quòd valet, & nullũ reducitur ad aliquod. & contra eos & pro Ioã. est. ſ. de dona. ante nupt. l. fin. §. sin autẽ donatio. Item videtur contra. huic. l. ſ. de dona. ante nupt. l. fin. §. similiq́ue modo. Solu. vt ibi.

S *I mulier.* ] C A S V S. Si mulier extra dotem cautiones siue instrumenta in quibus. l. continebantur sibi debita, marito traditi an aduersus debitores agere possit, quæritur? Respon. quòd sic, muliere volente: nec satisfabit eam ratum habituram. Et si exegerit sortem, reseruabit mulieri, & vsuras in alimẽta eius & familiæ suæ conuertet. & hoc in prima. Et si mulier p his cautionibus specialem habet hypothecam, ea debet esse contenta: si non habeat, generaliter omnia bona mariti erunt obligata ex eo tempore quo incepit agere: quia ante poterat per maritum vel per procuratorem experiri. & hoc in secunda. Maritus autem dum cautiones apud eum sunt, tenebitur de dolo, & talem diligentiam adhibebit, qualem in rebus propriis, ne mulier aliquam patiatur iacturam. & hoc in tertia parte. Vinianus.
q *Instrumento.* idem si alio modo habetur. sed sic hic euenit.
r *Ratihabitione.* contra. ſ. de procura. l. maritus. Solu. hic in paraphernalibus, ibi in aliis rebus

x. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ. præfecto prætorio.

B LEge Leonis[m] diuæ memoriæ pacta lucrorum dotis & ante nuptias donationis paria esse sanciente, nec adiicientе[n] quid fieri oporteat, si hoc minimè obseruatũ sit: nos omnia clara[o] esse cupientes, præcipimus disparibus eis factis, maiorem lucri partẽ ad minorem deduci, p vt eò modo vterque minorem partem lucretur. Dat. VIII. Id. April. Constantinop. Decio. V. C. Cos.

*Maritus potest mouere actiones paraphernales quarum sibi sunt tradita instrumenta, & exigere debita: pro quibus restituendis bona sua sunt tacitè obligata: licet vsuras inde perceptas possit in suam & C vxoris vtilitatem conuertere, nisi mulier aliter sibi prospexerit: quia prouisio hominis, legis prouisionem excludit. h. d. & non habemus hunc casum alibi. Bald. Vel sic: Ex sola traditione paraphernalium dicitur maritus factus procurator ad exigendum: ideo agens non cauet de rato, & vsuras potest in communes vsus conuertere: sortem verò debet seruare. & vbi mulier sibi de hypotheca non prouidet, lex ei tacitam hypothecam in bonis viri concedit: & maritus in his eandem diligentiam debet adhibere, quam in rebus suis. hoc dicit, & no. Salycetus.*

XI. Idem A. Ioanni. P. P.

SI mulier marito suo nomina, id est fœneratitias cautiones quæ extra dotem sunt, dederit, vt loco paraphernorũ apud maritum maneant, & hoc dotali instrumento q fuerit adscriptum: vtrúmne habeat aliquas ex his actiones maritus, siue directas, siue vtiles, an penes vxorem omnes remaneant, & in quem euentum dandæ sint marito actiones, quærebatur. ¶ Sancimus itaque, si quid tale euenerit: actiones quidem omnimodo apud vxorem manere, licentiam autẽ marito dari easdem actiones mouere apud cõ petentes iudices, nulla ratihabitione[r] ab eo exigẽda, & vsu-

BIU Cujas

aliis rebus mulieris, quas apud se detinuit. Vel hic in cautione, ibi in aliis rebus. Vel hic constabat de mandato expresso. Vel ve rius tacitè fuit hoc mandatum, eoipso q̃ cautiones viro sic erant traditæ: at ibi nullum expressum vel tacitũ interuenit mãdatum.

*Circa se.* Quid in naturalibus fructibus paraphernalium, tunc scilicet quando nõ est dominium in maritum translatum? prima facie verũ est præsumitur non esse translatum: vt.ff. de usufructibus iure do. l. si ego. §. si do tis? Videtur idem quod de usuris. argu. ff. de usur. l. usuræ. Sed dic q̃ non idem, sed sunt vxoris: vt.ff. ad leg. Falcid. l. penult. in princ. & ff. de dona. inter virum & vxo. l. si stipulata. §. j. licet ibi non erant paraphernales. & est ratio: quia in exigendo & agendo ex cautionibus labor est: quod non fit in fructibus. Item huic dicto est contra. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. si stipulata. §. j.

*Contentam.* quando scilicet ab initio conuenit, secus si ex postfacto, cum iam sit nata generalis tacita: vt argu. ff. de actio. & oblig. l. quotiẽs. Et sunt huic dicto similia: vbi si quis sibi præcauit, quòd lex iam ei non caueat: vt ff. de preca. l. & habet. §. cum quis. &. j. de execu. rei iudica. l. si causam. & ff. de bo. liber. l. & si ex parte. §. fin. & ff. commo. l. si vt certo. §. si de me. & ff. de separa. l. j. §. illud est sciendum. & argu. ff. de col. do. l. pen. Sed contra. ff. de eo quod cer. lo. l. j. &. j. de noua. l. fina. & ff. de re iudi. l. iiij. §. si ex conuentione.

*Dicas.* Item no. hic, quod in vno permittitur, in alio p- hiberi videtur: sic &. ff. de fun. instru. l. quæsitum. §. idem respondit domo ita vt instructa. Sed an idem in dote? Ioan. not. & dicit quòd non, scilicet si sic feciſſet mulier, quòd speciale pignus accepiſſet. Sed argu. contra. ff. de publi. l. j. §. vnde.

*Ex quo pecunias.* sed non ex quo apud eum nomina permanserunt. sic &. ẽ. de do. ante nupt. l. si constante. §. iura etiam hypothecarum. & de secun. nupt. l. hac edictali. §. omnibus.

*Cautiones.* quando non exegerat. & sic ponitur & pro vel. Vel cautiones appellat quas fecerat vir confitendo sibi solutum à debitoribus mulieris. quod non placet, quia illas debitores habent, non vir.

*Ei.* scilicet viro, scilicet quòd mulier decetero non molestet eum petendo ab eo forte cautiones nunc sibi redditas, vel cauebit ei se omnia ab eo recepiſſe confitendo.

*Dolum.* quòd absit. vel si adfuerit, interesse præstetur. Et no. leuem culpam hic tantum venire, sed in alio procuratore etiam leuiſſimam: vt. ẽ. manda. l. à procuratore.

*Dictum est.* ẽ. de dote præsti ta, *sed quia sæpe inuenitur dos cauta à marito, qui confessus est eam sibi numeratam vel traditam, cum non sit, ponit de dote cauta, & non numerata. Azo.*

*Cauta.* à viro, *non numerata à muliere. vel secundo: Cauta à muliere cum est in specie. subaudi & non soluta, & non numerata similiter à muliere, si est in quantitate: & hoc continetur in instrumento dotis pro-*

ras quidem eorum circa se [a] & vxorem expendere: pecunias autem sortis, quas exegerit, seruare mulieri, vel in causas ad quas ipsa voluerit, distribuere: & si quidem in dotali instrumento hypothecæ pro his nominatim à marito scriptæ sint, his esse mulierem ad cautelam suam contentam. [b] Sin autem minimè hoc scriptum inueniatur: ex præsenti nostra lege habeat hypothecam contra res mariti, ex quo pecunias [c] ille exegit. Ante enim habeat mulier ipsa facultatem, si voluerit, siue per maritum, siue per alias personas easdem mouere actiones, & suas pecunias percipere, & ipsas cautiones [d] à marito recipere, securitate ei [e] competente facienda. ℣ Dum autem apud maritum remanent eædem cautiones: & dolum [f] & diligentiam maritus circa eas præstare debet, qualem & circa suas res habere inuenitur: ne ex eius malignitate vel desidia aliqua mulieri accedat iactura. Quod si euenerit: ipse eandem de proprio resarcire compelletur. Dat. Kalend. Nouembr. Lampadio & Oreste. VV. CC. Coss.

## TITVLVS XV.

## DE DOTE CAVTA non numerata.

*Dos nuda confessione non constituitur, sed numeratione. Baldus. Vel sic: Dos confessata non numerata, effectualiter repeti non potest. Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. & CC. Dionysiæ.

DOtẽ numeratio, [h] non scriptura dotalis instrumenti [i] facit: [k] & ideo non ignoras ita demum te ad petitionem dotis admitti posse, si dotem à te re ipsa datam probatura es. Dat. XIII. Kalend. Aug. Chilone & Libone Coss.

*Licet non interueniat traditio, si interuenit id quod per traditionem habet confirmare donationem inter virum & vxorem, morte donatoris confirmatur. Bald. Vel sic: Dos & eius augmentum confessata animo donandi, confirmatur morte confitentis. Salycetus.*

II. Imp. ALEXANDER. A. Papinianæ.

QVod de suo maritus constante matrimonio donandi animo in dotem adscripsit: si eandem donationem legitimè confectam [l] non reuocauit, [m] qui incrementum doti dedit, & durante matrimonio mortem obiit: ab hæredibus mariti, quatenus liberalitas interposita munita [n] est, peti potest. [o] PP. Non. Decemb. Alexandro. A. III. & Dione Coss.

*Exceptio non numeratæ dotis debet opponi intra annum à die matrimonii morte vel repudio dissoluti. Baldus.*

III. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

*Donationis. Vel tertio dic quòd ante confectionem dotalis instrumenti confessus fuit sibi solutam, sed excipit intra triginta dies. si autem post, nullo tempore excipitur vt. ẽ. de non nume. pecu. l. in contractibus. §. 1. sed hodie seruã authen. & l. fin. in fin. huius tituli.*

*Dotem.* ] CASVS. Si mulier dotem promisit marito, nec tradidit, & confessus sit post in instrumento in dotẽ se recepisse, quod non receperit: an mulier aduersus eum agere possit, quæritur? Dicitur quòd non: quia numeratio &c.

h *Numeratio.* vel datio si species sit quæ dari possit, & repeti.

i *Instrumenti.* priuati. secus si publici secundum quosdã. ar. j. arb. tut. l. fi. Sed tu dic: aut confesio ibi continetur tantum, aut preceptio: vt dixim⁹. ẽ. de nõ nu. pecu. l. si ex cautione. Item an probet qui excipit? Respon. nõ: sicut in. d. l. si ex cautione. & facit. ẽ. de proba. l. neque. Item hoc intra tempus: vt. j. l. fi. vel j. l. proxi.

k *Facit.* sed secũdum hoc omnes Bononienses errant in confessione dotis. Sed dic quòd renunciãt exceptioni: aliàs nõ valet, niſi præscriptum sit: vt. j. l. fi. & auth. ibi posita, etiam si ante matrimoniũ: vt. ẽ. de dona. ante nuptias. l. j. & l. quod sponsę.

*Quod de suo.* ] CASVS. Mulier dedit. c c. marito: maritus animo donandi confessus fuit in instrumento se recepisse. ccc. decesit maritus cõstante matrimonio, & ita morte eius confirmata est donatio: an mulier augmentum dotit, scilicet. c. quæ vir confessus est recepisse, posit petere ab hæredibus mariti, quæritur? Dicitur quòd sic.

l *Confectam.* vt per traditionem, vel stipulationem.

m *Reuocauit.* expresim, vel tacitè: vt per diuortiũ: vt. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. & ideo. §. j.

n *Munita.* id est confirmata morte donãtis. Vel ideo dicit quatenus, propter legem Falcidiam, quæ eam minuit: vt. j. ad legem Falcidiam. l. in donationibus.

o *Peti potest.* id est mulier petet ab hæredibus mariti: vt. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. si quis vxori. Sed contra. ẽ. de dona. ante nup. l. j. ij. respõso. Sol. ibi diuortio solutum fuit matrimonium: hic morte. Vel ibi non interuenit scriptura: hic sic. Item & primum respon. eiusdem. l. est contra. quia dicit quòd ab initio valuit: sed ibi ante matrimonium fuit facta donatio: hic post. Item contra. ff. de dona. inter virum & vxorem. l. Papinianus. vbi dicit tales donationes non confirmari morte, quæ per stipulationem sunt factæ. Sed illud accipe quando post stipulationem non fuit secuta traditio aliqua, vel aliud quod pro traditione habeatur: hic sic: quia aliquid vir animo donandi promisit vxori, & hoc accepto tulit ei postea, & tunc ipse in dotem adscripsit: ex quo datum mulieri, & ab ea postea in dotem traditum videtur. Vel solue vt ibi. Accursius.

*Donatio inter virũ & vxorem, si non interuenit traditio nõ cõfirmatur morte.*

*In dotibus.* ] CASVS. Si mulier promisit dotem, nec tradidit, si maritus scripsit se dotem recepisse: tam ipse, quàm hæredes sui possunt opponere excep. non nu. do. intra annum post solutionem matrimonij, postea non. Viuianus.

*Instrumenti.*

BIU Cujas

IN dotib[o], quas datas esse dotalibus instrumentis [a] cõscribi moris est, cũ adhuc nulla datio, sed pollicitatio [b] tantũ subsecuta sit, liceat non numeratæ pecuniæ exceptionẽ opponere, non solũ marito cõtra vxorem, vel eius hæredes [c], morte mulieris vel repudio dissoluto matrimonio, sed etiam hæredibus mariti cuius morte [d] dissolutum est matrimonium: socero [e] etiam, vel eius hæredibus, [f] si cum filio suo dotẽ susceпisse dotalibus instrumentis scriptũ sit: omníque †persona [g], quam dotem susceпisse vnà cum marito conscribitur, & eius similiter hæredibus: ita tamen, vt intra annum [h] tantum continuum à morte mariti, vel mulieris, vel missione repudij computandũ, ea licentia detur. Dat. Kal. Iun. D. N. Iustiniano. A. II. Cos.

IN AVTHEN. DE tẽp. non solu. pe. super dote. §. generaliter. colla. vij. consti. x.

*Annus de quo in. l. C. nõ corrigitur, quãdo ante biennium matrimonium soluitur. hoc primo. Quod si durat vltra biennium, & non excedit decennium, locus est querelæ vsque ad tres menses, & biennium cõputatur in his annis. hoc secundo. Quòd si matrimonium dissoluatur post decennium, querela denegatur. hoc tertio. Et minori curvit hoc tempus: ideo restitutio est necessaria. Baldus.*

QVod [i] locum habet, si intra biennium soluatur matrimonium. si autem vltra biennium vsque ad decimum annũ [k] extendatur: & ipsi [l] marito, & hæredi eius intra tres mẽses querela permittitur. Sed si decennium transcurrerit: [m] omnino querela denegatur, p̃missa restitutione in integrum præfinita, & specialiter si minor ætas [n] interueniat.

*TITVLVS XVI.*

## DE DONATIONIBVS inter virum & vxorem, & à parentibus in liberos factis, & de ratihabitione.

*Licet fiscus occupet bona vt vacantia, tamen donatio facta in vxorem vives non perdit. Baldus. Vel sic: Donatio inter coniuges confirmatur morte donatoris etiam sine hærede morientis. Salycetus.*

I. Impe. ANTONINVS A. Triphenæ.

B BOna quõdam mariti tui fiscus si nemine ei successore existente vt vacãtia [o] occupauerit: donatiões ab eo factæ [p], si vsque ad finẽ vitæ in eadẽ volũtate permãsit, reuocari nõ possunt [q]. PP. III. Id. Ianuar. Duobus & Aspris Coss.

*Miles non potest donare focariæ, id est concubinæ. Bal. Vel sic: Miles armatæ militiæ non potest donare concubinæ. Salycetus.*

II. Idem A. Marco militi.

SI ancillam nummis tuis cõparatam esse præsidi prouinciæ probaueris [r], donationísq; causa focariæ tuæ nomine C instrumentum emptionis esse cõscriptum [s]: eam tibi restitui iubebit. Nam licet cessante iure [t] matrimonij donatio perfici pótuerit: [u] milites tamẽ meos à focariis suis hac ratione fictísque adulationib[o] spoliari nolo. PP. XII. Kalend. Mart. Antonino A. IIII. & Balbino Coss.

*Donatio facta ab vxore, confirmatur morte: & si erat in patris potestate, etiam patris mors requiritur: licet à principio cõsenserit: & donatio facta à socero in generum quondam, statim perficitur. Baldus & Salycetus.*

III. Idem A. Epicteto.

D DOnatio mancipiorũ aliarumque rerũ, quas tibi ab vxore tua donatas dicis: si modò suę potestatis, cum donaret,

a *Instrumentis.* priuatis, non publicis: ne sit contra. ei quod diximus supra eo. l. j. nam hic dicit datas.
b *Pollicitatio.* solius. s. offerentis promissio: vt. ff. de polli. l. pactum. quæ sufficit hoc casu, vt. ſ. de dotis ꝓmiſ. l. ad exactionẽ.
c *Hæredes.* scilicet vxoris.
d *Cuius morte.* scilicet mariti.
e *Socero.* id est patre viri.
f *Vel eius hæredibus.* scilicet liceat opponere exceptionem, sed secundũ hoc errant omnes Bononienses, cum confiteantur in instrumento dotem accepisse, & sic non valet: vt hac. l. dicitur. Sed dicquòd & ipsi renunciãt exceptioni non numeratæ dotis, & tunc valet: aliàs non valeret talis confessio: vt hac l. dicitur: nisi præscriptio temporis cucurrisset: vt infra. e. l. fi. & in authen. ibi signata. Nec valet quod quidam dicunt quòd aut est confessio facta ante matrimoniũ: & tũc valet: aut post, & tunc non valet, cum eius confessio ante matrimoniũ facta trahatur ad tempus matrimonij: vt supra de dona. ante nup. l. j. & l. quod sponsæ. quæ sunt vera quando confessio fuit facta in instrumẽto dotali, vel ante. secus autem si post: quia postea non excipit: vt in contrario supra de nõ nume. pecu. l. in contractibus. §. j.
†*Cõcor. gl. sup verbo cõfessioni. s. si cautio. extra de fide instru.*
†*al. omnique p-sonæ.*
g *Personæ.* licet opponere hanc exceptionẽ: vt supra de episco. audien. l. si præsens. in fine.
h *Annum.* in hoc tẽpore opponendi aliter distinguitur hodie.
*Quod locum.* ]*CASVS.* Lex Codicis dicit ꝙ post annũ opponi nõ potest exceptio nõ nu. do. Auth. hęc determinat quòd potest opponi exceptio intra annum, quãdo matrimonium durauit per biennium. si vsque ad. x. annos, opponitur except. non nu. dotis intra tres menses. postea vero non, nisi essent tales personæ, quæ petere possent in integrum restitu. sicut minor, & reip. causa absens.
i *Quod.* ſ. vt exceptio vſq; ad annũ tãtũ det ſoluto matrimonio.
k *Decimum annum.* nondum completum.
l *Ipsi.* soluto scilicet matrimonio. nam eo durante quoquo tẽpore decennij opponi potest.
m *Transcurrerit.* & supple, & matrimonium postea soluatur, & idem si non soluatur: nam nullo modo etiam durante matrimonio videtur posse opponi post decennium, licet superiores præscriptiones currant demum soluto eo.
n *Si minor ætas.* circa quã sunt multa specialia: vt diximus supra de temp. in integ. resti. auth. si minor.

*DE DONATIONIBVS INTER VIR. &c.*

*Cõtinuatio.* *Dixit supra de donationibus propter nuptias, quæ valent propter A matrimonium. Nunc de simplicibus, quæ propter matrimonia non valent, nisi fiant ratæ per confirmationem mortis, vel aliam. & est ratio prohibitionis multiplex: vt. ff. eo. l. i. ii. & iii. in prin.*

*Bona.* ]*CASVS.* Maritus constante matrimonio vxori suæ donationem fecit: decesit nullo hærede relicto, vnde fiscus omnia bona. sua quasi vacantia occupauit: an fiscus donationem factam à viro morte cõfirmatã reuocare possit, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.
o *Vacantia.* sed quomodo, cum fisco vxor præferatur: vt infra vn- de vir & vxor. l. ſ. Respon. nolebat hic vxor ſuccedere.
p *Factæ.* re, & nõ sola promissione: vt. ff. e. l. Papinianus.
q *Non possunt.* cessante hoc casu priuilegio fisci. & facit ad legem istã. ff. de lega. j. l. quidam. §. quotiens. & l. filius. §. qui intestato.
*SI ancillã.* ]*CASVS.* Miles ancillam qui comparauit, concubinæ suæ dedit, confecto istrumẽto emptionali in persona focariæ. an donatio reuocari possit, quæritur. Dicitur quòd licet donatio tenuerit, quia inter virum & vxorem non est celebrata: tamẽ ad fauorem militis reuocari poterit. Viuianus.
r *Probaueris.* ó miles. Accursius.
s *Conscriptum.* & post ei traditum. & sic alias dominium transiret: vt ſ infra de dona. l. emptionũ. sed hic propter militiam secus.
t *Iure.* quia poterat esse nullum matrimoniũ inter ipsum & focariã, propter hoc videtur quòd donatio ei facta valeat. Accursius.
u *Potuerit.* de communi iure: vt. ff. de dona. l. adfectionis. & l. donationes. in pri. quę sunt contra. hic tamen non propter militiam, vt subiicit: & facit. ff. e. l. oratio. & l. ſi prædia. & supra ſi quis alteri vel ſibi. l. cum propria. & plus valere quod agi. l. ſi quis. & supra de rei vin. l. ſi vt ꝓponis. & infra. e. l. ſi filij. *ADDITIO.* Addas secundum Richar. Malumb. idem in clerico quod hic de milite dicitur: quod sequitur Bar. hic, & in. l. adfectionis. ff. de dona. & idem in. l. miles ita. §. mulier. ff. de mili. testa. & in. l. miles. in princ. ff. de re iudic. vbi addit idem in aduocato: quia hi tres æquiparantur, scilicet clericus, aduocatus, & miles armatæ militiæ. facit gloſſ. ij. in dicta. l. miles. ff. de re iudi. Prædicta limitat Pet. de Ancha. consil. ccxlviij. nisi tales personæ donarent propter merita: de quibus si constaret aliter quàm per adsertionem donantis, valeret donatio. ita consuluit ipse pro concubina cuiusdam sacerdotis.

*Donatio.* ]*CASVS.* Si vxor donat marito, aut est ſui iuris, aut non. ſi est, & in eadem voluntate perseuerat vsque ad mortem, conualescit donatio. secundo casu si volũtate patris facta est donatio, valet, nec reuocatur. & hoc in primo. Si verò mortua

BIU Cujas

mortua filia socer in generum donationem fecerit: nó solũ mor-
te confirmatur, sed etiam inter viuos perfici potest. Viuianus.

a *Id fecit.* cum esset in potestate.

b *In eadẽ volũtate.* hoc qñ sola matrimonij ratiõe fuit iualida. Ac.

c *Perseuerauit.* quod fecisse forsitan videtur omnino, si non re-
uocauit. Item perseuerauit dico ipsa & pa-
ter, si in eius erat pote-
state: vt. ff. e. l. cum hic
status. §. oratio non so-
lum. Item timeo ne cũ
patris volũtate í cuius
potestate sit, fit dona-
tio, patré quoque pre-
mori oporteat, sicut est
cum ipse pater donat:
vt infra eo. l. si vt pro-
ponis.

d *Facta est.* tibi quó-
dam coniuncto.

e *Etiam inter viuos,* nó solum oportẽt de-
mum morte cõfirmari.

*Ita quidã Cardin. Bald. hic in fi. post Ang. Alex. Imol. Dec. Ias. Cor. Cur. Ale. Ale. Ale

ibi autem prædia, & credidit tenere donationem: aliàs nec eo casu teneret in fructibus: vt.ff.de acqui. posses. l. quod vxor. &.ff.eo.l.si vxor filio. Item quod dicit, locupletior: subaudi, & vir pauperior: vt.ff.eo.l. iiij. &.l. si sponsus. §. concessa. &.§. si maritus.& facit infra si dos con.ma.l.j.

ETsi de tua. ]CASVS. Maritus de pecunia sua prædium vxori comparauit. nó ad maritú, sed ad mulierem pertinebit: pecuniæ tamé repetitionem habebit ipse, siue negotium gerens vxoris pecuniam numerauit, siue dona sua in eã conferens, quãti precij emptor tradiderit vxor conuenietur. primo casu nego. gesto. secundo casu condic. sine causa in solidú quatenus facta est locupletior.

ETsi de tua pecunia mãcipia vxori tuæ comparata sunt: [a] tamẽ si ei tradita sunt, eorũ dominiũ non ad te, sed ad eã ptinet: [b] pecuniæ autẽ tãtúmodo repetitionẽ habes, siue negotiũ eius gerẽs numerationẽ feciſti, siue in eã donationẽ cõferens quãtitatem precij largitus es. [c] Etenim vel in solidũ, [d] vel quatenus locupletior facta est, actione cũ ea cõpetẽti [e] experiri poteris. PP. VII. Kal. Octob. Pio & Pontiano Conss.

*Spoliatus, ante omnia est restituendus: & sub prætextu criminis non debet quis inuadere possessionem alterius de facto. h.d. Vel sic: Obiectus criminis non impedit quin spoliatus ante omnia sit restituendus. Baldus. Vel sic: Spoliatus ante omnia est restituendus: & separatorum separata debet esse ratio. Salycetus.*

x. Idem A. Valeriano.

[1] SI maritus † quondam vxoris tuę, [f] cum sui iuris [g] esset, in eam prædia vel cętera donationis titulo cõtulit, & in ea voluntate vsque ad mortem suam durauit: ex oratione [h] diui Seueri confirmata est donatio. At si eas res pater defuncti [i] iniuriose abstulit: per prędidẽ ,puincię eas restituere cogetur. [k] Nec enim quasi maleficiis ei° sit maritus extinctus, crimẽ [l] intẽdes, sub ptextu accusationis, [m] quæ donata sunt, auferre debuit: cũ causa liberalitatis à criminatione separata sit. [n] PP. VII. Kalẽ. Febr. Ariano & Pappo Conss.

† *Hæc lex si maritus. & lex sicut cessat. trãspositæ sunt.*

*Donatio inter virum & vxorem non confirmatur ad agendum, sed ad possidendum. Bal. Vel sic: Ex promissione alicuius annui vel menstrui facta coniugi non agitur, licet soluti repetitio nõ detur. Salycetus.*

xi. Idem A. Maximo.

SIcut cessat° petitio quantitatis, quam de suo maritus vxori in mẽses singulos, vel annos singulos proprij vsus eius gratia promittit: ita & ex ea causa nũmi soluti erogatíq; [p] † non dari [q] repetitionem manifestum est. PP. V. Kalẽ. Iul. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss.

*Specialis obligatio reuocat donationem inter virum & vxorẽ. Baldus. Vel sic: Propter specialem hypothecã reuocatur donatio facta vxori, seu inter coniuges. Salyc.*

xii. Idem A. Secundinæ.

[2] SI marit° tuus creditores sortitus, post factam in te donationem, fundũ, quem ex donatione iuri tuo vindicas, iisdẽ specialiter obligauit: eãdẽ obligationẽ defensionis tuæ firmitatem interrumpere, intelligere debes: cum sit manifestum, non solum huiusmodi obligatione, sed etiam donatione, vel vẽditione, vel alio quolibet modo rebus alienatis, reuocatam esse [r] à viro in mulierem factam donationem. PP. III. Kal. Februarij, Ariano & Pappo Conss.

*Obligatio non impedit translationẽ dominii: sed dominii translatio præcedens impedit obligationem. Bald. Vel sic: Donatio valida facta vxori non præiudicat creditori anteriori, sed sequenti. Salycetus.*

xiii. Impp. DIOCLETIA. & MAXIMIAN. AA. Rufinæ.

a *Comparata sunt.* à te: vt infra eo.l.si filij.& multo magis si ab ipsa.

b *Pertinet.* vt & supra si quis alte. vel sibi.l.multum.

c *Largitus es.* venditori.

d *In solidum.* id est nõ quatenus est locupletior: sed tamen in quãtum facere potest, ne sit contra.ff.de re iudi. l. non tantum.& hoc quando gerẽs eius negotium emisti, & numerasti. si autem animo donandi, tunc in quantũ locupletior facta est: quod est in eo quod valent mancipia cum vir emit. si autem mulier emit, tũc in tãtum in quãtum eã ęre alieno liberauit, cum scilicet soluit venditori. si vero mulieri numerauit, & ipsa soluit venditori: tunc tenetur mulier in quãtum mancipia valent: vt.ff. eo.l.si cum vxore.&.l. quod autem.§. si maritus. &.§. eleganter.&.§.si vxorem.&.l.si id quod.§.si ex decem.

e *Competenti.* scilicet negotiorum gestorum primo casu, altero condictione sine causa. Sed quid si dubitetur voluerit donare, vel eius negotium gerere? Respon. ex modo & genere expensæ æstimandæ sunt. quod dic vt.ff.eo.l.vtrum.

*SI maritus.* ]CASVS. Maritus cuiusdã mulieris dedit ei quædam prædia constante matrimonio, & in eadem voluntate vsque ad mortem perseuerans decessit: & confirmata erat donatio, & hæc secundo nupsit: pater primi mariti illa prædia occupauit. an teneatur? Dicitur quòd sic, scilicet act. vi bo. rapto. Si vero pater dicat mulierem maritum interfeciſſe: an eo ipso quòd accusatur, debeat mulier amittere prædia, quæritur? Dicitur q nó: quia separata est causa donationis ab actione criminis.

f *Vxoris tuæ.* scilicet nunc.

g *Sui iuris.* scilicet per emancipationem.

h *Ex oratione.* quam habes. ff. eo. l. cum hic status. §. j.

i *Defuncti.* primi viri.

k *Cogetur.* actione vi bo. rap. vel condic. fur. vel interdi. vnde vi. quod etiam ad mobilia occasione immobilium datur: vt. ff. de vi & vi ar. l. j. §. si fundus à quo.

l *Crimẽ.* id est criminalem accusationem legis Cornelię de sica.

m *Accusationis.* institutæ iam, vel etiam faciendæ.

n *Separata sit.* id est non est verisimile quòd crimen commisit, quæ liberalitatem accepit: vt arg. infra de quæsti. l. nec si mors. vel secundo separata sit, id est non debuit prætextu criminis vel accusationis criminalis liberalitatem sua auctoritate auferre, cum sit alia hęc, & alia illa causa. Et sic nota generale. secretorum secreta, id est separatorum separata debet esse ratio: sic &.ff.de minori. l. Papinianus lib. ij. &.ff. de calum. l. fin. ri &.ff. familiæ erciscun. l. his consequenter. §. j. & infra de edic. diui Hadrian. tollen. l. j. Licet autem sua auctoritate auferre nó debuerit: tamen si accusauerit & fecerit condemnari, aufertur liberalitas vt indigno: vt infra de his quib. vt indig. l. j. & de re. do. l. fina. &.ff. solut. matrimon. l. si ab hostibus. §. j. & ff. de his quibus vt indig. l. indignũ. & fa. cit. ff. de tabu. exhiben. l. j. §. hoc iterdictũ. Sed nónne præcedit criminalis quæstio ciuilem: vt supra de ordi. iud. l. fin? Respondetur secundum duas expositiones quas dedi, non dixi, quæ præcedat. & sic dices quòd criminalis secũdum illam. l. Vel dic quòd licet præponatur criminalis, tamen ea pendente, & causa liberalitatis, quæ est ciuilis, agitur. Vel dic, in modũ exceptionis opponebatur crimen. q. d. non potes agere ad res donatas, cũ eum occideris. sed hęc replicat dicens iá prius suas factas, & sic non præcedit: vt supra de ordi. iu. l. penul.

*SIcut cessat.* ]CASVS. Si marit° singulis annis vel mensibus promisit vxori soę donare aliquid: illud mulier petere non potest. sic & si maritus ex ea causa soluit vxori quod promisit, & vxor consumpsit: soluto matrimonio & eo consumpto nulla competit repetitio marito.

o *Sicut cessat.* vt.ff.eo.l.si id quod.§.fina. quod potest intelligi per actionem scilicet ex stipulatu. sed & in factum potest: vt & argu.ff.de pact.do.l.inter.§.conuenit. confirmatur tamen morte annui promissio: vt &.ff.eo.l.si stipulata fuerit. quod intellige ratione præteriti, non futuri temporis: vt in eodem titu. l. Papinianus.

p *Erogatíque.* id est consumpti. alioquin esset repetitio quatenus alter locupletior, & alter pauperior est effectus, secundum quosdam.

q *Non dari.* nisi sit immodicum: vt.ff.eo.l.ex annuo.

*SI maritus.* ]CASVS. Si vir constãte matrimonio vxori fundum dederit, & eundem postea obligauerit, vel alij donauerit, vel vendiderit: videtur donationem reuocasse.

r *Reuocatam esse.* nisi voluerit vir eam remanere: vt.ff.eo.l.cum hic status.§.si maritus. Sed contra institu.de leg.§. fi rem.&.§. iidem rescripserunt. vbi legatum non reuocatur per sequentem obligationem vel alienationem. Solu. Donatio odiosa est: legatum econtra fauorabile. Item donatio non tenuit ab initio, sed legatum sic: & ideo facilius donatio reuocatur.

*SI quidem.* ]CASVS. Si vir donat vxori in casu licito: si primo donat, & postea obligat, non tenet obligatio: nec potest vir mulieri derogare. si primo obligat, postea donat: saluo iure pignoris transit: nisi iuri pignoris fuerit præscriptum.



BIU Cujas

SI quidem ante donationem possessionis [a] in te iure [b] (vt dicis) à marito collatam, prædiũ ab eodem creditori obligatum fuerit: alienationẽ eius saluo iure [c] debiti, si tamen iuris ratio [d] actionem eius creditoris nõ excludit, factam esse non dubium est. ¶ Quòd si [e] donatione iure celebrata, eo quòd vel ante nuptias [f] facta est, [g] vel in iisdem casibus, in quibus etiam constãte matrimonio donatio procedere potest, [h] obligatio insecuta est: factum mariti quẽ diẽ suũ obiisse memoraſti, iuri tuo officere non posse, [i] certum est. PP. XII. Kalendas Iul. Maximo. II. & Aquilino Conss.

*Confirmatio donationis inter virum & vxorem facta in testamento, non intelligitur esse noua dispositio, sed veteris corroboratio: & retrotrahitur. Baldus. Vel sic: Confirmans id quod per se potest subsistentiam habere, non videtur de noue dare. h. d. Vel sic: Donatione inter viuos per maritũ vxori collata in eius testamento confirmata, nõ debetur res, & eius æstimatio: sed res tantum ex donatione morte confirmata: de qua potest detrahi Falcidia. Salycetus.*

XIIII. Iidem AA. Octauianæ.

EX verbis quæ in postremis iudiciis inseruntur, [k] licet ad fideicommissum vel legatũ [l] vtilia sint, non tamen omnino legati vel fideicommissi perse-

cutio datur: sed ita demum, [m] si relinquendi studio huiusmodi verba fuerint adscripta. vnde [n] te voluntatis, non iuris [o] quæstionem in preces tuas cõtulisse palam est. ¶ Cum igitur [p] testamento [q] lecto [r] animaduertimus [s] maritum tuum ex præcedente donatione dominium tibi reseruasse, securitatiq; tuæ ad obtinendam proprietatẽ cauisse: in ditorũ verborũ [t] conceptio nõ fideicõmissum relictũ [u] ostẽdit, sed ex senatusc õsulti [x] auctoritate liberalitatẽ *mariti tui, cui [y] custodiẽdę etiã moriẽs ꝓspexerit, quaten' firmare potuit [z] dominiũ, mortis tẽpore tibi esse addictã. *PP. III. Noñ. Octobr. ipsis & AA. Conss.

*Prætextu donationis vxor non potest defendere rem donatam quo minus fiscus agat in subsidium: sed prætextu donationis firmatæ, nullo modo defenditur causa. Bal. Vel sic: Ex re donata vxori, licet per cõtractũ vẽditionis simulatæ, satisfieri debet fisco creditori mariti ex officio primipili residuo remanente vxori, nisi fuisset reuocatio facta. Salycetus.*

XV. Iidem AA. Iustinæ & aliis.

SI non verum [a] contractum pater vester gessit, sed sub specie venditionis donationem possessionis in matrem vestram contulit, [b] nec ex bonis quæ in

a *Possessionis.* id est dominij. sic. ff. de verbo. sig. l. interdum.
b *Iure.* puta eo casu quo valeat constante matrimonio, vt statim dices.
c *Saluo iure.* vt & supra de do. ante nup. l. de rebus. & infra de remis. pig. l. pe. & de distra. pig. l. si debitor. & ff. de dona. l. fin. §. j. & ff. de contrahen. empt. l. alienatio.
d *Iuris ratio.* veluti præscriptio: vel quia sibi ius in re debita dixit: vt. ff. quod metus causa. l. extat. Vel quia oblatum recusat: vt. ff. de solut. l. qui decem. Vel quia aliud ꝓ alio pignorauit: vt in authen. vt non fi. pig. §. j. colla. v. Vel quia creditor consensit: vt. ff. qb' mo. pign. vel hypo. sol. l. si consensit. in prin.
e *Quòd si.* nunc dicit econtra. Accursius.
f *Ante nuptias.* id est ante contractum matrimonium.
g *Facta est.* vnde statim valet: vt & supra de dona. ante nupt. l. si ante. & ff. eo. l. iter cos.
h *Procedere potest.* vt intra annum: vt supra eo. l. sicut. vel causa dignitatis: vt. ff. eo. l. qđ adipiscendæ. Vel manumissionis causa: vt ff. eo. l. quod autem. §. finali. Vel causa religionis vel pietatis: vt ff. eo. l. sponsus. §. concessa. vsque ad. §. fina.
i *Nõ posse.* quia ea demum &c. vt infra quæ res pig. oblig. pos. l. qui filios. & infra si ali. res pigno. da. sit. per totũ.

*EX verbis.* ] CASVS. Titius constante matrimonio dedit quoddam prædium vxori suæ, & in testamento suo donationem confirmauit, dicens sic: Illud prædiũ quod dedi, confirmo vxori meæ, vel tibi habeto. an hæc liberalitas censeri debeat legatum habito respectu ad tempus donationis: vt primo casu possit petere æstimationem prædij ab hæredibus, secundo casu prædium, quæritur? Respon. quòd illa verba non habent vim legati vel fideicommiss. sed tantum illis verbis videtur confirmasse præcedentem donationem, & ita videtur ei confirmasse dominium eiusdem prædij.

k *Inseruntur.* generaliter loquitur.
l *Legatum.* significandum & relinquendum.
m *Sed ita demum.* id est non quotiens talia verba inseruntur in testamento, totiens legatum & fideicommissum peti potest.
n *Vnde.* ad quam voluntatem cognoscendam non potest cõmodius attingi, quàm inspectis verbis testamenti superioribus & inferioribus: & quia hoc est, igitur lecto &c. sic ergo licet verba quæ ad legatum vel fideicommissum petẽdum aliàs sint idonea, quæ posita sunt in testamento, non tamen ad petẽdum sufficiunt, nisi cõstiterit testatorem voluntate relinquendi illa posuisse. Sed econtra si sint inepta ad legatum & fideicõmissum, valẽt si ꝓbetur testatorẽ ita voluisse: vt. ff. de leg. iij. l. non aliter.
o *Non iuris.* nam cognita voluntate scietur quid iuris erit. Itẽ secundario quæstio est iuris, quid præsumitur in dubio quando non apparet voluntas testatoris.
p *Cum igitur &c.* quia ita voluntas testatoris spectanda est.
q *Testamento.* ergo cum maritus tuus in testamẽto cauit de cõseruanda tibi proprietate rerum prius tibi ab eo donaturam: nõ pro hoc legasse, vel fideicommissum reliquisse tibi videtur: sed quod donauerat, confirmasse. nam cũ maritus, qui quædam iure, quędã nõ iure donauerat vxori, legat ei ea quæ viuus donauerat: non ad illa spectat legatum, quæ iure donata sunt, nec enim



A est opus: sed ad alia nõ iure donata: vt. ff. de leg. j. l. siquãdo quis.
r *Lecto.* nunc in specie.
s *Animaduertimus.* ex superioribus & inferioribus verbis: vt & argu. ff. de lega. j. l. si seruus plurium. §. fin.
t *Verborum.* quæ inserta fuerant in testamento, per quæ vtrũque petere volebat: & erãt talia, Res à me tibi donatas habeto: vel tibi sufficiant: vt. ff. de leg. iij. l. fideicommissa. §. si quis ita. & sic volebat & res & earũ æstimationem habere. sic & infra de cadu. tol len. l. j. §. vbi autem legatarij. & ff. de lega. j. l. si pluribus. & sic dico non valere nec esse fideicommissum quantum ad æstimationem præstandam: sed est fideicommissum quantum ad ipsas res: & eas habebit iure legati, nõ iure donationis: vt. ff. de leg. j. l. siquãdo. vbi autem per tacitam voluntatem confirmatur donatio in testamento, puta quia non reuocatur: habeat eas iure donationis. *liberalitate.*
u *Relictũ.* scilicet ęstimationis rei donatæ, sed intercedit fideicõmissum si donatari' cõueniatur: vt. ff. de lega. iij. l. vxori. §. fina. licet sit argu. cõtra. ff. de lib. leg. l. petitor. Vel aliter dic quòd nec in re sit fideicõmissum: vt not. cõtra P. infra eo. l. antepenulti. & l. res.
x *Senatusc õsulti.* Trebelliani, secũdũ quosdam: vel facti Fuluio Aemiliano & Numidio Albino consulibus: vt. ff. eodem. l. cum hic status. j. respon. *potuit, dominiũ mortẽp. tibi esse addictum.*
y *Cui.* scilicet liberalitati, &c. hæc lex argumen. ad confirmationem priuilegiorum quòd nihil nouum dare videatur imperator vel papa si vetera indulta confirmet & roboret: vt ar. ff. de lega. j. l. legata. Sed videtur hæc differentia nulla quo ad effectũ, scilicet siue donet nunc, siue primam confirmare videatur. Respon. immo est differentia: quia posset reuocari in dubium vtrũ prius donasset, vel non. Et not. hic quòd imperator interpretatur voluntatem defuncti, cuius solius est interpretari voluntates. nam & iura interpretari est eius: vt supra de leg. & con. l. fi. cum & hæ voluntates pro iure seruentur: vt in authen. de nup. §. disponat. colla. iiij. & ff. ad leg. Fal. l. j. in prin. *Papa cõfirmando vetus, nihil nouum dat.*
z *Potuit.* s. vsque ad dodrantem: vt. j. ad le. Fal. in donationibus.

*SI non.* ] CASVS. Si maritus volens donare vxori constante matrimonio, & sciens se non posse, finxit se vendere, & in eadem voluntate vsque ad mortem perseuerauit: si ex bonis mariti debitoris fisci ex primipilari administratione fisco satisfieri non posit: an ad ea quæ donauit vxori, peruenire possit, quæritur? Dicitur quòd sic. Idem est si reuocauit donationes: quia tunc non erunt res illæ factæ vxoris, sed in hæreditate remanserunt: & ex eis & aliis bonis satisfiet fisco.

a *Si nõ verũ.* nomen infinitum est, id est simulatũ. vẽditio ergo nõ fuit, quia noluit. donatio non, quia nõ potuit. si tamẽ voluerint esse vẽditionẽ, sed precio minori animo donãdi, non valet quatenus ex dono locupletior est: vt. ff. eo. l. si sponsus. §. circa.
b *Contulit.* postea quàm incepit esse obnoxius ob primipilariam administrationem. & sic erat iam res obligata fisco: & ideo in sua causa remansit: vt supra eo. l. si quidem. Sed quid si ante? tunc forte contra: vt infra eo. l. antepenulti. sed expone quod ibi dicitur, vt dices ibi. In venditione autem vera si ante fecit, aliud dicam quàm in donatione.

a *Persona.* id est ex bonis quę remāserunt apud patrē vestrum.
b *Ob primipilum.* ad quod tenetur filius etiam si non est hæres: vt infra de primipi. l. fi. lib. xij.
c *Perseuerauerit.* quo casu morte confirmatur hæc donatio.
d *Pecuniam.* quam debet ex primipilaria administratione.
e *Ex bonis.* reliquis.

aliter enim non peruenitur ad extraneum pignoris possessorem: vt hic, &. ff. de iur. fisci. l. moschis. & infra de conue. fi. debi. l. j. lib. xj. aliud autem in expressa hypotheca secũdum has leges: vt infra de pig. l. distractis. & l. persecutionem. Alij subaudiunt hic, maxime si non sufficiũt bona debitoris. hodie autem vbilibet prius debitor conuenitur: vt in authen. de fideiuss. §. sed neque. col. j. & facit infra in quib. cau. pig. ta. contra. l. satis.

f *Relictis.* si ex bonis quæ remanserunt patri vestro, non potest satisfieri fisco: supplebitur de bonis datis matri vestræ à patre vestro.

*Si filii.* ]CASVS. Maritus filium habens emancipatũ prædium comparauit: & instrumento emptionis fecit comprehendi nomen vxoris. ea mortua ex eius successione voluit filius vindicare prædium: an possit, quæritur? Distinguitur: vtrũ honoris causa fecerit comprehendi nomen vxoris: aut vt ei donaret. in dubio præsumitur maritũ donasse. & si non probet eum non animo donãdi nomen vxoris comprehendisse, nihil lucri habebit in prædio filius. si vero probet, cedet filio prædium, & precium patri. vel pone casum aliter vt in glos. Viuianus.

†*Sal. notat hic quòd p̃sumptio simulationis probatur nõ tantum ex actib⁹ præcedẽtibus, sed etiã sequẽtibus: & est casus notãdus secundum eum.*

g *Si filii tui.* habeo ex vxore duos filios emancipatos: qua mortua filij adierunt hæreditatem eius. inter me & illos oritur lis de quibusdam prædiis, quæ ego mea, illi matris fuisse contendebant: quoniam instrumentum emptionis factum erat in persona matris. Cum ego itaque illa prædia comparauero nomine vxoris, non animo donandi, sed volens ei facere honorem, passus sum nomen eius poni in instrumento, vel cũ meo, vel eius nomine tantum: potero illa prædia mea facta vindicare. Si vero volens ei donare, repetam pecuniam, non prædia: quia dominium prædiorum translatum fuit in vxorem. sed repetam pecuniam: quia illa donatio nõ fuit confirmata morte mea, quia superuixi vxori: nisi sit non soluendo mulier: quo casu habeo vtilem in rem ad fundum: vt. ff. eo. l. vxor marito. in fi.

h *Proba.* cum pro eis sit publicum instrumentum, cui statur: vt supra de proba. l. cum precibus. Sed quomodo negatiuam probo: vt supra de proba. l. actor? Respon. non probo me non donasse, sed hoc, scilicet per possessionem rerum &c. dominũ me effectum, me dico vsum dumtaxat titulo nominis eius. Alij volunt dicere vt H. ex ista, &. ff. de lega. iij. l. vxori. §. fi. & supra famil. ercis. l. filiæ. quòd præsumatur vir animo donandi fecisse

persona[a] patris vestri permansisse videbantur, ob primipilum[b] indemnitati fiscali satisfieri potuit: licet in eadem donandi voluntate perseuerauerit: [c] ex eadem tamen possessione ad supplendã pecuniã, [d] quę ex bonis[e] ab eo relictis[f] colligi nequerit, cõferẽdũ est. ¶ Quòd si liberalitatis tenorẽ mutata volũtate pater tuus iterrupit: ĩ hęreditate ei⁹ dominiũ resedisse nulli dubiũ est. PP. IIII. Kal. Feb. Tyberiano & Dione Conss.

*Præsumitur emptio simulata, si est appositus titulus in persona vxoris, & traditio est facta ipsi marito. secus si traditio & titulus in persona vxoris concurrunt: quia tunc ei acquiritur dominium. Baldus. Vel sic: Si maritus honoris gratia nomen vxoris adscribi fecit in instrumento emptionis fundi quod fecit, ipsum fundum potest vindicare. aliàs si donandi animo: solum precium quod soluit, potest repetere. Salycetus.*

XVI. Iidem AA. Theodoro.

SI filij tui[g] emancipati matris hæreditatẽ sibi acquisierũt: proba[h] apud prędidem prouinciæ non donandi animo te nomine vxoris tuæ prædia cõparasse, sed nominis duntaxat eius titulo vsum, †per possessionem rerum à venditorib⁹ tibi traditarũ dominũ esse effectũ, vt cõprehẽsa filiorum tuorum iniuria, [i] proprietatis ius incolume perseueret. Nã si largiendi proposito id te feciſſe constiterit: pecuniæ[k] tibi persecutio competit. PP. VI. Id. Mart. Tyberiano & Dione Conss.

*Præsumitur vxor donare viro res quas patitur eum consumere. secus in rebus paraphernalibus, quas retinet sibi saluas. Baldus. Vel sic: Si maritus consumat paraphernalia vxoris ea consentiente. præsumitur donatio: & repetit vxor quatenus maritus est locupletior. si vero ea inuita, totum repetitur. Salycetus.*

XVII. Iidem AA. & CC. Capitolinæ.

DE his quæ extra dotem in domũ illata, à marito erogata commemoras: si quidem te donante consumpta sunt, intelligis aduersus hęredes nõ nisi in quãtũ locupletior fuit, [l] habere te actionẽ. Si verò cõtra volũtatẽ tuã: omnia tibi restitui oportere. [m] PP. VIII. Kalẽ. Mart. Heracliæ. AA. Conss.

*Intercedente diuortio præmoriente donataria, & per reuocationem donatio inter coniuges infirmatur. Baldus. Vel sic: Rei donatæ inter coniuges dominium non transfertur: nec donatio confirmatur si diuortiũ sequatur, vel donatarius præmoriatur, vel sit expressim reuocata. Salycetus.*

XVIII. Iidem AA. & CC. Maternæ.

AMarito in vxorẽ donationẽ collata matrimonij tempore, nec initio dominiũ transferri potest[n]: nec post, si diuortiũ ĩterceſſerit, [o] vel prior p̃sona quę liberalitatẽ accepit, reb⁹ humanis fuerit exẽpta, [p] vel ab eo qui donauit, fuerit reuocata, [q] potest cõualescere. Dat. IIII. Kalẽ. Septẽb. AA. Conss.

*Mater potest donare filio etiam viuente marito. intellige quando sic donat quòd patri nihil quæratur. Baldus. Vel sic: Socrus potest donare genero constante matrimoneo. h. d. secũdum vnam lecturam. Vel mater potest donare filio communi etiam constante matrimonio. Salycetus.*

XIX. Iidem AA. & CC. Dionysiæ.

SI cõstãte matrimonio tibi[r] mater domum tradidit: hãc in tuis bonis fecit. Dat. Idib. Iul. Philippopoli. CC. Conss.

nisi contrarium probetur. vnde & vxorem suam dicebat se ponere nomine, sed non re: quod non placet, nisi ex quantitate precij modica, & quia ipse sit dives, hoc præsumam: vt. ff. e. l. vtrum.

*ADDITIO.* Tu dicas post Bart. hic: Quando nomen vxoris inseritur in instrumento: si ipsi marito res traditur, non vxori: præsumitur nõ animo donandi. ita intelligitur iste text. secundum eum, si diligenter inspiciatur: & sic etiam secundum eundem debet intelligi. l. filiæ. supra famil. ercis. cundæ. Sed si alicuius nomine emitur, & sibi traditur, præsumitur donatio. ita intelligit dictus Barto. finem istius. l. quod nota.

i *Iniuria.* quam intulerũt: vel quia non iure tenẽt: vel forsan auctoritate sua ingressi sunt in possessionem. & facit supra si quis alte. vel sibi. l. multum. & l. quamuis. & l. cum propria.

k *Pecuniæ.* non rei: quia & mulier non à me, sed ab alio dominium consecuta est: vt diximus supra. e. l. & fi de tua.

*De his.* ]CASVS. Si mulier extradotem res in domum mariti intulit, & eas maritus consumpsit: quatenus maritus vel eius hæres teneatur, quæritur? Distinguitur: aut mulier eas donauit: & quatenus hæres locupletior factus est, conuenietur. aut non: & tunc in solidum.

l *Fuit.* scilicet maritus tuus.

m *Oportere.* actione rerum amotarum, vel condictione sine causa, vel depositi, vel mãdati, vel ad exhibendum. & facit. ff. de iure dotium. l. si ego. §. dotis. & supra de rei vxo. act. l. j. §. fileat.

*Marito.* ]CASVS. Maritus donans vxori constante matrimonio domũ: nec statim, nec ex post facto, id est traditione facta, si diuortium interceſsit, vel persona accipiens prior decedat, vel donatio fuerit reuocata, valet.

n *Transferri potest.* nisi in casibus quos diximus supra eo. l. si quidem. & nisi in casu soluti matrimonij donetur: vt est mortis causa donatio: vt. ff. eo. l. si eũ. §. fi. & l. quia in hoc. sicut est cõtra: vt supra de do. ante nupt. l. quod sponsæ.

o *Interceſſerit.* nisi expressim fuerit confirmata donatio sub diuortij tempore secundũ R. immo tunc non confirmatur, sed donatio noua constituitur secũdũ Ioã. vt. ff. eo. l. si interim. §. fi. & l. seq. Itẽ hoc quãdo nõ bona gratia factũ est diuortũ. alioquin distinguitur: vt. ff. e. l. cũ hic status. §. si diuortium. in dubio tamen semper præsumit reuocata: vt. ff. de aur. & argẽ. le. l. ij. i fi. & l. iij.

p *Exempta.* vel etiam simul: vt &. ff. de rebus du. l. si inter virũ.

q *Reuocata.* expresse vel tacite: vt supra eo. l. si maritus tuus. & his duobus modis etiam donatio causa mortis reuocatur: vt insti. de dona. §. j.

*Si constante.* ]CASVS. Constante matrimonio an mater filio emancipato possit donare, quæritur? Dicitur quòd sic.

r *Tibi.* emãcipato, vel nõ habẽti patrẽ. & est ratio: quia fœminæ non

BIU Cujas

næ non habent filios vel filias in potestate: vt insti. de adop. §. fœminæ. & est sic. ff. eo. l. iij. §. socrui. Sed quid si est in potestate viri matris, hoc est, sui patris? Videtur hodie tenere, cum huiusmodi aduentitia patri non quærat: vt infra de bo. quę lib. l. cum oportet. Sed dic cõtra, cum adhuc remaneat ratio, ne mutuo amore &c. vt. ff. eo. l. j. &. ij.

r *Hoc fiat.* puta quòd ambo ingrediuntur monaſterium vel eccleſiam vouentes caſtitatem. [a] Vel alter tũtum ingreditur: & qui in ſeculo remanet, caſtitatem vouet. & facit in authen. de nupt. §. per occaſionem. colla. iiij. Azo. *ADDITIO.* Videas de hoc extra de conuerſione coniug. per totum titulum.

s *Tradendæ ſunt.* ſcilicet dotes & donationes.

t *Proprietatem amittentibus.* Nota ergo quòd licet ingrediatur monaſterium

BIU Cujas

monasterium pater vel mater, non tamen continuò eorum substantia traditur filiis: sed expectatur mors vel delictum eorum: vt hic dicitur. de his autē bonis aliter disponitur per aliam authenticam: vt nulli iudi. §. quia vero aliqui. & facit in eod. cor. vt li. ma. & auiæ. §. prædictis. colla. viij.

*IN causis.* CASVS. Si maritus cum vxore sua à tempore contracti matrimonij per continuum biennium steterit, nec propter naturæ imbecillitatē eam cognouerit, poterit vxor ei repudium mittere: nec dotem amittet: nec vir donationē propter nuptias. hodie expectare debet per triennium. Item nec post triennium hoc licet.

a *Ab initio.* sed quid si ab initio coiit, sed post biennium vel amplius non potuit? aliud est quàm hic dicit, secundum canones.

b *Ad duos.* hodie tres: vt in authen. hic posita quæ incipit, sed hodie &c. quæ est de nup. §. per occasionem. colla. iiij.

c *Naturalem.* vel propter facturas aliquas: aliàs fracturas aliquas. Accursius.

d *Mulier.* item an cōtrà vir possit inuita vxore dirimere? videtur quòd sic: quia si primo nō cognouerat nec conatus fuerat cognoscere mulierem, non imputatur ei: quia nemo peccare cogitur. ante ergo quàm haberet vxorem, non potuit scire an posset cognoscere necne. Item videtur nec tenuisse matrimonium, cum sit castratus: vt. ff. de iure dot. l. si seruus. quæ est contra. Solu. ibi naturaliter, hic ex casu superuenientis infirmitatis vel alio. & facit in authē. vt li. matri & auiæ. §. prædictis. colla. viij. & extra de frigi. & male. c. laudabilem. & eod. tit. c. j. in fi. Sed contra in fi. c. iij. & vlti. & xxxiij. quæst. j. c. quod autem. & c. si per fortiarias.

*Adfectus si contrahat, non matrimonium facit.*

** adfectu.*

*IVbemus.* CASVS. Si maritus sine causa ab vxore diuertat, amittat dotem: & illa donationem, si diuertat. Si vero dos vel donatio non fuerit constituta, & diuertat sine causa legibus expressa: dimittet quartam partem bonorum suorum: vt si habeat quadringenta auri vel argenti, dimittet ei. c. si vero minus habeat, deducto ere alieno quartam habebit in qualibet re: etiam in minima. Idem si mulier sine causa diuertat, vel ipsa causam præbuerit diuertendi.

sco applicantur. Et qui talia deliquerint, legitimis subiiciantur pœnis.

*Propter impotentiam coitus potest impune diuortium fieri prius triennio transacto. hoc dicit cum authen. Salycetus.*

XI. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennę præfecto prætorio.

IN causis iamdudum specialiter definitis, ex quibus rectè mittuntur repudia, illam addimus, vt si maritus vxori ab initio[a] matrimonij vsq; ad duos[b] annos continuos computandos coire minimè propter naturalem[c] imbecillitatē valeat: possit mulier[d] vel eius parentes sine periculo dotis amittendæ repudiū marito mittere: ita tamen, vt ante nuptias donatio eidē marito seruetur. Dat. III. Id. Decemb. D N. Iustiniano A. II. Cons.

IN AVTHEN. de nupt. §. per occasionem. colla. iiij. constitu. j.

SEd hodie non biennium solum, sed triennium enumerari volumus ex ipso tempore copulationis computādum.

*Solo consensu etiam absque dote contrahitur matrimonium: & repudians vxorem indotatam sine causa, punitur in quarta bonorum mulieri applicanda: ita tamen quòd centum libras auri non excedat. & idem econtra in vxore indotata virum repudiante. & hoc lucrum debet reseruari liberis eiusdem matrimonii, si extant: & iudicium de moribus est sublatū: & aliæ causæ ad diuortium sunt additæ. Salyc.*

XII. Idem A. Hermogeni magistro officiorum.

IVbemus, vt quicunque mulierem cum voluntate parentum, aut si parentes non habuerit, sua voluntate maritali adfectione* in matrimonium acceperit: etiā si dotalia instrumenta non interceſſerint, nec dos data fuerit: tanquam si cum instrumētis[e] dotalibus tale matrimonium processisset, firmū coniugium eorum habeatur. Nō enim dotibus, sed adfectu[f] matrimonia contrahuntur. ¶ Si quis autem eam quam sine dote vxorem acceperat, à coniugio suo repellere voluerit: non aliter ei hoc facere liceat, nisi tanam quarta pars bonorum eius viro reseruabitur, cum erat indotata. & si filij extant, lucro illorum cedat illa quarta pars ad similitudinem dotis vel donationis propter nuptias. [INTER.] Si mulier indotata ope vel industria abortum fecerit, item si stuphas cum hominibus causa libidinis intrauerit inuito marito, item si viuente marito de contrahendo cum alio deliberauerit, eam vir dimittere potest: & dimittet ei mulier quartam partem bonorum. istæ tres causæ computari possunt inter alias causas propter quas vir diuertere potest à muliere, & retinere doté & donationē propter nuptias, iudicio de moribus mulieris hodie quiescente. olim enim propter malos mores & leues poterat maritus diuertere à muliere.

lis culpa interceſſerit, quæ nostris legibus[g] condemnatur. ¶ Si vero sine culpa eam reiecerit, vel ipse talem culpam contra innocentem mulierem commiserit: cōpellatur ei quartam partem propriæ substantię pro rata portione persoluere: vt si quidem quadringentarum librarum auri vel amplius vir substantiam habeat, centum libras auri mulieri præstet, & nihil amplius, etsi quantamcunque substantiā possideat. Si vero minus quadringentis libris auri puta substantia eius fuerit, tunc quarta pars computatione facta puræ[h] substantiæ eius vsque ad minimam[i] quantitatem mulieri detur: ¶ Eodē modo seruando & in mulieribus quæ indotatæ constitutæ, si sine culpa mariti constitutionibus cognita eos repudiauerint, vel ipsę culpam innocenti marito præbuerint: vt ex vtraque parte æqua lance[k] & æquitas & pœna seruetur: Hoc lucro quartæ partis, filiis quidem non extantibus, ipsi viro & mulieri competente, & ab his quomodo voluerint, disponendo: Filiis autem & deinceps personis ex eodem matrimonio interuenientibus, eis seruando ad similitudinem dotis, & propter nuptias donationis per omnia quæ super his statuta sunt.[l] ¶ Inter culpas[m] autem viri & vxoris cōstitutionibus enumeratas, & has adiicimus, si forte vxor sua ope vel industria abortum fecerit, vel ita luxuriosa est, vt commune lauacrum cum viris libidinis causa habere audeat: * vel dum est in matrimonio, aliū maritū sibi fieri conata[n] fuerit. & in his enim casibus* locum habere cōstitutiones sancimus, quæ de culpa tam mariti quàm vxoris loquūtur: vt quemadmodum dos vel donatio propter nuptias perit, ita & mulieres indotatæ in quartam partem, quam & viris & mulieribus ex hac lege destinauimus, amissionis periculū su-

a *Adfectu.* vt &. ſ. de donatio. ante nup. l. fin. & .ff. de reg. iur. l. nuptias. & de dona. inter vir. & vxo. l. cum hic. §. si mulier. & in authē. de nupt. §. nuptias itaque. coll. iiij. contra argu. xxx. q. v. c. nullum.

b *Cum instrumentis.* vt &. ſ. de nup. l. neque sine. & l. si vicinis.

c *Adfectu.* vt &. ſ. de donatio. ante nup. l. fin. & .ff. de reg. iur. l. nuptias. & de dona. inter vir. & vxo. l. cum hic. §. si mulier. & in authē. de nupt. §. nuptias itaque. coll. iiij. contra argu. xxx. q. v. c. nullum.

d *Nostris legibus.* ſ. l. proxi. & ſ. eo. l. consensu. quam. l. consensu. suam facit per approbationem: vt. ſ. de vete. iure enuclean. l. j. §. merito.

e *Pura.* id est deducto ære alieno: vt. ff. de iure dotium. l. mulier bona omnia.

f *Ad minimam.* id est in qualibet re etiam minima habet quartam. Alij sic: id est si paruam substantiam habeat: & tunc non puniatur in quarta ista. Accursius.

g *Æqua lance.* non ergo debent ad impāria iudicari: vt &. xxxij. q. j. c. si quis. hodie autem vir hanc quartam non habet, si vltra tres liberos habeat: sed pro numero liberorum: vt in authen. vt lic. ma. & auiæ. §. quia vero quædam. colla. viij. quę hāc corrigit: sed illa corrigitur per aliam: vt fra. fi. §. fi. col. ix. & sic redimus ad hanc legē. Acc.

*Vir & vxor ad impāria iudicari non debent.*

** aliàs, gaudeat.*

** causis.*

h *Inter culpas.* has tres culpas refert in authen. de nupt. §. has itaque. & ad idem. xxxij. q. ij. aliquando.

i *Conata.* id est tractauit de habendo alium virum. Accursius.

a *Iudicio.* nunc tractat de vltima parte rubricæ. Accursius.

b *Abolito.* quod fuerit illud iudicium, ignoramus. Sed dicamus quòd multi mali mores & leues, vt inebriationes, & similes, inducebant solutionē matrimonij: quod hodie non est: vt hic, & ſ. de rei vxo. act. l. rem. in princ. §. taceat. & ff. solu. matri. l. rei iudicatæ. §. j. in fin. §. *ADDITIO.* Intelligas q̄ istud iudicium de moribus est sublatū quantum ad detractionem seu compensationē dotis. Non autē est sublatum quin maritus adhuc possit vxorem male morigeratam castigare: vt. vij. q. j. sicut alterius. moderate tamen: vt ibi notatur per glos. j. & .xxiij. q. iiij. duo ista.

*SOLVTO MATRIMONIO &c.*

*De solutione matrimonii dixi, post quā dos repetitur. sic de hoc dicamus: & dic petatur, id est repetatur. sic. ff. de pigno. act. l. petenti. vbi ponitur pro repetenti. Accursius.*

*Vbium.*] *CASVS.* Si mulier marito suo ancillas æstimatas in dotem dederit, & eas stipulata fuerit sibi reddi in casu sol. matri. si extarēt: vel si non, æstimationem earū: & ancillæ dotales peperunt: an partum cum matre maritus restituere debeat, quæritur? Dicitur quòd sic.

c *Ex stipulatu.* hodie semper fingitur stipulatio, olim autem si interceſſerit stipulatio. Sed videtur partum apud virum remanere: vt. ff. eo. l. pe. §. mancipia. quæ est contra. Solu. ibi obligauit se vir quocunque modo perirent mancipia: ideo lucratur partum. hic sic se obligauit ad istam æstimationem, si sua culpa non extarent: non autem de fortuito casu, secundum Io. vel ibi fuerunt æstimata, vt eodē precio rederentur, licet deteriorentur. hic autem restitui debebant ipsa qualiacunque essent: aliàs si non extarēt, tunc æstimatio. vel ibi fuit vera æstimatio facta, hic non: vt. ſ. de iure dot. l. si inter. & sic concor. ſ. de rei vxo. act. §. cumque. vel ibi electio fuerat seruata viro restituēdi res, vel æstimationem, hic mulieri: vel hic actum fuit expresim vt partus restitueretur: ibi non. Item aliud contra. ff. de iur. do. l. si mancipia. vbi similiter partus remanet apud virum. sed solue eodem modo vt superius dictum est.

*Ancilla si detur in dotē, soluto matrimonio cum partus erit partus.*

*SEcundum.*] *CASVS.* Si pater pro filia dotem det, & viro pater filiæ succeſſerit, & omnia bona sua ob aliquod delictum confiscata fuerint: an dotem suam à fisco filia petere possit, quæritur? Dicitur quòd sic. nec obstat quòd pater succesit generaliter, & sic actio de dote sit confusa: quia bene præiudicat quo ad patrem, non quo ad filiam extincta erat actio.

d *Rationem iuris.* nam vult ius fiscum teneri ad dotem: vt hic, & ff. solu. ma. l. si marito. in princip. & j. de bo. proscrip. l. si vt proponis. & l. si deportatus. & l. fi. & ff. de vsur. l. cum de in rem. in fin. & hoc cum fiscus succesit viro: hic autem succesit viri hæredi, scilicet patri mulieris: quod tantundem valet, cum hæres hæredis & c. vt. j. de hæredibus instit. l. fin.

*Hæres hæredis est hæres testatoris.*

e *Extiterit.* sicque videbatur actio dotis confusione sublata. quod est verū quo ad patrem, nō quo ad filiā. & hoc subiicit, attamen & c. cui cū patre actio cōmunis erat: vt. ff. sol. matri. l. ij. §. j.

f *Cum & ipse.* bene dico tacitam exactionem non præiudicare filiæ: quia nec expressa: vt hic, & ff. solu. matri. l. non solum. & l. ij. §. j. & ff. de sol. l. qui hominem. §. si gener. & ff. de iure dot. l. post nuptias. & ad legem Falci. l. pater filiam. & j. cod. l. filiæ. nisi in casibus: vt. ff. solu. matri. l. si cum dotem. §. eo tempore. & l. dotem. & ſ. de nupt. l. si vt proponis. ij. Est autem tacita exactio, cū quis suo debitori succedit: vt & facit hic pater genero: vt. ff. de euic. l. si ei cui vendidi. §. si is qui fundum.

*Exactio tacita*

*SI ignorans.*] *CASVS.* Si mulier ignorans seruo se copulauit, quem credebat liberum, & dotem dederit: & ille pronūcitus fuerit seruus: an dotem de peculio repetere possit, quæritur? Dicitur quòd sic: & filij nati ex contubernio, ingenui sunt: quia ex matre libera nati: sed spurij erunt. nam sicut vulgo concepti spurij sunt, ita nati ex seruo.

g *Si ignorans.* secus si sciens: vt not. ſ. de condic. ob cau. l. j. in simili casu: licet alij contra.

h *Dotem.* quo ad tuam opinionem.

i *Recipies.* & si quidē res extant, vel aliæ ex his emptę, præfertur ip si domino. si non extāt, præfertur cæteris creditoribus, non autem domino: vt. ff. eo. l. si cū dotem. §. fin. & l. seq. & ff. de pecul. l. ex facto.

k *Ex libera.* matre. & facit instit. de inge. in Lóbarda de his qui in serui. al. se. de. l. pe. sed vltima est contra.

l *Incerto.* quia nullus est inspecto iure ciuili: vt. ff. de reg. iur. l. quod attinet. & sic non est matrimonium: vt in authen. de nupt. §. si vero decretum. & §. seq. colla. iiij. & facit. xxix. q. ij. c. si quis ingenuus. & c. perlatū. Item nota ex hac lege quòd vxor ducit virum.

*Dos.*] *CASVS.* An pater dans dotem pro filia, ea decedente in matrimonio, & in sua potestate constituta possit dotem repetere, quæritur? Dicitur quòd sic.

m *Filiafamilias.* & sic erat in potestate. nam secus si emancipata: vt diximus. ſ. de rei vxo. act. §. extraneum. hic autem illud quęritur, si sunt filij ex eo matrimonio, an nihilo minus habeat locū læc lex? Io. & B. & Azo, & nos quòd sic: nisi sit factum pactum retentionis. ff. de pa. do. l. si pater dotem. & pro nobis est. ſ. de rei vxo. act. §. fileat. & d. l. si pater dotem. & ff. de iure dot. l. iure. in princ. & j. de bo. quæ lib. l. ij. & ff. rem ra. ha. l. fi. in princ. & ff. de eiic. l. pater. & ff. solu. matri. l. si ab hostibus. in princ. & ſ. de neg. gest. l. quod in vxorem. & de iure do. l. auia. & ff. de in rem ver. l. & ideo. in fin. & l. sequen. & ff. ad Mac. si filiusfa. in id. Item probatur hoc aperta ratione. nam actio quę acquiritur extraneo dāti dotem ex pacto, vel stipulatione, acquiritur patri ex ipsa lege: sed extraneus repetit dotem mortua muliere etiam interuenientibus liberis: ergo & pater. Item actio de dote communis est patri & filiæ. vnde vel patre mortuo, vel filia emancipata, ad solam mulierem pertinet etiam exhæredatam: vt. ſ. de rei vxo. act. §. videamus. ergo & filia mortua dos generaliter ad patrem pertinet. M. autem dixit contra: & hanc & alias prædictas intelligebat liberis non existentibus. & pro eo instit. de hære. quali. & diffe. §. sui. & ff.

*Dos ex causa*

II. Iidem AA. Aquiliæ.

SEcundum rationem iuris [d] existimas restitui tibi debere dotem à fisco, qui bona dām nati patris tui susceпit. Licet enim viro quondam tuo pāter tuus hæres extiterit, [e] attamen iuri tuo hoc derogare non potest: cum & ipse [f] pater sine vō luntate tua nec exigere nec accipere dotem poterat. Dat. Prid. Non. April. Apro & Maximo Conss.

*Liberi nati ex matrimonio putatiuo, sunt spurii. Bald. Vel sic: Dos data seruo quem liberum esse putauit repetitur: sed filii nati licet sint ingenui, dicuntur spurii. Sal.*

III. Imp. ANTONINVS. A. Hostiliæ.

SI ignorans [g] statum Erotis, vt liberum duxisti, & dotem [h] dedisti, isque postea seruus est iudicatus: dotem ex peculio recipies, [i] & si quid prætērea eum tibi debuisse apparuerit. ¶ Filij autem tui, vt ex libera [k] nati, incerto [l] tamen patre, spurij ingenui intelligūtur. PP. III. Kalend. Septemb. Læto & Cæreale Conss.

*Dos quæ procedit à patre, debet ad eum reuerti. hoc dicit. Vel sic: Per obitū filiæ dos data à patre, reuertitur ad patrem. Bald.*

IIII. Imp. ALEXANDER. A. Apollonio.

DOs à patre profecta, si in matrimonio decesserit mulier filiafamilias, [m] ad patrē redire debet. PP. XVIII. Kal. Septemb. Fusco & Dextro Cōss.

BIU Cujas

sui.&.ff.de lib.& posthu.l.in suis.Item &.j.de coll. illam. sed ibi respon. Sed M. opinio vsu prævalet: quia hæc lex intelligitur si decedat sine liberis. *ADDITIO.* De hac quæstione vide latius per Bar.in.l. post dotem.ff.eo.tit.in versi.quinto quæro quid in dote &c. vbi concludit quòd de iure indistincte dos reuerti debet ad maritum.subdés ibi vtilitatem istius disputationis, si de iure, aut de cõsuetudine dos reuertatur.

*Captiuitas vxoris non facit locum repetitioni dotis: sed eius mors naturalis.Salyc.*

V. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. & VALERIANVS C. Tauro.

SI quidem viuit apud hostes vxor tua: nondum frater eius quasi hęres dotem repetere potest. ℣ Si verò diem functa est, [a] & hæreditatem eius possit vindicare: [b] dotis quoque repetitio ei iure competit, cum in stipulatum [c] deducta sit.PP. II. Non. Maij, Aemyliano & Basso Conss.

*In dote agitur ad recipiendum. Bal.Vel sic: Tam marito quàm vxori ꝛ rei dotalis æstimatione decepto succurritur.Salyc.*

VI. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIANVS.AA. Alexandræ & Neroni.

SI circunscripta matre vestra, viliore precio dotales res æstimatæ sunt: quid super huiusmodi contractuum vitio statutum sit, vulgo patet. Proinde [d] si dolosis [e] artibus mariti circunuentam matrem vestram,ínque ea æstimatione circunscriptam, apud presidem prouinciæ euidentibus probationibus ostenderitis: [f] quandò [g] vobis possidentibus ad obtinenda prædia etiam doli mali exceptionis potestas opituletur: [h] sciet quatenus religionem iudicationis suæ temperare debeat. [i] ℣ Sin autem etiã maritus in æstimatione grauatum se alleget: veritate examinata,non amplius quàm pretium iustum [k] restituere cõpelletur. [l] ℣ Hæc tum locum habent, [m] cũ res in natura sunt.si tamen extinctæ sint: precium quod dotali instrumẽto inditũ est,cõsiderabitur.PP.VII.Kal. Nouemb.ipsis.AA.Conss.

*Pater non potest adimere filiæ dotem. Bald.Vel sic:Pater auferre potest filiæ profectitia quæ non sunt dotalia.Salyc.*

VII. Iidem AA.& CC. Erotio.

FIliæ pecuniam [n] adimere quam habes in potestate, minime prohiberis.Nam si pro ea dotem dedisti:hanc constante matrimonio, ne cõsentiente quidem ipsa: matrimonio autẽ dissoluto, eadem inuita repetere non potes. [o] S.V.Id. Febru. Sirmij.CC.Conss.

*Pinguior fortuna mariti facit quòd potest denuo conueniri ad residuũ dotis. Bald. Vel sic: Exceptio ne quis teneatur vltra quàm facere possit,non prodest ei qui postea diues factus est: nec ad hæredes transit. Salycetus.*

VIII. Iidem AA. & CC. Sallustiæ.

NEc maritus, licet post diuortium in quantum [p] facere possit condemnandus est postea idoneus factus, qui non reddiderat integrũ, residui ꝓbabiliter solutionem recusat. [q] At cum eius hæredes [r] in solidum cõueniendos [s] non ambigatur: [t] ne cum his soluendo factis experiri non possis, superstitiosam geris solicitudinem. Dat.XIII. Kalend. April. Sirmij.CC.Conss.

---

*Mortuũ esse a viro quemadmodum probetur.*

a *Functa est.* sed quomodo probat eam defunctam?an erit necessarius testis qui mortuam viderit,vel sepelierit? Dico secundum H. famã solam ad hoc sufficere.si ergo sint alii qui qui testificẽtur ꝙ sic se publica habet fama in ciuitate sua ꝙ ipsa mortua sit, sufficit. nam aliter quomodo probaretur, secundum Bul.& Io.mortuum esse?& sic innuit lex. j. de capti. l.nec nos præteriit.sed R. aperte dicit probari debere.

b *Vindicare.*beneficio legis Cornelię:vt.j. de legi.hæredi.l.si is.&.ff. eod.l.si ab hostibus. in prin.Accursius.

c *Cum in stipulatũ.* maxime. nam idem si non fuit stipulatus ipse frater vel illa:quia tacita ei quęritur,quę ad fratrẽ hęredẽ peruenit: vt.ŝ.de rei vxo.l.j.§.accedit.& melius in.§.illo proculdubio.

*Si circunscripta.*] *CASVS.* Si maritus res sibi datas in dotem æstimauerit, & mulierem circunuenerit æstimando minori precio quàm valuerint: filij si eas possideant,habebũt excep.multo magis actio.ad æstimationem,non autẽ ad res si extant.& hoc in prima.Si vero vir dicat se circũuentum in æstimatione à muliere facta vltra iustum precium,non tenebitur nisi ad verã æstimationem.& hoc in secunda. Ista locum habent cum res extant. si vero precium in dotali instrumento comprehensum sit, considerabitur si vir dolose non fuerit versatus.& hoc in tertia.

d *Proinde.* id est ergo.

e *Dolosis.* quo casu debet purgari dolus omnino : vt.ff. de iure dot.l.iure.§.fi.&.ŝ.quib.ex cau.maio.l.in contractibus.

f *Ostenderitis.* vos hæredes matris.

g *Quandò.* id est quia.

h *Opituletur.* Nota,cui datur exceptio,eidẽ datur & actio:quod tamen fallit in multis:vt.ff.de condic.inde.l.ex quibus.

i *Debeat.* faciendo ipsa prædia restitui.

k *Iustum.* arg.ad hoc quòd cum emptor se grauatum allegat,iustum precium restituendum sit.

l *Compelletur.* siue extet res,siue non.

m *Locum habent.* quod hic vsque in finem dicit, refertur ad id scilicet, proinde si dolosis artibus &c. & sic parcitur marito in hoc casu,vt licet dolo mariti circunuẽta sit vxor, tamen quando A res non extant, non tenetur ad iustam æstimationem communem præstandam,sed ad conuentam. Alij legunt superiorem literam sic:proinde si maxime dolosis artibus &c.& sic istud referunt ad subauditum casum, per istud verbum, maxime : scilicet quando non fuit vir in dolo.hoc enim placet:sed si fuit in dolo, etiam ad iustam tenetur æstimationẽ : vt.ff. de iure do.l.si res.§.Scęuola.& in hoc casu,sci licet quando non fuit vir in dolo,generaliter accipiat mulier illam conuentam æstimationem: etiam si sit minus dimidia iusti precij: [a] cum si æstimatio facta non esset, nil haberet: vt.ff.de iure dot. l. si res.§. quòd si decesserit.&.§.cæterum.Fallit ergo hæc lex, id est finis huius legis,cum vir fuit in dolo : vt dixi.ŝ. Item & cum mulier est minor: vt.d.l. si res. §. idemque.Item & quando inueniebat tempore donationis emptorem plus offerentem:vt eo.l.si res.§. plane. Sed illud intellige in minore,non maiore: vt ea.l. subiicitur,idque dumtaxat &c. Item in quarto, quando scilicet est minor mulier, & extat res:nam restituitur, vt iustam æstimationẽ habeat:vt dicta. l.si res.§. si mulier.& hoc si in ęstimatiõe sit deceptio. si autem in hoc quòd dedit illam rem aliàs non datura,tunc ad ipsam rem.vel si non extat, ad iustam æstimationem:vt in.d.l.si res. §.j.Accursius.

a *Placet Sa lyc. remittenti ad nota per se in.l.2.C. de rescind.vẽ. in.14.q.*

*Filiæ.*] *CASVS.* An pater pecuniã quã dedit filiæ in sua potestate cõstitutæ, adimere possit,quæritur? Dicitur quòd sic, nisi profilia eam in dotem dedisset : quo casu ea inuita adimere non posset solu. matri. nec ea consentiente constante matrimonio.

n *Pecuniam.* quam ei donaueras tu pater non in dotem . nam si sic,non posses adimere:vt in fine huius legis.

o *Non potes.* fauore dotis hoc speciale permittitur: vt hic, &.j. de colla. l. dotis. & .ff. solu. matri. l. ij. §. j. & quod dixi supra eodem.l.ij.

*Nec maritus.*] *CASVS.* Maritus licet sol.ma.in quantum facere potest condẽnandus sit, tamẽ facto eo postea idoneo, in residuum conueniri potest:nec solum ipse,sed eius hæredes in solidum conueniri possunt.& si sint non soluendo,sed postea facti fuerint soluendo,poterunt conueniri. hoc intellige in hæredibus extraneis.secus si essent sui.

p *In quantum facere.* vt.ff.sol.ma.l.maritus.&.ff. de re iudi.l.nõ tantum.&.l.seq.Sed hoc in casibus duobus fallit, quibus tenetur in solidum:vt not.ŝ.de rei vxo.act.§.cum autem.

q *Recusat.* vt.d.§. cum autem. &.ff. pro socio.l. verum.§. item videndum.Accursius.

r *Hæredes.* extraneos tamen.

s *Conueniendos.* etiam si pauperes sint.

t *Non ambigatur.* quando non sunt sui:aliàs secus:vt.ff.sol. ma. l.etiam.&.ff.pro socio.l.verum.§.patri.

*Dotis.*] *CASVS.* Mulier solu. ma actione sibi competenti dotem repetere debet,nec propria auctoritate potest ingredi res dotales hæredibus mariti non consentientibus.

*Conuenire*

BIU Cujas

a *Conuenire debes.* vt & supra de hære.act.l.hæredem.
b *Facultatem.* vt.ff.de acquiren.pos.l.si ex stipulatione. & supra vt ne.li.si.iud.au.sig.impri.re.quas al.de.l.j. Sed his duob⁹ casib⁹ quos hic excipit, potest, scilicet cũ iudice, & ex conuentione: vt.j. de pig.l.creditores.&.ſ.de pig.act.l.pe.

*SI socero.*] CASVS. Si pater mulieris dedit dotem socero filiæ suæ, licet gener sit mortuus in potestate sui patris, solu. matri. socer, idémque pater mariti, non quatenus est peculium, sed in solidum pro dote restituẽda cõuenietur, consentiente filia.
c *Si socero.* qui est pater generi.
d *In solidum.* habita tamen ratione ne egeat: vt. ff.de re iudi.l.non tantum.&.l.sicut.& facit.ff. solu.ma.l. si cum dotem.§. pe. &. l.ij. & de pecu. l.depositi.§.j. & supra de rei vxo.act. §.extraneũ. &.ff.fa.ercis.l.fundus.ij.in prin.

*SI constante.*] CASVS. Si vir constante ma. in fata concesserit, mulier dotem de bonis suis profectã petere potest: nec hæredes defuncti aliquid sibi poterũt vindicare.
e *Data dicitur.* i.à datione cœpisse.
f *Vel promissa.* i.à promissione cœpisse. si enim tantum esset promissa, non repeteretur.
g *Facultatibus.* maxime: vt.ſ.de rei vxo.act. §.accedit.
h *Vindicare.* id est retinere.

*SI DOS CONstante &c.*

*Dos etiã cõstãte matrimonio quãdoq; redden da est.*

*Quia non solum soluto matrimonio redditur dos: vt supra titu.j. sed etiã durante quãdoque: ideo de hoc dicit. In quo dic: constante matrimonio maritus dotem restituit ex causa necessaria quandoque, & quandoque ex causa probabili, & quandoque sine causa. ex causa necessaria: vt cum maritus fit non soluendo: vt supra de iure do.l.vbi. Vel cũ maritus deportatur, & vxor retinet affectionem: vt supra de repu.l.j. Ex causa probabili: vt in casibus enumeratis.ff.de iure dot.l.mutus.§.manente.&.ff.so.ma.l.quãuis.&.l.seq. Superiori ergo casu ex necessitate: secundo ex voluntate viri redditur. Sine causa autem redditur: vt in hoc tit.& tunc quia donatio præsumitur, redditur viro.*

*SI constante.*] CASVS. Maritus constante ma. dotem reddidit mulieri: non valet redditio: quia instar habet donationis, quæ prohibetur fieri inter virum & vxorem. Si ergo ea decesserit, ab eo tempore quo maritus dotem reddidit, fructus dotis marito restituentur cum dote, ita tamen ne proprietate alienet maritus, sed salua sit liberis ex eo natis.
i *Legitima.* quæ multæ sunt: vt.ff.de iure dot.l.mutus.§. manẽte.
k *Perspicitur.* id est præsumitur: vt in authen. de nupt. §. dotes. colla. iiij.
l *Cum fructibus.* mala fide perceptis. alioquin contra: vt. ff. de vsuris. l. fructus percipiendo. &.ff.de acquir. poss.l. quod vxor viro.&.ff.de dona.inter vi.& vxo.l.de fructibus.

*Soluto matrimonio dominium rei dotalis reuertitur ipso iure, sed non possessio: & ideo non potest ingredi eam sine iudicis auctoritate. Bald. Vel sic: Quis nõ debet propria auctoritate ingredi possessionem rei sibi restituendæ: sed actionem sibi competentem intentare. Saly.*

IX. Iidem AA.& CC. Martiæ.

DOtis actione successores mariti super eo quod ei dotis nomine fuerat datũ, conuenire debes [a]. Ingrediendi enim possessionem rerum dotalium, hæredibus mariti nõ consentiẽtibus, sine auctoritate cõpetentis iudicis nullam habes facultatẽ. [b] S. Dat. VIII. Kal. Nouembr. CC. Conss.

*Socer qui recepit dotem pro filio, tenetur eam restituere. Bald. Vel sic: Pater recipiens dotem pro filio, ad eius restitutionem tenetur in solidum, non de peculio. Saly.*

X. Iidem AA. & CC. Epigono.

SI socero [c] filiæ tuæ dotem dedisti: licet in eius positus potestate gener tuus rebus humanis exemptus sit: tamen non de peculio, sed in solidum [d] à te, consentiente filia, conuentum eum satisfacere oportet. S. VII. Id. Nouembr. Heracliæ. CC. Conss.

*Quando mulier superuiuit, refectio dotis debet ei fieri integraliter. Bald. Vel sic: Mortuo viro res debet integra restitui mulieri. Salycetus.*

XI. Imperatores HONOR. & THEODO. AA. Mariniano præfecto prætorio.

SI constante matrimonio maritus fatali fuerit sorte consumptus: dos quæ data dicitur [e] vel promissa [f] ex eius vxoris facultatibus [g], ad eandem reuertatur: nihílque sibi ex hoc defuncti hæres audeat vĩdicare [h], quod ad mulierem recurrere fecit obit⁹ maritalis. Dat. Noñ. Decemb. Rauennæ, Honorio VIII. & Theodosio. III. AA. Conss.

*TITVLVS XIX.*

SI DOS CONSTANTE matrimonio soluta fuerit.

*Dos constante matrimonio non potest vxori restitui: restituta cum fructibus interim perceptis repetitur. Saly.*

I. Imperatores HONOR. & THEODO. AA. Mariniano præfecto prætorio.

SI constante matrimonio à marito vxori dos sine causa legitima [i] refusa est: (quod legibus stare non potest: quia donationis instar perspicitur [k] obtinere) eadem vxore defuncta, ab eius hæredibus cum fructibus [l] ex die refusæ dotis marito restituatur [m]: ita vt proprietas eiusdem liberis ex eadem susceptis cõpetens, alienari contra leges à marito non possit. Dat. V. Non. Nouẽbr. Honorio. VIII. & Theodosio III. AA. Conss.

*TITVLVS XX.*

NE FIDEIVSSORES VEL mandatores dotium dentur.

*Satisdatio pro dote conseruanda non debet dari: & si est data, non tenet. Bald. Vel sic: A parte viri fideiussor vel mandator non debet dari vxori pro dote conseruanda. Salycetus.*

I. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. Cynegio præfecto prætorio.

SIue ex iure, siue ex consuetudine [n] lex proficiscitur, vt vir vxori [o] fideiussorẽ seruãdæ dotis exhibeat: tamen eã iubemus aboleri. Dat. VIII. Nonas Septembr. Eucherio & Syagrio Conss.

m *Restituatur.* scilicet dos. Sed nónne vir cũ debeat nunc reddere, dolo facit quòd petit: vt. ff.de except.do. l.dolo? Respon. repetit mobilia, vt gregem: vt sic vsque ad annum teneat. & sic non potest hæc lex habere locum secundũ eos in immobili. Alij dicunt repeti, vt sic pro fructibus præteritis habeat retẽtionem: vt arg.ff.de condic.inde.l.qui exceptionem. §.si pars. Tu dic secundum quod Iustinianus intelligit, q̃ pactus erat de dote lucrãda vir, & secundam (prima mortua) accepit vxorem: vnde liberis quos ex ea habuit, seruare debet dotem: vt probatur hic intellectus in authen.de nup.§.dotes. colla. iiij. vbi hæc lex recitatur.& facit supra de secun. nup.l.fœminæ. hodie tamen per posteriorem authenti. etiam si secundam non ducat, debet conseruare liberis: vt in authen. neq; vi. quod ex dote. §.præterea. coll.viij.

*NE FIDEIVSsores &c.*

*Contra virum & eius hæredes agitur: vt supra tit.ii.l. dotis. nunc contra fideiussorem, vel mandatores, qui nõ tenentur.*

*SIue.*] CASVS. Lex scripta siue consuetudo quæ iubet vt maritus debeat vxori fideiussorem de conseruanda dote dare, aboletur. & non solum non debet dare fideiussorẽ, sed nec mandatorem, nec à marito, vel patre, vel aliis qui dotem suscipiunt, est exigenda cautio: quia ex quo mulier marito se committit sine fideiussore, & dotem & alias res suas potest committere.& h.d.cum.l.ſe.

n *Siue ex consuetudine.* ob errorem inducta: vel ante hanc legem.
o *Vir vxori fideiussorem.* In primis videtur contra. ff. de iur. do.l.cum dotis.quæ & sequenti legi similiter contradicit. Solu. ibi vir accepit, quod potest: hic vxor à viro, quod non potest. Secũdo quid de pignore? videtur sec⁹: cũ & omnia sint obligata, nisi dicas ab extraneo amico mariti dari: quia tunc idem quod in fideiussore videtur: vt arg.j.l. proxi. vbi omnem satisdationem prohibet. Item an ante matrimonium potest dari scilicet sponsæ? videtur q̃ sic: cum de viro & vxore tantũ hic dicatur: vt arg. ſ.de dona.ante nup. l.si ante. Sed tu dic idem quod iam in vire, cum in eum casum obligatio cõferatur: vt.ſ.de dona.ante nupt. l.quod sponsæ. Item an post solutum matrimonium potest dari? Respon. sic: vt.ff.solu.ma.l. si constante.§.quotiens. & except.l. exceptiones.ij. respõ. &.ſ. de rei vxo.act.§.cum autẽ in exactione. Item an alius potest pro viro dotem accipere, & se obligare? quod videtur: vt.ſ.de do.cau.l.fi. Econtra q̃ non: vt.j.l.proxi. potest dici, vt cum viro accipiens teneatur: vt ibi. solus accipiens non: vt in.l.proxi. immo tenet vtrobique, cum non est satisdatio: nisi quando alterum est accessorium. Item si extraneus dat dotẽ & stipulatur, an potest accipere? quod videtur: quia de viro & vxore hic dicitur. Vel forte idem quod in vxore dante, vel patre eius,

eius, cum eadem sit æquitas: vt arg. ĩ. ad. l. Fal. l. fina. Item si ipse vir dat, an teneatur fideiussor? Videtur q̃ non, per. l. istam & sequentem. Sed quidam dicunt vt dari non oporteat: datus tamen teneatur: sicut in tutore testamentario, qui satisdare nõ tenetur: si tamen satisdederit, tenet: vt. ff. de fideiuss. l. Græce. §. à tutore. Alij sic distinguunt, an ab errãte, an à sciente detur. arg. ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. fin. Alij sic distinguunt, an det q̃ dote dãda ab vxore viro, vel restituenda à viro vxori: & tunc dicunt teneri: vt. ff. de iure do. l. cũ dotis. an vero detur q̃ ea seruãda quasi maritus sic se habeat in administratione patrimonij sui, vt non fiat inops: & tunc nõ tenetur. & sic loquit hic titul⁹. nã dicit hic, seruandæ. q̃ opinio est probabilis. & sic dãtur ciuitate ista. Sed Azo dixit & nos, nullo modo teneri: vt. ĩ. de leg. & cõsti. l. nõ dubiũ. & ff. de fideiuss. l. cũ lex. Itẽ an pót renũciari huic titulo: quod dicũt quidã ex generali regula ĩ. de pac. l. si quis in cõscribẽdo. Sed Azo dicit q̃ nõ, in primis ex ipsa rubrica, q̃ prohibitoria est: vt. ff. ne qd in lo. pu. l. ij. in prin. & ij. rũ. sicut & aliàs. ĩ. ne Christia. mã. & aliàs. ĩ. ne quis in sua causa. in quib⁹ casib⁹ nõ potest renunciari: nec ergo hic. est enim bonũ arg. ex rubrica: vt. ff. si cer. pe. l. j. Itẽ sicut prohibet rubrica viro ne det: sic textus vxori, ne accipiat. si ergo contra fiat, nõ valet[a]: vt. ĩ. de legi. & cõsti. l. nõ dubium. & ff. de dona. inter virum & vxorem. l. iij. ĩ. sciendum. Item & pro hoc. ff. de arb. l. sed si in seruum. §. si quis iudex.

a *Generali. Constitutionem.* ĩ. l. proxi.

b *Mandatum.* vbi potest aliàs satisdatio esse, ibi & mãdatum: vt. ff. man. l. si hæreditatem. §. & in summa. sic ergo vbi prohibetur alia, & mandatum: vt hic dicit.

c *Suscipiunt.* contra. ĩ. de do. cau. l. fin. Item contra. ff. de iur. do. l. cum dotis. sed superiori lege soluimus.

d *Credendam.* simile arg. ĩ. de pac. con. l. hac generali. &. ĩ. de testi. l. siquando. in prin. &. j. qui po. in pig. ha. l. fi. & in decre. xij. quæst. j. præcipimus.

*RERVM AMOTARVM.*

*De dotis petitione plene dictum est: sed quia in ea sæpe rerum amotarum obiicitur compensatio: vt infra. e. l. j. supponit de rerum amotione, & actione, quæ dicitur rerum amotarum. Azo.* *Hæc actio datur cũ mulier amouit consilio diuortii, & secutũ diuortium sit: vt. ff. eo. l. rerũ. ij. & si cũ nõ fiat diuortium, hodie iure canonum nõ habet locũ, nisi vtilis, quando causa speratæ mortis vel diuortii amouit, & secuta nõ fuit: vt. ff. eo. l. si mulier. nec potest dici habere locum vbi ratione sanguinis fit separatio: cum ibi non tenuerit matrimonium: vt. ff. eo. l. si concubina. furti autem actio cessat, secundũ Io. nisi pro contractione postea facta ex fauore matrimonii: vt. ff. eo. l. j. &. ii. &. iii. in prin.*

C*ompensationis.*] *CASVS.* Si mulier res mariti surripiat, & diuertat, postea dotẽ petat: an vir possit cõpensare res amotas cum dote, quæritur? Respon. q̃ sic. alioquin mulier nisi res amotas restituat, non audietur.

e *Constiterit.* teneri ex alia causa, quàm dotis.

f *Tui iuris.* quia vel tuæ sunt, vel tuo periculo: vt &. ff. e. l. si concubina. §. fi. & concor. ĩ. de cõpen. l. neque. Sed contra. ĩ. de rei vxo. act. §. sed neque ob res. Sol. hic ex alia causa quàm dotis vir debebat. vel hæc per illam corrigitur. Vel hic de dote in quantitate, ibi autem in specie.

*verò constante competit in factum. Saly.*

II. Impp. DIOCLE. & MAXIMIA. AA. & CC. Sereno.

DIuortij causa rebus vxoris à marito amotis, vel ab vxore mariti: rerum amotarum edicto perpetuo permittitur g actio. Constante etenim matrimonio neutri eorum neq; pœnalis[h] neque famosa[i] actio cõpetit, sed de dãno in factum[k] B datur actio. Dat. V. Kal. Octob. ipsis AA. Conss.

*Successores mulieris tenẽtur actione rerũ amotarum, quatenus ad eos peruenit. Bald. Vel sic: Actio rerũ amotarũ datur cõtra hæredes quatenus ad eos peruenit. Salyce.*

III. Idem AA. & CC. Quartino.

DE rebus quas diuortij causa quondam vxorem tuam abstuliste proponis, rerum amotarum actione contra successores eius non in solidum, sed in quantũ ad eos peruenit[l]: quòd si res extent, dominij vindicatione vti nõ phiberis. Dat. V. No. Decẽb. ipsis. AA. Cõss.

C *TITVLVS XXII.*

NE PRO DOTE MVLIERIS, bona quondã mariti addicantur, id est in solidum dentur.†

*In dote exigenda debet iuris ordo seruari, non citra solennitatem debent vxori bona addici. Saly.*

VI. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Apollinariæ.

VT vxori pro dote

*Diuortii.*] *CASVS.* Dicitur in hac. l. quòd facto diuortio, rerum amotarum actio datur: quia matri. constan. famosa nec pœnalis alterutri eorum cõpetit actio: sed in factũ pro damnis datis.

g *Permittitur actio.* secuto diuortio: vt. ff. e. l. rerũ. ij. nõ autẽ durãte matrimonio: vt hic subiicit, constante &c.

h *Neque pœnalis.* est ergo hæc pœnalis: & ideo constante matrimonio cessat. Sed quidam dicunt q̃ in casu datur ad quadruplum: vt. ff. eo. l. ad fiscum. qđ non placet: immo rei persecutionem continet: vt. ff. eo. l. si mulier. §. hæc actio. sed ideo dicitur pœnalis, quia iuratur in litem: & sic in plus agitur, quàm sit apud amouẽtem: vt. ff. eo. l. si cum dos. §. fi. & l. seq. & damnum quod maritus habuit, venit: vt. ff. e. l. si cõcubina. §. pe. &. l. si mulier. §. rerũ. &. l. pe. Itẽ ei quod dicit nõ dari pœnalẽ, est contra. ff. ad leg. Aquil. l. si seruus seruum. §. si cum maritus. iam actio legis Aquiliæ pœnalis est: vt insti. ad. l. Aquil. §. his autem verbis. Sol. in simplum datur eo casu, sicut & actio serui corrupti dat eo casu in simplum: vt ff. de ser. cor. l. fin. Item contra. ĩ. de fur. l. fin. §. fin. vbi etiam rerũ amotarum datur constante matrimonio. Sol. vt ibi. & idem inter patrem & filium quantum ad famosam, non quantum ad pœnalem: vt. ff. de fur. si quis vxori. §. j.

*Actio rerũ amotarum est pœnalis.*

*†aliàs ne q̃ dote mulieri bona mariti addicantur.*

i *Famosa actio.* vt furti. hæc autem nõ est famosa: quia etiã in quondam vxorem nõ daretur: vt. ff. eo. l. j. &. ij.

k *In factum.* generalis, quæ ex variis causis est inducta: vt. ĩ. de sacrosanct. eccl. l. sancimus. &. ĩ. de iure dot. l. j. vel in factum subsidiaria. l. Aquil. quæ in simplum datur. hic autem nihilo minus & directa habet locum. D

*De rebus.*] *CASVS.* Si vxor tua res amouit, & à te diuertit: hæredes eius non in solidum, sed in quantũ ad eos peruenerit, cõuenire poteris: & si res amotę extent, eas poteris vindicare.

l *Peruenit.* est enim ex delicto: vt. ff. eo. l. si mulier. §. hæc actio. & pœnalis, vt diximus supra. l. proxi. & ideo sic datur: vt hic, & supra ex delict. def. l. j. & infra de fur. l. quanuis. Sed videtur dari in solidum, sicut cõdictio furtiua: vt. ff. eo. l. cõtra nurũ. §. si post. quæ est cõtra. sed nõ per omnia cõdictioni assimilatur.

*NE PRO DOTE MVLIERIS, &c.*

*Satis patet continuatio ex præcedentibus clara.*

*VT vxori.*] *CASVS.* Si solu. matri. morte viri, mulier petat non obseruando iuris ordinem sibi addici bona mariti iure dominij pro dote: non est audienda. sed si decedente marito non soluendo, & sine successore, petit se mitti in possess. bonorum causa rei seruandæ, debitore non sibi respondente: per l. ij. ff. quibus ex causis in pos. ea. & distractis bonis, consulatur ex edicto de bonis auctorita. iud. poss. & si emptor non fuerit inuentus: vel inuentus quidẽ, sed minus idoneus: dabuntur mulieri

mulieri bona in solutum per.l.fi.de iur.do.impe.&.ff. de re iudi. l.à diuo.§.exequuntur. & est hæc forma iuris, de qua fecit mentionem lex præsens. Viuianus.

a *Addicantur.* citra ordinem iuris. sic &.ï.de iure do. impe.l.j. in fi.& de bo.auct.iudi.pos.l. si pro debito.&. l.in possessionem. & .s. de pact.l. si pacto quo pœnam.in fi.

b *Iuris formam.* quæ est vt mittaris in possessionem causa rei seruandæ, debitore non respondente, ex titulo.ff. qui.ex cau.in posses.ea. l. ij. & distractis bonis consulatur tibi: quod fit per alium titulum.ff. de bo.auct.o. iudi. pos. immo per eundem titulum: vt.l.Fulcinius.§.j. quòd si non inuenias emptorem, vel minus idoneum, etiã tibi tunc dabũtur in solutum: vt &.ï.de iure do. impe.l. fi.&.ff.de re iudi.l.à diuo.§.exequuntur.

*DE FVNDO dotali.*

*Specialiter de re inæstimata in dotẽ data dicit.*

*SI æstimata.*] CASVS. Si mulier prædium æstimatum.c. in dotem dederit,& cõuenerit vt solu.ma. eligere velit prædiũ, vel æstimationem exigere: vir alienare nõ potest obstante lege Iulia de fundo dota.quę vetat fundum inæstimatum datum alie. ari. & hoc in prima.alienationis verbo continetur omnis actus per quẽ transfertur dominiũ. hoc dicit.

† *aliàs, æstimatum.*

c *Electio.* rei vel æstimationis: secus si esset viri: vt.ff.eod.l.quòd si fundus.

d *Lex Iulia.* quę vetat fundum inæstimatũ in dotem datum alienari: vt in auth. vt lice. ma. & auiæ.§.illud.&.s.de rei vxo.act. l.& cũ lex. &.ff.eo.l.si fundum. nã pro non æstimato habetur: vt.ff.de iure dot. l.plerunque.§.fi.

† *aliàs, apud quẽ filii nutriantur.*

e *Est autem.* Bene dixi non posse alienari. est autem &c. & conuerte literam, id est omnis actus per quem dominium trãsfertur, est alienatio, vt emptio & donatio. & est sic.ff.de statulibe. l.statuliberi à cæteris seruis.§.j.in fin.quandoque etiam largius dicitur alienatio, & obligatio: vt.s. de rebus alie.non alie.l.fi.& extra de rebus ecclesiæ non alie.c.nulli. Item videtur contra.s. de vsufruc.l.interest. Solu. ibi vera fuit æstimatio illo vltimo casu, quare tenet obligatio. Ité contra.ï.de ser.pign.da.ma.l.j.Sol.speciale ibi in libertate.& facit.s.de iure dot.l.quotiens.&.ff.de iure dot.l.cum in fundo.& institu.quib.alie.licet vel non. in prin.

*Mariti.*] CASVS. Mulier partem fundi, quam habebat cõmunem cum Titio pro indiuiso, dedit in dotem,& inæstimatam.non potest vir prouocare ad communi diuidundo iudicium: quia forte adiudicaretur Titio:& sic alienaretur.quod vetat lex Iul. sed Titius potest maritum prouocare ad iudicium communi diuidundo.

f *Mariti.* idem est in sponso: vt.ff.eo.l.lex.&.ï.de bo. quæ libe. l.non sine ratione. Accursius.

*Diuisionem quidã pete-*

g *Non possunt.* idem in minore: vt.ï. de prædiis mino. l. inter omnes. & ecclesia: vt no.s. de sacrosan. eccle. l.iubemus. & hoc

addicantur[a] bona quondã mariti, iure prohibitum est. ✓ Sanè si nullo relicto successore non idoneus decesit: secundum iuris formam,[b] quatenus successionis modus patitur, indemnitati tuæ consulere non prohiberis. Dat. V. Non. Decembr. AA. Conss.

*TITVLVS XXIII.*

## DE FVNDO DOTALI.

*Vbi electio est reseruata mulieri, fundus dotalis licet æstimatus non potest alienari. Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Didiæ.

*SI* æstimata prædia in dotẽ data sunt, & conuenit vt electio[c] mulieri seruetur: nihilo minus lex Iulia[d] locum habet. ✓ Est autem[e] alienatio, omnis actus per quẽ dominium transfertur. PP. Dat. XII. Kalend. Mart. Antonino A.IIII. & Balbino Conss.

*Maritus non prouocat ad diuisionẽ fundi dotalis, sed prouocatur. Baldus. Vel sic: Alienatio fundi dotalis voluntaria est prohibita, non necessaria. Salycetus.*

II. Imp. GORDIANVS. A. Domitiæ.

*MAriti*[f] qui fundum cõmunem cum alio in dotẽ inæstimatum † acceperunt, ad communi diuidundo iudicium prouocare non possunt,[g] licet ipsi possint prouocari. PP. V. Non. Octob. Gordiano. A. II. & Pompeiano Conss.

*TITVLVS XXIIII.*

## DIVORTIO FACTO, apud quem liberi morari vel educari debeant.†

*In arbitrio iudicis est, apud quem alantur liberi facto diuortio. hodie seruatur authen. hic posita. Salycetus.*

I. Impp. DIOCLETIA. & MAXIMIA. AA. & CC. Cælestinæ.

*DIcet* neq; nostra, neque diuorum parẽtum nostrorum vlla constitutione caueatur, vt per sexum liberorum inter parentes[h] diuisio celebretur: competens tamen iudex æstimabit[i] vtrum apud patrem, an apud matrem matrimonio separato filij morari[k] ac nutriri[l] debeant. S. VIII. Kal. Iul. Veronæ. CC. Conss.

IN AVTHEN. vt liceat matri & auiæ. §. illud. colla. viij. constit. fi.

*Mater potest petere quòd pater alimentet filium. Bald. & tene menti.*

*SI* pater causam diuortij[m] præstiterit, apud matrem[n] ad secundas nuptias nõ venientem liberi nutriantur patris expensis. Si vero contra, tunc apud patrem, matris locupletis expẽsis:[o] nisi pater minus idoneus sit. tunc enim apud matrẽ locupletem nutriantur. Nam quemadmodum locupletes filij matrem alere cogũtur egentẽ: ita iustũ decernimus & à matre filios pasci. ✓ Quod de matre & filiis indigentibus dictum est, hoc quoque in omnibus ascendentibus & descendentibus[p] personis vtriusque naturæ decernimus obseruari.

*TITVLVS XXV.*

## DE ALENDIS LIBERIS ac parentibus.

*Filii diuites tenentur alere parentes. hoc dicit cum. l. seq. Salycetus.*

*DIVORTIO FACTO apud quem &c. Ex præcedentibus patet continuatio.*

*Licet.*] CASVS. Si qua lege vel constitutione non cauetur apud quem solu. matrimo. liberi vtriusque sexus ali debeant: tamen considerabit competẽs iudex, scilicet vt masculi penes patrem, & fœmmæ penes matrem alantur. Viuian.

h *Inter parentes.* scilicet vt apud matrem filiæ, apud patrem filij sint: vt & alibi.j.de custo.re. l.quoniam vnũ.

i *Æstimabit.* taliter diuidendo vt hic, nisi ex aliqua causa in contrarium moueatur: vt fi.de libe.exhibẽ.l.j.&.fi. hoc interdicto. & differt hic titu. ab illo, vbi pupilli &c. quia hic viuit pater: ibi decesit.

k *Morari.* adulti.

l *Nutriri.* pupilli. vel potest esse quòd alibi morentur, & alibi nutriantur. & facit. xviij. q. ij.c. definimus. Per authent. autem plenius dicetur, quæ sequitur, si pater &c. quæ est, vt liceat ma.& auiæ.§. illud. colla. viij.

*SI pater.*] CASVS. Hæc authen. clarificat. l.C. & dicit quòd celebrato diuortio si maritus dedit causam diuortio, & ad secundas nuptias mater non conuoluit: liberi debent educari expensis mariti apud matrem. Similiter econtra si mater præstitit causam diuortij, liberi debent educari expensis matris apud patrem, si est locuples: sed si pater non est idoneus, non tenetur filios alere: immo apud matrẽ locupletem debent alinam & filij locupletes tenentur matrem ingentem alere. & quod dictum est de matre aléda, & filiis indigẽtibus: idẽ per omnia ferueri in omnibus ascendẽtibus & descẽdentibus indigentibus alendis.

m *Diuortii.* quę multæ sunt, vt diximus.s. de repu.l.cõsensu.§.j.

n *Matrem.* imò vbi pater vult: vt.ff.de ven. inspi.l.j.§.apud eũ. sed ibi decesserat, hic non. Item hic præstitit causam diuortij.

o *Matris locupletis expensis.* Hæc verba, matris locupletis &c. non sunt in corpore, sed Ir. adiecit: & si habeas ea, dic nisi pater &c. vt referatur ad primum dictum, scilicet quando apud patrem expensis patris debent ali. si autem ea verba omittis: dic, nisi &c. referri ad primum & proximum: vt sit sensus, Si mater præstitit causam subaudi, tunc apud matrem & à patre aluntur: nisi &c. quia tunc præstat mater. idem & quando est minor triennio: vt ï. de pa. pote. l. pe. prima placet.

p *Descendentibus.* vt.ff.de lib.ag.l.si quis à liberis.in princ.

*DE ALENDIS LIBERIS, &c.*

*Hic viuebant parentes, & non diuerterunt, vel alter erat mortuus. & dicit hinc inde alimenta præstanda.*

Parentum.

BIU Cujas

*Parentū.*]CASVS. Filij patrem vergentem ad inopiam alere tenentur. & hoc prouidebit iudex, si facultates filij suppetāt. & hoc dicit. l. seq.

a *Parentum necessitatibus.* id est alimentis: vt &. j. de bo. quæ lib. l. fi. §. ipsum autē. & de pa. pote. l. filia. & .l. nec filium. non autem in ære alieno: vt. ff. de li. ag. l. si quis à liberis. §. parens. An autē frater fratrē? Videtur q̄ sic: vt argu. ff. de tu. & ra. dis. l. j. §. j. & ff. vbi pu. edu. l. qui filium. & fa. j. l. proxi.

b *Competens.* facit C. l. proxi.

*Si competenti.*]CASVS. Si pater non vult filium suum alere, probet mater filiū suū esse: & vt præstet sibi alimenta, compellet cōpetens iudex: & pendente lite filius cōmunis, quia dicit pater eū filium esse non suum, apud quem educari debeat, scilicet an apud patrē, iudex æstimabit.

c *Ex Claudio.* marito: vt no. j. l. proxi.

d *Ei.* scilicet maiori triēnio. aliàs mater debet eū alere: vt. j. de pa. po. l. nec filium. & fa. s. de hæret. l. cognouim⁹.

*Si patrem.*]CASVS. Pater filium suum si ei obsequiosus extiterit, alere tenetur. & hoc in prima. si noluerit, cōpelletur à iudice pro modo facultatum suarum filio præstare alimenta. & hoc in secunda. Si pater dicat eū filium suum non esse, in primis an sit filius, inquiretur.

e *Promeruerit.* ergo propter ingratitudinē possunt denegari alimenta. Vel si filius patrem detulerit: vt. ff. e. l. si quis à liberis. §. si q̄s ex his. in fi. & onus p̄bandi videtur imminere patri: vt ar. s. de inof. test. l. omnimodo. licet sit ar. contra. in eo. tit. l. liberi.

f *Non denegabit.* præstando alimenta.

g *Examinabit.* summatim: vt. ff. eo. l. si quis à liberis. §. si vel parēs. interim tamen alit, etsi non sit filius: vt. ff. eo. l. j. §. idem Iulianus. & .l. si neget. & si constiterit nō esse legitimum, non alit: vt. ff. e. l. si quis à liberis. §. idem rescripsit. secus per autē

I. Imp. ANTONINVS PIVS A. Basso.

PArentum † necessitatibus [a] liberos succurrere iustum est. Sine die & consule.

II. Diui fratres &. AA. Celeri.

COmpetens [b] iudex à filio te ali iubebit, si in ea facultate est, vt tibi alimenta præstare possit. Dat. Idib. April. ipsis & Conss.

*Mater agere potest contra maritum vt alat filium. Salycetus.*

III. Iidem AA. Titianæ.

SI competēti iudici eum quē te ex Claudio [c] enixam esse dicis, filium eius esse probaueris: alimēta ei [d] pro modo facultatum prēberi iubebit. Idem an apud eum educari debeat, æstimabit. PP. XIII. Kal. Mart. Romę, Rustico & Aquilino Cōss.

*Pater iudicis officio tenetur alere filium non ingratum: & vbi negatur filius, debet de filiatione prius constare. Salycetus.*

IIII. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Sabino.

SI patrem tuum officio debito promerueris: [e] paternam pietatem tibi non denegabit. [f] Quod si sponte nō fecerit: aditus competens iudex alimenta pro modo facultatum præstari tibi iubebit. Quòd si patrem se negabit: quæstionem istam in primis idē iudex examinabit. [g] PP. Non. Februa. Laterano & Rufino Conss.

## TITVLVS XXVI.

## DE CONCVBINIS.

*Non licet marito concubinam habere. hoc dicit, & in hoc imperator fauet vxoribus. Salycetus.*

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Populum.

NEmini [h] licētia cō cedatur, constante matrimonio concubinam penes se habere. D. XVIII. Kal. Iul. Cōstantinis patre & filio Conss.

## TITVLVS XXVII.

## DE NATVRALIBVS LIberis, & matribus eorum, & ex quibus causis iusti efficiantur.

*Nati ex concubinis vilissimis, & patribus in dignitate positis: sunt spurii, & incapaces tam per viam vltimæ voluntatis, quàm cōtractus. Et quod eis aufertur, quibusdam personis applicatur: quibus venientibus, negligentibus, vel non existentibus, fisco locus aperitur. Item nec ipsis concubinis aliquid potest relinqui, vel donari, vel ficto titulo vendi, vel concedi. Baldus. Vel sic: In dignitate positi non possunt nuptias contrahere cum personis hic nominatis: aliàs notātur infamia: nec valet matrimonium: &*

A *collata liberis ex tali coniugio, vel etiā talibus vxoribus, reuocātur per legitimas personas, quibus negligentibus venit fiscus. hodie vero tenet matrimonium, & collata nō reuocantur. Salycetus.*

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Gregorium.

SEnatores, seu prę fectos, * vel quos in ciuitatib⁹ duūuirilitas, vel sacerdotij, [i] id est Phœniciarchiæ, vel Syriachiæ ornamēta cōdecorant: placet maculam subire infamiæ, & alienos à Romanis legib⁹ fieri, si ex ancilla, vel ancillæ filia: vel liberta, vel libertæ filia: vel scenica, vel scenicæ filia: vel tabernaria, vel tabernariæ filia: vel humili, vel abiecta psona: vel lenonis, aut arenarij filia, vel quę mercimoniis publicè p̄fuit, susceptos [k] filios in numero legitimorum habere voluerint aut proprio iudicio, aut nostri p̄rogatiua rescripti: [l] ita vt quicquid talibus liberis pater donauerit (seu illos legitimos seu naturales dixerit) totum retractum legitimæ soboli reddatur, aut fratri, aut sorori, aut patri, aut matri. ¶ Sed & si vxori tali quodcunque datum C quolibet genere fuerit, vel emptione collatum: etiam hoc retractū reddi præcipimus. ¶ Ipsas etiam quarum venenis [m] inficiuntur† animi perditorum (si quid quæritur, [n] vel cōmendatū dicitur, quod his reddēdum est quib⁹ iussimus, aut fisco nostro) tormentis subiici [o] iubemus. ¶ Siue itaq; per ipsum donatum est qui pater dicitur, vel per alium, siue per interpositā personam, siue ab eo emptum, vel ab alio, siue ipsorum nomine comparatum: statim retractum reddatur quibus iussimus: aut si non existant, [p] fisci D iuribus vindicetur. ¶ Quòd si existant, & in præsentia rerum constituti agere noluerint pacto [q] vel iureiurando excluſi, totum sine mora fiscus inuadat. ¶ Quibus tacentibus & dissimulantibus, ad defensionem [r] fiscalem duorum mensiū tempora limitentur: intra quæ si non retraxerint, vel propter retrahēdum rectorē prouincię [nō] interpellauerint: quicquid talibus filiis vel vxoribus liberalitas impura contulerit, fiscus noster inuadat, donatas vel commendatas [s] res sub pœna [t] quathen. vt. j. titu. ij. authē. licet.

## DE CONCVbinis.

NEmini.]CASVS. Vir cōstante matrimonio concubinam habere non debet.

h *Nemini.* facit. j. cōmunia de manu. l. fina. nec vltra vnam concubinam: vt in authen. de trien. & se. §. considerauimus. circa fin. colla. iij.

* *perfectissimos.*

## DE NATVRAlibus &c.

*Hi proueniunt ex concubinis. ideo bene supponitur titulus.*

i *Senatores. Sacerdotii.* non loquitur de sacerdotio, id est presbyterio, sed de quadam dignitate. sic exponit ignotum per ignotius, secundū Io.

k *Susceptos.* vt ab vxore velut à concubina: nā nec naturales sunt. & facit. s. de iccest. nup. l. humilem.

l *Rescripti.* quid si dicit non obstante lege aliqua? Respon. tenet: vt. argu. ff. de log. iij. l. si quis in principio.

m *Venenis.* vt veneno occiditur corpus, sic animus istarum conuersatione. Accursius.

*Mulierum malarū conuersatione animus occiditur.*

n *Si quid quæritur.* interpositio est.

o *Subiici.* si dubitetur an apud eas sint tales res.

† *aliàs, interficiūtur.*

p *Existant.* scilicet prædictæ personæ quæ repetere possunt.

q *Pacto.* quod fecerant post mortem defuncti: nam ante non valet: vt. j. de capti. & postli. reuer. l. nec nos. & ff. de acquiren. hære. l. qui superstitis. Alij non distinguunt, antea vel postea fecerunt. & idem de iuramento dicas, quo iurauerunt se non perituros. Et no. noluerunt: quia nolle dicor, quod non possum, meo facto impeditus. valuit enim pactum: quia licet pater non possit pacisci, extranei possunt, sed fiscus aufert.

*Nolle dicer, quod nō possum.*

r *Ad defensionem.* id est ad defendendum se à fisco, & ad fiscum vincendum si intra duos menses agant: aliàs repelluntur, vt subiicit.

s *Commendatas.* alij vt dentur concubinæ, vel filiis. Accursius.

t *Pœna.* talibus filiis & concubinis inferen-

da, non forte alij detinenti tales res. & facit. ǰ. de iure fisc. l. qui in contractibus. lib. x.

a *Quæstione.* torquentur enim concubinæ: vt. s̄. dixi. sed hodie hęc constitutio est abolita: vt in authen. quib. mod. nat. effic. sui. §. fi.

* *saua.*

*Concubinæ cū omnibus possunt contrahere.*

colla. vij. quia huiusmodi fœminę cum omnibus possunt contrahere: vt. s̄. de nupt. authen. sed nouo iure. & authen. maximis. & hic habēt quidam authen. sed nouo iure huiusmodi mulieres.

*Matre.*] CASVS. Si Titius habeat matrem & filios naturales & legitimos: quid naturalibus liberis ex concubina, & concubinæ relinquere possit, quæritur? Respō. quòd vnciam. & soli concubinæ, si liberos naturales ex ea non habet, semunciam: si vltra relinquat, restituetur legitimis vel matri.

b *Matre.* alicuius qui habet filios naturales.

c *Genitrici.* concubinæ scilicet.

d *Semunciam.* quid si soli filij? dic semunciam. alij dicunt vnciam. sed licet directe non capiant vltra: iure tamen pupillaris substitutionis totum habere poterunt, quod tamen ex bonis patris non fuit: vt. ff. de vulg. substit. si is qui. sed per authē. deminuitur hæc lex quæ sequitur, nunc soli &c. quæ est in authen. quib. mo. nat. effi. sui. §. ne igitur. coll. vij.

*Vnc.*] CASVS. Lex Codicis dicit, siue testator habeat matrem, siue filios legitimos, poterit relinquere naturalibus tantum vnciam, concubinę tantum semunciam. Authen. ista corrigit. l. C. in hoc quod dicit de matre testatoris: qa filij legitimi tantum impediunt naturales, non mater.

e *Soli liberi.* quod accipe in infinitū: vt. ff. de verb. signi. l. liberorū. licet in corpore vnde sumitur, dicat filios.

f *Naturales.* scilicet tantum.

g *Mater.* defuncti.

*Si quis.*] CASVS. Leges istas vsque ad. l. humanitatis. potestis videre per vos. vnde. l. ista ponit casum qualiter filium naturalem possum efficere legitimum, vt mihi succedat. nam si sum liber homo, & non habeo legitimam sobolem: si volo ipsum tradere curiæ, efficitur legitimus: & succedet mihi si sum natus ex vico illo. Et idem si trado oneribus curiæ ex cuius territorio sum. & idem si sum ex regali ciuitate. Idem est si habeo filiam naturalem, & non habeo legitimam vxorem: si trado eam alicui in vxorem illi qui est obnoxius curiæ, poterit mihi succedere: quia non refert, puideamus oneribus curię an per liberos, an per generos.

h *Seu liber.* à nexibus curiæ.

i *In solidum.* non tamen in plus quàm naturales & legitimos, si eos habeat: vt in auth. quib. mod. natu. effic. sui. §. & quoniam. colla. vij.

k *Facultatem.* siue habeat legitimos, siue nō: vt in authen. e. §. si quis igitur fuerit. nisi habuerit naturalē ex ancilla: quia tunc non potest, si habet legitimos & tunc quando quis se offert, non potest si habeat fratres legitimos: vt in authen. eod. §. & iste. & dicto. §. si quis igitur fuerit.

l *Censetur.* sic. ff. ad municip. l. qui ex vico. & s̄. de episc. & cleri. nolli. & in authen. eod. §. si quis igitur ex qualibet.

m *Ciuitatum.* veteris vel nouæ Romæ.

n *Inæquali cōiugio.* id est concubinatu.

o *Decurionibus.* id est curialibus.

p *Principatum.* vt metropolitana: vt in cor. §. si quis igitur ex qualibet.

q *Pater conferat.* immo & si ab intestato decedat hic pater, succedūt sicut legitimi: sed non aliis cognatis patris, nec alij cognati istis: vt in authen. quib. mo. nat. effic. sui. §. filiū vero. colla. vij.

r *Alienauerint.* postquam cœperunt habere. & sic ex possessione præiudicatur eis. sic. ǰ. de repu. hære. l. j. & ff. quibus mo. pig. vel hypo. solui. sicut. §. superuacuū. & in auth. e. §. si vero ab initio. coll. vij.

s *Accedere.* & eorum filij: licet secus quando quis se offert: vt. ǰ. de his qui spon. mu. pub. sub. l. fi. lib. x.

*Quid enim*

drupli seuera * quæstione, perquirens. Dat. XII. Kalend. Aug. Carthagine, Nepotiano & Facundo Coss.

IN AVTHEN. vt li. ma. & auiæ. §. quia vero legem. colla. viij. consti. fi.

SEd nouo iure huiusmodi mulieres cum omnibus hominibus cōtrahere nuptias possunt, etiam cum præditis magnis dignitatibus, dum tamē dotalia instrumenta super hoc cōficiantur ab illustribus. ¶ Reliqui vero citra eos, qui maioribus decorati sunt dignitatibus, solo adfectu nuptias contrahere possunt, dum tamen liberæ sint, cum quibus licet nuptias celebrare.

*Iure isto si quis habet matrē, vel filios legitimos, non potest naturalibus & eorū matri relinquere vltra vnciam. Et ipsis naturalibus non extantibus solum semunciam concubinæ potest relinquere, & vltra relictum redit ad successores. Salycetus.*

II. Impp. ARCADIVS & HONORIVS. AA. Antemonio præfecto prætorio.

MAtre,[b] vel legitimis filiis, vel nepotibus, aut pronepotibus, cuiuscūque sexus, vno pluribúsve existentibus: bonorum suorum vnam tantum vnciam pater naturalib⁹ filiis, seu filiabus, eorumq; genitrici:[c] vel si sola sit cōcubina, semunciā[d] largiēdi vel relinquēdi habeat potestatem. ¶ Quicquid vero vltra modum concessum relictum sit: legitimis filiis, vel matri, vel cæteris successoribus iure reddatur. Dat. Id. Nouēb. Stilichone. II. & Anthemio Coss.

IN AVTHEN. quib. mo. natu. effi. sui. §. ne igitur. colla. vij. consti. j.

NVnc soli liberi[e] naturales[f] & legitimi ad hūc modum coarctant, nō etiā mater.[g]

*Filii naturales legitimantur, si per patrem principali curiæ offeruntur: & si pater in testamento ordinat quòd sui filii naturales efficiantur curiales: & ipsi hoc non habent ratum: & postea inueniūtur paterna bona possidere seu alienare, cōpelluntur curiæ deseruire: quia ex posteriori possessione præsumitur fraus. quod est notabile. Filia si est naturalis: efficitur capax si in vxorem viro traditur. Bald. Vel sic: Pater qui filios naturales tradidit curiæ propriæ ciuitatis, vel ei quæ sit caput prouinciæ: quando ortū habet ex regia vrbe, potest illos in solidum hæredes instituere: nec poterūt illi conditionem curialem recusare si reperiuntur paterna bona possidere. & idem si filiam naturalem alicui curiali tradidit in matrimonium. Salycetus.*

III. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Apollonium præfectum prætorio.

SI quis naturalem duntaxat fœcunditatem sortiatur, seu liber[h] ipse, seu curiæ sit nexibus obligatus: & tradendi filios naturales, vel omnes, vel quos quémve maluerit, eius ciuitatis curiæ vnde ipse oritur, & in solidum[i] hæredes scribendi liberam ei cōcedimus facultatem.[k] ¶ Quod si cui non ex vrbe, sed ex vico vel possessione qualibet oriundo, naturales liberi contigerint, eósque velit sub definitione prædicta curię splē dore honestare, & hæreditatis opibus adiuuare: eius ciuitatis adscribendi sunt ordini, sub qua vicus ille vel possessio censetur.[l] ¶ Quod si alterutram regalium ciuitatum[m] patriam sortiatur: sit ei liberum susceptam ex inæquali[n] coniugio sobolem, cuiuscunque ciuitatis decurionibus[o] immiscere: dūmodo ciuitas quæ eligit, totius prouinciæ teneat principatū.[p] Indignum enim est, vt qui sacratissimæ vrbis vbere gloriatur, naturales suos non illustris ordine ciuitatis illuminet. ¶ Et hoc, siue postrema definiat voluntate, siue donatione cuiuslibet quātitatis in liberos naturales pater conferat.[q] ¶ Et quod de subeūda sorte curiali, seu testamento seu actorū fide cōstituit, ita ratum esse, stabilitérque volumus obseruari, vt siue abstinendo ab hæreditatibus, siue abdicando donationes, naturales liberi curialem voluerint euitare fortunam, posteáque paternarum opum vel in solidū vel ex parte reperti fuerint possessores: licet eas alienauerint,[r] omnimodo ad conditionem in qua pater eos amplificatis opibus esse voluit, etiam inuiti cogantur accedere.[s] Sed & si filiā naturalem, vel filias habuit, & eā vel eas curiali vel curialibus ciuitatis ex qua oriūdus est, vel sub qua vicus vel possessio vnde oritur consistit, vel eius ciuitatis quę principatū totius prouinciæ tenet, matrimonio collocauit: hæc eadem in persona eius, vel earum ad exemplū ma

BIU Cujas

rium obtinebunt. Quid[a] enim interest vtrum per filios, an per generos cõmoditatibus ciuitatum cõsulatur? & vtrum nouos lex faciat curiales, an foueat quos inuenit? Da. XII. Kal. Ian. Eudoxio & Dioscoro Coss.

*Acceptans onus intelligitur acceptare emolumentum annexum. immo hoc casu emolumentum est irrepudiabile. vnde qui iuxta ordinationem patris acceptauit decurionatum: hæreditatem ea contemplatione relictam repudiare non potest. Bal. Vel sic: Naturalis per patrem curiæ deputatus, si onus agnoscit, hæreditatem patris non potest repudiare. Salycetus.*

IIII. Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. Armasio. P.P.

QVoniã desideria[b] morientium ex arbitrio viuẽtium non sine iusta ratione colligimus: & is qui naturalẽ filium habens, hortãtibus legibus vltro ad instar legitimi filij municipalibus eum voluit aggregare muneribus, & donare patriæ principalẽm: manifestauit, notumq; fecit sine dubio professione certissima facultatum suarum omnium elegisse se affectione debita successorẽ: cum certe huiusmodi personis adeo sacratissima constitutione subuentum sit, vt nec renunciandi eis, aut alienandi, vel repudiandi paternas hereditates aut donationes in fraudem curiæ concedatur facultas,[c] sed muneribus patriæ susceptis, patrimonia subire cogantur: nullã è diuerso calumniantium vocẽ penitus patiemur admitti, sed ipsum Philocalum,[d] & paternorum bonorum omnium ab intestato hæredem, & nostræ ciuitatis curiæ principalem iuncta vel iniungenda sibi munera subire, ex eóque genitos vel nascituros filios similiter paternæ cõditioni subiacere præcipimus. ℣ Et huiusmodi formã in omnibus causis quæ similiter in quocunque ciuitatis[e] ordine curiáq; contigerint, in posterum decernimus obseruari. Dat. Kalen. Ian. Constantinop. Iordane & Seuero Coss.

*Per subsequens matrimonium possunt legitimari liberi iam procreati. quod olim erat in contrarium statutum à Constantino, corrigitur, & solum præteritis casibus reseruatur. hoc dicit. Ista lex est correcta per l. cum quis. ff. eod. Bald. Vel sic: Iure isto quis poterat concubinam ducere in vxorem si ex ea liberos habebat, nec ei vlla proles legitima extabat: & liberi efficiebantur legitimi, & in potestate, & poterant succedere ex testamento, vel ab intestato etiam cum fratribus postea natis. secus si prolem ex concubina non habeat. Salycetus.*

V. Imp. ZENO. A. Sebastiano præfecto prætorio.

DIui Constantini,[f] qui veneranda Christianorũ fide Romanum muniuit imperium: super ingenuis concubinis ducendis vxoribus, filiis quinetiã ex eisdem vel ante matrimonium vel postea progenitis, suis ac legitimis habendis, sacratissimã cõstitutionẽ renouãtes, iubemus eos qui ante hãc legẽ ingenuarũ mulierũ, nuptiis minime intercedentibus, electo cõtubernio, cuiuslibet sexus filios procreauerint: quib⁹ nulla videlicet vxor est, nulla ex iusto matrimonio legitima proles suscepta: si voluerint eas vxores ducere, quę antea fuerant cõcubinæ: tam coniugium legitimum cum huiusmodi mulieribus ingenuis (vt dictum est) posse contrahere, quàm filios vtriusq; sexus ex earundẽ mulierũ priore cõtubernio procreatos, mox postquã nuptiæ cum matribus eorũ fuerint celebratæ, suos patri, & in potestate fieri: & cum his qui postea ex eodẽ matrimonio susceptus fuerint, vel solos (si nullus alius deinde nascatur) tam ex testamento volentibus patribus etiam ex integro succedere, quàm ab intestato petere hæreditatẽ paternam: pactis quæ matrimonij tempore super dotibus vel ante nuptias donationis rebus subsecuta fuerint, etiam ad ipsorũ personas pertinẽtibus: vt vnà cum fratribus suis postea ex eisdem parentibus forte progenitis, aut soli (si nullus alius sit procreatus) dotis & ante nuptias donationis pro tenore legum, nec minus pactorum emolumenta percipiant. ℣ Hi vero qui tẽpore huius sacratissimæ iussionis necdum prolem aliquam ex ingenuarũ concubinarum cõsortio meruerint, minime huius legis beneficio perfruantur: cum liceat easdem mulieres sibi prius iure matrimonij copulare, non extantibus legitimis liberis, aut vxoribus, & legitimos filios (vtpote nuptiis præcedentibus) procreare: nec audeant quos ex ingenua cõcubina dilato post hanc legem matrimonio nasci voluerint, vt iusti ac legitimi postea videantur, magnopere postulare. Dat. X. Kalen. Mart. Basilio. II. & Armasio Coss.

*Per arrogationem potest filius naturalis legitimari. hoc est correctum per legem sequentem: quia per hoc aperiretur via libidini. hoc dicit cum l. seq. Bald. Vel sic: Anastasius imperator permittit per hanc legem naturalibus liberis quolibet titulo dari & relinqui nõ existente legitima sobole: ac etiam dicit quòd propter consequens matrimonium, & per arrogationem legitimantur. Salycetus.*

VI. Imp. ANASTASIVS A. Sergio. P.P.

IVbemus[g] eos quibus nullis legitimis existẽtibus liberis, in præsenti aliquæ mulieres vxoris loco habẽtur,[h] ex his sibi progenitos seu procreãdos, suos & in potestate legitimos q̃; habere: propriasq; substantias ad eos vel per vltimas volũtates, vel per donationes, seu alios legi cognitos titulos (si voluerint) transferre. ab intestato quoq; ad eorum hæreditatem vocandos, nec aliquas quæstiones seu altercationes exercendi sub qualibet astutia subtiliq; legum vel constitutionũ occasione super his, vel agnatis seu cognatis genitoris eorum, vel quibusdam aliis superesse facultatem: in posterũ nihilo minus quisquis huiusmodi mulierem vxoris loco dotalibus instrumentis confectis habuerit, pro eius sobole similẽ eandemq; formam custodiri: ne adimatur ei licentia sibi quodammodo per liberos proprium suum patrimonium acquirẽdi. ℣ Filios insuper & filias iam per diuinos adfatus à patribus suis in arrogationem[i] susceptos, vel

a *Quid enim interest.* sic & in authẽ. eo. §. sed hoc similiter sancim⁹. & argu. ff. de iti. actuq; priua. l. j. §. penult. & ff. de verb. obli. l. cum seruos. Sed arg. contra. j. de ope. pu. l. fi. Item argu. contra. j. de decu. l. nullus qui. lib. x.

b *Quoniam desideria.* hæc. l. loquitur de superiori materia, sed in specie.

c *Concedatur facultas.* quia prius consenserat se dari curiæ. alioquin permitteretur ei hereditatem repudiare, & curialem cõditionem: vt. §. l. proxi.

d *Philocalum.* propriũ nomen est filij.

e *Ciuitatis.* scilicet Bustronæ: vt in auth. eod. §. prim⁹ itaque. vbi hic casus refertur.

*Iui.* ] CASVS. Hæc lex ponit alium modũ legitimandi: & dicit, Si ex concubina habeo filium naturalem: si cõtraho matrimonium cum ea, illi efficiuntur sui: siue erãt nati ante contractũ matrimoniũ, siue post. Et ad istam. l. concordat institu. de nupt. in fin.

*Constantini.* f Constantini. hic fuit non primus imperator Christianus. Et non legitur nec Christianus. hęc lex: & habet locum secundum sua tempora quãdo facta fuit. hodie autem aliter est: vt. j. c. l. cum quis.

g *Iubemus.* hęc Anastasij, & superior Zenonis nõ valẽt: quia secundum sua tempora loquuntur: vt in authẽ. eo. §. tribus. coll. vij. sed sequens sic, quæ est Iustiniani patris Iustiniani: vt in authen. e. §. adoptionis. cassatur ergo hæc per sequentem secundum Ir. & nihil valet. & facit. ff. de ritu nupt. l. in liberæ.

h *Vxoris loco habẽtur.* puta cõcubinæ, quæ tenentur ac si essent vxores, secũdum quod hæc lex loquitur secundum sua tẽpora: dicit enim, in præsenti aliquæ &c. Vel aliter vere erat effecta vxor, & habebatur loco vxoris. nec obstat qđ dicit, in posterũ nihilo minus quisquis huiusmodi mulierem dotalibus &c. nam posset esse quòd cum copulauit eam sibi, nõ fecit dotalia instrumẽta: sed si modo faciat, idem erat.

i *In arrogationem.* hoc vt dixi corrigitur per §. adoptionis. & . j. per l. proxi. §. in posterum. & per authẽ. quib. mo. na. effi. leg. §. & nõ nos latuit. colla. vj.

L*Egem.*] CASVS. Hæc lex, cõfirmat l.iubem⁹. & dicit quòd sicut nati ex libero matrimonio, sunt naturales & legitimi: ita nati ex concubina, siue contraho matrimoniũ cum ea, siue impetro à principe vt legitiment.

† *aliàs, Anatolio & Agap.*

a *Legem.* & hæc est inutilis: nisi abrogaret præcedentem secũdum Ir.

b *Vitio.* sic .j. ad legem Iuliã maie. l. quisquis.

c *Ante lata sanctio.* subleuabit.

d *Prætext⁹.* subleuabit.

e *Quæ.* arrogationes & adoptiones.

f *Non astutiæ.* subleuabunt. & est .j. de prinui. scho. l. j. lib. xij.

g *Machinationibus.* aliàs imaginationibus.

h *Flagitiis.* id est flagitioso coitu.

H*Vmanitatis.*] CASVS. In. l. ista dicitur, (qđ olim in quadam antiqua. l. continebatur) quòd naturales filij cum matre sua poterant succedere ex testamento vsq; ad tres vncias: hodie vsque ad sex vncias. quod corrigitur per authen. licet, situatam. ẽ. super. l. matre. eod. tit. quæ authen. à pluribus hic legitur.

i *Humanitatis.* concor. j. de confirmã. tu. l. naturalibus. & in authen. de trien. & semis. §. consideremus. colla. iij. & .j. de instit. & substi. l. generaliter. & in authen. eo. §. discretis. colla. vij.

† *Venia dignus est, qui alieno morbo laborat. concor. glo. in. c. in nostra. sup verbo, inutilem. in fi. extra de procu.*

L*Icet.*] CASVS. Hæc authen. legitur super hac. l. consuetuit tamen legi super illa, Humanitatis. Dicit ergo quòd Titius qui non habet filios legitimos, nec parentes: potest relinquere bastardis totam suam substãtiam, siue in testamento, siue inter viuos. si vero tantum habeat parentes, eis relinquat quartam debitam iure naturæ: reliquum dare poterit filiis naturalibus. si decedat ab intestato non habens filios legitimos, nec vxorem, quia in fata concesit: naturales filij succedũt in duas vncias hæreditatis paternæ, & mater succedit cum eis viriliter: & si legitimos filios habeat, & vxor ei⁹ susceptas, huius prouidentissimæ nostræ legis beneficio & iuuamine potiri censemus. Dat. Kalen. April. Anastasio. A. III. & Agapito † Coss.

*Lex quæ cassatur, intelligitur cassari quo ad futura, non quo ad præterita. Bald. Vel sic: Hac lex primo declarat præcedentem, dicens quòd illa non vindicat sibi locum in liberis ex damnato coitu. Secundo cassat illam in eo quod dixerat naturales effici legitimos per arrogationem: statuens quòd illud obtineat vsque ad diem præsentis legis, non postea. Salycetus.*

VII. Imp. IVSTINIANVS. A. Marino præfecto prætorio.

L*Egem* [a] Anastasij diuinæ recordationis quę super naturalibus filiis emissa est, in his valere tantum casibus cõcedimus, qui nunc vsque subsecuti sunt, pro eiusdem legis tenore in matrimoniis tunc constantibus, vel postea contractis: ita tamen, vt non aliunde progenitis subueniſſe credatur, quàm non ex nefario nec incesto cõiugio. ¶ Naturalibus insuper filiis, vel filiabus ex cuiuslibet mulieris cupidine non incesta, non nefaria procreatis, & in paterna per arrogationẽ seu per adoptionẽ sacra susceptis, ex diuinis iussionibus, siue antequã eadẽ lex irrepserit, siue post eandem legem vsq; ad prẽsentẽ diem, non sine ratione duximus suffragandum: vt adoptio seu arrogatio firma permaneat, nullis prorsus improbãda quẽstionibus, quasi quod impetrarũt, lege quadam interdictũ sit: quoniã & si qua prius talis emergebat dubitatio, remittenda fuit, mouẽte misericordia, † qua indigni non sunt qui alieno laborãt vitio. [b] ¶ Sint itaq; post eandẽ arrogationem seu adoptionẽ sui, & in potestate patrũ: successioneſq; tam ab intestato quàm ex testamento capiant, prout in arrogatis seu adoptatis constitutũ est. ¶ In posterum vero sciant omnes legitimis matrimoniis legitimam sibi posteritatẽ quẽrendam, ac si prædicta constitutio lata non esset. Iniusta nanq; libidinũ desideria nulla decætero venia defendet: nullũ subleuabit nouum adminiculũ præter anteriorum dispositionum ordinem: nõ ante lata sanctio, [c] quam ex hoc die resecandã pia suggerit ratio: nõ arrogationũ vel adoptionum prætextus, [d] quæ [e] vlterius minime ferendæ sunt: non astutiæ, [f] siue diuinis adfectandæ literis, siue quibusdam illicitis ambiendæ machinationibus: [g] cum nimis sit indignum, nimis item impium, flagitiis [h] præsidia quærere, vt & petulantiæ seruire liceat, & ius nomenque patris, quod eis denegatum est, id altero legis colore præsumant. Dat. V. Id. Nouemb. Iustino. A. & Eutherico Coss.

*Hæc lex tractat de successione naturalium, & dicit ad quem modum possunt capere, amplians ius antiquum: sed etiam ampliatur per auth. licet, hic positam. Bal. Vel sic: Iure isto nõ extante matre neque liberis legitimis & naturalibus, permittitur patri inter viuos, vel in vltima volũtate filiis naturalibus tantum, dare vsque ad sex vncias tantum: ab intestato vero in nihilum possunt succedere. Salycetus.*

VIII. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ præfecto prætorio.

H*Vmanitatis* [i] intuitu naturalibus patribus hoc indulgemus, vt liceat eis nulla legitima sobole vel matre subsistente, naturalẽ vel naturales filios, matrémque eorum nõ tantum ex tribus vnciis (quod præteritæ leges permittebãt) sed etiam ex duplici portione, id est sex vnciis hæredes scribere: vt licet ab intestato nullam cõmunionem ad patris naturalis successionem habent, ex suprema tamen eius volũtate permittatur eis vsque ad prædictas sex vncias (si hoc scilicet naturalis pater voluerit) hæreditatẽ eius capere: ita tamẽ, vt memoratam sex vnciarũ quãtitatem in omnibus naturalib⁹ filiis & matre eorũ minime testator excedat, quam & in legatis & in fideicõmissis eis relinquendis, & dotibus & donationibus tam aliis, quàm ante nuptias, vsq; ad sex vnciarum æstimationem liberam similiter naturalibus eorum patribus damus potestatem. ¶ Hæc autem in futuris tantummodo testamentis, vel vltimis voluntatibus, vel dotibus, vel donationibus locum habebunt. Dat. Kal. Ian. Constantinop. D N. Iustiniano. A. II. Conss.

IN AVTHEN. quibus modis natu. effi. sui. §. si vero filios. &. §. fi. colla. vij. con. stit. j.

L*Icet* patri sine legitima prole seu parente, cui relinqui necesse est decedenti, naturalibus totam substantiam suam vel inter viuos largiri, vel in testamento trãsmittere. ¶ Quòd si parentes duntaxat ei supersint: legitima [k] parte parentibus relicta, reliquum inter naturales distribui permittitur. ¶ Ab intestato [l] verò cum desit soboles ciuilis, nec supersit coniunx [m] legitima: si naturales ex concubina extant, quæ sola fuerit ei indubitato affectu coniuncta: in duas paternæ substantiæ vncias † succedant, vt matri inter eos virilis portio (si supersit) detur. Huiusmodi enim naturales filios pasci boni viri arbitrio est necesse: siue legitimi extant, & succedunt: siue coniuge viua quilibet alij sunt hæredes. Hi ergo & parentibus parem præstent, si opus sit, pietatem. Sed qui ex

viuat: filij naturales debent ali de bonis paternis: quia & ipsi eum alere debent si contingeret ipsum vergere ad inopiam.

k *Legitima.* quę est hodie tertia: vt in authen. de trien. & semis. §. j. colla. iij.

l *Ab intestato.* facit in authen. de trien. & semis. §. consideremus.

m *Cõiunx legitima.* de ea quid ad rhombum, cum cognatis extantibus nil ex successione vindicare possit: vt .j. vnde vir & vxor. l. j. Rñ. licet nõ capiat, perrat tamẽ naturalib⁹ impedimẽtum ne capiant: & sic fallit hæc regula, Si vinco vincentem &c. vt. ff. de diuer. & tempora. præscrip. l. de accessionibus. Nam naturales filij repellunt agnatos, quãtum est in duabus vnciis, vt hic subiicit. & agnati vincunt vxorem: vt. dd. j. j. vnde vir & vxor. & tamen naturales non vincũt vxorem: immo vincũtur ab ea, vt hic, & eod. corpo. §. si quis igitur habens. sic & aliàs fallit dicta regula. ff. qui po. in pign. ha.

BIU Cujas

qui ex damnato sunt coitu, omni prorsus beneficio [a] secludantur.

*Legitimatus per oblationem curiæ, consequitur iura legitimorum solum respectu legitimantis, non respectu cæteræ cognationis. hoc dicit. Ille autem qui legitimatur per matrimonium, efficitur legitimus quo ad omnes: quia ista legitimatio naturam imitatur. Bald. Vel sic: Filius legitimatus per oblationem curiæ, soli patri efficitur legitimus successor, non aliis agnatis vel cognatis: nec econtra ipsi sibi. Salycetus.*

IX. Idem A. Mennæ præfecto præfecto.

COmmunium rerum [b] esse vtilitatem rectè iudicantes, lucidis & omni ambiguitate segregatis legibus vti nostro subiectos imperio, ad præsentem sanctionem venimus: per quam omni dubitatione amputata, quæ vsque adhuc obtinebat, certissimum facimus, vt quotiens naturales filij curiali fortunæ patrię sui genitoris adsignantur, vel adhuc viuente patre, vel post eius obitum, pro dispositione testamenti ab eo conditi: & eo modo legitima iura in paterna successione adipiscantur, vt (quod rectè fieri minime dubium est) licet illustrem [c] dignitatem, ex qua curialis fortunæ liberatio competere non potest, naturales filij antea meruerint: ne permittatur eis contra substantiam ab eodem naturali patre descendentiũ, vel ascendẽtium, vel ex latere agnationis, vel cognationis iure eidem patri cõiunctorum (licet ipsi legitimi [d] successores eidem naturali patri per memoratam fortunam efficiantur) aliquod ius sibi vindicare.† ℣ Quod & in his locum habebit qui iam à naturali patre curiali conditioni traditi, & adhuc superstites sunt: eodem scilicet modo nec illis contra substantiam eiusdem naturalis filij, vel ex eo descendentium, vel ascendentium, vel à latere coniunctorum, aliquod sibi ius vindicare valentibus.

*Filiæ legitimato per oblationem curiæ descendenti ab intestato succedunt eius liberi, portione quarta curiæ danda, si dicti eius liberi nõ sint curiales: nati tamen postquam eorum pater fuit oblatus curiæ, efficiuntur curiales. Salyc.*

Sed si quidem iste naturalis filius, siue postquã legitimus successor patri effectus sit, siue in anteceden te tempore, filios ex legitimo matrimonio, vel alios descendentes liberos habeat: eos modis omnibus ad eius successionem, sine testamento morientis vocari, nec curiæ locum esse, præterquam si quarta [e] portio bonorum eius eidem curiæ debeatur, eo quòd nullus forte ex mortui liberis curialia munera peragere cogitur: illo videlicet obseruando, vt hi quos iste naturalis filius posteaquam fortunæ curiali datus est, procreauerit, & decuriones sine dubio sint, & curialia peragere munia compellantur. [f]

*Si legitimatus per oblationem curiæ, decedat sine liberis, succedit mater in tertia: in reliquum curia. Si vero mater non supersit, succedit in paternis curia, cognati in reliquis. & si eius cognatus curiæ se offerat, omnia etiam paterna ad curiam deuoluenda habebit: etiam eo casu si mater supersit, ad omnia bona extra substantiam patris quæsita cum cæteris succedit. Salycetus.*

Si vero sine liberis cuiuscunque gradus intestatus decesserit: si quidem matre superstite: tertiam quidẽ partem bonorum eius matrem habere, duas vero alias partes curiam cui à patre datus est. ℣ Sin autem mater quidem defuncti nõ supersit, alij vero cognati ex materna linea descẽdentes, vel ascendentes, vel ex latere venientes ad eius vocentur successionem: tunc ea quidem quæ à patre naturali ad eum peruenerunt, eidem curiæ competere. ℣ Si quid verò filio postea legitimo successori effecto, vel à matre sua, vel aliunde quocunque legitimo modo acquisitum sit: hoc ad proximos maternos eius [g] cognatos peruenire. ℣ Illo videlicet obseruando, vt siue matre eius superstite, siue ea ante filium mortua, aliquis ex eius genere eiusdem curiæ fortunam subire paratus sit: liceat ei offerẽti se eidem curiæ, bona mortui, quę de substantia patris ad eum peruenerunt, capere, muniáque peragere curialia. quo accidẽte, mater defuncti (si adhuc supersit) non solum tertiam partem eorum quæ extra paternam substãtiam filius eius aliunde acquisiuerit, sed etiam omnia ea, vel ipsa sola, vel cum cohæredibus suis capiet.

*Hac l. statuta non habent locum in iam mortuis, sed morituris. Salyc.*

Ea vero quæ de successione naturalis filij post curialem conditionẽ morientis cõstituimus, nõ tantum in his locũ habere debent, qui postea [h] à patre suo naturali curiæ dati fuerint: sed etiam in illis qui iam dati sunt, si tamen adhuc supersunt. ℣ Quòd si ante prẽsentem sanctionem mortui sunt: minime ad eorũ successionem eandem nostram sanctionem extendimus.

*Etiam habens filios legitimos, potest naturalem curiæ tradere: sed non potest ei plus relinquere vel donare, quàm vni ex filiis legitimis & naturalibus cui minus dederit. Salycetus.*

Et quoniã omnimodo fauendũ est curiis ciuitatũ: illud etiam in hanc partẽ addendũ esse censemus, vt liceat patribus naturales filios curiæ patriæ suę tradere, non solũ nulla eis legitima sobole existente, sed etiã si filios, vel alios liberos ex legitimis matrimoniis procreatos habeãt, & eo modo naturales quoq; filios sibi legitimos successores efficere: ita tamẽ, vt minime eisdẽ patribus liceat per donationẽ, vel vltimã volũtatẽ amplius eidẽ filio naturali dare, vel relinquere, quàm vni filio ex legitimo matrimonio procreato dederit, vel reliquerit, cui minima portio data vel relicta sit. Dat. Kal. Iun. D N. Iustiniano. A. II. Cons.

*Per matrimonium legitimantur liberi naturales primogeniti, & succedunt æqualiter cum liberis postea nascituris. Bald. concor. Salyc.*

X. Idem A. Demostheni præfecto prætorio.

CVm quis à muliere libera, & cuius matrimoniũ non est legibus interdictum, cuiúsque consuetudine gaudebat, aliquos liberos habuerit, minime dotalibus instrumentis compositis, postea autem ex eadem adfectione etiam ad nuptialia peruenerit instrumenta, & alios iterum ex eodẽ matrimonio liberos procreauerit: ne posteriores liberi qui post dotẽ editi sunt, sibi omne paternũ patrimonium vindicare audeant, quasi iusti & in potestate effecti, fratres suos



Claudius. & in authen. de æquali. do. §. his consequens. colla. vij. & ff. ad Tertul. l. ij. §. obiicitur. & l. æquissimum. §. si ex filio. & ff. de iust. test. l. pe.

[a] *Beneficio.* etiam imperiali, nisi dicat non obstante hac lege, argu. ff. de leg. iij. §. si qs in principio.

[b] *Communium rerum.* aliàs omnium rerum.

[c] *Licet illustrem.* etsi naturales fiãt illustres, non tamen desinunt esse curiales. hoc si dignitate sola sine administratione fiant illustres: vt. j. de decur. l. fi. lib. x.

[d] *Ipsi legitimi.* ad hoc in authen. quibus mo. nat. effi. sui. §. filiũ. colla. vij.

[e] *Præterquam si quarta.* j. quãdo & qui. quarta pars de. l. j. lib. x.

[f] *Compellantur.* in authen. quib. mo. nat. effi. sui. §. si quis autem legitimos. colla. vij. contra. ibi patet solutio.

[g] *Maternos eius.* immo videtur quòd nulla differentia facta bonorum, vnde ad eum peruenerunt: fiscus habeat tres partes, & isti cognati quartam: vt in authen. eo. §. sciendum. Vel dic quòd illa per hanc distinguitur.

[h] *Qui postea.* id est post hanc. l.

*CVm quis.* ] CASVS. Habebas mulierem quandã in concubinam, & ex illa filios. postea cum ea cõtraxisti matrimonium, & filios suscepisti, & dotalia confecta sunt instrumenta: an per subsequens matrimonium filij postea nati legitimentur? Dicitur quòd sic: & filij nati post matrimonium debent gratias referre filiis primò natis: quia illi fuerunt causa quare isti erunt futuri legitimi: vel quare pater postea concubinam accepit in vxorem.

a *Ex iisdem matrimoniis.* scilicet parétibus. & facit instit. de nupt. §. fin. & .j. l. proxi. & quod ibi no. & institu. de hæredi. quæ ab intest. §.j. & no. quòd hęc lex non distinguit, habeat legitimos vel nó.

b *Nvper legem.* superiorem proximam.

c *Nuptialia.* dic vt dixim⁹ insti. de nup. in fi.

d *Tollendæ.* id est habendæ.

e *Vtilitas.* vt institu. de ingenuis. §.j. & .ff. de sena. l. emancipatum. §. si quis post.

*Quod ius.* ] C A S V S. Lex Codicis dicit quòd filij nati ante matrimonium, fiũt legitimi per subsequens matrimonium: quod verum est etiã si ex vxore sua prę mortua, vel à qua legitime per diuortium diuerterat, habeat Titius legitimos: quia si primo habuit vxoré, & ex ea filios, cũ his filij naturales possunt legitimare per principem.

f *Quod ius.* hæc auth. † *aliàs, ex iisdem matrimoniis procreati &c.* est in authẽ. de incest. nup. §. dubitatum. colla. ij.

*Sed noua.* ] C A S V S. Ista videtur distinguere primam authen. quia si ista concubina ancilla fuit, & filios habuit legitimos ante matrimonium: per subsequẽs matrimoniũ non possunt legitimari.

g *Sed noua constitutio.* scilicet in authent. de trien. & se. §. penult. in fin. coll. iij.

*Noua alia.* ] C A S V S. Hęc loquitur tã de ancilla, quàm de liberta: quia si aliquis desponset ancillam suam, & manumittatur: filij nati ex ea legitimantur.

h *Noua alia constitutio.* vj. quæ est vt liberti decætero. §. si quis autem. colla. vj.

*Præterea.* ] C A S V S. Ponit alium modum hæc authen. qualiter pater potest legitimare filios, vt sic sibi succedãt. & dicit quòd pater potest supplicare principi vt eos legitimet, si non vult mulierem ducere vxoré: vtpote quia deliquit, vel mortua est, vel lateat, vel aliàs matrimonium impediatur.

*Item.* ] C A S V S. Ista qui ante dotem fuerant nati, ab hæreditate paterna repellentes: huiusmodi iniquitatẽ amputandam censemus. Cum enim adfectio prioris sobolis & ad dotalia instrumenta efficienda, & ad posteriorem filiorum edẽdam progeniem præstiterit occasionem: quomodo non est iniquissimum, ipsam stirpem secundæ posteritatis priorem quasi iniustam excludere, cũ gratias agere fratribus suis posteriores debeant, quorum beneficio ipsi sunt iusti filij, & nomen & ordinem consecuti? Neque enim verisimile est, eum qui postea vel donationem vel dotem cõscripserit, ab initio talem adfectionem circa mulierem nõ habuisse, quę eam dignã esse vxoris nomine faciebat. ¶ Quapropter sancimus in huiusmodi casibus omnes liberos, siue ante dotalia instrumenta editi sint, siue postea: vna eadémque lance trutinari, & omnes filios suos in potestate suis existere genitoribus, vt nec prior nec iunior vllo habeatur discrimine: sed qui ex iisdem matrimoniis [a] † procreati sunt, simili perfruantur fortuna. Dat. XV. Kalend. Octobr. Chalcedone, Decio V.C. Cos.

*Ista lex tollit dubium quod insurgit ex l. præcedenti. & hoc intendit: Per sequens matrimonium filii nati ex concubina legitimantur, etiam si ex eo matrimonio nullus postea nascatur, vel natus viuens non reperiatur tempore mortis patris: & si antea nati legitimantur, multo magis qui erant in vtero tempore matrimonii: & tempus conceptionis vel natiuitatis inspicitur prout liberis est vtilius. Salycetus.*

XI. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

NVper legem [b] conscripsimus qua iussimus si quis mulierem in suo contubernio collocauerit, non ab initio adfectione maritali (eam tamen cum qua poterat habere connubium) & ex ea liberos sustulerit, postea verò adfectione procedente, etiam nuptialia [c] instrumenta cum ea fecerit, filiósque vel filias habuerit: non solum secũdos liberos qui post dotem editi sunt, iustos, & in potestate esse patribus: sed etiã anteriores, qui & his qui postea nati sunt, occasionem legitimi nominis præstiterunt. ¶ Quam legem quidam putauerunt sic interpretari, siue non progeniti fuerint post dotem conscriptam liberi, siue iam ab hac luce subtracti: non anteriores filios iustos haberi, nisi vtroque tempore viuentes & superstites liberi inueniantur. quorum superuacuam subtilitatẽ penitus inhibẽdam censemus. Sufficiat etenim talem adfectionem habuisse, vt post liberorum editionem & dotalia efficiant instrumenta, & spem tollendæ [d] sobolis habeant. licet enim hoc quod speratum est, ad effectum non peruenerit: nihil anterioribus liberis fortuitus casus derogare concedatur. & multo magis si quis mulierem quam in cõtubernio suo habuerat, prægnantem fecerit, postea autem adhuc grauida muliere constituta dotalia fecerit instrumenta, & puer vel puella editus vel edita sit: iusta patri soboles nascatur, & in potestate efficiatur, & hæres existat morienti, siue ab intestato, siue ex testamento. Satis enim absurdum est, si filij post dotem progeniti anterioribus liberis adiutorium adferant, & ipsum puerum vel puellã sibi opitulari non posse. ¶ Et generaliter definimus, & quod super huiusmodi casibus variabatur, definitione certa concludimus: vt semper in huiusmodi quæstionib⁹ in quib⁹ de statu liberorum est dubitatio, non conceptionis, sed partus tempus inspiciatur. & hoc fauore facimus liberorum, vt editionis tempus statuamus esse inspectandum: exceptis his tantummodo casibus, in quibus conceptionem magis approbari infantium conditionis vtilitas [e] expostulat. Dat. XV. Kalen. April. Lampadio & Oresta VV.CC. Conss.

IN AVTHEN. De incestis nupt. §. † dubitatum. colla. ij. constitu. vj.

*Filii legitimi non impediunt naturales legitimari per sequens matrimonium. hoc dicit: nisi illi naturales essent nati ex ancilla: vt in authen. sed noua. quod tamen permittitur, si dotalia conficiantur instrumenta vt in authen. noua alia, quæ corrigit authen. sed noua. & authen. sed nouæ limitat authen. quod ius. Salycetus.*

QVod ius [f] locum habet & si ante hoc consortiũ legitimorum pater sit ex alia coniuge, à qua separatus sit legitimè, vel ea mortua.

IN AVTHEN. de trien. & semis. §. † penult. colla. iij. constitu. v.

SEd noua constitutio [g] non permittit hoc in ancilla, nisi ei qui sine legitimis aliis reperitur.

IN AVTHEN. vt liber. decæ. §. si quis autem. colla. vj. constitu. vj.

NOua alia constitutio [h] hoc generaliter inducere videtur & in his qui ex ancilla sunt, † vt ex ipsa dotis inscriptione simul & libertas tribuatur, & ius suorum.

IN AVTHEN. quib. mo. na. effi. legi. §. si vero is qui. &. §. sed & aliud. coll. vj. constit. j.

*Bastardi non possunt legitimari à comite existentibus legitimis. quod credo verum, nisi consentientibus legitimis. Bald. Vel sic: Hæc authen. addit, ideo dicit (præterea) quod sui natura est repetitiuum & amplitiuum: quasi dicat, nedum per sequens matrimonium, vt in authen. præcedentibus, sed etiam sine matrimonio per rescriptum principis naturales legitimantur. Salycetus.*

PRæterea † qui legitimam non habet prolem, sed ex huiusmodi cõsuetudine duntaxat naturalem: potest, ab eo precib⁹ principi datis, legitimos sibi cõstituere, & sine matrimonio, si mulier iã defuncta sit, vel deliquerit, vel occultẽ, vel aliàs venire prohibeat, vel quoquo mõ matrimoniũ ĩpediat, vt sacerdotio.

IN AV-

BIU Cujas

a *Item sine legitimis &c.* quæ est quib.mo. na. effi.legi. §. illud. colla.vj.

b *Filii.* sic supra de transac.si quis maior.ff.de lega.ij.cum pater.§. libertis.& de regu.iur.l.cum par.§. illi.

*Si quis.* ]C.ASVS. Hæc authen.ponit adhuc aliũ modũ per quẽ sibi succedũt tanquã legitimi: dicẽs ꝙ si quis habet mulierẽ quę potest esse vxor,& dicat in istrumẽto publico vel priuato cum subscriptione triũ testiũ fide dignorum, ꝙ vult filios naturales suos esse & legitimos, erũt successores. ꝙ si de vno filiorũ dixerit ipsum suũ esse & legitimũ: cæteri filij ex eadem muliere nati, etiã erunt legitimi.

c *Si quis.* sine legitimis forte.verũ in corpore nõ aperit habuerit legitimos, vel non.

*ADDITIO.* Dicas ꝙ legitimatio nõ ꝓdest existẽtib⁹ legitimis: nisi in duob⁹ casibus. s. quãdo fit per oblationẽ curiæ, & ꝓ matrimoniũ: vt in authen. quib.mo. na effi. sui. §. generaliter. colla. vij.

d *Cæteris.* sic. ꝫ. de diuer. re. l. j. &. ꝫ. de aduo. diuer. iudicũ. l. restituẽdæ. Et hic est casus vbi res inter alios acta, aliis prodest.

e *Vidã. Itaque talibus dubitationibus.* stribus. nam ad omnia dicas responderi.

f *Cõsequẽtia.* quia nec filij, nec nepos legitimus est auo: vt subiicit i duob⁹ vltimis casib⁹.

g *Extendimus.* & sic nocet filio patris vita.

h *Aperimus.* No. ergo bastardos nõ succedere cognatis patris: vt in authẽ. co. §. filiũ vero. colla. vij. Sed quid si ex spurio habeo naturalẽ vel legitimũ nepotẽ? Vel quid si mulier habeat nepotẽ ex naturali vel spurio, vel ecõtra ex legitimo filio habeat nepotẽ naturalẽ? Potest respõderi vt in naturali: vt distinguatur habeat legitimam sobolẽ vel nõ. & facit infra ad Orficianum. l. pe.

*DE TESTAmentaria tutela.*

*Dixit de contractibus: nunc de quasi contractibus, vel dixit qualiter vi uens pater cõsulat filio in fando, & nunc qualiter moriens in tutela.*

*Quem dicis.* ]CASVS. Si patrona liberto tutorem in testamento dedit, cum non teneat datio, licet tutor tutelam non administret, non tenebitur. si vero sponte gesserit, tenebitur neg. gest. actione.

i *Quem dicis.* potest quęri hic in prima lege, quare tutor à iudice non potest dari sub cõditione: vt. ff. de tute. l. muto. §. j. sed à testatore sic: vt insti. qui da. tut. pos. §. ad certũ? Respõ. quia præsumẽdũ est ꝙ pater bene faciat etiã dãdo sub cõditione: & multũ cõfidit lex i eo, adeo ꝙ nũquã satisdat tutor ab eo datus rẽ pupilli saluã fore: vt insti. de satisd. tut. §. j. Vel dic actũ esse legitimũ in iudice, qui nõ recipiat diẽ vel cõditionẽ: vt. ff. de reg. iu. l. act⁹ legitimi. Hug. Iteꝫ an tutor datus i testamẽto pupillo, facto inuẽtario possit cõuenire debitorẽ pupillarẽ nomine pupilli? Videtur ꝙ nõ. nã videtur hic esse perplexio. nã non potest esse tutor, nisi adeatur hęreditas: vt. ff. de testa. tute. l. si nemo. j. nec adiri hęreditas, etiã si sit lucrosa, sine tutoris auctoritate: vt instit. de auctor. tut. §. neq;. Sed die ꝙ iussu iudicis adeat: vt j. de iu. delib. l. si ĩfanti. in fi. vel datur curator ad adeũdũ: vt. j. de admini. tut. l. cũ quædã. Iteꝫ an tutor inutiliter datus & cõfirmatus, sit testamẽtari⁹ vel datiuus? Dic vt. j. tit. j. l. ij. Hug. Iteꝫ si dat tutorẽ pater in testamẽto facto corã quatuor testibus, an valeat datio? Videtur ꝙ sic: quia potest testari quoquo modo vult inter liberos. sed verũ est in hęreditate: quę etsi decedat ab intestato, ex voto peruenit ad eos. Io. Iteꝫ quãdo plures sunt tutores dati in testamento, & omnes decedant: vocantur legitimi. Sed si remoueãtur vt suspecti, tunc datiui: vt no. j. ea. l. in magna glo. Sed quę est ratio diuersitatis? Respõ. quia quãdo sunt remoti, remanẽt reliquię: vt adhuc quasi videatur adesse tutor: vt infra in quib. cau. ha. tu. l. licet. Iteꝫ si auia det tutorem nepoti, & instituat eũ: an valeat datio? Videt enim ꝙ non: quia lex semper dicit de matre quæ eũ instituit: vt. j. eo. l. mater. sed qđ dicit de matre, idẽ est i auia.

*Tutor à iudice sub cõditione datus non potest.*

*Tutoris datio facta in testamẽto, an valeat.*

k *In testamento.* quo



## IN AVTHENT. quib.mo.nat.effi.legiti. §. illud autem.colla.vj.consti.j.

*Hic additur nouus modus per quem filii legitimantur. Baldus & Salycetus.*

ITẽ sine legitimis[a] decedens, in testamẽto scribens velle se naturales filios fore legitimos successores, licẽtiam habeat, vt post mortẽ ei⁹ filij principi supplicẽt, testamẽtum ostẽdẽtes, & principis & legis dono fiãt hęredes, si tamẽ filij[b] volũtatẽ patris amplectãtur. quod generaliter obseruatur. sed si alij quidem volunt legitimi fieri, alij non: volentes fiant, cęteri in iure naturali remaneant.

## IN AVTHEN. VT liceat matri & auiæ. §. ad hoc autem. colla. viij. consti. fi.

*Hic additur alius modus legitimãdi naturales, qui est in se mirabilis, & ideo bene notandus. Salycetus.*

SI quis[c] liberos habẽs naturales ex muliere libera, quæ vxor ei poterat esse, dicat in instrumẽto siue publicè siue ꝓpria manu conscripto, habente subscriptionem triũ testiũ fide dignorũ, siue in testamẽto, siue in gestis monimẽtorũ hos suos esse, nec adiecerit naturales: huiusmodi filij ei legitimi successores erũt. ℣ Et si vni ex multis filiis testimoniũ quodlibet ex prędictis modis præbuerit: cæteris[d] ex eadem muliere natis ad legitima iura sufficiet.

*In odiosis appellatione filii non continetur nepos, si ratio odii quæ erat in filio, cessat in nepote. h. d. hæc lex not. Vel sic: Vbi fit mentio de filio respectu certæ qualitatis, nõ cõtinetur nepos, qui est alterius qualitatis. Bal. Vel sic: Licet iure isto pater prohibeatur totũ relinquere naturali filio, nõ tamẽ prohibetur nepoti naturali, ex legitimo nato: nec nepoti legitimo, ex naturali nato: nec nepoti naturali, ex naturali nato. vbi nulla subest soboles legitima in successionibus ab intestato, remanent iura antiqua in suo statu. Salycetus.*

XII. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

CVidã qui iustũ filiũ habebat, nepos accessit naturalis. Si nepotis nomẽ huiusmodi soboli legibus accõmodãdũ esset, quærebatur. Volebat enim tali naturali nepoti ex suo legitimo filio iam defuncto progenito totã suã substãtiã relinquere, quasi sacris cõstitutionibus tantũmodo in filiis naturalibus prohibẽtibus totũ patrimoniũ, siue quantam partem voluerit, eis relinquere, & certo fine partes eorum cõcludẽtibus. ℣ Huiusmodi autẽ dubitatio & ĩ alia dubitationis specie vẽtilata est. Quid enim si ex naturali filio nepotem habeat auus legitimũ patri suo, vel naturalẽ? ℣ In omnibus itaque talibus dubitationibus,[e] cum nulla legitima cõsequentia[f] in huiusmodi personis custoditur, sed ĩteruẽtu sobolis naturalis nullum ius legitimum subesse potest, vt necessitas relinquendi aliquid eis ex legibus ĩmineat: liceat eis quantum voluerint suę substantię in eos conferre, scilicet nulla legitima sobole subsistente. Filiis enim naturalibus relinqui constitutiones quãtum voluerint, ideo ꝓhibuerũt, quia vitiũ paternũ refrenandũ esse existimauerũt. In nepotib⁹ autẽ nõ eadẽ obseruatio in præfatis speciebus custodiẽda est, vbi legitima soboles minimè facit impedimẽtũ. Ea enim subsistẽte: veterum constitutionũ tenorẽ in naturalib⁹ filiis statutũ, & in nepotes extẽdimus.[g] ℣ Sed hoc in his tãtummodo sancimus, in quibus volũtate aliquid consecuti sunt. Iura etenim ab intestato in aui successionẽ nemini eorũ penitus aperimus:[h] & hęc nõ solũ eis accedere cẽsemus à substãtia aui paterni naturalis, sed etiã proaui, vel eius cognationis: si quis saltẽ huiusmodi vocabulũ in tam degeneres homines extendere maluerit. Dat. Kalend. Nouemb. Lampadio & Oresta. VV. CC. Conss.

*TITVLVS XXVIII.*

## DE TESTAMENTAria tutela.

NOn est† ignotum, tutores vel curatores adolescentium, si nomine pupillorum vel adultorum scientes calumniosas instituant actiones, eo nomine condemnari [k] oportere: ne sub prętextu nominis eorũ [l] propter suas simultates [m] securè lites suas [n] exercere posse existiment. PP. VI. Id. Maij, Maximo. II. & Aeliano Coss.

*Contra formam datam à testatore, non debet tutor rem pupilli vendere. Saly.*

VII. Idem A. Valerio.

TVtelam pupillorum tuorum sic administrare debes, ne ędificium quod his relictum est, contra formã alienandi testamento datum vendas. [o] PP. VI. Id. Iul. Maximo. II. & Aeliano Coss.

*Ignorans se tutorem datum, non tenetur: sciẽs verò sic: & de neglectis cõueniri potest cũ aliis. de gestis verò ab aliis cõueniri potest gerẽtib⁹ prius excussis. h. d. cũ glo. Saly.*

VIII. Idem A. Aprili.

ET si scisses [p] te curatorem datum, nec administrasses: cæteris curatoribus, & administrationem peragẽtibus, & sufficientibus damno præstãdo, [q] cõtra te actio dari non potest. [r] Sin autem nescisses te curatorem datum: etiã si soluendo cæteri non sint, damni periculum ad te non redundat. PP. VII. Kalend. Decemb. Alexandro A. III. & Dione Coss.

*Adulta agit contra curatores vt constituant sibi dotem. Bald. Vel sic: Adulta potest petere vt dotetur, curatoribus cessantibus. Salyce.*

IX. Idem A. Inclytæ.

SI curatores habes, [r] híq; dotare te bonis tuis cessant: adito præside prouinciæ impetrabis, vt quod moderatũ [s] est honestæ personæ, præstare cogantur. [t] PP. XVII. kal. Maij, Agricola & Clementino Coss.

*Libertus fraudulenter administrans, remouetur & punitur. Salyce.*

X. Idem A. Rufinæ.

SI liberti eiusdémq; curatoris culpa vel fraude ratio vestra læsa sit: [u] sarciri damnũ

m *Simultates.* id est calumniosas intentationes: vel, id est propter latens odium.

n *Suas.* sciliet tutorum, vel curatorum. & idem in prælatis ecclesiarum. & facit. ff. eodem. l. quotiens. §. sicut. &. ff. manda. l. Quintus. & infra de his qui. vt indi. l. Polla. & infra qui accu. non pos. l. ij.

*Vtelã.*] CASVS. Testator prohibens ne ædificiũ quod extruxerat, alienaret, tutorem filio suo dedit. an tutor alienare possit, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

o *Vendas.* vt &.ꝫ. de re. alie. l. fina. licet aliàs poterant vendere ædificium olim: vt infra eo. l. lex quæ.

*Et si scisses.*] CASVS. Si quis sciens se cum aliis datum curatorem, non administrat: si administrantes soluendo sunt, non tenebitur. si autem ignorabat se curatorem datum: licet alij soluẽdo non fuerint, non ideo hic tenebitur.

p *Et si scisses.* quod pupillus pbare debet: vt. ff. eo. l. quidam dece dens. §. fi. &. l. hoc autẽ. Sed arg. contra. j. de pric. tu. l. si tutor. §. fin. Sed expone vt hic. vbi ergo nullam habet excusationem, statim tenetur ex quo scit: vt hic, &. d. l. quidam. in pri fi. &. j. de suspe. tu. l. ij. & si habet excusationem, aut eam non prosequitur, & ab initio cogitur administrare: vt. ff. eo. l. j. si vero prosequitur, tenetur tunc demum reprobata excusatione, & administrare iussus: vt. ff. eo. l. qui iussus. &. ff. de excusa. tut. l. si is qui tres. §. illa quoque.

q *Damno præstando.* hoc enim in administratis: vt hic. at in neglectis omnes tenentur: & ĩ his, scilicet administratis, in subsidiũ: vt. ff. eo. l. tres tutores. §. nõ solum. &. §. itẽ in eo. & de excusa. tuto. l. quid autem. &. j. si tutor non gesse. l. fina. & supra de transact. l. j. & de proba. l. ex persona.

r *Si curatores habes.* ô adulta.

s *Moderatum.* secundum facultatem & dignitatem: vt. ff. de iure dot. l. quæro. &. l. cum post. §. gener. Et si vltra quàm valeat mulieris facultas constituatur, non valet ipso iure. si autem supra vltra vires, valet: sed restitutio locum habet: vt. ff. de mino. l. si minor. in fi. ex causa. §. in dotis.

t *Cogantur.* scilicet pro dote. & impendia etiam facient nuptiarum: vt. ff. eo. l. curator.

*Si liberi.*] CASVS. Si libertus adulti eiusdẽ curator, seruum adulti manumiserit sine eius cõsensu, vel ab alio per fraudem manumitti passus fuerit, resarciet ei damnum: vel pro modo admissi delicti punietur in corpore. Viuianus.

u *Læsa sit.* quia manumisisti seruũ aliquẽ eo cõsuléte: vt.ꝫ.si aduer. liber. l. quos retrahi. Vel aliàs male gessit aliqd: de culpa quę tenetur

tenetur vtili negotiorum gestorum iure cõmuni, de dolo etiam criminaliter extraordinarie: vt hic subiicit, & dicta. l. quos retrahi. & instit. de suspect. tu. §. libertus. &. ẽ. co. l. nisi. Item nota secundum quosdam ex hac. l. &. j. eo. l. si tutores. quòd aliud est dolus siue fraus, & aliud culpa. sed veritas est quòd in dolo interest culpa: sed non conuertitur.

a *Dedit.* & curator tenetur in defectum.

*Si bonam.*] CASVS. Si tutor in causa pupilli, si bona fuerit, nõ appellauerit sententia lata contra pupillum, vel appellatione interposita eam prosequi non curauit: iudicio tutelæ pupillo tenebitur pro indemnitate pupilli conseruanda. Viuianus.

b *Si bonam.* in mala secus: vt. ẽ. eo. l. nõ est. & ff. eod. l. quotiens. §. plane. & etiam fac. ff. de euic. l. Herennius Modestinus. & ff. man. l. si procuratorem. §. si ignorantes. sed in dubio præsumitur mala: vt in dicta. l. Herennius.

c *Iudicio.* vt & ẽ. si tutor vel cura. l. fin.

*De his.*] CASVS. Tutor ex mala administratione factꝰ est debitor pupilli: in causa decessit pu. successit ei mulier: vult cõuenire tutorẽ, an possit? distinguitur: aut est minor annis, & nõ potest sine tutore, nec numerus liberorum in hoc casu ætatem supplebit: vt si habeat xxij. annos, & tres liberos. si maior, potest. Viuianus.

d *Eorum.* scilicet pupillorum.

e *Successisti.* scilicet pupillis qui habent tutores, vel curatores. Et dic, de his, scilicet agere debes: & hoc si es maior vere non ficte, propter liberos. Vel dic, successisti pupillis qui habent tutorem: & adulto, qui habet curatorem: quod in idem recidit. Tertij dicunt, quòd agis contra tuum curatorem, qui non conuenit tutorem vel curatorem eius cui successisti. quæ vltima non consonat literæ.

f *Implesti.* vere: vt hic. vel etiam ficte: vt. ẽ. qui dare tuto. pos. l. in vniuersis.

g *Fœminis.* nec maribus, nisi ad honores: vt. ẽ. de in integ. restitu. mi. l. eo tempore. & ff. de mino. l. iij. & ff. de mune. & hono. l. ad rempublicam.

*Tutores.*] CASVS. Tutor si conueniat debitorem pupilli: an debeat satisdare pupillũ rem ratam habiturum, quęritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

h *Ad satisdationem.* rem ratam haberi, secundum Ioan. nisi dubitaretur an sit vel duret tutor, vel gestus illi vulgo commissus sit: vt. ff. eod. l. vulgo. Hug. sed certe illa non est cautio rati: sed quòd actor non patietur damnum ob id quòd tutor non sit iudicio sisti: pupillus tamen cauet, & eos defendet: vt. j. eo. l. fin.

ab eo qui dedit, [a] præses prouinciæ curabit: non dubitaturus etiam grauiorem executionem adhibere, si quid tam aperta fraude commissum est, vt puniendum in liberto crimen deprehẽdat. PP. XI. Kal. Augu. Agricola & Clemẽtino Coss.

*Tutor in bona causa tenetur appellare & prosequi. Bald. concor. Salyce.*

XI. Imp. GORDIANVS A. Cæcilio.

SI bonam [b] causam † ea cuius tutor es, habuit, & aduersus latam sententiam nõ appellasti, seu post appellationem prouocationis solennia implere cessaueris: tutelæ iudicio [c] indemnitatem pupillæ præstare debes. PP. Idib. Aug. Gordiano. A. & Auiola Coss.

*Defectus legitimæ ætatis in iudiciis, & rerum suarum administratione, non supplętur ex numero liberorum. Salyce.*

XII. Idem A. Octauianæ.

DE his quæ in fraudem administrationis à tutore gesta, vel negligenter acta à curatoribus eorum [d] quibus successisti, [e] allegas, agere debes: si modò annos legitimę ętatis implesti. [f] neque enim ignoras nõ multum patrocinari fœcunditatem liberorum fœminis [g] ad rerum suarum administrationẽ, si intra ætatem legitimam sint constitutæ. PP. III. Non. Octobr. Gordiano. A. II. & Pompeiano Coss.

*Tutor agens pro pupillo, non tenetur cauere de rato. h. d. cum glossa. Salyce.*

XIII. Idem A. Longino.

ITutores debita pupillaria, seu depositæ reposcentes, ad satisdationem [h] compelli nõ posse, manifestũ est. PP. VIII. Kalend. Maij, Ariano & Pappo Coss.

§. defensionem. &. §. omnem autem. & fac. ff. quod cuiusque vniuersitatis. l. item. §. actor.

i *Actiones. Non posse.* subaudi, à concuratore. Item nec ab adulto, & hoc si poscatur ratio totius administrationis, sed alicuius capituli potest: non tamen à concuratore, qui administret: alioquin cõtra: vt. ff. eod. l. iij. §. j. sed ab alio: vt dixi supra eo. l. aduersus. sed certe lex illa. ff. eodem. l. iij. §. j. extra iudicium potest intelligi conueniri administrantem à nõ administrante. Item & actio hic personalis à reali distinguẽda est: vt instit. de aucto. tu. §. fin.

*Curator an possit cogi rationẽ reddere officio durante.*

*Durante administratione curator non cogitur rationes reddere. Salyce.*

XIIII. Impp. PHILIPPVS A. & PHILIPPVS C. Clementi.

RAtiones curę administratæ ante impletum quintum & vicesimum annum, durante officio posci iure non posse, [i] manifestum est. PP. prid. Non. August. Philippo. A. II. & Titiano Conss.

*Subscribens se tanquam curator, proprio nomine non tenetur. Bald. Vel sic: De eo quod quis facit vt tutor, vel vt curator, non potest conueniri: nisi proprio nomine se obligauerit. Salyce.*

XV. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. Licinio.

SI non subscripsisti quasi fideiussor: frustra vereris ne ex ea intercessione [k], qua † signasti vt curator, [l] olim liberatus (vt affirmas) sententia præsidis, ex officio curatoris conueniri possis. [m] PP. prid. Non. Mart. Diocletiano. III. & Maximiano. AA. Conss.

*Tutor nõ habet potestatem donandi nisi ex causis à iure permissis: aliàs non præbet iustam causam possidendi. Salyce.*

XVI. Iidem AA. & CC. Proculo.

NOn omni titulo res † pupilli potestatem alienandi tutores habent: sed administrationis tantum causa distrahentes, quæ eis venundare licet, iustam causam possidendi [n] comparantibus præstant. Cùm itaque donandi nulla ratione [o] res eorum quorum administrant negotia, potestatẽ habeant: vindicare dominium à possidentibus nõ prohiberis. Dat. X. Kal. Maij, Heracliæ. AA. Conss.

*Tutelæ officium non prohibet tutorem testari, nec sua donare. Salyce.*

XVII. Iidem AA. & CC. Martiali.

i *Durante.* vt. ff. eod. l. iij. §. j. sed ab alio: vt dixi supra eo. l. aduersus. sed certe lex illa. ff. eodem. l. iij. §. j. extra iudicium potest intelligi conueniri administrantem à nõ administrante. Item & actio hic personalis à reali distinguẽda est: vt instit. de aucto. tu. §. fin.

*Si non subscripsisti.*] CASVS. Adultus in aliquo contractu pro me fideiusit, & curator auctoritatem præstando, non fideiubendo, instrumento contractus subscripsit. nunquid conuentus negotiorum gestorum actio. ab adulto & liberatus, super fideiussione ab eo facta cõueniri possit à creditore tanquam fideiussor, quæritur? Dicitur quòd non.

† *al. quam*

k *Ea intercessione.* intercedebat enim minor, cui auctorabat curator: & quia male fecit, conuentus fuit à minore, sed absolutus à præside. Vel dic, liberatus à cura generaliter. Alij dicunt quòd post curã finitam subscripsit.

† *al. rerum*

l *Curator.* dum curator eras. & sic concor. huic. l. infra quando ex facto tuto. l. j.

m *Conueniri possis.* à creditore. sic &. ẽ. si cert. pet. l. mutuæ. & infra de fideiussoribus. l. si pater.

*Non omni.*] CASVS. Tutor res pupilli distrahere non potest: quasdam tamen distrahere potest, non autem donare: sed si donauerit, eas pupillus poterit vindicare. Viuianus.

n *Causam possidendi.* vt animalia superuacua, & vestes detritas: vt infra eod. l. lex quæ. & facit quod dicitur, dominus est tutor, cum bene administrat, non eum spoliat: vt. ff. pro empt. l. qui fundum. §. si tutor.

*Tutor dominus est, cum bene administrat.*

o *Nulla ratione.* vt &. ff. eod. l. tutor ad vtilitatem. &. l. cum plures. §. ij. & infra si ma. fa. ra. ha. l. fina. &. ff. de offic. procur. Cæs. l. j. §. si rem. Sed fallit in casibus, vt cum dat mercedes doctoribus: & alimenta seruis & libertis: solennia munera parentibus: dotem sorori ex eodem patre natæ: vt. ff. eodem. l. cum plures. §. cum tutor. &. ff. de tute. & rat. distra. l. j. in princ. Accursius.

*Tutor dare rebus pupilli aliquando potest.*

*De successione.*] CASVS. An tutor pupilli testamentum facere possit, quæritur? Dicitur quòd sic: & de bonis suis in alium donationis titulo transferre. Videbatur quòd non: quia omnia bona sua tacite sunt obligata pupillo: contrarium tamen est verum.



BIU Cujas

a *De successione sua.* scilicet tutorum.
b *Prohibeantur.* cum suo onere: vt &.ſ.rem alie.ge.l.vnica.&.ff. de contrahen.emp.l.alienatio.

*Debitoribus.* ] CASVS. An tutor pupilli posſit distrahere pignora eius debitoris? Dicitur ꝙ sic: si primo denunciauerit debitori ꝙ soluat. Viuianus.

c *Pertinente.* si distuleris exigere dum sunt soluendo: vt.j.eo.l.tutores.in fine.&.j.arbi.tute.l.ij.
d *Communi iure.* quod est.j.de distract.pi.l.si in hoc.

*Tvtor.* ] CASVS. Si quis sciat se tutorem datū, nec se excuſet: abinde periculū ad eum pertinebit. Vi.
e *Excusauerit.* scilicet intra tempus ad hoc constitutum, scilicet.l. dierum.
f *Obnoxius.* vt.ff.eo.l. quidam.§.fin.&.l.hoc autem.& dixi.ſ.eo.l.& ſi ſciſſes.

*Pro officio.* ] CASVS. Si tutor vel curator ex mala administratione factus fuit debitor pup.vel adulti: res tu. vel curatoris p hypothecam ſibi obligatas poteſt vindicare pupillus vel adultus à quolibet poſſidēte. Vi.
g *Si debitores.* tutores vel curatores ratione administrationis.
h *Obligata.* vt & ſupra de rei vxo. actione. §. j. & hoc ex eo tēpore, ex quo cœpit eſſe tutor.arg.j.de bonis quę libe. l. cum oportet.§. fin. vel quo cœpit male administrare. arg.ſ. de ſecun.nup.l. hac edictali.§.pen.
i *Et ſi tutor.* qui tutor nō administrans tenetur vtili tutelæ: curator vtili negotiorum geſtorum: vt.ff.de rit. nup.l.ſi quis tutor. §.j. &.ff. rem pupil. ſal.fo. l.non quaſi.§.illum.& ff.eo.l.tutores qui.§.in eum. Sed nūquid bona eius qui gerit pro tutore, ſunt tacite obligata pupillis? Reſpon. ſic, arg.ff.de priui. credi.l.dabimus. &.j.qui pot.in pig. hab.l.aſſiduis.circa princi. ibi, & hoc cū in perſonalibus &c.&.§.ad hęc.ibi, cū enim in perſonalibus.& eſt pro hoc.ff.de tute. & rat.diſtra.l.vlti.

*Pupillo an ſint tacitè obligata bona eius qui gerit ꝙ tutore.*

*Pvpillorū.* ] CASVS. Dedi decē pupillo, ſi tutor vellet. voluit. an rei non acquiſitæ periculum ad tutorē pertineat, cum potuit acquiſuiſſe, nec fecit, quæritur? Dicitur ꝙ ſic. Viuianus.
k *Conditio.* quia non impleuit conditionem ſub qua donatum erat minori.
l *Rei amiſſæ.* id eſt non quæſitæ, & ſic improprie: vt.ff.de regu. iur.l.nō videtur. ſic improprie ponitur: vt inſtitu.ad leg. Aquil. §.illud.ibi, nam hæreditatis quoque amiſſæ &c. Item not.ꝙ facit tutor vt actio non quæratur: & per hoc tenetur pupillo: vt & infra arbit.tute.l.quicquid.& arg.infra eo.l.ſi tutoris. &.ff.de iniur.l.ſed & ſi vnius.§.j. & arg.j.de ſer. fugitiuis.l.v.§.fi. & infra de cu.fu.l.fi.§.j.ſed non facit vt quæſita pereat: vt.ff.eo.l.Lucius.ij.§.fin.& ſic infra de acquirenda poſſeſſ. l.fin. Et facit hæc lex ad quæſtionem, ſi tutor induxit teſtatorē vt ſibi relinqueret quod pupillo relinquebat. Item an & hoc caſu petit reſtitui? Reſpon. ſic. habet enim electionem vtrum contra tutorem velit agere, vt hic: vel petat reſtitui: vt ſupra ſi tutor vel curator interue.l.etiam.

*Tutor pupillo tenetur, qui facit quòd ei actio non quaratur.*

*Ex qua.* ] CASVS. Lex quædam præcipiebat vt omnia bona pupilli per tutorem diſtraherentur, & redigerentur in pecuniam, & illa fœnori daretur præter prædia ruſtica: quæ lex erat aduerſa vtilitati pupil.præcipit imperator, vt bona pup. immobilia ſiue mobilia non diſtrahantur: niſi hoc daretur in dotem, vel donationem propter nup. & in huiuſmodi alienatiōe neceſſe eſt vt interponatur iudicis decretum. Item prohibet ne ſeruum alienet.& cauſam ſubiungit: quia ſcilicet ſi boni ſunt, cuſtodiēt domum, & res pupilli: ne in his fraudem tutor committat. ſi ſint mali, poterunt torqueri, vt dicant veritatem de his quę in domo pupil. cōtinentur. & melius eſt ſi ſerui apud pupil.morētur, quam extraneo ſeruiant, & fugiant: quorum fuga tutoris negligentiæ adſcribetur. domus pupilli vendi non debet: quia pater pupilli ibi deceſſit, & ibi imagines ſuas habuit, quas conuelli pupillis eſſet lugubre. ſed ſi ruinam patiantur, tutor eas reficere debet: vt ex conductionibus earū poſſit pupillus omni anno penſionem percipere.

[ SERVI. ] Serui qui aliqua arte prēditi ſunt, pupillo ſeruiant: & de bonis pupil. alantur. Alij qui arte prēditi non ſunt: partim ex labore ſuo, partim ex ſubſtātia pupilli alantur. Quòd autem ſerui alienari nō debeāt, duplex eſt pupil. commodum: ſcilicet ne tutores in rebus pupil. fraudem committant: vel mater pupil. res pupilli in pecuniam redigi, ne amittantur forte debitore facto non ſoluendo: nec ſemper poſſet fœnerari. Nullo ergo modo diſtrahat has tutor ſine interpoſitione decreti: niſi ſint res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: veluti veſtes attritæ, & fructus, & animalia ſuperflua.

m *Lege.* ſcilicet per iudiciariam auctoritatem.
n *Vendere, vel pignorare.* puta ob æs alienum. Item pro iudicio ſiſti poteſt obligari minoris ſubſtantia: vt infra eo.l. fina.§. defenſionem.
o *Vel in dotem.* nota dotem conſtitui à minore in immobilire, cū decreto. ſic eſt & in donatione propter nuptias: vt.j.ſi ma.fa. l.fi.§.fi. Sed econtra in vtroq;.j.de præd.mi.l.ob æs.vbi propter æs alienum tantum permittit. Item ad donationem tantum eſt contra in eodem.l. prædia. Solu. prædicta intellige pro dote & donatione à patre minoris promiſſa: & ſic eſt æs alienū. de nouo autem conſtituere non poteſt minor, vt in contrariis. hoc non placet: quia ſi pater promiſit dari, poterit iure communi etiam ſine decreto: vt. ff. de re.eo. l. magis. §. ſed ſi pater. Item non placet: quia expreſſe dicitur. ff. de iur. dot. l. Titia. quòd minor dedit prædia in dotem. ſed illam intelligebat Ioan. quòd maior

DE ſucceſsione ſua [a] tutores fruſtra timent: cum his qui tutelā adminiſtrauerunt, teſtamenti factio nō denegetur, nec de bonis ſuis donare aliquid prohibeantur. [b] S. XVI. Kal. Nouemb. Sirmij. AA. Conss.

*Periculum nominum ſpectat ad tutorem: ideo debet eſſe ſollicitus vt ſoluant, & eis denunciare, & poſtea ſecundum iura pignora vendere. Salycetus.*

XVIII. Iidē AA. & CC. Soterico.

DEbitoribus pupillę pro officij ratione tutorē te conſtitutum adſeuerans, ad te nominum periculo pertinente, [c] parere ſolutioni denuncia. Qui ſi ſatis nō fecerint: in venditione pignorum vti cōmuni iure [d] potes. S. prid. Kal. Ianua. Sirmij. AA. Conss.

*Tutor poteſt dari in abſentia. Bald. Vel ſic: Tutor datus ſciens, & ſe non excuſans, tenetur. Salyce.*

XIX. Iidem AA. & CC. Vindiciano.

TVtor, licet abſens, decreto datus, ſi ſciens ſolenniter ſe non excuſauerit, [e] adminiſtrationi conſtituitur obnoxius. [f] S.iij. Id.Feb. Sirmij. CC. Cōss.

*Bona tutoris & curatoris ſunt tacitè obligata, etiam ſi non ſuſcepiſſet tutelam neceſſariam, nec vnquam aliquid promiſiſſet. Bald. Vel ſic: Bona tutoris vel curatoris pro geſtis & non geſtis ſunt tacitè obligata pupillo vel adulto. Salycetus.*

XX. Imp. CONSTANTINVS A. Eufemianæ.

PRo officio adminiſtrationis tutoris vel curatoris bona, ſi debitores [g] exiſtant, tanquā pignoris titulo obligata, [h] minores ſibimet vindicare minimè prohibētur. ℣ Idem eſt & ſi tutor [i] vel curator quis conſtitutus, res minorū non adminiſtrauerit. Data. vij. Kal. April. Treueris, Voluſiano & Anniano Conss.

*Tutor non implens conditionem vtilem pupillo, tenetur ad intereſſe. Saly.*

XXI. Idem A. Maximo præfec.præto.

PVpillorum ſeu minorum defenſores, ſi per eos donationum conditio [k] neglecta eſt, rei amiſſæ [l] periculum prēſtent. Dat. III. Kal. Feb. Romæ, Sabino & Rufino Conss.

*Bona pupillorum quæ poſſunt ſeruando ſeruari, nō debent alienari, niſi cauſa neceſſitatis, præcedente inquiſitione, & cauſæ probatione, & ſubſecuta decreti interpoſitione. Bal. Vel ſic: Immobilia & mobilia quæ ſeruando ſeruantur (præter animalia ſuperuacua) non poſſunt tutores vel curatores alienare, etiam in cauſam dotis ſine decreto iudicis. Saly.*

XXII. Idem A. ad populum.

LEx quæ tutores curatoréſque neceſsitate adſtrinxit, vt aurum, argentum, gemmas, veſtes, cęteráq; mobilia preciosa, vrbana etiam prędia & mancipia, domos, balnea, horrea, atque omnia quæ intra ciuitatem ſunt, vēderent, omniáq; ad numos redigerent, præter prædia & mancipia ruſtica, multum minorum vtilitati aduerſa eſt. ℣ Præcipimus itaq;, vt hæc omnia nulli tutorū curatorúmve liceat vēdere: niſi hac fortè neceſsitate & lege, [m] qua ruſticum prædium atque mancipium vendere, [n] vel pignorare, vel in donationem propter nuptias, vel in dotem [o] dare in præteritum licebat: ſcilicet ſurripiat, & ad ſecundum maritum perferat. Nec debent res pupilli in pecuniam redigi, ne amittantur forte debitore facto non ſoluendo: nec ſemper poſſet fœnerari. Nullo ergo modo diſtrahat has tutor ſine interpoſitione decreti: niſi ſint res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: veluti veſtes attritæ, & fructus, & animalia ſuperflua.

BIU Cujas

maior erat tempore donationis. Tu ergo dic speciale in dote,& in donationibus propter nuptias.& in dicta.l.ob æs alienum.tantum subaudi,vel aliam similem causam:vt ob dotem & donationem propter nuptias.& dictam.l.prædia, intellige de donatione sponsalitia,non propter nuptias.

a *Per inquisitionẽ.* quæ in multis cõsistit: vt.ff. de re.eo.l.magis.§.non patsim.

b *Probationem causæ.* quare vendat.

c *Ante omnia.* generaliter prohibuit:nunc rationem de singulis reddit.

d *Semper.* referas ad hoc quod supra dictũ est,nisi hac forte &c.

e *Quod.* scilicet cp in inuentario scribantur. Vel dic quòd in domo retineantur,& nó ventdãtur:quod est verum, si non sunt vsu detritę: vt.j.ea.l.in fin.

f *Supellectili.* improprie dicit,in cætera supellectili:quia supellex est domesticum patrisfamilias instrumẽtum, quod neq; argento,auróve facto,vel vesti cõnumeratur:vt.ff.de supel.le.l.j.

g *Si ita.* scilicet seruiendo eis.

h *Execrantur.* id est oderunt serui.

i *Per hoc.* id est per cõseruationẽ seruorum.

k *Tunc enim.* i.secundum antiquam legem.

l *Remota.* quãdo multoties contingebat cp pupilli occidebantur à seruis.

m *Defecit.* id est mortuus fuit.

n *Pater.* idem si aliunde habuit, vt subiicit, ergo & domus &c.

o *Ergo & domus.* quia aduersa erat illa lex vtilitati minorũ.ergo &c.

p *Collapsum.* qd prius refici debet, quàm nouum fabricari: vt.j. de ope.pub.l.fin.

q *Vel cuiuscunq;.* vel dic vel alio cuiusq; &c.

r *Testificatione.* ipsum enim opus in præsentia pluriũ à iudice visum, probat cp est reficiendum, & cp egeat sumptibus.Et sic not.quòd secundum cõscientiam iudex iudicat:quia hoc videt vt iudex.sic.ff.fin. regun.l.si irruptione.§.fi. & de fer.l.ij.§. fin.&.j.de ali.pup.præstan.l.fina.

s *Precia.* accepta ex venditione domus.

t *Deminuta.* postea.

u *Inferant.* seruiendo minori,vel locando alij.

x *Labore suo.* faciendo herbam venalem, a deferendo lapides: nec enim hæ artes sunt.

y *Taxatione.* facta à defuncto:aliàs à iudice,vel ipse minor siue tutor taxabit aliquid pro alimentis.

z *Lex enim.* diximus ne alienentur serui:& hoc propter duplex commodum minorum.& hoc subiicit,lex enim &c.

a *Tutores.* minoribus insidiantes.

per inquisitionem [a] iudicis, & probationem causæ, [b] interpositionémque decreti, vt fraudi locus non sit. ¶ Ante omnia [c] igitur vrbana mancipia,quæ totius supellectilis notitiam gerunt, † semper [d] in hæreditate & in domo retineantur.nam boni serui fraudem fieri prohibebunt: mali, si res exegerit, sub quæstione positi,poterunt prodere veritatem: atque ita omnia obseruabunt, vt nec inuentarium minuere, nec mutare, vel subtrahere aliquid tutor valeat. quod [e] in veste, margaritis, gemmis,& vasculis, cæterâque supellectili [f] necessarium est. ¶ Et tolerabilius est (si ita [g] contigerit) seruos mori suis dominis, quàm seruire extraneis: quorum fuga potius tutori adscribitur, siue negligentia dissolutam esse patiatur disciplinam,siue duritia,vel inedia, atque verberib⁹ eos afficiat. Nec enim dominos execrãtur, [h] sed magis diligunt: ita vt hæc lex per hoc [i] quoque melior antiqua sit. Tunc enim [k] remota [l] seruorum custodia, etiam vita minorum sæpius prodebatur. ¶ Nec verò domum vendere liceat, in qua defecit [m] pater, [n] minor creuit, in qua maiorum imagines aut non videre fixas, aut reuulsas videre, satis est lugubre. ¶ Ergo & domus, [o] & cę tera omnia immobilia in patrimonio minorum permaneant: nullúmque ędificij genus,quod integrum hæreditas dabat,collapsum [p] tutoris fraude depereat. ¶ Sed & si parens,vel ille cuiuscunque [q] hęres est minor, reliquerit deformatũ ædificiũ: tutor testificatione [r] operis ipsius,& multorum fide,id reficere cogatur.ita enim annui reditus plus minoribus conferent, quàm per fraudes precia [s] demi nuta. [t] ¶ Serui etiam qui aliqua sunt arte prædíti, operas suas commodo minoris inferant: [u] & reliqui qui in vsu minoris domini esse non poterunt,quibúsque ars nulla est, partim labore suo, [x] partim alimoniarũ taxatione [y] pascantur. ¶ Lex enim [z] non solum contra tutores, [a] sed etiã contra fœminas [b] immoderatas atque intemperãtes prospexit minoribus:quæ plerúmque nouis maritis non solum res filiorũ, sed etiam vitam [c] addicunt. ¶ Huic † accedit, [d] quòd ipsius pecuniæ (in qua robur omne patrimoniorum veteres posuerunt) fœnerandi vsus vix diuturnus, vix cõtinuus& stabilis est:quo subsecuto,intercidente sæpe pecunia,†ad nihilũ minorũ patrimonia deducũtur. ¶ Iam [e] ergo vẽditio tutoris nulla sit sine interpositione decreti: exceptis [f] his dũtaxat vestibus,quę detritæ vsu, seu corruptæ seruando seruari non potuerint. ¶ Animalia quoq; superuacua, quanuis minorum,quin veneãt, non vetamus.Dat.Idib.Mart.Constantino.A. VII.& Constantino.C.Conss.

*Tempus soluendi canonem, ipso iure nõ currit minoribus. h. d. secundum glossam: quod est menti tenendum. Bald. Vel sic: Imputatur tutori, si res emphyteutica propter canonẽ non solutũ redit ad dominũ. Salyc.*

XXIII. Idem A. Felici.

SI tutoris vel curatoris culpa vel dolo, [g] eo quòd vectigal prædio emphyteutico impositum minimè dependere voluissent, [h] minoris prædium fuerit amissum: [i] damnũ [k] quod ei contigit,ex substantia eorum resarciri necesse est. [l] Da.XIII. Kal.Maij,Constantinop. Dalmatio & Xenophilo Conss.

b *Fœminas.* matres.

c *Vitam.* id est res de quibus debent viuere liberi.

d *Huic accedit.* scilicet admissioni antiquę legis, id est si admittatur. Vel huic rationi, quòd seruantur serui, vt minori præcaueant:maxime in pecunia quæ clam facile potest eis auferri.

e *Iam.* id est prædictis rationibus.

f *Exceptis.* & excipe fructus & reditus: vt.j.e.l. sancimus.ij.§. fina. & pro his nó datur restitutio: vt.ff. de mino. l.& si sine.§. idé faciũt. & facit.ff.de iure delib. l. ait prætor.&.j.quando decre.opus non est. l.& sine.&.ff.co.l.tutor qui repertoriũ.§.j.&.ff. de procurator.i.l. procurator totorũ bonorũ.

*Si tutoris.*] CASVS. Si pupillus habeat prędium in emphyteusin,pro quo soluere tenetur fisco annuú censum,& in solutione per biennium vel trienniũ cessauerit per culpam tutoris, & prædium à pupillo auferatur: dãnum quod sensit pupillus,tutor resarciet. † *al. Huc*

g *Vel dolo.* quæ differunt:vt dixi.ś.eo.l.si liberti. † *aliàs, quo sæpe intercidente pecunia.*

h *Voluissent.* scilicet fisco,scilicet per triennium:vt.ś. de iure emphy.l.ij.sed si intra triginta dies offerant post amissionem, recuperãt pro minoribus:vt.ff.de publica. l. imperatores. extunc ergo sic amittitur: sed potest restitui in integrum: vt ff.de mino. l. si ex causa.§.pe.Hodie vero ipso iure seruatur illęsus: vt.ś.ex quib.cau.in integ.resti.non est necess. l.fin. Item contra.j. de fun. pa. l. ij. lib.xj. sed ibi loquitur de prædio ex quo vectigal præstabatur Cæsari: hic fisco.

i *Amißũ.* scilicet prędium, quod exactor tributorum alij vendidit cum solennitate quam habes.ś.si propter pub. pen.l.ij.

k *Damnum.* scilicet amissi prædij: sed hodie cum seruetur illæsus ipso iure: de alio damno oportet dici, si velis eam tueri:quod potest esse in expensis factis pro repetendo prædio,vel deterioratione ipsius. Alij tamen dixerunt, quòd nó restituitur ipso casu,nec seruatur ipso iure illęsus:vt.j.de fide instru.& iure ha.fisc.l.j.lib.x.quod non placet.

l *Resarciri necesse est.* vt & arg.j.vnde vi.l.meminerint.&.j.arbi. tut.l.quicquid. Sed aliud in damno amissæ cautionis vectigalis soluti:quia non tenetur tutor:vt.ff.eo. l. fine hærede.§.j. Vel dic idem,si tamen culpa possit tutori imputari.

*Tvtores.*] Diuiditur in tres partes. Primo prouidet circa inuentarij confectionem.Secundo circa rerum locationem. Tertio circa prædiorum emptionem. secunda ibi,aurum. tertia ibi,ita tamen.Salyc. CASVS. Tutor vel curator statim ex quo dati sunt,

dati sunt, debent facere inuentarium in præsentia tabellionis: in quo debent scribere omnes res & omnia instrumenta quæ inueniuntur in hæreditate pupilli:& aurum & argentum debet in securo loco reponi,& de mobilibus rebus debent comparare prædia:& si idonea prædia non inueniantur,pecunia dabitur ad vsuras. Viuianus.

*Tutor & curator quum primum possunt, debent inuentarium facere de rebus & instrumentis seu iuribus pupillorum:& mobilia quæ seruantur, in tuto collocare: & ex pecuniis prædia idonea (si possunt) emere: aliàs sub vsuris eas collocare. Salyc.*

XXIIII. Impp. ARCADIVS & HONORIVS. AA. Eutychiano præfe. præfet.

2 TVtores vel curatores mox[a] quàm fuerint ordinati,[b] sub præsentia publicarum personarum[c] inuentarium rerum omnium & instrumentorum[d] solenniter facere curabunt.[e] Aurum, argentúmque, & quicquid vetustate temporis nõ mutatur, [f] si in pupilli substantia reperiatur, in tutissima custodia collocẽt: ita tamen,vt ex mobilibus aut prædia idonea cõparentur: aut si fortè (vt adsolet) idonea non potuerint inueniri, iuxta antiqui iuris formam[g] vsurarum crescat accessio: quarum exactio ad periculum tutorum pertinet. D. VII. Kalend. Mart. Constantinop. Arcad. IIII. & Honorio. III. AA. Conss.

*Tutor an administrare posit inuctario nõdũ cõfecto.*

a *Mox.* vt statuitur: vt in aditione hæreditatis: &.ĭ. de iure delibe.l. fina.§.j. quod non placet. Sed dic, id est quum primũ potest: id est statim: nisi iustissima causa differat: vt.ff. e. l. tutor qui repertoriũ. in princ. & ad hoc ff.de solu.l.ratum.&.ff. ad Tertyl.l.ij.§.confestim.&.d.l.tutor. Item de quatuor mẽsibus potest induci.ŝ.de episco. & cle.authen. presbyteros.ij. Ante illud confectum administrare non debet, nisi quid sit quod nec modicam sustineat dilationem: vt dicta.l.ff.e. l. tutor qui repertorium. in princ.

b *Ordinati.* adita tamẽ hæreditate intra tempus statutum: vt.ĭ.de iure delibe.l.fi.§.j.

c *Publicarum personarum.* id est tabulariorũ. & ita exponitur. ŝ. de episco.& cleri. l.orpha notrophos. sufficit tamen vnus tabellio. sed quia pluraliter dixerat, tutores vel curatores: subiũgit pluraliter, personarum publicarum. vel plurale pro singulari ponitur.sic.ŝ.de his qui in eccle. ma. l. j. & dicta. l. orphanotrophos. Vel appellat publicas personas, id est tabelliões & magistratum, id est ordinarium iudicem, qui debet interesse. qđ patet: quia lex dicit ex inuentario posse conueniri debitores.ergo patet quòd apud iudicem facta fuit insinuatio:aliàs enim ei non crederetur:vt.ff.e. l.chirographis.& in authen. vt spon. lar. §. & insuper.col.ix. Item & per hoc quod dicitur, decreto ei concedi curam, & acta inde fieri, & iuramentum præstari: vt.ĭ. de cura. furi.l. fina.§.sed cum.& in authen. vt hi qui ob. se ha.per. res mi.§. fin. colla.vj.&.ĭ.arbi.tu.l.fi.& hoc in omni tutore testamentario legitimo & datiuo intellige: nisi ei testator remisit confectionem inuentarij:vt.ĭ.arbi.tu.l.fina.

*Inuctarium an posit fieri cũ vnico tabellione.*

*Inuentariũ faciens tutor an debeat vocare creditores pupilli.*

d *Instrumentorum.* nec est necesse vocari creditores. secus vero in hærede: quia ipse habet beneficia duo propter inuentarium, scilicet Falcidiæ: & quia creditoribus pro viribus hæreditariis tantum tenetur, ac tutori imminet tantùm onus. secundum Io. Item potest compelli vna vice & inter plures vices fieri, secundum quod inueniet res:vt.ĭ.de cura.furi.l.fina.§.tali.

e *Curabunt.* alioquin vt suspecti remouerentur. Idem si pecuniã ad emptionem prædiorum non deposuerunt: vt.ff. de suspect. tu. l.iij.§.tutores qui repertorium.

XXV. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

1 SAncimus, creatione tutorum & curatorum cum omni procedente[h] cautela, licere debitoribus pupillorum vel adultorum ad eos solutionem facere:ita tamen,vt prius sentẽtia[i] iudicialis sine omni damno[k] celebrata hoc permiserit. quo subsecuto, si & iudex hoc pronũciauerit,[l] & debitor persoluerit:sequiẽ huiusmodi cautam plenissima[m] securitas, vt nemo in posterũ inquietetur. Non enim debet quod rite & secũdum leges ab initio actum est,ex alio euentu resuscitari.[n] Non autem hanc legem extendimus[o] etiam in his solutionibus quæ vel ex reditibus vel ex pensionibus,[p] vel aliis huiusmodi[q] causis pupillo vel adulto accedunt: sed si extraneus debitor ex fœneratitia forsitan cautione, vel aliis similibus[r] causis solutionem facere, & se liberare desiderat. tunc enim eam subtilitatem obseruari censemus. Dat. X. Kalend. Mart. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

*Soluens pupillo cum auctoritate tutoris, vel ipsi tutori, vel curatori decreto iudicis, cõsequitur liberationem plenissimam. Item laboratores & coloni etiam sine hac solennitate soluentes, liberantur. Bald. Vel sic: Debitor pupilli soluẽs tutori ex præcepto iudicis, plenissimam consequitur liberationẽ. idem si sine iudice soluat annuum reditum, vel alicuius rei pensionem. Salyc.*

*Licet tutor interponat auctoritatem, vel curator adulto: ius tamen suum curator nõ perdit. Bal. Vel sic: Si tutor vel curator auctoritatem præstat pupillo vel adulto adeunti hæreditatem ex testamento, in quo tutor ipse vel curator est præteritus, vel exhæredatus: sibi non præiudicat quo minus testamentum expugnare possit. Salyc.*

XXVI. Idem A. Ioanni. P. P.

CVm quædam mulier testamento condito filium suũ præteriisset,[t] idem autem filius qui præteritus erat, vel fratris vel extranei esset tutor vel curator, qui scriptus à matre tutoris fuerat hæres: in præsenti speciẽ manifestissimũ erat, stare tutorem vel curatorem in præcipiti loco. siue enim auctoritatem suam vel cõsensum de adeunda hæreditate præstare pupillo aut adulto minimè voluerit, ne ex hac causa sua iura aliquod patiantur præiudicium,(satis enim imminet periculum tutelæ,[u] vel vtilis negociorum gestorum[u] actionis,ne pupillus vel adultus, vtpote ex illius tarditate læsus,litem ei ingerat) siue huiusmodi timore

a *Mox.* vt statuitur: vt in aditione hæreditatis: &.ĭ. de iure delibe.l. fina.§.j. quod non placet. Sed dic, id est quum primũ potest: id est statim: nisi iustissima causa differat: vt.ff. e. l. tutor qui repertoriũ. in princ. & ad hoc ff.de solu.l.ratum.&.ff. ad Tertyl.l.ij.§.confestim.&.d.l.tutor. Item de quatuor mẽsibus potest induci.ŝ.de episco. & cle.authen. presbyteros.ij. Ante illud confectum administrare non debet, nisi quid sit quod nec modicam sustineat dilationem: vt dicta.l.ff.e. l. tutor qui repertorium. in princ.

b *Ordinati.* adita tamẽ hæreditate intra tempus statutum: vt.ĭ.de iure delibe.l.fi.§.j.

c *Publicarum personarum.* id est tabulariorũ. & ita exponitur. ŝ. de episco.& cleri. l.orpha notrophos. sufficit tamen vnus tabellio. sed quia pluraliter dixerat, tutores vel curatores: subiũgit pluraliter, personarum publicarum. vel plurale pro singulari ponitur.sic.ŝ.de his qui in eccle. ma. l. j. & dicta. l. orphanotrophos. Vel appellat publicas personas, id est tabelliões & magistratum, id est ordinarium iudicem, qui debet interesse. qđ patet: quia lex dicit ex inuentario posse conueniri debitores.ergo patet quòd apud iudicem facta fuit insinuatio:aliàs enim ei non crederetur:vt.ff.e. l.chirographis.& in authen. vt spon. lar. §. & insuper.col.ix. Item & per hoc quod dicitur, decreto ei concedi curam, & acta inde fieri, & iuramentum præstari: vt.ĭ. de cura. furi.l. fina.§.sed cum.& in authen. vt hi qui ob. se ha.per. res mi.§. fin. colla.vj.&.ĭ.arbi.tu.l.fi.& hoc in omni tutore testamentario legitimo & datiuo intellige: nisi ei testator remisit confectionem inuentarij:vt.ĭ.arbi.tu.l.fina.

d *Instrumentorum.* nec est necesse vocari creditores. secus vero in hærede: quia ipse habet beneficia duo propter inuentarium, scilicet Falcidiæ: & quia creditoribus pro viribus hæreditariis tantum tenetur, ac tutori imminet tantùm onus. secundum Io. Item potest compelli vna vice & inter plures vices fieri, secundum quod inueniet res:vt.ĭ.de cura.furi.l.fina.§.tali.

e *Curabunt.* alioquin vt suspecti remouerentur. Idem si pecuniã ad emptionem prædiorum non deposuerunt: vt.ff. de suspect. tu. l.iij.§.tutores qui repertorium.

f *Non mutatur.* facile: vt metalla marmorea. vere enim omnia mutãtur: vt in authen.de non alie.§.vt autem.coll.ij.quæ ergo facile mutantur, vt fructus, vendere licet: vt.ŝ.eod.titu.l.lex quę.in fine.&.ĭ.eod. l.fina.& ad hoc in authen. vt hi qui ob.se.ha.per.§. quoniam.colla.vj.

g *Formam.* vt ipse pupillus stipuletur, vel eius seruus vel curator in subsidium: vt.ff. e.l. quotiens.in princip.& det electionem pupillo postea eligat nomina, vel pecuniam: vt in eo.tit. l.cum quæritur.

*Ancimus.* ] CASVS. Debitor pup.si velit soluere tutori, necessaria est iudicis auctoritas ad hoc vt plenissimam consequatur securitatem. & hoc in prima. hoc quod dictũ est ꝙ in solutione faciẽda sit necessaria iudicis auctoritas, fallit in solutione reditũ & pensionum. Viuianus.

h *Procedente.* sine dispendio.

i *Sententia.* præcepiua, vel præcepto.

k *Damno.* id est sine omni dispendio.

l *Pronũciauerit.* vt soluatur.

m *Plenissima.* siue interuenit tutor & iudex, siue iudex tantum: vt hic, &.ff. de mino.l. ait prætor.§. permittitur.

n *Resuscitari.* sic.ĭ. ad l.Iul.de adulte.l. Grachus. & .xxvj. distin.c. deinde.in fi.&.ĭ.lib.xj. de expen.lu.l.vnica.& ŝ.de confir.tu.l.iij.

o *Extendimus.* vt sem per oporteat fieri cum iudice, quia fallit in reditibus & pensionibus, vt hic,& in vsuris:vt.ĭ. eod. l.constitutionem. Item in Trebellianica restitutiõe: vt.ĭ.ad Trebel.l.sancimus.

p *Pensionibus.* in pecunia, sed superior in aliis.

q *Aliis huiusmodi.* vt in vsuris:vt.d.l.constitutionem. & partiario colono.

r *Aliis similibus.* vt ex vẽditione. & distingue vt diximus.ŝ.si aduer. solu.l.j.& facit.ff. eod. l.Lucius.ij.§.tutelæ.

*Cum quædam.* ] CASVS. Si mater filiũ suum præterierit,& pupillũ extraneum,cuius tutor est filius, instituerit hærede: qualiter filio succurratur,quæritur:quia nisi hæreditatem pupillo acquirat,tenebitur act.tute. si acquirat, & nomine pup.adeat, præiudicat sibi in actione inoffic.quærelæ. Respon.quòd adire, id est pupillo adeunti auctoritatem præstare debet: & finita tutela aget de inoffic. Viuianus.

f *Præterisset.* quod pro exhæredatione habetur: vt instit. de exhære.li.§.mater.

t *Tutelæ.* cum tutor est.

u *Negociorum gestorum.* cum est curator: vt supra de nego. gestis.l.curatoris.

Perdit.

BIU Cujas

a *Perdit.* nota,sic &.ff.de inoffi.test.l.nihil.&.l.fin.

b *Hypothecis.* quia pro hac mala administratione, eorum bona tenebuntur minori:vt.ſ.eod.l.pro officio. Vel die quòd in bonis matris habebat hypothecam:vt.ſ.de ſecun.nup.l.hac edictali.§. omnibus. in qua videbatur ſibi præiudicari, cum alij bona materna adiudicari vo lebat. Vel dic tertio quòd quidam rem ſuã minori obligauerat,eãdem & curatori pro alio facto:vnde timebat ne ſi pro ſe peteret, teneat minori: & ſi pro minore peteret,ne præiudicet ſibi ſaltem in præſcriptione.

c *Variis cauſis.* videlicet circa vſuras & alias acceſsiones. Vel dic q̃ vẽdidit minor rem tutoris vel curatoris,quã timet non reuocare: & econtra timet reuocare. Vel dic quòd tutor vel curator vendidit rem minoris, contra quam venditionem timet petere reſtitutionem. Vel dic quòd minor emit, vel alio modo acquiſiuit ab alio rem tutoris, vel curatoris: quam ſi non reuocet tutor, vel curator,timet ſibi præiudicari.& alia poſſunt poni exẽpla plura in quibus omnibus habet locum hæc lex.

d *Transferi.* vt & j. quando ex fac. tu. vel cu.l.j. &.ff. de re iu.l. ſi ſe.§.tutor.& .ff. ſi quis cau.l.ſi.ſecus in procuratore:vt.ff.de procu.l. procurator qui p̃ euictione. & .ff. manda. l. ſeruum Titij.

e *Argumentati.* prima facie videtur bonum ar. ſed ſi medium ſubaudias, optimum eſt: ſecundum Io. ſic ſcilicet, ideo cum finita eſt tutela,tranſeunt actiones in pupillum,ne officium ſit ei dãnoſum: vt argu.ff. quemadmodo. teſt.ape.l.ſi quis ex.ergo & cum hic eadem ſit ratio,idem ius dicendum eſt.

perterritus,auctor fuerit pupillo vel adulto, periculum emergebat.dum enim alij conſentit, ipſe ſua iura perdit. [a] videbatur etenim cõfirmare matris ſuæ iudicium, quod oppugnandũ eſſe exiſtimabat.& multæ alię inſuper ſpecies oriuntur, ex quibus verendum eſt tutori vel curatori circa ſuas res præiudiciũ parari, puta in hypothecis, [b] & aliis variis cauſis. [c] ℣ Inuenimus autem generaliter definitum, poſt officium depoſitum omnes actiones quas tutor vel curator ex neceſsitate officij ſubierit, in quondam pupillum vel adultum transferri. [d] quare tam optimo exemplo argumẽtati, [e] † necnon & aliis omnibus caſibus, † in quibus veretur tutor vel curator ne præiudicium ei aliquod fiat,timorem eius remouemus. ℣ Damus igitur eis cũ ſumma fiducia res pupillorum vel adultorũ gubernare: [f] ſcituris quòd lex noſtra ſua eis iura immutilata reſeruat, [g] nihil ex huiuſmodi auctoritate vel conſenſu præiudicij ſubituris. D.X.Kal.Septẽb. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis.VV.CC.

*Hæc lex gloſſat.l.ſancimus.ſ.eo.& hoc intendit.l.ſancimus.ſ.e.in fin.quæ loquitur de fœneratitia cautione, habet locũ in principali debito,nõ in vſuris: quia illæ poſſunt ſolui ſine iudice, ſicut penſiones & annui reditus: dummodo etiam in vnum collectæ non excedant ſummam. c. ſolidorum, nec biennii metas.Salycetus.*

XXVII. Idem. A. Ioanni præfecto præfecto.

COnſtitutionem [h] quam nuper fecimus diſponentes quemadmodum debent ſolutiones in contractibus minorũ fieri, ſiue ex reditibus, ſiue ex penſionibus, ſiue ex aliis ſimilibus cauſis, etiã in vſuras [i] extendimus:quæ tamen non ſummatim, neque ex multis annis collectæ iam debentur,biennales metas, & centum ſolidorũ [k] quantitatem minimè excedentes. Dat.X.Kalend. Nouembr. Conſtantinop. poſt conſulatũ Lampadij & Oreſtis VV.CC.

*Tutor litem cœptam non poteſt deſerere. hoc primo. Si pendente lite tutor vel curator efficitur furioſus, alius ſubrogatur, qui litẽ exequitur. hoc ſecundo. Bald. Vel ſic: Tutores & curatores ſuos minores à litibus eis motis non defendentes, vt ſuſpecti veniunt remouendi, & etiam de proprio damnum reſarcire tenentur.Salycetus.*

XXVIII. Idem A. Ioanni præfecto præfecto.

[2]SAncimus neminem tutorum vel curatorũ pupilli, vel adulti, vel furioſi,aliarũque perſonarũ [l] quibus tam ex veteribus q̃ ex noſtris legibus vel conſtitutionibus creantur curatores, defenſionẽ quam pro lite ſuſceperint, [m] recuſare: ſed ab initio litis modis omnibus memoratas perſonas defendere, & litem præparatam ſecundum leges inſtruere: ſcientes quòd hoc munus [n] neceſſariũ eſt tam tutelæ,quàm curationi. Et ſi hoc recuſauerint,vel ſubire diſtulerint: non ſolum vtpote ſuſpecti amouẽtur, [o] amiſſa eorum exiſtimatione: [p] ſed etiam ex ſubſtantia ſua omne detrimentum quod antelatæ perſonæ ex recuſatione defenſionis ſuſtinent, reſarcire cogantur.

ex venditione fructuum redacta,vnà cum aliis rebus per eos adminiſtrabitur.

f *Gubernare.* & ſic auctorare prædictæ aditioni:ſed quantum ad curatorem eſt contra.ff.de ap.l.cum in vna.§.tutor.Solu.ibi erat ſpecialis curator ad aliud:hic generalis ad omnia. Vel hic in adulto,ibi in pupillo cui poteſt prouideri per tutorem.

g *Reſeruat.* cum ex neceſsitate officij faciant : vt. ff. de inoffic. teſta. l. aduerſus. §. tutores. & .l. filius. &.ff.de his qui.vt indig. l.tutorem. & .l. poſt legatum.§. aduocatum. & inſtitu. de inoffic. teſta. §. ſi tutor.ſed aliud in eo qui ex voluntate:vt.ff. de inoffic.teſta.l.finali.

*Conſtitutionem.*] CASVS. Supra eod.l.ſancimus. cautum eſt qualiter debitor ſoluendo pleniſsimam conſequitur ſecuritatem de ſolutione redituum & penſionum : hic addit quòd in ſolutione vſurarum ſine interpoſitione decreti iudicis fieri poteſt: & plene conſequitur debitor ſecuritatem quæ non excedat ſummam.c.ſolid.neque tempus biennale,quo caſu decretum iudicis in ſecuritate talium vſurarum eſſet interponẽdum ad hoc vt plene debeat conſequi ſecuritatem. Viuianus.

h *Conſtitutionem.* quæ eſt.ſ.eo.l.ſancimus.

A i *Etiam in vſuras.* vt & ipſæ poſsint ſolui ſine iudice, & ſequitur pleniſsima ſecuritas.

k *Et centum ſolidorum.* hanc adiectionem intellige ſecundum Ioan.etiã in penſionibus & reditibus.alij contra.Item an vtrunque eſt neceſſe,ſcilicet vt excedant.c.ſolidos & biennium? quod ſatis videtur: vt arg.ff. de verb.oblig.l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit. x. aureos. &.ff.de condit. inſti.l.ſi hæredi plures. Item quòd dicit, ſummatim, dic quòd tot ſunt,quot faciunt ſummam.ſic &.ff.de pact.l. ſi plures.Sed argu.contra.ſ. de vſur.l.vſuræ.

*Ancimus.*] CASVS. Si tutor vel curator pupillorũ controuerſiam quã quis habet contra eos,non defendat, vel eorum cauſam non agat: remouebitur à tutela cum infamia : & tenebitur pupillo ad omne damnũ. Si vero inceperunt agere vel defendere : & pcedente lite, qui litẽ inchoauerat,factus fuerit furioſus: debet prẽſtari à matre vel à propinquis curator, & ordinandus eſt à iudice: & à matre & à propinquis ſolicitandus eſt vt omni diligentia cauſam agat. Si vero curator ſe excuſat, tunc alius & incontinenti petendus eſt ab his ad quos pertinet periculum petendi tutores.& ſic admittetur ad defenſionẽ pupilli, quòd non ſatisfdabit de rato, nec iudicatum ſolui: vt.ſ. eod.l. tutores. ſed iudicio ſiſti : & per hanc ſatisfda. poterunt res pupilli obligari ſine decreto iudicis. Cũ vero contrahetur, tutor promittet coram iudice & in ſcriptis quòd pupillum diligenter & ſine dilatione defendet. Licebit autem tuto.vel cura. fructus diſtrahere ſine decreto, vt vinum, frumentum, & ſimilia. & pecunia

l *Perſonarum.* vt prodigorum, & amentium, & aliorum ſimilium: vt inſtit.de cura.§.iij.

m *Suſceperint.* ſatisdando iudicio ſiſti. & ſic iam inchoauerant: vt.ſ.qui dare tuto.vel cur.l.curator. idem ſi nil incepiſſent: quia incipere tenentur:vt ſubiicit.&.j.ea. l.§.perſonis.&.ſ.de procura.l.neque.&.l.iij.

n *Hoc munus.* ſcilicet defendendi. Sed contra.ff. de auctor. tut. l.ij.§.ſi tutor.ſed aliud in contractibus,vbi non cogitur auctorare:hic in iudiciis.

o *Amoueantur.* vt.ff.eod.l.ita autem.§.geſsiſſe.Idem ſi inuentarium facere differant:vt.j.arbit.tu.l.fina.j.reſpon.Idem ſi non ſatisdent:vt.j.de tuto.vel curato. qui non ſatisfde.l.j. Idem ſi mentiendo dicant alimenta non poſſe dari, vel pecuniam detrectant ad emptionem prædiorum: vt.ff.de ſuſpec.tutor.l.iij.§.tutor qui. &.§.tutores. *Tutores multis ex cauſis remouere poſſunt.*

p *Exiſtimatione.* id eſt fama.

*Sed &*

BIU Cujas

a *Sed & si quis.* hic.§. loquitur de maiore effecto furioso, cui debet dari curator.

b *Admonitus.* id est in iudicio vocatus ab aliquo.

c *Cautelam.* iudicio sisti.

d *Per procuratorem.* tunc enim procurator proficeret, etiam eo facto furioso, vt innuitur.

e *Actoris.* id est eius qui agebat contra eũ quẽ verisimile est velle prosequi, sed & idẽ si actor esset furiosus factus, & reus vellet procedi.

f *Periculo.* vt liberti, qui nisi petant tutores, accusantur vt ingrati: vt supra qui pe. tu. l. ij. &. ff. de iure pa. l. ingratus. &. ff. qui pe. tu. l. ij. §. liberti.

g *Suæ substantiæ.* vt mater quæ repellitur à successione filij: vt. ff. qui pe. tu. l. ij. §. sunt autem. sed certè immò nõ sustinet periculum suæ substantię: nisi ponas quòd petiit minus idoneum, & decreto fuit cõprehensum eius periculo dari: vt infra si mater indem. pro. l. fin. sed & tutor nõ recte datus, cum se negotiis immiscuisset, si errore cõperto ea deserat: tenetur eo nomine, nisi à prætore tutores constitui petat: vt. ff. eod. l. tutores. §. qui se. &. ff. de eo qui pro tu. neg. l. j. §. finali. Item & creditores habẽt damnum ex retardatione: vt infra eadem. l. §. ne autem. Itẽ & duumuiri, si hoc male procurant: vt institu. de satisda. tu. §. penul. Item tutor finita tutela debet admonere de petendo curatore: vt. ff. eod. l. ita autem. §. si tutor pupillum.

*Istud secũdũ Saly. est bene notan. quia de curatore generali, & tutore dubitatur: vt no. l. 1. ff. vbi pe. tuto. vel cura. & p do. in ca. petitio. de proc.*

*Tutor finita tutela debet admonere pupillũ de petendo curatore.*

h *Ordinauerint.* id est ordinari fecerint. sic ff. de his qui not. infa. l. furti. §. mandati.

i *Præparare.* id est instare vt dentur quos petierint: & quòd inuentarium faciant, & quòd iurent: & sic præparant. non autem cõpellitur mater accusare vt suspectum: vt. ff. qui pet. tu. vel cura. l. fina. §. fina.

*Mater non cogitur accusare tutorẽ vt suspectum.*

k *Ordinare.* id est ordinandos postulare.

l *In ipsis gestis.* id est in quibus dantur, debeant declarare se subire, &c. vt infra eadem. l. §. omnem autem.

m *Declarantes.* hi qui de nouo creantur.

n *Subire.* id est subituros.

*Siue lite contestata, siue antè (satisdatione tamen præstita) conuentus factus sit demens, vel furiosus, ita quòd indiget curatore: debet ei curator ad litem dari per iudicem coram quo lis vertitur. hoc dicit. & no. Salycetus.*

Sed & si quis[a] ex quadã interpellatione admonitus, [b] pro litis instructione consuetã cautelam[c] exposuerit, vel post litem contestatam, quam per se, non per procuratorem[d] susceperit, vel demens vel furiosus factus fuerit: sancimus cõtinuò curatorem ei in competenti iudicio ordinari, cura & ꝓuisione tam iudicis sub quo lis vertitur, † quàm cognatorũ & propinquorum, & actoris, [e] si voluerit: vt non ab eo instituta lis diutius protrahatur: necessitatem habẽte creato curatore defensionem subire, & cætera litis adimplere.

ETiam mulieres[x] si res pupillares pro tutore[y] administrauerint, ad ꝑstandã pupillo, quo casu exactum saluum fore promittit. Vel dic tutor, id est curator : vt fere per totum hunc tit.& secundum hoc exigitur,id est necessarius est:quod est semper in tali causa. Vel dic tertio exigitur tutor : vt quia dicebat pupillus hæreditatem quandam ad se pertinere, quam & adire volebat:quod cum curatore facere non potest : sed econtra tutor ad se pertinere dicit: quare datur tutor, cuius auctoritate adeat:vt.ff.de ap.l.cum in vna.§.tutor.&.ff.de aucto.tut.l.curatorem.& tunc etiam in hoc satisfit solennitati iuris, vt detur tutor.& facit.ff.de tute.l. qui habet.§. si pupillus.& facit instit.de cura.§. fi.& supra qui dari tut.pos.l.creditorem.sed hodie cõtra:vt in authẽ.ibi posita.

*DE EO QVI PRO TVTORE negotia gesit.*

*Cum tutor non sit : vt.ff.eo.l.i.circa princip.*

*Etiam.*]*CASVS*. Mulier credens se tutricem filij sui,administrauit res pu.& male, cum tutrix non esset : an conueniri possit, quæritur? Dicitur quòd sic.

n *Negotium*. ad quod fuisti datus : & sic in specie loquitur.sed supra in genere. & facit.ff.de admi.tut.l.quotiens.§.constat.

o *Tutor*. secundario, non principaliter : vt instit.qui testa.tu. da. pos. §. certe. & de excu.tut.§.datus.sed in casu etiam principaliter : vt not.in rub.Vel dic tutor, id est curator. sic ponitur supra de suspe. tuto.l.curatores.& de condit.& demon. l.pater. §. conditionis. *ADDITIO*. Vel dicas ꝙ litera stat propriè, & referas illa verba ad litem, ad verbũ erogasti:vt sit sensus tutor datꝰ,scilicet quo modocũque, quid bona fide erogasti ad litẽ &c.ita dicit Christophorꝰ Porcus in.§. certæ autem rei.instit. qui testa.tuto.dari pos sunt.

p *A contutoribus*. vel proprie,vel id est à cõcuratoribus.

q *Potes*. per vtilem neg. gest.vt.ff. de neg. gest.l.ex facto. & infra de contra.iu.tut.l.j.

*Siue ex.*]*CASVS*. Eras tutor fratris tui filiis : noluisti administrare,sciens multas esse controuersias inter te & fratrẽ tuũ. Dicitur quòd non est tibi timendũ, quia poteris pu.conuenire: & dabitur sibi curator ad litem, & pendente lite si hæreditas aliqua ei obueniat,poteris præstare auctoritate adeũdi eam. Viuianus.

r *Dicis*. ne ius quod habes,perdas.

s *Procuratore*. scilicet ex voluntate.

t *Iuris*. scilicet vt sit satisfactum rem pupilli suam fore.

u *Vbi tutor exigitur*. id est reconuenitur à pupillo, quo casu exactum saluum fore promittit. Vel dic tutor, id est curator : vt fere per totum hunc tit.& secundum hoc exigitur,id est necessarius est:quod est semper in tali causa. Vel dic tertio exigitur tutor : vt quia dicebat pupillus hæreditatem quandam ad se pertinere, quam & adire volebat:quod cum curatore facere non potest : sed econtra tutor ad se pertinere dicit: quare datur tutor, cuius auctoritate adeat:vt.ff.de ap.l.cum in vna.§.tutor.&.ff.de aucto.tut.l.curatorem.& tunc etiam in hoc satisfit solennitati iuris, vt detur tutor.& facit.ff.de tute.l. qui habet.§. si pupillus.& facit instit.de cura.§. fi.& supra qui dari tut.pos.l.creditorem.sed hodie cõtra:vt in authẽ.ibi posita.

x *Etiam mulieres*. matres vel aliæ.

y *Pro tutore*. id est quasi tutrices, cum non sint: & sic no.quòd tam qui nec est nec esse potest tutor, tenetur protutelæ,vt mulier: vt hic.& seruus : vt.ff.eodem.l.j.§. proinde. sed secus si ille in cuius bonis geritur, non potest habere, vt quia sit pubes:vt.ff. eo.l.j.

BIU Cujas

eo.l.j.§.si quis quasi. Et potest quæri, quæ sit ratio diuersitatis. vel potest dici idem si talis gerit pro tutore, qui nullo modo posset esse tutor, vt non habeat locum protutelæ: vt supra qui tuto. da.pos.l.militiæ.at mulier & seruus quandoque possunt secundum Azo.& H.quod non placet:quia non est verum in seruo remanente seruo.

a *Tenentur*. actione protutelæ,quæ est priuilegiata vt tutelæ: vt ff.de priuileg. credi. l. dabim^o.§.j.& ante etiã pubertatem intẽditur: vt.ff.eo.l.j. §. cum eo. nec potest res minoris distrahere: vt. ff.de re. eo.l.qui neque.

*Non vtiliter.*]CASVS.Bonoñ.nõ habebat tutorẽ: mater eius petiit tutorẽ Mutineñ.inutiliter fuit petitus: verũtamen si administret & conueniat debitores pupillares: an possit ei obiici ꝙ non sit de iure tutor, quæritur? Dicitur ꝙ sic, si mater indemnitatem promisit.

b *Vtiliter*. vt de aliena prouincia.

c *Nomine*. aduersus debitores.

d *Iniunctas*. à iudice.

e *Intentiones*.non habita contradictione.

f *Exceptione*. etiam post litem contestatã: quia similis est exceptioni falsi procuratoris: vt supra de procur. l.licet.& idem in prælato vt possit repelli si quoquo modo possit vitiari eius electio, vt exceptione repellatur. Item facit.ff.de administ.tut.l.vulgo.

*SI MATER INDEMNITATEM PROMISIT.*

*Vo.*]CASVS.Mulier petiit tutorem dari filio suo, & periculo suo:iudex malum dedit tutorem.nũquid pupillus matrem suam cõuenire poterit,quæritur? Dicitur ꝙ non: sed iudicem, qui non idoneum dedit.

g *Suo potius*.electiue.

h *Quos petisti*.ô mater. Accursius.

i *Alicui*. vel pupillo pro tutoris debito: vel tutori pro eo quod pupillus debebit: & hoc propter Velleianum.secus si tutori promisisti quod debebis pupillo, vel econtra pupillo quod debebis tutori: quia tunc cessat: vel vt infra.l.proxi.& supra ad Velleianum.l.si mater.dixi.& hoc nisi dolose petiit non idoneum: vt.ff. ad Tertul.l.ij.§. non solum.

k *Postulasti*. nisi decreto hoc esset cõprehensum: vt & infra eo.l.si.item facit supra de administ.tut.l.fi.§. personis.contra. Solu. vt ibi.

*Quædam.*]CASVS. Mater vel auus maternus petiit à tutoribus filiorum suorum, vt quædam possit administrare,& promisit de præstando eos indemnes: administrauit,& male. si potius volunt pupilli conuenire te, quàm matrem vel auum: bene possunt: sed à matre vel auo,quæ suscepit administrationem tutelæ,tutoribus omnimoda præstabitur indẽnitas.

rationẽ tenentur. [a]PP.*AEmiliano & Basso Conss.

*Exceptio quòd mandatum non sit sufficiens, vel non sit legitimum, potest opponi in quacunque parte iudicii, sicut & exceptio falsi procuratoris.h.d. cũ glos. Baldus. Vel sic: Exceptio tutoris illegitimi potest opponi in quacunque parte iudicii.Sal.*

II. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIA. AA.& CC.Marco.

NOn vtiliter [b] nominat^o tutor pupillorum nomine [c] agendo, licet ex eorum persona iniunctas [d] impleat intẽtiones, [e] exceptione [f] (si tutor non est) summouetur. D.Non. Decemb.CC.Conss.

*TITVLVS XLVI.*

SI MATER INDEMNITATEM promisit.

*Licet mater petierit tutorem dari filio eius periculo: non propterea tenetur ex illo facto, nisi hoc expressum fuerit iudicis decreto.h.d.cum.l.fi.Salycetus.*

I. Imp. ALEXANDER A. Brutiæ.

SVo potius [g] periculo magistrat^o tutores, quos [h] petisti,dederũt: quàm tu contra sexus conditionẽ alicui [i] ex ea obligatione obstricta es, quòd tuo periculo tutores filiis tuis dari postulasti. [k] PP. III. Idus Martij,Maximo.III. & Vrbano Conss.

*Tutor matri pupilli vel auo administrationem committens, ab eis indemnitatis promissionem recipiens, officio finito conuenitur: & ipse ab eis conseruabitur indemnis. Salycetus.*

II. Impp. PHILIPPVS A. & PHILIPPVS C.Asclepiadi& Menandro.

QVædam [l] pupillorum vestrorum [m] à matre, itémq; auo materno† administrata,eorúmque nomine indẽnitatem vobis promissam [n] adsueueratis. Quæ si ita sunt, & iidem pupilli legitimæ ætatis effecti, non aduersus matrem [o] suam, neque auum, sed contra vos congredi malunt: non immerito indemnitatẽ ab his præstari desiderabitis, quos & administrationẽ suo periculo pridem suscepisse proponitis. PP. IIII.Idus Iul. Præsente & Albino Conss.

III. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIANVS AA.Caiano.

OB tutorẽ nõ idoneũ à matre petitũ, frustra vobis eã teneri cõtẽditis, cũ nõ nisi specialiter ei^o periculo dari decreto [p] fuerit comprehẽsum, ex ea obligatione obstricta sit.S.Kalendis Decemb.AA. Conss.

*TITVLVS XLVII.*

SI CONTRA MATRIS voluntatem tutor datus sit.

*Contra matris voluntatem tutor filio dari non potest. Baldus. Vel sic: Tutor datus à iudice vel à patre contra voluntatem matris præmortuæ,ab officio remouebitur: nec infamia notabitur, nisi de fraude conueniatur.h.d.no.Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Tertio.

SI contra matris [q] vltimam voluntatem [r] Fuscinium filio cõmuni [s] tutorẽ datum probaueris: eum sine dãno existimationis à tutela remouendum prætor decernet.quæ rescriptio, [t] si in fraude [u] conuictus fuerit, non suffragabitur. [x] PP.XIII.Kalendas Mart.Laterano & Rufino Conss.

*TITVLVS XLVIII.*

VT CAVSAE POST PVbertatem adsit tutor.

*Tutor causam pupilli inchoatam prosequi tenetur etiam post pupillarem ætatem.si instrumenta curatori non reddiderit. Saly.*

I. Imp. PHILIPPVS A.Dextro.

TVtores [y] qui necdũ administrationem ad curatores transtulerũt [z], de-

l *Quædam*. scilicet negotia.

m *Vestrorum*. ô tutores.

n *Promissam*. his verbis, promittimus vobis quod pupillis debebitis occasione vestræ administrationis.vt dixi supra.l.proxi.

o *Matrem*. neque auum, qui nil promiserunt pupillis: vt infra arb.tutelæ.l. tutorem.

*OB tutorem.*]CASVS. Mater petiit tutorem dari filio suo minus idoneum,& suo periculo &c.puta dicendo sic: Do tutorem periculo matris. non poterit conueniri, nec ea obligatione obstricta est.

p *Decreto*.iudicis, & ipsa cõsentiente. & facit supra.l.j.& supra ad Velleia.l.si mater.in fi.

*SI CONTRA matris voluntatem tutor datus sit.*

*Si contra.*]CASVS. Mater decedẽs prohibuit ne Titius filio suo tutor daretur:nihilo min^o eum pater dedit:nũquid poterit remoueri, quæritur? Dicitur quòd sic, sed non erit infamis. Viuianus.

q *Contra matris*. prædecedentis.

r *Voluntatem*. prohibẽtem ne aliquo tempore fieret tutor filij sui. Accursius.

s *Filio communi*. sed cũ patri loquatur,qualiter tutorem habeat? Respon.de filio naturali dicit, secundum Azo.vel potest etiam de legitimo dici, scilicet emãcipato, cũ pater non possit esse tutor aliqua ex causa: etiã si iudex det. Vel tertio etiã si non est emãcipat^o, & pater det ꝓhibitum à matre, non erit quidem tutor: vnde de alio pater prouideat.& secundum hoc dic quòd alij non patri dirigit sermonem. & quod dicit,communi, scilicet Titij dantis, & Bertæ ꝓhibẽtis. sicq; erit melior cõditio ꝓhibentis: vt &.ff. cõmuni diui.l.Sabin^o.

t *Rescriptio*. scilicet quæ dicit eum remoueri sine infamia.

u *Si in fraude*. vt & supra de suspec.tu.l.fi.

x *Nõ suffragabitur*.sic & monachus licet in minorib^o ordinibus cõstitut^o, in quib^o aliàs si nõ esset monachus, potest habere vxorẽ:monachus nõ habet:vt in authẽ.de mona.§.si vero relinquẽs. versi.quòd si facti.col.j.& facit ad.l.ff.de cõfirmã.tu.l.vtilitatẽ.

*VT CAVSAE POST PVBERTATEM adsit tutor.*

*Tvtores.*]CASVS. Pẽdẽte tutela causam pupilli tutor egit, & succubuit, & appellauit: omnia acta penes eum habet,& factus est pup.adultus. nunquid causam appellationis prosequi tutor debet? Dicitur quòd sic.

y *Tutores*. vel eorum hæredes: vt.ff.de hæred.tut.l.j. & de appel.l. tutor.

z *Transtulerunt*. secus si transtulerint: vt.ff. de appel.l. tutor.



BIU Cujas

&.ff. si pen.appel.mors inter.l. j. in fi.

a *Causarum*. cœptarum antequam finiretur tutela pubertate: vt hic erat, &.ff.de admi.tut.l. ita autem.§. si tutor. & arg.ff. de neg.gest.l.nam & Seruius.§. si viuo.& infra arb.tut.l.tutor post puberem.secus videtur in curatore post.xxv.an.vt.ff. de appel. l.negotiorum. §.fi.sed magis dic idem: vt.ff. de admini.tut.l.ita autem.§. fi.& illa de ap. loquitur quando non habebat curator quódam instrumenta, sed minor factus maior.& facit ad hanc. l. supra de peri.tut. l. fi. &. ff. rem pu.sal.fo.l. si postea.&.ff.de admini.tu. l.à tutoribus.§. j. Item not.hic arg.quòd procurator & aduocatus sine nouo salario causam appellationis agere debent.quod Io.nõ placet.

*Aduocatus an teneatur appellationis causam sine nouo salario agere.*

b *Asseri*. sic ergo qui appellat, probat: quod est falsum: vt no. infra de app.l.hi qui.vide glos. in. c. in præsentia.super verbo,stãdum.extra de renunciatione.

c *Hi*. tutores quondam.

*VBI PVPILLI educari debeant.*

*Plana est differentia inter hunc titu.& illum supra de diuor. fa. quia ibi diuortio solutum erat matrimonium, hic morte patris.*

*Ducatio*.] CASVS. Si inter matrem & pupillum & tutorem & alios consanguineos sit controuersia apud quem educari debeat pupillus: si mater ad secundas nuptias non conuolauerit, præferenda est. Si autem ad secundas nuptias conuolauerit, & orta fuerit quæstio inter matrem & tutores seu consanguineos super tutela pupillorum: debet adiri præses prouinciæ: qui ispecta qualitate personarum & coniunctione perpendet.& si iudex decreuerit apud quem educari debeat, ille necesse habebit hoc facere.

†aliàs, incipit hæc lex, *Vtrùm ne posthumus ex filia &c.*

d *Nulli magis*. quia in illis est affectus &c. vt infra de cu. fu. l. fina.j. respon.

c *Si non vitricum &c*. quia tũc etiam filiorum vitam ei addiceret: vt supra de admini.tut.l.lex quæ.§.lex enim.Sed nonne potest esse tutor vitricus? Respon.sic: vt infra de contra.iu.tu.l.fi. Sed respon.non per hoc apud eum vel eam debent educari. Alij dicunt quòd à patre potest dari tutor, non à iudice.

*Vitricus an possit esse tutor priuigni.*

f *Quando autem*. retento eodem casu quando secundo nupsit: aliàs nulla super hoc fieret deliberatio: sed indistincte matri committeretur: vt supra eadem.l. Vel hic quando mater non appetit, sed alij dicit committendam, & tutor alij: vel tertio supra non fiebat quæstio inter tutorem & matrem & cognatos, hic sic.prima placet: vt in authen.de nup. §. eiusdem quoque. colla.iiij.constit.j.

fensioni causarũ[a] pupillarium adsistere oportere sæpe rescriptũ est. ℣ Et ideo si(vt ꝓponis) instrumẽta quibus asseri[b] possunt causę ꝓuocationis, etiãnũ hi[c] quorũ meministi, apud se detinẽt:aditus prędes prouincię periculi sui eos admoneri præcipiet.PP.XII.Kalẽ.Nouemb. Philippo.A.& Titiano Conss.

*TITVLVS XLIX.*

VBI PVPILLI EDVCAri debeant.

*Pupilli educari debent apud matrem: nisi ad secunda vota transierit. Baldus. Vel sic: Quando de transitu matris ad secunda vota est contentio, iudicis committitur arbitrio: & onus alimentandi pupillum est necessarium. Salycetus.*

I. Imp. ALEXANDER A. Dionysodoro.

EDucatio pupillorũ tuorum nulli magis[d] quàm matri eorũ, si nõ vitricũ[e] eis induxerit, cõmittẽda est. Quãdo autẽ[f] inter eã & cognatos & tutores super hoc orta fuerit dubitatio:aditus prędes prouincię, inspecta personarũ qualitate[g] & cõiunctione,[h] perpẽdet vbi puer educari debeat. Sin autem æstimauerit apud quẽ educari debeat: is necessitatẽ[i] habebit hoc facere,quod præses iusserit.PP. VII.Id. Februar.Maximo.II.& AEliano Conss.

*Vbi pupillus educetur, est in iudicis arbitrio: de eo tamen qui ei succedere debet, est iusta suspicio. Salycetus.*

II. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIANVS AA. & CC. Gratæ.

VTrum nepos tuus†ex filia apud te, an apud patruum suum morari debeat, ex singulorum affectione, & qui magis ad suspicionem ex spe successionis[k] propior sit,ęstimabitur. S. XVIII. Kalendas Nouemb. Nicomediæ. CC. Coss.

g *Qualitate*. vt tamen non sit apud eos qui pudicitiæ eius insidientur: vt.ff.eodem.l.si discepteturi.

h *Coniunctione*. vt.ff.eodem.l.j.& facit.ff.de leg.j. l. si seruus plurium.§.fi.

i *Necessitatem*. secus in curatore bonorum: vt.ff. de cur.bo. dan.l.j.§. quæritur.

*TITVLVS L.*

DE ALIMENTIS PVpillo præstandis.

*Tutor iudicis officio cogitur alimenta præstare pupillo: licet pendeat quæstio de statu suo. Salycetus.*

I Imp. ANTONINVS A. Faustino.

PVpillus,si ei alimẽta à tutore suo non præstantur, præsidẽ prouinciæ adeat: qui,ne in alimentorum præstatione mora fiat, partibus suis fungetur.[l] ℣ Idem est[m] & si de statu pupilli seu adulti, & de bonis eius controuersia pendeat.PP.VI.Id.Iul.Romę.Lęto.II.& Cereale Conss.

*Pupillus præsumitur alimentatus à tutore, & nõ præsumitur de nihilo vixisse, vel sine sumptibus studuisse. Baldus. Vel sic: Tutori consulitur vt alimenta pupillo præstanda faciat taxari à prætore: si tamen nõ fecerit ea, quæ legitimè in eius alimentis impendit, poterit ei imputare, & in dubio præsumitur alitus à tutore. Salycetus.*

II. Imp. ALEXANDER A. Euphido.

QVod plerũque[n] postulatur, vt arbitrio prætoris[o] aliměta pro modo facultatum pupillis vel iuuenib⁹ cõstituãtur:pro officio suo, qui aliena negotia gerũt,ne apud iudicẽ cõtrouersiam habeãt,[p] faciũt. Cęterũ si bon⁹ vir & innocẽs tutor arbitrio suo aluit pupillos:quod interdũ etiã necesse est fieri,ne secreta[q] †patrimonij[r] & suspectũ æs alienũ pãdatur(quod meli⁹ est interĩ taceri, quàm cũ de modo bonorũ quęritur,vltro ꝓferri,& apud acta ius dicẽtis cõtra vtilitatẽ pupillorũ designari) ſ†nõ dubie accepto ferre debebũt ea quę vir bon⁹ arbitratu[t] merito ad exhibitionem educationis,ministeria,[u] studiáq; erogata esse. Nec ferẽd⁹ est iuuenis, qui cũ prędes

A g *Qualitate*. vt tamen non sit apud eos qui pudicitiæ eius insidientur: vt.ff.eodem.l.si discepteturi.

h *Coniunctione*. vt.ff.eodem.l.j.& facit.ff.de leg.j. l. si seruus plurium.§.fi.

i *Necessitatem*. secus in curatore bonorum: vt.ff. de cur.bo. dan.l.j.§. quæritur.

VTrum.] CASVS. Auus maternus & paternus contendebãt inter se apud quẽ educari debeat pupillus. iudex æstimabit quis eorum maiorem affectionem erga pupillũ habeat: & quis magis insidiaretur vitæ pupilli propter spem successẽdi, vt non ille,sed alius admittatur.

k *Exspe successionis*. vt illi nõ concedatur: vt supra de nup.l. viduæ.§.sed ne.&.ff. eodẽ.l.j.&.l.pe.Sed hodie contra,secundum quosdam: vt in authẽ. de hęr. ab intest. §. ex his.colla.ix.quod non placet: quia licet qui prior sit in successione, debeat esse tutor, non tamen educator.

*DE ALIMENtis pupillo præstandis.*

PVpillus.] CASVS. In hac lege dicit imperator quòd si tutor non vult præstare pupillo aliměta, compellitur per iudicem, etiam si de statu pupilli moueatur quæstio, puta quia sit seruus, vel de bonis sit controuersia.

l *Fungetur*. vt infra de suspec.tut.§. si quis tutor.&.§. seq.&.ff.de suspec.tut.l.iij.§.tutor qui ad alimenta.& hoc etiam feriato dic:vt.ff. de fer.l.ij.& etiam ante quadrimestre tempꝰ exequitur sententiam: vt.ff.de re iudica.l.ij.

m *Idem est*.vt debẽt ei prestari alimenta:vt infra de Carb.edi.l.ij. &.ff.de Carb.edi.l.ij.

QVod plerumque.] CASVS. Allquando petitur à iudice vt constituãtur aliměta pupillo vel adulto: aliquãdo tutores subministrant aliměta, & impensas faciunt sine auctoritate iudicis: quia nolunt declarare facultates pupillorum ne inde possint sustinere damnum: an tales sumptus repetere possint,quæritur? Dicitur quòd sic: quia repetunt sumptus factos in alimentis, & in magistris instruentibus pupillum.nec enim dicat se vixisse vento.

n *Quod plerumque*. q. d.quandoque non petunt decerni.

o *Prætoris*. qui arbitretur secundum quod legitur.ff.eo.l.iij.

p *Habeant*. quia postea pupillus diceret quòd minus esset expensum.

q *Secreta*. sic infra quando & qui. quar.pars.l.ij.lib.x.

r *Patrimonii*. scilicet diuulgentur.

ſ *Designari*. id est in scripturam redigi.

t *Arbitratur*. sic supra de admini.tut.l.lex quæ.

u *Ministeria*. id est ministros.



BIU Cujas

esset, studiisq; eruditᵃ atq; alitus esset: si ea per alium se consecutũ non probet: [a] sumptus recusset, quasi vẽto [b] vixerit, aut nullo liberi hominis studio imbui meruerit. PP. Non. Decẽb. Maximo. II. & AEliano Conss.

*TITVLVS LI.*

## ARBITRIVM tutelæ.

*In præiudicium tutoris non statur æstimationi bonorum quam testator in suo testamento fecit, vel dixit se habere. Vel sic: Verba enunciatiua testatoris non inducunt dispositionẽ in præiudicium tutorum. Baldus. Vel sic: Non secundum testatoris æstimationem, sed secundum veritatem tenetur tutor reddere rationem. Salycetus.*

I. Imp. ANTONINVS A. Leoni.

CVm tutelę administratę ratio [c] à te peti cœperit: neq; veritati, neque iustis probationibus officit, quòd (vt dicis) testator modũ patrimonij sui verbis testamẽti ampliauit vel minuit. [d] PP. V. Kaled. Octob. Duob⁹ & Aspris Cõss.

*In exigendis nominibus debitorum tutor tenetur tantum de lata culpa. Salycetus.*

II. Idem A. Præsentino.

NOmina paternorũ debitorũ si idonea fuerint initio susceptę [e] tutelę, & per latã culpã [f] tutoris minus idonea tẽpore tutelę esse cœperunt: iudex qui super ea re dat⁹ fuerit, dispiciet: & si palã dolo tutoris vel manifesta negligẽtia [g] cessatum est, tutelæ iudicio damnũ quod ex cessatione accidisset, pupillo præstandum esse, statuere curabit. PP. Non. Iul. Antonino A. IIII. & Balbino Conss.

*Minoris est electio vtrum petat rem emptã ex pecunia sua, licet nõ nomine suo: an pecuniã ipsam cum vsuris centesimis. Sal.*

III. Idem A. Vitalio.

SI curator [h] †post decretum ꝑsidis, sublata pecunia quæ ad cõparationẽ possessionis fuerat deposita, sibi prædiũ cõparauit: elige [i] vtrum malis in emptione negotium tibi eum gessisse, [k] an quia in vsus suos pecuniæ conuersę sunt, legitimas [l] vsuras ab eo accipere: secundum quæ iudex tutelæ iudicio redditus, partem religionis implebit. [m] PP. III. Kalendas Iul. Læto. II. & Cereale Conss.

*Filius abstentus per tutores ab hæreditate, creditoribus patris non tenetur: licet à tutoribus consequatur interesse, quia eum abstinuerunt ab hæreditate locuplete. idem si cum eis transegerit. Baldus. Vel sic: Licet minor consequi posset, vel consecutus fuerit damnum sibi illatum à tutore, eo à paterna hæreditate abstinẽte: non propterea potest ipse à creditoribus hæreditariis conueniri. Salycetus.*

IIII. Imp. ALEXANDER A. Aglao.

EVm qui [n] bonis paternis secũdũ edicti formã [o] abstẽtus est, hæreditariis actionibus conueniri nulla ratio suadet. [p] Nec adrẽ facit, [q] q̃ aduersus curatores vel tutores, si nõ cõsulte abstẽtus sit, actio ei cõpetat. Nihil [r] quippe in ea actione, [s] quę ex officio gesta sunt vel geri debebũt, veniet, sed culpa solummodo: quantíque interfuit eius non fuisse abstentum, æstimabitur. Cui consequens est, vt si propter eam causam trãsegisti [t] cum tutoribus vel curatoribus, nulla aduersus te creditoribus patris tui petitio cõpetat. PP. III. Kalendas Maij. Alexandro. A. Cons.

*Quando plures tenentur eodem iure, & ratione eiusdem officii: omnes sunt ad eundem iudicem remittendi. Bal. Vel sic: Tutores omnes, & eorum hæredes, coram eodem iudice debent conueniri ex eadem tutela: & idem iudex debet delegari. Salycetus.*

V. Imp. GORDIANVS A. Victorino.

OMnes tutores, seu hęredes eorum qui administraue-

---

a *Non probet.* sic supra de nego. gest. l. ij. & facit. ff. de neg. gest. l. Nesennius. & de admin. tut. l. cum plures. §. j.

b *Vento.* vt lupus.

*ARBITRIVM TVTELAE, id est, actio: qualis sit, subaudi, quæ arbitraria dicitur: quia arbitrium iudicis habet locũ, cum bonæ fidei sit.*

*Vm.* ] CASVS. Si pater fa. in testamẽto suo tutorem dederit filio suo, & dixerit se. c. habere in bonis, cum non habeat nisi. l. an ratione reddenda pu. præiudicetur tutori, quo magis petatur, quæritur? Dicitur quòd non. Idem est si dixerit testator se non habere nisi. x. cum habeat. l. quia nõ præiudicabitur pupillo.

c *Ratio.* quæ scribi debet: vt. ff. de tut. & ra. dist. l. j. §. officio.

d *Minuit.* nam non enunciatiuæ voluntates, sed dispositiuæ seruantur, vt hic, &. ff. de leg. ij. l. Titia. §. Caius. & supra cõmunia vtri. iudi. l. scriptura. & infra de testa. l. verba. nisi in casu quãdo iurat: vt supra de proba. l. rationes. & in authen. qd obtinet.

*Voluntates enunciatiuæ nõ sunt seruandæ.*

*Omina.* ] CASVS. Quando tutor accessit ad gerẽda negotia pupilli, omnes debitores patris erant soluendo. si ergo tutor dolo vel culpa non exegerit, & facti fuerint non soluendo: an periculũ spectet tutori, quæritur? Dicitur quòd sic.

e *Susceptæ tutelæ.* quod probari debet à pupillo: vt. ff. de condit. & demõ. l. antepenult. & de ma. cõue. l. j. §. si magistratus.

f *Culpam.* no. dolum & latam culpam tantùm hoc casu venire, secundum H. sic & in alio casu: vt. ff. de admini. tut. l. tutor qui rep. §. cõpetit. sed regulariter etiã leuis: vt infra eo. l. quicquid.

*Tutor alienando de lata culpa & leui culpa se. tenetur.*

g *Negligentia.* quę est lata culpa. & facit. ff. si cer. pet. l. periculum. &. ff. de admini. re. ad ci. perti. l. ij. §. si eo. & de ma. con. l. j. §. si magistratus. &. ff. de sol. l. Stichum. §. pe. &. ff. de neg. gest. l. litis. §. j. & supra de admini. tu. l. debitoribus. &. ff. de vsur. l. si bene.

*Si curator.* ] CASVS. Iudex præcepit tutori vt de pecunia pup. comparet prædia: & ille sibi, non pupillo comparauit. in electione pupilli est vel petere prędia empta de pecunia sua, vel pecuniam cum vsuris centesimis.

h *Curator.* scilicet tenetur tibi, secundum Azo. vel id est curatorem. sic infra de fideicommis. l. eam quam frater.

i *Elige.* subaudi, ergo.

k *Gessisse.* & sic prædium petere: vt &. ff. quando ex fa. tut. l. ij. & facit supra de rei vindi. l. si vt proponis.

l *Legitimas.* id est maximas siue centesimas: vt. ff. de nego. gest. l. qui sine. & infra de vsur. pu. l. j. & pro hac pecunia & vsuris erat eadem res obligata: vt infra de ser. pign. da. ma. l. si tutor.

m *Implebit.* data tibi electione.

*Vm qui.* ] CASVS. Filium tuum impuberem hæredem instituisti, & tutor abstinuit ab hæreditate pupilli, & damnificatus est tãtum in. c. puta hæreditas valebat mille, & in nongentis tenebatur creditoribus: pupil. egit aduersus tutorẽ ad interesse quod erat in. c. & ei condemnatus est tutor, quòd per culpã suam fecit eum abstinere: nunquid creditores poterunt conuenire pupillũ actio. hæreditaria, quęritur? Dicitur quòd non: quia hoc quod consecutus est nomine transactionis, non videtur consecutus nomine hæreditatis. Vel pone casum aliter vt in glo.

*Casũ ponit.*

n *Eum qui.* Tutores abstinuerunt pupillum ab hæreditate paterna minus consulte: tenẽtur ergo hoc nomine. vnde videtur quòd pupillus quid consequi potest à tutoribus propter hoc quòd creditores hęreditarij valeant eum conuenire. Sed dicitur hic contra: quia cõsequitur quod interest eum non esse abstentum: & illud est deducto ære alieno.

*Minor quò se ab hæreditate paterna abstinuit, an à creditoribꝰ hæreditariis conueniri possit. * aliàs, in ea, quæ &c.*

o *Formam.* quæ est vt antequam de hæreditate quid amoueat, abstineat: non post: vt ff. de acquir. hære. l. si seruum. §. prætor ait.

p *Suadet.* vt & supra quod cũ eo. l. si ex cõtractu. & ifra de reuocan. his quæ in frau. cre. l. ij. Sed hoc fallit in casibus: vt infra de primipilo. l. fi. lib. xij. & quãdo institutꝰ abstinens accepit pecuniam à statulibero: vt ff. de acquiren. hæredi. l. pro hærede. §. Papinianus scribit. Item si aliquid ex hæreditate amouit: vt dicta l. si seruum. Item si per suppositam personam bona patris mercetur: vt. ff. de acquiren. hæred. l. si is qui bonis.

q *Facit.* vt magis teneatur actionibus hæreditariis.

r *Nihil.* eorum.

s *In ea actione.* tutelæ. q. d. hoc venit in actione tutelæ, quod interest ratione abstentionis: quod est ære alieno deducto: non quod male gesit vel administrauit res hæreditarias: quod fecit forte non adeundo, vel in adeundo, sed per restitutionem eam dimisit: vel etiam nil administrauit: quia tunc ipsam hæreditatem adire videtur.

t *Transegisti.* & aliquid ex ea transactione habes quod occasione hæreditatis habes.

*Omnes.* ] CASVS. Tam tutores, si plures habet pupillus, quàm eorum hæredes, coram eodem iudice conueniendi sunt. Si igitur pater tuus cum alio tutore administra-

uerit, & vtérque decesſit: idem iudex pu.dabitur aduerſus te, & hæredem tutoris.

a *Tutelam.* ſcilicet eandem.

*Cauſæ cõtinẽtia nõ eſt dimidenda.*

b *Conſtitutum eſt.* ne diuidatur continentia cauſæ: vt.ff.de qui. re.ad eun.iu.ea.l.j.&.ij.& ſupra de iudi.licet.&.l.nulli.&.ff. de lib.cau.l.ſi pariter.& de edẽ.l.ſi quis.§.j.ĩ fi.

CVm interdictæ.]CAVS. Tutor in duobus peccauit, tum quia vendidit rem pupilli: tum quia paruo precio,& de precio aliquid ſubtraxit. ſi minor vult habere ratam véditionem,poteſt repetere precium quod recepit tutor: & ſi tutor vnam partem precij pupillo reſtituerit, vel precio minus iuſto véderit: reſidui precij neceſſaria eſt reſtitutio, quia iure communi tut⁹ eſt: & illos qui geſſerunt, poterit conuenire, cum plures habuit tutores: & ſi omnes geſſerunt,poterit eligere vnum ex tutoribus,& conuenire eum: pupillus tamẽ cedet act. quam habet aduerſus alios. Viuia.

c *Interdictæ.* à lege: vt ff.de re.eorum.l.j.

d *Vitium.* vel quia ſibi retineat: vel quia gratioſe vẽdidit minus quàm valet.

e *Voluiſtis.* nam & infirmare poteritis: vt.ff. de admi.tut.l. cũ plures. §. j. & facit. ff. de neg.geſt.l. Põponi⁹.j.

f *Reſiduum precium.* habebat enim pupill⁹ partem precij,& aliam petere vult à tutore, quam apud ſe tutor retinuerat. Vel dic, reſiduum iuſtę æſtimationis.& cõfirmauerat pupill⁹ quòd fuerat alienata: non autem pro tali precio.

g *Reſtitui.* à tutore vel ab emptore, ſi non ſoluit.

h *Ab hæredibus eius.* ſcilicet tutoris.

i *A nobis.* cũ ſuperfluum ſit &c. vt infra de theſau.l. j. in fine. libro.x.&.ff. ad municip.l.j.

k *Subſtitutis.* ſi non eſt ſoluendo, qui adminiſtrauit: vt plene dices.j.de diui.tut.l.ij.

l *Transferantur.* vt & ff.de tut.& ra.diſt.l. cũ pupillus.& infra de fideiuſſ.l.ij.& ſupra loca.l.ſi diuiſa.

*Tutor de leuiſſima culpa non tenetur.*

Qvicquid.]Hæc lex plana eſt:ideo pone caſum per teipſum.

m *Leui.* nõ leuiſſima.& da exẽplum.ff.ſi cert.pet.l.periculum. Item rationes debet cõficere,& cõfectas exhibere: vt.ff.de tut.& ra.diſtra.l.j.§.officio.quandoque lata culpa tantum venit: vt dixi ſupra eo.l.nomina.

n *Non acquiſierint.* cum conditio quærendi exiſteret: vt & ſupra de adminiſt.tu.l. pupillorum.&.ff. ad legem Aqui.l. inde runt tutelam,[a] ad eundem iudicem ire debere iampridem cõſtitutũ eſt[b]. Cum igitur patrẽ tuum cum alio tutelam adminiſtraſſe alleges: præſes prouincię eundem iudicẽ aduerſus te atque hęredes contutorum patris tui dare debebit, quatenꝰ quiſque cõdemnari debeat, examinaturũ. PP.X. Kalẽd.Auguſti, Pio & Pontiano Conss.

*Minor poteſt approbare contractum qui non tenet ſi vult, & ad reliquum precium agere contra adminiſtratorem. Baldus. Vel ſic: In electione minoris eſt ratificare venditionem inualidam à tutore factam, & precium inſtum( licet viliori ſit venditum)iure communi petere ab ipſo vẽdẽte,& poſtea ad alios peruenire. & ſi omnes tutores pariter vendiderint, vnus in ſolidum conueniri poteſt. ſed eo conuento, ſunt contra alios cedendæ actiones. Salycetus.*

VI. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIA. AA.& CC. Cononi & aliis.

CVm interdictæ[c] venditionis vitium,[d] etiam precij fraude tutor veſter cumulaſſe proponatur: nõ dubitabit præſes prouinciæ, quando venditionem confirmare voluiſtis,[e] reſiduum[f] precium cum vſuris vẽditæ à tutore poſſeſſionis celeriter vobis reſtitui[g] iubere.

VQuod autem petitis ab hæredibus[h] eius qui vendidit, precium vobis exolui, ſuperfluò à nobis[i] deſideratis: quia nec præſidis experiẽtiam poſsit hoc latere, tutores qui geſſerunt, ſiue eorum hæredes, ob ea negotia quæ per eos adminiſtrata ſunt, principali loco conueniri debere: cæteris ob culpę rationem non ſeruati detrimenti periculo ſubſtitutis:[k] vel ſi pariter adminiſtraſſe doceãtur: etiam aduerſus vnum, liberum experiũdi arbitrium competere: ita vt actiones quas aduerſus alios habetis, ad electum transferãtur.[l] PP.IIII.Kalend.Septembr. ipſis.IIII.&.III.AA.Conss.

*Tutor vel curator nedum tenetur de dãno illato, ſed etiam de lucro omiſſo: & in actione tutelæ, vel vtili actione negotiorum geſtorum venit etiam leuis culpa. Salyce.*

VII. Iidem AA.& CC. Alexandro.

QVicquid tutoris dolo vel lata culpa, aut leui,[m] ſeu curatoris, minores amiſerint, vel cũ poſſent, nõ acquiſierint:[n] hoc in tutelę ſeu negotiorũ geſtorũ vtile[o] iudiciũ venire, non eſt incerti iuris. S. Pridie Idus Aprilis. AA. Conss.

*Actioni tutelæ non præſcribitur longo tempore. Salycetus.*

VIII. Iidem AA.& CC. Dalmatio.

TVtores tutelæ cõueniri, lõgi temporis præſcriptio nõ prohibet.[p] Vnde ſi his tranſactione vel nouatione aut acceptilatione liberationẽ non præſtitiſti: apud rectorem prouinciæ quæcunque tibi debentur, repetere nõ phiberis. S.XIIII. Kalendas Maij. AA. Conss.

*Contra tutorem debet pupillus agere, non cõtra eũ qui indemnitatem promiſit. Saly.*

IX. Iidem AA.& CC. Iuliano.

TVtorem quondam, vt tam rationẽ[q], quàm ſi quid reliquorum[r] nomine debet, reddat, apud prætorem conuenire potes. quamuis enim matrẽ tuã ſuſceptis bonis veſtris indemnitatem pro hac adminiſtratione tutori ſe præſtituram promiſiſſe[ſ] proponatur: tamẽ aduerſus tutorem tibi tutelæ, nõ aduerſus matris ſucceſſores ex ſtipulatu[t] cõpetit actio. S. Prid. Kalendas Ianuarij. AA. Conss.

*Licet tempore quo tutor acceſſit ad gerẽdam tutelam, eſſet pauper, & finita geſtione reperiatur dues: tamen præſumitur ſua induſtria & labore, non ex bonis pupilli ditatus. Baldus. Vel ſic: Quæſita à tutore tutela durante, non præſumuntur quæſita de bonis pupilli: ideo non ea vindicare, ſed tutelæ iudicio agere debet. Salycetus.*

X. Iidem AA.& CC. Pomponio.

SI defunctus tutelam veſtram adminiſtrauit, non rerũ eius dominium vindicare vel tenere potes, ſed tutelæ contra eius ſucceſſores tibi competit actio. Debitum autẽ aliis indiciis cõprobari oportet. nam quòd[u] Neratius.§. idem Iulianus.&.l.ſi ſeruum meum.vel vſuras erro pupillari, vel ſimilia: vt.ff.de admini.tut.l.ſine hærede.§. Modeſtinus.&.§.idem reſpondetur. Sed quid ſi aliquis velit relinquere aliquid pupillo, & tutor fecit ſibi relinqui? non videtur teneri, argu.ff.de iniur.l.iniuriarum.§. ſi quid autem.non enim cõtra ſuam vtilitatem tenetur ei prouidere: vt.ff.de in litem iuran. l., videamus.§. ſed nec tutorem.& argu.ff. de admini.tut.l. Lucius. ij.§. Sempronius. Sed argu.cõtra.ff.de adminiſt.tu.l. tutor ſecundum digni.§. non eſt. & eſt quæſtio ſabbatina.

o *Vtile.* vt ſupra de nego.geſt.l. curatoris.

TVtores.]CAVS. Actio tutelæ, perſonalis eſt. ſi ergo ſe teneri per.x. vel.xx.ann. quòd non egi, an repellar præſcriptione? Dicitur quòd non.

p *Prohibet.* vt & infra qui.non obſtat lõgi tempo. præſcript.l. neque.& ſupra de cõſtit.pecu.l.ij.

TVtorẽ.]CAVS. Tutor finita tutela conueniendus eſt vt rationem reddat,& reliqua deferat, id eſt quę remanſerunt penes eũ ex adminiſtratione. Si vero dicat ſe non eſſe conueniendum, quia ceſſit matri adminiſtrationem, & illa indemnitatem ſibi promiſit: & ita mater debet cõueniri: an ſit audiendus, quæritur? Dicitur quòd non, ſed tutorem conueniet minor,& tutor matrem ex ſtipulatu.

q *Rationem.* geſtorum.

r *Reliquorum.* ſcilicet non geſtorum ſecundum Hu. quod nõ placet, immo rationem, computando: reliquorum, reddẽdo: vt.ff.de condit.& demon.l. cũ ſeruus.

ſ *Promiſiſſe.* tenetur enim ceſſante Velleiano, cum ſuum gerat negotium: vt & ſupra ſi mater indẽ.promiſ.l.quædam.

t *Ex ſtipulatu.* directa. vtilis tamen datur ſecũdũ quoſdã. quod non placet: niſi quando prius condemnaretur tutor: vt.ff. de re iudica.l. à diuo. §. ſic quoque.

SI defunctus.]CAVS. Tutor in initio quando erat tutor datus, erat pauper: pendente tutela factus eſt dues. vult pupillus vindicare prædia quæ comparauit ſibi tutor, tanquam empta de bonis pupilli: nunquid poteſt, quæritur? Dicitur quòd non: quia non ſufficit ad probationem quòd ex bonis ſuis factus fuerit dues, quia ab initio geſtionis paupere. Quæritur.

u *Nam quòd.* vere aliis, nam &c.

BIU Cujas

a *Quæritur.* vt &.ſ. de vſufruct.l.fi.ſi pricip. Et eſt argu. q̃ ea quę acquirit filiꝰ, nó acquirit patri. Sed argu. cótra.ſ. de episco. & cle ti. authen. licentiã. & de donatio.

[a] inter virum & vxorem. l. etiã. Tutor.] IC. ASVS. Durante tutela tutor inchoauit ædificare domum: finita tutela connexis completis, ad alia gerenda non accesſit: de nó gestis non tenebitur.

b *Administratione cõnexa.* vt quia tempore pupillaris ætatis cœpit facere domum, post eandem ætatem completam perfecit domũ, nó tenetur ad alia. vel dic post finitam administrationem, ſcilicet ante (ſubaudi) translationem factam ad cutorem: nam & in cõnexa administratione non tenetur: vt. ff. de adminiſt.tut.l. à tutoribus. §. j. & ſic diuerſimode punctabis. ſed ſi conſumeret, negotiorum geſtorum non tutelæ teneretur, cum non teneatur adminiſtrare. & facit. ff. de neg.geſt.l.eum actum.

c *Perſeuerauerit.* quidam intelligũt hoc in principio, ſiue ſit connexa ſiue non, dũmodo continue perſeueret, quod non placet: ſed in connexis tãtum dixit, vt veniant in tutelæ iudicium. alia in actione negotiorũ geſtorum: vt. ff. de tu. & ra. diſt. l. ſi tutor poſt. Et dic quòd perſeuerare tenetur tutor & curator in cõnexis ante translationem, non poſt: vt hic, & ſupra vt cau. poſt pu. l. vnica. & ff. de admi. tu. l. ita autem. §. pe. &. §. fi. & l. tutorem qui. §. tutelam. ibi, ſic enim &c, & ff. de app. l. tutor. & ſupra de peri. tut. l. tẽporis. Sed quid ſi in connexa ceſſauit ad tẽpus, & poſtea reaſſumpſit ante translationẽ? Dicam in tutelæ iudicium venire, cum gerere teneatur: vt dictum eſt.

*Tutor tenetur vti cõnexis perficere.*

d *Tutelæ actio.] Hæredibus.* ſed aliter quàm pupillo: vt ff. de admi. tu. l. ex pluribus.

e *Successores.* ſed aliter quàm in tutorem: vt infra de hære. tut. per totum.

*Veteris.] IC. ASVS.* Si tutor extra iudicium confitetur plus eſſe in bonis quàm ſit, vt pupillus ſit cum nobili muliere contracturus matrimonium: ſibi non præiudicat. & hoc in prima. Si vero tutor in inuentario ſcripſerit. c. eſſe in hæreditate, cum non ſint niſi. l. præiudicat ſibi: quia creditur publico inſtrumento. & hoc in ſecunda. Non autem accedit tutor ad adminiſtrandas res pupillares, niſi prius facto inuentario: niſi teſtator præceperit inuentarium non fieri. & hoc in tertia. Si vero inuentarium non fecerit, remouebitur vt ſuſpectus, & erit infamis: nec beneficio principali erit abſolutus, & aliis pœnis legitimis ſubiugabit.

f *Dixerit.* confitendo extra ius, & extra inuentarium.

neq; ipſe neq; vxor eius quicquam ante adminiſtrationẽ habuerunt: non idoneũ huius cõtinet indicium. Nec enim pauperibus induſtria vel augmentum patrimonij, quod laboribus & multis caſib⁹ quæritur, [a] interdicendum eſt. S. X. Kalẽd. Febr. Sirmij, Cæſaribus Conss.

*Tutor tenetur etiam poſt tempus tutelæ tranſactæ. Baldus. Vel ſic: Adminiſtrata poſt finitam tutelam, prioribus cõnexa, veniunt in actione tutelæ. Salycetus.*

XI. Iidem AA. & CC. Chruſiano.

TVtor poſt puberem ætatem puellæ ſi in adminiſtratione [b] connexa perſeuerauerit: [c] tutelæ actione totius temporis rationẽ præſtare cogitur. ℣ Sin autem poſt finitam adminiſtrationem in hiſdem rebus minimè ſe immiſcuerit: temporis quod inſequitur, periculum ad eum non pertinet. S. Kalendis Decemb. Anchialo, Cæſaribus Conss.

*Vide per te hanc. l. Salycetus.*

XII. Iidem AA. & CC. Quintillæ.

TVtelę actio tã hęredibus, [d] quàm etiã contra ſucceſſores [e] cõpetit. S. X. Kalẽ. Decẽb. Sirmij, Cæſaribus Conss.

*Confeſſio tutoris extra inuentarium, nõ præiudicat veritati. ſed confeſſio facta per inuentarium, adeo præiudicat quòd non poteſt contra probari. hoc primo. Tutori non poteſt adminiſtratio decerni, niſi inuentario ſolenniter præcedente, niſi teſtator vetuerit inuentarium fieri. Item qui non facit inuentarium, reputatur ſuſpectus: & debet remoueri, & puniri. Bal. Vel ſic: Confeſſio profitẽtis maiorẽ eſſe quantitatẽ patrimonii pupilli, quàm ſit, nõ præiudicat ſibi, niſi inuentarium fecit ſcribi: quia tunc probatio in contrarium non admittitur. Salycetus.*

XIII. Imp. IVSTINIANVS A. Iuliano. P.P.

VEteris iuris dubitationem decidẽtes, ſancimus, ſi quidem tutor vel curator pro ſubſtãtia pupilli vel adulti aliquid vbicunque dixerit [f] ad maiorem quantitatẽ eam [g] reducens, ſiue p vtilitate pupilli vel adulti, [h] ſiue per ſuam ſimplicitatẽ, ſiue per aliam quamcũque cauſam: [i] nihil veritati præiudicare, [k] ſed hoc obtinere, quod ipſius rei inducit natura, & menſura pupillaris vel adulti oſtẽdit ſubſtantiæ. [l] ℣ Sin autem inuentario publicè facto res pupillares vel adulti ſcripſerit, [m] & ipſe per huiuſmodi ſcripturam cõfeſſus fuerit ampliorem quantitatem ſubſtantię: non eſſe aliud inſpiciendum niſi hoc quod inſcripſerit, & ſecundum vires eiuſdem ſcripturæ patrimonium pupilli vel adulti exigi. neq; enim ſic homo ſimplex (immo magis ſtultus) ſiuenitur, vt in publico inuentario ſcribi contra ſe* aliquid patiatur. [n]

*Tutor vel curator ante adminiſtrationem ei decretam, & confectionem inuentarii ſibi à teſtatore non remiſi, non poteſt adminiſtrare: & inuentarium non conficiens remouetur vt ſuſpectus, niſi teſtator remiſerit. Salycetus.*

℣ Illo proculdubio obſeruando, vt non audeat tutor vel curator res pupillares vel adulti aliter attingere, vel vllam ſibi communionem ad eas vindicare, [o] niſi prius inuẽtario publicè facto, [p] ſecũdum morem ſolitum res ei tradãtur: niſi teſtatores qui ſubſtãtiam tranſmittunt, ſpecialiter inuentariũ cõſcribi vetuerint: ℣ Sciturus tutorib⁹ & curatoribus, quòd ſi inuẽtarium facere neglexerint: [q] & quaſi ſuſpecti [r] ab officio remouebũtur, & pœnis legitimis quæ cõtra eos ĩterminatæ ſunt, ſubiacebunt: & poſtea ppetua macula ĩfamiæ notabũtur, neq; ab imperiali beneficio abſolutione huius notæ fruituri. Dat. Idib. Augu. Cõſtãtinop. Lãpadio & Oreſte. VV. CC. Conss.

*TITVLVS LII.*

DE DIVIDENDA TVtela, & pro qua parte quiſque tutorum conueniatur.

*Si tutor qui tenebatur per prius, tempore officii depoſiti eſt ſoluendo: collega non tenetur. Bal. Vel ſic: Tutor nõ tenetur ex facto contutoris qui fuit ſoluendo tempore depoſitæ ſiue finitæ adminiſtrationis. Salyce.*

I. Imp. GORDIANVS A. Optato.

SI poſt finitum adminiſtrationis officium collegæ tui indemnitati præ-

g *Eam.* ſubſtantiam.

h *Adulti.* ſic ſupra de ali. pu. præſ. l. fi.

i *Cauſam.* quia ſic credebat forte.

k *Præiudicare.* nó ergo valet confeſsio extra ius. & ſic ſubaudi. facit. ff. de inter. act. l. j. in fi.

l *Subſtantiæ.* vt &.ſ. de iuris & facti ignoran. l. cum falſa.

m *Inſcripſerit.* ſic ergo non auditur probatio in cõtrarium: vt ſupra ad Velleia. l. antiquæ. §. j. & in authen. vt li. ma. & auiæ. §. ad hæc. col. viij. cõſt. xiij. Sed cõtra ſupra de p-ba. l. cum precibus. Solu. hic eo patiente & volente, vel ipſomet ſcribente ſic ſcriptum eſt: ibi eo ignorante quid ſcriberetur. vel ſpeciale eſt, quia cum magna ſolennitate fit inuentarium. & hoc etiã modo ſoluitur ſupra plus va. quod agi. l. j. & ſupra ſi quis al. vel ſibi. l. cum propria. quæ ſunt contra.

n *Patiatur.* ſibi ergo præiudicat ſi patitur: vt hic, &. ff. de hæred. tut. l. cum oſtendimus. §. fi. & facit ĩfra de hęre. inſtit. l. fina.

o *Vindicare.* niſi res perituras: vt. ff. de adminiſtra. tut. l. tutor qui repertorium. §. j.

p *Facto.* quo ſcribũtur inuenta. ſic & infra de cu. fu. l. fi, §. pe. ar. ſupra de epi. & cleri. l. nulli. §. cum auté vir.

q *Neglexerint.* quo ipſo præſumitur dolo facere: niſi ſubſit aliqua cauſa neceſſaria: vt. d. l. tutor. in princip.

r *Suſpecti.* violenta eſt hęc præſumptio: vt. ff. de ſuſpec. tutori. l. iij. §. tutor. & pœnas alias habẽt, vt ſubiicit: quia in vículis detrudũtur: vt. d. l. iij. §. tutores. & hoc niſi aliquo vinculo neceſſitudinis vel affinitatis ſint pupillo cõiuncti: vt. ff. de ſuſpec. tuto. l. ſi tutor. Vel illud ĩtellige cũ ob aliã cauſam remouet vt ſuſpectus. Vel dic vt ibi.

*Præſũptio violenta eſt cõtra tutorem qui inuẽtariũ neglexit facere.*

*DE DIVIDENDA TVTELA &c.*

*ſcilicet à iudice: vel diuiſa, ſcilicet à defuncto.*

*SI poſt.] IC. ASVS.* Si pupillus plures habeat tutores: & finita tutela omnes fuerint ſoluendo: & datus fuerit curator, nec ille egerit: & aliquis eorum fuerit factus non ſoluendo, periculum



* *Hic tex. allegatur ad hoc ſicut. l. cũ de indebito. ff. de pbat. quòd nemo præſumitur velle iactare ſuũ.*

BIU Cujas

riculum ad contutorem non pertinebit, sed ad curatorem: qui cum agere potuit cum effectu, agere supersedit.

a *Fuerint.* sic infra de fideiuss.l.fideiussor.

b *Non patitur.* vt supra de proba.ex persona.&.ff.de admin ist. tut.l.tutores qui post.§. tutoribus.&.l. A Emilius.&.ff. rem pu. sal.fo.l.fi. &.§.in quibus cauſ.tut.ha.l. fina.

*SI diuiſio.]CASVS.* Si pupillus plures habeat tutores:aut facta est diuisio inter eos à iudice, vel à testatore:aut non.si non, electionem habet pupillus finita tutela quem velit conuenire, & in solidum, cessione tamen conuentionis & exactionis sibi competétis aduersus alios cõtutores suos facta. & hoc in prima. Si facta est aut à iudice, aut à testatore, aut à se: istis duobus primis casibus vnus ex alterius administratione non tenebitur: nisi per dolum alium suspectũ remoueri non fecerit: vel tarde remouit, cũ alter fact⁹ fuerit nõ soluendo.vel si accusauerit de suspecto,& collusit patiendo se superari propter aliquam pecuniæ quantitatem: & si dicat contutorem nõ administrasse: quia per hoc non excusabitur:quia & de non administratis tenebitur. & hoc in secunda. Si vero ipsi inter se diuiserũt,perinde est quasi diuisio facta non esset: & quilibet in solidum conuenietur: & vno conuẽto & exacto,cedet sibi pu.actio.aduersus aliũ.& hoc in tertia. Viuianus.

c *Seu prouincia.* secus ergo vbi diuersarum prouinciarum fuerint:vt supra de peri.tut.l.ij.& si vnus ex plur. tuto.l.ij.&.ff.de cur.bo.dan.l.ij.§.j.

d *Eligere.* vt supra tit.j.l.cum interdictæ.& argu.ff.de cu.bo. dan.l.iij. Vel dic, si omnes administrent, aut nullus: habet electionem pupillus.si vnus administrauit, & alius non: in administratis primo conuenitur qui gessit, secundo magistratus, deinde alius: at in non gestis omnes tenentur: vt infra si tu.non gess.l.fi.&.ff.de administ.tut.l.tres.§. item in eo.& infra de hæredib. tut.l. pater.

*Tutores pupillo obligati, quo ordine conueniantur.*

e *Facienda.* Item alia duo beneficia habet, scilicet vt actio diuidatur: & vtilis(etiam non cessa)detur: vt.ff.de tut.& ra.dist. l.j.§. nunc tractemus.& infra de contra.iu.tut.l.ij. sed fideiussoribus tutoris denegatur: vt.ff.rem pu.sal.fo.l.fi.§.j. sed si essent plures fideiussores, alter vnius tutoris,alter alterius tutoris:non denegatur eis hoc beneficium: vt.ff.de hære.tu.l. pupillus.nec obstat lex sequens, si fideiussores. quia pupillus accepit nouam cautionem: & sic sibi fecit præiudicium. Et nota quòd primum & vltimum beneficium non dantur dolosis:sed medium de diuidẽda actione sic: vt.ff.de tut.& ra.dist.l.j.§.nũc tractemus. & de administ.tut.l.si plures.secundum H.licet Azo non concesserit.

f *Deducta.* ablatiui absoluti.

g *Prodiderunt.* idem si vnus non instruat alterũ super eo quod alter nescit ad suam gestionem pertinere: vt.ff.de admini. tu.l. Titium. §. tutores. Idem si non exegit satisdationem rem pu. sal.fo.cum videret eum fieri non soluendo: vt.ff.de administ. tut.l.tres tutores.§.fina.

stãdæ idonei fuerint,[a] posteáq; dum non conueniuntur, minus idonei effecti sunt: vitiũ alienæ cessationis ad dispẽdium tuum pertinere,iuris ratio nõ patit.[b] PP. VI. Id. Martij, Gordiano A.II.& Pompeiano Conss.

*Vbi administratio non est diuisa, omnes tutores tenentur æquè principaliter, & per prius: sed vbi est diuisa à testatore vel à iudice, nõ tenetur vnus pro alterius gestione, nisi in casibus specialibus.diuisio verò quã tutores inter se propria auctoritate faciunt, pupillo nõ officit.Bal.Vel sic:Si administratio tutelæ vel curæ non fuerit diuisa, vel ab ipsis tutoribus vel curatoribus diuisa fuerit: potest quilibet eorum conueniri in solidum. secus si fuerit diuisa à testatore vel à iudice: quia quilibet tenetur pro parte, nisi in casibus hic positis. Salycetus.*

II. Impp. CARINVS & NVMERIANVS AA. Primigenio.

SI diuisio administrationis ĩter tutores siue curatores in eodẽ loco seu ꝓuincia[c] cõstitutos facta necdũ fuerit: licẽtiã habet adolescẽs & vnũ eorũ elige re,[d] & totũ debitũ exigere:cessione videlicet ab eo aduersus cęteros tutores seu curatores actionũ ei cõpetẽtiũ facienda.[e] ℣ In diuisionẽ autẽ administratione deducta,[f] siue à præside, siue testatoris volũtate: vnumquẽq; ꝓ sua administratiõe cõ uenire potest, periculũ iuicẽ tutorib⁹ seu curatorib⁹ nõ sustinẽtib⁹: nisi per dolũ aut culpã suspectũ nõ remouerũt, vel tardè suspicionis rationẽ mouerũt,cũ alter eorũ nõ soluẽdo effectus sit, vel suspicionis causam agẽdo sua spõte iura pupilli ꝓdiderũt.[g] ℣ Nec ꝓdest eis dicẽtibus eũ cõtutorẽ suũ nõ administrasse[h] res pupillares. ℣ Si vero ipsi iter se res administrationis diui serũt: nõ prohibetur adolescẽs vnum ex his in solidum[i] cõuenire,ita vt actiones quas aduersus alios habet,ad electũ trãsferat.PP. emissa. XII. Kalendas April.Carino.II.& Numeriano.AA.Conss.

*Pacto tutorum non obstante prius conuenitur gerens, & eius hæredes, quàm non gerens. Salycetus.*

III. Impp. DIOCLETIA.& MAXIMIA.AA.& CC.Zotico.

LIcet tutorum conuentione[k] mutuum periculum minimè finiatur: tamen eum qui administrauit, si soluendo sit, primo loco, eiúsque successores conueniendos esse,non ambigitur.[l] S.IIII.Kalẽ. Octobr. CC.Conss.

## TITVLVS LIII.
## DE IN LITEM IVrando.

*Contra hæredem tutoris ob dolum vel latam culpam instrumẽta non restituentem, iuratur in litem. Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Asclepio.

ADuersus hæredes tutoris ad transferendam tutelam[m] iudicem accipiens, tempore litis[n] instrumenta ad puberem pertinentia[o] restitui

A h *Non administrasse.*nam nihilo minus poterũt accusari de suspecto : vt insti.de suspe.tut.§. suspectus autem est.

i *In solidum.*aliud in pluribus administratoribus reipubli. vt infra de conue. fi.debi.l.j.&.l.quoniam.lib.x.& quo quisque or. con.l.j. &.ij.& fi.lib.xj.& facit.ff.de neg.gest.l.cum alicui.&.ff. de admini.tut.l.Lucr⁹. ij. §. Sempronij. &. §. maxime.in fin.&.ff.ad munic. l. imperatores. & arg.ff.deadministra. tuto.l.si pupillus alterum.Ex prædictis collige, quia aut est diuisa à testatore, vel à iudice: & tunc non tenetur vn⁹ pro altero, nisi in tribus casib⁹ hic positis,& duobus additis, si à nullo, vel à seipso est diuisa: siue omnes administrent, siue nullus, omnes tenẽtur in solidum: vt in fi.huius l.& in princi.si vnus gessit, alter non: tunc primo gerens,secundo magistratus, tertio nõ gerens: nisi quãdo debuit non gerens facere alium suspectũ, vel tarde fecit, vel collusit: vt infra si tutor nõ gess.l.j.&.ff.de tute. & ra.dist.l.j.§.vsq; adeo. & infra de vsu.pu.l.ij. Aliud in curatore bonorum: vt.ff.de cu.bo. dan.l.ij.§.fina.quia voluntarie constituitur. vt in ea.l.§. quæritur. vbicunque dixi eos in solidum teneri, tripliciter datur remedium aliis sed dolosis vnum tantum, secundum Azo. sed nec vnum quidem: vt modo nota.& de hac materia diri supra de transact.l.j.&.d.§. nunc tractemus.& facit supra de loca.& cõ. l.si diuisa.in fin.

*Licet.]CASVS.* Cõuenit iter duos tutores vt vnus administraret, alius non.pactum illud non præiudicat quo minus quem velit conueniat pupillus, vel quo minus periculum ad vtrumque pertineat: nisi quòd prius conuenietur qui administrauit,si soluendo sit:vel eius hæres.

k *Licet tutorum conuentione.* sic supra de pac.l.debitorũ.&.l.pacto.&.ff.de admi.re.ad ci.perti.l.ij.§. ius reipublicæ.

l *Non ambigitur.* vt infra si tu.non gess.l.ij.& supra tit.j.l. cum interdictæ.&.ff.de admini.tut.l.tres tutores.& infra si tu.reipu. l.j.& quod not.supra.l.proxi.

*DE IN LITEM IVRANDO.*

*Quia in actione tutelæ ob culpam specialiter iuratur in litem: vt infra eo.l.alio.quod aliàs non est: vt.ff.eo.l.siue.& l. videamus.§. fina. & l.in actionibus.§.i.ideo ponitur hic titulus.*

*ADuersus.]CASVS.* Si hæres tutoris res vel instrumenta minoris detineat finita tutela, & datus est curator:aget aduersus eum vt restituat. Si verò dolo vel culpa lata instrumenta non exhibeat: poterit curator aduersus eum iurare in litem, pro quanto nollet instrumentis carere, vel sibi non exhibita fuisse. Viuianus.

m *Tutelam.* id est tutelarem administrationem in te curatorem, qui & quondam cum alio fuisti tutor.

n *Litis.* & sententiæ, ne sit contra.ff. ad exhiben.l. tigni.§. fi. Vel illud in realibus, vel in rem scriptis:hoc in personalibus, vt tempus litis sufficiat: vt ibi not.

o *Pertinentia.* vel quia sua, vel sibi debita, vel ab eo possessa: vt.ff.de verbo.signifi.l.verbum pertinere.

*Desiderabit.*

BIU Cujas

desiderabis.[a] Quòd si dolo[b] non exhibeantur: in litem iurandi tibi facultas erit, modò si quòdam[c] pupillo debitam affectionem ad vincula quoque religionis extendere volueris.[d] PP. Kal. Aug. Antonino.II. & Geta.II.Conss.

*Nemo inuitus iurat in litem: & contra hæredem tutoris, etiam si sit hæres hæredis, ob dolum vel latam culpam nõ restituentẽ iuratur in litem: & vbi dolus & lata culpa cessant, aliter per iudicem de veritate inquiritur. Salycetus.*

II. Imp. ANTONIN. A. Seuero.

IS qui rationem tutelę seu curæ reposcit,[e] inuitus in litem iurare compelli non potest: sed volens ita demum[f] audiendus est, si hæres per longam successionem[g] tutoris instrumẽta pupillaria dolo vel circunuenien di pupilli gratia exhibere non vult. Sin verò neque dolus,[h] neque lata culpa,[i] neque fraus hæredis conuincitur: omissa iurisiurandi facultate, iudex de veritate cognoscet: quæ etiam argumentis[k] liquidis inuestigari potest. PP. XI. Kal. Octobr. Duobus & Aspris Conss.

*Pupillus vel adultus non potest liquidum debitum gratis remittere. Bald. Vel sic: Minor non potest remittere pacto condemnationem secutã iuramẽto in litẽ præstito. Sal.*

III. Idem A. Prisciano.

SVmma[l] sententia comprehensa, quam cessantibus[m] curatoribus quondã tuis iudex secutus, iurisiurãdi à te prolati religionem in condemnationẽ deduxit, minui pacto[n] non potuit. PP. Kalend. Iul. Læto.II. & Cereale Conss.

*Contra tutorem etiam propter leuem culpam iuratur in litem: contra vero tutoris hæredem, propter dolum & latam culpam tantum: nisi lis fuisset contestata cum tutore defuncto: quia tunc contra eius hæredem iurabitur propter leuem eius culpam. Saly.*

IIII. Imp. GORDIANVS A. Mutiano.

ALio iure est[o] tutor, alio hæres eius. Tutor enim inuentarium cæteráq; instrumenta si non proferat,[p] in litem iusiurandũ aduersus se potest admittere. atenim hæres ei[9] ita demũ, si reperta in hæreditate, dolo malo[q] nõ exhibeat. Sed cũ aduersus ipsum tutorẽ litem contestatam esse dicatis: transferentibus vobis in hæredes ei[9] actionem, præses prouinciæ partes suas exhibebit: nõ ignorans, nisi exhibeãtur instrumẽta, quaten[9] iuxta formã constitutionũ partes suas debeat moderari.[r] PP. VII. Kalend. Octobr. Pio & Pontiano Conss.

*Propter dolum defuncti non iuratur contra hæredes. h. d. quod tene menti. Baldus. Vel sic: Ob dolum proprium non tutoris contra hæredem iuratur in litem. hoc dicit. Salycetus.*

V. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Artemidoro.

LIcet aduersus hæredes ob non factum inuentarium iusiurandum in actione tutelæ prætermitti placuerit:[s] iudicem tamen datum,* velut ex dolo tutoris aliis indiciis instructum, aduersus eos ferre sententiam conuenit. S. VIII. Kal. Ianuar. Nicomediæ. CC. Conss.

---

a *Desiderabis.* tu curator.

b *Dolo.* vel culpa, licet finita sit tutela: vt infra eo. l. alio. maximè post lit. cõtest. cõmissa: vt. ff. de preca. l. quæsitũ. §. si seruitute.

c *Quondam.* cuius & tutor fuisti, & nunc curator es.

d *Volueris.* non enim cogeris. & mater non admittitur etiam volens: sed ipse adultus si vult, potest: vt. ff. eo. l. videamus. in princi. & facit ad prin. l. ꝟ. arbit. tu. l. tutelæ.

IS qui.] CASVS. Curator reposcés rationem tutoris ab hærede tutoris, non compellitur iurare ſ litem. sed si vult, potest, si hæres aut hæres hæredis instrumẽta pupilli quõdam dolo vel lata culpa exhibere detrectat. & hoc in prima. Si verò dolus vel culpa nõ interuenit, non iurabitur in litẽ: sed iudex de veritate inquiret.

e *Reposcit.* nomine minoris, siue tutor siue curator sit, & contra tutorem vel curatorem vel eorũ hæredes agit: & idem si ipsemet ageret auctoritate tutoris vel curatoris.

f *Ita demum.* hæc verba, ita demũ, determinant verbũ dolo, quod est infra: & subaudies, vel lata culpa. & similis remota determinatio est. ff. de fur. l. si ven didero. §. si Titius. Vel subaudi, maximè hæres remotus. nam idem si est primus, & est simile subauditum. ff. pro soc. l. si non fuerit. §. j.

g *Per longam successionem.* forte quia est hæres hæredis tutoris.

h *Neque dolus.* dolus palam & clam cõmittitur, sed fraus palam: vt &. ff. de pact. l. iurisgentium. §. dolo.

i *Culpa.* scilicet tutoris secũdum quosdam, vel verius hæredis. Et not. quòd ex lata culpa etiam hæredis, secundum nos iuratur in litem, vt hic. Arg. à contra. sumitur: sed aduersus tutorem etiam de leui. & sic non ob. ǰ. eod. l. alio. quæ est contra. Alij dicunt ex dolo & lata culpa tutoris iurari in litem: sed ex dolo tantum hæredis per hoc quod modo dixit, dolo. Et quod hic subiicit, de lata culpa, similitudinem notando inter dolum & latam culpam: dicit ideo, vt innuat vt tunc iuretur, si lata culpa cõmittatur ab hærede. sic &. ff. familiæ erciscun. l. ij. §. j. sed prima placet.

k *Argumentis.* non solum iureiurando, quod est species probationis: quod tamen ante & post potest taxari: licet quidam dicant hodie cõtra: vt no. ff. eo. l. videamus. §. penulti. & supra de iudi. authen. post iusiurandum.

SVmma.] CASVS. Duobus administratione rerum iuncta, vnus administrauit, alius cessauit. qui gesit, dicebat minorẽ damnificatum fuisse in centum per hoc ꝙ alius non gesit: & iurauit aduersus eum in litem: & iudex condemnauit eum in centum. minor circunuentus forte fecit ei pactum de non petendo: nunquid ei noceat, quæritur? Dicitur quòd non, eo quòd non interuenit curatoris auctoritas. Vel sic: Petiit socius vt transigeretur super prædicta summa: an possit fieri transactio, quæritur? Dicitur ꝙ non. prima positio verior est.

l *Summa.* id est quantitas.

m *Cessantibus.* scilicet in restituendis rebus adulti.

n *Pacto.* quia gratis non valet, cum sit minor: vt supra de pact. l. pactum curatoris. nec transigendo, cum sit res certa: vt supra de transac. l. si de certa. & l. si causa cognita. & ff. de trãsac. l. & post. §. fi. & ff. de condic. inde. l. eleganter. §. si quis post. sed si esset maior, valeret pactum, & nouatio: vt. ff. de re iudi. l. iiij. &. §. si ex conuentione.

ALio iure.] CASVS. Alio iure tenetur tutor, alio iure hæres eius: quia aduersus tutorẽ, si instrumenta nõ exhibeat dolo, lata culpa vel leui, iuratur in litem: aduersus hæredem non: nisi instrumenta fuerint in hæreditate inuenta, & illa dolo vel lata culpa non exhibeat. & hoc in prima. Si vero lis cum tutore fuerit contestata: in transferẽda actione in hæredem, præses partibus suis fungetur: & nisi instrumenta exhibeantur, non ignorabit qualiter procedet. sed non aperit qua actione. Tu dic ꝙ deferet iuramentum hæredi, sicut poterat deferre defuncto: vt. ff. de hære. tuto. l. cum ostendimus. &. l. vlti.

o *Alio iure est.* id est tenetur.

p *Non proferat.* dolo, vel lata culpa vel leui. alioquin. i. si non per leuem, non esset aliud in tutore q̃ in hærede, pro cuius lata culpa iuratur. & sic est speciale, vt propter culpam iuretur. aliàs contra: vt ff. eo. l. videamus. §. fi.

q *Dolo malo.* supple vel lata culpa: vt. ꝟ. eo. l. is qui. vel lege vt ibi not. Item de dolo ipsius hæredis dicit, non defuncti: quia tunc nõ iuratur in litem contra hæredem pro dolo defuncti: sed commune interesse petitur: vt infra. l. proxima. Sed cum propter latam culpam vel leuem iuratur, an veniat singulare interesse in facti cognitione iudiciaria sine alia probatione, sicut & quando propter dolum iuratur? Respon. commune interesse venire: vt. ff. eo. l. ij. §. j. secundum Azo. & satis est à probatione releuari.

*aliàs iudicem tamen vel ex dolo &c.*

*Quæstio notabilis.*

r *Moderari.* sic deferendo iuramentum contra hæredem, vt poterat contra defunctum deferri: vt. ff. de fideiuſ. & nomi. & hære. tu. l. cum ostendimus. &. l. fi.

LIcet.] CASVS. Si tutor inuentarium non fecit, & decesit: aduersus hæredem in litem non iurabitur: sed conueniri poterit de dolo defuncti ad commune interesse.

s *Placuerit.* Apparet hic quòd propter dolum defuncti non iuratur aduersus hæredem in litem, sed ob suum hæredis: vt supra eo. l. is qui. &. l. alio. Item aduersus tutorem ipsum ex tali dolo iuratur: vt. ff. de admini. tu. l. tutor qui repertoriũ. in prin. Alij dixerunt tãtum defunctum in culpa fuisse. nam & si in dolo, etiam aduersus hæredem ob dolum defuncti iuraretur.

## DE HAEREDIBVS TVtorum vel curatorum.

HAeredes.] CASVS. De negligentia tutoris quæ dolo non comparatur, an hæredes eius conueniri possint, quæritur? Respon. quòd nõ, nisi lis fuerit cõtestata cum defuncto, vel



BIU Cujas

aliquid ad eum peruenerit ex bonis pup. vel cum pupillo acquirere potuit, alij cessit: vt. ff. mandati. l. si procurator. §. vlti.

a *Ob negligentiam.* scilicet defuncti.

*Hæres tenetur ex dolo, & lata culpa defuncti.*

b *Non oportet.* ex dolo ergo defuncti & lata culpa hæres tenetur, non leui: vt hic, & supra de nego. gestis. l. curatoris. &. ff. eo. l. fina. §. j. & de actio. & obliga. l. ex depositi. & l. ex cõtractibus. & arg. ff. de ma. conue. l. non similiter. &. j. de ma. cõue. l. in hæredes. nisi in tribus casibus: vt subiicit.

c *Inchoata est.* vt supra titu. j. l. alio. in fi. & ff. eo. l. fi.

d *Lucrum.* vt. j. eo. l. fin. &. ff. de calum. l. in hæredem.

e *Præstitũ sit.* vt quod potuit pupillo quærere tutor, alij permisit: vt. ff. manda. l. si procuratorem. §. fina. lucrum enim est ex alieno &c. vt. ff. de fur. l. si pignore. §. j.

*Pater.*] CASVS. Si plures dati sunt tutores alicui, & quidã gesserunt, & quidam non: non gerentes vel eorũ hæredes tenẽtur: prius tamen cõueniẽdi sunt qui gesserunt.

f *Vel vtili.* vel pro id est. nam vtili non directa tenetur qui nõ gessit: vt. ff. rem pupil. sal. fo. l. nõ quasi. §. j. Vel dic tutelæ, scilicet vtili. vel vtili, scilicet negotiorũ gestorũ cõtra hæredem curatoris. ẽ. de neg. ges. l. curatoris.

g *Potestis.* cum ex dolo vel lata culpa tantũ defuncti hæres teneatur: vt supra. l. proxi. apparet q̃ cessatio est dolus, vel lata culpa: vt hic, &. j. tit. j. l. ij.

h *Rescriptum est.* vt. ẽ. tit. ij. l. licet. & ẽ. arb. tu. l. cum interdictæ. & supra de admi. tu. l. & si scisses. & infra si tu. rei pub. cau. l. j.

*Aduersus.*] CASVS. Si tutor in causa pupilli cõtraxit, & fideiussoré non idoneũ accepit, puta quia mutuauit pecuniã pu. an teneat eo nomine, quæritur? Dicitur q̃ sic. Vel sic: Aliquis fideiusit pro Titio apud Seium: Seius filio suo fideiussorem dedit tutorem. si à seipso non exegerit Titio facto non soluendo, vel Titium non conuenit: poterit pupillus ex causa fideiusionis actione tutelæ eum conuenire, eo quòd conuersa sit prima actio in actionem tutelæ.

i *Aduersus hæredes.* qui si mares sunt, & legitimæ ætatis, debent explicare quæ per defunctum inchoata sunt: vt. ff. eo. l. j.

*Tutor à se vt ab aliis debet exigere.*

k *Fideiussionis.* puta quia malum fideiussorem accepit in causam pupilli: nam tenetur eo nomine. Vel aliter: quia cum debuit exigere alios debitores pupilli, & seipsum debet exigere: & si nõ fecit, deuoluitur in actionem tutelæ prima actio: vt. ff. de admi. tut. l. quotiens. §. j. etiam si prima erat finita tempore: vt. d. l. quotiens. &. ff. de fideiuss. tu. l. tutor datus. &. ff. de neg. gest. l. diuortio. §. penul. &. §. fin. &. l. qui sine. Accur.

## *TITVLVS LIIII.*

## DE HAEREDIBVS TVtorum vel curatorum.

*Hæredes tutoris non tenentur ex leui culpa tutoris. hoc dicit totus iste titulus. Bald. Vel sic: Hæredes tutoris non tenentur ex leui culpa defuncti: nisi in tribus casibus hic expressis. h. d. Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Fusciano.

HAeredes tutorũ ob negligentiam [a] quæ non latæ culpæ cõparari possit, condemnari non oportet: [b] si non contra tutorem lis inchoata [c] est, neque ex damno pupilli lucrum [d] captatũ, aut gratia præstitum sit [e]. PP. VI. Id. Mart. Laterano & Rufino Conss.

*De non gesto à tutore, tenetur eius hæres. h. d. Salycetus.*

II. Imp. ANTONINVS A. Valentino & Materno.

PAter vester tutor vel curator datus, si se non excusauit, non ideo vos minus hæredes eius tutelę vel vtili [f] iudicio conueniri potestis, [g] quòd eum tutelam seu curam non administrasse dicitis. nam & cessationis ratio reddenda est. Prius tamen propter actum suum eos conueniendos esse, qui administrauerunt, sæpe rescriptũ est. [h] PP. XI. Kal. Mart. Antonino A. IIII. & Balbino Conss.

*Hæredes tutoris tenentur de eo quod defunctus à se vel ab alio non exegit. hoc dicit. Salycetus.*

III. Idem A. Vitæ.

ADuersus hæredes [i] quondã tutoris tui tutelæ actione consiste. In iudicium autẽ veniet etiam id quod tibi tutor ex causa fideiusionis [k] debuit. PP. IIII. Non. Iul. Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

*Hæredes tenentur ad eos peruenta restituere, & de neglectis à defuncto rationem reddere. h. d. Salycetus.*

*Hæredes.*] CASVS. Si ad tutoris hæredes vel curatoris aliquid ex re pu. vel adulti peruenerit: an id restituere debeãt, quæritur? Dicitur q̃ sic. & siue administrauerit tutor vel curator, siue non: tenebuntur. Viuianus.

l *Coguntur.* vt supra eo. l. j.

IIII. Imp. ALEXANDER A. Frontino.

HAeredes eorum qui tutelam vel curã administrauerunt, si quid ad eos ex re pupilli vel adulti peruenerit, restituere coguntur. [l] ℣ In eo etiam quod tutor vel curator administrare debuit, nec administrauit, rationẽ reddere eos debere, nõ est ambigendũ. [m] PP. VIII. Kal. Nouembr. Alexandro. A. III. & Dione Conss.

## *TITVLVS LV.*

## SI TVTOR VEL CVrator non gesserit.

*Qui non admittitur ad accusandum, potest esse promotor inquisitionis, & potest implorare officium iudicis in locum deficientis accusatoris. quod est nota. dignum. Bald. Vel sic: Tutori etiam non gerenti imputatur si concuratorem suspectum non fecit: & libertus qui non potest patronum de suspecto accusare, non prohibetur iudicis officium implorare. Salyce.*

I. Imp. ALEXANDER A. Zotico.

CErtum est non solum eos qui gesserunt, sed etiam qui gerere debuerũt, [n] tutelæ teneri etiam in ea quæ à contutoribus seruari nõ potuerunt: [o] si modò cum eos suspectos facere deberent, id officiũ omiserunt. [p] ℣ Tu autem etsi contra patronum [q] tuum famosam actionem [r] instituere non potuisti: prouidere tamen ne quid tutelæ deesset, necessariis postulationibus apud eum cuius de ea re iurisdictio fuit, potuisti. [s] PP. II. Id. Decẽb. Maximo. II. & Aeliano Conss.

*Contutor pro gestis à contutore idoneo nõ tenetur in subsidium, pro neglectis ab vtroq; pariter tenetur cum illis. Salyce.*

II. Idem A. Iusto.

QVi se nõ immiscuerunt tutelæ vel curæ, ex persona eorum qui gesserunt, & idonei

m *Ambigendum.* vt supra eo. l. pater. & facit ẽ. arbi. tu. l. tutelæ.

*SI TVTOR vel curator &c.*

*Qualiter is qui gessit te. Cõneatur, dictum est videmus qualiter is qui nõ gessit conueniatur, & quando siue quo ordine. Azo.*

CErtum est.] CASVS. Si plures dati sunt tutores, & quidã gerant, & quidam non: non gerẽtes si soluendo non sunt qui gesserunt, vel eos de suspecto non accusauerint: quin teneãtur, dubium non est. & hoc in prima. Si ergo libertus & patronus dati fuerunt tutores, & patron⁹ fuerit suspectus: nõ debet libertus excusari si eo prætextu dimittat patronum accusare: quia non liceat sibi aduersus patronũ famosum instituere actionẽ, cũ possit officium iudicis implorare si aliquid de rebus pupilli periret, vt amoueretur, & alius daretur. Viuianus.

n *Debuerunt.* vt. j. l. proxi. &. ẽ. de testa. tu. l. si tibi pater. &. ff. de ri. nupt. l. si quis tutor. §. quinetiã. licet enim gessisse videatur & qui per alium gerit: vt. ff. de admini. tut. l. ita autem. §. gessisse. &. l. tres tutores. &. ff. de fideiusso. tut. l. ij. nihilo mi⁹ tamen tenetur: vt. ff. manda. l. si procuratorem. §. si tutores.

o *Non potuerunt.* dic vt dixi. ẽ. de proba. l. ex persona. &. j. si tutor reipub. l. j. vide. l. fin. j. de fideiuss. tuto. vbi similia verba habentur.

p *Omiserunt.* hic dic sicut dixi supra de diuisione tut. l. ij.

q *Patronum tuum.* qui & contutor erat.

r *Actionem.* id est accusationem de suspecto. nam actionem pecuniariam etiam famosam pupilli nomine potest intendere: vt. ff. de in ius vocan. l. quæsitum. quæ est contra. Vel dic proprie, & non potest, scilicet suo nomine intendere: nisi ex magna causa: vt. ff. de in ius vocan. l. sed si hac lege. §. fi. sed nomine pupilli sic, vt in contrarium. Vel dic, non potest accusare, scilicet per libellum, sed implorando officium iudicis sic, vt subiicit. quod dicit in summa. de ob. patro. præstan.

s *Potuisti.* implorando per officium iudicis vt ille remoueatur, & alius detur: cum sine accusatore hoc fieri possit: vt. ff. de suspecto. l. iij. §. præterea. Sed quidam dicunt hic peti curatorem, nõ eũ remoueri, cũ sit cõiũctus pupillo necessitudinis vículo: vt. ff. de suspe. tut. l. si tutor. in prí. quod nõ placet: quia nõ pupilli, sed cõtutoris erat patronus. satis tamẽ potest legi i patrono pupilli.

Qui st.]

Qui se.] CASVS. Si duo tutores dati sunt pupillo, & vnus gerat, alius non: ille qui non gerit, non tenetur si alter qui gessit, idoneus est. Si vero aliqua sunt quæ à nullo eorum gesta sunt: ad vtrunque periculum communiter pertinet. Viuianus.

a *Tenet.* nisi erant appēdicia eorū quę gesta sunt: vt. ff. de admini. tut. l. tres tutores. §. itē in eo. & facit supra. l. proxi. in prin. & de diui. tut. l. fi. & ff. rem pupil. sal. fo. l. nō quasi. §. si quis procurator. Et nota cum quis ad tutelam vocatur: aut inutiliter, & non tenetur si se non immiscuit: aliàs sic negotiorum gestorum: vt. ſ. de testamen. tute. l. j. aut vtiliter, & tunc si non habet excusationem, tenetur ex quo scit se nominatū, nisi alius gerat: vt. ſ. de admini. tut. l. & si scisses. si habet, aut exequitur eam intra legitimum tempus, & tunc non tenetur. aut non exequitur eam intra legitimū tempus, & tunc pro toto tępore tenet, si iussus est administrare: vt. ff. de excu. tu. l. si is qui tres.

*Tutor datus alicui pupil. non inuito. & qui inuito.*

*DE VSVRIS pupillaribus.*

*Cessatio.* *Quia in actione tutelæ vsurarum sit condemnatio, de vsuris pupillaribus supponit. Azo.*

*Pupillares vsuræ quæ dicuntur.*

b Pupillaribus. *pupillares dicūtur, quas pro conditione sua persona potest pupillus stipulari secūdum modum qui est supra de vsur. l. eos.*

*Tutorem.*] CASVS. An tutor vel curator qui pecuniam pupilli vel adulti in vsus suos conuertit, ad legitimas teneatur vsuras, quærit? Dicitur ꝙ sic. Viuianus.

*Tutor pecuniam pupilli in suos vsus conuertit.*

c *Legitimas.* id est pupillares, non minuendas ex more regionis: & hoc si palam cōuertit. & sic loquitur. ff. de administr. tuto. l. tutor qui. §. quæ autem sunt. Vel dic legitimas, id est centesimas, vt quando conuertit clam: vt. ff. de admi. tuto. l. non existimo. &. ff. de nego. gest. l. qui sine. & omnes dicuntur legitimæ, id est à lege statutæ. & facit. ſ. arb. tut. l. iij. & depositi. l. si depositi. Et not. ꝙ quandoque præstantur centesimæ, quandoque pupillares, ita vt non minuantur per consuetudinem regionis, vt patet per. d. l. ff. de admini. tuto. l. tutor qui repertorium. §. si post. vsque in fi.

*Ius.*] CASVS. Si plures sunt tutores, & vnus vel ex persona sua, quia gessit, & male: vel omisit, cum gerere debuit: vel ex alterius persona qui soluendo non est, conueniatur, & non soluat: an teneatur ad vsuras, quæritur? Dicitur quòd sic, licet videatur quòd ex persona alterius vsuras soluere non debeat: quia euenit vt ab alio vsuræ præstentur, si contutorem suum suspectum non fecerit, cum facere potuit. Viuia.

d *Dubium non est.* vt. ff. rem pupilli sal. fore. l. si postea.

e *Muneris.* qui cum suspectus remoueri debuit, remotus nō est.

f *Solutionis.* sortis & vsurarum.

g *Quia non.* id scilicet vt vsuræ præstentur pro alio &c. vt hic, &. ff. de admini. tut. l. tutor qui repertorium. §. pe.

h *Imputari possit.* hoc potest admitti diuisa tutela à testatore vel iudice: vt supra de diui. tut. l. ij. Si autem non erat diuisa, & omnes gesserunt, vt hic erat: omnes tenentur in solidum etiā si non debuit vel potuit remouere vt suspectum.

sunt, non onerantur. ℣ Si qua vero sunt, quę cum geri debuerint, omissa sunt: latæ culpæ ratio omnes æqualiter tenet. [a] PP. VIII. Kal. Maij, Iuliano II. & Crispino Conss.

*TITVLVS LVI.*

DE VSVRIS PVpilllaribus [b].

*Si tutor pecuniam pupilli in vsus suos conuertit, ad vsuras tenetur. Salyce.*

1. Imp. ANTONINVS A. Crescentino.

TVtorem vel curatorē pecuniæ quā in vsus suos conuertit, legitimas [c] vsuras prę̄stare debere, olim placuit. PP. Non. Iun. Antonino A. IIII. & Balbino Conss.

*Tutor tenetur ad vsuras etiam eius quod à contutore debetur, vel pro contutore debet. Salycetus.*

II. Imp. ALEXANDER A. Ampliato.

EIus quod ex causa tutelæ debetur, vsuras præstari oportere, dubium nō est [d]: quanuis aliis pro participe muneris [e] necessitas solutionis [f] irrogetur: quia non [g] id aliàs contingit, quàm si cessatio contutoris in suspecto faciendo imputari possit [h]. PP. XIII. Kal. Iul. Iuliano. II. & Crispino Conss.

*Non imputatur tutori si non potuit negotiari cum pecunia pupillari, sed tenuit eā mortuam. Bald. Vel sic: Si tutori non potest culpa imputari, ad vsuras non tenetur. Salycetus.*

III. Idem A. Vitalio.

SI pecuniam pupillarem neque idoneis hominibus credere, neq; in emptionem possessionum cōuertere potuisti [i]: non ignorabit iudex vsuras eius à te exigi non oportere. PP. Idibus April. Modesto & Probo Conss.

*Obligatus ad rationem reddendam, aduersa parte nolente agere, potest petere testes recipi ad æternam rei memoriam: per quos fiet probatio sui iuris. hoc dicit secundum vnam lecturam. Et item quòd adsignetur aduersario terminus ad agendum. hoc dicit secundum aliam. sed primam notabiliorem puto. Bald. Vel sic: Tutor non potest pupillum suum quondam compellere vt agat contra eum, sed denunciationibus factis potest coram præside ea ad quæ tenetur, deponere: & pro depositis non current vsuræ. hoc dicit secundum aliam lecturam. & hoc intendit: Reus non potest cōpellere eum qui suum se dicit creditorem, vt agat: sed potest eius testes facere examinari ad perpetuā rei memoriam, vel potest petere vt ei præfigatur tempus vltra quod nō audiatur. Salyce.*

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. Ditatio & Aurelio.

PVpillus agere vobiscum actione tutelæ compelli non potest [k]. Verum aduersus futurā calumniam, vt & si quid ei debetis, cursus inhibeatur vsurarū, denunciationibus frequēter [l] interpositis, ad iudicium eū prouocate: ac si rem dissimulatione ꝓferat [m], actis apud præsidem prouincię factis †, voluntatis [n] vestræ rationem declarate. quo facto, tam vobisipsis, quàm securitati filiorū vestrorum consuletis. Quod & in curatoribus locū habet. PP. III. Kal. Sept. Sirmij. CC. Conss.

*TITVLVS LVII.*

DE FIDEIVSSORIBVS tutorum vel curatorum.

*Cum tutore & cum fideiussore nō potest pupillus in solidum agere. Saly.*

I. Imp. ALEXANDER A. Felici.

TEligere debes [o] vtrum cum ipsis tutoribus vel curatoribus, seu hæredibus April. Modesto & Probo Conss.

SI pecuniam.] CASVS. Si tutor pecuniam pupilli fœnerare, vel in emptionem prædiorū idoneè collocare non potuit: an ad vsuras pecuniæ si eam deposuit teneatur, quæritur? Dicitur ꝙ non. Viuianus.

i *Conuertere potuisti.* quod credendum non est, si mutuam suam dedit: vt. ff. de administratio. tut. l. cum plures. §. fi. &. l. seq. §. non est. & facit in eo. titu. l. ita autem depositioni. in princi. & in authen. vt hi qui obli. §. ꝙ si mobilis. col. vj.

PVpillus.] CASVS. Si tutor finita tutela credat se debere pupillo pecuniam, & pupillus noluit eū cōuenire, vel rationes audire administrationis propter cursum vsurarum: an possit adultum compellere vel facere compelli vt eum conueniat, quæritur? Dicitur ꝙ non: sed sępius debet facere pupillum ad iudicium citari, vt sic magis cōtumax prę̄sumatur, & sic ei securius possit prouideri. qualiter autē hoc fieri debeat, non aperit. Tu dic ꝙ offerre debet. si non accipiat, declaret hoc iudici: & actor consignet, & deponat: & sic inhibetur vsurarum cursus. Idem est in curatore obseruandum. Viuianus.

† *Glos. 1. in ca. fin. de fi. instru. inducit hanc. l. ℣ arg. quòd testes & ꝓbatio debēt in publicā formā redigi, & sic nō peribūt.*

k *Compelli non potest.* vt supra vt nemo inui. l. j. sed fallit in casibus: vt ibi not.

l *Frequenter.* vt ex hoc magis contumax præsumatur.

m *Proferat.* i. differat.

n *Voluntatis.* quæ est quia vultis soluere. & quod subiicit, quo facto: supple & depositis solenniter: vt. ff. de procur. l. si reus. Vel dic quæ voluntas est, ꝙ vultis producere testes ad perpetuā memoriam qualiter nihil debetis: vel si debetis, qualiter offertis: vt futura vsura impediatur. & pro hoc est quod subiicit, actis etiam &c. vt in authen. de testi. §. pe. colla. vij. Tertium etiam est consilium, vt petat à iudice vt statuat tempus pupillo, vltra quod non audiat eum agentem: vt. j. de ingenu. ma. l. diffamari. &. ff. quib. ex cau. ma. l. sed & si. §. ait prætor.

*DE FIDEIVSSORIBVS TVTORVM vel curatorum.*

ELigere.] CASVS. Finita tutela pupill⁹ habet eligere vtrū velit agere cū tutorib⁹ seu curatorib⁹, vel cū eorū hæredibus, vel cū fideiussorib⁹ eorū: vel velit agere ꝓ parte cū tutorib⁹ vel cū curatorib⁹, vel cū hęredib⁹ eorū: & ꝓ parte cū eorū fideiussorib⁹. Si autē velit oēs in solidū cōuenire: hoc sibi nō licebit. Vi.

o *Eligere debes.* vt. ſ. de acti. & oblig. l. est in arbitrio. sed hodie contra: vt in authen. de fideiuſ. §. j. colla. j.

*Diuidere.*

BIU Cujas

a *Diuidere.* inter reum & fideiussores: vt.ff. de duo. re.l.reos.in princ. sed fideiussores contra pupillum non habent beneficium epistolæ:vt.ff.rem pup.fal.fo.l.fina.

b *Agi.* ita quòd exigitur.

*Non est.*] CASVS. Si tutor teneatur pupillo,& soluat:liberatur fideiussor. Si vero fideiubeat pro tutore: refert an simpliciter,an interueniéte stipulatione rem pupil. saluam fore. primo casu tutore soluente liberatur fideiussor.secundo casu tutore satisfaciente non dicitur liberatus,sed nó incidisse in obligationem.vel primo casu obligatur fideiussor in totum,secúdo in id tantú quod à tutore seruari nó potest.Viuianus.

c *Liberari.* vt institu. quib.mod.tol.oblig.in princ. &.j. de fideiuss.l. si indebitam.in fin.

d *Simpliciter.*sic dicés, pro isto fideiubeo.

e *Planè.* sed nonne idé in primo casu quod in his duobus est? Respon. non: quia primo ab initio fuit obligatus, sicque postea liberatur: sed in his nó fuit obligatus, sicque non liberari,sed nó incidere in obligationé dicitur, nisi in id quod deest:vt hic,&.ff. de verbo.oblig.l.decem.

*DE CONTRARIO iudicio tutelæ.*

*Si pro contutore.*] CASVS. Si finita tutela pupillus vnum de tutoribus ob communem dolum conuenerit, & condemnari fecerit,& alius pro condémato soluerit:si postea alia die velit vt pupillus cedat sibi act.aduersus contutorem: an contrario iudicio tutelæ ad id faciédum possit pupillum conuenire, quæritur? Dicitur quòd non. Si vero soluerit vt cederetur ei actio: hoc casu videtur actioné emisse. & vt ea sibi cedatur, poterit pupillum conuenire. Viuianus.

f *Iudicato.* id est condemnato propter communem dolum, vel tuum tantum, cum te diuisim adiministrantem, suspectum facere debuerit: secundum quosdam.

g *Actio.* scilicet contra eum qui iam per solutionem tuam liberatus est: tuo tamen nomine vtilem habes:vt infra.l.proxi.secundum Ir.

h *Emisti.* dicendo,ideo soluo,vt cedas actionem.

i *Suam.* id est tuam.

k *Datus.* scilicet tu.

l *Hæredes.*contutoris.

m *Conuenire.* vt.ff. de solu. l.Modestinus. & sic quæ est inutilis cedenti,erit vtilis ei cui cessa est: vt.ff.manda.l.Papinianus.&.ff. de censi.l.cum possessor.in princ. & facit.ff.de ma.con.l.ij.&.iij. & facit.j.de solu.l.nulla.

redibus eorum, an cum his qui pro ipsis se obligauerunt, agere debeas,vel(si ita malis) diuidere[a] actionem. Nam in solidum & cum reo & cum fideiussoribus agi[b] iure non potest. PP.X. Kalen.Febr.Iuliano.II. & Crispino Conss.

*Ista lex probat quòd fideiussor tutoris potest se obligare sub duabus formis, scilicet simpliciter,& in defectum tutoris. & vtraque forma bona est:licet prima sit pura, secunda conditionalis. quod est notabile. & ideo dicunt instrumenta: & si dictus tutor non solueret, talis fideiussor promisit de suo soluere & adimplere.Bald.Vel sic: Pro ea parte quam tutor soluit, liberatur fideiussor suus: siue sit simpliciter acceptus, siue rem pupilli saluam fore vel indemnitatem promisit. Salycetus.*

II. Idem A. Prisco.

NOn est ambigui iuris, electo reo & soluente,fideiussorem liberari.[c] & ideo si simpliciter[d] acceptus est fideiussor in id quod tutor seu curator debiturus esset: cum proponas tutorem seu curatorem condémnatum soluisse, quid dubiú est fideiussorẽ liberatũ esse? ℣ Planè[e] si stipulatio rem saluã pupillo fore, interposita est: vel cautum est in id quod à tutore vel curatore seruari nó potest, manet fideiussor obligatus ad supplẽdam tibi indemnitatem. PP.VII.Kal.August.Fusco.II. & Dextro Conss.

*TITVLVS LVIII.*

## DE CONTRARIO IVdicio tutelæ.

*Actio extincta cedi non potest. Bald. Vel sic: Post solutionem simpliciter factam non potest fieri nec valet cessio. secus si soluatur cum pacto vt cedatur.Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Stratoni.

SI pro cõtutore iudicato[f] pecuniam soluisti: nullum iudicium tibi cõtra pupillum cõpetit, vt delegetur tibi aduersus liberatum actio.[g] ℣ Quòd si nomen emisti:[h] in rem suam[i] procurator datus,[k] hæredes[l] iudicati poteris conuenire.[m] PP. VII. Kal. Mart. Fabiano & Mutiano Conss.

*Vbi probationes sunt liquidæ,cõdemnatus in absentia,non præsumitur condemnatus ex contumacia:sed propter malam causam.Bal.Vel sic:Tutor non ex propria,sed contutoris culpa condemnatus soluẽs, habet beneficiũ cessionis,& vtilis actionis. Saly.*

II. Imp. ANTONINVS A. Primitiuo.

SI non ex propria culpa[n] solus pupillæ cõdemnatus es, sed absens[o] & indefensus acquieuisti:cum ex causa iudicati satisfacere cœperis,[p] actiones aduersus contutores tuos mandari[q] tibi à pupilla desiderabis,[r] vel vtili actione[s] vtêris. PP. II. Id.Octob. Duobus & Aspris Conss.

*Pro illa parte ad quam pupillus succedit tutori,extinguitur actio tutelæ,& nõ in pluri:& erogata à tutore bona fide,possunt per cohæredem pupillo compensari, vel contrario iudicio repeti.Salycetus.*

III. Impp. DIOCLET.&MAXIMIANVS.AA. Thesidi.

SI pater tuus quem priuigni sui tutelã administrasse proponis,[t] testamento rectè facto, pupillo etiam quódam suo hærede instituto, decesit: quoniã non nisi pro portione hæreditaria tutelæ petitionem confusione constet extingui,[u] pro residua parte succedentem patri,tutelæ te conuenit apud cõpetentem iudicem reddere rationem: qui secundum bonam fidem,eorum etiam quæ patrẽ tuum in rem eius erogasse dicis, admissa cõpensatione,[x] reliqui (si quid amplius debetur) faciet condemnationem. ℣ Quòd si sciens amplius in rem suam

A *Si non.*] CASVS. Duo erant tutores qui male administrabãt bona pupilli. finita tutela pupillus contra vnum qui erat absens egit, & in solidum condemnari fecit: nec ille sciuit se condemnatum,nec appellauit, & sic acquieuit eo soluente. iste condemnatus conueniet pupillum vt sibi cedat act.aduersus contutorem: vel si nó cedat, cõueniet tutorem vtili nego.gest.act.vel tutelæ.Viuianus.

n *Si nõ ex propria culpa.* Duo erant tutores puellæ: vnus qui erat absens electus à pupilla,in solidum fuit condemnatus.

n *Non ex propria culpa.* idem si ex proprio dolo, vt actio ei non cedatur:vt.ff. de tut. & ra. dist.l.j.§. nunc tractemus.sic &.ff. pro soc. l. cum duobus.§.fin.sic & procurator qui soluit propter suum delictum : vt.ff.de procur. l. qui proprio. §. item contra.

o *Absens.* cum constabat eum malam fouere causam : alioquin contra : vt.ff. de cui.cl. l.si ideo.&.l. si per imprudentiam. Vel dic q fuit absens ex iusta & probabili causa.

p *Cœperis.* opponitur ergo hæc exceptio cedendarum actionum etiam post sententiam: vt hic, &.ff. de fideiuss. so.l.si fideiussores.

q *Mandari.* pro parte,nó in solidum: vt.ff. de tu. & ra. dist.l. cum pupillus.& de admi.tu. l.si plures.in fin.

r *Desiderabis.* contra.s.l.proxi. vbi non mandatur à pupillo. Solui ibi soluit,hic non.

s *Vtili actione.* scilicet neg. gest. vel tutelæ, secundum Azo. sic &.ff. de nego. gest.l.cui facto.&.ſ.si cer.pet.l. si absentis. &.ff. de act. & oblig.l.j.in fin.secus in fideiussorib.vt.ff.de fideiuss.l.vt fideiusser.

*Si pater.*] CASVS. Pater tuus administrauit tutelam priuigni sui : & ex mala administratione tenebatur pupillo priuigno in.cccc. decesit priuigno & te hæredibus institutis : & ita confusione extincta est actio. reliqua.cc. à te petere poterit. Si vero pater aliqua in rem priuigni impendit : vsque ad concurrentem quantitatem compensabit. Si vero quingenta impendit, & in.cccc. tantum tenebatur : nec agere velit plus sciens fuisse erogatum quàm debitum sit: poterit eum conuenire contrario iudicio in id quod supereſt deducto debito. Viuianus.

t *Proponis.* Not. vitricum posse esse tutorem priuigni, non tamen apud eum ali:vt hic,&.ſ.vbi pu.edu.de.l.j.

u *Extingui.* vt supra de nego. gest. l. si ab eo. & de hære. act. l. si adulta. & .j. ad legem Falcid. l. licet. & .ſ. de rei vindic. l. cum à patre.

x *Compensatione.* sic supra communi diui.l.iiij.in fine.&.ff.com mo.l.in rebus.§.fina.



BIU Cujas

a *Potes.* sic.ff.commo.l.in commodato.§.j.

## DE AVCTORITATE PRAESTANDA.

*De tutoribus & curatoribus dictum est. & quia oportet eos auctoritatem præstare minoribus in his quæ agunt vel paciscũtur in præiudicium suum, ponit de auctoritate præstanda. Azo.*

NEque tutoris.] CASVS. Si pupillus sine tutoris auctoritate stipuletur aliquid sibi dari vel fieri: an valeat stipulatio, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuia.

b *Pro pupillo.* nisi sit infans: vt.ff. de verbo. obliga.l.mulier. Excepto vno casu: vt.ff.rem pupil.sal. fo. l.seruum. & facit instit.de auctor.tut.in prin.&.j. de contrahen.stipu.l.neque.

NEq; actiones.] CASVS. Si pupillus aduersus aliquẽ act. habeat: an sine tutoris auctoritate eam remittere possit, quæritur? Dicitur q̃ non. Viuia.

c *Tutoris.* non solum dominici.

d *Poteris.* quandoque nec prodesse sibi potest: vt instit. de auctor.tut.§.neque.

VM qui.] CASVS. Si à pupillo sine tutoris auctoritate distractum fundum comparasti: eum præscribere non potuisti. Viuia.

e *Non defendit.* vt .j. de vsucap. pro empt.l. eum qui.&.ff.si cer.pe. l.non omnis.§.si pupillus. sed certe immo videtur quòd sic: vt.ff. pro emp.l.ij.§. si à pupillo.que est cõtra. Solu. Distingue, cum quis emit aliquid à pupillo sine tutore, sciens eum impuberem: siue credat eam rem tenere, siue non: cum errat in iure, non vsucapit: vt.ff. de vsucap. l.nunquam. Si vero putat puberem: aut est mobilis res quæ emitur, & aliena, & vsucapitur: & sic loquitur contrarium. aut immobilis: & tunc non vsucapitur, cum non possit alienari: vt hic. si autem est pupilli etiã mobilis, non vsucapitur: vt.ff. de vsucap.l. vbi.&.ff. de acquir. re. domi.l.bonæ fidei.

CLarum.] CASVS. In hac.l. dicit imperator, quòd tam in ciuili causa quàm in criminali, si pupillus vel adultus conueniatur vel conueniat, interuenire debet tutor vel curator ad hoc vt teneat quod actum est: ne dicat pupillus quod sibi noceat, vel taceat quod sibi prodest. Viuia.

f *Concedunt.* quod est in omni crimine, excepto crimine carnis: vt.ff.de regu.iur. l.pupillum. & de tribu.l.iij.§. fin. & institu. de

A oblig. ex delic. §. fin. &.ff. de fur.l. impuberem. &.ff. de adulte. l.si minor.

g *Responsa.* quando conueniuntur.

h *Inferre.* cum pulsant, quod faciunt in accusando, prosequendo suam vel suorum iniuriam: vt.ff. de accusa.l.ij.&.l. hi tamen. &.j. de adult.l. ppter.

erogatum, agendum propterea tutelæ non putauerit: eum contrario iudicio conuenire potes. [a] S. XVIII. Kalend. Ian. CC. Cons.

## TITVLVS LIX.

## DE AVCTORITATE præstanda.

*Pupillus potest sibi stipulari sine tutore, sed non actionem remittere. hoc dicit cum l. sequen. Salycetus.*

I. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. & CC. Antoniano.

B NEque tutoris neque curatoris absentia quicquã stipulationi pro pupillo [b] vel adulto habitæ nocet. Sine die. AA. Conss.

II. Idem AA. & CC. Serenæ.

NEque actiones† sine tutoris [c] auctoritate in ætate pupillari constituta remittendo, quicquam amittere poteris. [d] S. XVII. Kalend. Maij CC. Conss.

*Emens à pupillo sine tutore, non præscribit. Salycetus.*

C III. Iidem AA. & CC. Caio.

EVm qui à pupillo sine tutoris auctoritate distrahen te comparauit, longi temporis spacium non defendit. [e] S. III. Kal. Decemb. CC. Conss.

*Minor non potest esse in iudicio criminali sine tutoris vel curatoris auctoritate. Salycetus.*

IIII. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

D CLarum posteritati faciẽtes, sancimus omnino debere & agentibus & pulsatis in criminalibus causis minoribus vigintiquinque annis adesse tutores vel curatores, in quibus casibus adultos & pupillos leges accusari concedunt: [f] cum cautius & melius sit cum suasione perfectissima & responsa [g] facere minores, litémque inferre, [h] ne ex sua imperitia vel iuuenili calore aliquid vel dicant vel taceant quod si fuisset prolatum vel non expressum, prodesse eis poterat, & à deteriore calculo [i] eos eripere. Dat. X. Kalen. Mart. Constantinop. post consulatũ Lampadij & Orestis VV. CC.

*In omnibus actibus sufficit auctoritas vnius tutoris, nisi administratio sit diuisa: & nisi auctoretur super eo quod finit officium. Bald. Vel sic: In gerendis à minoribus, sufficit vnius tutoris vel curatoris auctoritas interposita super his quæ spectant ad eius administrationem: nisi sit actus per quem tutela finiatur: quia tunc omnium cõsensus exigitur. Salycetus.*

V. Idem A. Ioanni præf. præt.

E VEterem dubitationem amputantes, per quam testamentarij quidẽ vel per inquisitionem dati tutoris & * [k] vnius auctoritas sufficiebat, licet plures fuerant, non tamen diuersis regionibus destinati, legitimi autem vel simpliciter dati omnes consentire compellebantur: [l] sancimus, si plures tutores fuerint ordinati, siue in testamento paterno, siue ex lege vocati, siue à iudice vel ex inquisitione vel simpliciter dati, vnius tutoris auctoritatem pro omnibus tutoribus sufficere [m] vbi nondum diuisa est administratio vel pro regionibus, vel pro substantiæ partibus. ibi etenim necesse est singulos pro suis partibus vel regionibus auctoritatẽ pupillo præstare: quia in hoc casu non absimiles [n] esse testamentariis, & per inquisitionem datis legitimos, & simpliciter datos iubem⁹, eo quòd fideiusionis onere prægrauantur, [o] & subsidiarię actionis adminiculum speratur. [p] Sed hæc omnia ita accipienda sunt, si non res quæ agitur, solutionem faciat ipsius tutelæ: vtputa si pupillus in arrogationem se dare desiderat. Etenim absurdum est [q] solui tutelam non cõsentiente, sed forsitan ignorante eo qui tutor fuerat ordinatus. Tunc etenim, siue testamẽtarij, siue per inquisitionem dati, siue legitimi, siue simpliciter creati sunt: necesse est omnes suam auctoritatem præstare: vt quod omnes similiter [r] tangit, ab omnibus cõprobetur. Quæ omnia simili modo & in curatoribus obseruari oportet. Dat.

i *Calculo.* id est sententia. non ergo valet sententia ipso iure sine tutoris auctoritate in iudicio: vt hic, &.s. si aduer. rem iudi. l.cũ minores. & qui le. per. l.ij. sed contractus valet, licet restituatur. primum fallit in iudicio momentaneæ possessionis: vt .s. qui le. per. l.fin.

*Sententia in pupillũ lata sine tutoris auctoritate non valet.*

VEterẽ.] CASVS. Olim si plures erant tutores dati in testamento, vel à iudice, vel à lege, vel ex inquisitione: vni⁹ dati in testamẽto auctoritas sufficiebat. si plures erant legitimi, non vnius, sed omnium sufficiebat auctoritas. hodie vero nulla erit differẽtia cuiuscunque generis sint tutores: dum tamẽ administratio non sit diuisa. tunc enim quilibet pro sua regione seu parte præstabit auctoritatem: nisi tale factum fuerit, per quod soluitur tutela: verbi gratia, Pupillus vult se dare alicui in arrogationem: finitur tutela. vnde in hoc casu omnes tutores debẽt præstare auctoritatem: nec vnus sufficit: quia quod omnes tangit &c. Viu.

* *alias, & vacat.*

k *Et.* pro etiam.

l *Compellebãtur.* cuius distinctionis erat arg. .s. de tu. vel cura. qui sa. non de. l. nõ omnium.

m *Sufficere.* vt &.s. si vnus ex plu. l.j. &.ff. de cura. fur. l. consilio. §. fin. arg. ff. de offic. proconsl. l.j. §.j.

n *Absimiles.* sed similes.

o *Prægrauantur.* vt & ff. iudi. sol. l.iij. §. si tutor. & de cura. bo. dan. l.ij. §.j.

p *Speratur.* in ipsos magistratus: vt instit. de satisda. §. penult.

q *Absurdum est.* vt & ff. de adop. l. quòd ne. &.l. nam ita. & de aqua plu. arcen. l. in concedendo. &.l. si autẽ plures. & ff. de re iudi. l. duo ex tribus. & .j. de app. l. nominationes. & .j. de omni agr. deser. l. quicũque desertum. in fi. lib. xj. & extra de tẽp. ordi. l. si archiepiscopus. & de officio archid. ca. ad hæc. Sed fallit hoc vbicunque consensus tacitus sufficit. & facit .j. de cura. fur. l. fin.

*Omnes tangẽs, ab omnibus approbetur. Cor. extra de reg. iur. c. q̃ omnes. & c. si archiepiscop⁹. cũ glo. super ver. cũ omnibus. de temp. or.*

r *Similiter.* id est æqualiter.

QVANDO

QVANDO TVTORES &c.

*Quia actio tutelæ demum finita tutela nascitur, & intẽtatur, vt diximus. ff. arbi. tute. videamus quando tutores vel curatores desinãt esse. Azo.*

*Si curatores.*] CASVS. Si tutor non sufficiat ad administrationem tutelæ: pupillus potest petere vt sibi adiungatur curator, qui eo tempore quo tutela finiatur, ab officio curæ eximitur: hoc est cum tempus pubertatis aduenerit. quo peruento, dandus est sibi alius curator, propter ætatis infirmitatẽ. Viui.

a *Adiuncti sunt.* quod quandoque fit: vt insti. de cura. §. interdum.

b *Finiri.* vt. §. in quibus cau. tu. ha. l. potuit. & ff. de tuto. & cur. da. ab his. l. curatorem. & de tut. & ra. distr. l. nisi. in principio.

c *Esse dandos.* vt. ff. de mino. l. j. in fin.

*Tvtoris.*] CASVS. Si pupillus tu. sibi datum non plus habere voluerit, tan sola voluntas eius sufficiat ad hoc quòd finiatur officium tutelæ, quæritur? Dicitur q̃ non. Viuia.

d *Certissimũ est.* sic. ff. de offic. præs. l. legatus. certi enim sunt modi quibus finitur: vt instit. qui. mo. tu. fin. per totum.

*In decoram.*] CASVS. Adueniente tempore pubertatis an finitur officium tutelæ? Dicitur quòd sic. qualiter autem hoc sciebatur? olim fiebat corporis indagatio: sed hodie fœmina cum peruenit ad xij. an. iudicatur pubes, masculus cum peruenit ad. xiiij. an. Viuia.

† aliàs, omnimodo pupueres iud. &c.

c *Cessante.* vt instit. quibus mod. tut. fin. in princip. ADDITIO. Hanc. l. intellige quantum ad tutelam vel similia: secus vero quo ad matrimonium contrahendum: quia tunc bene debet fieri corporis indagatio, si dubiũ sit an sint puberes, hoc est an generare iã possint, necne: vt in. c. puberes. a extra de despõ. impube.

a *Ibi est gl. alia, quòd existentia annorum si nõ adsit potestas coeundi, nõ inducit matrimonium etiam cũ cõsensu.*

DE ACTORE à tutore &c.

*Cõtinuatio.*

*Quoniam sæpe contingit tutorem vel curatorem impediri gerere minorum negocia, & æquum est interim prouidere minoribus, ponit de actore ordinando à tutore seu curatore. Azo.*

*Si sui iuris.*] CASVS. Pater filij sui emancipati erat tutor legitimus: obuenit pupil. hæreditas materna: quam pater administrare non poterat, quia oportebat eum abesse causa reipubli. an possit petere actorem, quæritur? Dicitur quòd sic: sed procuratorem constituere non potest: quia dominus non est. Viuia.

f *Si sui iuris.* quia emancipati à te, per quod es legitimus eorum tutor: vt hic, & institu. de legi. paren. tu.

g *Non per procuratorem.* quia non es dominus rerum filij: vt. ff. de procur. l. j. sed per actorem: vt subiicit. &. j. de appel. l. si actor. &. §. de procura. l. neque. ipse tamen pupillus cum auctoritate tutoris, vel ipse tutor lite contestata ordinat: vt dicta. l. neque. & hoc in iudiciis. ad negocia vero etiam procurator ordinat procuratorem: vt. ff. mandati. l. si procuratorem. §. si quis. Similem rectorem ordinat episcopus, non syndicum, cum non sit vniuersitas. & hic actor de calumnia iurat, cum legitimam personam habeat: vt dixi. §. de iuramen. calũ. l. ij. §. j. & §. sin autem vel dignitat. & non constituitur hic actor nisi ex causa: vt instit. de cura. §. fin. & ff. de adminis. tut. l. decreto. & hoc subiicit, nam absens erat pupillo.

h *Ate.* id est petitum constitui per iudicẽ. vt d. §. instit. de cura. §. fin.

i *Peti conuenit.* à possidẽtibus. & facit supra qui da. tu. pos. l. curatorem. & ff. de tutelis. l. solet.

*DE EXCVSATIONIBVS tutorum & curatorum, & de temporibus earum.*

*Qualiter tutores & curatores ordinentur, aut remoueantur vt suspecti & reprobi, dictum est. Nunc videamus qualiter excusentur quasi minus idonei. Azo.*

k *Falsa suasione. Spado.* idem in castrato, secundum Io. vt. ff. eo. l. spadonem. in prin. licet in adoptionibus, & matrimonio, & substitutione posthumi sit differentia inter spadonem & castratũ: vt instit. de adopt. §. sed & illud. & ff. de iure do. l. si serua. §. spadoni. & ff. de libe. & posthu. l. sed est quæsitum. §. j.

*Si curatores.*] CASVS. Alicui erat datus tutor, aliàs curator generaliter: minor habet patrimoniũ suum tam in Italia quàm in prouincia: an curator Italicus possit se excusare ne sit curator in prouincia? Dicitur q̃ sic: quo facto dãdus est sibi curator in prouincia. Viuianus.

l *Dati essis.* à principe, vel ab alio eo mandante: vel à testatore: vt. j. e. l. testamento. aliàs nõ possetis ab eodẽ iudice tam in Italia quàm in prouincia dari tum in Italia prætor, in prouincia præses debeat dare: vt. ff. de tuto. & cura. da. ab. l. pupillo.

m *Generaliter.* vt instit. de excusa. tut. & cura. §. datus. & ff. de aur. & argen. leg. l. Plautius.

n *Liberet.* quod facere debet, cum sit is de Italia: vt. j. eo. l. testamento. & ff. e. l. illud vsitatum. & l. propter. §. licet.

o *Fuerit.* id est fueritis liberati à prouinciali administratione. Vel id est si tantùm Italicarum decreto munus est iniunctum.

*Excusationis.*] CASVS. Ingenuus excusationem habet ne liberto detur tutor: sed cum aliquis prætendat hanc exceptionem, & iudex eum repellat quasi tarde prætendisset, nisi appellet, habet necesse parere sententiæ. Viuianus.

p *Ingenuus.* idem si libertus, si modo impetrauit ius aureorum anulorum.

Kalen. Septẽbr. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

*TITVLVS LX.*

QVANDO TVTORES vel curatores esse desinant.

*Finitur officium adiuncti simul cum officio eius cui adiungitur. Bald. Vel sic: Finito officio eius cui quis adiungitur: finitur & eius qui adiungitur. Salycetus.*

I. Imp. ANTONINVS. A. Hernulæ.

SI curatores tutoribus adiũcti sunt: a pubertate pupilli, tam tutorum quàm curatorum adiunctorum officium finiri, b ideoq; alios propter ætatis infirmitatẽ curatores esse dandos, c manifestissimum est. PP. IIII. Kalend. Augusti. Romę, Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

*Pupillus non potest cassare tutorem. Sal.*

II. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. & CC. Menippo.

TVtoris officium ex sola voluntate pupilli non finiri, certissimum est. d S. XIII. Kal. Februa. Cæsaribus Conss.

III. Imp. IVSTINIANVS. A. Mennæ præfecto prætorio.

INdecoram obseruationẽ in examinanda marium pubertate resecantes, iubemus quẽad modum fœminæ post impletos duodecim annos omnimodo pubescerẽ† iudicãtur, ita & mares post excessum quatuordecim annorũ puberes existimentur: indagatione corporis inhoneста cessante. e Dat. VIII. Idus Aprilis Constantinopo. Decio V. C. Cons.

*TITVLVS LXI.*

DE ACTORE A TVTORE seu curatore dando.

*Curator furiosi cui est delata hæreditas extranei, potest agnoscere bonorum possessionem nomine furiosi. Bald. Vel sic: Si hæreditas extranei deuoluitur ad furiosum, non petit ipse bonorũ possessionem: sed eius curator sic. hoc dicit vsque ad. §. sed cum antiquitas. Salycetus.*

a *Impossibile.* id est difficile. sic. ff. de his qui deiec. vel effu. l. ij.
b *Remotus.* sed non est.
c *Viuit.* contra. ff. eo. l. j. §. j. vbi dicit durare & finiri cum furore. sed hoc corrigit. vel ibi quo ad effectum: & sic secũdum istam. vel ibi nó habebat interualla.
d *Competunt.* vt testamentum: vt. j. qui testa. face. possl. furiosum.
e *Stimulis.* id est cum stimulis.
f *In contractu.* quem habuit tempore sanæ mentis, vt per traditionem vel quid simile impleatur à curatore: non autem intelligas de eo quem habet tempore furoris: quia ibi solus curator sufficit: vt. ff. de re. iu. l. in negociis. Vel loquitur secũdum quorundam opinionẽ quę tangitur. j. l. proxi. §. sin autẽ ex alia. prope finem. §. Vel dic cõtractus à se curatore faciendos.
g *Crebra.* Nota aliquid constitui nimiæ frequentiæ vitãdæ causa. sic. j. de bonis quę. li. l. fi. §. penulti. vt sic infinitas euitetur. sic. ff. de sacrosanct. eccle. l. vt inter.

*CVm furiosi. CASVS* in hac. l. vsque ad finem talis est: Si furiosus est in patris potestate, administrabit bona filij castrensia, vel quasi: nec dabitur furioso curator. Si vero pater moriatur, furiosum potest instituere hæredem, & ei substituere: vt. j. de impub. & aliis substitu. l. vnam. & si furiosus moriatur, trãsmittit hæreditatem ad eos qui ei succedunt ab intestato. & si furioso deferatur aliqua hæreditas, curator eius poterit agnoscere bonorũ possessionem, & hæreditatem adire. Et si datus fuerit curator in testamento patris: nõn satis dabit de bene administrando. si non sit datus in testamento, sed à iudice, vel à lege, quia est proximꝰ agnatus: tũc non cogit satis dare, si idoneam habeat substantiam: iurabit tamen coram episcopo & tribus primatibus quòd bene administrabit bona furiosi, & faciet inuentarium. Si

h *In sacris.* scilicet vinculis.
i *Curatorem.* alium scilicet à patre. sed nec pater est curator, sed legitimus administrator. quandoq; tamẽ rebus principaliter quas non vult agnoscere pater, datur curator. sic infra de bo. quæ lib. l. fin. §. j. & in authen. vt lic. mat. & auiæ. in princip. colla. viij. vel ibi sanæ mentis erat.
k *Vel aliter.* vt ex quasi castrensi peculio.
l *Obueniunt.* per seruos, vel per legata: quæ cum acquiruntur ignorantibus, ergo & furiosis.
m *Competit.* vt in aduentitiis.
n *Paternum.* [a] sic. ff. de episco. audiẽ. l. de creationibus. & ff. de ritu nuptia. l. fi. §. denuo. & j. de impu. & al. substi. l. humanitatis.
o *Constitutio.* quam habes. j. de impu. & al. sub. l. humanitatis.
p *Sui iuris sit.* scilicet nunc, non tunc cum moriebatur pater: alioquin suus hæres ei esse non potest.
q *Quasi debita.* vt & j. de codicil. l. finali. §. penulti. &. j. de impo. lucra. def. l. j. lib. x.
r *Suus hæres.* vt sic statim curator possit administrare. non autem dicas quòd sic sit hęres ipso iure, vt statim teneatur creditoribus, & non possit abstinere. & sic quòd eius fauore esset inductum, in eius læsionem redundaret. Est ergo nomine, sed non re: vt dicimus in eo qui est sanę mentis: vt. ff. si vt se ab hæred. absti. l. j. vnde interim decedens nó transmittit, sicut nec infans: vt j. de iure deliberan. l. si infanti. §. sin vero vel non sit. Sed argu. contra prædicta institu. de hæred. quæ ab intesta. §. posthumi. & j. de suis & legiti. l. apud hostes.

[a] *Ex ista glos. iuncta text. habes quòd nullus adfectus vincit paternũ. de quo. l. isti quidẽ. ff. qđ met⁹ causa.*



BIU Cujas

&.ff.de acquiren.hæredita.l.neceſſariis.

a *Admitti debeat.* ſcilicet vel non.nam.ff.de ſuc. edi.l.j.§.furioſi. dicitur quòd curator furioſi non poteſt repudiare bonorum poſſeſsionem: quia nec delata eſt. ſed ſi non eſt delata, ergo curator eam petere non poteſt. ſed econtra dicitur quòd poteſt petere. ff. de bonorum poſſeſ. fur. infan. l. j. in prí. ſed prima intelligitur, non videtur delata, vt poſsit repudiari: quia non poteſt, ſed peti ſic. Vel poteſt peti, vt ſit bonorum poſſeſſor de facto, non autem de iure: ſicut de facto videtur intelligi. ff. de bo no. poſſeſ. l. non eſt am bigendum. nam cum di cit vétrem & furioſum contra fiſcum admitti in bonorum poſſeſsionem, de poſſeſsione facti eſt intelligendum. nam ſi de bonorum poſ ſeſsione iuris intelligeres, multi alij fiſco prę ferruntur: vt. j. vnde vir & vxor. l. j. Vel gratia exépli de his ibi dicit. quicquid ergo olí fuerit, hodie poteſt petere curator nomine furioſi bonorum poſſeſsionem iuris & facti: & fa cit eum bonorum poſ ſeſſoré per legé iſtam: licet quidam dicant de facto ei quæri tantum: vt dicet. j. ead. l. §. tali itaque. ſed cum factus ſit bonorum poſſeſſor, & poſtea reſipiſcat, & nolit habere, an remaneat hæres? quod videtur: quia ſi ſemel eſt hæres &c. vt. ff. de mino. l. & ſi ſine. §. ſed qđ Papinianus. niſi p querelam inofficioſi teſtamenti. vel ſeruus factus ſit, vel memoria defuncti dánata: vt. ff. de vulga. ſubſtitu. l. in ſubſtitutiõe. & l. ex facto. in fi. & inſtit. de hære. quę ab inteſta. §. per cõtrarium. Sed dic q dimittere poteſt: & perinde erit ac ſi nõ fuiſſet agnita: vt. j. e. §. ſin auté ipſe. ſicut & qui appellat, ſi non proſequatur.

*Furioſi curator an poſsit bonorũ poſſeſsionem repudiare.*

† *aliàs, vel pro quibus perſonis.*

b *Ex decreto.* quia opus erat petenti adire prætorem, & ſolénibus verbis petere, & ipſum prętorem decernere: & dicitur decretalis. ſed quòd ſic ei liceat, cõceditur edicto prætoris mortui: & ſic dicitur edictalis: vt. ff. de bono. poſſeſ. l. iij. §. proinde. &. ff. de ſucceſſ. edi. l. j. §. decretalis. & . ff. ſi tab. teſta. exta. l. j. hodie vero per Conſtantinũ vtraque ſolennitas eſt ſublata: & ſine petitione hæreditatis: dummodo coram iudice dicebat ſe velle bonorũ poſſeſſorẽ eſſe: nec eſt opus eam decerni: vt hic ſubiicit, &. j. qui admit. ad bono. poſ. l. fi. quidã tamen dicũt per Conſtantinũ ſolam ſolẽnitaté petendi ſublatã, non decretũ.

*Bonorum poſſeſsio eſt duplex.*

Sin autem ex alia quacunque cauſa hæreditas ad eum vel ſucceſsio perueniat: tunc magna & inextricabilis vetuſtiſsimo iuri dibitatio exorta eſt: ſiue adire hæreditatem, vel bonorum poſſeſsionem petere furioſus poſsit, ſiue non, & ſi curator eius ad bonorum poſſeſsionem petendam admitti [a] debeat. & iuris auctores ex vtroque latere magnũ habuere certamen. ℣ Nos itaque vtranque auctorum aciem certo fœdere compeſcentes, ſancimus furioſum quidem nullo modo poſſe vel hæreditatem adire, vel bonorum poſſeſsionem agnoſcere: curatori autem eius licentiam damus (immo magis neceſsitaté imponimus) ſi vtilem ei eſſe ſucceſsionem exiſtimauerit, eam bonorum poſſeſsionem agnoſcere quæ antea ex decreto [b] dabatur, & ad ſimilitudinem bonorum poſſeſsionis habere: cum petitio [c] bonorum poſſeſsionis Cõſtantiniana [d] lege ſublata ſit, & ab ea introducta obſeruatio quę pro antiqua [e] ſufficit petitione.

*Curator poteſt dari furioſo in patris teſtamento, & non tenetur ſatisdare: debet tamen antequã adminiſtret, obſeruare & iurare hic ſcripta. & ſi nullus ei à patre ſit datus, peruenitur ad legitimũ idoneum: aliàs ad datiuũ qui forma hic ſcripta debet creari. hoc dicit vſque ad. §. tali itaq;. Saly.*

Sed cum antiquitas in curatore furioſi multas ambages cõſtituit, quemadmodum [f] ab eo cautio vel ſatisdatio detur, vel pro quibus rebus, [g] & quibus† perſonis, & ſi omnis curator [h] talem præſtet cautelam: neceſſarium nobis viſum eſt, vt humano generi conſulentes, omnem quidem obſcuritatem, & inextricabilem circuitum tollamus, compendioſo autem & dilucido remedio totum complectamur. ℣ Et prius de creatione curatoris qui furioſis vtriuſque ſexus datur, ſancientes: tunc [i] & aliis certum finem imponemus. ℣ Et ſi quidem parens curatorem furioſo vel furioſæ [k] in vltimo elogio hæredibus inſtitutis vel exhæredatis dederit, vbi & fideiuſsionem ceſſare neceſſe eſt, paterno teſtimonio pro eius ſatisdatione ſufficiente: ipſe qui datus eſt, ad curationem perueniat: [l] ita tamem, vt in hac florentiſsima ciuitate apud vrbicariam prę fecturam deducatur: in prouincia autem apud præſidem eius, præſente etiam tam viro religioſiſsimo locorum antiſtite, quàm tribus primatibus: [m] & actis interuenientibus, tactis ſacroſanctis [n] euangeliis, edicat omnia ſe rectè & cum vtilitate furioſi agere, & neq; prætermittere ea quæ vtilia furioſo eſſe putauerit, neque admittere quæ inutilia exiſtimauerit.

IN AVTHEN.

vt hi qui obliga. §. penult. colla. vj. conſtitu. ij.

QVod nunc generale eſt circa omnes curatores, vt iurent quidem, non tamẽ à ratiociniis ſint exempti. Idem eſt in tutore.

*Sequitur textus Codicis.*

Et inuẽtario cum omni ſubtilitate publice ſcripto, res ſuſcipiat, & eas ſecundum ſui opinionem diſponat ſub hypotheca rerum ad eum pertinentium, ad ſimilitudinem tutorum [o] & curatorum adulti. ℣ Sin autem teſtamentum quidem parens eius non confecerit, lex autem curatorem vtpote agnatum vocauerit, [p] vel eo ceſſante, aut non idoneo [q] forſitan exiſtente, ex iudiciali electione curatorẽ ei dare neceſſe fuerit: tunc ſecundum præfatam diuiſionem in hac quidem florentiſsima ciuitate apud glorioſiſsimam vrbicariam præfecturam creatio procedat. ℣ Sed ſi quidem nobilis ſit furioſi [r] perſona: etiam florentiſsimo ſenatu conuocãdo, vt ex inquiſitione curator optimæ atque integræ opinio-

A c *Cum petitio.* ſcilicet ſolennis.

d *Conſtantiniana.* dicta. l. j. qui admit. ad bono. poſ. l. fi.

e *Antiqua.* ſcilicet ſolenni. Sed nunquid ſecundum Hug. hodie irritantur teſtamenta per ſolam agnitionem, cum dicam irritandum per contra tab. non irritum ipſo iure? Reſpon. idem: vt hic innuit.

f *Quemadmodum.* cum fideiuſſore, vel ſine, vel hypotheca, vel coram quo.

g *Rebus.* mobilibus vel immobilibus: vel pro quibus.

h *Omnis curator.* ſiue teſtamento, vel aliter datus.

i *Tunc.* id eſt ſimul cũ curatoris creatione.

k *Vel furioſæ.* vel prodigo: vt. ff. eod. l. penul. ij. reſpon.

l *Perueniat.* poſt confirmationem iudicis & decretum: vt ſubiicit, non enim teſtamento perfecte dari poteſt: vt ſubiicit. &. ſ. de confir. tuto. l. j. &. ff. eo. l. pe. in principio.

m *Primatib⁹.* hoc expone vt. ſ. de epiſco. audien. l. de creationibus. vbi ſunt hæc de verbo ad verbum.

n *Sacroſanctis euangeliis.* idem faciunt hodie omnes curatores & tutores. & ſic lege hic authen. quod nunc generale &c. quæ eſt in authen. vt hi qui obliga. res. §. pe. colla. vj.

*Quod nunc.* CASVS. Dicit lex C. quòd curator furioſi debet iurare coram epiſcopo & primatib⁹ quòd bene adminiſtrabit. hæc authẽ. ampliat hoc eſſe verũ in omnibus curatoribus, quòd ſcilicet iurẽt ſe recte adminiſtraturos: nõ tamen propter hoc iuramentum excuſabuntur à rationibus reddendis.

o *Tutorum.* quorũ res hypothecatę ſunt vt. ſ. de admi. tuto. l. pro officio. & facit ad inuentarium: vt. ſ. de admi. tuto. l. tutores. ij. &. ſ. arbi. tute. l. fin. §. fin. Item facit ad teſtimoniũ paternum. ſ. de tuto. vel curato. qui ſatis non dedit. l. in dubium. & inſtitu. de ſatiſda. tuto. §. j. &. ff. de teſtam. tute. l. teſtamento datos. ij. in principio.

p *Agnatum vocauerit.* vt inſti. de cura. §. item furioſi. & argu. ff. de legi. tuto. l. legitimos. ſed & ſenatuſconſultum quandoque vocat: vt per eum ſoluatur creditoribus: vt. ff. eod. l. curator.

q *Idoneo.* quod pro eodem eſt ac ſi ceſſaſſet: vt. ff. quod cuiuſque vni. no. l. j. §. & quidem.

r *Nobilis ſit furioſi.* ſic. ſ. de tuto. & cura. illu. perſo. l. j. *Propoſiti.*

BIU Cujas

nis nominetur. ¶ Sin verò non talis persona sit: etiam solo viro gloriosissimo præfecto vrbi præsidente hoc procedat. ¶ Et si quidem curator substantiam idoneam possideat: eo sufficiente ad fidem gubernationis, & sine aliqua satisdatione nominationem eius procedere. ¶ Sin autem non talis eius census inueniatur: & tunc fideiussio, in quantum possibile est, ab eo exploretur, creatione omnimodo sacris scripturis propositis [a] in omni causa celebrãda: ipso autem curatore, cuiuscunque vel substantiæ vel dignitatis est, præfatum sacramentum pro vtiliter rebus gerendis præstante, & inuentarium publicè conscribẽte, quatenus possint vndique res furiosi vtiliter gubernari. ¶ In prouinciis etiam his omnibus obseruandis, vt apud præsidem cuiuscunque prouinciæ, & virum religiosissimũ episcopum ciuitatis, necnon tres primates, memorata creatio procedat: eadem obseruatione [b] & pro iureiurando, & pro inuentario, & satisdatione, & hypotheca rerum curatoris, modis omnibus adhibenda.

*Curator furiosi postquam iurauit, & satisdedit, & promisit promittenda, & recepit administrationem per decretum, potest agnoscere bonorum possessionem delatam furioso, & bona ea occasione peruenta tenetur in inuentario addere, saluo iure repudiandi & acceptandi furioso si resipuerit. sed si in furore decedit, ex acceptatione curatoris non fit transmissio bonorum possessionis. legatum autem bene transmitteretur ad hæredem furiosi. hoc dicit. Bald. Vel sic: Hæreditas furioso delata potest per eius curatorem adiri: ita vt si furiosus efficiatur sanæ mentis, possit eam sibi retinere vel respuere. & si respuerit, vel in furore decesserit, ad substitutũ deuoluitur. & si nullus sit substitutus, deuoluitur ad eos qui succederent si furiosus in medio non fuisset. legata vero ad eius hæredes transmittit cum potestate repudiandi. hoc dicit vsque ad. §. sin autem curator. Salycetus.*

Tali itaque ordinatione in curatore furiosi disposita, si quid postea ad furiosum peruenerit, siue ex hæreditate, vel successione, vel legato, vel fideicommisso, vel alio quocunque modo: hoc furioso accedat: [c] & cum alia eius substantia manib⁹ curatoris tradatur, † inuentario etiam super his omnibus rebus scilicet faciendo: & sub eius cura custodiat, quatenus si quidem resipuerit furiosus, & acquisionem admiserit, ipsi restituatur. ¶ Sin autem in furore diem suũ finierit, vel ad suam sanitatem perueniens eam repudiauerit: si quidẽ successio est, ad eos referatur (volentes tamẽ [d]) id est vel ad substitutum, vel ab intestato [e] hæredes, vel ad nostrum ærarium: eo scilicet obseruãdo, vt hi veniant ad successionẽ, qui mortis tempore furiosi propinquiores existant ei ad cuius bona vocabuntur si non in medio esset furiosus: omni satisdatione vel cautione [f] quam per inextricabilem circuitum veteris iuris auctores induxerunt, radicitus excisa: legatis autem proculdubio & fideicommissis, cæterisque acquisitionib⁹ furioso acquirẽdis, [g] & substãtiæ eius aggregandis. Sin autem ipse resipuerit, & ea [h] admittere noluerit, & apertè hæc respuerit, vel hæres eius hoc fecerit: à substantia eius illico separandis, quasi nec fuerint ab initio ad eũ deuoluta: & per legitimũ tramitem ambulantibus, substantiam furiosi neque prægrauantibus, neque adiuuantibus.

*Quod est dictum in creatione curatoris à principio, idẽ intelligitur in subrogatione loco creati. hoc dicit. Bald. Vel sic: Mortuo curatore furiosi, vel eo vt suspecto remoto debet alius surrogari. hoc dicit vsque ad §. hæc autem. Salycetus.*

Sin autem curator furiosi secundum nostram legem nominatus decesserit: sub eodem modo, eadémque obseruatione alius creabitur: quemadmodum & si suspectus reperiatur, alter surrogetur. quod & veteribus legibus placuit.

*Dispositio legis huius habet locum in curatoribus post hanc. l. creandis: non in prius creatis. hoc dicit vsque ad finem. Salyc.*

Hęc autẽ omnia quę de creationibus curatorum per nouã definitionem introducta sunt, futuris casibus imponantur: & neque antea facti curatores remoueantur, [i] neque aliquid eis nouum accedat, sed antiquo ordine statuti in antiquos (quantũ ad creationem) permaneant terminos, cautione videlicet vel satisdatione quæ antiquitus fuerat introducta, [k] super postea veniẽtib⁹ ad furiosos successionibus minimè pręstanda. Dat. Kal. Sept. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. Cõss.

*TITVLVS LXXI.*

## DE PRAEDIIS ET ALIIS REBVS minorum sine decreto non alienandis vel obligandis.

*Per viam secundi decreti possunt adulti res alienari. hoc dicit. Vel sic: Prohibitio alienationis rerum minoris sine decreto nõ extenditur ad alienationes necessarias: sed ex causa dabitur restitutio. Salycetus.*

1. Imp. ANTONINVS. A. Minutiano.

*Pignoris.*

a *Propositis.* & tactis. Accursius.

b *Eadem obseruatione.* quæ est dicta in ciuitate Romana.

c *Accedat.* sic ergo curator adit hæreditatem. & sic est contra. ff. de appel. l. cum in vna. §. fin. Solu. ibi in curatore pupilli dicit. Vel solu. vt ibi plene diximus. Sed an sic adeat, vt furiosus fiat hæres? Dixi quòd sic. ẽ. eod. §. finaute ex alia. in glos. scilicet vel non &c. Alij dicunt quòd non fit hæres, scilicet vt dominium rerum habeat: sed quantum ad administrationem, vt furioso accedat per hunc. §. nam his demum causis quæritur furioso, ex quibus sanæ mentis homini acquiritur ignoranti: vt institu. de hære. quæ ab intest. §. sui. Pro prima opinioẽ est ff. de lega. ij. l. Licinius Locusta. Sed secundi respondent quòd de facto tantum ibi habuit. Item pro prima. ff. ad Trebel. l. cũ hæres institutus. Sed secundi dicunt quòd vere nõ fuit hæres: licet actiones hęreditarias cedat: quia & creditor hoc facit: vt institu. qui. ali. licet. §. j. vel speciale vt fiat ibi hæres, eo quòd tenetur transferre actiones. sic in eo. tit. l. cogi. §. hi qui solidum. Pro secũda opinione est. ff. de acqui. hære. l. si quis alicui. §. fin. Item videtur quòd nec commodum quærat: vt. ff. de acqui. hær. l. Antistius. §. in libro. Sed de commodo dominij intellige. quod non placet. Vel recitat ibi quorundam opinioné quæ hic reprobatur.

d *Volentes tamẽ.* sic. j. de iure deliberan. l. nec emere.

e *Ab intestato hæredes.* qui defuncto successissent, nisi furiosus fuisset in medio, & cũ fructibus medij temporis: vt hic subiicit. & ff. de petitio. hære. l. hęres. in principio.

f *Vel cautione.* qualis fuerit, ignoramus.

g *Acquirẽdis.* per hoc quòd aduersatur dicen*di de*-do, legatis autem: patet *mus recta* quòd aliter in hæredi*via quæ*-tate est. Et est ratio, *ritur*, nõ autẽ quia recta via dominium quæritur in lega*ri.* to: vt. ff. de fur. l. à Ti*tio.* non sic in hæreditate, nisi adeatur: quod fit animo: vt institu. de hære. quali. & diffe. §. fin. Item legatum sine onere, sed hæreditas non: vt. ff. manda. l. si hęreditatem. & ideo ad suum hæredem transmittit legata, licet in furore decedat: vt hic dicit. Accursius.

h *Ea.* legata.

i *Remoueantur.* sic. ẽ. de legi. & constitu. l. leges. ij.

k *Introducta.* quam ignoramus.

*Secũm Salyce. videtur dicendũ quòd fit p additionẽ curatoris quæratur furioso domiuiũ: & ideo legata à furioso petuntur, et actiones transferũtur in eũ: tamen inquit Salyc. non est incõmutabiliter dominus, nisi resipuerit.*

*Cõtinuatio.*

*Dictum est. ẽ. qualiter prouideatur minoribus circa tutorem vel curatorem, nunc autem ponit qualiter prouideatur eis circa conseruationem rerum ipsorum: sicq; imprimitur rubrica: De prædiis vel aliis rebus minorũ sine decreto non alienandis. Azo.*

VEnditio.] CASVS. Pater obligauit prædium minoris vel suum hoc pacto vt si sua die pecunia nõ solueretur, liceret ei vendere. & decessit: & successit ei minor. non satisfaciente sua die minore creditor prędium distraxit. vult minor reuocare prædium quasi alienatum contra senatusconsultum. quo cauetur quòd prædium minoris sine decreto alienari non debet: an sit audiendus, quæritur? Dicitur quòd non. Si tamen creditor viliori precio vendidit quàm prædium valeret: potest iudex eum restituere, vt sibi iustum precium restituatur. Et qđ dicitur in senatusconsulto. tunc locum habet cum minor ipse prædium vendidit sine decreto: vel quòd minor non soluit, missus est in possessionem. alicuius prædij ex causa iudicati distracti.

VEnditio quidem prædij quod iure pignoris [a] vel in causa iudicati captum & distractū est, [b] ad senatusconsultum [c] quod de non alienandis prædiis pupillorum vel adolescentium, nisi auctore prætore vel præside prouinciæ factum est, non pertinet. sed si etiamnum in ea ætate es, cui subueniri solet: [d] aditus competens iudex, an te in integrum restituere debeat, præsente diuersa parte [e] causa cognita dispiciet. [f] PP. XIII. Kalend. Decembr. Duobus & Aspris Conss.

*Quando contractus non tenet ipso iure, non debet peti in integrum restitutio. hoc dicit. Qui habent viam explicatam, non debent petere viam implicatam. hoc dicit. Bald. Vel sic: Vbi venditio pignoris est ipso iure nulla, restitutio ratione ætatis nō est ipso iure necessaria. secus si sit aliqua: & si interuenit læsio non modica, vel fraus cū emptore sit participata. Salycetus.*

II. Imp. GORDIANVS. A. Clearcho & aliis.†

NOn est vobis necessaria† in integrum restitutio, si tutores vel curatores vestri possessionem, licet pignori nexam, vendiderunt [g] sine decreto. Quòd si creditores [h] id fecerunt: ita demum iuxta formam edicti beneficium [i] tibi impertietur, si fraudulenta venditione, participante consilio emptoris, damnum tibi inflictum esse doceatur. [k] PP. III. Kalend. Februar. Gordiano. A. & Auiola Conss.

*Pater non potest alienare rem filii sine decreto. h. d. Bal. Vel sic: Pater curator filii nō potest prædia alienare sine decreto. Sal.*

III. Impp. VALERIA. & GALLIE. AA. Theodosiano & aliis.

CVm emācipatis vobis prędium acquisitum foret, [l] alienari à patre eodémque curatore [m] sine præsidis auctoritate non potuit: maximè si tanquam [n] suum esset, non tanquā pupillare, vendiderit: itaque illibata vobis persecutio eius manet. PP. III. Non. Ianua. Tusco & Basso Conss.

*Minor frater non potest alienare in fratrem maiorem sine decreto rem prohibitam alienari. hoc dicit. Bald. Vel sic: Immobilia minorum nullo titulo alienantur sine decreto, ideo tradita vindicantur: redditis tamen quæ acceperunt. Salycetus.*

IIII. Iidem AA. Mithridati.

NOn solum per venditionē rustica prædia vel suburbana pupilli vel adolescentes alienare prohibentur: [o] sed neque trāsactionis ratione, neque permutatione, & multo magis donatione, vel alio quoquo modo ea transferre sine decreto à dominio suo possunt. [p] Igitur & tu si fratribus tuis per transactionem fundum dedisti, [q] vindicare eum potes: sed & si quid inuicem ab eis ex eodem pacto consecutus es, id mutuo [r] restituere debes. PP. XV. Kalend. Maij, Seculari. II. & Donato Conss.

*Decretum ex falsa causa alienationi interpositum, non tenet. hoc dicit. Bal. Vel sic: Decretum ex falsa causa interpositum, est ipso iure nullum: ideo illo non obstante, non tenet alienatio. Salycetus.*

V. Iidem AA. Sereno.

ETsi præses prouinciæ decreuerit alienandum vel obligandum pupilli suburbanum vel rusticum prædium, tamen actionem [s] pupillo, si falsis allegationibus circunuentā religionem eius probare possit, senatus reseruauit: [t] quam [u] exercere tu quoque [x] nō vetaberis. PP. III. Kalend. Maij, Seculari. II. & Donato Conss.

*Non sufficit causas allegare, sed oportet probare. hoc dicit. Vel sic: Ad petēdum interponi decretū super alienatione rei minoris, non potest constitui procurator. hoc dicit secundum alium intellectum singularē. Bald. Vel sic: Non sufficit causam alienationis proponi coram iudice: sed est necesse vt apud acta probetur, & vt decretum interponatur. Salycetus.*

VI. Imppp. CARVS, CARINVS & NVMERIA. AAA. Varo.

MInorum possessionis venditio, per procuratorem delato ad prætorem vel præsi-

---

a *Pignoris.* scilicet cōuētionalis, vel cum decreto, ob æs alienum obligatum. Vel dic quòd vocatus noluit venire ad causam: vel cauere de dāno infecto, vel pro legato: vt. ff. eod. l. iij. §. j. Et quod subiicit, ex causa iudicati, dic nec restitui, nisi ex causa: vt quia graue damnum habet: vt. ff. de minori. l. si ex causa. & sic ex necessitate permittitur quod alias non permitteret: vt argu. ff. de fun. do. l. j. Vel pone econtra exemplum: quia alterius prædiū pupillo est obligatū: quod vendit: vt. ff. e. l. magis. §. j.

b *Distractum est.* à creditore.

c *Senatusconsultum.* id est ad orationem imperatoris Seueri in senatu recitatam: vt. ff. eo. l. j.

d *Solet.* scilicet intra quadriennium.

e *Diuersa parte.* vt. ff. de mino. l. in causæ. j. §. causa. & . l. verum. §. sciendum.

f *Dispiciet.* & hęc cognitio potest delegari: vt. ś. vbi & apud quem. l. fin. secus in decreto super alienatione interponendo: vt argu. ff. de transact. l. cum hi. §. si prætor. & fa. j. l. pxi.

NOn est.] CASVS. Si tutor pupil. licet alij obligatam distrahat possessionē sine decreto, ipso iure non tenebit alienatio: nec restitutio in integrum est necessaria. & hoc in prima. Si vero creditor, minore nō soluente, iure creditoris sine decreto distrahat, valet vēditio: sed si fraudem in venditione commisit, restituetur minor. & hoc in secunda.

† *aliàs, & Aphrodiseo.*

† *Concor. c. constitutus. circa fin. in glo. sup verbo, solennitas. extra de restit. in integ.*

g *Vendiderunt.* credentes sibi licere quod creditori licebat. cum ergo ipso iure nō teneat sine decreto: vt. ff. eod. l. j. ergo cessat restitutio: vt. ff. de mino. l. in causæ. ij. in principio.

h *Quòd si creditores.* qui iure facere possunt sine decreto, licet tutius cum decreto: vt. ff. e. l. j. §. si communis. & . l. si pupillorum. §. j.

i *Beneficium.* s. restitutionis contra emptorē.

k *Doceatur.* idem si enorme damnum fuerit passus, licet non interuenerit fraus: vt ś. si aduer. vendi. pign. l. j. quæ est contra. pro minimo autem non daretur restitutio: vt. ff. de in integr. restit. l. scio. Et potes hic referre quæ diximus. ś. si aduer. ven. pigno. l. ij.

CVm emancipatis.] CASVS. An pater filij sui emancipati minoris prædium minori acquisitum, sine decreto alienare possit, quæritur? Dicitur quòd non, etiam si tanquam suum esset vendidisset, non vt pupillare.

l *Foret.* vel directo vel vtiliter: siue ius in eo habeat, vel bona fide possideat: vt. ff. eod. l. iij. §. penult. & antepenult. & l. magis. §. j.

m *Curatore.* id est tutore: cum hic pater, & ille impubes ab eo emancipatus esset: vt institu. de legi. paren. tut. & hic subiicit. sic & aliàs vnum ponitur pro alio. ś. de in litem dan. tut. l. tutorem. Vel dic hos adultos & patrem & curatorem. & quod dicit pupillare, scilicet quondam.

n *Tanquam suum.* vbi etiam hæc ratio impedit: vt argu. ff. de curatur. l. Iulianus. in fi.

NOn solum.] CASVS. Certum est quòd oratione diui Seueri cauetur, vt prædium minoris sine decreto alienari non possit titulo venditionis. an idem sit in aliis titulis alienationis, puta donationis vel trāsactionis, quæritur? Dicitur quòd sic. Si ergo minor ex causa falsa vendidit fratri fundum sine decreto, reuocari potest: restituto fratri si quid minor ab eo percepit.

o *Prohibentur.* vt & ś. de his qui ve. ęta. impe. l. fi. & dic quòd eadem appellat rustica & suburbana hoc titulo.

p *Possunt.* nisi in casibus: vt. j. titu. proxi. per totum.

q *Dedisti.* secus si fundum de quo litigabat minor diuisit, aliquo sibi dato nomine trāsactionis. arg. ś. de trāsac. l. præses. immo idē, vt. ff. de transac. l. cum hi. §. si cum lis.

r *Mutuo.* sic. ś. de reputatio. l. j. &. ś. si aduersus transact. l. j. &. ij.

ETsi præses.] CASVS. Iudex circunuentus falsis allegationibus, puta quia dicebatur cp æs alienū vrgebat, cum non immineret: de prædio minoris alienādo decretum interposuit: non valet decretum, nec alienatio: vnde prædium alienatum minor vindicare poterit.

f *Actionem.* in rem & in personam cōtra rutorem vel curatorem: vt. ff. eod. l. magis. §. penult.

t *Reseruauit.* nullum enim fuit decretum, & sic nulla alienatio. sic ś. si ex fal. allega. l. j. & argu. ff. quibus ex causis in posses. ea. l. Fulcinius. §. si quis bona possederit. & . ff. eo. l. quanuis. Sed argu. contra: institu. qui manumit. non poss. §. semel. sed ibi improprie ponitur falsa.

u *Quam.* ś. in genere, nunc in specie.

x *Tu quoque.* scilicet minor.

MInorum.] CASVS. Si minor vel eius procurator præsidi de interponendo decretum libellum porrexit: non statim decernere debet vt res minoris vendatur, sed causam examinabit.

*Libello.*

BIU Cujas

dē prouinciæ libello, [a] fieri nō potuit: cum ea res confici rectè aliter non posſit, niſi apud acta cauſis ꝓbatis, quę vēditionis neceſsitatē inferāt, decretū ſolēniter interponatur. S. Non. Maij, Caro & Carino. AA. Conss.

*Sicut minor non potest alienare rem nō alienabilem: ita nec eā potest refutare vel finire. h. d. Bal. Vel sic: Sicut minor nō potest alienare immobilia sine decreto: ita nec ad alienandum se obligare. Salycetus.*

VII. Idem AAA. Iſidoro.

SI ad reſoluendam donationem, quam in emancipatum te pater contulerat, [b] minor viginti quinque annis cautionē [c] ei emiſiſti: [d] cū huiuſmodi ſcriptura contra ſenatuſconſulti [e] auctoritatem data ſit, nō oberit iuri tuo. PP. VI. Id. Decem. Caro & Carino. AA. Conss.

*Etiam propter nuptias non potest minor alienare sua auctoritate rem non alienandā. h. d. Baldus. Vel sic: Ex causa ſpōſalitiæ largitatis immobilia non alienantur ſine decreto. Salycetus.*

VIII. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. Theodotę.

PRædia ruſtica quæ contra ſenatuſconſultum data eſſe ante nuptias ſponſaliorum nomine, precum tuarum cōfeſsio oſtendit: cum proprietas ad te [f] propter iuris interdictum trāſire non potuerit, [g] in dominio mariti permanſiſſe palam eſt. PP. III. Non. Nou. Diocletiano & Ariſtobolo Conss.

*Licet ex priuilegio non obligetur fideiuſſor, cui priuilegium nō competit obligatur. h. d. Baldus. Vel sic: Licet alienatio sit prohibita minorum fauore, tamen alii nō prohibentur ſe & res ſuas obligare. Vel ſic: Prohibitio extra perſonam & cauſam prohibitionis non egreditur. Salycetus.*

IX. Iidem AA. Mutiano.

ETſi is quem prædiū ruſticum minoris diſtraxiſſe affirmas, curatoris officio functus id fecit: venditio tamen contra bus prohibitionis, nec aliam ſpecialem pœnam imponit. nam ad illa de quibus eſt ſpecialiter cautum, non porrigitur generalitas: vt. ff. de verbo. oblig. l. doli. & de pœ. l. pen. ſecūdum Io. Vel illud intelligitur de his quæ fiunt contra communes leges: iſtud de eo quod fit contra priuilegium, & non contra leges communes. Vel hoc ideo contingit, quia curator eſt extra cauſam prohibitionis: & hoc pignus minorem non onerat: & ſic quantum ad minorē vt nō tenet principale, ita nec ſubſecutum. & ſic loquitur aliud contra. ff. de fideiuſ. l. cum lex. quantum autem ad tutorē, principale tenet, [a] ſic & ſubſecutum. ſic &. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. cū hic ſtatus. §. ſi ſocer nurui. &. ff. de diuor. l. ſi. in princ. & infra de bo. mater. l. j. Vel quarto, ibi de his quæ habent perpetuā cauſam prohibitionis. Vel quinto, refert vēdiderit tutor, vt hic: an pupillus eo auctore, vt ibi.

*Generalitas nō porrigitur ad ſpecialiter cauta.*

*a Nota ex hac gloſ. relata ad text. quòd acceſſoriū nō ſequitur ſuū principale vbi in accęſſorio non eſt eadem ratio.*

m *Perſequi.* tu emptor.

PRædiorum. ]C ASVS. Si prædium ſuū minor ſine decreto alienauerit, poterit id reuocare: ita tamen, vt precium quatenus in vtilitatem ſuam cōuerſū eſt, emptori reſtituat.

n *Conſtiterit.* nota ergo quòd emptor probat minorem locupletatum, cum tutori eſt ſoluta. ſecus ſi ipſi pupillo: quia tunc pupillus probat nō eſſe verſum: vt ifra eo. l. ſi prędium. &. ff. de iureiur. l. nā & poſtea. §. ſi minor. quæ eſt cōtra. Sed fallit in creditore: vt. ſ. ſi aduer. credit. l. j. &. ij. Vel hoc quando contract⁹ eſt null⁹: ſic quia cōpetat pupillo directa rei vindicatio: & aduerſarius excipiat, dicens eum locupletatū, & ita ſuam exceptionē ꝓbare debeat, ſcilicet ſe minorem, & læſum: vt. ff. de proba. l. in exceptionib⁹. & infra eo. l. vtere. &. l. ſi prædiū.

ET ſi. ]C ASVS. Tutor vel curator ſi prædium minoris alienauerit ſine decreto, an illud minor reuocare poſsit, quæritur? Dicitur quòd ſic. Pignora autem quæ curator emptori ob euictionem obligauit, poterit emptor perſequi.

h *Orationem.* id eſt contra ſenatuſconſultum ad orationem factum: vt. ff. e. l. j.

i *Reſciſſa eſt.* quatenus de facto proceſsit, cum de iure non teneat. ſic ſupra de reſcinden. vendi. l. ſi dolo. &. ff. de actio. empt. l. ex empto. §. is qui vina. & ſic de ſacroſan. eccle. l. iubemus. ij. §. poſt ſtatutum.

k *Pignora.* quid ſi ſimplum de euictione promiſit? Reſpon. tenetur: vt. ff. de euictio. l. minor. xxv. annis.

l *Sane.* immo quicquid ſequitur &c. vt ſupra de legi. & cōſtit. l. non dubium. quæ eſt contra. Solu. illa in his quæ ſtant in finidiui Seueri orationē [h] facta, prę ſidis ſententia nō immerito rē- [i] ſciſſa eſt. [j] Pignora [k] ſanè [l] quæ ob euictionis periculū idē curator ex rebus propriis tibi obligauit, nō ꝓhiberis perſequi. [m] PP. Non. Nouemb. Diocletiano & Ariſtobolo Conss.

*Minor rem non vite alienatam vindicat, nec reſtituit precium, niſi quatenus recepiſſe probatur. h. d. Baldus. Vel ſic: Minor vindicans eius prædia non iure alienata, tenetur reſtituere precium, quatenus probatur in eius vtilitatem verſum. Salyc.*

X. Idem AA. Grato.

PRædiorum quę ſine decreto alienata ſunt, dominium tibi perſequenti præſes opē ferret: apud quem ſi illuxerit, non vniuerſa precia quæ curatori tuo data ſunt, ī patrimoniū tuū ꝓceſsiſſe, pro ea dūtaxat pecuniæ parte te conueniri ꝓmittet, quam in facultates tuas erogatā eſſe conſtiterit. [n] S. VI. Id. Auguſt. ipſis. AA. & Conss.

*Vbi contractus peccat in ſolennitate, nō eſt tractandum de precii paruitate: ſecus vbi omnia ſunt ſolenniter acta. h. d. Baldus. Vel ſic: Vbi alienatio eſt nulla, minori reſtitutio nō eſt neceſſaria: ſecus ſi ſit aliqua, & læſio in precio ſit ſecuta. Salycetus.*

XI. Idem AA. Trophimo.

SI quidē ſine decreto minor annis patron⁹ tuus [o] ruſticū prædium venundedit: ſuperuacuum eſt de vili precio tractare, cum ſenatuſconſulti auctoritas retento dominio alienādi viā obſtruxerit. [p] Si verò iure interpoſito decreto venditionem vili precio eius poſſeſsionis cuius vires ignorabat, fecit: iuxta perpetui edicti auctoritatem in integrum reſtitutio, [q] cauſa tamen cognita, præbetur. S. XII. Kalendas Decemb. ipſis AA. & Conss.

*Ob æs alienum & ſimilem cauſam poſſunt alienari res minorum. Salycetus.*

XII. Iidem AA. & CC. Leontio.

vbi autē tenet, cū agit minor petēdo reſtitui: plene intētionē ſuā ꝓbare debet, ſcilicet ſe minorē & leſum: vt. j. eo. l. ſi. &. ff. de eura. fur. l. cōſilio. §. ſi. &. ff. eo. l. ſi pupillorū. §. ſi. &. l. ſi fundus. &. ff. de mino. l. patri. §. item. Vel planius: aut non tenet, & probat emptor: vt hic, & infra. e. l. vtere. &. l. ſi prædium. Aut tenet, & tūc minor: vt. ff. de iureiur. l. nam & poſtea. §. ſi minor. Accurſius.

*Minor pētēs reſtitutionē, probet ſe minorem & læſum.*

SI quidem. ]C ASVS. Minor prædium ſuum ſine decreto alienauit: non refert, alienauit vili precio vel non: quia nō tenebit vēditio. & hoc in prima. Si vero interpoſito decreto alienauit, ſed ignorans vires prædij minori precio quàm valuit, tenebit alienatio: ſed reſtituetur, vt iuſtum precium ei ſuppleatur.

o *Patronus tuus.* ô liberte idem & curator.

p *Obſtruxerit.* vt &. ff. eo. l. j.

q *Reſtitutio.* ad hoc vt precium ſuppleatur, vel res reddatur,

a *Libello.* quo petitur decretum, & cauſa inſeritur. non ergo aſſertioni libello factæ creditur, ſed neceſſe eſt probari cauſam. Vel dic quòd procurator ad hanc cauſam non poteſt conſtitui, ſicut in excuſatione tutelæ: vt. ff. de excuſa. tuto. l. excuſare. & argu. ſupra ſi propter pu. pen. l. fina. & arg. ff. de offic. eius cui mandata eſt. iur. l. ij. §. j. Sed cōtra. ff. de minor. l. illud. §. ſi talis. ſed ibi ad fauorem: hic ad damnum. & tamen non poteſt ibi fieri ſine ſpeciali mandato.

*Procurator non ſemper obligat pu.*

b *Cōtulerat.* tradēdo.

c *Cautionem.* de reddendo prædio dato à patre.

d *Emiſiſti.* ex interuallo.

e *Conſulti.* quo colligit, ſicut in tradēdo nō poteſt dominiū in aliū transferre: ſic nec ſtipulanti poteſt id promittere, cum iam habere videtur ſtipulator: vt. ff. de regu. iuris. l. qui actionem. & facit ſupra ſi aduerſus dona. l. ij.

PRædia ruſtica. ]C ASVS. Minor ſponſæ ſuæ donauit prædiū ante nuptias nomine ſponſaliorum ſine decreto. an valeat donatio, quæritur? Dicitur quòd non, vtpote facta contra ſenatuſconſultum.

f *Ad te.* vxorem.

g *Non potuerit.* immo, vt ſupra ſi aduer. dona. l. j. quę eſt contra. Sol. ibi mobiles: hic īmobiles. Vel ibi decretū fuit: hic non. Vel hic ſponſalitia: ibi propter nuptias. hoc placet. Itē contra ſupra de admi. tuto. l. lex. Solu. nō eſt contra: quia ibi nil de donatione dicit. Item contra infra ſi maior fac. l. ſi. §. cum autem. Solu. vt ibi.

si vt minori venderet, deceptus est.& hoc data electione emptori:alioquin si in hoc ipso quod vendiderit est deceptus, ad rē ipsam: vt arg.ff.de iure dot.l.si res.§.j.&.ff.de dona.inter vir. & vxo. l.si sponsus.§.circa. & arg.supra de rescin.vē.l.ij.Sed videtur iudicis decretum facere cessare restitutionem: vt.ff.de minor. l.ait prætor.§.quidtamen. sed aliud est cū pro recipiente sibi debitum, & aliud cū pro alienāte interponitur: vt ibi dixi. Itē ad hoc quod dicit de vili precio, facit.ff.de transac. l. cum hi.§. si quis de alimentis. & supra de rescin.ven.l. quisquis.

*Restitutionem an faciat cessare decretū iudicis.*

OBæs.]CASVS. Si minor alicui ī centum teneatur:an vt liberet,interposito decreto possit rusticum prædiū alienare, quæritur? Respō.quòd sic, etiam prouinciale.

a *Alienum tātum.* vel similem causam,vt dotem: vt plene dixi supra de admi. tut. l. lex quę.in prin.Vel donationē propter nuptias: vt supra si ma. fac.l.fi. §. fi. Item ob famē.ar. supra de pa. qui fi. dis. l.j.&.ij. cum personæ rebus præponantur:vt supra de sacrosan. eccle.l. sancimus. Forte & ob famem coniunctarum personarum: vt.ff.de tut. & ra.dist. l.j.§.sed nónullos. Idē dicunt de fundo sterili. ar.supra de sac.sanc. eccle. auth. item prædium. quod nō placet: quia non videtur sterile, quod vendi potest: vt.ff.ad leg.Falci.l. iij. &.ff.e. l. si fundus. nisi forte nil posset percipi.

*Personæ sūt rebus præferendæ.*

*a Not. gl. quia singu. est.*

b *Prouinciale.* econtra videbatur, quia directum dominium vēditoris vel minoris nō erat.& fac.ff. e. l. magis.§. ne tamen.

ETiā.]CASVS.Si minor habeat prædium in emphyteusin, vel tale pro quo reddat tributum fisco vel Cæsari: an id sine decreto alienari possit, quæritur?Respon.quòd non.

c *Etiam vectigale.* quod præstat vectigal fisco.

d *Patrimoniale.* quod Cæsari.

e *Emphyteuticum.* quod priuato.& idem si quodcunque ius habet in re: vt.ff.eo.l.iij.§. sed ius.

VTere.]CASVS. Si minor prædium suum prouinciale sine decreto distrahat, vt emptor nomine precij fisco cuius debitor erat minor,vel creditori suo vel patrię satisfaceret,& prędium reuocare voluerit: an ei agenti, nisi precium cum vsuris fisco debitis restituat emptori, obstet doli exceptio, quæritur? Dicitur cp sic,& hoc cauetur respōso Papi.& cęterorū iurisc̄os.

f *Precibus.* id est in libello precum.

g *Oppone.* tu emptor.

h *Ob eorū.*s.minorū.& habes idē.ff.e.l.si fundꝰ.§.fi.&.l.si pupillorū.§.pe.&.ff.de mino.l.tutor.&.ff.de cur.fur.l.cōsilio.§.j.&.ij. ti.ij.l.si contra amplissimi.&.ff.de acquir.re.domi.l. bonæ fidei.

i *Venundatos.* à minore.

OBæs alienum tantū[a] causa cognita præsidali decreto prædium rusticum minoris prouinciale[b] distrahi permittitur.Dat.II.Kalendas Maij Heracliæ.CC.Conss.

*Minor non potest vendere suam emphyteusin sine decreto. Baldus. Vel sic: Non tātum proprium,sed nec vectigale vel emphyteuticarium prædium vendit minor sine decreto. Salycetus.*

XIII.Iidem AA.& CC.Zenophilæ.

ETiam vectigale[c] vel patrimoniale[d] siue emphyteuticum[e] prędium sine decreto præsidis distrahi non licet. Dat.VIII. Kalendas Septemb. Sirmij.CC.Conss.

*Etiam ex contractu mutui secuta traditione propter reciprocam præstationē causatur ius retinendi.h.d. Baldus.Vel sic: Minor à vindicādo alienata,repellitur si precium in suum debitum versum non restituat cum vsuris. Salycetus.*

XIIII. Iidem AA. & CC. Phrominio.

VTere viri prudētissimi Papiniani responso, cæterorumque quorum precibus[f] feceris mentionem, sententiis: ac doli mali exceptionem oppone,[g] precium ob eorum[h] debitum solutum probās, si fortem cum vsuris, quæ fisco deberentur,pupilli non offerentes, fundos prouinciales citra decretū præsidis venundatos[i] cum fructibus petant. Dat.IX. Kalēdas Decemb.ipsis.CC.Conss.

*Non potest minor soluere sine decreto aliud pro alio in his quæ non possunt alienari.h.d. Baldus. Vel sic: Immobilia pro alio debito non possunt in solutum dari sine decreto. Salycetus.*

XV. Iidem AA. & CC. Sabinæ.

SI minor vigintiquinque annis prædium rusticum, cum aliud[k] deberes,[l] sine decreto in solutū dedisti: dominiū à te discedere nō permittit senatusc̄onsulti auctoritas. Dat. VIII. Kalendas Decemb.CC.Conss.

*Minor qui ex precio fundi venditi soluit onera & tributa, precium non recuperat, nisi restituat quod accepit. Baldus.Vel sic:Immobilia alienata sine decreto iudicis in cuius territorio sunt sita,possunt cum fructibus vindicari: sed precium in vtilitatem minoris versum, cum vsuris debet restitui, & sumptus meliorationis. Salycetus.*

XVI. Iidem AA. & CC. Eutychiæ.

SI prædiū rusticū vel suburbanum[m] (quod áb vrbanis non loco,[n] sed qualitate secernitur)in pupillari ætate constituta,tutore auctore, vel adulta sine decreto præsidis prouincię in qua situm est, venundedisti: secundum sententiā senatusc̄onsulti dominium eius siue ius à te discedere nō potuit:sed vindicationem eius, & fructuum, vel his non existētibus, condictionem competere constitit. ℣Emptor autē si probare[o] potuerit ex cæteris facultatibus[p] obedire te munerib⁹ siue oneribus non potuisse, ad vtilitates præterea tuas cessisse pecuniā quam precij nomine sumpseras:doli exceptionis auxilio precium cum vsuris quas præstitura esses, & sumptus meliorati prædij seruare tantummodo potest.Dat.VI. Id. April. Anchialo.CC.Conss.

*Non potest minor diuidere immobilia, nisi prouocetur à maiore.h. d. Baldus. Vel sic: Minor non alienat etiam in communi, sine decreto: nec prouocat ad diuisionem: sed prouocatur à maiore, & tunc sine decreto procedit alienatio. Salycetus.*

XVII. Iidem AA.& CC. Philippo.

INter omnes minores[q] nec cō mune prædium sine decreto præsidis sententia senatusconsulti distrahi[r] patitur. nam ad

k *Aliud.* scilicet prædium.& ita alterum puta debitum, poterit alienare: aliud non.sic est differentia inter fundum & fundum: vt.ff.e.l.magis.§. si fundus.&.§. si pupillus. Sed arg. contra.ff. e.l.si pupillorum.§. fi. vbi fundus primo obligatus cum decreto, alteri pro eodem debito exoluendo sine decreto obligat.sed ibi ideo, quia in locum primæ obligationis succedit eadem res.

l *Deberes.* ex persona eius cui succesisti.

*I minor.*]CASVS. Tenebatur mihi minor in fundo Sēproniano,dedit mihi in solutum aliū sine decreto,cū debuit dedisse Sempronianū:an id vindicare possit,quęritur? Dicit cp sic.

*Si prædiū.* Primo cōsulit minori,secundo emptori.secūdaibi, emptor. CASVS. Si minoris rusticum prędium vel suburbanum sine decreto alienetur, non tenebit alienatio: sed agetur & restituetur sibi prædium cum fructibus si extentecōsumptos cōdicet.si tamē emptor probet precium fuisse versum in vtilitatem minoris,repelletur minor doli exceptione, si non soluat precium cum vsuris,& sumptus si quos fecit in prædio. Not.ex textu sufficere decretū illius iudicis ī cuius territorio res est.sufficeret etiam decretum illius iudicis qui habet pupillum sub se,licet nō habeat rem sub se: vt.l.magis puto.§.illud.ff.de rebus eorum.

m *Suburbanū.* pro eodem ponit rusticum & suburbanū: vel suburbanū est quod est iuxta vrbanū, vt horti in ciuitate, & extra.

n *Non loco.* nam vrbanum potest esse in rure & in ciuitate: vt ff.de verbo.signi.l.vrbana prædia.&.l.vrbana familia.& econtra rusticum in ciuitate.

o *Probare.* ex voluntate, non ex necessitate, vt dixi supra.e.l.prædiorum.secundum H.& Azo.vel etiam ex necessitate, cum contractus non tenuerit, vt ibi dixi.

p *Facultatibus.* mobilibus: vt.ff.e.l. magis.§. item requirat.& ad hoc supra de his qui ve.æta.impe.l.eos.& infra tit.j.l. prædium.&.ff.eodem.l.iij.& infra titu.ij.l. si contra amplissimi.& supra de condic.ex le.l.si mala.&.ff.de peti. hære.l. sed & si lege.§.scire.&.ff.de min.l.intra vtile.&.l.tutor.in fi.&.ff.eodem.l. si fundus.§. quamquam.&.l.pe.

INter.]CASVS. Si minor cum minore habeat rem communem: sine decreto alienare non licet, sed nec ad communi diuidundo iudicium prouocare.sed si maior cuius fundus erat communis, ad diuisionem prouocet, etiam si sine decreto fiat diuisio, bene tenet.

q *Minores.* vterque enim eorum erat minor.sic.ff. eodem.l. si pupillorum.

r *Distrahi.* etiam per diuisionem. Est enim quædam alienatio per diuisionem & adiudicationem.



BIU Cujas

a *Sine decreto.* vt &.ff.eo.l.j.§.si communis.& est ratio, quia ex necessitate fit.sic &.ff. de condict.furt.l.& ideo.& arg.supra de fun.do.l.j.& facit infra tit.j.l.j.& fi.

*Si minores.*] CASVS. Si minor nomine suo vel patris fisco vel priuato teneatur: an interposito decreto res suas distrahere possit, quæritur? Dicitur quòd sic.

b *Debitis dũtaxat.* determinat debitis, non autẽ ea quę sequuntur.

c *Obnoxii.* ad pecuniam: secus si ad rem certam. tunc enim distinguitur, patris, an suo nomine debeant: vt.ff. eo.l.magis.§. si pupillus.&.§. sed & si pater.

d *Prætore.* id est prætore quem constituit Constantinus.

e *Fide.* quia non inuenitur vnde aliunde commode potuerit debitum solui.nec enim frumentũ, nec alia necessaria debuerunt vẽdi: vt argu. ff. de ver. signi.l. Nepos Proculo.

f QVANDO DECRETO OPVS NON EST.

*Cõtinuatio.* Diximus quando decreto opus sit:modo exponamus casus in quibus nõ est opus iudicis decreto.

*Nisi tabularius &c.* Acq. No.casus vbi non est opus decreto. Primus casus sine supra tit.j.l.penul.Secundus alienatio dũ, si nũ caueatur de dãno infecto.ff.de dam. infec.l.si finita.§. si pupillus. Item in alio quando defunctus permisit: vt infra eo.l.i.§.i.&.ff.e. l.i. §.i.Item in alio: vt infra eo.titu.l.ii. Item si iuratũ, quod plene dixi supra si aduer. ven.authen. sacramenta.Itẽ alius: vt.ff. eo.l.magis.§.sed si pater. Item in alio: vt infra eo. l.fi.Item in alio: vt supra de admini.tuto.l. fina. §. defensionem. Accursius.

*Si probare.*] CASVS. Si mandauit testator vt reddito precio minor tibi prædiũ restituat: decretum non est necessarium.

g *Si probare.* sic supra de pact.inter empt.& vendi.l. ij.

h *Potes.* tu venditor.

i *Conuenisti.* ex vendito, vel præscriptis verbis.

k *Consensisse.* in pacto emptionis.

l *Voluntati.* habitæ in pacto venditionis.

*Illud.*] CASVS. Minor impetrauit à principe vt liceret sibi prędiũ distrahere sine decreto: si distrahat, an valeat alienatio? Dicitur quòd sic: quia priuilegium loco est decreti.

m *Vir clarissimus.* minor.xxv.annis.non enim sufficit generaliter veniam ætatis impetrari: vt supra de his qui ven.æta.impe. l.pe.& fi.quę est contra.sic & hoc casu cessat restitutio: vt supra de his qui ve.æta.impe.l.j.& potest forte dici hoc casu saltem coram iudice inquiri causam vendendi, licet decretum non interponatur: vt supra de his qui ve.æta.im.l.ij.

*Prædium.*] CASVS. In hac.l.dicitur quòd prædium minoris sine decreto alienari non potest, nisi in testamento vel codicil.vt alienetur iubeat testator.

n *Deprehendatur.* testamento vel codicillis: vel nisi parens, vel †*aliàs, consensio.* ille cui minor succes- sit, ad alienandum aliquo modo fuerit obligat°: vt.ff.e.l.j.§.j. &.l. magis.§.si pupill°. Sed quid si mandauit generaliter, vt multi faciũt de rebus suis vendendis, vel tutoribus, vel curatoribus, vel fideicommissariis: nunquid poterunt mittere manum ad quam rem velint? quod puto ex hac l.&.ff.e.l.j.§.j.& fa.supra de his qui ve. æta. impe.l. ij. &.iij. & supra.e.l.j.

° *Et sine. Permittim°.* vt & supra de admini.tu.l.lex.§.fi.&. ff. de mino. l.& si sine. §. quæsitum.

SI QVIS IGNORANS &c.

*Cõtinuatio.* *Quoniam res minoris ab aliquibus distrahuntur tanquam sint eorum propriæ, sine decreto: ideo quid iuris sit si sine decreto ignorans quis rem esse minoris, ab extraneo cõparauerit, ponit.*

*Si ea.*] CASVS. Hęres tutoris rem pupilli distraxit: an eam pup. vindicare possit? Distinguit: aut distraxit vt suam, aut vt pupillarem. Secundo casu, si emptor sciẽs, nulla tẽporis præscriptione tutus est. Primo casu, si emptor erat ignorans, licet dominus nõ fuerit factus statim cũ res tradebatur: tamen si eam post legitimam ætatem minoris præscripserit, vindicanti obstat præscriptio.

p *Hæreditario.* id est iure ciuili.

q *Qui sciens.* rem esse pupilli, & non tenere vẽditionem: & sic duo obstãt emptori vel præscriptori, mala fides, & quòd pupillaris est res. idem si sciat esse pupilli, & credat licere emere ab hærede tutoris: sed tunc impedit iuris error: vt.ff. de vsuc.l. nunquam. in princip. *Præscriptio impeditur p iuris errorẽ.*

r *Finiatur.* vt & supra de nego.gest.l. curatoris. inchoata tamen debet perficere: vt.ff.de hæred.tut.l.j.

s *Effect°.* cũ à nõ domino habeat: vt.ff.de acqrẽ.re.do.l.traditio.

t *Statuti temporis.* x. vel. xx. ann. quod demum eo facto maiore currit:

diuisionis causam prouocante tãtummodo maiore socio, eius alienationem & sine decreto[a] fieri iam pridem obtinuit. Dat. VII. Id. Decemb. CC. Conss.

*Propter debitum fiscale (puta propter datia & collectas) potest alienari res minoris interueniente decreto. Baldus. Vel sic: Etiam propter debita fiscalia non possunt minorum prædia alienari, nisi causa probata, & interueniente decreto. Salycetus.*

XVIII. Impp. CONSTAN.A.& CONSTANT.C. ad Seuerum.

SI minores vel ex patris nomine vel ex suo, debitis dũtaxat[b] fiscalibus vrgẽtibus, vel ex priuatis contractibus reperiãtur obnoxij:[c] decreti interpositio à Constantiniano prætore[d] celebranda est, probatis examinatísque causis: vt patefacta rerum fide,[e] firma venditio perseueret. Dat. XII. Kalẽd. Ianua. Probiano & Iuliano Cõss.

TITVLVS LXXII.

QVANDO DECRETO opus non est.[f]

modo furti actionem extendi: ipsi autem, si furtum fuerit passus, aduersus verum † dominũ furti actionem noxalem recte decerni. ℣ Tunc [a] autem bonæ fidei possessorem [b] furti nomine, quod passus est, noxalem actionem contra dominum habere posse, quando seruus sub domini sui fuerit constitutus possessione: & pro his rebus posse eum aduersus dominum habere actionem, non solum quas seruus subtraxit iam apud eum [c] constitutus, sed & quas † furatus est, quando fugit quidẽ à bonæ fidei possessore, adhuc autem nondũ sub manibus domini sui fuerit cõstitutus. Quã interpretationem prisca quidẽ iura per coniecturam introducebant: nos autem altius & verius ad eam respicientes, generalem regulam sic ab initio esse prolatã accipimus. ℣ Cum igitur bonæ fidei possessor domini cogitatione [d] furem possidet: meritò, donec apud eũ cõstitutus est, & aliis tenetur noxali [e] actione, si extranei furtũ à seruo fuerint passi, & ipse aduersus verum dominũ non habet actionem, secundum regulam dicẽtem: Qui habet aduersus alium furti actionem, ipse ea teneri non potest. ℣ Sin autem desinat in serui retentione, & ille apud verum dominum fuerit inuentus: tunc ipse quidem noxali furti actione minimè potest teneri, aduersus autem verũ dominũ habet ipse furti noxalem actionem [f] pro rebus quas vel tunc furatus est, cũ est apud verum dominũ, vel antea postquam bonę fidei possessoris retentionẽ excesit, necdũ apud verum dominũ factus est. [g] Sic iterũ regulę generali casus euenit cõsentaneus: Qui enim habet tunc furti actionẽ aduersus dominum, ipse aliis teneri furti actione non potest. & sic ex tẽpore omnibus discretis, [h] vetustissima dubitatio nostro fœdere cõquiescat, & bonę fidei possessor in parte certa tẽporis habeat actionẽ, & nõ teneaĩ actione: & ipse domin⁹ in alio tẽpore nõ teneatur actione, & in alio [i] sub actione cõstituaĩ. ℣ De eo autem, qui liber constitutus, ab alio bona fide tenetur, [k] si furtum commiserit: rectè & sine aliqua dubitatione dicitur possе eum, qui liber est cognitus, & ab ipso qui bona fide eum detinet, pro furto conueniri: & bonæ fidei possessorem, si extraneo furtum liber commiserit, non posse conueniri, sed ipsum pro suo furto respondere: [l] quia generalis regula [m] de seruo prolata est: & pro eo qui non seruus, sed liber, & suæ potestatis est, noxalem moueri actionem, impossibile, nostrísque legibus incognitũ est. [n]

Dat. Kalend. Octob. Lampadio & Oreste V V. C C. Coss.

*Prætendentibus interesse ex iusta causa & probabili, competit actio furti: & re commodata subtracta, domino datur electio agendi contra furem, vel commodatarium: quorum vno scienter electo, vel à commodatario domino satisfacto, ei non competit amplius ius variandi. h. d. vsque ad. §. sed cum in secundam. Salyc. Vel sic: Actio furti ei cuius interest, datur: & si res commodata subtrahatur, est in electione domini vtrum agat contra furem, an commodatarium: & vno electo, contra alium non poterit agere, si fuerit sciens, secus si nescius, vel dubitans, nisi sibi à commodatario fuerit satisfactum. h. d. vsque ad. §. sed cum in secundam. Et diuiditur vsque ibi in tres partes principales: quia primo ponit regulam. Secundo mouet quædam dubia, & auget dubitationes ex opinionibus veterum. Tertio terminat ea. Partes patent in litera. Sal.*

XXII. Idem. A. Ioanni. P. P.

MAnifestissimi quidem iuris est, perpetrato furto ei competere furti actionem, cuius interest ne furtum committatur. [o] ℣ Sed quærebatur [p] apud antiquos legum interpretes, si quis cõmodauit alij rem ad se pertinentem, & ipsa subtracta est: an furti actio aduersus furem institui possit ab eo qui rem vtendam suscepit, idoneo [q] scilicet constituto: quia & ipse commodati actione à domino pro ea re conueniri possit? Et hoc quidẽ penè iam fuerat concessum, [r] vt habeat ipse actionem, nisi inopia dinoscatur laborare. tunc enim furti actionem domino competere dicebant. ℣ Sed ea satis increbuit † dubitatio, si tempore quo furtum cõmittebatur, idoneus erat is qui rem commodatam acceperat, postea autem ad inopiam peruenit, antequam moueatur actio quæ ei antea competebat, an debeat actio quæ semel ei acquisita est, firmiter apud eum manere, vel ad dominum reuerti. Tum & hoc quærebatur, an in casu furti actio ambulatoria [s] sit, nécne.

uum meum, & bona fide possideo. at ibi nõ possideo eum: quia bene scio eum esse liberum. Sed quid si bonæ fidei possessor soluerit: nonne repetet ab ipso libero? Respond. sic: quia ipso gestu fecit suum negotium: vt ff. de nego. gest. l. soluendo. & quia sæpe extra id quod agitur, tacita nascitur obligatio: vt &. ff. commo. l. si is qui. & argumen. ff. de peti. hær. l. si quid possessor. in prin. Sed ar. contra. ff. commu. diui. l. in hoc iudicium. §. diuersum.

*Manifestissimi, Comitat. vt isti. de oblig. quæ ex delic. §. furti. &. ff. eod. l. cuius interfuit. & l. is cuius. Est autem hoc sic exaudiendum, vt ei detur actio furti, cuius cui interest ex honesta & probabili causa ratione iuris, id est dominij quod habet in re vel quasi iuris, vt vsus fructus: vt. ff. e. l. creditoris. §. j. aut possessionis, vt in creditore: vt. d. l. creditoris. & ff. eo. l. itaque. §. sed & si res. non ex lucratiua causa, vel ratione custodiæ quam debet præstare ex voluntate domini. Probabilem causam, sed non honestam habet fur: vnde non agit, nisi in casu: vt. ff. e. l. itaque. §. sed furti. & l. qui vas. §. si ego. Econtra honestam habet, non probabilem, cui res ex contractu aliquo debetur: vnde non agit furti: vt. ff. e. l. si is cui. &. l. eum qui emit. in prin. &. l. is cuius interest. in fine. Item non ex lucratiua: ideo dixi, quia pro lucro: vt quia poterat vsucapere, non agitur furti: vt. ff. eo. l. si is cui. §. eius. Item ratione custodiæ propter commodatarium, vel similes: vt infra ea. l. §. tales.*

*Ambulatoria. vt si primo non erat solẽdo, postea factus est*

BIU Cujas

soluendo: vel econtra. & est simile verbum. ff. de fun. do. l. erit. & de adi. leg. l. iiij. Accur.

a *Sed omnem.* hic incipit tertia quæstio.

b *Simplicior.* no. simplicitatem placere legi: vt institu. de fidei-com. hæred. §. sed quia. & de legi. ag. suc. §. sed quia.

c *Voluntate.* hoc regulariter: sed in casu fallit: vt. j. ea. l. §. fi.

d *Ex pœnitentia.* vt. ff. de argu. j. de codi. l. fin. in princ. & sic nota varietatem non admitti. Sed argu. contra. ff. de coll. bo. l. nonnunquam.

e *Quasi.* istud quasi abundat: vel est expressiuum veritatis.

f *Eum.* scilicet commodatarium.

g *Ipsi quidem.* scilicet commodanti.

h *Sciens.* sic. ff. de iniust. testa. l. nihil. §. si cum filius.

i *Accepit.* ex commodato.

k *Domino.* scilicet rei.

l *Ab eo.* commodatario.

m *Tunc etenim omnimodo.* arg. est ad hoc. ff. de iur. & facti igno. l. error. Et not. differentiam inter commodatarium & vsufructuarium, creditorē & fullonem. Nam primo casu datur domino electio, vt hic: etiam in sequentibus duobus agit dominus, & ipsi actio furti datur. vt. ff. c. l. inter omnes. §. si seruus. & l. itaque fullo. §. fi. in vltimo datur fulloni tantum, nisi sit non soluendo: vt. ff. e. l. itaque. in princip. & institu. de obliga. quæ ex delic. §. fulloni. & intellige nō soluendo, etiam si pro parte sit soluēdo: vt. ff. de verb. signi. l. soluendo. Sed quæritur quę sit ratio diuersitatis, quòd aliud statuit in cōmodatario, & aliud in fullone & sarcinatore? Respon. quia contractus qui cum fullone initur, sit gratia vtriusque: vnde fauemus ei magis q̄ cōmodatario: cum quo non initur contractus nisi gratia ipsius tantū, & plus conceditur cōmodanti qui liberalitatem exercuit. Et nota quòd leges videntur circa hanc materiam variare. nam quando plurium interest, videtur quædam leges dicere quòd vni tantùm detur: aliæ quòd pluribus. Et ideo dic quòd quando rei subtractæ plures sunt domini, vel plurium interest ratione dominij, quilibet agit in partem: vt eo. l. fullo. §. frugibus. & l. si quis vxori. §. si sulphuratiæ. quandoque plurium interest ratione custodiæ: & tunc quilibet agit in solidum. Sed si vnus sit consecutus, alter amplius nō agit: vt. ff. commo. l. si vt certo. §. fi. & l. seq. quandoque alter est dominus, & alter habet ius in re: & si quidem ius illud habet similitudinem cum dominio, vtrique competit: vt est cum vnus habet vsumfructum, alter habet proprietatem: vt. ff. e. l. inter omnes. §. si seruus. si autem non habet illud ius similitudinem cum dominio: vt quia est ius pignoris: & tunc quandoque creditori tantum datur, quandoque debitori tantum, quandoq; vtrique. datur tantum creditori, quando culpa eius interuenit in surripiendo: quia est obligatus ad eius restitutionem. Accursius.

n *Suppositum.* id est furtum.* * furem.

o *Cum manifestissimum.* bene dico impediri variationem post satisfactionem: cum manifestum sit quòd quādoque etiam ante satisfactionem impeditur: vt in casu contrario & hic dicit.

p *Incidebant.* scilicet quærentes.

q *Aliquis.* scilicet fur.

r *Pulsatus.* s. fur.

s *Rem furtiuā.* sed qua actione? Respon. condictio. incerti secundum H. vt. ff. de condictio. furti. l. & ideo. §. fi. non condic. fur. quæ soli domino datur: vt. ff. de cō dic. fur. l. j. Sed Azo dicit actione in factū, vel officio iudicis: vt ibi no. in. l. & ideo. & glo. ista quæ dicit dari condictionem incerti, male dicit: quia illud est verum in eo qui habet ius in re: quare dicit referre si domino subtrahatur: quia tunc ei datur condictio furtiua: vt. ff. de condictio. fur. l. j. si subtrahatur ei qui habet ius in re, datur condictio incerti, vt in creditore: vt. ff. de condict. fur. l. & ideo. in fine. si subtrahatur bonæ fidei possessori, datur triticaria. ff. de tritic. l. j. si habenti sciētiam rei alienæ, voluntate tamen domini, vt hic subtrahatur: ad rem recuperandam datur officiū iudicis, vel condict. ex lege: vt. j. de agricol. & censitis. l. si coloni. lib. xj. *ADDITIO.* Hæc glo. teste Bart. hic bene dicit præterquam in fine, vbi vult commodatariū habere condictionem ex. l. si coloni. j. de agrico. & censi. lib. xj. quia hoc falsum est. Nam illa cōdictio cōpetit tantum ei qui possidebat: vt latius in eadem. l. notatur per eundē Barto.

*Commodatarius qua actione vecuperat rē sibi cōmodatam à fure.*

t *Desiderans.* hoc cum dominus ratam habet etenim omnimodo [m] furem à domino quidem furti actione liberari, suppositum [n] autem est se ei qui pro re sibi commodata domino satisfecit: cum manifestissimum [o] sit etiam si ab initio dominus actionem instituit commodati, ignorans rem esse surreptam, postea autem hoc ei cognito aduersus furem transiuit: omnimodo liberari eum qui rem commodatam susceperit, quēcunque causæ exitum aduersus furem dominus habuerit: eadē definitione obtinente, siue in partem, siue in solidum soluendo sit is qui rem commodatam accepit.

*Si commodatarius à fure rem & pœnam exigit, non tenetur domino pœnam reddere: quia suo periculo est expertus. hoc dicit vsque ad. §. cum autem. Bald. concordat Salycetus.*

Sed cum in secundam dubitationem incidebant, [p] quid statuendum sit si quis rem cōmodatam habuerit quam aliquis [q] furto subtraxerit, & lite pulsatus [r] condemnationem passus fuerit, non tantum in rem furtiuam, [s] sed etiam in pœnam furti: & postea dominus rei venerit omnem condemnationem accipere desiderās, [t] vtpote ex suæ rei occasione ortam: [u] alia dubitatio incidit veteribus, vtrúmne rem tantum suam, vel eius æstimationem consequatur, an etiam summam pœnalē. Et licet ab antiquis variatū est, & ab ipso Papiniano in contrarias declinante sententias: tamē nobis hoc decidentibus, Papinianus, licet variauerit, eligendus est, non in prima sed in secunda eius definitione, in qua lucrū statuit minimè ad dominum rei peruenire. [x] vbi enim exactionem, petendo quod est exactum. Sed quid si velit furem conuenire? Respond. potest: vt. ff. proxi. §. sed nunquid tunc fur adficietur duplici damno? *ADDITIO.* Aduertas quòd Dynus in. l. licet. §. fi. ff. nau. cau. sta. tenens contra glo. istam dicit quòd postquam fur exactus est ab vno, non potest iterum conueniri. nec obstat. §. præcedens, quia loquitur ante furem exactum. quod etiam sequitur Barto. hic.

u *Ortam.* scilicet condemnationem. Nota occasione rei meæ quæsitum mihi deberi: vt. ff. de rei vindi. l. solum. §. j. & ff. commo. l. si is qui. §. si quem quæstum. & ff. ad Trebel. l. quia poterat.

x *Peruenire.* idem in conductore: vt. ff. loca. l. is qui. Secus in creditore: vt. ff. de pigno. ac. l. si pignore. Sed quare secus? Respon. quia creditor nullum vsum amittit. nec enim debebat vti, aliàs committeret furtum: vt institu. de obligat. quæ ex delic. §.

placuit. at commodatarius & conductor amittunt vsum, quare habent lucrum. Item & aliud est in creditore, quia creditor non ad tantam diligentiam tenetur, sicut commodatarius tenetur: vt ff. commo. l. si vt certo. §. j. & de regu. iur. l. contractus.

*Cõmodatarius ad maiorẽ diligentiã tenetur quàm creditor.*

a *Collocetur.* vt &. j. de cadu. tol. §. pro secundo. &. ff. de regu. iur. l. secundum naturam. Arg. contra. ff. de procu. l. qui pprio. §. procurator vt in cæteris.

b *Vxorem habere.* vt ff. de fur. l. si quis vxori. in principio.

c *Erubuit.* vt &. ẽ. de iure do. l. j. in fi. &. ẽ. rerum amo. l. ij. sed ibi rẽ viri surripuit.

d *Maritus.* si ipse eligitur. Accursius.

e *Domino dedimus.* vt ẽ. ea. l. §. tales.

*Rerũ amotarum an possit dari cõstante matrimonio.*

f *Sed rerum amotarum.* scilicet soluto matrimonio. sed eodem constante in factum. Et sic non obstat contrarium signatum. ẽ. rerũ amo. l. ij. Vel dic constante matrimonio dari rerũ amo. sed in simplum ad uore matrimonij ad exemplum actionis furi corrupti: vt. ff. de fur. l. fi. &. l. Aquiliæ: vt. ff. ad. l. Aquil. l. si seruus seruum. §. si cum maritus. Vel tertio regulare est quod. ẽ. dicitur, hic autem speciale propter necessitatem: vt. ẽ. proxi. Vel quarto datur actio rerũ amo. id est in factũ nomine re amot. sic expone. ff. de fur. l. si quis vxori. circa princ.

g *Furti actionem.* id est in factum nomine furti.

h *Soluendo.* hic est cõtra. ff. rerum amo. l. antepenul. sed ibi rem viri surripuit extraneo: quare extraneus cõtra eam agit furti: hic econtra surripuit rem extranei viro. Sed quare aliud hic? Rñ. quia hic fuit furtum factum viro: licet extraneus agat: vnde tardius permittitur extraneo agere contra mulierem. ibi autem extraneo fuit factum furtum.

periculum, ibi & lucrum collocetur: [a] ne sit damno tantum deditus qui rem commodatam accepit, sed liceat ei etiam lucrum sperare.

*Si marito res commodata, ab vxore subtrahatur: si vxor à domino eligatur, conuenitur furti. si eligatur maritus, tenetur ei vxor actione in factum propter res amotas, nec potest vxor eligi à domino rei si maritus extiterit soluendo, etiam si hoc adfectauerit maritus. hoc dicit. Et nota singularem casum de isto furto domestico quod fit per vxorem viro de re aliena cuius periculum pertinebat ad maritũ, quòd non agitur furti, nisi in subsidium. Baldus.*

Cum autem in confinio earum dubitationum tertia exorta est quæstio: quare nõ & eam decidimus? Cum enim apertissimi iuris sit, non posse maritum constante matrimonio furti actionem contra suam vxorem habere, [b] quia lex ita atrocem actionem dare in personam ita sibi coniunctam erubuit: [c] eiusmodi incidit veterũ sensibus quæstio. ℣ Quidam etenim re sibi commodata, huiusmodi rei furtum à sua muliere passus est. & dubitabatur, vtrúmne domino rei furti actio contra mulierem præstaretur, an propter necessitatem causæ, & maritus [d] eius, vtpote actioni commodati suppositus, possit habere furti actionem. Et auctores quidem iuris satis & in hac specie contra se iurgium exercuerunt, ex præsenti autem lege, & anterioribus nostris decisionibus quæ in ista positæ sunt cõstitutione, potest & hæc species apertius dirimi. Si enim domino dedimus [e] electionem ad quem voluerit peruenire: siue ad eum qui rem commodatam accepit, siue contra eum qui furtum commisit: & in hac specie maritus quidem propter matrimonij pudorem, non furti, sed rerum amotarum [f] actionem habeat, si ipsum dominus elegerit. Dominus autem omnem licentiam possideat, siue aduersus maritum commodati, siue aduersus mulierem furti actionem [g] extendere: ita tamen, vt si ipse qui rem commodatam accepit, soluendo [h] sit, nullo modo aduersus mulierẽ furti actio extendatur: ne ex huiusmodi occasione inter maritum & vxorem qui non bene secum viuunt, aliqua machinatio oriatur, & forsitan marito volente vxor eius extrahatur, [i] & furti patiatur pœnalem condemnationem. Dat. XV. Kalẽ. Septemb. Lampadio & Oreste VV. CC. Coss.

i *Extrahatur.* ad iudicium. & est sic. ff. de libe. exhi. l. j. in fine.

## TITVLVS III.
## DE OPERIS LIbertorum.

*Quia occasione operarum liberti fugiunt à nobis: ideo subiicit de operis libertorum.*

*Operæ promissæ debent præstari, non earum precium, nisi ex causa necessitatis. hoc dicit. Primo loquitur quando operæ sunt impositæ, an peti possint. vsque ibi, Solet. Secundo an possit peti precium operarum. vsque ibi, Cum & si operæ. Tertio loquitur quãdo operæ non sunt impositæ. vsq; ad finẽ. Bald. Vel sic: Operas tempore manumissionis impositas libertus debet præstare. Sed pro futuris precium non potest exigi, nisi conuentum, vel ob necessitatem alimentorum. Sal.*

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Romano.

SI tempore manumissionis [k] operæ tibi [l] impositæ sunt, [m] scis te eas præstare debere. [n] ℣ Solet autem inter patronos & libertos conuenire, vt pro operis [o] aliquid præstetur: [p] licet precium peti non possit, nisi quãdo proiurandi. & de lib. causa. l. fin. & agitur conuentione certi si certa est opera, ad instar pecuniæ creditæ: vt. ff. eo. l. à duobus. aliàs actione ex stipulatu: vt insti. de verb. ob. in prin. Sed videtur quòd semper sit agendũ ex stipulatu. nã opera est diurnum officiũ: vt. ff. e. l. j. & ita factum quod incertum est quo ad substantiam, & ita peretur actione ex stipulatu. ad quod facit. ff. de verbo. oblig. l. vbi autem non apparet. §. qui id quod in faciendo. nec obst. l. illa à duobus. vbi dicitur quòd petitur opera, sicut pecunia credita: quia illud est verũ quando petitur æstimatio. Sed nonne operarum aliæ certæ, aliæ incertæ? Respond. illud verum quantum ad quantitatem: secus quo ad substantiam: sicut in omni facto leges notãt. prædicta vero sunt in impositione facta p stipulationem. si autem per iusiurandum, tunc actio in factum datur.

n *Debere.* scilicet si non ex necessitate: sed ex liberalitate propria manumisit: vt. j. eo. l. j.

o *Pro operis.* olim impositis.

p *Aliquid præstetur.* puta equus, vel bos, vel alia species: licet precium non possit peti operarum futurarum, scilicet id est cogi ab initio præstari etiam conuentum. quod non placet: vt. j. l. si quam. Vel dic licet precium non possit peti, scilicet sic vt remaneat integrum ius patronatus: vt. j. eo. l. si quam. Vel dic secundo, quo ad primum articulum solet conueniri, vtputa in casibus si libertus vltro obtulit. Item propter inopiam patroni. Item si tale genus est operarũ quod non competat patrono: vt si libertus sit medicus, vel pantomimus, cuius si velit patronus operis vti, semper oportebit eum ægrotare, vel ludos celebrare: vt hic, &. ff. eo. l. patronus. &. l. si libertus. j. his cessantibus non potest peti pecunia, nisi propter inopiam. Vel dic tertio secundum Azo. conueniri pro operis, scilicet præteritis: licet pro futuris non, vt remaneat ius patroni integrum: vt. j. eo. l. si quam. nisi in casu: vt. j. eo. l. nec patronis. Ad omnes autem prædictas expositiones bene adaptatur, nisi quando &c. Sed videtur ℣ etiam inopem eum non tenetur alere: vt. ff. de lib. ag. l. si quis à liberis. §. si quis à liberti. sed hic non dicitur libertum soluentem precium operarum, teneri ad alimenta: sed tantum ad præstationem operarum futurarum. dicitur tamen. ff. eo. l. libertus qui operarum. vbi dicit patronum perdere ius succedendi propter operas futuras. Secundo dicit quòd non reuerentiam.

*DE OPERIS LIBERTORVM.*

*SI tempore.] CASVS.* Si seruum meum manumisero, & ei operas imposuero: an ad præstationem teneatur, quæritur? Respond. quòd sic. sed si operas nolo, sed pecuniam pro operis, inuito liberto: an sim audiendus? Respond. quòd non. si autem conuenit vt aliquid mihi pro operis, puta caponem præstet: ad hoc mihi tenetur. tamen casus est in quo cogi posset vt precium præstaret, si vergã ad inopiam: quia etiamsi non teneretur ad operas, defectis tamen facultatibus meis, tenetur me alere.

k *Si tempore manumissionis.* id est statim post manumisionem. nam ante seruus non obligaretur: vt. ff. eo. l. vt iurisiurandi. & de li. cau. l. fina. Sed puto quòd etiam prius obligetur, si statim tamen postea sequatur manumisio: vt. ff. si cer. pet. a. l. lecta. &. ẽ. de

BIU Cujas

tiam. Tertio dicit diuersum in alimentis. Sed dic diuersum à reuerentia. Vel illud. ff. de lib. ag. verum est cum petiit & exegit, & conuenit eum dare precium: secus si tantum petiit, & non exegit: vt. ff. de iure pat. l. sicut. &. ff. eod. l. libertus qui operarum. Vel aliter hic non dicit q̃ ipse cogatur eum alere, cũ exegit ab eo operarũ preciũ: sed dicit quòd patron' potest eum cogere soluere precium operarum propter inopiam alimentorum.

a *Id.* scilicet precium futurarum operarum.

b *Cogebaris.* sicut ecõtra te alere cogitur: alioquin ius patronatus amitteret: vt. ff. de iure pat. l. diuus. §. fin. Nota etiam ex hac lege quòd necessitas non habet legem in eo quod dicit, nisi quando &c. & facit. ff. de off. procon. l. j. Item nota quòd plus subuenitur pauperi q̃ diuiti: vt &. ff. de episc. & cle. l. si quis ad declinandam. §. penult.

pter inopiam pro alimentis id[a] extra ordinem peti necessitas suaserit: cum etsi operæ non erant impositæ, defectis tamen facultatibus patroni, eum alere cogebaris.[b] PP. III. Kal. Ian. Chilone & Libone Coss.

*Non præstat beneficium qui impendit debitum: & ideo præmium non meretur: & erronea promissio operarum nõ valet. Bal. & Salyc. Vel sic: Ex necessitate manumitteus, in seruitutem non reuocat, nec imponit operas. Iaco. Butri.*

II. Iidem AA. Eutycheti.

MAnumissionis causa traditus,[c] neque in seruitutem[d] reduci à manumissore potest, neque impositas[e] operas præstare cogitur. PP. VI. Kalend. Maij, Antonino. A. II. & Geta. II. Coss.

*Operarum indebita præstatio condicitur. hoc dicit. Vel sic: Ei qui manumittit, acceptis ab extraneo nummis, operæ non debentur. Baldus.*

*Manumissionis.*] CASVS. Seruum tuum mihi tradidisti, vt eum manumitterẽ. manumisi. an eum posim in seruitutem reuocare, quæritur? Respon. quòd non. licet ei operas imposuerim: petere operas non possum ex necessitate manumissionis.

c *Traditus.* vt eum alius manumittat.

d *In seruitutem.* licet sit ingratus: vt. j. de lib. & eo. li. l. j. &. ff. eo. l. si quis hac. in princ.

e *Neque impositas.* scilicet de facto. de iure enim imponi non poterunt, cum non sponte, sed ex necessitate est manumissus: nisi sciens non posse imponi passus est: vt. ff. e. l. Campanus. Item & in alio casu, vt. ff. de bon. li. l. qui ex causa fideicommissi. Item & in alio casu: vt. j. e. l. mater. Item videtur huic legi contra. ff. de do. inter vi. & vxo. l. si eum seruum. §. si pecunia. Solu. ibi loquitur in eo casu cum sciens non posse imponi, passus est: vel cum non manumittit ex necessitate. non enim cogi poterat mulier: nec venire poterat ad libertatem, si ipsa non manumisisset. Vnde si manumisit, gratis manumittere videtur, quare operas imponere potest. Not. etiam ex hac lege regulam quòd ille solus imponit operas, qui ex voluntate manumittit: nisi in casibus, vt modo notaui. Item aliam, quòd ille solus reuocat in seruitutem qui sponte manumittit: vt. j. de lib. & eorum lib. l. j. Sed in contra tabulas seruatur alia regula, quòd quilibet qui gratis vel non gratis manumittit, habet ius succedendi: nisi in casibus, vt quando alienum seruum redimo suis nummis: vel ab extraneo accipio pecuniam pro manumittẽdo: vt. ff. de bo. lib. l. etiam. §. si quis nummos. &. §. sed si hac. Sed forte isti duo casus non excipiuntur in beneficio quod habet patronus ne vocetur in ius sine venia: vt. ff. de in ius vocan. l. adoptiuum. §. fin. &. l. is quoque. &. l. sed si hac lege.[a]

*Vi nummis.*] CASVS. Si tibi decem dedi, vt seruum tuum manumitteres, & pro operis pecuniam exegisti: eam vt indebitam reddere compelleris: siue fuerint operæ impositæ, siue non.

f *Ab extraneo.* à quo etiam inuito libertas potest extorqueri: vt. ff. de manu. l. si quis ab alio. secus si à seruo: vt. j. de obse. l. etiã qui. Vel ab extraneo si pactum factum fuerit cum seruo: vt. ff. de obse. l. Titius puerum. &. j. tit. j. l. j. & argu. j. de lib. eau. l. cum adfirmes.

g *Cogitur.* scilicet si credens se debere soluit. vel tantum condicit, quantum conducturus erat patronus: vt. ff. de condic. inde. l. si non sortem. §. libertus. alioquin donare videtur: vt. ff. e. l. Campanus. Sed videtur contra: vt. ff. de do. inter vi. & vxo. l. si eum. §. si pecunia. vbi accepit precium, & potest imponere operas: & non cogitur manumittere. nam quidam huic legi non superiori eam signant contrariam, & soluunt quòd ibi accepit pecuniam ab ipso seruo, hic ab alio. Sed fortè ibi nihil refert, à seruo, vel ab alio accipiat: nam & ibi in fine loquitur & cum ab alio accepit: sed tamen dabat pro seruo. & sic est bona solutio. Vel ibi nõ dicit operas impositas eodem casu quo accepit pecuniam. sed duo casus sunt. nam vtrique isti & superiori est contraria. Solue ergo & signa contrarium, vt dixi in superiori. l. quia speciale ibi, quia non cogitur manumittere: quia nec erat seruus, nisi cũ manumittit.

III. Iidem AA. Quintiano.

QVi nũmis acceptis ab extraneo,[f] seruum suum manumisit, & pro operis pecuniã ab eo accepit: siue fuerant operæ impositæ, siue non, vt indebitam solutam reddere cogitur.[g] PP. Kalen. Nouemb. Albino & Aemiliano Coss.

*Precium operarum promissum potest peti: tamen exigens perdit ius patronatus: & non tenet promissio facta causa libertatis onerandæ. Bald. Vel sic: Exactio precii futurarum operarum priuat patronum à iure patronatus: & promissio facta causa onerandæ libertatis non valet. Salycetus.*

IIII. Imp. ANTONINVS. A. Valeriano.

SI quam[h] tibi pecuniam à liberto tuo ex venditione[i] operarũ[k] deberi probaueris, restitui tibi à liberto tuo præses iubebit. Ex hoc enim[l] liberam[m] testamenti factionẽ libertus habet:[n] modò[o] si nõ onerandæ

*Si quam.*] CASVS. Si te manumisero, & operas imposuero, & eas tibi vendidero, puta pro centum: an ad precium mihi teneaberis, quæritur? Respon. quòd sic: nisi onerandæ &c. quasi dicat patronus, promittis mihi decem si me offenderis &c. vt. ff. qua. re. ac. nõ da. l. j. §. quæ onerandę. sed tu manumissus liberam habebis testamenti factionem.

h *Si quam.* primus actus est impositio operarum, & in isto perdit contra tabulas, secundum H. sed Azo quòd non. Secũdus actus est operarum exactio. Tertius de precio seu mercede futurarum operarum conuentio. operarum exactio tollit contra tabulas. precij conuentio (sequatur exactio vel non) tollit omnia iura patronatus: nisi sponte libertus offerat, vel nisi inopia sit patroni.

*Ex venditione.* consensu vtriusque partis inita.

k *Operarum.* prius impositarum. Vel dic præteritarũ & futurarũ.

l *Ex hoc enim.* id est ex venditione, vel exactione operarum, vel mercedis non ex sola impositione operarum: vt. ff. de lib. ag. l. si quis à liberis. §. si quis à liberti. Alij vt Hugo de porta Rauennata, ex sola impositione: vt ar. j. de bo. pos. contra tab. liber. l. ij. Argu. contra H. ff. de iure pa. l. sicut. pro vtrisque est. ff. de ope. lib. l. libertus qui operarum. Item pro Azo. quia operas vel mercedem pro operis, siue precium operarum accipere à liberto non est prohibitum: vtpote cum lex ei permittat soluere si velit: vt. ff. eo. l. patronus. in fi. &. ff. qui & à qui. manumiss. l. fi. §. j. sed exigere, id est ab eo inuito operas extorquere, vel obligare inuitum ad mercedem, est prohibitum. Vnde dico quòd ex sola exactione operarum amittit patronus contra tabulas: sed cætera iura patronatus retinet: vt. ff. qui & à qui. l. fin. §. fin. sed si exigat mercedem siue precium operarum, vel obligationẽ mercedis, tunc incidit in legem Aeliam Sentiam. & sic amittit omnia iura patronatus: vt prædicta. l. continetur. Distingue ergo quia aut facit hoc patronus ad postulationem & rogatum liberti, forte quia libertus vult magis mercedem dare quàm operas soluere. Vel petit libertus gratia sui amici à patrono, quatenus locet ei operas suas: & tunc non delinquit patronus. aut exigit patronus mercedem, vel obligationem mercedis extorquendo ab inuito liberto: & tunc si quidem pro præterita opera, id est pro ea quam non præstitit suo tempore, non amittit ius patronatus: quia precium operæ præteritæ accepit. si vero pro futura, si quidem patronus facit ex necessitate, puta alimentorum: non amittit ius patronatus: secus si ex voluntate. & probantur hæc omnia. ff. de ope. liber. l. patronus. per totam. l. &. l. si libertus artem. & de lib. ag. l. si quis à liberis. §. si quis. & hic. &. j. eo. l. nec patronis. &. ẽ. l. j. Si vero quis exigit operas, non desinit esse patronus quantum ad alia, sed quantum ad contra tabulas, sicut &. j. de bo. pos. contra tab. liber. l. ij. &. ff. de iure pa. l. sicut. exhibebit ergo ei reuerentiã, & cætera iura patronatus: aliàs enim non esset differentia, exigat operas, vel mercedem operarum: quod lex voluit: vt. ff. e. l. patronus. &. ff. qui & à qui. l. fi. §. j.

*Operarum precium an liceat exigere.*

m *Liberam.* huius verbi expositio est. j. de bono. poss. contra tabu. liber. l. ij. secundum Azo.

n *Habet.* quantum ad eum qui vendidit, non fratrem: vt. ff. de bo. liber. l. Iulianus ait. secundum M.

o *Modò.* dixit dandam pecuniam ex venditione operarum debitam,

bitam, modo si non onerandæ &c.& sic potest referri hæc determinatio ad id quod primo dixit, non ad proximè dictum. Vel potest determinare & referri ad proximum dictum :id est dicere, habet liberam testamenti factionem ex venditione facta iusto precio, animo petendi sine exactione &c. modo si non &c.

*Libertatis onerandæ causa quomodo fiat cautio.*

Quia tunc non ideo consequitur liberã testamenti factionem libertus, quando iniusto precio: quia lex nõ presumit quòd exigat, nisi exactio fiat: vt.ff.e.l.quæ onerandæ. Quãdo autem onerandę libertatis causa cautio emissa dicet, habes.ff. qua. rerum actio non datur.l. j. §. quæ onerandæ.&.l.fin.§.si seruus.puta si dicat sic patron[a]: promittis mihi xx.si me offenderis. Itẽ bene dicit eum consequi liberam testamenti factionem: quia non est æquum, vt vtrumque scilicet & viuentis operas, & mortui successionẽ consequatur: vt infra de Lati. liber.tol.l. vna.§. illud.

*Mater.*]CASVS. Rogaui in testamẽto meo matrẽ meã, vt Stichum manumitteret post quinquennium. manumisit post annũ ex causa aliqua, & operas imposuit. Dicitur quòd illa impositio operarum tenet, & ante quinquennium finit:& eas petere posset, sed non vltra. sed si non exhibeat reuerentiam, puta de adsurgendo ei, castigabitur.

a *Non potest.* excipitur in filio testatoris rogato per fideicommissum manumittere: vt.ff.de bo.liber.l.quæ ex causa. & bene dicit, non potest: non enim volũtate sua, sed necessitate manumisit. Item licet testator iusserit vt hæredi promitteret operas: tamẽ nõ cogitur promittere: & si promiserit, actio in eum non datur: vt.ff.e.l.cerdonem.sicut nec is cui bona addicta sunt causa conseruandarum libertatum, petere potest ab his qui directo vel per fideicommissum libertatem ab eo acceperunt: vt.ff.eo.l.si quis hac.§.j. Accursius.

b *Nisi eius tantum.* & ad hoc est.ff.de hæred.instit.l.iij.§. qui fideicommissam.in fine.

c *Vindicaturum.* non vt reuocetur in seruitutem, sed vt castigetur: vt supra eo.l.manumissionis.& infra de liber.& eo.lib.l. j. &.ff.de offi.præfec.vr.l.j.§. cum patronatus.habet tamen cõtra tabulas: vt infra de bo.pos.contra tabu.liber.l.j. & facit ad legem istam.ff.de bo.liber.l. etiam.&.ff. eodem.l. Campanus.& ff. de ritu nup. l. proximè.&.ff. de in ius vocan.l. is quoque. Accursius.

*Nec patronis.*]CASVS. Dicit Imperator in hac.l.quòd futuræ operæ precium patronus à liberto extorquere non debet: sed bene liceat accipere, si consentiat libertus: & hoc si certa opera sit imposita. præteritæ autem potest. Libertus autem duos habens filios, siue semel, siue diuersis temporibus, obligatione operarum liberatur.

libertatis gratia emissam esse cautionẽ ꝓbabitur. PP. XIIII. Kal. Maij, Duobus & Aspris Coss.

*Manumittens ex necessitate, operas non imponit :sed manumittens ante tempus, sicut facit gratiam temporis, ita interim imponere potest operas: in seruitutem tamen reuocare nõ potest.h.d. tex.& glo. Bal. Vel sic: Manumittẽs ante tẽpus quo tenetur manumittere, pro tẽpore anticipato potest operas imponere, & non vltra. Salycetus.*

V. Idem A. Terentio.

MAter tua ab eo quem ex causa fideicõmissi manumisit, operas ipositas petere nõ potest: [a] nisi eius tantum [b] temporis, quo eum antè manumisit, quàm dies fideicõmissæ libertatis existeret. sed nisi ei honorem patronis debitũ exhibuerit: adeat competentem iudicem pro modo admissi vindicaturum [c]. PP. III. Idus Maij, Duobus & Aspris Coss.

*Pro operis futuris non licet mercedem accipere, pro præteritis sic. & duo filii ab operarum præstatione liberant. Baldus & Salycetus.*

VI. Imp. ALEXANDER A. Minicio.

NEc patronis pro operis [d] mercedem accipere licet: quãuis si indictę [e] operæ prestitæ nõ sint, ad pecuniæ exactionem [f] obsequij non prestiti estimatio cõuertatur. ℣ Qui autem duos [g] filios in potestate, vel [h] diuersis temporibus habuit: lege Iulia de maritandis ordinibus obligatione operarũ liberatur. Dat. XII. Kalẽd. Iun. Iuliano. II. & Crispino Conss.

*Emptus suis nummis & manumissus, nõ debet operas: nec reuocatur in seruitutem vt ingratus: licet vere sit libertus. Bal. & Sal.*

VII. Idem A. Augustino.

d *Pro operis.* futuris: quod verum est, nisi in casibus: vt.ff.e.l. patronus.&.l.si libertus artem.& dixi supra.e.l.si quam.

e *Si indictæ.* de incertis dicit, quæ non cedunt, nisi indicantur, aliud autem de certis: vt.ff.eodem.l.si quis hac.§.j.&.l.quotiens.

f *Exactionem.* Nota.ar. quòd qui tenetur ad factum, potest se liberare prestando pecuniam pro estimatione: nec præcise compellendus est ad factum: vt est ar.ff.de re iudi.l.si quis ab alio.§. fin.& dic vt ibi.

g *Qui autem duos.* vel vnum quinquẽnalem. excipitur autẽ ille qui artem ludicram exercuit:& qui operas locauit suas vt pugnet cum bestiis: vt.ff. e.l. qui libertinos. Itẽ soluitur obligatio operarum ratione infirmitatis liberti, vel dignitatis ei superuenientis: vt.ff.eo.l.libert[s] qui post. &.l.nec audictus.&.l. interdum. Item ratione ætatis.l. annorum: vt.ff.e.l.liberta maior. Item propter præsumptam voluntatem patroni. quod habes infra eo.l. libertæ.&.ff. eo.l. liberta si in concubinatu. Item ratione vitandæ sinistrę suspicionis: vt infra eo. l.quod ex liberta.§. is autem.

h *Vel.* expone pertiã.

*Si tuis.*]CASVS. Si seruum tuum pecunia sua redemero,& ei manumisero: an ei operas imponere possim, vel vt ingratum in seruitutem reuocare? Respon. quòd nõ quo ad alia: tamen habeo iura patronatus. Viuianus.

i *Si tuis nummis.* quod improprie dicitur: vt ff. de manumiss.l.iiij.

k *Non oportet.* quo ad alia iura patronatus.& cõcor.ff.de in ius voc. l.sed si hac lege. Sed cõtra. j.de Lati.liber.tol. l.vna.§. illud. Sol. ibi accepit ab extraneo, hic à seruo: vt.j.ti.j.l.j.

SI tuis nũmis [i] empt[s] es ab eo à quo manumissus es: nec operas ei debes, nec puniri ab eo vt ingratus potes: patronũ tamẽ tuum esse eum negari nõ oportet [k] †Dat. III. Id. Septẽbr. Iuliano. II. & Crispino Conss.

*Vxor non debet operas marito: sed eo inuito non potest diuertere. Baldus. Vel sic: Liberta vxor patroni facta non tenetur ad operas. Salycetus.*

VIII. Idem A. Lictorio.

LIbertæ tuæ, ducendo eam vxorem, [l] dignitatem auxisti: [m] & ideo nõ est cogẽda operas tibi præstare, cum possis legis beneficio contentus esse, ꝙ inuito te alij non possit [n] iuste nubere. Dat. X. Kalend. Mart. Fusco & Dextro Conss.

*Lex ista legitur duobus modis. secundum primam lec.h.d. Qui honoratur commodo non pecuniario, non potest onere fideicommissi grauari. Legitur secundo modo sic: Tempus adiectum libertati, videtur repetitum ad limitandum præstationem in conditione libertatis adiectam. Vel sic: Tempus appositum principali depositi, intelligitur repetitum in qualibet eius cohærentia vel appendice. Baldus. Vel sic: Tẽpus adiectũ libertatis præstationi, intelligitur onus seruo impositum limitare. Salycetus.*

IX. Idem A. Herculiano.

TItius si cum testamentum faceret, seruo suo Caio libertatem cum conditione hac dedit, *Caium seruum meum à die mortis meæ annis tribus peractis manumitti volo: ita tamen, vt præstet hæredibus meis, sicut me viuo præstabat.* & cũ idem seruus testatori diurnum quiddam præstaret, & post mortem eius vsque ad diem præstãdæ libertatis etiã hæredib[s] prestiterit: manifestũ est, quòd adeptus libertatẽ, ad eandem præstationem

i *Si tuis nummis.* quod improprie dicitur: vt ff. de manumiss.l.iiij.

k *Non oportet.* quo ad alia iura patronatus.& cõcor.ff.de in ius voc. l.sed si hac lege. Sed cõtra. j.de Lati.liber.tol. l.vna.§. illud. Sol. ibi accepit ab extraneo, hic à seruo: vt.j.ti.j.l.j.

*Libertæ.*]CASVS. Si libertam tuam in vxorem duxeris, tibi præstare operas cogenda non est, etiam diuortio facto, cum alij inuito te nubere non possit: & hoc contentus esse debes.

l *Vxorem.* idem si habuit eam concubinam: vt.ff. e.l. liberta si in concubinatu.

m *Auxisti.* vt & ar. infra de cap.& postlimi. reuer. l. si is qui te.& improprie ponitur hic dignitatem.

n *Non possit.* vt.ff.de rit.nup.l.in eo iure.& de repud.l. patrono.&.l.fina. Sed nunquid idem erit post diuortium? Respondetur, idem: licet sit argu. contra.ff.eodem.l.plane. Sed ibi in alio casu dicit, scilicet quando concessit alij nubere. Item quod dicit hic, non est cogenda præstare, verum est ex obligatione qua tenebatur vt liberta: sed tenetur præstare operas vt vxori viro, sicut aliàs habetur vxorem in viri seruitio debere esse: vt.ff. de donatio. inter vi.& vxo.l. sed si vir ex lana.& ff. eodem.l. sicut patronus.

*Titius.*]CASVS. Decessit paterfamilias: & seruo suo in testamento reliquit libertatem post lapsum triennij sub hac conditione, vt quod sibi in vita præstiterit, puta diurnum obsequium,

BIU Cujas

obsequium, hæredibus præstaret. mortuo testatore præstitit vsque ad diem præstitæ libertatis, & eam assecutus est: an vlterius ad illud teneatur, quæritur? Respondetur quòd non: quia nil pecuniarum ipsi fuerat relictum.

a *Compelli.* duabus rationibus, scilicet quia iste manumisit ex necessitate: vt supra.e. l.ij.& quia liber homo nó tenetur ad operas, nec etiam libertus, ex quo non sunt impositæ: vt.ff.de libera.causa.l.fin.Odofre.

b *Non possit.* quia nó potest ab eo relinqui fideicómissum, cui nó est relicta pecunia: vt ff.de lega.j.l. plane. ij. §.fina.&.l. videndum. Vel est hoc ex vi repetitionis: quia cum iusserit eum seruire vsque ad triennium, idem & in præstatione dixisse videtur: vt arg.ff.de cód. instit.l.cum seruus. &.ff.de condit. & demóst.l.auia.& facit.ff. de manu.l.causam.§.fi.

*Liberti.* ]*CASVS.* Si seruum meú manumisero, & operas imposuero, & decessero: extraneo hæredi ad præstationem operarú nó tenebitur, neque liberta marito patronę suę.

c *Neque extraneis.* sed filiis sic: vt infra.l. pe. & infra de obse.l. etiã. filiis dico etiam exhæredatis, non tamé mala mente: vt.ff. de bo. lib.l. si patronus.ij.§. si quis non.

d *Debent.* primo dicto est cótra. supra de in ius voc.l.ij. secundo est contra.in eo.titu.l.j.Solu.primi contrarij.hic loquitur de obsequialib^v, quę sunt in faciendo, ibi de obsequialibus quæ sunt in non faciendo: vt argu.ff.eo.l. fabriles. secundum contrarium solue vt ibi. Sed videtur quòd etiam illa quæ est in non faciendo, non transeat ad hæredem extraneum. nam datur in eum de dolo actio: vt.ff. de dolo.l.hæredibus. Sed respon. ibi de calculo nó de infamia agitur: vt.j.eo.ti.l.Sabinus. Posset etiã secundo intelligi quòd hæc lex dicit in operis incertis: vt.ff.eo.l.si operarú iudicio. Distinctionem autem de operis dic vt dixi.ff.de condic.inde.l.si non sortem.§. libertus.

*Quod ex liberta.* ]*CASVS.* Si libertæ tuæ nubendi præstitisti assensum, ad operas tibi non tenebitur propter turpem suspicionem vitandam: tamen ius patronatus retines: puta quod consistit in assurgendo & in succedendo. Viuianus.

e *Ingenuum est.* vt insti.de inge.in prin.

f *Liberta.* secus in liberto accipiente vxorem: quia ibi non est suspicio, si ipse operas præstet: vt.ff. eo.l. si quis hac.§. etiam. Item secus si est patrona fœmina: quia & ei possunt præstari operæ, & filiæ & nepti patroni, cum nec ibi sit suspicio: vt.ff. eo.l.sicut patronus.§. fi.

g *Operas.* futuri nó præteriti tẽporis: vt.ff.eo.l.si libert^s ita.§. fi.

h *Non possit.* causa turpis vitandæ suspicionis: quæ quia quandoque cessat, cessat & lex: vt modo dixi.& facit huic.l.j.de Lati. liber.tol.authé.ad hęc.&.ff.eo.l.sicut patronus.in prin.&.ś. eo. l.libertę. Sed cótra.j.titu.iij.l.ij.Solu.vt ibi. Ité habét locũ hæc durante matrimonio: secus si finitum sit: vt.ff.eo.l.plane. Accur.

*Qui manumittuntur.* ]*CASVS.* Serui tui manumissi vbi morari voluerint, possunt: ita tamen, vt operas præstare tibi

cõpelli[a] nõ possit. [b] D. VII. Id. Augu. Fusco & Dextro Cõss.

*Operæ personam principaliter concernẽtes, ad hæredem non transmittuntur extraneum: nec marito debẽtur ex persona vxoris. Baldus. concor. Salycetus.*

X. Imp. ALEXANDER A. Cæcilio.

LIberti[f] libertęq; defuncto-rũ, operas neq; extraneis[c] hęredib^s patronorũ, neq; maritis patronarũ debent. [d] PP. Kal. Nouemb. Alexandro. A. Cons.

*Filii libertorum sunt ingenui. Et potentius est matrimonium, quàm ius patronatus. Bal. Vel sic: Natus ex liberta, est ingenuus: & consentiẽs ei vt nubat, operas nõ exigit: iura tamen patronatus retinet. Saly.*

XI. Imp. GORDIANVS A. Africano.

QVod ex liberta muliere natscitur, ingenuú est. [e] Is autem qui libertę [f] suę nubendi commodauit adsensum: quamuis operas [g] ab ea exigere nõ possit, [h] iura tamẽ patronatus nõ amittit. PP. III. No. Augusto. Pio & Pontiano Conss.

*Liberti possunt morari vbi volunt. & est arg. quòd postquam monachus est licentiatus vt transeat ad aliam religionem, nõ pertinet deinceps ad abbatem primi monasterii inquirere vbi moretur, nec eum ad monasterium reuocare: manumissus enim est. Bal. Vel sic: Libertus potest morari vbique, dum tamen operas præstet quas debet: nec per filios patroni potest in seruitutem reuocari, nisi probetur ingratus. Salycetus.*

XII. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIANVS AA. Veneriæ.

QVi manumittuntur, liberũ vbi voluerint cõmorandi arbitriũ [i] habẽt: nec à patronorũ filiis, quibus solã reuerentiam [k] debẽt, ad seruiẽdi necessitatem redigi possunt, nisi ingrati probentur: [l] cum neque cum patrono habitare libertos iura compellant. [m] S. IX. Kalẽdas Iun. ipsis. AA. & Conss.

*Qui alienum libertum occultat, tenetur loco ipsius ad operarum præstationem. Baldus. concor. Salycetus.*

XIII. Imppp. VALENS, VALENTINIA. & GRATIA. AAA. ad Probum præfectum prætorio.

IN redhibitione [n] operarum maneat pœna [o] in eum qui libertum alienum recipiẽdũ esse duxerit. Dat. III. Id. Iul. Gratiano. A. II. & Probo Conss.

TITVLVS IIII.

DE BONIS LIBERTORum, & iure patronatus.

*Datio pecuniæ, & pactum de manumittendo cum futuro domino, impedit contra tabulas: secus si cum præsenti. Ité fiscus succedit in iure patronatus. Bald. Vel sic: Pactum cum domino præsenti de libertate præstanda nõ arctat, etiam si dominus pecuniam recipiat. cum domino vero futuro secus: & iura libertorum transeunt in fiscum bonis patroni confiscatis. Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS A A. Secũdę.

MVltum interest, vtrum quis suis nũmis [p] emptus ac manumissus sit ab emptore, an à domino [q] suo data pecunia mereatur libertatẽ. Priore enim casu ad bona eius contra tabulas admitti patronum nõ placet, posteriore vero omnia iura patronatus retinet. [r]

a Arbitrium. ita tamen morari debent, vt operas possint exhibere patronis: vt.ff.eodem.l.quod nisi.§. ex prouincia.&.l. hæ demum.in fi. quæ sunt contra. Accursius.

k *Reuerentiam.* Quid si operas? Respon. idẽt licet si velint recedere, possint agere ad cautionem: vt.ff. de iudi. l.in omnibus.& arg.ff. de condic.cau. da.l. si pecuniã.§. item si quis. ibi plene dicitur.

l *Probentur.* tunc sic, vt hic, & infra de lib. & eo.li.l.iij.

m *Compellãt.* nisi manumisiffet eos hac cõditione: vt argu.ff. de condi.& demon.l. Titio centum.§. Titio.ij. in fi.&.ff.de ali.lega.l. libertis.ij. in fi.

*In redhibitione.* ]*CASVS.* Si libertũ meũ qui ad operas mihi tenebatur, occultaſti: eas operas ad quas prestãdas mihi obligatus est, reddere compelleris.

n *In redhibitione.* id est redditione.

o *Pœna.* quia pro eis tenetur tantũ pro quib^s occultat^s erat obligatus. aliud in liberto ciuitatis: vt supra de ser. fugiti. l. mancipia. §. libertis. addunt tamé hic quidam, & omnis damni cum pœna quadrupli præter redditionem operarum: vt arg. infra de colonis Illy. l.j.§.j. lib.xj. Sed ibi in seruo, hic in liberto. vnde contra in eadem lege in fine. Sed de his omnibus dic vt diximus supra de seruis fugi. l. quicunq;. Accur.

*DE BONIS LIBERTORUM, & iure patronatus.*

*De bonis &c. Non solum operas, sed & successionem & multa alia* Cõtinuatio. *iura vindicamus in libertos: ideo de bonis libertorum & iure patronatus ponit &c.*

*MVltum.* Ista lex diuiditur in duas partes. Nam primo ponit quoddam dictum cum distinctione. secundo infert ex secundo membro distinctionis. secunda ibi. Et ideo. Bald. *CASVS.* Si seruum meum sua pecunia redemeris, & manumiseris: an tibi ius succedendi in bonis liberti ex testamento vel ab intestato per contra tabu. competat, quæritur? Respon. quòd non. Si autem pecuniam mihi dedit, & eum manumisero: succedam. si ergo ob crimen aliquod condemnatus fuero, & mihi fiscus succedit: an in iura liberti succedere debeat, quæritur? Dicitur quòd sic. Diuisio.

p *Nummis.* quod improprie dicitur: vt.ff. de manu.l.iiij. in prin.

q *A domino.* hic coniunge, libertatem mereatur: & dic data pecunia scilicet à seruo ipso: vt infra ti.ij.l.etiam.j. secus si ab extraneo dominus pecuniam accepit: quia si tunc paciscitur cum seruo tantum, est idem quod in superiori casu quando accepit à seruo. & sic intellige. ff. de obseq.l. Titius puerum. si cum extraneo: nec imponit operas, nec succedit: vt supra ti.j.l. qui nũmis. & infra de Lati. liber. tol. l. j. § illud. quæ sunt contra. *Manumit tere coacti, operas ipsi nere nõ potest.*

r *Retinet.* Opponitur, iste compellitur manumittere: vt infra de libe.cau.l.cum affirmes.&.ff.si li.inge.esse di.l.ij. in prin.&.ff. de acqui.hære.l.si seruum.§. si quis. ergo operas imponere non potest: vt supra ti.j.l.ij. ergo non retinet omnia iura patronatus

tus, quod hic dicitur? Respon. In prima dicit, hortabitur. In secunda, sponte recepit. & est fauor præteritæ libertatis. In tertia, non præsenti, sed futuro domino dabat. Vel succurritur nō vt sit liber, sed vt non sit necessarius hæres. sic ergo dices eum non compelli: vt supra de transact. interpositas. Alij dicunt eum cogi. & quod hic dicit omnia, restringunt ad id de quo dicit hic scilicet de successione tam per contra tabulas, quàm ab intestato: vt. ff. eodem. l. qui ex causa. & infra de bo. pos. contra tab. liber. l. j. Accursius.

a *Et ideo*. concludit ad secūdū casum: ideo sic construe, ideo cum bona filij Sabiniani patroni, id est qui erat patron⁹ (qui scilicet Sabinianus plenū ius habuit) bona dico sint vindicata fisco, vt hostis publici scilicet filij secundū ea quæ &c.

b *Filii*. s. Sabiniani, filij dicti patroni.

c *Plenū ius*. post mortē patris si eos habeat ex successione patris. Vel dic quòd suo iure habebat: & semper referas te ad secundum casum quando accepta pecunia à seruo manumisit.

d *Hostis*. & sic crimine læsæ maiestatis. Et dic hic bona venire ad fiscum: & sic est cōtra. ff. ad legem Iul. maie. l. eorum. vbi dicit venire ad filios. Sol. hic non habebat filios liberos, secundum R. sed hoc non valet: quia etiam si habeat filios, non transeunt ad eos hæc iura: vt. ff. de interdic. & relega. l. iij. Dic ergo quòd si ideo hoc crimine damnatur, ꝙ aliquid in principem commisit: tunc non trāseunt ad filios: vt hic, &. d. l. de interdic. & relega. l. iij. aut in alio capitulo eiusdem. l. quæ multa sunt: vt. ff. ad legem Iul. maie. l. j. ij. &. iij. & tunc veniunt ad filios, vt in. l. contraria. Si autem opponatur ex eo quod est. ff. de iure patro. l. iura. vbi indistincte videntur dari filiis: dic quòd ibi specialiter fuit cuidam concessum loco priuilegij. Vel dic quòd in aliis capitulis fuit ibi damnatus, non quòd commiserit in principem. Vel solue tertio dictam. l. eorum. quòd quædam iura reseruātur extraneis hæredibus: vt supra de in ius vocan. l. ij. & hęc ad fiscum possunt transire: vt hic. iura vero succedendi reseruātur liberis: vt infra de Lati. liber. tol. l. j. §. sed & si sub conditione. & in. l. contraria. sed media solutio verior est.

*Si liberti.*] C. A. S. V. S. Si te cōsentiēte libertus tuus ancillę principis se cōiunxit: in eo commodū patronatus amittis. Viuia.

e *Conniuentibus*. id est consentientibus. & facit supra de ser. fugi. l. fi. & infra de Lati. liber. tol. authen. ad hæc. & supra ti. j. l. quod ex liberta. §. j. Accursius.

f *Nostris*. id est imperatoris.

g *Illi*. patroni.

*Si quis.*] C. A. S. V. S. Seruum tuum inter viuos, vel vltima voluntate manumisisti: & ei dixisti, remitto tibi iura patronatus. quæritur, quid consecutus fuerit ista remissione? Respon. quòd tantum fere consequitur quantum consequeretur per restitutionem natalium. &, fere, dicit: quia si esset restitutus natalibus, reuerentiam tibi non deberet: nec in seruitutem reuocari posset propter ingratitudinem. sed secus est in tali remissione: quia potest reuocari. & hoc ita, saluis tamen vt olim natalium restitutione & aliis casibus, quibus iura patronatus amittuntur.

h *In posterum*. id est post legem hanc.

i *Actitantur*. id est dantur.

EX his verbis, Fortunato liberto[y] meo do lego,[z] vindicat habere non posse: vt. ff. de vulga. substi. l. centurio. sed certe ibi erat mater in medio: contra quam eius fauore non valet iure directo. & ita erat in nostro casu. secundum hoc nullum est priuilegiū, quando mater est in medio. Item satis habet lex, quòd vsque ad pubertatem valuit iure directo. Item quæro, intra quantum tempus valet hæc substitutio fratri facta? *ADDITIO.* Pro solutione istius quæstionis dicas cum Bar. hic distinguendo: aut non constat quòd miles voluerit substituere post aditam hæreditatē: & finitur adita hæreditate: vt hac. l. aut constat ꝙ substituere voluit post aditā hæreditatē: & tunc aut voluit substituere limitate vsq; ad tempora pubertatis: & in filio pupillo valeret iure pupillari, & in extraneo valeret iure compendiosæ: secundum tamen distinctionem inferiorem: vt. l. centurio. ff. de vulga. & pupil. substi. Si vero voluerit substituere simpliciter, & indeterminate quādocunque decesserit: tunc si mater non est in medio, semper valeret iure directo: vt dicta. l. centurio. si vero mater est in medio: tunc aut testator est vsus verbis directis, & valet iure directo: vt dicta. l. centurio. si vero est vsus verbis communibus: tunc valet iure fideicōmissi post temppra pubertatis fauore matris: vt. l. precibus. &. j. de impub. & aliis substi. quam distinctionem tene memoria.

*EX his.*] *CASVS.* Si priuatus volens aliquid relinquere seruo, vocet eum libertum, dicens, liberto meo tali, cum esset seruus, talem rem lego: an propter hoc sit liber, queritur? Rn. ꝙ sic. quòd non: nec etiam legatum petere potest. In milite distinguitur: aut sciuit eum seruum, & animo donandi libertatem eum vocauerit libertum: quo casu directe erit liber: nam si ignorauit, non erit liber. Viuianus.

t *Tibi.* i. à te fratre.

u *Senserit.* s. quòd expresse voluit te admitti ex substitutione tacita pupillari. nam etiam in testamento militis taciti ta substitutio cōtra ma trem non admittitur: vt. j. de impub. & aliis substi. l. precib⁹. expressa se autem vult per hæc verba, si Lucius decesserit, Sēpronius hæres esto: vt. ff. eo. titu. l. milites ita. §. j. & in prin. & l. in fraudē. §. penul. Itē si tacite, vt vos inuicē substituo. si modò hoc probetur voluisse per aliqua extrinseca: vt in hac. l. quæ quodāmodo sunt expressa: vt. ff. de vulg. substi. l. Lucius. Sed in quo erit priuilegium militis, cum volūtatis relinquatur quæstio, cū & priuatus hoc faciat: vt. ff. e. l. iam hoc iurē. in fi. &. ff. ad Trebel. l. Scæuola? Rn. hic aliquæ præsumptiones erant contra eum. Alii dicūt ꝙ probat eo ipso quòd contrarium non probatur. Sed tu dicas cum hoc nō probatur, nullū habet miles priuilegiū, sed hoc probato habet: quia est directa substitutio, nisi mater esset in medio. sedū fuisset priuatus testator, hoc probato quòd hoc sensit, esset fideicō

x *Senserit.* s. quòd expresse voluit te admitti ex substitutione tacita pupillari. nam etiam in testamento militis taciti ta substitutio cōtra ma trem non admittitur: vt. j. de impub. & aliis substi. l. precib⁹. expressa se autem vult per hæc verba, si Lucius decesserit, Sēpronius hæres esto: vt. ff. eo. titu. l. milites ita. §. j. & in prin. & l. in fraudē. §. penul. Itē si tacite, vt vos inuicē substituo. si modò hoc probetur voluisse per aliqua extrinseca: vt in hac. l. quæ quodāmodo sunt expressa: vt. ff. de vulg. substi. l. Lucius. Sed in quo erit priuilegium militis, cum volūtatis relinquatur quæstio, cū & priuatus hoc faciat: vt. ff. e. l. iam hoc iurē. in fi. &. ff. ad Trebel. l. Scæuola? Rn. hic aliquæ præsumptiones erant contra eum. Alii dicūt ꝙ probat eo ipso quòd contrarium non probatur. Sed tu dicas cum hoc nō probatur, nullū habet miles priuilegiū, sed hoc probato habet: quia est directa substitutio, nisi mater esset in medio. sedū fuisset priuatus testator, hoc probato quòd hoc sensit, esset fideicō

y *Liberto.* qui seruus erat.

z *Lego.* scilicet decem.

*Non potest.*

BIU Cujas

a *Non potes.* nec legatum: vt. j. de leg. l. seruis. & de necess. ser. hære. instit. l. ij. Et sic nota quòd huiusmodi enunciatio non valet. Sed argu. contra. ff. de act. l. tale. in princ. Item videtur quòd licet legatum non valet, quòd tamen valeat libertas: vt. ff. de manumiss. testa. l. diuus. licet ibi fuit substitutus cũ libertate: vnde licet deferat conditio substitutionis, non tamen debet deficere libertas.

b *Non errore.* quia credebat eum esse seruum, & ob hoc vocauit eum libertum, quia volebat eum esse liberum: vt. ſ. de iur. & fac. ign. l. cum testamentum.

c *Habuerit.* quod præsumitur: vt. ff. eo. l. Lucius. ſ. j. & in authen. vt li. decę. ſ. ſi quis autem. col. vj. & in auth. vt lic. ma. & auiæ. ſ. j. col. viij.

*Certi iuris.*] CASVS. Dicit Imperator in hac. l. quòd miles instituere potest hæredem vsque ad decennium: vt extunc ad aliũ deferatur hæreditas: secus in priuato, & in eo quinó est miles. Viuia.

d *Posse.* ff. e. l. ſi in fraudem. ſ. miles. & l. quærebatur. & l. miles ita. in princ. & ſ. j. secus in priuato: vt. ff. de hære. instit. l. hæreditas.

*Sicut.*] CASVS. Miles sciens se filium habere, si extraneos instituit, eum exhęredare intelligitur. Si autę credens se nó habere, extraneos instituit, & habuerit filiũ, hæres erit: quasi ipso iure testamẽtum non valeat. & hoc si sit in potestate. Sed quid erit si sit emancipat? Resp. idé propter priuilegiũ militis. Viu.

e *Intelligi.* vt instit. de exhære. lib. ſ. sed si in expeditione. & ff. de bo. lib. l. ſi patronus testamento. in princ. & l. Paulus. ij. ſ. fina.

f *Minime.* scilicet ipso iure: vt. ff. eo. l. militis. ſ. miles in supremis. & argu. ff. de lib. & posthu. l. Titius. in prin. & sic idem iuris est in milite & in priuato quando ignorãt: sed quãdo sciunt, diuersum: quia miles videtur exhæredasse: sed à priuato factum, nó valet ipso iure: vt insti. de exhęre. lib. in prin.

g *Si sit.* scilicet filius. quid autem in emancipato? Respond. valet: sed rumpitur per contra tabulas: vt. j. de libe. præte. l. fina. ſ. sancimus.

h *Venire.* ab intestato: non autem per querelam, cum ipso iure sit nullum testamentum: nisi in casu quãdo voluit quemlibet nasciturum esse exhæredatum: vt. ff. eodem titu. l. qui iure.

*Si cum.*] CASVS. Si miles habens vxorem prægnantem, hoc ignorans, filiam quæ erat in vtero præterierit, nó exhæredasse eam intelligitur. si sciens se filiam habere, appellãdo eam filiam in testamento, ei reliquit legatum, nec eam instituit: exhæredasse videtur. Viuianus.

i *Mentionem.* & sic præteriuit: vt instit. de hære. quæ ab intest. ſ. eadem.

k *Infligit.* vt. ſ. l. proxi.

l *Legatum.* præsumitur enim quòd sciuerit se filiam habere: vt instit. de exhære. lib. ſ. sed fœminini.

m *Exhæredauit.* in testamẽto fictione. secus est in priuato: quia

Codex.

dicare tibi libertatem non potes,[a] si pagani testamentũ proponatur. ℣ Atenim cum testatorem militem fuisse proponas: si non errore[b] ductus libertum te crediderit, sed dãdæ libertatis animum habuerit: [c] libertatem equidem directam competere tibi, sed & legati vindicationem habere te, prærogatiua militaris priuilegij prędstat. Dat. XII. Kalen. Ianua. Alexandro A. II. & Marcello Conss.

*Miles potest decedere pro parte temporis testati, & pro parte tẽporis intestati. Sal.*

VIII. Imp. GORDIANVS. A. Aeterno militi.

CErti iuris est, militem ad tempus etiam hæredẽ instituere posse.[d] PP. III. Kalen. Octob. Pio & Pontiano Cõss.

*Præteritio militis facta de filio quem scit se habere, pro exhæredatione habetur fauore militis, & validitate sui testamenti. secus si filium se habere ignorat: quia tunc testamentum erit nullum, sicut testamentum pagani. præsumitur autẽ sciuisse eo ipso quòd filium nominãs ei legauerit. hoc dicit cum l. seq. Alexand.*

IX. Idem A. Valerio.

SIcut certi iuris est, militem qui scit se filium habere, alióque scripsit hæredes, tacitè cum exhæredare intelligi: [e] ita si ignorans se filiũ habere, alios scribat hæredes, non obesse filio ademptam hæreditatem: sed minimè [f] valente testamẽto, si sit[g] in potestate, eum ad successionem venire, [h] in dubiis non habetur. PP. V. Noñ. Octobr. Pio & Pontiano Conss.

*Posthumus vel iam natus à milite ignorante præteritus, ab intestato ei succedit: eo*

A si ei in testamento reliquit legatum, non videtur eam exhæredasse. vnde illud imputatur in quartam, & agitur ad supplementum si quid deest: vt. ſ. de inoffic. testa. l. omnimodo. & l. scimus. Item hodie est contra, nisi dicas militis priuilegium. nam semper inserenda est causa ingratitudinis secundum Azo. vt in authen. non licet. j. de libe. præte.

*Scienter habetur pro exhæredato: & scientia eius prębatur, si de eo fecit mentionem in testamento. Salycet. concor. Bald.*

X. Imp. PHILIPPVS A. & PHILIPPVS C. Iustino militi.

SI cum vel in vtero haberetur filia insscio patre milite, ab eo præterita sit: vel cum in rebus humanis eam non esse falso rumore perlato pater putauit, nullam eius in testamẽto fecit mentionem: [i] silentium huiusmodi, exhæredationis notã nequaquam infligit.[k] ℣ Is autẽ miles qui testamento filiã suam appellauit, eiq; legatum[l] dedit: non instituẽdo eam hęredẽ, exhæredauit.[m] PP. XII. Kal. Iuñ. Præsente & Albino Conss.

B

*Captatoria institutio non valet etiam in militis testamento. Bald. & Salyc.*

XI. Iidem A. & C. Aemiliano militi.

CAptatorias[n] †institutiones etiam in militis testamento nullius esse momenti, manifestum est.[o] PP. VII. Kal. Iul. Præsente & Albino Conss.

C

*In testamento militis cessat Falcidia: & hæres facto inuentario, vltra vires hæreditarias non tenetur. hoc dicit. Salyc. Vel sic: Legata & fideicommissa à milite relicta non defalcantur, si vires patrimonii non excedunt: sed si excedunt, deminuuntur quatenus excedunt. Alexand.*

XII. Iidem A. & C. Domitiæ.

2IN testamento[p] militis legem Falcidiam, & in legatis[q] & fideicommissis[r] cessare, exploratis iuris est. ℣ Sanè[s] si quid vltra vires patrimonij postulatur: competenti defensione tueri te potes.[t] PP. VI. Noñ. Iul. Præsente & Albino Conss.

*Captatorias.*] CASVS. Non solum in testamento alicuius priuati inualida est captiosa institutio: sed nec in militis quæ in arbitrium alterius confertur, sic: Instituo hæredem, si Titio placuerit. Viuianus.

n *Captatorias.* Captatoria dicitur institutio cuius conditio confertur ad secretum alienæ voluntatis: puta instituo te, si Titius voluerit: *Institutio quãdo dicatur captatoria.*

o *Hæc non est captatoria: ideóque ea valere vi detur. c. cum tibi. ext. de testamentis. l. fideicõmissaria. de fideicõ. libertata. Contius.*

† *Quæ sit captatoria institutio. Contius.*

p *In testamento.* s. iure militari facto. secus si iure cõmuni: vt. j. c. l. pe. Item secus in veterano: vt & ff. ad leg. Fal. l. ad veterani.

q *In legatis.* vt. j. ad legẽ Falci. l. in testamento. ff. ad legem Falc. l. ſi post. & l. ſi miles. & l. fina. & ff. eo. l. ſi certarum. in fine.

r *Et fideicommissis.* generalibus & specialibus: vt. ff. ad Trebellia. l. j. ſ. penulti. Sed contra in ea. l. j. ſ. in filij. sed ibi dicit habere locum Trebellianum in testamento militis quo ad alia remedia, non quo ad quartam.

s *Sane.* postulatur à legatariis. nam à creditoribus etiam vltra potest peti: vt. j. de iure delibe. l. ſi. ſ. j.

t *Potes.* nec enim vltra quàm ad eum peruenit, tenetur: vt hic, & ff. eod. l. ſi vero. ſ. quid ergo. & ad legem Falcid. l. in ratione. j. ſ. quod vulgo. & ff. ſi cui plus quàm per legem Falci. l. j. ſ. in quibusdam. & ad Trebel. l. j. ſ. penult. hoc autem hodie verum est ſi fecerit inuentarium: aliàs tenetur in solidum: vt in authen. de hære. & Falcid. ſ. ſi vero non fecerit. col. j.

*Et militibus.*] CASVS. Si miles constitutus in militia aliquid commisit, vt quia arma sua alienauit, vel duci belli non obtẽperauit: an testamentum facere possit, quæritur? Respond. quòd sic, scilicet in castrensibus bonis tantum. si autem intestatus decessit, fiscus ei succedit.

*Centuriones qui dicãtur.*

a *Centurionibus.* quì forte præerant centum militibus.

b *Militare.* quæ sunt multa: vt patet. ff. de re milit. per totum. & in.l.iij.

c *Permittitur.* sed & in illis si hoc eis permissum sit à principe vel à iudice: vt.ff.de lega.iij.l.si quis.in princ.§.j.& de iniu.testa. l.si quis filio ex.§. irritum. & de dona. inter vir.& vxo.l.cũ hic status.§.si miles.

d *Intestatis.* id est posito quòd non fecerint testamentum.

e *A fisco.* hoc plane intelligitur in paganicis:& in castrẽsibus dixit Iaco.idem.Sed contra eum.ff.de vetera. & mili. suc.l.j.vbi dicitur quòd succedunt cognati: quod determinatur per.l.ij.eiusdẽ titu.scili cet vsq; ad quintũ gradum:& post admittitur fiscus,etiam in castrensib⁹.Et vt plene videas, distingue, an propter cõmune delictũ sit dãnatus,vt tunc nõ liceat ei dãnato testari:vt dicta.l.ff.de vetera. & mili.suc.l.j.an propter militare: & tunc si de fide rupta,nõ liceat.si aliàs: de castrensibus potest, si hoc est ei concessum à iudice qui eum condẽnauit: vt.ff. de lega. iij.l. si quis. in princ.§. miles. de non castrensi non potest: vt hic,&.ff. eo.l. ex militari. si autẽ decessit intestatus: dic vt.s.dixi in prin.glos.f.

*Miles dãnatus de crimine,an possit testamentũ facere.*

*Reseruatio testamẽti facta militi damnato de crimine capitali,non extenditur ni si ad castrensia:& ab intestato succedit fiscus in paganicis.Alexander.*

XIII. Impp. VALERIAN. & GALLIEN.AA.Claudiæ.

ET militibus nostris,centurionibus[a] quoque ob flagitium militare[b] damnatis,non aliarum quàm castrensium rerum testamentũ facere permittitur,[c] & intestatis[d] iure proprio succeditur à fisco.[e] Prop. Non.August.Valeriano & Gallieno.AA.III.&.II.Conss.

*In testamento militis non requiritur solennitas iuris cõmunis.hoc dicit.Alexand. Et hæres scriptus in eo,præfertur succedenti ab intestato.Salycetus.*

XIIII. Impp. DIOCLETIA.& MAXIMIANVS.AA. hęredibus Maximi.

SI à fratre suo militante mater vestra scripta hæres,successionem eius sibi quæsiuit: quanuis testamẽti scriptura nõ continet iuris obseruationem: hanc tamen hæreditatem fratrẽ testatoris vel eius filios[f] ab intestato euincere non potuisse, iure cõstitit.PP.V.Non. Maij, ipsis.AA.& Conss.

*Milites in expeditione degentes,priuilegium habent vt testari valeant quomodo volunt,& quomodo possunt: & ideo quod in vagina,vel clypeo,vel puluere cum gladio scripserint, habetur pro testamento solenni.Alexand.*

XV. Imp. CONSTANTINVS A. ad populum.

MIlites in expeditione degentes,[g] si vxores, aut filios,aut amicos, aut commilitones suos, postremò cuiuslibet generis homines amplecti voluerint supremæ voluntatis affectu:quomodo possint,ac velint,testentur: nec vxorum, aut filiorum eorum, cum voluntatem patris reportauerint, meritum[h] aut libertas[i] dignitásve quæratur. ℣ Proinde sicut iuris rationibus licuit, ac semper licebit,si quid in vagina,aut clypeo literis sanguine suo rutilantibus adnotauerint, aut in puluere inscripserint gladio sub ipso tempore[k] quo in prælio vitę fortẽ derelinquunt, huiusmodi volũtatem stabilem esse oportet. Dat.III. Id.Aug.Nicomediæ, Optato & Paulino Conss.

*Militis testamentũ quot testibus probari debet.*

*Notarii & apparitores militũ non gaudent priuilegio militari, licet in matricula militum descripti sint. Alexander.*

XVI. Imp. ANASTASIVS A. Hierio præfecto prætorio.

SCriniarios[l] vel apparitores qui virorum magnificorũ magistrorum militum iussionibus vel actibus obtemperant: etsi nomina eorum matriculis militaribus referri videantur, nullatenus[m] tamen in vltimis à se conficiendis voluntatibus iuris militaris habere facultatem decernimus.Dat.Id.Feb.Constantinop.Paulo.V.C.Cons.

*Miles non militans, non gaudet priuilegio militis.Bald.Salyc.& Alexander.*

XVII. Imp. IVSTINIAN. A. Mennæ præfecto prætorio.†

NE quidam putarent in omni tempore licere militib⁹ testamenta quoquo modo voluerint componere:[n] † sancim⁹ his solis qui in expeditionibus occupati sunt, memoratum indulgeri circa vltimas voluntates conficiendas beneficium.[o] Dat. IIII. Idus April. Decio V.C.Cons.

*Pupillus licet sit tribunus,seu capitaneus militum, non potest testari. Alexan. concor.Bald.& Salycet.*

XVIII. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

LIcet antiquis legibus permittebatur pupillis,[p] si tribunatum numerorũ merebantur,vltimum elogium conficere posse: attamen indignum nostris temporibus esse videtur, eum qui stabilem mentem nõdum adeptus est, propter priuilegia[q] militum,sapientium hominũ iura pertractare,& in tam tenera ætate ex tali licentia parentibus fortè suis vel aliis propinquis nocere,propriam substantiam extraneis relinquẽdo. ℣ Ideóque hoc fieri[r] nullo modo concedimus. Dat.Kalend. Nouemb.post consulatũ Lampadij & Orestis.VV.CC.anno secundo.

*Scriniarios.*] CASVS. Si scriniarius,id est notarius intitulatus in matricula militum inueniatur, vel magistro militum obtemperans: an priuilegium habeat militis in testando, quæritur? Respon.quod non: licet videatur contra.ff. e.l.vlti.Sol.ibi fuit notarius in loco hostili: vel iurauit se non vitaturum mortẽ propter rempublicam.

l *Scriniarios.*id est notarios siue tabelliones. & est vulgare Romanorum.

m *Nullatenus.* immo videtur quòd sic: vt.ff. e.l.fina.& de bono.poss. ex testa.mili.l.j.quę sunt contra.Sol.distingue vtrum sunt in loco hostili, vt tunc habeãt priuilegium militum, vt ibi: an non, vt tunc non habeant priuilegiũ,vt hic. Vel dic ℣ ibi loquitur de his qui iurauerant se non euitaturos mortẽ reipublicæ causa.

*Ne quidam.*] CASVS. Testari † quoquo modo voluerit, militi permittitur, dũ est in expeditione, secus si extra: quia habetur loco priuati. Vi.

n *Componere.* scilicet suum testamentum.

o *Beneficiũ.* no. vt & ff.eo.l.diuus.& institu. eo.§.illis.&.j.qui. non ob.long.tẽp. præscri. l.sancimus.& .s. de institu.mili.l.fina.

*Licet.*] CASVS. Pupillo militi tribunatum adepto,olim testari licebat: quod innouat Imperator, cum instabilem mentem habeat: & extraneos instituẽdo hæredes propĩquis suis nocere possit:nullo modo itaque etiam tribunus creatus habebit testamenti libertatem.Viuianus.

p *Pupillis.* militibus. sic &.ff.de excusa.tuto. l. sed & milites.§. iam autem.

q *Priuilegia.*i.quia miles & tribunus.

r *Fieri.* id est pupillũ creari tribunũ: vt.ff.de mune.& hono.l.ad rẽpublicã. Vel dic verius creatum posse testari.

*QVI TESTAmenta facere possunt,vel non.*

*Qui testantur iure speciali.s.dixit: nunc quicũmuni. ADDITIO. Ista continuatio nõ est perfecta. & adde ad eam in fi. Modo videndum est de his personis quæ possunt testari vel non: vt.l. si quæramus.ff.de testa.& ideo iste titulus præcedit titu.de testa.Iason.*

*Quanquam.*] CASVS. Paterfami. omnia bona sua habens communia cum fratre suo pro indiuiso, filiam suam Titio matrimonio

matrimonio collocatam in testamento suo hæredem instituit: an valeat institutio, quæritur? Videbatur quòd non: quia non videbatur habere proprium: cum omnia bona sua erant communia: secus tamen est. Et ita est argumentum quòd idem quod commune mihi est cum alio, meum est: idem est si cum sorore tua communem hæreditatē habuisti: nihilo minus valebit testamentum tuū. Viuianus.

a *Vellet.* vt.ſ. pro ſoc. l. ſi ſocietatis. & .ff. pro ſoc. l. cum duobus. aliàs eſt. l. ſi fratres. §. idem reſpondit. j.

b *Succeſſionem.* quaſi enim nō haberet proprium, videbatur non poſſe teſtari. & eſt eadē cauſa dubitationis in proxi. reſponſo.

c *Habuiſſe.* ex alia cauſa quàm ſocietatis.

*Si is.*] CAVS. Aliquis dum erat ſanæ mentis, te & vxorem tuam hæredes inſtituit. deinde ſe præcipitauit. an valeat teſtamētum, quæritur? Diſtinguitur, aut impatiēs doloris hoc fecit, quia fuit valetudine detēt: quo caſu valet teſtamētum. aut metu futurę pœnę: quo caſu non valebit, ſed ſuccedet ei fiſcus. Viuianus.

d *Rabie.* idem ſi pudore æris alieni: a vt.ff. de in. fiſ. l. in fraudē. §. j. Accurſius.

e *Probationibus.* quod probatur coipſo, quòd contrarium nō probatur: b vt.ff. de bo. eo. qui mor. ſibi cōſci. l. fi. §. fi. & ſic. j. titu. j. l. omnium. §. cū hoc ipſum. Vel hic c erant præſumptiones in cōtrarium. Et eſt hic annectenda diſtinctio, ſi morte ſibi conſciuit metu criminis cuius accuſatio poterat inſtitui poſt mortem: vt.ff. de accuſa. l. ex iudiciorum. quo caſu publicāda ſunt d bona. ſi autem metu alterius criminis quod eſſet publicum & capitale: ſi quidem antequam in eo deprehēderetur, vel lis aduerſus eum cō teſtaretur: nō publicaretur e bona: alioquin ſic, ſi conſcientia criminis hoc fecerit: vt præalleg. l. Si autē erat crimen extraordinarium, puta furtum vel ſimile: non publicantur, f ſiue ante, ſiue poſt mortem ſibi conſciuit: g vt.ff. de bo. eo. l. ſi. & ad idē j. de bo. eo. l. j. &.ff. de iniu. teſta. l. ſi quis filio exhære. §. proinde. &. §. ſeq. & de dona. inter virū & vxor. l. cum hic. §. ſi maritus. &. j. ſi reus vel accu. mor. fue. l. defunctis. &.ff. de ædil. edic. l. bouem. §. mortis.

f *Adſcita.* i. quia morte ſibi conſciuerit: quia ſeipſum occiderit.

## TITVLVS XXII.

## QVI TESTAMENTA facere poſſunt, vel non.

*Societas vel communio incidens, vel ex conuentione procedens, non impedit ius teſtandi. h. d. Salyc. Vel ſic: Habens cum alio bona communia, non prohibetur de parte ſua teſtari. Alexander.*

I. Imp. GORDIANVS. A. Petronio militi.

QVanquam omniū bonorum ſocer tuus, itémque frater eius, ſocij fuerint: tamen non eo minus idem frater eius cum fati munus impleret, teſtamēto ſuo potuit ſibi hæredem inſtituere quem vellet. a Item non idcirco minus is teſtamenti factionem habet, quòd indiuiſam ſucceſſionem b cum ſorore ſua dicatur habuiſſe. c PP. XII. Kalen. Augu. Ariano & Pappo Conss.

*Licet teſtator ſeipſum interficiat: teſtamentum tamen eius non irritatur, ſi tempore quo teſtatus eſt, erat ſanæ mentis: niſi ſe interfecerit metu futuræ pœnæ alicuius delicti per eum commiſſi. Alexand.*

II. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIA. AA. & CC. Viatori & Pontiæ.

SI is qui te cū vxore tua hęredem ſcripſit, quando teſtamentum ordinauit, ſanę mētis fuit, nec poſtea alicuius ſceleris conſcientia obſtrictus, ſed aut impatiens doloris, aut aliqua furoris rabie d conſtrictus, ſe præcipitem dedit, eiúſque innocentia liquidis probationibus e commendari poteſt à te: adſcitæ f mortis obtentu poſtremum eius iudicium conuelli g non debet. Quòd ſi futuræ pœnæ metu, volūtaria morte ſuppliciū anteuerterit: ratam h voluntatem eius i conſeruari leges vetant. PP. Kalen. Decēbr. ipſis. AA. & Conss.

*Senectus aut corporis infirmitas factionē teſtamenti non impediunt in homine ſanæ mentis: ſed patria poteſtas bene impedit. Alexand. concor. Bald. & Salyc.*

III. Iidem AA. & CC. Licinio.

SEnium quidem ætatis, vel ægritudinem corporis, ſyncerítatem mentis tenētibus, teſtamenti factionem certum eſt non auferre. k Filium l autem qui in poteſtate eſt, teſtamentum facere non poſſe, m indubitati iuris eſt. Dat. IIII. Noñ. April. Sirmij, CC. Conss.

*Pupillus non poteſt teſtari, ſed ille qui exceſſit pupillarem ætatem, poteſt: licet minoritia non ſuppleat, vel licet nondum ſit ætatis. xxv. annorum. hoc dicit ſecundum glo. & doct. Alexand.*

IIII. Iidem AA. & CC. Radoni.

SI frater patruelis n tuus ante decimumquartum ætatis ſuæ annum deceſſit, cum facere non potuit o teſtamentum: p nihil rectè ex eius poſtremo iudicio q poſtulatur. Nam ſi hanc ætatem r egreſſus, f licet vigoris nondum emerſiſſent veſtigia, t ſuum ſolenniter ordinauit iudicium: hoc euellere fruſtra conaris. S. VI. Idus Nouemb. * Pantichi. CC. Conss.

*Inhabilitas ad generandum, non inhabilitat ad teſtandum. Salyc.*

V. Imp. CONSTANTIVS. A. ad Rufinum præfe. præt.

EVnuchis liceat facere teſtamentum, componere poſtremas exemplo omnium u voluntates, conſcribere codicillos ſalua teſtamentorum obſeruantia. Dat. V. Kalend. Mart. Sirmij, Conſtantio. A. V. & Conſtante Cæſ. Conss.

*Qui imperatorem ſibi fecit hæredem, nō prohibetur alium ſibi inſtituere, & imperatorem reuocare. Salyc.*

VI. Idem A. ad Voluſium præfectum vrbi.

SI quis imperatorem fortè hæredem inſtituerit: habeat mutandi iudicij facultatem, & quemcunque voluerit ſecundum leges in teſtamēto ſuo hęredem ſcribendi. x Dat. XII. Kalend. Mart. Mediolani, Arbitione & Lolliano Conss.

*Imperator & Auguſta in teſtamenti factione paſſiua & actiua vtuntur iure cōmuni: ideo mutari & mutare hæredes poſſunt. Salycetus.*

VII. Imppp. VALENS, VALENTINIA. & GRAT. AAA. Maximo.

CVm hæredes inſtituuntur imperator ſeu Auguſta: ius

u *Eunuchis liceat. Omnium.* erat autem dubitatio k ex eo quòd teſtes ſunt neceſſarij teſtamento: ſed eunuchus non habet teſtes. ſed aliter hinc inde accipitur nomen teſtis.

x *Si quis imperatorem. Scribendi.* & ita iure priuati vtitur principe: vt. j.

g *Conuelli.* id eſt remoueri.

h *Ratam.* ſcilicet taliter teſtantis.

i *Eius.* ſcilicet criminoſi.

k *Non auferre.* nam quia non erat ſanus: inferebatur, ergo inſan⁹, ergo furioſus. ſed non valet: vt. ſ. de tranſac. l. ſanum. & .ff. eo. l. ij.

l *Filium.* aliàs eſt lex, & aliàs. §.

m *Non poſſe.* etiá cum voluntate patris: h vt inſtitu. eod. in princ. & ff. eo. l. qui in poteſtate. ſed donare poteſt cauſa mortis patre permittente: vt. ff. de don. cau. mort. l. tam is. §. filiuſfamil. & de don. l. filiuſ familias. §. penult. ſed quæ eſt ratio? Reſpon. quia teſtamenti factio eſt publici iuris, i ſed donatio priuati: vt .ff. eod. l. iij. Vel dic quòd præſentat inſtitutio nō debet pē dēre ex alieno arbitrio: vt. ff. de hære. inſtitu. l. illa inſtitutio. *ADDITIO.* Iſtę duę rationes ſunt de mente Barto. Bald. Pau. & Iaſ. & cum dicit gloſ. quòd inſtitutio nō debet pendēre ex alieno arbitrio, fallit hoc de iure canonico: quia poteſt pendēre ex alieno arbitrio ad pias cauſas. c. cum eſſes. extra de teſtamen.

h *Sequitur glo. Sal. & doctо.*

i *In quo quis nō reſentat perſonam duorum, ſed vnius tantum. Bart. Pau.*

n *Si frater patruelis.* Quis ſit, habes iſtit. de grad. cog. §. iiij.

o *Non potuit.* nec etiá cum tutore: quia tutor datur vt viuo, non vt ei mortuo conſulat. *ADDITIO.* Tu dic quòd immo propterea, quia vltima voluntas non debet pendēre ex alieno arbitrio. Iaſ. licet Bald. & Salyc. gloſ. inſequantur.

p *Teſtamentum.* ſed de facto fecit.

q *Iudicio.* ſic ergo pupillus non teſtatur: vt hic, & inſtitu. eod. §. ij. &. ſ. titu. j. l. vlti. &. j. quando prouo. non eſt neceſſ. l. jj. & de leg. hæredi. l. ſciant.

r *Ætatem.* ſ. xiiij. an.

ſ *Egreſſus.* vel pridie ante: vt. ff. e. l. qua ętate.

t *Veſtigia.* ſcilicet ætatem, xxv. an. vt. ff. de mino. l. j. vel nondum potens erat coire.

k *Trupha eſt Bal. ideo dic quòd eunuchus eſt homo imperfectus, quare videbatur quòd nō poſſit teſtari. Bal. Saly. licet Bar. to. contra.*



BIU Cujas

ceps:vt.ĩ.titu.j.l.ex imperfecto.&.l.omnium.circa fi.&.l.non dubium.&.s̃.de leg.& constit.l.digna.&.ĩ.ad.l.Fal.l.iiij.&.ĩ.l.proxi.&.ff.de lega.iij.l.ex imperfecto.

a *Passiue, non actiue. Pau.*

a *Cum heredes. Habeant.* quo ad testamenti solennitatē: vt s̃.l.proxi.& sic non est cōtra.ff.de lega.ij.l.quod principi.

b *Epistolis.* vt.ĩ.de fideicō.l.& in epistola.

† *Quod contra fuerat à Theodosio & Arcad. cōstitutum C. Theodos. lib.4.tit.4. l.2.Contius.*

c *Liceat.* idem in papa secundū Ioan. *ADDITIO.* Tu dic verū quo ad bona patrimonialia, sed non quo ad papatum. est glos. singul.in cap. apostolica. viij.quæst.j. secundum Philip.Fran. in rub.de testa.lib.vj.

*Hac cōsultissima.*] *CASVS.* Qualiter cæcus naturaliter siue ex morbo, facere debet testamentū,quęritur?Respō.quòd primo vocabit testes septem,& tabulariū:corā eis dicet ꝙ vult facere testamentum nuncupatiuum. Hæredem certum nominabit,ne nominis error ambiguitatem generare possit: ex quot vnciis velit eū esse hæredem, & quid vnumquenque legatarium velit capere: quibus & à tabellione scriptis, & à testibus subscriptis & signatis,plenū robur obtineat testamentum. & hoc in prima. Si autem codicillos velit facere, nec hæredē instituere, sed legata alia relinquere: prædicta seruetur solēnitas præterquam in numero testium: ne sit contra. ĩ. de codicil. l. vlti.§.in omni. & cuicunque velit, siue testamentum fecerit, siue codicillos, vno tempore committit ad scribendum. & alio tempore poterit facere recitari tā sibi quàm testibus:vt protestetur se taliter testamentum cō fecisse vel codicillos, testium subscriptione insecuta. & hoc in secunda. Si tabellio inuentus nō fuerit:octauus testis loco suo adhibeatur in testamento. sic facto codicillo poterit cui vult ex testibus ad custodiēdum committere. quod habere potest locum nō tantū in cæco,sed in alio:sed maxime &c. & hoc in tertia parte. Viuianus.

† *Concor.c. licet.extra de testi.*

*Testamentū aliquod dicitur nuncupatiuum. b Sequitur gl.B.& Ias.*

c *Et bene. Salyc.*

d *Istam se-*

cōmune cum cęteris habeant.[a] Quod & in codicillis† & fideicōmissariis epistolis[b] iure scriptis obseruandum erit. ℣ Et sicuti priscis legibus cautum est, Imperatori quoq; & Augustæ testamentum facere liceat,[c] & mutare. Dat.VII.Id.Aug.Gratiano.A.II.& Probo Conss.

*Cæci vtroque lumine ex accidenti vel à natura,possunt suas vltimas voluntates per nuncupationem condere, seruatis tamen solennitatibus in hac lege cōprehensis.Alex.*

VIII. Imp. IVSTINVS A. Demostheni præf. præt.

HAc consultissima lege sancimus, vt carentes oculis, seu morbo,vitióve,seu ita nati, per nuncupationem[d] suę condant moderamina voluntatis: scilicet præsentibus septem testibus,† quos aliis quoq; testamētis interesse iuris est,tabulario etiam:vt cūctis ibidē collectis, primum ad se conuocatos omnes, vt sine scriptis[e] testentur, edoceant:[f] deinde exprimant nomina specialiter hæredum,& dignitates singulorum, & indicia,[g] ne sola nominum commemoratio quicquam ambiguitatis pariat: & ex quanta parte,vel ex quot vnciis in successionem admitti debeant: & quid vnumquenque legatariū seu fideicōmissariū adsequi velint:omnia denique palam[h] edicant quæ vltimarum capit dispositionum series lege concessa. ℣ Quibus omnibus ex ordine peroratis vno eodemq; loco & tempore, sed & tabularij manu cōscriptis sub obtutu septem(vt dictum est) testium,& eorundē testium manu subscriptis, dehinc consignatis tam ab eisdem testibus quàm à tabulario, plenū obtinebit robur testantis arbitrium.℣ Quæ in eundem modum erunt obseruanda,quamuis non hæredes instituere, sed legata solum vel fideicommissa, & in summa quæ codicillis[i] habentur congrua, duxerint ordinānda. ℣ At cum[k] humana fragilitas mortis præcipue cogitatione perturbata, minus memoria[l] possit res plures consequi:patebit eis[m] licentia voluntatem suam,siue in testamenti, siue in codicilli tenore compositam cui velint scribendam credere:[n] vt in eodem loco postea conuocatis testibus & tabulario,re etiam (vt dictum est) patefacta cuius causa conuocati sunt, etiam chartula promatur quam susceptā testatori recitabit tabularius,simul & testibus: vt vbi tenor eorum cunctis innotuerit, elogium ipse suum profiteatur agnoscere, & ex animi sui quæ lecta sunt, disposuisse sententia,& in fine subscriptio sequatur testium, necnō omnium signacula tam testium, (prout dictum est) quàm tabularij.℣ Sed quia tabulariorum copia non in omnibus locis datur quærentibus: iubemus vbi tabularius reperiri non possit, octauum[o] adhiberi testem: vt quod tabulario pro supradicto modo cō misimus, id per octauum testē effectum capiat:libera potestate concedenda voluntates suas in prædictum modum ordinantibus, chartulam ita subscriptā, ita denique consignatam vt antelatæ formæ declarant, cui velint ex testibus custodiendam mandare. Sic fieri nanque confidimus, vt nō recipiat† se tantùm in cæcis testandi[p] licentia; sed ne locum quidē vllum relinquat insidiis,tot oculis[q] spectata,[r] tot insinuata sensibus,[s] tot insuper in tuto locata manibus. D.Kal.Iun.Cōstantinopoli,Iustiniano & Valerio Conss.

a *Cum heredes. Habeant.* quo ad testamenti solennitatē: vt s̃.l.proxi.& sic non est cōtra.ff.de lega.ij.l.quod principi.

b *Epistolis.* vt.ĩ.de fideicō.l.& in epistola.

c *Liceat.* idem in papa secundū Ioan. *ADDITIO.* Tu dic verū quo ad bona patrimonialia, sed non quo ad papatum. est glos. singul.in cap. apostolica. viij.quæst.j. secundum Philip.Fran. in rub.de testa.lib.vj.

d *Per nuncupationem.* id est per testamentum nuncupatiuum sine solennitate:non tamen sine scriptura:vt instit.eo.§.cæcus.Sed quare dicitur hoc nuncupatiuum, cum tamen habeat tantam similitudinem cum scripto? Respon. b quia testator non signat, nec subscribit,nec nomen heredis scribit,quod in eo esset necesse:vt.ĩ.tit.j.l.iubemus.Item testes debent omnia scire quę in hoc cōtinentur. c ibi nō oportet:vt hac.l.&.ĩ.tit.j.l.hac cōsultissima.

e *Scriptis.* scilicet sine solennitate.

f *Edoceant.* scilicet cæci.quod est hic speciale d aliàs secus:vt.ĩ. tit.j.l.in testamentis. quod est verius. Vel hoc corrigitur.e & fi cit.ff.de adop.l.etiam cæcus.

g *Et indicia.* hoc vbi propter solum nomē potest oriri ambiguitas. Quid enim si Gallopressum f instituat, qui nunquam inuenitur nisi hic.

h *Palam.* quid sit palam,dic vt.ff.eod.l.hi-redes.in principio.

i *Codicillis.* sic ergo in codicillis hoc casu exiguntur octo testes. qđ est speciale. g Vel dic non referri h ad omnia prędicta,sed ad alia præter numerū testiū: & sic sufficiunt quinque:vt.ĩ. de codicillis. l.fin.§.in omni.

k *At cum.* hic versus scilicet hic addit, nisi hoc quòd cæcus sub obtutu testium non habet necesse facere scribi,licet id dixerit.s̃. poterit igitur & alio tempore prius scribi:& tunc legi & subscribi. *ADDITIO.* Dicit hic Angelus, quòd hic intelligitur quando erat in extremis vitæ constitutus.& hanc glossam sequuntur doctores.

l *Memoria.* vt in authē.de trien.& semisse. §.illud quoque.col.iij.

m *Eis.* scilicet cęcis.

n *Credere.* id est concedere puta prius.

o *Octauum.* ergo tabularius cōputatur in octauo numero octo testium qui hic exiguntur. sic & in authen.de fide instru. §. oportet vero col.vj.&.ff.eo.l.Domitius.Idem & in aliis testamētis, vt loco vnius computetur: & sic sufficiant sex testes & tabellio: idem vbicunq; exigunt duo vel quinq;. Sed Bandinus contra: quia non probatur per testalē scripturā, licet per sex testes probetur, inter quos sit tabellio: & sic erit hoc casu speciale.

p *Testandi.* nam & alij possunt prædicto modo testari: sed non tenent necesse.

q *Oculis.* licet cæcus non viderit.

r *Spectata.* neutraliter ponuntur hęc nomina: & sunt pluralis numeri, & reguntur à verbo relinquat.

s *Sensibus.* hominibus habentibus sensum. *ADDITIO.* Aduertas secundum Bald. & Salycet. hic quòd cæcus qui testatur inter liberos,non habet necesse obseruare solennitatem huius.l. hoc tenet etiam Ange.Are. in.§.cæcus autem.instit.quibus non est permissum fa.testa.

*Furiosum.*] *CASVS.* An furiosus possit facere testamentum, quæritur? Dicitur quòd sic dum est intra dilucidum intervallum:licet hoc antiquis in dubium venisset. Sed quid si inceperit condere testamentum,& eum furor inuadit:an valebit testamentum,quæritur?& respon.Iustinianus quòd nō valeat.& est ratio: quia circa indiuiduum sola inchoatio nihil operatur. Si vero in dilucidis

BIU Cujas

*Furiosus habens dilucida interualla, potest in illis interuallis condere testamẽtum: dũmodo antequam furor superuenerit, cœperit testari, & finierit. sed si antequam compleret, superueniat furor: quod ante factum est, pro nihilo habetur: ideo cessante furore non poterit complere: sed habebit necesse de nouo incipere. Alexander.*

IX. Imp. IVSTINIANVS A. Iuliano præfecto prætorio.

FVriosum ĩ suis induciis †vltimum condere elogiũ posse, licet ab antiquis dubitabatur, tamen & retro principibus & nobis placuit. ℣ Nunc autem hoc decidẽdum est, quod simili modo antiquos animos mouit, si cœpto testamento furor eum inuasit. Sancimus itaque tale testamentũ hominis, qui in ipso actu testamẽti aduersa valetudine tentus est, pro nihilo esse. [a] Si vero voluerit in dilucidis interuallis aliquod cõdere testamẽtũ, vel vltimã volũtatẽ, & hoc sana mẽte ĩceperit facere, & consummauerit nullo tali morbo interueniẽte: stare testamẽtũ siue quancũque vltimam voluntatẽ censemus: [b] si & alia omnia accesserint, quę in huiusmodi actibus legitima obseruatio requirit. *D. Kalend. Septẽ. Cõstantinop. Lãpadio & Oreste. VV. CC. Conss.

*Surdus & mutus à natura, testari non potest. Si vero ex accidenti, potest dummodo scribere sciat, & manu sua scripserit voluntatem suam. Ille vero qui mutus non est, sed tantum surdus à natura vel ex accidẽti: potest indistincte testari, etiam si nesciat scribere, si suam intẽtionem verbis exprimere potest. Mutus autem qui surdus nõ est: testari non potest, nisi scribere sciat, & manu sua scripserit. Alexander.*

X. Idem A. Ioanni P.P.

DIscretis [c] surdo & muto, quia nõ semper huiusmodi vitia sibi concurrunt: [d] sancimus, si quis vtroque morbo simul laboret: id est, vt neq; audire, neque loqui possit, & hoc ex ipsa natura habeat: [e] neque testamentũ facere, neque codicillos, neque fideicõmissum relinquere, neq; mortis causa donationẽ celebrare concedatur, nec libertatẽ [f] siue vindicta siue alio modo imponere: eidẽ legitimã masculos quàm fœminas obedire ĩperãtes. ℣ Vbi autẽ & huiusmodi vitij nõ naturalis, siue masculo, siue fœminę accidit calamitas, sed morbus postea superueniens & vocem abstulit, [g] & aures cõclusit: si ponam' huiusmodi personã literas sciẽtẽ: omnia quæ priori interdixim', A hæc ei sua manu scribenti permittimus. [h] ℣ Sin autẽ infortunium discretũ est, quod ita raro [i] cõtingit: & surdis, licet naturaliter huiusmodi sensus variatus est, tamẽ omnia facere & in testamẽtis, & in codicillis, & in mortis causa donationib', & in libertatib', & in omnibus aliis permittim'. ℣ Si enim vox articulata ei à natura [k] cõcessa est: nihil ꝓhibet eũ omnia quę voluerit facere: quia scim' quosdã iurisperitos & hoc subtilius cogitasse [l], & nullum [m] esse exposuisse, qui penit' [n] nõ exaudiat si quis supra cerebrũ illius loquatur, secũdũ quod Iubentio Celso placuit. ℣ In eo autẽ cui morbus postea superueniẽs auditũ tãtũmodo abstulit: nec dubitari potest quin possit omnia sine aliquo obstaculo facere. ℣ Sin vero aures quidẽ apertæ sint, & vocẽ recipientes, lingua autẽ eius penitus præpedita: licet à veterib' auctorib' sæpius de hoc variatum est: attamen si hũc peritũ [o] literarum esse proponamus, nihil prohibet eum scribentem hæc omnia facere, siue naturaliter, siue per interuẽtũ morbi huiusmodi infortuniũ ei accesserit: nullo discrimine [p] neque in masculis [q] neque in fœminis in omni ista cõstitutione seruando. Dat. XV. Kalendas Martij, Constãtinopoli post consulatũ Lampadij & Orestis. VV. CC.

*Filiusfamilias non potest testari vel codicillari in aduentitiis, sed in castrensibus vel quasi bene potest. hoc dicit cum. l. sequen. Alexander.*

XI. Idem A. Ioanni P.P.

NEmo ex lege quam nuper promulgauimus, [r] in reb' quæ parẽtibus acquiri nõ possunt, existimet aliquid esse innouandum, aut permissum esse filiisfamilias cuiuscũque gradus vel sexus testamenta facere: siue sine patris consensu bona possideant secũdum nostræ legis distinctionem, siue cum eorum volũtate. Nullo etenim modo hoc eis permittim': [s] sed antiqua lex [t] per omnia conseruetur, quæ filiisfamilias, nisi in certis [u] casibus, testamẽta facere nullo modo concedit, & in his personis [x] quæ huiusmodi facultatem [y] habere iam cessę sunt. [z] S. Dat. Kal. Septẽb. Constãtinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

---

dilucidis ĩteruallis cœperit, & perfecerit: tenet, si iuris solennitate fuerit subnixũ. Viuia.

a *Pro nihilo esse.* nihil enim videt facere, qui partẽ indiuidui facit: vt hic, & ff. de arb. l. dicere. §. sed si de pluribꝰ. & l. quid tamẽ. circa princi. vno enim cõtextu testari debet: vt ff. eo. l. hæredes. §. fina.

b *Censemus.* vt instit. in tu. eo. §. furiosi.

*Discretis.* IC. ASVS. An surdꝰ & mutꝰ possint cõdere testamẽtũ, distinguitur. aut sunt cõiuncta vitia, aut disiũcta. si coniuncta, quia fit. s. surdꝰ & mutꝰ à natura. i. à natiuitate puta, aut ex morbo superueniente: primo casu nec facit testamẽtum, nec codicillos &c. Secundo casu facere potest, si scribere sciat. Si autẽ fuerit surdꝰ & nõ mutus, quod raro cõtigit: aut à natura, aut morbo superueniẽti. ĩ primo casu fuit dubitatio & altercatio: ĩ secũdo nõ. Si fuerit mutus & nõ surdꝰ, & scribere sciat: testamẽtũ facere potest, siue mutus fuit à natura, siue supueniẽte morbo. & ista nõ solũ habẽt locũ in masculis, sed ĩ fœminis.

c *Discretis.* i. separatis.

d *Concurrit.* licet videat statim velle dicere quãdo sunt vitia separata: præmittit tamen duos casus quando sunt coniuncta.

e *Natura habeat.* i. ab origine, vel à natiuitate. nam quilibet homo de natura habet vt audiat & loquatur.

f *Libertatem.* cõtra. ff. qui & à qui. l. j. sed ibi erat separatum. [a]

g *Abstulit.* s. morbus.

h *Permittim'.* sed ĩ superiori casu nullo tẽpore [b] potuit dicere: sed & per alium potest scribere, si hoc à principe ipetret: [c] vt. ff. eo. l. si mutus. loquitur autẽ de eo muto & surdo, qui prorsus nõ audiunt, nec loquuntur. aliàs eni omnia facere possunt: vt ĩstitu. eo. §. item surdus & mutus.

i *Raro.* not. quòd raro contingit ꝙ si aliquis sit surdꝰ, quin mutus sit: & econtra.

k *A natura.* id est ab origine.

l *Cogitasse.* subaudi, & exposuisse.

m *Nullum.* s. surdum.

n *Qui penit'.* s. cui vox articulata fuit cõcessa. Sed videt surdũ nullo modo posse testari: vt ff. vnde cogn. l. octaui. §. fratris. Respon. illud secũdũ ius vetus, secũdũ quod nõ poterat d testari, nisi ipetraret à principe: vt. ff. eo. l. si mutus. Vel loquitur ibi de surdo & muto à natiui tate vel ex accidẽti: sed ignorabat literas.

*d Siue ãmbos defectus haberet, siue alterum tãtum. Paul.*

o *Si hũc peritũ.* nõ ergo aliàs, arg. sumpto à contrario sensu. arg. ff. de offi. eius cui mãda. est iurisd. l. j. §. huius rei.

p *Discrimine.* id est differentia.

q *In masculis.* nisi in militib': [e] vt instit. de testa. mili. §. quinimo. Item dic hic eos qui non possunt facere testamentum: vt diximus instit. eo. §. finali.

*e Clo. sequitur Saly. & Alexand. licet Iaſ. contra.*

NEmo. IC. ASVS. In reb' acquisitis p filiũsfami. puta in ꝓfectitiis vel aduẽtitiis: quia ꝓprietatẽ habet filiusfami. pater vsumfruct. testãdi non habeat licẽtiã filiusfa. nisi tãtũ in his casib' ĩ quib' ei à veterib' legibus permissum est: hoc autẽ est in castrẽsibus vel quasi: nec tale testamentũ querelæ inofficiosi subiacebit. & hoc dicit cum. l. seq.

r *Promulgauim'.* vt. s. dixi de colla. l. fin. vel dic vt. j. de bo. q̃ lib. l. fi. §. filiis autẽ familias.

s *Permittim'.* s. vt possit facere testamentũ f in aduentitiis.

*f Etiã si in illis patri nõ quæratur vsusfructus. Ange. Paul. Iul. Alexãd. & Iaſ.*

t *Antiqua lex.* multæ sũt. ll. antiquæ quę hoc dicũt: vt. ff. de do. causa mor. l. tã is. §. j. & ff. eo. l. qui ĩ potestate. in ꝓricip. & s. eo. l. seniũ. ĩ fi. & ĩstitu. eo. ĩ ꝓricip.

u *Certis.* ĩ castrẽsi. vel quasi: vt. j. l. proxi. in fi.

x *Personis.* ĩstituẽdis.

y *Facultatẽ.* capacẽ. s.

z *Cõcessæ sunt.* q. d. nõ relinquãt nõ capaci in illis casib' in quib' possunt facere testamẽtũ. *ADDITIO.* An autẽ filiusfamilias possit testari ĩ his aduẽtitiis in quib' patri nõ queritur vsusfructꝰ (quod est in casib', aut excipit cũ. ij. sequẽ. iũcta gl. vlti. authen. j. de bo. que lib.) dubitari potest: sed cõmunis opinio Barto. & aliorũ in. d. l. qui in potestate. ff. eo. est, quòd non: per tẽxtum istum.





BIU Cujas

a *Omnes. Ex legibus.* permittitur enim ex diuersis legibus: vt supra de epis.& cler.l.sacrosanctę.&.l.cum lege.& de aduoc.diuer.iudicio.l.fori.

b *Constitutionis.* vt supra de inoffic.testa.l.fin.

c *Præstitit.* in casu contra: vt supra de episc.& cler. authen. presbyteros.j. super.l. cũ lege.sed dic vt ibi.

*ADDITIO.* Imo dic quòd hodie testamenta filiorum testantium de castrẽsibus vel quasi,possunt expugnari p querelâ.Pau.Alexand. & Ias.

*DE TESTAmentis, & quemadmodum testamenta ordinentur.*

*Dixit de testante: nũc de testamento.*

† *Catonium verũ appellat Theoph. Insti. e. §. sed cũ aliquis. Illud autẽ obseruãdum est, hãc singulare esse Hadriani legẽ & toto hoc codice, cæteras vero oẽs posteriorum esse principũ. Contius.*

† *Cõcor. gl. in ca. præterea extra de test. cogẽ.*

† *Idem DD. Seuer. et Anton. postea rescripserũt ait Iustinia. e. ii. Insti. qđ rescriptũ nõ extat. Contius.*

*a Glo. sequitur Fulgo. Cornel. & Ias.*

*b Idẽ Bar. Bald. Pau. Alexand. & Ias.*

† *Cõcor. glo. super verbo, iniũgo. ff. c. eum in iure perit⁹. de off. deleg.*

*c Et bene. Iason.*

*d Diuinat, secundum Alexand. & Ias.*

*e Immo dic quòd loquitur tã in testamẽto nũcupatiuo, quàm i scriptis. Ias.*

*f Et male. Ange.*

TEstes.] CASVS. Siue testamẽtum in scriptis fuerit, siue non: septem testes sunt necessarij.vel dic certius quòd hic loquatur de testamentis in scriptis factis.Si ergo quis fecit testamentum, & habuerit septem testes, & credebantur omnes esse liberi,cum duo essent serui:an hoc comperto postea valeat minus testamentum,quęritur? Respõ.quòd nõ, cum eo tempore quo adhibiti fuerũt, eis status quæstio non mouebatur. Viuianus.

d *In hac causa.* id est in casu primo huius legis.

e *Signabatur.* quo tẽpore consideratur cõditio vera vel putatiua? vt valeat testamẽtum:vt hic,&.ff.e.l. ad testium.§. conditio.

f *Omnium.* error ergo communis aliquid facit: b vt.ff.de officio præsi.l.Barbarius.& ifra de Lati.li.tol.l.j. §. sed & qui domini.&.ff. ad Maced.l.iij. & infra de senten.& interlo.om.iudi.l. si arbiter.

g *Vsque adhuc.* scilicet quando fuit adhibitus.Et nota quòd licet valeat testamentum, non tamen in iudicio poterit hic testis produci: vt supra de testi.l.quoniam liberi. Et si dicas,quid ergo prodest quòd valeat testamentum? Respon. c multum: quia potest probari per publicam scripturam. vel forte d confitetur aduersarius taliter conditum esse testamentum.Nam & per eos qui mortui sunt, vel infames facti, vel absentes, nó potest probari: vt.ff.de Carb.edict.l.iij. §. duæ causæ.& tamen valet.sic ergo & in nuncupatiuo potest hæc lex loqui,quòd vel per publicam scripturam, vel per confessionem probetur: & sic habet se consuetudo.& facit ad hoc infra de dona.l. in donationibus.& supra arbit.tut.l.fin.& infra de edic.diui Hadriani tol.l. fina.Alij dicunt eam loqui tantùm e quando fit in scriptis: & sic intelligunt quod est institu.de testa.§. testes. Et nuncupatiuum dicunt nõ posse probari per scripturam publicam f, cum illa tãtùm duorum testium vim obtineat: vt supra de fide instru.l. in exercendis.& sic oportet hodie viuentes esse.vij.vt infra de fideicom.l.fi.& ibi plene de hoc dixi.

Pvblicati.] CASVS. Fecit quis testamentum non in scriptis, vel in scriptis, sed à priuato confectum: hæres de morte testium timens, vel quia fuit corrosum, vel membrana in breuí peritura, fecit illud publicari coram iudice, & testes fecit iurare omnia esse vera quæ in eo continebantur, & publica charta confecta est: an valeat publicatio, quæritur? Respon.quòd sic,licet casu amissum fuerit: quod probare debet hæres: quia qui casum allegat, ipsum probare debet. Viuianus.

h *Publicati.* hæc publicatio sic fieri debet: vt coram iudice ordinario: g vt infra eodem.l. testamenta omnia.& testamentum aperiatur,& testes iurent, ita est verum sicut scriptum est: & postea i publica charta conscribetur,secũdum Io. vel etiam in eadem vbi prius erat scriptum. sed si scriptum non erat, publicabitur hæc voluntas, & proderit: vt licet amodo moriatur aliquis de testibus, probetur per scripturam, quæ prius nó erat: vel erat priuata. h Alij dicunt quòd hic fit publicatio etiam viuente testatore: quod non placet. *ADDITIO, legẽ.* Tu dic hoc verum,nisi si fieret de consensu testatoris. Cy. Fulgo. & Ia.

i *Fides.* fides quę habetur publicato testamento.

k *Materia.* scilicet ori ginali.

l *Qui probatur.* id est probandus est. Nota ergo quòd qui casum dicit, eum probat: vt infra eodem.l.consul. & institu. qui. mo. test.infir. §. fi.& infra quemadmodum testa. ape. l. codicillos, me lius facit.l. sicut. supra de fid.instrumen.& xi.ff.de eden. l. si qui ex argentariis. §. fin. & facit ad hanc.l. infra eodem.l. consulta. m *Valet.* exemplo ergo creditur: sed dic vt diximus supra de eden. authen.si quis.

EX imperfecto.] CASVS. Licet in mi nus solenni testamento,quia nõ fuerũt adhibiti niſi duo testes,institutus fuerit princeps: non etiam ob hoc firmum erit: quia licet legibus nó subiiciatur princeps, tamen legibus viuere ciuile est. Viuianus.

n *Constitutum est.* vt supra titu.j.l. si quis.&.l.sequen.&.ff.de legat.iij.l. ex imperfecto.& infra eodem.l. nolumus.& institu. quib.mo.testa.infir.§.fi.

o *Lex imperii.* id est lex regia, dando supremam potestatem principi: vt insti.de iure na.§. sed & quod principi. & exemplo eum à solennibus iuris, vt licet non obseruet in testamentis & in aliis solennia iuris, tamen nemo sit qui ea possit infirmare: vt.ff.de arb.l.nam magistratus.

p *Viuere.* vt supra de legi.& consti.l.digna.

SI in nomine.] CASVS. Testator errauit i nomine heredis dicẽdo: instituo Mæuium hæredẽ: cũ vocaretur Titius,an ob hoc minus valeat testamẽtũ & hæredis institutio,quæritur? Respondeo quòd non: cum certum sit de quo sensit. Viuianus.

q *Si in nomine.* pprio.secus si appellatiuo.prænomine, vt Marcus Tullius.cognomine,affinitatis.agnomine, ab euentu.

r *Cognomine.* quod hic dicit de errore nominis hæredis: vt.ff. de bo.poss.secundum tab.l.si ita.§. sed & cum.idem de errore nominis legatarij: vt inst.de leg.§. si quis in nomine.& expone hæc verba vt ibi.idem in errore rei k legatæ: vt infra de leg. l.si Fortidianum.vel promisse: vt.ff.de verb.oblig.l.si in nomine.& ng.vel repetitæ: vt.ff.de rei vin.l.si frumentum.§.finali.

XII. Idem A. Ioanni. P.P.

OMnes omnino,quib⁹quasi castrensia peculia habere ex legibus a concessum est, habeant licentiam in ea tãtummodo vltimas voluntates condere secundum nostræ constitutionis b tenorem, quæ talibus testamentis de inofficioſi querela ĩmunitatẽ præstitit. c Dat. III. Noñ.Decemb. Constantinop. post consulatũ Lampadij & Orestis.VV.CC.

*TITVLVS XXIII.*

DE TESTAMENTIS, ET quẽadmodũ testamenta ordinẽtur.

AB administratione tutelæ religio [c] sacramenti Marcellum, [d] quem vobis [e] à patre tutorem datum testamẽto proponitis, eripit. [f] Quæ res, quo minus legatum consequatur, nõ impedit. Nec enim [g] iustè ab ea petitione repellitur: cum etiam si vellet tutelam administrare, prohibeatur. [h] PP. VIII. Id. Mart. Romæ, Sabino. II. & Anulino Coss.

*Hæres tenetur soluere legata, licet quæstio de hæreditate moueatur. debet tamen ei præstari cautio de restituẽdo, si ei hæreditas euincatur. sed cautio, si cui plusquã per legem Falcidiam solutum sit, præstatur, etiã si quæstio hæredi de hæreditate nõ moueatur. Alexander post Bal. & Salycetum.*

IX. Imp. ALEXANDER. A. Antiocho.

SI in fraudem † eorum quæ testamento relicta sunt, admissus est [i] accusator, [k] qui testamentum falsum diceret: præses prouinciæ secundum iurisdictionis formam solui legata iubebit, [l] interposita [m] cautione, [n] si euicta fuerit hæreditas, ea restituturũ: [o] quanuis aliàs [p] tunc cautioni locus sit, cum sine controuersia legata soluantur. PP. VII. Id. Feb. Maximo II. & Aeliano Coss.

*Legatum rei alienæ scienter factum valet: sed ignoranter factum non valet: nisi sit factũ coniunctæ personæ, vel vxori, seu alii cui est verisimile testatorem voluisse legare, etiam si sciuisset alienam rem esse. Alexã.*

X. Idem. A. Ingenuæ.

CVm [q] alienam rem quis reliquerit, si quidem sciẽs: tam ex legato, quàm ex fideicõmisso ab eo q legatũ seu fideicõmissum meruit, peti potest. [r] Quòd si suã esse putauit: nõ aliter valet relictũ, nisi proximæ personę, vel vxori [s], vel alij tali personæ datũ sit, cui legaturus aut sciuisti alienam, aut ignorasti. primo casu valet, & petere possum. secundo casu non, nisi coniunctæ personæ id legasti.

*Admissus est.* ab hærede: quia putabat legatarios huius timore ductos, super legatis transigere. Accursius.

*Accusator.* scilicet fictitiè: vt hæres dicit.

*Iubebit.* scilicet hæredi.

*Interposita.* à legatariis.

*Cautione.* sed nonne superuacua est, cum committi non possit, falsis accusatoribus nõ obtinentibus? Respon. hoc non potest probare legatarius, aliàs non præstaretur cautio: vt ff. si cui plus quàm per l. Falci. l. hæc autem. Accur.

*Restituturum.* scilicet legatarium. †*Cl. fi. in. c. suscitata.*

*Quanuis aliàs.* i. alij. *extra de re-sti. in integ. dicit p istã l. quòd est generale vbicunq; ali quis in dubio admitti tur, debet p stari cautio.* Vel dic propriè. & dic cautioni. s. illi quanto plus ceperit quàm per l. Falci. licuerit, reddi: vt. ff. si cui plus quàm per leg. Falcid. l. j. in princip. Sunt ergo diuersæ cautiones. Vna, euicta hæreditate legata reddi. Alia, quanto plus ceperit: vt. ff. qui satisd. cog. l. de die. §. item. De prima habes tantum. ff. de peti. hære. l. diuus. in fin. & l. seq. & supra de peti. hære. l. fi. circa prin. & præstatur demum mota controuersia: vt. ff. ad leg. Fal. l. dolo. Sed alia quando soluuntur sine controuersia mota nomine hereditatis licet de legatis sit controuersia, vt hic dicitur.

*Cum rem alienam.* CASVS. Rem alienam, nec tuam, nec hæredis, mihi legasti: an valeat legatũ, quæritur? Distinguitur:

q *Cum rem alienam.* id est nõ suã, nec hęredis: vt. ff. de le. ij. l. vnũ ex familia. §. si ré. Ité secus videtur de iure canonũ: vt extra de testa. c. filius. & xij. q. v. c. si episcopus. quę sunt cõtra. Sed quid si testator rem sibi cum alio cõmunẽ sciens cõmunem, vel rem alienam in qua habet aliquod ius, alicui legat? Rñ. q tantũ iuris habebit legatarius, quantum testator in ea habebat: vt. ff. de le. j. l. ſerui electione. §. fi. & l. si domus. §. fin. *Legatũ rei alienæ, an valeat de iure canonico.*

r *Peti potest.* vt hęres iusto pcio redimat & pstet: vel si nõ põt, det estimationẽ: vt ist. eo. §. nõ solũ. & ff. de le. iij. l. nõ dubiũ. §. fi. Ac.

s *Vel vxori.* vt. ff. de auro & argẽ. lega. l. quintus. j. §. fi. & j. de fideicom. l. prædia obligata. & æstimat iudex quæ coniuncta sit: vt j. de fideicom. l. volũtatis. Sed hoc fallit in libertate relicta ſeruo quẽ testator credit suũ. nam indistinctè debetur ei: vt. ff. ad Trebel. l. quidã. §. si quis filium. & de fideicommiss. li. l. Paulus respõdit. sed in ea est speciale. Ité si vni filiorũ prælegat pater ré quã credit suã, nõ videtur valere: licet filij sit persona cõiuncta: vt. ff. de lega. ij. l. cũ pater. §. euictis. quæ est cõtra. Sol. ibi ideo, ne crescat inuidia inter fratres: vt ar. j. de bo. quæ libe. l. cum oportet. j. rñ. Vel verius dic, & ibi tenet legatũ: sed nõ tenẽtur de euictione re euicta. nec hic dicitur q de euictione hęredes teneãtur, si huiusmodi personis legata euincãtur. sed certè imò videtur de euictione agi ex testamẽto, ac si nunquã sit data: vt. ff. de lega. j. l. nõ quocunque. j. rñ. §. j. & l. si domus. §. j. sed dic, vbi certi hominis credebatur, & ab eo emit hæres, vt daret: non tenetur. si incerti, tunc tenetur: vt in dictis. ll. Item quid si testator rem alienã possidebat, quam suam putabat: & extraneo eam legauit? Respon. tenetur hæres tradere: vt. ff. de euic. l. si is qui. *Libertas relicta seruo quẽ testator credit suũ, indistinctè debetur ei.*

*Filia.*

a *Mox tibi.* non animo adimendi illis. aliàs contra: vt instituta. de adempt. leg. §. transferri. & tu semissem, & illi alium semissem habebunt: vt. ff. de hęre. institu. l. Titius. & de lega. j. l. plane. j. in princi. nam coniuncti seco vnius habentur. & ad hoc est infra de cadu. tol. §. si vero. & §. sin autem. & facit. ff. de leg. j. l. si pluribus.

b *Nomium.* proprio- rum, vel prænomi- num, vel agnominum: vt & instit. de leg. §. si quis in nomine. &. s. de testa. l. si in nomine. vel finium: vt. ff. de lega. iij. l. patronus. §. j. secus si erretur in appellatiuis nosibus: vt. ff. de lega. j. l. iiij.

*B administratione.* CASVS. Filio tuo impuberi militem in testamento tuo tutorem dedisti, & ei legatum reliquisti, si tutelam impuberis administraret: imo simpliciter. sed dubitabatur, an emolumentum sine onere posset agnoscere. Vel dic sub conditione, quæ militi fuerit impossibilis de iure, & ob hoc repellenda: an legatum petere possit non obstante eo quòd non administrauit, quia miles? Respon. quòd sic: cum per sacramentum militię prohibeatur esse tutor: vnde à petitione legati non excluditur: cum si administrare vellet, non posset.

c *Religio.* iurabat enim miles: vt dixi. ff. ex qui. cau. ma. l. pe.

d *Marcellum.* militem.

e *Vobis.* pupillis loquitur.

f *Eripit.* nisi essetis filij conueterani: vt. s. de exc. ve. l. ij.

g *Nec enim.* Not. aliquem per impotentiam excusari, etiam in lucro captando. & facit. ff. de administ. tuto. l. Nesennius.

h *Prohibeatur.* propter militiam, quam habet. Et no. quòd hæc conditio de iure est impossibilis in milite: & ideo remittitur: vt insti. de hære. insti. §. impossibilis. &. s. de insti. & substi. l. reprehẽdenda. & speciale est in milite. secus in alio: vt. j. e. l. pe. &. ff. de test. tu. l. qui tutelam. in prin. & de his qui. vt indig. l. post legatũ. §. amittere. Sed videtur etiam solutum repeti: vt. s. de condic. ob cau. l. si militem. So. ibi ignorauit militem, qui dedit vt esset procurator: ideoque repetit. hic sciuit. vel ibi sub conditione dedit, si esset procurator: hic pure legauit: sed post adsignauit eum tutorẽ. Vel dic q hic fuit relictum sub impossibili cõditione, quæ legatum non vitiat. porro si detur ob causam impossibilem: repetitur per condictionem ob causam, cum causa non possit impleri: vt. d. l. si militem. &. l. dictam. nam in eo quod ibi dicit, si nõ impossibilem causam: subaudi, maximẽ.

*Si in fraudem.* CASVS. Instituisti hæredem: mihi legatum reliquisti. vt me defraudaret hæres ãt legato, Titium supposuit, qui accusabat testamentum: an legatum petere possim, quæritur? Respon. q sic: sed cauebo de eo restituendo hæreditate euicta, licet alij cautioni locus fuerit, tunc scilicet cum dubium fuit an solida legata debeantur propter Falcidiã. si hic legatarius ceperit plus quàm per. l. Falcidiam capere licuerit, illud reddet.

BIU Cujas

FIlia.]IC ASVS. Filiæ tuæ centum legasti, deinde ei in dotem.c.dedisti: an.c.ex causa legati petere possit, quæritur? Respon.quòd non.

a *Viuus.* siue erat species, siue quantitas.in hoc tamen differt: quia vbi quantitas, duplicabitur filiæ, si patrem huius fuisse voluntatis probet: quod nõ sic facile est in specie legata: vt.ff.de iure do. l. cum pater.& de lega.j.l.plane.j.§. j. Sed quid ecõtra si primo dedit in dotẽ, postea legauit? Respon. idem videtur, vt duplicare voluerit: vt argumen.ff.de lega. ij. l. cum quidã vxori.&.l. cum pater. §. pater filiæ.& de lega.j. l. huiusmodi.§. cum pater. & ad leg.Falci. l. cum quo.§. fina. Sed argu. contra.ff.de iure do.l. cum pater.sed ibi promiserat tantum,& non dedit.alioquí esset qđ dixi,vt vtrumque deberetur.& facit ad.l.ff. de lega.ij. l. Lucius.ij. §. impuberem.

*Cum responso.*]IC ASVS. Materfamilias filiam & alium hęredes instituit, & filiæ ante partẽ fundum legauit.vult partem hæreditatis repudiare, & legatum petere:an possit, quæritur? Respon. quòd sic:& hoc per Papi.responsionem.

b *Cum responso.* cuius mentem habes.ff.de lega.j.l. filio.& idem dicitur.l.seq.&.l. qui filiabus.§.fin. & de leg. ij.l.miles.§. pro parte.

c *Renũciasset.* per qđ videbaí portioni prædij,quam salté iure habebat hæreditario, renunciare. Item contra ff.de excep.do.l. fi.§. fi. vbi filia non potest habere prælegata, si hæreditatem dimittit.Solu. ibi tam hæreditatem quàm legatũ habet sub conditione, si debitum remittat.vnde nec legatum habet, nisi remittat: vt.ff. de leg.j.l. sed si non aliás.

*Proprias.*]IC ASVS. Si res tua tibi legetur: an valeat legatum, quæritur? Respondeo quòd non.

*Legari quã doq; potest alicui res sua.*

d *Non potuisse.* quod enim tu um est,amplius tuum fieri non potest: vt instit.eodem.§. sed & si rem. Item hoc, cum pure legatur.secus si sub conditione: vt.ff. de lega.j.l.cætera.§.j. Item hoc intellige, nisi testator aliquid iuris in illis rebus habuit: vt quia sibi obligatæ: vt.ff.de lega.j.l.apud Iulianum.§. si Titius.&.l.si domus.§.fi.&.l.si sic.&.l.senatus.&.l.si tibi homo.§. fi.& de leg. ij.l.Mœuius.§.pe.Quid autem si tempore testamenti est legatarij,& tẽpore mortis testatoris est alienata? Videtur valere: vt.ff. de reg.Cato.l.j.in fi.Vel dic secundum Io.quòd ibi sub conditione fuit legata: vt dicta.l.cætera.§.j.

*Monumenta.*]IC ASVS. Monumentum mihi legasti: an valeat legatum: quæritur? Respon.quòd non: secus si ius inferendi mortuum legaueris.

esset et si scisset rem alienam esse.PP.V.Kalendas Februa.Albino & Maximo Coss.

*Si legatum factum pro dote, detur filiæ in dotem ab ipsomet patre viuente:non potest amplius eo mortuo peti. Alexander post Baldum & Salycetum.*

XI. Idem A. Albiniano.

FIlia,legatorũ nõ habet actionẽ,si ea quę ei ĩ testamẽto reliquit viuus[a] pater, posteaí dotem dederit.PP.V. Non.Mart. Pompeiano & Peligno Coss.

*Hæres qui partem hæreditatis in quæ fuit institutus repudiauit, totum prælegatum consequitur. Alexander.*

XII. Imperator GORDIANVS A. Mutiano.

CVm responso[b] viri prudẽtissimi Papiniani,quod precibus insertum est,præceptionis legatum, & omissa parte hæreditatis,vindicari posse declaretur:intelligis desiderio tuo iuxta iuris formam esse cõsultum. Verba verò responsi hæc sunt: Filiæ mater prædium ita legauit: *Præcipito sumito extra partem hæreditatis.* Cùm hæreditati matris filia renũciasset: [c]nihilo minus eã rectè legatũ vĩdicare visũ est. PP. cõstitutio.V.Id.Iul. Sabino.II.& Venusto Coss.

*Res propria nemini potest legari.Salyc.*

XIII. Impp. DIOCLET.& MAXIMIA. AA. Seueræ.

PRoprias tuas res legari vel fideicommitti tibi non potuisse,[d] certum est.PP.XV.Kalendas Maij, Maximo.II.& Aquilino Coss.

*Non monumẽtum, sed ius inferẽdi mortuum, potest legari.Salycetus. Vel sic: Res religiosa relinqui non possunt, sed ius quod quis habet in eis. Alexander.*

XIIII. Iidem AA. Tatiano.

MOnumẽta[e] quidem legari non posse, manifestum est: ius autem mortuum inferẽdi,legare nemo prohibetur.PP. II. Kalendas Septembr.Maximo.II. & Aquilino Coss.

*Nemo relinquit quod non habet. Baldus. Vel sic: Non valent legata si as alienum absorbet totam hæreditatem:sed si aliquid superest, valet vsque ad illud, falua Falcidia.*

XV. Iidem AA. Terentio & aliis.

SI vniuersæ facultates, quas pater vester reliquit, debito fiscali aut priuato absumuntur: nihil[f] ex his quę testamẽto eius adscripta sunt, valere potest. [g]Quòd si deducto debito, in relictis bonis superfluum est: libertates[g] impediri iuris ratio non permittit:quin*[h] etiam legata[i] necnõ fideicommissa, salua lege Falcidia, præstãda sunt. PP.III. Kalendas Octob.ipsis IIII.&.III.AA.Coss.

*Si debitor legat creditori rem pignoratam, non tenetur creditor restituere eam hæredi, etiam oblato vel soluto precio. Alexander.*

XVI. Iidem AA.& CC. Syllæ.

CReditor si à debitore suo rem quam pignoris nomine susceperat, legatam sibi contendit: etiam debito ab hæredibus eius oblato, quò minus[k] restituat, defendi potest. S. XVIII. Kalendas Februar. Sirmij.CC.Coss.

*Sicut legata fieri possunt, ita & adimi. Alexander.concor.Baldus & Salycetus.*

XVII. Iidem AA. & CC. Eutychiano.

DAtum legatum adimi[l] tam pure, quàm sub conditione,non libertis tantum,sed etiã ingenuis placuit.Dat.III.Non. Mart.CC.Coss.

*Ille cui legatur nomen debitoris, habet vtilem actionem suo nomine: non autem directam,nisi sit mandata,vel cessa.Alex.*

XVIII. Iidem AA. & CC. Iustino.

EX legato nominis, actionibus ab his qui successerunt non mandatis, directas quidem actiones legatarius habere non hoc grauari non possit:vt.ff.de lega.iij.l.si mulier.§.fin.

*Datum.*]IC ASVS. Liberto tuo legatum reliquisti.an ei adimere possis, quæritur? Respon.quòd sic: siue pure dicendo, nolo quòd habeat legatum.siue sub conditione, si nauis venerit ex Asia.idem in ingenuis est. Viuianus.

l *Adimi.* & si quidẽ adimatur in eodẽ testamento, videtur nec fuisse datũ.si quidẽ in alio & solenni,ipso iure adimitur.si in minus solẽni volũtate,ipso iure debetur.sed obstat exceptio: vt.ff. de adi.lega.l.iij .§.fi.Si autẽ fiat adẽptio per inductionẽ: si quidẽ fiat ante cõsummationẽ testamẽti, ipso iure adimitur: alioquin per exceptionẽ:vt.ff.de lega.j.l.si ita scr adscriptũ.& de his quæ in test.delen.l.j.§.sed si legi. &.§.sed consulto.&.l.proxi.

*Ex legato.*]IC ASVS. Actionem quam habes contra debitorem tuum, mihi legasti:an cum eam ab hærede tuo habeam adhuc

*Legatum quãdoq; valet quod non debetur.*

*Legatum quãdoq; non valet quod debetur.*

*Legatum quãdoq; valet quod non debetur.*

*Legatum quãdoq; non valet quod debetur.*

*Legatum quãdoq; valet quod non debetur.*

BIU Cujas

adhuc cessam intentare possim, quæritur? Respon. quòd directam non: sed vtilem meo nomine sic.

a *Vtilibus.* aliàs vtilius. sed quid differt vtilis à directa? Quidam dicunt quòd nihil: vt.ff.de neg.ge.l.actio. Alij quòd vtilis est datiua, directa natiua. Tertij quòd ex contractu ex quo fit cessio, nascitur vtilis: quod non placet: quia si cedo tibi actionē furti, ex hoc contractu nascitur actio vtilis furti: quod est falsum: vt.ff. de pact.l.si vnus.§. pactus. Vel dic, directa ex verbis & ex mente legis: vtilis ex mente tantum: vt in summa de actio. &.ff. de neg.ges.l. actio. Et nota hic sex casus in quibus datur vtilis actio solo cōtractu sine cessiōe: vt hic, & supra de act. & ob. l.nominibus. & quādo fil. vel pri.l.in solutum. & de hæred.vend.l.emptor. &.l. postquam. & ff.de pig.l.cum conuenit. & infra de donatio.l.j.Accur.

*Non tantum.*] CASVS. Vxorē duxisti: intra duos mēses decessit, & te hæredem instituit, & multa legata reliquit: an ob hoc minus teneant quòd tā paruo tempore cum ea fuisti, quæritur? Respō. quòd non.

b *Donationes.* scilicet causa mortis.

c *Angustia.* quia modicum tēpus est quòd eam accepit. & est arg. ff.de lega.j.l. si mihi & tibi.§.j.

*Vxor.*] CASVS. Vxor patrui tui in fundo tuo habebat vsumfructum. illum mihi legauit: an valeat legatum quæritur? Respondetur quòd non.

d *Restuas.* quo ad proprietatem, vel vsumfructum.

e *Non potuit.* sed nōne potuit rem alienam legare? Respon. vtiq;: sed cum non sit sua, ius quod habet, tantū legare videtur: vt.ff. de cōtrahen. emp. l. qui tabernas. & de lega. ij.l. Mæuius. §. pen. at hic post mortem nullum ius remanebit, quare legatum non tenet: vt ff.de lega.j.l.si domus.§.fi. sic ergo quod voluit, scilicet vsumfructum, non potuit: & quod potuit, scilicet proprietatem, non dixit. sicque neutrū valet: vt.ff.de reb. dub.l. in ambiguo. quod est verum, nisi postea sit nacta proprietatem: vt.ff. de lega.j.l. quod in rerum natura.§.j.

*In legatis.*] CASVS. Si testamentum feci sti, & aliquid mihi legasti: non refert, per præceptionem, vel sinendi modum illud mihi reliqueris: quia valet legatum. vel dic an obliquis casibus seu verbis.

f *Nihil.* potest intelligi vt dicat non referre inter quatuor genera legatorum, quæ sunt insti.eo. §.j. sed hoc non placet, cum Iustinianus de nouo hoc fecit: vel q̄ nō refert directis, aut obliquis verbis vel casibus legetur: vt supra de testa.l.quoniā. & qui admit. ad bo.pos.l.fi. nisi ī appellatiuis erraret: vt.ff.de leg.j.l.iiij.

g *Casus.* potest esse nominatiui & accusatiui.

*In annalibus.*] CASVS. Aliquod annuū mihi & hæredi meo reliquisti: an debeatur legatum, scilicet singulis annis: an primis hæredibus tantū, vel hæredū hęredibus, quæritur? Rñ. q̄ hæredibus hæredum: & eadem dabitur eis petitio & exactio.

h *In annalibus.* puta decem annua.

i *Voluit.* secus si hoc nō dixit: vt. ff. de verbo. obliga. l. Stichum §.j.

k *Seruari.* etiam in infinitum: vt.ff.de iu.immu.l.iiij. & de verb.signi.l.hæredis. secus in vsufructu legato tibi & hæredibus. nam de primis intelligitur: vt supra de vsufru.l.antiquitas. ne inutilis esset proprietas: vt.ff.de condi.& demonstra.l. Titio centum.§.Titio.ij.

*Cum quæstio.*] CASVS. Testamentum fecisti, fundū Cornelianum mihi legasti, deinde Titio eius medietatem: qualiter facienda esset distributio, apud antiquos dubitabatur. Dicit imperator q̄ ego in mediā, Titius in alteram vocabitur. Idem est si ego in totam hæreditatem, & ex causa legati Titius percipere debuit medietatem: quia ego in sex vncias vocabor: ille in sex. Si autē testator mihi fundum reliquit, vel aliam rem legauit, & postea iterato mihi eundem fundum legauit, vel aliam rem mihi prius legatam, & sic tertio eundem fundum Titio reliquit, semel facta eius mentione: qualiter facienda esset distributio, quærebatur? Respondetur, siue coniunctim, siue separatim esset legatus fundus: ego in dimidia vocabor, & Titius in alia: nisi testator partes specialiter expresserit. quo casu seruabitur eius voluntas.

potest: vtilibus[a] autem suo nomine experietur. Dat. VI. Id. Decemb. CC. Coss.

*Breuitas tēporis quo matrimoniū durauit, non impedit ab altero coniugum alteri posse legari. Salycetus & Alexander.*

XIX. Iidem AA. & CC. Niconi.

NOn tantum duorum mensium, sed & minoris tēporis marit⁹ vxoris testamēto scriptus succedit: nec legata vel fideicōmissa seu donationes[b] tēporis huius angustia[c] capi prohibet. Dat. V. Id. Decemb. Nicomediæ. CC. Coss.

*Si quis legat rem in qua vsumfructum habet: illud ius tantum quod habet, legasse videtur, licet morte finitum sit. h. d. secundum glo. Alexander.*

XX. Iidem AA. Eutychiano.

VXor patrui tui si testata decesserit: res tuas,[d] tantùm vsumfructum earum habēs, legare nō potuit.[e] Dat. VII. Kalendas Ianuar. CC. Coss.

*Verborum solennitas non curatur etiam in legatis. Salyc. Vel sic: Non refert per quæ verba loquatur testator, dummodo eius intentio comprehendatur. Alexander.*

XXI. Imppp. CONSTANTINVS CONSTANTIVS & CONSTANS. AAA. ad populū.

IN legatis † vel fideicōmissis necessaria non sit verborum obseruantia: ita vt nihil[f] prorsus intersit, quis talem voluntatem verborum casus[g] excēperit, aut quis loquendi vsus effuderit. Dat. Kalēdis Feb. † Constantio. II. & Constante Coss.

*Appellatione hæredis veniunt hæredes in infinitum. Aldxander. concor. Baldus & Salycetus.*

XXII. Imper. IVSTINIA. A. Mēnæ præfecto prætorio.

IN annalibus[h] legatis vel fideicōmissis, quæ testator nō solū certæ personæ, sed & eius hæredibus præstari voluit,[i] eorum exactionem omnibus hæredibus, & eorum hæredum hęredibus seruari,[k] pro voluntate testatoris præcipimus. D. III. Id. Decēb. Constantinop. DN. Iustiniano. A. PP. II. Cos.

*Si vni legatur totum, alteri postea pars eiusdē toti⁹: cēsetur illa pars de toto adēpta. h. d. vsque ad. §. sed & aliam. Alexander.*

XXIII. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

CVm † quæstio talis de significatione verborū animos veterum mouit, si quis cuidam agrū Cornelianū puta, vel aliū quēpiā ī solidū legauerit, deinde alij partem[l] eius dimidiam: quantā portionē primus, quantam secundus legatarius consequitur: simili dubitatione & in hæreditate, & in fideicommissis habita: cumq; cōputationes multæ introducebātur, & multis ratiocinationibus dignę: nos huiusmodi cōputationes quasi superfluas & cōtrarias volūtati testatoris, omnes esse sopiēdas cēsemus. Cū enim manifestū est eū qui ab initio duodecim vncias[m] rei cuidā reliquit, alij autē postea sex,[n] recessisse quidē à priore volūtate, voluisse autē minui eā sex vnciis, cum alij eas obtulit: & prēsens casus exitum apertissimū ī ueniet. Si quis itaq; vel agrū vel hæreditatē reliquerit, primo quidē in totū, secundo autē in partē dimidiam: vtrūque in sex vncias esse vel dominū rei legatæ, vel hæredē. Et si tota re primo relicta, tertiam partem secundo reliquerit: secundum prędictum modū octo quidē vncias vel agri vel hæreditatis apud primū remanere, tertiā autē partē, vel quatuor vncias ad secundū migrare[o]. Et sic in omnibus statuēdum est, id est in hęreditatibus, vel legatis, vel fideicommissis. vestigia enim voluntatis testatoris non aliter nisi per huiusmodi viam æstimanda sunt.

† *Ex quinquaginta decisionib. Cōstins.*

l *Partem.* quod potest facere, & etiam totam, si vult: vt supra eodem.l.datum.

m *Duodecim vncias.* id est totam rem.

n *Sex.* id est dimidiam.

o *Migrare.* imò videtur res transire ad dupondium in nostro casu: vt.ff.ad Treb.l.Marcellus. in prin. & l.qui quadringenta. & de hære.instī.l.interdum.§. sed si excesit. &.l. si ita scriptum.§. quidam. & de liberis & posthu.l. si ita. in prin. Ad hoc dico, q̄ hic corrigit. Vel verius distingue, vtrum certum sit testatorem excedere assem voluisse: an noluisse: an dubitatur. Primo casu loquitur d.l. interdum. noluit enim ad dupondium transire, & ex eo diuidi hæreditatem suam, quod potuit: vt instit. de hære.

*Asse toto distributo, an sit necesse ad dupondium diū trāsire.*

BIU Cujas

hære.insti.§.hæreditas.Secundo,scilicet si noluit expresse excedere assem,locum habet quod hic dicitur: vt tantum videatur minuisse primo,quantum contulit secundo, si secundo contulit minus asse:vt.ff.de leg.j.l.si pluribus.si vero contulit primo minus asse,& secundo assem:tanto plus habet secundus tacite, quãtum apparet amplius ei datum: vt dictis.ll. ad Trebell.nam in eis plꝰ secundo dederat:& eadem distributio fiet in vacãte portione:vt instit. de hæred. insti. §. videamus.&.d.l. Marcellus.ad Trebell.nam in eis plus secundo dederat. Et est ratio huiusmodi diuersitatis, quia vbi legat mihi xij.tibi.vj. intelligitur tibi legasse.vj.de duodecim, & ita minuisse primum legatum. & non videatur diuisisse rem in.xviij.vncias. at vbi mihi primo legat sex,postea tibi duodecim: non potest dici quòd legauit tibi duodecim de.vj. quia est impossibile vt plus videatur ademisse primo quàm dedisse. Ex his duobus vltimis casibus, quando expresse, & quando tacite voluit excedere: vt ibi primo casu, & cætera. & ibi,si vero,& cætera. patet defunctũ voluisse excedere assem quantum ad numerum vnciarum:quia duodecim & sex non inueniuntur sub asse. sed non quo ad quantitatem. vbi autem noluit excedere assem, & mihi plures quàm tibi reliquit vel legauit vncias,tamen plus habeo quandoque,vel ex voluntate expressa,vel ex præsumpta: vt.d.l. de lib. & posthu. l. si ita. Tertio casu.ſ.cum dubitatur,voluit vel non excedere assem,præsumo ꝙ noluerit excedere per.l.istam.& ar. ff.de hær.insti.l.qui nó militabat.§.fi.Azo.Ité & vbi cõstitit noluisse excedere velle assem, si primo assem, secũdo assem dedit per legatũ: vocatur vterque in medietatẽ,nisi constet testatorẽ voluisse primo adimere:& tunc secundus haberet totum, vel nisi vtrunque eorũ voluit testator solidũ legatum accipere:quia tunc vnus haberet rem,alius precium:vt.ff.de lega.j.l.si pluribus.Item quid si primo assem,secundo semissem,tertio sextantem reliquit: nunquid hic tertius deminuet de asse,vel de semisse,an de vtroque? Tu dic ꝙ de vtroque deminuit proportionabiliter:vt.ff. de leg. j.l.si quis testamento.§.j.quod probabilius est.

*Plures nominationes de eodem vniformiter factæ,non faciunt ipsum ad maiorẽ portionem vocari. Alexan.*

Sed & aliam disceptationem iuris antiqui non absimilem [a] cõstitutam decidere nobis humanum esse apparuit. Agitabatur enim,si quis agrum Cornelianum,vel forte aliũ,vel quandam rem cuidam legauerit, & postea iterum vel sæpius ei eãdem rem per legatum vel fideicommissum dederit,post talia † autem verba testamenti Sempronio eundem agrum vel aliã rem legauerit,vt sępius quidem fuisset Titij mentio,semel autẽ Sempronij:quid statuendũ est? & quid iuris sit, si cõiunctim, [b] aut separatim eis relinquatur, siue in legato hoc consistat,siue in hæreditate? Huiusmodi igitur decidentes antiquam controuersiam, sancimus, cuicunque sit hæreditas, vel ager in memoratis casibus,siue cõiunctim, siue soli, [c] siue sæpius [d] eidem relictus: [e] æqua lance & hæreditatem,& agrum,& aliam quancunque rem diuidi, & ad dimidiam partem vnumquemque vocari: [f] nisi specialiter expresserit & dixerit testator, tãtas quidem partes velle vnum, tantas [g] autem alterum habere.In omnibus etenim testatoris voluntatem, quæ legitima est,dominari cẽsemus.D. XV. Kalend.Decemb.Lampadio & Oreste V V.CC.Coss.

† *Post alia.*

*A substituto exhæredati non potest legari,vel fideicommitti,etiam si exhæredato pater aliquid legauerit.Saly. Vel sic: A substituto impuberis exhæredati,non potest legatum vel fideicõmissum relinqui: etiam si impuberi aliquid relictum sit.Alexan.*

XXIIII. Idem. A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm quidam suum filium familias impuberem exhęredatum fecit, aliis hæredibus scriptis, eidem autem pupillo alium substitutũ reliquit, [h] maximam scilicet ostendens ad filium suũ adfectionẽ, [i] cui nihil quidẽ emolumenti reliquit,sed post exhæredationis iniuriam etiam substitutionem ei [k] addidit,& à substituto [l] legatũ [m] reliquit: quærebatur si huiusmodi legatum vel fideicommissum posset valere. Sed et si legatum eidem exhæredato filio pater reliquerit, & substituerit ei exhæredato facto aliquem extraneum:iterum certabatur, si saltem per eundem modum fideicommissum posset relinquere. Cum igitur antiquitas quidem hoc diuersè tractare maluerit, nobis autem huiusmodi iurgia superuacua esse videãtur:sancimus nullo legato, nullo fideicommisso huiusmodi substitutum,qui exhęredato pupillo datus est,prægrauari:nec si ipsam rem quam pupillo legauit, à substituto eius vel legare vel fideicommittere voluit. [n] Dat.II.Kal.Maij. Constantinop. post consulatũ Lampadij & Orestis.VV. CC.

*Legatarius celans testamentum, priuatur legato,& remanet hæredi scripto. Vel sic:Illud quod aufertur ab indigno propter casum concernentem fauorem certæ personæ,debetur illi,& non fisco. Saly. Vel sic: Legatarius qui surripit testamentum, cadit à legato tanquam indignus. Et quando indignitas alicuius respicit fauorem certæ personæ:illud quod sibi aufertur, applicatur illi personæ. Alexander.*

XXV. Idem. A. Ioanni præfecto prætorio.

SI legatarius,[vel fideicõmissarius]celauerit testamentũ, & postea hoc in lucem emerserit, an proprium nomen vnius expressum sufficiat, cui semel tantum legatum est: an appellatiuum.primo casu habebit virilem portionẽ: vt ar.ff.de stipu.ser.l.si communis seruus.vbi quæ non valet: quia expresse in lege contraria fuit expressum proprium nomen. Alij dicunt illa in contractibus, hæc in vltima voluntate.vel ibi nominatus bis,non habet plus ideo quòd pluries fuerit nominatus, sed quia sic voluit seruus qui stipulabatur, qui vni ex dominis in plus potuit prouidere: vt ff. de stip. ser. l. seruus communis. ij. §. licet. sic & hic haberet plus, si testator vellet:vt hic subiicit,&.ff.de le. j.l. legata inutiliter.§.fi.& hæc verior. Item contra.ff.de pec. leg.l. dominus seruum.§.dominus seruum. vbi semel dimidiam serui cuidã legauit,secundo aliam dimidiam eidẽ & alij, sed ibi manifesta est voluntas, ꝙ voluerit vnũ tres partes habere:quia ibi vtrique adsignauit suam portionem.

g *Tantas.i.* tot.

CVm quidam.] CASVS. Filium suũ impuberem exhæredasti,extraneum instituisti, impuberi in bonis maternis Titium substituisti,& à substituto legatum mihi reliquisti:an valeat legatum, quęritur? Ité si filio exhæredato legatum reliquisti, similiter est quęstio an valeat legatum.apud antiquos erat de hoc altercatio. Dicit imperator ꝙ nó valet:nec debet substitutus prægrauari: nec in legato etiam relicto pupillo dando à substituto substitutum grauare potuit. Viuianus.

h *Reliquit.* pupillarem.quod potest in bonis quæ aliunde habuit:vt ex hæreditatibus propinquorum:vt insti. de pupil. sub. §.non solum.

i *Adfectionem.* per antiphrasim.i.per contrarium.

k *Ei.* scilicet pupillo.

l *A substituto.* relinquere.ſ.substituto tantum.

m *Legatum.* dandum.

n *Voluit.* scilicet testator. sed ipse filius exhæredatus potest grauari,si ei sit aliquid relictum:aliàs non:vt.ff. de vulg. substit. l.cohæredi.§.cum filiæ.ibi, neque fideicommisso. & infra de fideicom.l. quidam.licet ab eo substituto non posset,vt hic, & etiam prisco iure:vt.ff.ad.l.Falcid.l.qui fundum. §. qui filios.ibi, nec huic contrarium &c.& de milita. testamen. l. miles ita. §. si miles.

BIU Cujas

miles.& de le.iij.l.fin.in princ.& est hic speciale:aliàs enim sicut à legatario possum relinquere, ita & ab hærede eius:vt. ff. de lega.iij.l.v.§.fi quis.

*Legatarius.*] CASVS. Si testamẽtũ feci sti,& mihi aliquid legasti, & testamẽtũ celaui quo magis hęredẽ hæreditate defraudarẽ:an ex eo testamẽto legatũ mihi petere possim quæritur? Rñ. quòd nõ:sed remanebit apud hæredẽ quasi pro nõ scripto,ad exẽplũ eius cui erat legatũ relictũ si tutelã alicui⁹ pupilli administraret:qa sinõ administrauit,auferetur ab eo: & pupillo adsignabitur.

a *Iacturam*. idem in hærede videtur: vt. ff. de his quæ in testa.delen.l.j. §. hæreditas. & j.de fideicom. authen. hoc amplius. Sed arg. cõtra.ș.eo.l.ſi fraudẽ.

b *Aufertur*.vt.&.ff.de iure pa.l.si quis tutor. &.ff.de excu.tut. l. legatarius.&.l.tutor petitus.&.ff.de his qui.vt indi.l.post legatũ.§. amittere.& de lega. j. l. etiam si partis. &. ș. de condic.ob.cau.l.si militem. sed hoc fallit in milite:vt.ș.eo.l.ab administratione. Itẽ fallit quãdo aliàs legatarius erat:vt ar.ff. de excu.tu.l.sed hæc. &. l. Neſennius.&.ff. de testa.tutel. qui tutelam. Item fallit quãdo paratus est subire, sed non idoneus inuenitur,puta quia minor:vt.ff. de lega.ij.l. cum filius. §. nõiure.quę omnia cõtraria specialia sunt.

*Legatũ relictũ factũ ad tempus certum, vel incertum.quo finito ad hæredem reuertitur.& ei de restituendo finito tempore cauere debet.Alexãder.& licitum est arguere de cõtractibus ad vltimas volũtates.Salyce.*

*Licet tutelam non sit.*

*Ilud.*] CASVS. Fũdum Titio legasti in x.annos, vel vsque ad x.annos:an valeat legatum? apud iurisperitos erat quæstio: quia esset temporale, & sic irritandum. Statuit imperator, quòd huiusmodi legatũ valeat ad similitudinẽ cõtractus tẽporalis & donatiõis: ita tamẽ, vt legatarius caueat hęredi de eo restituẽdo elapso tẽpore nõ deteriore facto.

c *Temporalibus*.lego tibi fundum illum,vt vsque ad decem annos teneas. Accur.

d *Donationes*.vt infra de dona.quæ sub mo.l.j.ij.& iij.

e *Et contractus*. vt loco tibi vsque ad decem annos: vel vendo tibi fundum, vt reddas mihi post decem annos: & ego tibi precium.

f *Confirmari*.potest enim legatum tempore finiri.& sic est contra.ff.de act.& obliga.l.obligationum fere.§.placet.So.ibi quãtitas annua vsque ad decẽ annos fuit legata,quę etiam post tempus debetur,licet exceptione finito tẽpore repellatur:vt ibi dicit.hic autem species fuit legatario data,vt post tempus redderetur.Vel dic hic idem,quod ibi.nam & post decem annos poterit hæres conueniri,vt adhuc patiatur legatarium habere,sed vtetur exceptione, vt ibi. Item nota hic q̃ ex voluntate defuncti certo tempore finitur legatum.& sic est contra.ff.de legatis. j. l. nemo potest.Solu. vt vsque ad certum tempus gaudeat quis beneficio defuncti,testator statuere potest:vt hic.sed q̃ legatarius si cessat legatum petere,repellatur, nisi tempore in lege statuto:non potest facere testator:vt ibi.

g *Remeantibus*.ipso iure ex voluntate defuncti.

h *Restituatur*.sic.ff.vsufru.quemadmo.caueat.l.j.

## DE VERBORVM ET RERVM SIGNIF.

*Quia in testamentis quædam vocabula obscura, & res inueniuntur: ideo dicit de verborum & rerum significatione; sed generalius dicit ff.eo. titu.*

Continuatio.

PRædiis.[CASVS. Fundũ mihi legasti.in quo erat vinũ & oleũ:an ista cedant legato,quęritur. Distinguitur:aut erant in eo reposita, vt eis vtereris,cũ ibi venisses: aut vt venderentur. primo casu cedunt legato, secundo non. Idem est si si aliquid in eo prædio deposueris ad tempus ꝓpter ĩcursum hostiũ, quod legato nõ cedet.

i *Ex fructibus*.ſ. illorum prædiorum.

k *In eodem*. & ex eodem:quod facit dubitationem.

l *Fuit*.hoc tamẽ quãdoque non consideratur: vt argu.contra. ff. de rebus eo.l.j.§.si defunctus.

m *Ea*.vt arma.

n *Tutelæ*.i.defensiõis? & sic ad tẽpus:vt. ff. de leg.iij.l.ſi fundus.&. l. si ita legatum. & argu. ff.de pig.l.debitor.

o *Prædium*. in quo prædio erat fortis domus.

p *Illic*. i. in illo fundo.

q *Legato*.cur aliud si domus instructa legatur, vbi indistincte nõ continetur vinũ: vt.ff. de fund.instru. l. si ita. §.domo? Ioan. Sed respondetur:quia ex ipso fundo colligitur vinũ, vnde quandoque cum eo legari videtur, vt hic dicit: sed non cum domo. Vel dic illã intelligi secundũ illã: vt si habeat gratia dom⁹, cedat legato : vt & in eo. tit. l. quæsitum. §.sed si fundus. &. §. Noratius.

*Domo instructa legata,an cõtineatur vinum.*

FVndo.] CASVS. Fundum vt erat instructus mihi legasti. quæ legato cedant, quæritur? Respondetur quòd non solum serui,quos ibi colendi causa habuisti, sed omnia quibus instructus est fundus:non quæ ad tempus propter hostiũ incursum ibi reposuisti.Item alia quæ erant ibi gratia colligendorum ac conseruandorum fructuum,puta corbes, granaria, & similia. Item pecora stercorandi fundi causa.

r *Villicum*.seruum.

ſ *Homines*.seruos.

t *Ageret*. vt libros, in quibus solatiabatur cum ibi erat.

u *Instructus*.vt instrumenta fundi.Et nota quòd refert vtrum dicat testator,lego prędium instructum:an fundum cum instrumento,siue fundum & instrumentum. primo casu continentur non solum ea quæ sunt ibi gratia fundi colendi, sed etiam instrumenta quæ habet causa sui paterfamilias, vt libros, vinum, & frumentum causa sui & familiæ. aliis autem casibus continentur

*Fundum instructum, fundũ cum instrumento, fundum & instrumẽtum legare differunt.*





BIU Cujas

cõtinetur ea tantũ quę ibi sunt, vt ager colatur: vt boues, aratrũ, ligones, falces messoriæ, putatoriæ, & similia. & ꝓbatur hęc differẽtia hic, & ff. de fun. instruct. l. si cui. & l. quæsitũ. §. sed si fundus. secundum Azo. Vel aliter idẽ si dicat fundum instructũ, vel fundũ cum instrumẽto, vel fundũ & instrumentũ. nam in quolibet casu cõtinetur instrumentũ fundi, & instrumentũ patrisfamilias, vt hic dicit. sed in hoc casu est differẽtia: quia ex hac scriptura fundus cũ instrumẽto, alienato fundo, si moriatur testator, nihil erit legatum: sed in aliis duobus casibus remanet legatũ instrumẽti, scilicet patrisfamilias. nam fundi instrumẽtũ sequitur alienationem fundi: vt dicta. l. si cui. Tertij dicunt, siue dicat fundum instructũ, vel sicut instructus est, vel fundũ & instrumẽtum, etiã patrisfamilias instrumẽtũ cõtinetur, nõ solũ fundi: vt dicta l. quæsitũ. §. sed si fundus. &. §§. sequẽtibus. & hic: an fundũ cũ instrumẽto: quo casu solũ instrumentũ fundi continetur legato. & hoc placet, adiecta etiã illa differentia quæ fit in dicta. l. si cui.

† *certissimi.* *Fundo simpliciter vẽdito, an veniãt instrumenta.* * *Id est securitatis.*

† *In vet. cautionem, vel cautelam, vel* ΑΣΦΑΛΕΙΑΝ, *minimè &c. rectè. Contius.* † *Cõcord. gl. super verbo, cautiõe. in. c. quæ frõte. extra de appel.*

a *Temporis causa.* vt sit supra.

b *Seruandorum.* arcæ, & similia: vt. ff. loca. l. sed addes. §. illud.

c *Pascẽdi.* ff. de serui. rusti. prædi. l. pecoris.

*Ancimus.* [*CASVS.*] Testamẽtũ fecisti, me hæredẽ instituisti, Titio fundũ sub cõditione legasti, & mihi pręcepisti, vt ei cautionẽ præstarẽ de legato præstando conditione existẽte: quid nomine cautionis intelligatur, puta nuda ꝓmissio, vel fideiussoria, quæritur? Rũ. nuda ꝓmissio. vel dic exemplũ. ff. tit. j. l. vltima. in fine.

d *Cautionis.* si testator ꝓcepit caueri. idẽ si lex.

e *De satisdatione.* quæ fit cum fideiussor accipitur: vt. ff. qui satisd. cog. l. j.

a *Cõcor. gl. super verb. sufficienti. in ca. ex transmissa. de rest. spo.* † *al. munia.*

f *Nudam.* [a] à pignore vel fideiussore, nõ à stipulatione. Sed contra. ff. mãdati. l. si mandato Titij. §. fin. Solue. ibi est idonea. Itẽ cõtra. ff. de colla. bo. l. j. §. caueri. Solu. cautio est genꝰ: vt. ff. de regulis iur. l. plus cautionis. Sed in vltima volũtate ꝓ nuda ponitur: vt hic. & eodẽ modo rñ. ff. de ꝓcur. l. j. que est cõtra.

*Cum quidam.* [*CASVS.*] Cũ fit disiunctio, refert an fiat personarũ, aut rerũ. Si personarũ, veluti si sic dicat testator: Illũ aut illum hæredẽ instituo. illi aut illi do lego. apud antiquos dubitabatur an valeat legatũ vel institutio. quidã dicebãt in institutione vnum vocari ex institutione, aliũ ex substitutione, in legatis posteriorẽ tantũ admitti ad legatũ. Dicit ergo ꝙ si nũc taliter fiat institutio, ꝙ debet accipi aut, pro &. Idẽ est cũ dicitur, illi aut illi libertatẽ relinquo, illũ aut illũ filio meo imberi tutorẽ do. & hoc in prima. Si autẽ fit disiunctio rerũ, vt Titio illã aut illã rem do lego. habẽt locũ quæ in veteri iure sancita sũt: scilicet ꝙ hæredis sit electio, quã illarũ dare velit. & sic aut, sumitur propriè. & hoc in secunda. hoc locum habebit in contractibus. & hoc in tertia.

temporis [a] causa in eo habuit, relicta esse, iuris auctoritate definitum est. ea etiam quæ tam fructuum colligẽdorum, quàm seruandorũ, [b] item pecora stercorandi vel pascẽdi [c] causa ibi constituta, vt de his fructus capiantur, vel vt fundus sit instructus: fideicõmisso cedere, certi† iuris est. Dat. Non. Octo. Sirmij. AA. Conss.

*Cautionis verbo simplex cautio significatur. Bald. Vel sic: Verbum cautio simpliciter prolatum à testatore, vel à lege ciuili, intelligitur de nuda promissione: nisi aliud sit dictum. hoc dicit no. Salyce.*

III. Imp. IVSTINIAN. A. Iuliano. P. P.

SAncimus cautionis [d] nomine vel ἀσφαλείας * non esse fideiussoris dationem interpretandam: nisi hoc specialiter vel in Græcis vel in Latinis verbis scriptũ fuerit. nisi enim vel generaliter de satisdatione [e] vel fideiusiõe specialiter sit nominatũ: cautiõe † vel ἀσφαλείᾳ minimè fideiusionẽ, sed nudam [f] ꝓmisionẽ significari. † D. Kal. Mart. Cõstantinopo. Lãpadio & Oreste V V. CC. Coss.

*Disiunctiua apposita inter personas, ponitur pro coniuncta: secus si inter res. idem in contractibus. Bal. Vel sic: Disiũctiua posita inter personas honoratas, vel grauatas, fauore pupillorum tam in vltima voluntate, quàm in contractibus, accipitur pro cõiunctiua: nõ si inter res sit apposita. Saly.*

IIII. Idem. A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm quidam [g] sic vel institutionem, vel legatũ, vel fideicõmissum, vel libertatem, vel tutelam scripsisset, *Ille aut ille mihi hæres esto.* vel, *Illi aut illi do lego*, vel, *dari volo.* vel, *Illum aut illum liberum*, aut *tutorem esse volo*, vel *iubeo.* dubitabatur vtrúmne inutilis sit huiusmodi institutio, & legatum, & fideicommissum, & libertas, & tutoris datio: an occupantis melior conditio sit: an ambo in huiusmodi lucra [h] vel munera [i] † vocentur: & an secundum aliquẽ ordinẽ [k] admittãtur: an vterq; omnimodo: cũ alij [l] in institutionibus primum quasi institutũ admitti, secundum quasi substitutum, alij in fideicõmisis posteriorem [m] solũ accepturũ fideicõmissum existimauerint, quasi recẽtiore voluntate testatoris vtentẽ. Et siquis eorum [n] altercationes sigillatim exponere maluerit: nihil prohibet non leue libri volumen extẽdere, vt sic explicari posit tanta auctorum varietas: cum non solũ iuris [o] auctores, sed etiam ipsę principales constitutiones, quas ipsi auctores retulerũt, [p] inter se variasse videntur. ℣ Melius itaque nobis visum est, omni huiusmodi verbositate exposa, cõiunctionẽ *aut*, pro & accipi: vt videatur copulatiuo modo esse prolata, & magis sit παραδιάζευξις, vt & primam personam inducat, & secundam non repellat. ℣ Quẽadmodum enim (verbi gratia) in interdicto *Quod vi aut clàm:* [q] *aut* coniunctio pro & apertissimè [r] posita est: [s] ita & in omnibus huiusmodi casibus siue institutionum, siue legatorum, siue fideicõmissorum, vel libertatum, seu tutelarũ, hoc est intelligẽdum, vt ambo veniãt æqua lance ad hæreditatẽ: ambo legata similiter accipiãt: fideicõmissum in vtrumque diuidatur: libertas [t] vtrumque capiat: tutoris ambo fungãtur officio: vt sic nemo defraudetur à commodo testatoris: & maior prouidentia pupillis [u] inferatur: ne dum dubitatur [x] apud quẽ debeat esse tutela, in medio [y] res pupillorũ depereant. ℣ Sed hęc quidem sancimus, cum in personas [z] huiusmodi proferatur scriptura. Sin autem vna quidẽ est persona, res autẽ ita derelictæ sunt, *Illã aut illã rem illi do lego*, vel *per fideicommissum relinquo*: tunc secundũ veteres regulas & antiquas definitiones, vetustatis iura maneãt incorrupta, [a] nulla innouatione eis ex hac cõstitutione ĩtroducẽda. Quod etiã in cõtractibus [b] locũ habere censemus. Dat. pridie Kalen. Maij, Constantinop. post cõsulatum Lampadij & Orestis VV. CC.

a *Temporis causa.* vt sit supra.

b *Seruandorum.* arcæ, & similia: vt. ff. loca. l. sed addes. §. illud.

c *Pascẽdi.* ff. de serui. rusti. prædi. l. pecoris.

d *Cautionis.* si testator ꝓcepit caueri. idẽ si lex.

e *De satisdatione.* quæ fit cum fideiussor accipitur: vt. ff. qui satisd. cog. l. j.

f *Nudam.* [a] à pignore vel fideiussore, nõ à stipulatione. Sed contra. ff. mãdati. l. si mandato Titij. §. fin. Solue. ibi est idonea. Itẽ cõtra. ff. de colla. bo. l. j. §. caueri. Solu. cautio est genꝰ: vt. ff. de regulis iur. l. plus cautionis. Sed in vltima volũtate ꝓ nuda ponitur: vt hic. & eodẽ modo rñ. ff. de ꝓcur. l. j. que est cõtra. speciale. Item contra. in. l. si quis ita legauerit. quæ est in eo. ti. sed & ibi speciale. vel est ibi seu, in qua est aliud, quàm illa, aut.

g *Cum quidam.* circa quatuor tractat hæc lex, ĩstitutionẽ, legatũ, libertatẽ, & tutelam.

h *Lucra.* quantum ad hæreditatẽ, vel legatũ, vel libertatem.

i *Vel munera.* ad tutelã.

k *Ordinem.* scilicet vt prior nominatus, prius admittatur.

l *Alij.* ff. iurisconsulti dicebant.

m *Posteriorem.* vt. j. de fideicom. l. clari.

n *Eorum.* antiquorũ sapientum.

o *Iuris.* ff. antiqui.

p *Retulerũt.* super hoc.

q *Aut clã.* aut pro &. [b] *Clam* materialiter hic ponit. *clãdestinum*

r *Apertissimè.* vt arg. *de iur.* ff. quod vi aut clã. l. is *a pr.* qui in puteũ. §. hoc interdictũ. & in aliis casibus: vt. ff. de verb. ſignifi. l. sæpe. & facit. ff. de test. tute. l. tutor ita.

s *Posita est.* vt si primo incepit clã, & prohibit [a] perseuerauerit.

t *Libertas.* i. vterque capiat libertatem.

u *Pupillis.* ff. in tutela accipiendo hanc disiunctiuam aut seu vel, pro coniunctiua.

x *Dubitatur.* id est in quæstione.

y *In medio.* id est de medio tempore.

z *In personas.* imò quandoque contra: vt ff. de leg. ij. l. cũ pater. §. pen. Solu. ibi secundum ordinẽ scripturæ intelligitur substitutio facta: vt ibi dicit.

a *Incorrupta.* vt hæres habeat electionem: vt. ff. de iur. do. l. plerũque. & instit. de act. §. huic autẽ. &. ff. de contrahẽ. emp. l. si in emptione. §. pe. &. l. si ita. &. ff. de cõdic. inde. l. si quis. Sed certe ĩmo in rebus punitur quando aut pro &: vt. ff. de aur. & arg. leg. l. quintus. j. in fi. sed ibi *quasi* speciale. Item contra. in. l. si quis ita legauerit. quæ est in eo. ti. *pœnitur.* sed & ibi speciale. vel est ibi seu, in qua est aliud, quàm illa, aut.

b *In contractibus.* scilicet quod dictum est in alternatione rerum legatarum:

BIU Cujas

legatarum:vt in prædictis.ll.continetur.Sed certe & in alternatione personarum est idem,quod.ſ.vt aut,pro & accipiatur:vt ſi vẽdam rem meam tibi,aut illi,cum ambo præsentes ſitis: vt hic. Nec obſtat.ff.de contrahen.empt.l.fundum.quia ibi non vtrique vendebat,ſed vni:quia ſibi & alteri volebat emere,quod alteri non poteſt.hic autem quando cum vtroque cõtrahit.Item nec ob.ff.de verb. oblig. l. eũ qui.§.qui ſibi. quia & ibi cum vno tantũ cõtrahit:& alter ponitur ad ſolutionẽ tantũ.

*Quãdo verbum familiæ ſonat in perſonis,intelligitur de propinquis ſecundũ ordinẽ proximitatis,& de quibuſdam adfinibus in ſubſidiũ vocandis. Sed quãdo nomẽ familiæ ſonat pro rebus, intelligitur pro ſubſtantia bonorũ. Bald. Vel ſic: Relictum familiæ debetur gradatim perſonis appellatione familiæ contentis,& in hac lege deſcriptis. Sin autem fiat de familia,intelligitur de rebus. Saly.*

v. Idem. A. Ioanni præfecto prætorio.

Svggestioni. [*CASVS.* Teſtamentũ feciſti,hæredẽ inſtituiſti,familiæ tuæ decem legaſti.qui familię nomine cõtineantur,quæritur? Rñ. q̃ non ſolũ ſuperiores, & inferiores,& collaterales: ſed liberti & patroni, nurus & gener. Idem eſt ſi teſtator mihi fundũ legauerit, & ne alienẽ prohibuit: quod ſi facerem,cũdem fundum familiæ legauit:an accipiatur familia quomodo ſupra? Reſpõ. q̃ ſic.& hoc in ſecunda. Aliàs autem ſumitur familia pro ſubſtantia: vt cum dicitur familię erciſcundæ,id eſt, hæreditatis diuidendæ. & hoc in tertia & vltima parte. Viuia.

a *Per ſuum elogiũ.* primum exemplum.

b *Nulla ſpeciali.* nam tunc ſecus eſſet. ff. de leg.iij.l.omnia.§.fin.

c *Deficientibus.* ſcilicet propinquis.

d *Hi.* ſcilicet filij.

e *Eos.* ſ.nurum & generum.

f *Poſt eos.* ſcilicet generum & nurum. Et not. primo vocari liberos. Secundo parentes. Tertio, collaterales. Quarto generũ & nurum. Quinto libertos: vt hic, &. ff. de lega.iij.l.peto.§.fratre.& l.cum pater. §. penult. & ad Trebel. l. hæredes. §. fina.

g *Prohibuerit.* quod fit quandoque: vt.ſ.de reb. alie. non alie. l. fi.&.ij.de fideicom.l.voluntas.&.ſ.de condic.ob cau.da.l.ea.

h *Pro ſubſtantia.* vt in familiæ erciſcũdæ iudicio.& alias habet ſignificationes: vt.ff.de verb.ſigni.l.pronunciatio.§.familiæ.

*SI OMISSA SIT CAVSA TESTAMENTI.*

*A ſcripto hærede,& hoc in fraudem relictorum ſeu libertatũ. Et nota quòd propter tria inducitur hoc edictum. Primo contra eum qui omittit ex teſtamento adire, & adit ab inteſtato in fraudem legatariorum: vt infra eo.l.ii.in prin.& .ff.e.l.ii. Secundo contra eum qui dimittit adire, vt ad ſubſtitutum tranſeat,& in fraudem ſimiliter: vt infra eo.l.i. Tertio quando ideo, vt perueniat ad legitimum: vt.ff.eo.l.i.§.fina.*

Si in fraudem.][*CASVS.* Teſtamentum feciſti,hæredem inſtituiſti,& ei ſubſtituiſti,& mihi legatum reliquiſti.in fraudem mei omiſit hæreditatem inſtitutus.à quo petam legatum, quæritur? Diſtinguitur:aut interuentu pecuniæ eam omiſit: aut non. primo caſu agam contra inſtitutum,ſecundo caſu contra ſubſtitutum ſi fraudis particeps fuit. Vivianus.

i *Si in fraudem legatorum.* ab inſtituto relictorum, & inſtitutus fecit hanc fraudem, & ſubſtitutus participauit, vt ſubiicit. Sed nõne ſubſtituendo videtur teſtator permittere omitti? Reſpõ. quòd ſic,ſi principaliter ad euitandum damnum propriũ faciat, non ſi propter aliorum malum: vt argu.ff.de aqua plu. arcen. l. j. §. denique.

k *Eum.* ſ.ſubſtitutum,& eius hæredem: vt.ff. eo.l. de libertatibus.§.hæredem. Sed videtur directam dari,etiam ſi non fuit aliqua fraus cõmiſſa,cum legata ab inſtituto, intelligãtur tacitè repetita à ſubſtituto: vt.ff. de leg.ij.l.ſi alienus ſeruus.&.l.cum pater. §. ab inſtituto.& de leg. j.l.licet.&. j. ad Treb. l.iiij. Reſpõ. hic teſtator noluit eſſe repetita,quaſi non teneretur ſubſtitutus: vt. d. l.licet.niſi propter huiuſmodi fraudem. An autẽ inſtitutus teneatur, cũ & ipſe fecerit fraudem? Reſpõ. ſic in ſubſidium. prius enim ſubſtitutus, qui poſsidet, eſt cõueniẽdus: vt arg. ff.eo.l.licet.in fi.&.l. ſi pecuniam.&.l.ſeq. Vel dic non conueniri inſtitutum,niſi acceperit pecuniam pro omittẽdo: vt. d. licet. &. l. ſi quis pecuniam. &.l. ſi non ſolus.§. fin. ibi, ſi autẽ ſine pecunia &c. hic autẽ hoc primo caſu nõ habuit pecuniã.

*Legata ab inſtituto relicta,an vi deantur repetita à ſubſtituto.*

l *Participatum eſt.* idẽ ſi non participaſſet ſecundũ. P. Sed arg. contra. ff.eo.l.fina.

m *Accepta.* quam accepit inſtitutus à ſubſtituto, vt hæreditatem omitteret.

n *Cogitur.* ſcilicet inſtitutus à ſe relicta, & ſubſtitutus ſimiliter à ſe ſubſtituto relicta: vt ff.eo.l. ſi non ſolus. §. ſi.ibi,item ſi ſolus &c. &.j.de fideicommiſ.liber.l.j.in fin. Sed videtur quemlibet in ſolidũ teneri: vt. ff.eo. tit. l.ſi pecuniam.&.l. ſi à ſubſtituto. quę ſunt cõtra. Sed dic quòd ibi quilibet poſsidebat, ſcilicet inſtitutus & ſubſtitutus, ab inteſtato,cum ambo eſſent legitimi: hic ſubſtitutus tantum,& ab vtroque idem erat ibi legatum, quaſi ambo in ſolidum grauati eſſent: ſecus in duobus hæredibus omittentibus ex teſtamento: quia habentes ab inteſtato,ſimiliter vt prius pro partibus tenentur: vt.ff.eo.l.ſi duo.&.l.ſi nõ ſolus.in fi. Item adhuc videtur primo poſſeſſorẽ hereditatis conueniendũ.ff.eo.l. ſi quis pecuniã.ſed ibi loquitur quãdo idẽ erat relictũ ab inſtituto & ſubſtituto: ſi autẽ diuerſa, quilibet ſuis legatariis tenetur: vt dixi.


*Hæreditariis.* [o] *scilicet quarta retenta, subaudi. sic &. s. de inoff. testa. l. scimus. §. repletionẽ. Sed cõtra. ff. de ĩoffi. test. l. Papinian⁹. §. si conditioni. vbi computantur fructus. Solu. hic corrigit secundum*

*Restitutio. solutũ ergo erat per ignorantiam facti: vnde datur condictio indebiti: vt infra titu. j. l. error. Vel dic a restitutio, id est retentio, si solutum non erat.*

*Non iustam. b Diuiditur in tres partes: quia primo ponit thema & motiuũ dubitãdi. Secũdo soluit dubiũ circa fideicõmissariũ. Tertio soluit aliud dubiũ circa retentionẽ quartæ. Secunda ibi, cũ diuo. Tertia ibi, neque enim. hoc dicit. Bal. CASVS. Titius instituit fratrem & auiam hæredes: & rogauit auiã restituere partem suam cuidã extraneo, puta Caio. & vt omnis amoueatur obiectio, dic quòd hæredes inuicem substituit vulgariter: auia prædicta suã partẽ repudiauit, vt ad cohęredẽ eũdémq; substitutũ perueniret, & fraudaretur fideicõmissarius: tandẽ fuit ei pceptũ, vt adiret & restitueret. quod antequã faceret, decessit. Dicit hic cohęredẽ debere restituere portionẽ auiæ fideicõmissario etiã sine retẽtione quartæ, eo quòd auia fuit coacta. nam spõte adeuntibus datur beneficium quartæ.*

*c Cohæredem. s. auiæ.*

*d Coacta adire. id est inuita adire. si enim in veritate adiisset, substitutioni locus nõ fuisset. vt. s. de pub. & ali. substit. l. post aditã. Sed cur fideicommissarius cogebat auiã adire, quę repudiauerat, cũ posset à cohærede petere (vt hic dicit) siue sit substitutus (vt hic erat) siue non: vt. ff. de lega. ij. l. si Titio & Mæuio. §. Iulianus? Rñ. quia forte intererat sua habere ab instituto magis, quàm à substituto, quia nõ erat ita institutus onerat. argu. ff. eo. l. recusare. §. Titius. Iteꝫ oppo nitur, ĩstituta nõ videtur fraudulẽter repudiasse, cũ fecerit ex volũtate defuncti, qui ei dedit substitutũ: vt. ff. si quis omis. cau. test. l. quia autẽ. circa princ. Rñ. hic non erat aliàs repudiatura, nisi vt noceret fideicõmissario: sicut & fuit. s. si quis omis. cau. testa. l. j.*

*e Restitutum. vt dicta l. de lega. ij. l. si Titio. §. Iulianus. & l. cum pater. §. ab instituto. & de leg. j. l. licet. Sed ar. contra. ff. de leg. ij. l. Celsus. §. pe. vbi ab alio nõ datur fideicõmissum, quàm à rogato: etiã si fuerit hęres. Sol. secundũ R. dic ibi hęres nõ fuit, vel nõ extitit in rerũ natura tẽpore testamẽti. si ergo fuit, præstabitur, vt hic. si nõ fuit, nõ. dic vt ibi dicit. vel secũdũ Azo. ista corrigitur per illã, si Titio & Męuio. §. Iulianus. in eo. ti. Iteꝫ contra. huic. ff. de lega. iij. l. j. §. fi. vbi relicta à legitimis nõ videtur repetita à sequẽtibus legitimis. Sol. ibi nõ habuit ex volũtate defuncti sequẽs legitimus, cũ tempore mortis alius erat proximior: nam tantum proximior videtur hæres ex voluntate defuncti: vt. ff. de iu. codicil. l. conficiuntur. §. sed & ideo. hic autem habuit ex voluntate defuncti cohæres, idémque substitutus.*

*f Repudiauit. hic obstat substituto cohæredi, ne detrahat quartam: vt &. ff. eo. l. cogi. §. Metian⁹. Alij dicũt obstare ei: quia habet ex sua persona integrã. hoc nõ placet: vt. ff. ad. l. Falc. l. q; si alteruter. Tertij dicũt quòd & hic substitut⁹ fuit coactus: sed hoc est diuinare. prima placet. Sed nónne licuit ei auiæ pœnitere de eo q; repudiauerat, & adire & quartã retinere? Rñ. licuit forte ante coactionẽ, nõ postea: vt. ff. e. l. nam quod. §. qui cõpulsus. Vel dic nõ potest vnquã postquã repudiauit: vt. s. de repu. hære. l. sicut.*

*ET sine.] CASVS. Mulier maritũ & priuignum habens, codicillos fecit hoc modo: quicũque mihi hæres erit, hæreditatẽ marito meo & priuigno restituat. an valeat hæc voluntas, quæritur? Dicit q; sic: & veniẽtes ab ĩtestato cõuẽti cõtra fideicõmiss. vtili actione ex testamẽto dodrantẽ restituẽt retẽta sibi quarta cõputã da ære alieno deducto.*

*g Per fideicõmissum. dãdum vobis ab illis qui sibi ab intestato succedũt: qui recte possunt grauari: vt &. s. e. l. iij. &. s. de codic. l. ij. &. ĵ. qñ dies le. l. si fideicõ.*

*h Cõuentos. scilicet vtili actiõe ex testamẽto: vt not. s. communia de leg. l. ij. sed adire cogẽtur officio iudicis: vt. ff. eo. l. ille à quo. §. tẽpestiuũ. cõuẽtos dico in eo quod est vltra quartã: quartã dico cõputã dã ære alieno deducto.*

*i Quãtũ. aliàs quãtũ penes &c. & aliàs quã. & dic p quãtũ, vel pprię.*

*k Posse. s. illã quartã.*

*l Præstiterit. i. pualuerit ĩter sapiẽtes, vel cõstiterit vel obtinuerit.*

*Vbemus.] CASVS. Si testator vel testatrix filiũ vel filios, filiã vel filias hæredes instituerit pro æqualibus vel disparibus partibus, & inuicẽ grauauerit, vt si aliquis sine liberis decesserit, aliis portionẽ suã restituat: an retẽta quarta restitutio faciẽda sit, quæritur? Dicitur q; sic: nec in fructibus vel talib⁹, quę seruando seruari nõ possunt, sed in prædiis hæreditatis quarta retinebitur. & hoc in prima.* †*Corrigit ergo l. 8. §. vnde. ff. de inoffic. testa. Contius.*

*An autem simili modo posit retineri quarta, si rogat⁹ fuerit filiꝰ de hęreditate restituẽda filio suo, nepoti, auo vel auię. Idẽ ĩtellige ĩ filiab⁹. & hoc ĩ secũda. An autẽ in prędictis casibus fideicõ. ab hęredib⁹ scriptis satisdari debeat noĩe fideicõ. quęritur? Dicit q; nõ, nisi in duob⁹ casibus. Primus est, si testator dixit vt satisdetur. Secũdus est, cũ pater vel mater ad secũdas nuptias crediderit migrandũ. & hoc in tertia. An autẽ si grauatus de restituẽdo, vno filio superstite tantũ, vel nepote ex filio vel filia, decessit: sibi immineat restituẽdi necessitas? Dicitur q; non: quia deficit conditio. non enim sine liberis decedere videtur, qui prolem sustulerit: vt. s. de fideicom. l. cum acutissimi. vnde fideicom. non datur petitio. & hoc in quarta. An autem quod dictum est de quarta non in fructibus, sed rebus hæreditariis retinenda, & de satisdatione præstanda in aliis hæreditatibus quàm supradictis, puta in liberis primi grãdus, locũ habeat, quæritur? Respon. quòd non. & hoc in quarta & vltima parte.*

*m Inuicem. hęc verba inuicem & simpliciter, determinantur ab inferiori verbo, rogauerit. Et dic inuicem, id est vicissim grauauit vnum de restituendo alij.*

*n Simpliciter. id est specialiter.*

*o Hæreditariis. scilicet quarta retenta, subaudi. sic &. s. de inoff. testa. l. scimus. §. repletionẽ. Sed cõtra. ff. de ĩoffi. test. l. Papinian⁹. §. si conditioni. vbi computantur fructus. Solu. hic corrigit secundum*

BIU Cujas

cundum quosdam. Alij quòd hęc in quarta Trebellianica, illa in quarta naturæ: & hoc propter querelã quæ est odiosa. Tertij dicunt quòd hoc in liberis primi gradus est speciale: vt in fi. huius legis. secus autem in aliis, vt ibi. nam & aliàs differũt: vt. ff. de hęre. insti. l. suus. in prin. & l. sed & si sub conditione. §. j. Alij dicunt quòd ibi voluit testator, hic non. quæ nõ valet: quia hic dicit, licet hoc testator &c. nisi dicas quòd ibi voluit tacite, hic expresse: inter quas voluntates est differẽtia: vt. ff. ad leg. Falcid. l. Titia. & de cõdi. & demon. l. nõnunquã. Tu dic quòd ibi certũ

† *Idem hoc repetit & cõfirmat Iustinia. Nouell. 22. §. 21.*

temp⁹ statuit: puta decenniũ, intra quod certum erat ꝙ quartam & eius fructus habere poterat, hic incertum. Et nota diligenter de huiusmodi fructibus: cum percipiuntur à rogato aut iudicio testatoris, puta rogauit vt restituat post tempus hęreditatem: aut negligentia nõ petentis: aut mora non soluentis. Primo casu computat in quartam: & nil restituit etiã si supereſt aliquid vltra quartam. In secũdo non computat, nec aliquid restituit. In tertio computat: & superfluos restituit: vt. ff. eo. l. mulier. j. §. si hæres. & l. in fideicõmissariam. in prin. & ff. ad leg. Falcid. l. Paulus respondit. §. j. & ij. & hoc in aliis hęredibus quàm in suis qui sunt primi gradus: nã possunt esse sui nepotes, cum nemo eos præcederet: tamen non habet locum hęc. l. sui enim tantũ ex rebus ipsis quartã detrahũt, quod in eis est speciale: vt hic dicit. *ADDITIO.* Quod hic de fructibus non imputandis in quartam dicitur, limitat notabiliter glo. in verbo, contestatæ. in fin. c. Rainutius. extra de testa. in fructibus ante litem contestatam perceptis: secus vero in perceptis post litem contestatam: vt est casus in. d. c. Rainutius. in ver. in eo vero quòd quartam &c.

*Fructꝰ percepti à rogato restituere, an sint in quarta computandi.*

a *Falcidiæ portione.* non dicit de alia Falcidia quàm. ſ. secũdum Io. sed mutat casum: cum. ſ. locutus sit quãdo suis fratribus rogatus est restituere: hic autẽ quando proprio suo filio testatoris nepoti: licet quidam dixerunt de nepote rogati. Sed in eo quod dicit retineri Falcidiam cum pater rogatus restituit filio, est contra. ff. de lega. j. l. cum filio. §. ipsi quoque. Solu. ibi filius fuerat institutus: & cum patri esset acquisiturus, fuit rogatus pater vt filio instituto restituat: quo casu restituit vt pater, non vt hæres. hic autem pater fuit institutus & rogatus vt hæres.

b *Pater vel mater.* institutus vel instituta, & rogatus vel rogata vt suo proprio filio restituat.

c *Præbeatur.* quem ordinem habes ex titu. ff. vt leg. no. ca. & altero casu cauet propter speciale præceptũ: altero propter odium secundo nubentium: vt in authen. de nupt. §. placet. colla. iiij. Sed qualiter cauebitur à patre filio: vt. ff. ad Trebel. l. imperator. & instit. de inuti. stipu. §. item inutilis? Respond. hoc speciale his duobus casibus: vt hic innuit.

*Pater aliquando cauet filio.*

d *Conditio.* quia non est sine liberis qui huiusmodi habet prolem: vt. ſ. de fideicom. l. cum acutissimi. & ff. de pollic. l. fi. & ſ. de instit. & substit. l. generaliter. §. fin. & de condi. inser. l. j. Et not. quòd hic. §. sin autem, refertur ad primum casum, id est quando frater rogatus erat restituere si decedat sine liberis. nam debet restituere si decedat sine filio vel nepote. si tamen intraret monasterium, videtur habere filium: & hoc addit authent. quam hic lege: Nisi rogati &c. vel aliã, Si quis sub cõditione &c. quæ sunt

Falcidiæ portione [a] obtinere iubemus, & si pater vel mater [b] filio seu filia institutis (sicut supra dictum est) hæredibus, rogauerit eos eáſve nepotibus vel neptibus, pronepotib⁹ vel proneptibus suis, ac deinceps restituere hæreditatem.

*Filius vel filia nõ tenetur satisdare nepoti de restituendo fideicommisso paterno vel materno: nisi iste filius vel filia transeãt ad secunda vota, vel nisi testator iusserit satisdari. Baldus.*

In supradictis † autem casibus fideicommissorum seruandorum satisdationem cessare iubemus, si non specialiter eandẽ satisdationem testator exigi dis posuerit, & cũ pater vel mater secundis existimãt nuptiis non abstinendum. In his enim duobus casibus, id est eum testator specialiter satisdari voluerit, vel cũ secundis se pater vel mater matrimoniis iunxerit: necesse est vt eadem satisdatio pro legum ordine præbeatur. [c]

*Vnicus filius excludit substitutum sicut multitudo liberorum, licet testator fecerit mentionem de liberis in plurali. Bald.*

Sin autem is qui fideicommissaria restitutione grauatus est, vno filio superstite, vel nepote ex filio seu filia nato, vel pronepote vel posthumo relicto decesserit: non videtur extitisse conditio: [d] & ideo deficit fideicommissi petitio.

*Priuilegium concessum filiis, non extenditur ad nepotes: quia hæc lex prohibet. Baldus.*

Illud etiam admonemus, ea quæ de Falcidiæ portione non per reditus, sed per ipsas res hęreditarias retinenda, & de satisdatione fideicommissorum (sicut supra dictum est) concedẽda [e] diximus: nõ vlterius quàm in his personis [f] & casibus quorum superius mentio facta est, oportere produci. P P. Kalen. Septembr. Constantinop. Probino & Eusebio Conss.

IN AVTHEN. de sanctiſ. episcop. §. sed & hoc præsenti. coll. ix. constitu. fina.

*Si rogatus de restituendo si nuptias non contraxerit, vel liberos non habuerit, ingrediatur monasterium, deficit fideicommissum, nisi alteri venerabili loco debeat restitui. Salycetus.*

NIsi rogati [g] restituere datũ dotis causa vel propter nuptias donationis, vel relictũ sub conditione nuptiarum vel liberorum, monasteriũ vel aliũ locũ venerabilẽ [h] ingrediant: † siue restitutio aut substitutio pronepote vel posthumo relicto decesserit: non videtur extitisse conditio: [d] & ideo deficit fideicommissi petitio.

*Priuilegium concessum filiis, non extenditur ad nepotes: quia hæc lex prohibet. Baldus.*

Illud etiam admonemus, ea quæ de Falcidiæ portione non per reditus, sed per ipsas res hęreditarias retinenda, & de satisdatione fideicommissorum (sicut supra dictum est) concedẽda [e] diximus: nõ vlterius quàm in his personis [f] & casibus quorum superius mentio facta est, oportere produci. P P. Kalen. Septembr. Constantinop. Probino & Eusebio Conss.

IN AVTHEN. de sanctiſ. episcop. §. sed & hoc præsenti. coll. ix. constitu. fina.

*Si rogatus de restituendo si nuptias non contraxerit, vel liberos non habuerit, ingrediatur monasterium, deficit fideicommissum, nisi alteri venerabili loco debeat restitui. Salycetus.*

NIsi rogati [g] restituere datũ dotis causa vel propter nuptias donationis, vel relictũ sub conditione nuptiarum vel liberorum, monasteriũ vel aliũ locũ venerabilẽ [h] ingrediant: † siue restitutio aut substitutio non computat in quartam: quia eos compẽsat cum debito. si autẽ aliquos supra id haberet, bene computaret: vt in ea. l. quod de bonis. §. fructus.

*Nisi rogati.* CASVS. Hæc auth. continuatur ad leg. C. Lex Codicis dicit ꝙ si instituo filiũ meum in dimidia, & rogo eum quòd si prædecederit sine liberis, restituat fratri suo: ipse detrahit quadrantem de rebus principalib⁹. Sed fallit in casu huius authent. qui est talis: Habebam duos filios, institui eos æqualiter hæredes, & regaui eos adinuicem: vt si alter eorum decederet sine liberis, restitueret alteri portionẽ suam. alter eorũ intrauit monasteriũ, vel ecclesiam aliquam venerabilem: nunquid portio sua erit restituenda fratri superstiti, si moriatur canonicus? Certe non: quia sicut si decessisset cum liberis, euanescit conditio: ita si intrauit monasterium, vel aliquam ecclesiam venerabilem: quia monasterium vel ecclesia habetur loco filij. & hic casus est secundum dominum Irn. Sed secundum Azo. qui pinguius & latius hanc auth. extraxit ex corpore authenticorum quàm do. Ir. sic ponitur casus: In. l. Codicis dicitur, Si filius instituitur, & rogatur restituere fratri si decesserit sine liberis, existente conditione detrahit quadrantem. Et dicitur decedere sine liberis, si decedat sine aliquo descendente. Sed per istam auth. additur. l. Codicis: quia si ingreditur locum venerabilem, vel monasterium, fideicommissum expirat: quia monasterium habetur loco filij. Vel dic casum aliter vt in glos.

g *Nisi rogati.* Hanc authen. lege: & aliam verbosam, si quis sub conditione, quæ & de nouellis trahitur. eo. §. si quis sub cõditione, omitte. Et dic casum: Dedi mulieri fundũ, vt in dotẽ haberet: vel viro vt haberet in donationẽ propter nuptias: vel in testamẽto reliqui in easdẽ causas: & rogaui vt si nuptias non cõtraherẽt, vel liberos nõ haberent, ꝙ restituerẽt Titio. his casibus si monasterium intrent, fideicõmissi petitio deficit, & hoc nisi alij venerabili loco relictum erat: & ita pure dat vel relinquit prædictis personis: & ecõtra idem si sub cõditione: vt relinquo fundum si nuptias contraxerit, vel liberos habuerit, aliquin habeat alius.

h *Locum venerabilem.* secus si capellam, cum seculo non renuncient, sed propria habeant: sed tamen in corpore vnde sumitur, videtur dicere etiã in seculari idem esse. Item quid si ingrediatur mala fide, vt fraudet fideicommissarium? Videtur teneri monasterium reuocatoria: vt. ff. quæ in fraud. cre. l. omnes. §. Lucius. Item quid si non ingrediatur, sed instituat tãtum locum venerabilem? Videtur non deficere conditio, nec haberi ecclesia pro filio. Primo: quia leges de ingredientibus, nõ de instituentibus loquuntur: vt in authen. de monachis. §. illud. colla. j. & in authent. hæc constitutio innouat constitutionem. col. viij. Secundo: quia vere liberos non habet. nec obstat quòd ecclesiam instituit: quia authen. hęc, & in corpore. §. sed & hoc præsenti. & in nouellis. §. si quis sub cõditione. dicunt de ingrediẽte & expendẽte ibi prędicta bona ad pia opera: & ipse dũ vixit, in clericatu mansit: quod hic non

BIU Cujas

hic non fuit. præterea testator de liberis tantum sensisse videtur: vt arg. ff. ad Trebel. l. ex facto. §. fin. & sensus & mens testatoris magis quàm verba sunt attendenda: vt. ſ. de libe. præte. l. iij. &. ff. de adi. leg. l. iij. §. conditio. Item & verba ad hoc faciunt: quia dixit, sine liberis: & à verbis non est recedendum: vt. ff. de leg. iij. l. non aliter. Item posito quòd sit loco filij eccle sia, ciuilis erit filia, non naturalis: at ciuilis filius non excludit huiusmodi fideicommissum: vt. ff. de condi. & demon. l. fideicommissum. & de leg. ij. l. si quis ita. §. is cui. & argu. ſ. de his qui ve. æta. impe. l. fin. Item si haberetur pro filio, etiã alij æque venerabili loco auferretur: quod non est verum: vt in corpore cõtinetur huius authen.

Sequitur alia authẽ. contra cũ rogatus. quæ est de restitutionibus. §. nobis colla. viij. quæ super principium huius legis legitur.

a *Contra.* id est ecõtra. nam in. l. Cõdicis, iubemus. in prin. dictum est dodrantem restituendum, & quartam retinendam: hic vero cum rogatur restituere quod supererit ex hæreditate post mortem: vt &. ff. de lega. ij. l. imperator. in fin. &. l. fi. & ita dodrantem retinet: & quartam restituit.

b *Huiusmodi verbis.* quæ sunt apta ad hoc: vt instit. de sing. re. per fideicom. re. §. fina.

c *Exponet.* corrigitur ergo. l. iubemus. in eo quod dixerat generaliter non caueri. Vel verius, ibi dicit non caueri: cum frater fratri, vel pater filio vel nepoti restituere rogat: sed si alij est restitutio facienda, cauetur vt hic. Item no. hic quem esse de bonis viuentis solicitum: vt. j. vt in poss. lega. l. cum Archimedoram. Et sic est argu. contra. ff. de vulga. substitu. l. ij. §. interdum. & de coll. bono. l. j. §. si impuberi. sed ad primam respondeo quia hic de cautione, non de hæreditate est solicitus. & eodem modo respondebo ad secundam. Accursius.

d *Contingat.* id est tangat.

e *Invem.* pro rebus hæreditariis quæ continentur in fideicommisso: & hypothecariam habet pro eisdem: quod est mirabile: vt &. ſ. de iu. dot. l. in rebus. Vel dicit hypothecariã dari pro aliis rebus hæreditatis quæ non continentur fideicommisso: vt &. ſ. communia de lega. l. j. res enim quæ continentur fideicommisso, nó possunt dici obligatę fideicommissario, cum ipsius sint: vt. ff. de pign. act. l. si rem alienam.

f *Dotis.* constituẽdæ vel exigendæ à grauata persona: & vtrunque probatur in corpore: vt dixi. ſ. cõmu. de leg. in auth. res quæ. Et no. q in quatuor casib⁹ permittit hic deminutioné quadrãtis.

g *Faciat.* quia dodrans non sufficit: secus puto si dodrãtem totum dilapidauit, & nunc propter impensas vult deminuere quartam: vt in auth. de restit. & ea quę pa. §. hęc igitur omnia. coll. iiij. Item quid si nihil cõsumpsit, sed tota supereſt? Respõ. hæres eius fiat sub prędictis cõditionibus, siue in redemptionem captiuorum, seu in egentium alimenta.

IN AVTHEN. de resti. §. nobis ergo recte. colla. viij. constit. iiij.

*Rogatus de restituendo quod ei superit ex hæreditate, tenetur saltem quartam partem reseruare. & si eam deminuit (præterquam in casibus hic permissis) de bonis eius suppletur: & in subsidium contra acceptatorem agitur. Salycetus.*

CONtra,[a] cum rogatus fuerit quis vt sine liberis decedens, quod tunc ex hęreditate supereſt, restituat, vel aliis huiusmodi fideicommissi verbis[b] grauatus: quartam † institutionis fideicommissario restituere cogitur. ¶ Super hoc igitur & cautionem, nisi à defuncto remissa sit, exponet.[c] ¶ Quòd si cõtingat[d] eam deminui: aut ex ipsius substantia suppletur, aut ea deficiẽte, in rem[e] actione & hypothecaria fideicõmissario vti permittitur aduersus rerum acceptores. ¶ Ex causa tamen dotis[f] seu propter nuptias donationis, seu captiuorum redẽptionis, vel si non habeat vnde faciat[g] expensas, huius quartæ permittitur deminutio.

*Soli tutori potest hæreditas restitui, si pupillus nescit fari: idem in curatore furiosi: & idem econtra si ipsi sunt de restituendo grauati. hoc dicit vsque ad. §. cum autem. Salycetus.*

VII. Imp. IVSTINIAN. A. Iuliano præfecto prætorio.

SAncimus, licentiam esse etiã soli tutori[h] rectè fieri fideicommissi nomine vniuersitatis restitutionẽ, quod pupillo relictum est, & sine onere fideiussionis: [i] vbi tamen pupillus fari non possit, vel abesse nosci- A dodrantem retinebit, vt ipse poterat: vt arg. j. tit. j. l. quanquam.

*Ancimus.* ] CASVS. Hæredem tuum de hæreditate tua pupillo restituenda rogasti. an tutori restituere possit, quæritur? Respond. quòd sic, si pupillus abest: vel si præsens est, & fari non possit. & causam subiungit in litera. Idem est si rogasti furioso restituere: quia curatori eius restituere potest. econuerso si † pupill⁹ vel furiosus rogatus sit restituere, dicitur quòd curator restituere potest. & hoc in prima. Si autem rogat⁹ restituere ante vel post litem contestatam contumaciter se absentauerit: vel antequam restituat, decesserit: vel fideicom. secundus rogatus sit restituere: in illis tribus casibus ipso iure transeunt actiones ad fideicommiss. & hoc in secunda.

† *Contor. ei. dilecti. cum glo. i. extra de iudi.*

h *Tutori.* tanquã simplici procuratori: vt &. ff. eo. l. quanuis. &. l. seq. non autem tanquã facto procuratore in rẽ suam: vt. ff. de iure do. l. si mulier. §. ex asse.

i *Fideiussionis.* ſ. de rato. item etiam sine iudice. & sic est specialis casus, sicut sunt alij quidã: vt. ſ. de administra. tuto. l. sancimus. j. in fi. & l. constitutionẽ. sed infanti cum auctoritate tutoris: vt. ff. eod. l. seruo. §. si pupillo.

k *Nescitur.* secus si esset præsens, & maior infante: quia tũc fieret ei cũ auctoritate tutoris restitutio: vt. ff. eo. l. restituta. §. fi. &. l. seq. & ſ. de iure deli. l. potuit. &. l. si infanti.

l *Nimia.* sic. xlix. distinc. ca. huic etenĩ &c.

m *Casu.* de pupillo, & de furioso.

n *Pupilli.* infantes: vt possint ipsi tutores restituere: vt hic, &. ff. eo. l. restituta. §. fina. &. l. seq. sed hoc cum alij est restituenda, nó tutori: quia se auctore sibi nó potest restitui: vt. ff. eo. l. j. §. quæsitum fuit. Sed cur aliud debitũ à pupillo potest sibi soluere se auctore: vt. ff. de administra. tuto. l. quotiens. §. sicut? Respond. quia hæc restitutio continet translationem actionum: vt. ff. eo. l. restituta. §. fi.

o *Cum autem.* no. tribus casibus loqui istum. §.

p *Hærede.* sed quomodo potest esse sine hærede, cum supersint saltem legitimi? Respon. nullus eorum vult: nec etiam fiscus. Vel dic eum esse sine hærede, qui nó habet hæredem statim cum moritur. *ADDITIO.* Aduertas secundum Bart. hic quòd de hoc debet tamen aliqua discussio fieri, vt fiat saltem aliqua proclamatio, si est aliquis qui velit esse hæres talis. arg. j. de remiss. pign. l. si eo tempore. tunc enim nemine comparente transeunt actiones ipso iure, auctoritate huius legis.

q *Constituendũ.* ſ. de nouo, quasi nó sit constitutum aliquo iure.

r *Per contumaciam.* vel ante litem contestatam, vel post: vt. ſ. posuit: & ita videtur quòd ante litem contestatã possit ferri sententia definitiua, vt illo vocato & non veniente pronunciet restituendam hæreditatem: & sic ipso iure cõpetunt vtiles actiones, vt in libertate dicitur. ff. de fideicõ. lib. l. cũ vero. §. subuentũ.

Vel dic

*a Clo. tamẽ prima in. c. quoniã frequenter. ponit hunc casum p̃ excepto à regula illius. c. quoniã. scilicet quòd ante lit. contest. non sint reci. testes, vel ferenda sentẽtia definitiua.*

Vel dic non ferri sententiã: [a] vt. j. de temp. appel. l. fin. §. illud. sed iudex rediget in actis per tabellionem, qualiter & pro quo, & ad cuius petitionem ille est vocatus, & nõ venit: & per hoc satis erit fideicommissario vt habeat vtiles actiones, si probauerit postea fideicommissariam hæreditatem sibi restituendam.

a *Ipso iure.* est & quartus casus, scilicet vbi rogat⁹ alienauit. Nam in alienatis non puto necessariam restitutionem: quia rogatus nihil iuris habet in rebus illis, quod concedere possit. & hoc videtur dicere. l. ꝟ. commu. de leg. l. fin. §. pe. &. ꝟ. eod. authen. contra cum rogatus. Item si à primo fideicommissario non exigitur cessio: quia nõ habet directas, vt hic dicitur: ergo cum rogatus in alienatis nullam habeat actionem, multo magis non exigitur cessio: cum ibi primus fideicommissarius habeat vtiles. Item est & quintus: vt. ff. e. l. j. §. sed & quotiens. Ité & sextus secundũ quosdam: vt. ff. eod. l. ita tamen. §. si pater filium. Sed ibi videtur quòd fiat restitutio. Item ad id quod dicit ipso iure transire actionem de vno fideicõmissario in alium, vt hic, &. ff. eo. l. si hæres institutus. in princ. est contra. ff. eo. l. j. §. de illo. Solu. hic corrigitur. Vel dic trãsfert vt ibi, cum nõ fuit contumax. Sed nec prima nec secunda placet. Dic ergo, ibi erat rogatus sub conditione vel in diem: vnde ante diem restituit sponte. Nec ob. ff. eod. l. sed si ante. vbi dicit quòd non transeunt ante diem: quia ibi fauore fideicommissarij fuerat dies appositus: vt & dixi. ꝟ. de fideicom. l. post mortem. hic autem rogatus erat pure, & ideo lex sublato circuitu transfert vtiles: quia & facta translatio expresim non transfert nisi vtiles: sed primus rogatus potest cedere directas: & ideo expectatur eius cessio. Item not. primum fideicommissarium si restituat secundo (vt hic fit) non retinere quartam ex Trebel. nisi ante primus rogatus voluerit retinere: vt. ff. e. l. j. §. inde Neratius. Vel nisi suspectã dixerit primus hæres, & sic coactus totã restituit nihilo detracto: vt. ff. eo. l. Marcellus. §. j. & l. facta. §. si cum suspecta. Item & in alio casu: vt. ff. e. l. ex asse. in fine. immo est exceptio ab illo casu vbi suspectã adiit.

*Alio trãsit ipso iure de vno fideicõmissario in alium.*

*Actio trãsit ipso iure de vno fideicõmissario in alium.*

*Qvidam.*] *CASVS.* Hæredem tuum de tota hæreditate tua Titio restituenda rogasti: & Seio Stichum per fideicommis. reliquisti: à quo Seius Stichum consequi debeat: an ab hærede, an à generali fideicõ. ita scilicet vt post restitutionem Stichi alias res vniuersitatis hæres Titio restituat: an generali fideicõ. aggregari debeat, vt Titius Seio Stichum tradat? Respon. quòd tota hæreditas Titio restituẽda est: & ea restituta, restituet Titius Seio Stichũ: nec refert cõstiterit specialis fideicõ. an nõ.

b *Speciale.* puta prædium.

c *Eius.* scilicet prædij.

d *Cum aliis.* hoc verum, nisi in eo casu quando hæres deductis legatis iussus est restituere hæreditatem: in quo casu hæredi datur electio: vt. ff. eo. l. cogi. §. inde quæritur. Vel nisi testator iniunxerit onus legatorum nominatim hæredi: vt. ff. eo. l. Marcellus. in princip. alias non: vt hic, &. ff. eo. l. j. §. is qui. &. §. fin. Sed quidam dicunt esse speciale quod hic dicit, propter hoc, quia de tota vel omni hæreditate rogauit testator, & hæres nihil retinuit. Alij dicunt diuidi onera: vt. ꝟ. eo. l. ij.

fuerit, siue à primo fideicõmissario in secundũ translatio celebrari iussa est: ipso iure [a] vtiles actiones transferantur. Dat. X. Kalend. Nouemb. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. Conss.

*Rogatus de restituendo fideicommissum vniuersale & speciale, totum debet restituere absque speciali detractione: & fideicommissarius specialis contra vniuersalem cui restitutio est facta, potest agere. Salyc.*

VIII. Idem A. Ioanni. P. P.

QVidam testamẽto condito, iussit hęredem omnem hæreditatẽ quam ei dereliquit, alij restituere: speciale [b] etiam fideicommissum alteri adscripsit. & quęrebatur, specialis fideicõmissarius id quod ei derelictum est, à quo consequi debeat: vtrúmne ab hærede, vt post restitutionem eius [c] alias res vniuersitatis fideicommissarius accipiat: an vnà cum aliis [d] rebus oporteat & hoc [e] generali fideicõmissario aggregari, vt ipse speciali fideicommissario hoc tradat, siue in rebus, siue in pecuniis fideicõmissum relictũ sit? ℣ Sancimus itaque totam quidem substãtiam secundum senatusconsulti Trebelliani auctoritatẽ restitui generali fideicõmissario: illum autem speciali fideicõmissario id quod ei derelictum est, dependere. Dat. XV. Kal. Nouembr. Constantinop. post cõsulatum Lampadij & Orestis. VV. CC. anno secundo.

e *Et hoc.* scilicet prædium.

## TITVLVS XLIX.
## AD LEGEM FALCIDIAM.

*Qualiter minuantur vniuersalia relicta, dictũ est: nunc subiiciamus de deminutione singulariũ relictorũ quæ fit per legem Falcidiã. &c.*

*Cire.*] *CASVS.* Si hæredem instituisti, & multa ab co legasti, & hæres sciens sibi competere Falcidiam, solida soluit legata: an quod pl⁹ debito soluit, repetere possit, quæritur? Dicitur quòd nõ: cum errasset in iure, scilicet credens hoc ei licere etiã post solutionem. Vel dic, hęredem tuum de aliqua re reddenda alicui rogasti, vel parte eius: hæres cum poterat retinere quartam illius rei per Falcid. solidam soluit vt plene faceret quod iusserat sibi testator: an possit repetere quartã ex. l. quod plus debito soluit, quæritur? Respon. quòd non.

### B

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Prisco.

SCire debes, [f] omissa Falcidia quo pleniorem fidem restituendæ portionis exhiberes, nõ videri [g] plus debito solutũ esse. PP. III. Id. Maij, Laterano & Rufino Conss.

*Falcidia minuit omnia legata pro rata. Salycetus.*

II. Idem A. Sactiano.

FAlcidiæ rationem aduersus omnes [h] pro modo legatorum & fideicommissorum locum habere, certi & explorati iuris est. PP. Kalend. Iul. Laterano & Rufino Conss.

### C

*Ablata hæredi tanquam ab indigno, legata non minuunt, neque augent. h. d. Bal. Vel sic: Hæres accommodans fidem tacitè de restituendo non capaci, priuatur omni cõmodo hæreditario fisco applicando, qui tenetur ad legata scilicet, & Falcidiam detrahit hic, sicut hæres facere potuisset. Saly.*

f *Scire debes.* scilicet tu hæres rogatus.

g *Non videri.* sed certe immo, quia Falcidia [illegible] ipso iure deminuit legatum: vt. ff. eod. l. in quantitate. in fin. & l. Plautius. & l. lineam. & quorum lega. l. j. §. si quis ex mortis. Sed dic non videri quo ad hoc vt habeat locum condictio indebiti, cũ sciẽs fecerit: vt. ff. de regu. iur. l. cuius per errorem. secus si errore facti soluisset: vt. j. eod. l. error. sed quæ erat hæc dubitatio? Respõ. quia forte erat minor viginti quinq; annis ille qui soluit: per quod volebat repetere: vt. ꝟ. si aduer. solu. l. ij. sed ibi in iure errauit. hic sciens fuit. Vel erat vir maior institutus rogatus dare vxori legatum: & ipse postquam præstitit, defalcare volebat, quasi donatio fuisset inualida: sed tamen non potest: vt. ff. de dona. inter virum & vxo. l. si sponsus. §. si quis rogatus. &. §. præcedenti.

### D

h *Omnes.* scilicet legatarios & fideicommissarios. quæsuit tamen P. sed nõ soluit, an in vna re possit hæres habere Falcidiam: vel retinere? Quidam q̃ sic: vt. ꝟ. famil. ercis. l. filium quem. sed illa in quarta Trebellianica. Item pro eis. ff. de lega. j. l. non amplius. §. fina. sed illa loquitur in parte bonorum legata. Item pro eis. ff. eo. l. si ex pluribus. sed illud est propter exceptionem quam habet hæres in re nõ soluta. Item pro eis. ff. e. l. linea. sed ibi vindicat vt Falcidiam detrahat: non vt totam teneat. Tu ergo dic quòd non potest retinere quartam in vna re, sed in omnibus legatis: vt hic, &. ff. eo. l. Plautius. &. l. in quantitate. §. fina. & argu. j. e. l. penul. &. ff. quorum lega. l. j. §. si quis. quandoque tamen Falcidia quæ debet detrahi ex vna re, detrahitur ex alia: vt. ff. e. l. plane. &. l. seq. §. si solus. &. l. ex asse. Ité si res diuidi nõ potest, partis offert æstimatio: vt. ff. e. l. lege Falcidia interueniẽte. &. l. si is. §. fi.

*Etiam.*] *CASVS.* Hæredem tuum rogasti de restituenda hereditate tua per fideicõmis. cuidam non capaci, puta filio tuo spurio, & multa alia specialia legata reliquisti in testamento tuo: an debeantur, quæritur? Dicitur q̃ sic, quatenus patitur lex Falcidia, quasi dicat, deducta quarta: licet videtur quòd quartã retinere non possit fiscus, quia est hæres, & hæres eam detrahere nõ possit,

BIU Cujas

posset, à quo hæreditas euicta est, quasi ab indigno: ergo nec fiscus qui in locum eius succesit. sed hoc verum non est. Vel sic, in testamento suo reliquit quis legata: & inter cætera dixit de hæreditate restituenda ab eo filio quem habeo de tali monacha, & rogauit in aure, vel aliàs non coram testibus, vt illi filio daret fideicommiss. & dic sic:

an fiscus debeat vel possit detrahere quartam de tali fideicommiss. antorum legatariis eroga re sine iniuria Falc. cõtentus quarta hæredi ablata? & dicitur quòd sic. Vel sic, & male: an de tali fideicom. possit hæres detrahere Falci. & an etiã de aliis? Respon. quòd de aliis potest: de hoc non. hæc positio non valet: sed prima positio verior est, & magis consonat literæ. Viuianus.

a *Etiam si tacitũ.* fuit tacite non in aperto rogatus, vt cuidam non capaci restitueret hæreditatem: vt.ff. de iure fisc. l. non intelligitur. & in authen. quib. mo. natu. effic. sui. §. discretis. colla. vj.

b *Administrasse.* id est soluisse cui iussus erat: vel administrasse, id est cõsensisse defuncto vt faceret prædicta.

c *Fideicommissa.* scilicet alia relicta capacibus. & dic, præstantur à fisco: vt hic, &. ff. ad Syl la. l. cum fisco. & .ff. de fideicõmiss. l. imperator. §. fina. & hoc si fiscus agnoscat bona: aliàs ipse hæres præstat: vt. ff. de leg. j. l. si seruus plurium. § penult.

d *Cum quartam.* bene dico salua Falcidia, cum &c. Et caue q hæc lex non dicit de tribus partibus cõfiscandis: pro cõstanti enim est: vt. ff. de iure fis. l. cum tacitũ. sed legatariis dant: vnde nõ videnẽ peruenire ad fiscũ: vt hic. sic ergo ex tali hereditate habet fiscus quartã: & ea oĩa petit fiscus petitione hereditatis, tanquã à prędonibus: vt. ff. de peti. heredi. l. prędonis.

e *Auferetur.* vt indigno, & applicatur fisco: vt hic, &. ff. ad leg. Falcid. l. beneficio. §. j. & ad Trebel. l. Marcellus. §. fina. & de his quib. vt indig. l. hæres. & de vsur. l. cum quidã. §. in tacito. Ab hac confiscatione quartæ excusatur filius & seruus qui habent necesse parère: vt. ff. ad leg. Falc. l. si tacitum. Item hæres qui se defert, vt habeat tertiã illius quartæ. Sed extraneus deferens habet dimidiam: vt. j. de his qui se de. l. j. lib. x. fideicõmissarius nõ capax habet dimidiam dodrãtis si se deferat: vt. ff. de iu. fis. l. cum tacitum.

f *Legatariis.* dicebant enim: sicut non remansit hæredi, sic nec fisco remanere debet. sed secus est.

*Et in legatis.*] CASVS. Si hæredem instituisti, & principi tot legasti quòd nihil remanst penes hæredem: an non obstante quòd principi legata relicta sunt, hæres quartam detrahere possit, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuianus.

g *Placuit.* idem si deo cœlesti iure veteri: vt. ff. eo. l. j. §. ad municipum. & econtra princeps institutus retinet si vult: licet donare consueuerit, adeo vt sic facere debeat secundum quosdam: vt. ff. ad Trebel. l. si legatus. §. fin.

*Si mortis.*] CASVS. Materfamil. filium & filiam habens, in filiam donationem fecit causa mortis, & filium hæredem instituit, ita quòd remanst ei minus quarta. si probare potest hæres talem donationem in filiam exercuisse: an beneficio legis Falcid. vti possit, quæritur? Dicitur quòd sic.

h *Diui Seueri.* Primo fuit. l. Falcid. inducta ad legata: sed constitutione diui Seueri ad donationes porrigitur: vt hic, &. j. de donatione causa mor. l. ij. &. j. eo. l. penul. &. ff. quorum leg. l. j. §. si quis ex mortis. cum ad instar legatorum sint inducte: vt. j. de dona. causa mor. l. fi. Item in illis quæ confirmãtur morte, locũ habet Falcidia: vt. j. eod. l. in donationibus. Item in mortis causa capione: vt j. eod. l. penult. &. ff. eo. l. cum pater. §. j. &. l. alienus. &. l. si hæres cui. Sed quidam contra, argu. ff. eod. l. j. §. itẽ si ita. & .l. acceptis. Et dic quòd mortis causa capio est quæ ex testatoris liberalitate non proficiscitur, nec peti potest vt debitũ: vt. ff. de dona. cau. mor. l. qui precio. &. l. si mulier. & l. mortis causa capio. vt &. ff. eodem. l. j. §. fina.

*Mortis causa capio, quid est.*

i *Vti potest.* tu hæres institutus à matre.

*In imponenda.*] CASVS. Creditore hæredẽ instituisti, & multa legata reliquisti: licet aditiõe hereditatis cõfusa sit actio, detrahi debet æs alienum vel hæredi vel alij debitum. Falcidia autem habet locum in legatis: nec refert fuerit aliquid legatum in opus publicum, vel in statuas faciẽdas: quia semper à quolibet legato pro rato detrahet hæres quartam: nec si plus vni legatario soluerit quàm debuerit, scilicet quarta non retẽta: quia ei gratiam voluerit facere, nec propter hoc sibi prejudicauit quantum ad alios legatarios quo minus in nõ solutis retinere possit quartam: similiter in solutione repetere possit, si per errorem soluisset: vt. j. eo. l. error.

k *Deducitur.* Nam nõ videtur esse in bonis æs alienum: vt. ff. de verb. sign. l. subsignatum. §. j. & instit. eo. §. cum autem ratio. &. ff. eo. l. j. §. fin.

l *Haredi.* nisi compensari præcepit: vt. ff. eod. l. si debitor. & de leg. ij. l. cum pater. §. Titio. quod est speciale. regulariter enim iure isto non poterat prohiberi hæres vti Falcidia: vt. ff. eo. l. pater filiam. &. l. quod de bonis. §. j. &. §. cum fideicommissum.

m *Actiones.* vt &. ẽ. de fideicommiss. l. cum secundum. sed hodie si fiat inuentariũ, non confunduntur: vt. ẽ. de iure delib. l. scimus. §. in computatione.

n *Omnia.* quæ tamen valent: vt &. ff. eo. l. non est. §. fin. & .l. seq. &. l. in ratione. ij. §. penult. in fin.

o *Dodrantis.* dandi legatariis.

p *Pro rata.* argu. pro eo quod not. ẽ. eo. l. ij.

q *Præiudicatur.* scilicet in aliis non solutis: vt &. ff. eo. l. quod de bonis. §. non idcirco. nec in solutis, si in facto errando soluit: vt j. eod. l. error.

*In testamento.*] CASVS. Si miles militans iure militari testamentum fecit, & hęredem instituit, & multa legata reliquit: an hæres de legatis quartam detrahere possit, quæritur? Dicitur quòd non. Idem est si res alienas possedit: quia in his cessat lex Falcid. & his quorum sunt, sine deminutione aliqua restitui debent. Sequuntur duæ authen. sed primo legenda est illa, Sed cum testator. deinde alia, Sed in eadem.

r *Militis.* scilicet militantis. secus si est veteranus: vt. ff. eod. l. si post. &. l. ad veterani. idem in Trebellianica: vt. ff. ad Trebellia. l. j. §. penult. ibi, denique &c. Sed certe immo contra videtur in Trebel. vt. ff. ad Trebellia. l. j. §. hoc autem. vel dic quinque esse remedia Trebelliani. Primum, vt quis cogatur adire. Secundum vt cogatur restituere. Tertium, vt postquam restituerit, non conueniatur à creditoribus: quod est suo fauore inductũ. Quartum, vt non

*Trebellianũ senatusconsultũ habet quinque remedia.*

*sit inducta.*

*ta præstantur deducta Falcidia de quolibet legato pro rata. hoc dicit. Bald. Vel sic: In computatione Falcidiæ æs alienum deducitur etiam hæredi debitum: & de relicto ad fabricam operis publici detrahitur Falcidia pro rata. & præstitum vltra modum non præiudicat. Salycetus.*

VI. Idem A. Secundinæ.

IN imponenda ratione legis Falcidiæ, omne æs alienum deducitur, k etiã quod ipsi hæredi l mortis tempore debitum fuerit, quãuis aditione hæreditatis confusæ sint actiones. m ¶ Omnia n autem legata quanuis in operibus publicis conficiendis statuisq; ponendis data sint, ad contributionẽ dodrantis o pro rata p suę cuiusq; quantitatis reuocãtur. ¶ Nec si quid vltra solidum hæres præstiterit aut perfecerit, legitimæ computationi prejudicatur. q S. V. Kalen. Ianuar. Maximo. II. & Aeliano Conss.

*Iure isto cessat Falcidia in testamento militis: hæres tamen potest deducere bona sua per defunctum possessa. Salycetus.*

VII. Idem A. Primo & Pomponio.

IN testamento quidem militis r ius legis Falcidiæ cessat. Sed si ea quæ ad vos pertinent, defunctus tenuit: bonorũ eius videri minimè possunt: & ideo rectè rationem eorum, vt æris

BIU Cujas

vt non conueniat debitores, quod est fauore fideicommissarij. Et hæc quatuor locum habent in testamento militis: vt dicto. §. hoc autē. Est & quintum, vt de retentione quartæ: quod non habet locum in militis testamento: vt hic, &. §. de testa. mili. l. in testamento. ij. & dicta. l. j. ff. ad Trebell. §. penul.

*Falcidia cessat ī multis casibus.*

a *Aeris alieni.* vt &. §. l. proxi. Sunt & alij casus vbi cessat Falcidia: vt ecce in legato instrumento: vt. j. eo. l. si prædiorum. Item in dote: quia suam rem habere videtur mulier: vt. ff. eod. l. cum dotem. &. l. si vsusfructus. §. dos. nisi in commodo forte repræsentationis: vt. ff. eo. l. j. §. si quis creditori. & de dote prælega. l. j. §. idem Iulianus. Item in libertatibus: vt ff. de inoffi. testamen. l. Papinianus. §. sed an & libertates. Item in relicto bonorum subsidio: vt. §. de inoffi. testamē. l. scimus. Item cessat delicto hæredis: vt. §. eod. l. etiam si tacitum. &. ff. eo. l. beneficio. in priuci. &. §. j. &. l. hæreditatum. §. fin. & hoc veteri iure, & etiam nouo cessat in tribus casibus: & ideo lege auth. Sed cum testator. vbi sunt tres, quę est in cor. de hære. & Falc. §. hinc nobis. & sequen. §. col. j. Item in quarto & quinto, vt in aliis duabus authen. hic positis. *ADDITIO.* Hos casus cum multis aliis vide per glos. in. §. fina. instit. eo. tit. Vnde versus.

*Versus.*

Falcidiam cessare facit pars debita natis,
Dos, miles, vetitum, libertas, spōte solutum,
Res vetitæ vendi, pietas, & chartula, crimē.

Ac hæres si non facit inuentaria, subsit.

alieni, [a] haberi desiderabitis. PP. Kalē. Maiis, Alexandro. I I. & Marcello Conss.

## IN AVTHENT. de hære. & Falcid. §. hinc nobis. &. §. seq. col. j. consti. j.

*Hæres Falcidiam non detrahit cum testator prohibuit: & si eius voluntati non obtemperet, hæreditas aliis defertur. testatore non prohibente, Falcidiam detrahit si inuentarium legitime conficiat: aliàs ad integra tenetur legata, etiam vires hæreditatis excedentia: nulla huiusmodi lite annū trā-scendente: & hæres scienter quædam ex legatis integra soluens, de aliis Falcidiam nō detrahit: nec ei solutorum repetitio competit. Salyce.*

SEd cum testator hoc expressim [b] vetuit, non ignarus [c] quis modus sit sui patrimonij, cessat [d] Falcidia: & si hęres in hoc defuncto non pareat, defertur hæreditas personis enumeratis sub titulo de legatis [e] & fideicommissis. ℣ Item si hæres quædam legata, substantiæ suæ mensuram subtiliter [f] agnoscens, præstat in solidum: neque ex his repetitio, nec ex aliis permittitur retentio: nisi inopinatum quid emergat. [g] ℣ His cessantibus locus est Falcidiæ, si fiat inuentarium secundū modum tempúsque statutum [h] in aditione: ℣ Hac quoque adhibita obseruatione, [i] vt in præsentia omniū ipsius ciuitatis in qua fiat, legatariorum, [k] aut pro eis agētium, si personæ ratio sit habenda, perficiatur: vel si quis absit ex ipsis, aut interesse noluerit, succedat præsentia trium testium [l] itidem † ipsius ciuitatis locupletum & bonæ opinionis, absque præiudicio tamē veritatis inquirendæ per seruorū quæstionē, & hęredis testiúmq; iusiurandū. ℣ Quo non obseruato, solida legata præstet, etsi fines hæreditarios excedant. [m] Nulla autem quæstionum taliū vel litium excedat annū. [n] Anno enim culpa hæredis transacto cadet à relictis.

## IN AVTHENT. VT spon. larg. §. siquando. colla. ix. constit. ij.

*De re prohibita per legatarium vel fideicommissariū alienari, non detrahitur Falcidia vel Trebellianica: & iste casus est valde notabilis & cotidianus: tamen aduocati & doctores communiter non aduertunt ad hunc casum. Bald.*

SEd & in ea re cessat Falcidia, quæ ita relicta est, ne alienetur, [o] sed permaneat apud successores eius cui relicta est.

## IN AVTHENT. de eccle. titu. §. si autem hæres. colla. ix. constitu. vj.

*De relictis ad pias causas non detrahitur Falcidia. Salycetus.*

SImiliter Falcidia cessat in his quæ ad pias causas [p] relicta sunt.

*Cranamō de restituēdo testatori in mor-*

f *Subtiliter.* vt. §. de testa. l. nō dubiū. §. fina. & de fideicōmiss. l. ij. &. §. eod. l. j. secus autē si prętēdat facti errorē: vt. j. eo. l. error. Itē secus quādo omnia nō sunt legitime relicta: vt. §. nec vxor. p mari. l. fi. in eo tamē quod agnitū est, piudicat: vt. §. de fideicō. l. j. &. ij.

g *Emergat.* quod substantiā minuat: vt in corpo. dicitur. §. non autē. Sed olim cōtra erat hoc casu, quando quædam soluebat: quia non prejudicabat in aliis: vt. ff. eo. l. quod de bonis. §. nō ideirco. & l. si ex plurib⁹, quę sunt ſ. illa cōtra. Vel dic quòd in illa, si ex pluribus, nullum fuit integre solutum. hic enim loquitur quādo integre quædā soluūtur, & animo omnia soluendi, vnde non potest bonæ voluntatis pœnitere: vt in cor. d. §. non autem.

h *Statutum.* ſ. vt intra xxx. dies incipiat, & intra alios. lx. finiatur à tempore quo sciuit se hæredem. §. de iure deliberan. l. fin. §. sin autem dubius.

i *Obseruatione.* ſ. nouæ per hanc authen. quæ non erat in illa. l. scimus. §. de iure delibe.

k *Legatariorum.* idem forte in creditoribus, qui certant de damno vitādo: & ideo eis magis subueniendū: vt. §. de iure deliber. l. fi. §. & si præfatā. & in authen. vt spō. largi. §. ad hæc. colla. ix.

l *Testium.* hi iurāt se nullius malignitatis cōscios, quanuis videatur negatiua, vt in cor. §. si vero absunt.

m *Excedāt.* Nota per hāc authē. præstari legata vltra mensuram substantiæ: sed olim secus: vt. ff. e. l. in ratione. j. §. quod vulgo. in fi. §. etiā in testamēto militis: vt. ff. ad Trebell. l. j. §. penult. In creditoribus tamē olim erat idē: vt. §. de iure deliberan. l. fin. §. cū igitur. quartā tamē debitā iure naturę retinet, cū tantū cōtra legē faciat. Nam & vbi cōtra legē & contra voluntatem facit, tamē retinet: vt. §. de fideicōmiss. authē. hoc amplius.

n *Annum.* hoc est speciale contra. l. properandū. §. de iudic. quę statuit trienniū. & cōtra auth. quę est. j. quomodo & quādo iudex auth. qui semel. vbi statuitur annus, & mēses tres: vel anni duo, & mēses sex. Alij dicunt hic intra annū fieri inuētariū, & legata solui. & sic hic loquitur, nō q̄ instantia iudicij anno finiatur. prima placet: quia vnus annus datur instātiæ, & incipit ex cōtestatione litis: vt in cor. §. illud. alius annus ad soluēda legata, qui cōputatur ab admonitione iudicis: & post annū amittit hæres cōmodū hæreditatis: & de hoc dicit in cor. §. necessitatem. &. §. initium.

*SEd & in ea re.* ]*CASVS.* In ista authē. ponitur casus in quo cessat Falcidia: & est talis: Testator instituit Titium hæredē: & tibi & fratribus tuis legauit aliquas res vt perpetuo nō alienaretis, sed semper apud successores vestros deberent remanere. Certe in istis rebus sic legatis cessat Falcidia. Viuianus.

o *Alienetur.* Falcidiam enim dimittendo, legatarius rei partem alienare videtur.

*SImiliter.* ]*CASVS.* In hac authen. ponitur alius casus in quo cessat Falcidia: & dicit quòd non solum cessat Falcid. in supradictis casibus: imò cessat in relictis ad pias causas.

p *Causas.* vt. §. de episc. & cle. l. si quis ad. §. licētiam. & dic piam causam, vt ad ecclesiā fabricandam vel reficiendā, vel pontē, vel aliquid tale. secus si simpliciter ecclesiæ relinquatur: vt. ff. eod. l. j. §. ad municipū. quæ est cōtra. vel hæc corrigit illā. Et nota quòd etiam

BIU Cujas

etiam huiusmodi causæ nō minuūt quartā iure naturæ debitā: vt ſ. de inoffic.testa.l.quoniā in prioribus.Sed nūquid Falcidia deſ. trahēda ex his quæ ad pias causas relinquūtur,onerat alios legatarios? quod videtur:vt.ff.eo.l.plane.§.j.&.l.ex aſſe.Sed cōtra dicor de pio, co:vt arg.ff.eo.l.ſi à ſeruo.&.l.non eſt dubiū.&.l.ſequē.Ité ſatis eſt cæteros legatarios ſuo onere onerari.

*Iritum.*]CASVS. Teſtamentū feciſti, duos filios tuos tibi hęredes inſtituiſti:& rogaſti,vt ſi vnus eorum ſine liberis decederet, alteri portionē ſuā reſtitueret.deceſſit alter ſine liberis, & fratrem ſuū hęredē inſtituit: & legata reliquit.videbatur q̄ iſtud teſtamētū nō valeret,cū rogatus erat de reſtituēdo: valet tamē,& deducit de portione fratris fideicōmiſ.ſibi relictū tanquā æs alienū, ſcilicet dodrantem hęreditatis reſtituēdæ:poſtea ſoluet legata de trib⁹ vnciis:& ſi non remaneat ſibi quarta in illis tribus vnciis, detrahet Falci.de legatis.

a *Debitum.* quod eſt dodrās hæreditatis reſtituēdæ, quæ remanſit detracto dodrante.

b *Oportet.*vt.ſ. eod. l. in imponenda.

c *In reſiduo.* id eſt in quarta quā retinuit ex ſenatuſconſulto Trebelliano.Vel iure naturæ habebis quartā,& ita quartā quartæ.& facit.ſ.de pactis. l. pactū quod dotali.&.ff.de leg.ij.l.cū pater.§. cum Titio.&.ff.eo.l.ſi fundum.§.ij.&. l. quod de bonis.§.cū fideicōmiſſum.&.j.eo. l. quāquā.

*Error.*]CASVS. Teſtamētū feciſti. hęredē inſtituiſti.multa legata hæres ſolida ſoluit per errorem, puta ignorans vires ſubſtātię.ſoluit legata,nec retēta ſibi quarta. an repetere poſsit,quæritur? Diſtinguit, aut errat in facto credēs plus eſſe in hæreditate,quàm ſufficit ad quartā,aut in iure,putans ſe quartam detrahere non poſſe. Primo caſu repetit, ſecundo non.Idem in ſciente. Viuianus.

d *Error facti.* vt quia credebat ſe plus habere, quàm haberet in hæreditate:vt inſti.qui ma.non poſ.§.prævaluiſſe.

e *Non impedit.*vt &.ff.de iuris & facti ignoran.l.regula.§. fina. &.ſ.de iuris & facti ignoran. l.cum quis. & ſupra de condictio. indeb.l.fideicommiſſum.

f *Non habet.*vt.ſ.de condictio.indeb.l.indebitum.&.ſ.e. l. j. & ſi.de inoffi.teſtam.l.eum qui.§.j.

g *Ignoranerit.*vt quia neſciebat ſe poſſe vti Falcidia.& hoc niſi ſit minor:vt.ſ.ſi aduer.ſolu.l.indebito.

*Quanquam.*]CASVS.Teſtator duos filios hæredes inſtituit:& filiæ dotem,vel certam partem,qua debuit eſſe contenta, reliquit: & rogauit,ſi alter ſine liberis decederet,reſtitueret ſuperſtiti partē ſuā.deceſſit vnus ſine liberis ab inteſtato: an ſoror ęqualiter cum fratre ad ſucceſsionē fratris admitti debeat, quæritur? Dicitur quòd frater dodrantem habebit:& in quarta quæ remanet,tam ipſe quàm ſoror ſuccedet ab inteſtato. Viuia.

b *Pro virili.* id eſt pro æquali: vt.ff.de lega.j.l. virilis. Sed ſi mihi tres partes, tibi quartam huiuſmodi rei legauit teſtator,& nos hanc rem Mæuio reſtituere totã iuſsit, Mæui[a] repudiat: nunquid pro virili parte remanet apud nos? Reſpon. quod hic dicitur, forte locum habet in onere extrinſeco iniuncto legatariis etiã ſub appellatiuo nomine: quia quod pro viribus præſtamus,& pro virilibus apud nos remaner. ſecus ſi res legata contineat fideicõmiſſum. nam tunc prout legata eſt, ita & apud nos remanet. hæredes vero dãnati ſub appellatiuo noſe, ſoluũt pro heredi tariis,& pro hæreditariis manet apud eos.

*Ne autẽ.*] *CASVS.* Quod autem dictũ eſt in ſecundo ordine, ſcilicet q̃ legatum tranſit cum ſuo onere: hoc verum eſt, ſi illud onus cõſiſtit in dando. ſi in faciẽdo, diſtinguitur: aut factũ per alium poteſt expediri, vel non. Primo caſu pone exemplum: vt teſtator præcepit domum fieri, vt tũc quicunque legatũ percipit, ſentiat & onus. Secundo caſu pone exemplum quòd teſtator præcepit vt legatarius vxorem duceret. iſtud factum nó tenetur hæres facere, ſed in dando omnes pro modo lucri onus ſuſtinebunt: ita videlicet, quia in his generibus legatorum pro ea portione qua quis ſentit lucrum, ſentiat & onus: vt.ſ.ea.l.§. ſed vt manifeſtetur. ſcilicet vt ſi remanere debeat apud hæredes: remaneat pro portionibus hæreditariis. ſi apud legatarium, aut fideicõmiſſarium, pro æqualibus portionibus: vt in iſto.§.ſin autem. Et hæc vera ſunt quando tranſeunt huiuſmodi legata cum ſuo onere: vt ſi fuerint in cauſa caduci, vel caduca. legatum autem pro non ſcripto, cum ſuo onere non tranſit generaliter: ſed in quibuſdam caſibus ſpecialibus qui in noui iuris cõpilatione enumerati ſunt in pandectis, in. C. in authen. ne antiqui iuris fiat inuolutio. Viuianus.

c *Statuimus.* vt.ſ.eod.§. pro ſecundo.&.§.ſin autem aliquod. in eo quod dicit, ſimili modo &c.

d *Ad eum.* ſubſtitutum, vel coniunctum. vel ad eum à quo erat derelictum.

e *Hoc.* ſcilicet onus.

*Omne quod deciſum eſt ab aliquo: ſi ad ſua initia reuertitur, taliter reuertitur, qualiter emanauit ab illo. hoc dicit vſq; ad.§. ne autem. Baldus.*

Sed vt manifeſtetur pro qua parte manere oportet hoc qđ fuerit defectũ, apud eos à quibus ſit derelictum: ſancimus, ſi quidem ad hæredes lucrũ perueniat, p parte hæreditaria fieri eius diſtributionẽ: cum & ab ipſis[a] ſimili modo ſi valuiſſet, præſtaretur, niſi nominatim ab vno vel à certis hæredibus fuerit derelictum. tunc enim quẽadmodũ ſolus, vel ſoli præſtabunt, ita & lucrũ ſentient. ¶ Sin autem legatarij vel fideicõmiſſarij ſint, vel mortis cauſa donatione honorati, vel alia fortè perſona quæ fideicõmiſſo prẽgrauari poteſt, & hoc euaneſcat: manere hoc apud enumeratas perſonas ſancimus pro virili [b] omnimodo portione, id eſt pro numero perſonarum.

*Iſte.§. eſt valde notabilis, & hoc dicit: Onus quod poteſt per alium impleri, migrat de ſubiecto in ſubiectum: id eſt ambulat de legatario, cuius eſt legatum caducum vel quaſi, in ſubſtitutum vel coniunctum eius, vel grauatum: apud quem remanet emolumentum: ſecus in grauamine quod ab alio impleri non poteſt. nam illud non migrat de ſubiecto in ſubiectũ. hoc dicit vſq; ad.§. his ita definitis.*

Ne autem hoc quod non inelegãter ſummi ingenij vir Vlpianus in hac parte cum omni ſubtilitate diſpoſuit, prætereatur: ſanctione noſtra hoc apertius inducimus. ¶ Cùm enim iã ſtatuimus[c] hoc cum ſuis oneribus ad eũ[d] qui lucratur, peruenire: ſancimus, ſi quidem conditio, vel aliud grauamen in dãdo ſit conſtitutũ: hoc omnimodo lucrantes pro modo lucri agnoſcere. Sin autem in faciẽdo aliquid impoſitum eſt: ſi quidem hoc[e] per alium impleri poſsit, ſimili modo & à lucrãte[f] agnoſci: puta ſi honorata † perſona iubeatur inſulã vel monumentum, vel aliud tale ſuis ſumptibus facere, vel hæredi, vel legatario, vel alij fortè cui teſtator voluerit, vel rem ab hærede teſtatoris emere, vel locationem vel fideiuſsionem ſubire, & ſi quid huiuſmodi facti ſimile ſit. nihil enim refert, ſiue per eum de quo teſtator locutus eſt, ſiue per alium eiuſdem lucri ſucceſſorem adimpleatur. [g] ¶ Sin verò talis eſt verborũ conceptio, & facti natura, vt quod relictũ eſt, ab alio impleri non poſsit: tunc[e] etſi lucrum ad aliquem peruenerit, nõ tamen & grauamen ſequi: quia hoc neque ipſa natura cõcedit, neque teſtator voluit. Quid enim ſi teſtator iuſſerit eum in certum locũ abire, [h] vel liberalibus ſtudiis imbui, vel domũ ſuis manibus† extruere, vel pingere, vel vxorem ducere? quæ omnia teſtatoris voluntas in ipſius ſolius perſona intelligitur concluſiſſe,[i] cui & ſuam munificentiam relinquebat. Hoc videlicet in omnibus[k] obtinente, vt pro ſimili parte & lucrum ſentiant, & grauamen, vbi hoc poſsit procedere,[l] ſubeant. Et hoc locum habente omni quidem modo in his quæ *in cauſa caduci*, vel *caduca* (ſecundum quod ſuprà dictũ eſt) fiebant: in *pro non ſcriptis* autẽ, non omnibus, ſed quibuſdam:[m] quia eorum quædã etſi talia ſint,[n] tamẽ cum ſuo onere veniebant: quæ & nos in noui iuris[o] compoſitione ſpecialiter enumerari iuſsimꝰ, ne quis veteris iuris[p] prolixitatẽ quaſi rebus neceſſariam, vel pro eorum reuoluat ſcientia.

*Iſte.§. tractat aliam materiam iuris ac-*

f *Lucrante.* immo videtur contra. nam filia ſuccedens ab inteſtator præter ſpem patris, non ſoluit legata à filio relicta: licet de lucro habeat: vt.ff.de iur. codic.l.qui graui.&:l.ſeq. &.l.quidam referunt. quæ ſunt contra. Solu. hæc regula obtinet in his qui lucrum capiunt ex voluntate defuncti. Sed ibi contra vel præter defuncti volũtatem filia ſuccedit. Item contra. j.eo.§. ſin autem ad deficientes.&.ff.de condit.& demon. l.ſi ſeparatim. Solu. ſecundum quoſdam differũt: quia hic loquitur de his qui ſunt cõiuncti re & verbis, vel verbis tantum: ibi de his qui ſunt coniuncti re tantum. vel ibi de his qui ſunt coniuncti re & verbis: hic de his qui tantum re, vel tantum verbis. Vel tertio, ibi de his qui ſunt cõiuncti re & verbis, vel re tantum: hic de his qui verbis tantum. Vel quarto ibi loquitur cum onus erat iniunctum in perſona deficientis tantum: hic in perſona omnium legatariorum ſecundum H. prima placet.

*Filia pãtri ab inteſtato ſuccedens, nõ ſoluit legata à filio relicta.*

† *onerata.*

g *Adimpleatur.* vt ar. j. de contrahen. ſtip. l. veteris.&.ff.de condit. inſtitu.l.fin.

h *Eum abire.* ſcilicet & tantum eum.

† *Concor.ei. ſi.cũ gl. ſup verbo, perſonaliter. poſt prĩ. de offi. dele.*

i *Concluſiſſe.* vt.ff. de ſtatulibe.l.ſi ſtatulibero.§. ſi quis non dare. & de verbo.obli. l.centeſimis.§.j.

k *In omnibus.* id eſt in omni genere legatorũ, id eſt ſiue ſint caduca, ſiue quaſi caduca.

l *Procedere.* nó autem poteſt procedere in p non ſcripto. Item nec in aliis, ſi eſt factum quod per aliũ fieri noluit teſtator niſi per primum.

m *Quibuſdam.* ſcilicet caſibus ſpecialibus locum habent prædicta, vt redeant cum onere.

n *Talia ſint.* ſcilicet pro non ſcriptis.

o *Noui iuris cõpoſitione.* Nouum ius hic appellat totum corpus iuris. ideo dico, ſpecialiter iuſsimus enumerari ne quis &c.& ſunt poſiti iſti caſus, qui ſunt duo tantum. ff.de fideicom.lib.l.cum vero.§.ſi pro nõ ſcripto. & ff.de his quæ pro non ſcrip.l.ſi.& dixi.ſ.eo.§.in primo itaque.

p *Veteris iuris.* id eſt in voluminibus deſperatis.

*His ita.*] *CASVS.* Fecit imperator mentionem.ſ. de coniunctis. qui hi ſint videamus,& gratia coniunctorũ de diſiunctis. dic ergo quòd hęredes aut ſunt coniuncti, aut diſiuncti, aut legatarij. Primo caſu, aut omnes ſunt hæredes coniuncti tantum, aut omnes diſiuncti tantum, aut quidam coniuncti, aut quidam diſiuncti. Primis duobus caſibus, ſi aliqua pars deficit, tranſmittetur ad cohæredes,& cum ſuo onere. & ſi aliquis cohæredum deceſſerit, ad hæredem eius tranſmittetur. aliis enim caſibus, quando quidam ſunt coniuncti, quidam diſiuncti: ſi aliqua pars de coniunctis deficit, ad coniunctum perueniet tantum. ſi aliqua pars de his



BIU Cujas

de his deficiat: illa perueniat non solum ad disiunctos, sed ad cõiunctos cum onere suo: & pro portionibus hæreditariis remaneat: quia pars de coniunctis deficiens, ad coniũctos tantum perueniat. econuerso de disiunctis adsignat: quia coniuncti in vnum redacti sunt ex sermone testatoris continuato. disiuncti autem inter se separati sunt, & à coniunctis. ideo &c. De coniunctis dic exemplum: vt si sic dicat testator, Brunellum, & Fautonem, & Rainerium, & Castell. hæredes instituo in tali hæreditate: illi dicuntur coniuncti re, quia in eadem hæreditate: & verbis, puta per copulatiuam coniunctionẽ. De disiunctis dic exemplum: Fautonem, Brunellum, Castell. hæredes instituo. hi dicuntur coniuncti re: quia in eadem hæreditate. verbis autem disiuncti. & sic accipitur coniunctum & disiunctum in tota ista constitutione. Viuianus.

a *Coniunctim*. scilicet re & verbis. & sic intelige in tota hac lege.

b *Vel disiunctim*. verbis tantum. & sic accipitur per totam hanc constitutionem.

c *Quoquo modo*. id est caducum, vel in causa caduci. aliud si sit pro non scripto: quia tunc non transit cum onere: vt. ſ. eo. §. in primo. Vel aliud est in legatis, vt ibi, quàm in hæreditate, vt hic: quia & cum onere redeat pro non scripto. & sic est contra. ff. de lega. ij. l. Celsus. §. pe. & fina. & de lega. iij. l. j. §. fina. Solu. hæc corrigit. vel solue vt diximus. ſ. eo. §. pro secundo. Item & fallit hoc in casibus illis tribus, in quibus quis facit partem lucri, licet non admittatur ad partem, vt diximus. ſ. eo. §. in primo. in glossa scilicet substitutum, vel coniunctum.

d *Defuncti sunt*. scilicet antequam accrescat portio vacuata: suam portionem tamen adierant ante. secus in cohærede substituto, qui substitutionem non transmittit, licet adierit iure institutionis: vt hic, & ff. de condi. & demonstra. l. hæc scriptura. §. cum eadem. & ff. de legi. hære. l. si ex pluribus. & insti. ad Orficia. §. fina. & ff. de vulga. substitu. l. sed si plures. in princ. & est ratio in substitutione: quia omnis substitutio est institutio: vt ff. ad legẽ Falcid. l. in ratione. j. §. penult. vnde sicut institutio non transmittitur hæreditate non adita, vt ſ. eod. §. in nouissimo. sic nec substitutio: vt ff. de acquiren. rerum domi. l. substitutio.

*Substitutionẽ nõ transmittit cohæres substitutus, licet iure institutionis adierit.*

e *Nolentibus*. qui iam suas partes adiuerant. secus in legatariis, quibus non accrescit inuitis: vt. j. eod. §. vbi autem. & est ratio, vt ibi dicam.

f *Absurdum*. vt. ff. de acquirenda hæredit. l. j. & . ij. & . l. qui ex duabus. §. fina. in fi. & ff. si pars hered. peta. l. ij. Sed tamen hæc absurditas quandoq; toleratur, & hoc si testator fuit miles: vt. ff. de mili. testamen. l. si duobus. Item cum creditores cõsentiunt hæredi suam partem tantum volenti: vt. ff. de acquiren. hered. l. cum hæreditate. in fine.

A

g *Decisionibus*. vt. ſ. de iure delibe. l. quidam elogio. & de impu. & ali. substitu. l. testamento.

h *Ad solos coniunctos*. vt &. ff. de hære. institu. l. hæredes. Sed videtur ad omnes: vt. j. eo. tit. l. item quod Sabinus. §. j. vbi scilicet vno ex vndecim vncijs instituto, & aliis duobus sine partibus, & ita in vncia quæ remanebat, si vnus eorum qui sine parte erat institutus, deficit: omnibus remanentibus accrescit. Sed dic quòd ibi etiam illi duo non erant coniuncti vel re, vel verbis: alioquin secus: vt d. l. hæredes. & hic.

i *Onere*. hic contra. j. eo. §. sin autem ad deficientis. Solu. vt ibi.

k *Disiunctos*. aliàs cõiunctos.

l *Tam coniunctos*. vt &. ff. de hære. instit. l. liber homo. §. cum quis. Et distingue de his cõiunctis & disiunctis vt diximus. ff. de vsufruc. accresc. l. j. in fin.

*Vbi autẽ.* ]CASVS. Dicit in hoc. §. quòd si plures legatarij sint cõiuncti, & vna pars legati deficiat: perueniat ad cæteros legatarios pro virili portione, & cum suo onere. Si autẽ nullus voluerit, remanebit penes eum à quo relicta est. Si autẽ quidam voluerit, partes non volentium volentibus accrescunt. Si autem legatum disiũctim fuerit relictum: ad omnes, si voluerit, perueniet pro virili portione: nec vnus rem petere poterit, alter æstimationem: nisi testator expresse dixerit vt ad alterum res, ad alterum æstimatio perueniat. Si autem vnus ex legatariis quibus separatim vel disiũctim relictum est, accipiant: & concursu legatum prioris deminuetur: si nullus veniat qui primo acceperit, habebit in solidum: nec dicetur aliquid sibi accrescere, cum totum habere videatur ex voluntate defuncti. Onus autem quod fuit in persona sua appositum, hoc subibit. Si autem in personam alterius legatarij fuit onus à testatore appositum, qui repudiauit, legatum ipsum non consequetur. Quæ autẽ de his quibus vt indignis auferuntur, sancita sunt: obseruentur. Viuianus

m *Deficiat*. scilicet morte.

n *Accrescere*. vt & institu. de lega. §. si eadem res duobus. Sed in eo quod dicit cum suo onere, est contra supra eod. §. in primo. Sed illud in pro non scripto: hoc in caduco, & eo quod est in causa caduci. Vel hic onus fuit iniunctum cuilibet legatariorum: ibi soli deficienti. Item etiam fallit hoc quod dicit accrescere, in illis casibus, in quibus quis facit partem, licet non admittatur ad partem: vt diximus. ſ. eod. §. in primo. Item contra in eo quod dicit cum suo onere, j. eod. §. sin autem ad deficientis. sed ibi solues.

*Noluerint.*

B

His ita definitis, cùm in superiore parte nostræ sanctionis in plurimis locis *coniuncti* fecimus mentionem: necessarium esse duximus omnẽ inspectionem huius articuli latius & cũ subtiliori tractatu dirimere, vt sit omnibus & hoc apertissimè constitutum. Non enim tantùm coniunctiuo modo quædam relinquuntur, sed etiã disiunctiuo. ¶ In his itaque, si quidem cohæredes sunt omnes cõiunctim, [a] vel omnes disiunctim [b] vel instituti, vel substituti: hoc quod fuerit quoquo modo [c] euacuatum, si in parte hæreditatis vel partibus consistat, aliis cohæredibus cum suo grauamine pro hæreditaria parte, etiam si iam defuncti sunt, [d] acquiratur. & hoc nolentibus [e] ipso iure accrescat, si suas portiones iam agnouerint: cùm sit absurdum, [f] eiusdem hæreditatis partem quidem agnoscere, partem verò respuere, secundum quod in diuinis nostri numinis decisionibus [g] statutum est. ¶ Sin verò quidam ex hæredibus institutis vel substitutis permixti sunt, & alij cõiũctim, alij disiunctim nuncupati: tunc si quidem ex coniunctis aliquis deficiat, hoc omnimodo ad solos cõiunctos [h] cum suo veniat onere, [i] id est pro parte hæreditatis quæ ad eos puenit. ¶ Sin autẽ ex his qui disiunctim scripti sunt, aliquid euanescat: hoc non ad solos disiũctos, [k] sed ad omnes tam cõiunctos [l] quàm etiam disiunctos similiter cum suo onere pro portione hæreditatis perueniat. ¶ Hoc ita tam variè, quia cõiuncti quidẽ propter vnitatẽ sermonis quasi in vnũ corpus redacti sunt, & partem coniunctorum sibi hęredũ quasi suã præoccupant: disiuncti verò ab ipso testatoris sermone apertissimè sunt discreti: vt suum quidẽ habeant: alienũ autem nõ soli appetant, sed cũ omnibus cohæredibus suis accipiant. & hæc in hæredibus tantummodo statuenda sunt.

C

*Inter legatarios & fideicommissarios est locus iuri accrescendi: tamen non accrescit inuitis. volentibus autem accrescit pro virilibus portionibus cum suo onere. sed si sunt verbis disiuncti, non dicitur propriè accrescere, sed non decrescere. & ideo non sentit onus quod nõ est ad suam personam appositum, nec suo legato annexum. h. d. vsque ad §. quæ autem antiquis. Baldus.*

Vbi autẽ legatarij vel fideicõmissarij duo fortè vel plures sunt, quibus aliquid relictũ sit: si quidem hoc cõiunctim relinquatur: & omnes veniant ad legatũ, & pro sua portione quisq; hoc habeat. ¶ Si verò pars quędã ex his deficiat: [m] sancimus eã omnibus, si habere maluerint, D pro virili portione cũ omni suo onere accrescere: [n] vel si oẽs

BIU Cujas

noluerint, [a] tũc apud eos remanere, à quibus derelictũ est. Cũ verò quidam voluerint, quidã noluerint: volẽtibus [b] solũmodo id totum accedere. ℣ Sin autẽ disiunctim [c] fuerit relictũ: si quidem omnes hoc accipere & potuerint & maluerint, suã quisque partẽ pro virili [d] portione accipiat: & nõ sibi blãdiãtur, vt vnus quidẽ rẽ, alij autẽ singuli solidã eius rei ẽstimationẽ accipere [e] desiderẽt: cũ huiusmodi legatariorũ auaritiã antiquitas varia mẽte susceperit, ĩ vno tãtũmodo genere legati cã accipiẽs, [f] in aliis respuẽdã esse existimans. ℣ Nos autẽ omnimodo repellimus, vnã omnib⁹ naturã legatis & fideicõmissis ĩponẽtes, [g] & antiquã dissonantiam in vnã trahẽtes concordiã. ℣ Hoc autem ita fieri sancimus, nisi testator apertissimè & expressim disposuerit, vt vni quidem res solida, aliis autem æstimatio rei singulis in solidũ [h] præstetur. [i] ℣ Sin verò non omnes legatarij, quibus separatim [k] res relicta sit, [l] in eius acquisitionẽ cõcurrant, sed vnus fortè eam accipiat: hæc solida eius sit: quia sermo testatoris omnib⁹ prima facie solidũ adsignare videtur, aliis superuenientibus partes à priore [m] abstrahentibus, vt ex aliorum quidem cõcursu prioris legatũ minuatur. [n] ℣ Sin verò nemo alius veniat, vel venire potuerit: tunc non vacuatur pars quæ deficit, nec alij accrescit, [o] vt eius qui prim⁹ accepit, legatũ augere videat: sed apud ipsum qui habet, solida remaneat, nullius concursu deminuta. ℣ Et ideo si onus fuerit ĩ persona eius apud quem remanet legatum, adscriptũ: hoc omnimodo impleat, vt voluntati testatoris pareatur. ℣ Sin autẽ ad deficiẽtis personã † hoc on⁹ fuerit collatum: hoc non sentiat [p] is qui non alienũ, sed suũ [q] [tãtum] legatum imminutũ habet. ℣ Sed & varietatis nõ in occulto sit ratio: cùm ideo videatur testator disiũctim hoc reliquisse, vt vnusquisq; suum onus, nõ alienũ agnoscat. nã si cõtrarium volebat, nulla erit difficultas cõiunctim [r] ea disponere.

*Iura de his quibus vt indignis, per hanc legem reseruantur intacta. h. d. vsque ad. §. cum autem. Salycetus.*

Quæ autem antiquis legibus dicta sunt de his quæ vt indignis [f] auferuntur, & nos simili modo intacta seruamus: siue in nostrum fiscũ, siue in alias personas perueniant.

*Hæreditas non adita debetur substituto: & eius defectu, venientibus ab intestato: & vltimo, fisco. h. d. vsque ad. §. hæc autem omnia. Salycetus.*

Cùm autẽ in superiore [t] parte legis non aditam hæreditatem minimè, nisi quibusdam personis, ad hæredes defuncti transmitti disposuimus: necesse est, si quis solidam hæreditatem non adierit: hanc, si quidem habeat substitutum, ad eũ, si voluerit, [u] & potuerit, peruenire. ℣ Quòd si hoc non sit: vel ab intestato successores [x] eam suscipiant: vel si nulli sint, vel accipere nolint, vel aliquo modo non capiant: tunc ad nostrũ ærarium [y] deuoluatur.

*Omnia in hac lege statuta habent locum in qualibet vltima voluntate post hanc legem facta. hoc dicit vsque ad finem. Salyc.*

Hæc autẽ omnia locum habere cẽsemus tã in testamẽtis, siue in scriptis, siue sine scriptis habitis, quàm in codicillis, & omni vltimo elogio, vel si quid ab itestato fuerit derelictum [z], necnõ in mortis causa donationibus. ℣ Tantum etenim nobis supereſt clementiæ, quòd sciẽtes etiam fiscum nostrum vltimum ad caducorũ vindicationẽ vocari: tamẽ nec illi pepercimus, [a] † nec Augustũ [b] priuilegiũ exercem⁹: sed quod cõmuniter omnibus [c] deest, hoc rei [c] † priuatę nostrę vtilitati preferẽdũ esse† cẽsem⁹, [d] nostrum esse propriũ subiectorum commodũ imperialiter existimantes. [e]

---

a *Noluerint.* per repudiationem.

b *Volentibus.* sed cur secus est in hæredibus: vt supra eadem. l. §. his ita? Respon. quia legatarij tantum gratia, & lucri causa nõ oneris legata relinquuntur: hæreditas vero & gratia oneris & emolumenti relinquitur hæredibus. Azo. vt argu. ff. manda. l. si

c *Sin autẽ disiunctim.* verbis tantum, re tamẽ sunt coniuncti.

d *Pro virili.* nisi fuerint aliqui cõiuncti nominatim: quo casu loco vnius numerantur: vt. ff. de lega. j. l. plane. j. ij. respon.

e *Accipere.* ab hærede.

f *Accipiens.* forte in legato vindicationis.

g *Imponẽtes.* vt & supra communia de lega. l. ij.

h *In solidum.* vt. ff. de lega. j. l. si ex plurib⁹. §. fin. & facit supra de lega. l. cum quæstio.

i *Præstetur.* ab hæredibus.

k *Separatim.* verbis tantum.

l *Sit,* id est remanet.

m *A priore.* id est ab eo qui primo agnouit legatum. & ad hoc. ff. de vsufru. accre. l. j. §. ij.

n *Minuatur.* & hoc cũ omnes voluerunt.

o *Accrescit.* primo agnoscenti: quia totũ habet ex voluntate defuncti.

p *Non sentiat.* huic cõtra. supra eodem. §. pro secũdo. &. §. ne autem. Sol. hic in pro nõ scripto, ibi in caduco, & quasi caduco. hoc non placet. Alij quòd ibi redit cũ onere scilicet ad illos à quibus fuit relictũ. hic ad collegatarium redit. nec hoc valet. Vel hic fuit onus impositum tantum deficienti, vt dixi in. §. ne autem. nec hoc valet. Item contra supra eodem. §. sin vero quidã. Solu. ibi in cohæredibus. Vel hic, vt dixi, fuit onus tantum deficienti impositũ, ibi omnibus. Item contra supra eodem. §. vbi autẽ. Solue. si omnes cõiuncti sunt re & verbis, & onus omnibus est impositũ: tunc obtinet quod ibi dicit. si autem deficienti tantum: tunc aut sunt tantum re cõiuncti, qui appellantur in. l. ista disiuncti: & tunc non subeunt alij onus. si verò erant coniuncti re & verbis, vel verbis tantum, subire tenentur, vt hic, & dicto. §. vbi autem. & hæc est vera solutio ad omnia contraria prædicta.

q *Sed suum.* sic. ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. si sponsus. §. si quis rogatus.

r *Cõiũctim.* re & verbis, vel. i. ĩ vtriusq; psona adsignare on⁹. & facit. §. de inoffi. testamẽ. l. si mater. &. ff. de hæred. ĩstit. l. qdã cũ.

f *Indignis.* vt supra de his quibus vt indig. per totum. & de lega. l. penult.

*Cũ autẽ.* ] CASVS. Dictum est in principio huius. l. quòd hæres hæreditatẽ nõ aditam non transmittit nisi ad quasdam certas personas. hoc verũ est, si non habeat substitutum. si autem substitutũ habeat, peruenit ad substitutum: si non, ad succedentes à iure. si hi nõ sint, vel sint & noluerint, vocabit fiscus. Hæc quæ dicta sunt, locum habent in omni vltimo elogio, siue scripto, siue non scripto. & licet omnibus deficiẽtibus fiscus vocetur, sicut dictum est: tamen cum onere suo vocabitur, & vltimo, vt præferatur vtilitas cõmunis &c. vt in litera. Hæc autem quęstio ad futura elogia, non ad præterita extendatur, sed suo marte discurrent. Vltimo constitutionem istã ad senatũ transmittit imperator, vt labor suus apud quenquã non sit incognitus, sed omnibus pateat & clarescat. Viuianus.

t *In superiore parte.* vt supra eadem. l. §. in nouissimo.

u *Voluerit.* scilicet substitutus.

x *Successores.* scilicet testatoris.

y *Aerariũ.* prius tamen ad vxorem de iure prætoris: vt supra vnde vir & vxor. l. j.

z *Derelictum.* scilicet in codicillis factis ab eo qui non fecit testamentum.

a *Pepercimus.* quin cũ suo onere ad eum redeant: vt. ff. de condi. & demõstra. l. in facto.

b *Nec Augustum.* id est imperiale.

c *Rei.* genitiui casus.

d *Cẽsemus.* no. vt &. ff. † aliàs, prõ pro soc. l. actione. §. Labeo. & in authẽ. de nõ alienã. §. quia vero verisimile. in fine. §. colla. ij. speximus.

e *Existimantes.* sic & in authen. de hære. & Falci. in prin. colla. j. ibi, incurrunt &c. & in † In quibusdã codi. deest hæc vox, rei.

† Cõcor. ad hũc. §. gl. in c. bonæ memoriæ. sup verbo, cõmunẽ. extra de postul. præla.

---

authen. vt iudi. sine quoquo suffra. §. cogitatio. colla. ix.

DE HIS QVI ANTE APERTAS tabulas hæreditatem &c.

*Et per cõsequẽs antequam adeãt. Et cõtinua sic: Qualiter legata vel hæreditates fiãt caduca. ĩ genere dictũ est. Nũc autẽ specialiter ponit*





BIU Cujas

*de quibusdam personis, in quibus relicta non fiunt caduca: scilicet in personis liberorum. Azo.*

PEr hanc.]C ASVS. Secundum vetera iura generale erat, vt si hæres, vel legatarius, cui aliquid in testamento erat relictum, ante apertas tabulas decederet, hæreditatem vel legatum ad posteros suos non transmittebat: sed dicit imperator quòd in quibusdã personis aliter est statuẽdum. Statuit ergo vt si testator vel testatrix decedens, filios vel filias habens, ex eis nepotes, vel neptes, & eos solos, vel cum extraneis scripserit hæredes, vel adinuicem substituit, & ante apertas tabulas decesserunt: hæreditatem ad filios transmittant: nulla eis exceptiõe opponenda. & hoc in prima. Idem est in singulari re eis relicta: vt & si ante apertas tabulas decesserint: eam ad posteros suos transmittant. Iniquum enim esset, vt propter casum filiis humanitus contingentẽ, nepotes successione auita vel legato defraudarẽtur. & hoc in secunda. Viuia.

†*Institutionesiurisprædẽti anno fuerat edita, tertio scilicet Iustiniani cõsulatu: vt ex cõparatione dierũ & cõsulũ apparet. vnde nõ mirum si totus huius legis nulla in ĩstitutionib. fit mẽtio. Contius.*

a *Sanctionem.* loquitur Theodosius.

b *Filios.* qui erant in potestate, aliud ĩ emãcipatis, secundũ quosdã: vt supra de iu. delibe. l. iij. &. l. cum antiquioribus. Vel forte idem in omnibus liberis & parentibus: vt supra ti. j. §. j. &. §. in nouissimo. & hic dicit etiam de nepote ex filia, quam constat non esse in potestate aui materni: vt instit. de pat. pote. §. fina.

c *Substituti.* filij cum nepotibus.

d *Defuncti.* & ante aditam hæreditatem.

e *In liberos.* no. ergo duo esse necessaria vt fiat transmissio, & habeat locum hic titu. quòd scilicet trãsmittens sit de liberis: & ille in quem transmittitur, sit de liberis. Item video quòd etiam ad superiores fit transmissio: vt infra de suis & legi. l. apud hostes. Sed quid si hi liberi scripti hæredes nõ suos liberos, sed extraneos instituerint liberis exhæredatis? Respon. nec extranei, nec exhæredati liberi admittuntur ex hoc testamẽto: vt in corpo. authen. de hære. & Fal. §. exhæredatos. colla. j. Item quid si non ex testamento obuenit his liberis, sed ab intestato? hic dicit de relictis ex testamento: sed tunc potest dici idẽ.

*Hæreditas nõ adita vt transmittatur, duo sũt necessaria.*

f *Transmittere.* nota quòd ipso iure posteritas sua fit hæres: sed potest dimittere, vel retinere, si vult de iure prætorio: licet non sic de iure ciuili: vt institut. de hæredum quali. & differen. §. sed his. & ff. de lib. & posthu. l. in suis.

g *Nulla huiusmodi.* scilicet quòd non cesserit dies legati. & hoc ad sequens. Vel non fuerint apertæ tabulæ. Vel quòd non fuerit hæreditas adita: quod olim obstabat: vt supra titu. j. §. j.

h *Derelictis.* hodie idem & si ab extraneo relinquatur legatum: vt supra titu. j. l. j. §. cum igitur. &. §. in nouissimo. Itẽ nota quòd

A argu. huius legis dixerunt quidam quòd si aliqua talium personarum scribatur hæres sub conditione, & decedat antequam cõditio existat: transmittit ad suam posteritatem. Et idem dixerũt in quæstione qua quæritur, si duo filij instituantur hæredes, & rogentur adinuicem restituere: si alter decesserit sine liberis, & vn⁹ decedat relictis filiis antequam conditio alterius decedentis sine liberis existat: trãsmittit ad filios: & sic postea existente conditione, quia alter decedit sine liberis, petere possunt fideicõmissum. quod non placet, arg. ff. de lega. ij. l. cum pater. §. hæreditatem. & l. vnum. §. rogo. & supra de fideicommiss. l. si in persona. nam hic non dicit quòd fuerint instituti sub conditione, imò pure: sed non cedebat dies nisi ab apertura tabularum in aliis: sed ĩ istis erat priuilegiũ vt cederet ante. Erat & quidam casus olim, quem habes ff. ad Syllanianum. l. iij. §. fin. & alius de contra tabu. l. sed & si decesserit. *ADDITIO.* Aduertas quòd ista lex locum habet siue isti descẽdẽtes fuerint nati in vita illi⁹ de cuius hæreditate agitur, siue postea, vt dicit Cynus hic post Dyn. in l. Gallus. in magna distic. ff. de lib. & posthu.

*QVANDO DIES legati vel fideicommissi cedit.*

*Incidenter dixerat de cõmodo. ff. de cadu. toll. nunc ex proposito. Præterea de duplici cessione hic dicit scilicet quãdo peti possit: vt. j. eo. l. i. & ex quotẽpore transmittitur.*

SI competenti.]C ASVS. Testamẽtũ fecisti, annuum legatum mihi reliquisti: an in principio, an in fine illud petere possim, quæritur? Respõ. quòd in principio anni.

i *Ab initio.* vt &. ff. quãdo di. leg. ce. l. nec semel. ij. respõ. Sed vide contra. ff. de verbo. oblig. l. qui hoc anno. Sed aliud est in stipulationibus. Arg. tamen contra. ff. de condit. & demon. l. si in annos. Vel aliud est si stipuletur quis hoc anno aliquid dari: & aliud si in annum, vel singulis annis. Vnde versus: Annua si debes, tunc inspicias caput anni. Anno si debes, in fine teneberis anni. Sed arg. cõtra. ff. si certũ peta. lecta. vbi dicit menstruos. Accursius. *ADDITIO.* Dicas quòd in dicta. l. lecta. dies fuit adiecta causa differẽdæ solutionis: hic vero causa multiplicandæ obligationis. Videas de isto plene per Bar. in. d. l. qui hoc anno. ff. de verbo. obliga.

ACrum.]C ASVS. Fundum mihi Titio & Seio legasti, vt ad superstitem peruenire. deceſsi. an ad hæredem meũ legatum transmittere possim, quæritur? Dicitur quòd non: nec pro tali fideicommiss. hæredi meo Titius & Seius superstites ob hoc fideicommissum capientes, nec eorum hæredes adstringuntur.

k *Fuerit.* scilicet qui superuixit: & sic ad eum totum peruenit legatum:

¶ Locum autẽ huic legi constituimus in his defunctorũ elogiis, quæ posthac cõposita fuerint. anteriores etenĩ casus suo marte discurrere concedimus. Hęc omnia ad vos, Patres cõscripti, duxim⁹ esse sanciẽda: [scilicet] vt nemini maneat ĩcognit⁹ nostræ beneuolẽtiæ labor: sed edictis ex solennitate à nostris magistratib⁹ propositis, omnib⁹ ĩnotescat. Dat. Kal. Iun. Cõstãtinop. DN. Iustiniano. A. PP. IIII. & Paulino. V. C. Coss.†

*TITVLVS LI.*

## DE HIS QVI ANTE apertas tabulas hæreditatem transmittunt.

*Hæreditas ascendentium, etiã non adita, transmittitur ad posteros per liberos institutos morientes, etiã clausis tabulis: quod obtinet in legatis & fideicommissis. Salyc.*

I. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIAN. AA. Hormisdæ præfecto prætorio.

PEr hãc iubem⁹ sanctionẽ [a] in posterũ [valiturã,] filios, [b] seu filias, nepotes, aut neptes: ¶ pnepotes, aut proneptes, à patre, vel matre: auo, vel auia: proauo, vel proauia scriptos hæredes, licet non sint inuicẽ substituti: [c] seu cũ extraneis, seu soli sint instituti: & ante apertas tabulas defuncti [d] (siue se nouerint scriptos hęredes, siue ignorauerint) in liberos [e] suos, cuiuscunq; sint sexus vel gradus, derelictã sibi hæreditariã portionẽ posse trãsmittere: [f] memoratásq; personas (si tamẽ hæreditatẽ non recusant) nulla huiusmodi [g] præscriptione sibi obstante, eam tanquam debitã vindicare. ¶ Quod scilicet etiã sup legatis seu fideicõmissis à patre vel à matre: auo, vel auia: ¶ pauo, vel proauia derelictis, [h] locũ habet. ¶ Siquidẽ perindignũ est, fortuitas ob causas, vel casus humanos, nepotes, aut neptes: pronepotes, aut ¶ pneptes, auita vel proauita successione fraudari, aliósq; aduersus auitum vel proauitum desideriũ vel institutum insperato legati cõmodo, vel hæreditatis gaudere. Habeant verò solatium tristitiæ suæ, quibus est merito consulẽdum. Dat. III. Noñ. Aprilis, post consulatum Protogenis & Asterij.

*TITVLVS LII.*

## QVANDO DIES LEGAti vel fideicommissi cedit.

*Legata annua ab initio cuiuslibet anni sunt soluenda. Butri. Bal. & Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Agrippæ.

SI competenti iudici annua legata vel fideicommissa tibi relicta ¶ baueris, ab initio [i] cuiusque anni exigendi ea habebis facultatem. Suppositа. III. Kalẽd. Iun. Saturnino & Gallo Coss.

*Quod liberè capitur, restitutioni non subiacet. Baldus. Vel sic: Duas habet lect. secundum primam. h. d. Si in legato pluribus relicto apponatur conditio, vt in superuiuentem veniat: deficit conditio si legatarius filios reliquerit. secundum aliam lectu. hoc dicit: Si in legato pluribus relicto apponatur grauamen vt redeat ad superuiuentem: superuiuens ad quem rediit, ad hæredem suum insolidum transmittit: nec ad hæredes collegatariorum reuertitur. hoc dicit. & secundum hanc lect. expone: Quicũque is fuerit: scilicet qui superuixerit. & hæc bona in extraneis legatariis. Salycetus.*

II. Iidem AA. Prisco.

AGrum pluribus relictũ nominatim animaduertimus: & cautum esse, vt ad eum qui superfuisset, † pertineret. Quicumque igitur is fuerit: [k] ad hę-

bo. oblig. l. qui hoc anno. Sed aliud est in stipulationibus. Arg. tamen contra. ff. de condit. & demon. l. si in annos. Vel aliud est si stipuletur quis hoc anno aliquid dari: & aliud si in annum, vel singulis annis. Vnde versus: Annua si debes, tunc inspicias caput anni. Anno si debes, in fine teneberis anni. Sed arg. cõtra. ff. si certũ peta. lecta. vbi dicit menstruos. Accursius. *ADDITIO.* Dicas quòd in dicta. l. lecta. dies fuit adiecta causa differẽdæ solutionis: hic vero causa multiplicandæ obligationis. Videas de isto plene per Bar. in. d. l. qui hoc anno. ff. de verbo. obliga.

BIU Cujas

legatum: vt & infra de dona. cau. mor. l. j. & ff. de lega. ij. l. cum pater. §. libertis. & l. peto. §. fratre.

a *Astringitur.* etiam & si redeat ad alium legatarium.

*Si Pontionilla.*]*CASVS.* Cuidam mulieri de prouincia nomine Pontionilla, aliquis reliquit legatum, seu fideicommissum, cum ad legitimā ętatem peruenerit. nūc quæritur, si Pōtionilla impleta conditione legati, decesśit antequam cōsequeretur legatum, vel fideicommissum: vtrū petitionē legati vel fideicōmissi trāsmittat ad suos hæredes? Et respon. quòd sic. Vel sic: Pontianæ fundum legasti cum ad duodecimum annum peruenerit: sed antequam fundum cōsequeretur, decesśit: an nihilo minus petitionē fundi trāsmittat ad hęredes, quæritur? Dicitur quòd sic.

b *Peruenit.* non enim quæritur an fuerit in vim conditionis vel diei tempus appositū, ex quo ad eam ætatem peruenit: vt hic. Sed si non peruenisset ad ætatem, quæreretur vt altero casu trāsmitteretur, altero non, scilicet quādo est in vim conditionis: vt infra eodem. l. ex his.

*Cum vxori.*]*CASVS.* Testator filios ex vxore non habens, vxori suæ vsumfructum fundi Titiani reliquit, & eidem cum liberos haberet, eiusdē fundi proprietatem legauit: postea filium habuit, sed statim decesśit filius: an nihilominus cedat dies proprietatis legati, quæritur? Respon. quòd sic. ratio dubitationis fuit: quia testator dixit, cum liberos haberet. ista liberos non habuit, sed vnum filium tantum. Item quia decesśit statim, [a] sed hæc non obstant: vt dicit.

c *Cum liberos.* ex hoc oriebatur quæstio: & intelligitur etiam si vnum habet, sufficere: vt hic, & supra de condi. insert. l. j. & de nascituris intelligitur, non natis: vt. ff. de condi. & demon. l. solemus. nec interesśt, viuo vel mortuo testatore nati sunt: vt. ff. de condi. & demon. l. si vir. & l. seq. dummodo ex eodem viro: vt. ff. illo titu. l. cum vir.

d *Decedat.* Secus si de tempore mortis intellectum esśet à testatore: vt. ff. ad Trebel. l. ex facto. §. si quis autem. secundum Io. Item no. ar. contra perseuerantiam. Sed arg. contra. ff. de adop. l. in omni. & ff. de in rem ver. l. si pro patre. §. versum.

*Ex his.*]*CASVS.* Testator Aeliæ & Seuerinæ filiabus suis. x. legauit, cum ad ætatem legitimam peruenirent. decesśit Aelia ante ætatem legitimam. an petitionem ad hæredem transmittat, quæritur? dicitur quòd sic: quia legatum conditionale non erat, sed purum, & in diem certum: sed eius petitio in certum tempus dilata est: vt eo tempore solutio fiat, quo futura erat fieri legitimæ ætatis, si non prius decesśisset: nec sufficit quòd annus fuerit inchoatus, sed completus esse debet.

e *Et Secundæ.* propria nomina sunt.

f *Conditio.* quia tunc non cederet petitio legati ante. xxv. an.

g *Videtur.* supra de vsufruct. l. ambiguitates. & ff. e. l. Firmio. §. j. Sed certè imò contra: & ideo interim ad hæredem non transmittat: vt & ff. de ma. test. l. si ita scriptum fuerit. & de fideicō. lib. l. si fideicōmissaria. §. pe. & de leg. j. l. si cui legetur. in princ. & ff. de condi. & de. l. quibus diebus. §. ij. Sol. hic purè reliquit testator: sed diem solutionis apposuit, secundum Io. sic & aliàs ff. de leg. j. l. si mihi. §. j. Sed in legibus contrariis hoc agebatur, vt esset in diem legatum, non solum petitio: arg. ff. e. l. si cum præfinitione. Vel dic ex coniunctione persōnarū præsumitur q̄ testator filiæ suæ gratia distulit solutionē: sicut in. d. l. si cū præfinitione. & de ali. le. l. libertis. ij. §. ab hæredibus. apparet fauore alimentorum idem cōstitui. Vel melius, distingue an voluerit testator facere cōditionem: & tunc habet locum lex. ff. de lega. j. l. si cui. cum suis cōcor. si autem noluit, aut distulit gratia hęredis: & tunc expectatur tempus legis quod dixit, licet prius moriatur: vt hic, quia filiæ fauore videtur fecisse. aut gratia legatarij distulit: vt quia pupillus nesciebat gubernare: & tunc statim: vt. ff. de condi. & demō. l. quibus diebus. §. ij. cū suis cōcor.

h *Legati.* quod est à morte testatoris. vt. ſ. tit. ij. §. in nouissimo.

i *Cedēte.* quod est mortuo testatore: vt supra titu. ij. §. in nouissimo.

k *Non enim cœptum.* Respōdet tacitæ obiectioni, bene dico impleśset: non enim cœptum &c.

l *Impletum.* ar. contra ff. ad Trebel. l. qui filium. §. Sabinus. Sol. speciale ibi, vt ibidem dicitur.

m *Placuit.* nam hæres Seuerinæ non potuit petere ante vicesimumquintum annum completum.

*Si fideicommissum.*]*CASVS.* Si sorori meæ decem legasti in codicillis, & die legati cedente, ignorans sibi ea relicta, decesśit: an ei sit acquisita actio ad legati petitionē, & per cōsequēs ad hæredem eam transmiserit, quæritur? Dicitur quòd sic, salua quarta succedentibus ab intestato.

n *Ignorans.* sic videtur quòd si alicui relinquitur fundus etiam eo ignorante, acquiritur ei dominium: vt. ff. quemadmo. ser. amit. l. si partem. §. j. & de leg. ij. l. cum pater. §. surdo. & de lega. j. l. si fundum. j. §. si Titius. Sed Alb. dicit contra: vt. ff. de cōdi. insti. l. si quis ita. Item not. succedentes ab intestato quartam detrahere posse: vt. ff. ad leg. Fal. l. filiusfamilias. & supra si quis omiś. cau. testa. l. fin. & supra ad Trebel. l. si per fideicommissum. & supra fami. erci. l. filij. & l. si cogitatione.

*Quartam detrahere possunt hi qui ab intesta. succedunt.*

*VT IN POSSESSIONEM LEG. &c.*

*Quoniam pro legatis satisdandum est, videndum quando satisdatio debeat interponi, & pro quibus legatis, & quibus debeat satisdari, & qui debeant satisdare, & qualiter sit satisdandum, & quid veniat in satisdatione. Azo.*

*Quoniam.*]*CASVS.* Fundum vel in diem vel sub conditione legasti. petij vt hæres mihi satisdaret de eo dando die aduenientę, vel existente conditione. dicit hæres legatum mihi non deberi: an iudex debeat cognoscere an debeatur, nécne? Dicitur quòd sic summatim: & quòd decernere debet vt mihi satisdetur.

*Fideicommissi.*

*TITVLVS LIII.*

VT IN POSSESSIONEM legatorum vel fideicommissorum seruādorum causa mittatur, & quādo satisdari debeat.

*Si fideicommissum ab itestato.*]*CASVS.* Si fideicōmissum ab ītestato fuerit sorori tuę relictū codicillis, & posteaquā dies fideicōmissi cesśit, rebꝰ humanis (licet ignorās [n] fideicōmissum) excesśerit: actionē huiusmodi acqri potuisse, dissimulare nō poteris: salua scilicet ab ītestato succedēti quarta portiōe. Suppos. Kalē. Maiis, Trallis. AA. Coss.

*Fideicommissum etiam ab intestato relictum, post diem eius cedentem transmittitur ad hæredem etiam per ignorantiā salua quarta Trebellianica. Salycetus.*

VI. Impp. DIOCLE. & MAXIMI. AA. & CC. Eusebio.

*Si fideicōmissum ab ītestato.*]*CASVS.* Si fideicōmissum ab ītestato fuerit sorori tuę relictū codicillis, & posteaquā dies fideicōmissi cesśit, rebꝰ humanis (licet ignorās [n] fideicōmissum) excesśerit: actionē huiusmodi acqri potuisse, dissimulare nō poteris: salua scilicet ab ītestato succedēti quarta portiōe. Suppos. Kalē. Maiis, Trallis. AA. Coss.

*Fideicommissum etiam ab intestato relictum, post diem eius cedentem transmittitur ad hæredem etiam per ignorantiā salua quarta Trebellianica. Salycetus.*

III. Iidem AA. Aeliæ.

*Si Pontionilla ad eam ętatem peruenit,* [b] cui legatum vel fideicommissum relictum erat: petitionē ad hæredes trāsmisit, licet antè decesśerit, quàm consequeretur legatū vel fideicōmissum. PP. V. Kalendas Augu. Chilone & Libone Coss.

*Sufficit quòd conditio in momento temporis sit impleta. Baldus. Vel sic: Licet mulier amiserit filium propter quem consecuta fuit legatum, nō propterea legatum perdit, vel restituit. Salycetus.*

IIII. Iidem AA. Ammiæ.

*Cum vxori vsusfruct⁹ fundi legatur,* & eius proprietas, cùm liberos [c] habuerit: nato filio statim proprietatis legati dies cedit: nec quicquam obest si is decedat. [d] PP. Kalend. Augu. Antonino. A. III. & Geta item. III. Coss.

*Quando tēpus certæ ætatis adiicitur post præcedentem dispositionem puram, non facit conditionem, sed differtur in tempus impletum: & ideo interim non impedit transmissionem. hoc dicit no. secūdum Baldum.*

V. Imp. ALEXANDER A. Maximo.

*Ex his verbis, Do lego Aeliæ Seuerinæ filiæ meæ, & Secūdæ* [e] *decem: quæ legata accipere debebit, cum ad legitimū ſtatum peruenerit:* non conditio [f] fideicommissō vel legato inserta, sed petitio in tempus legitimæ ætatis dilata videtur. [g] Et ideo si Aelia Seuerina filia testatoris cui legatum relictum est, die legati [h] cedente [i], vita functa est: ad hęredē suū actionē transmisit, scilicet vt eo tēpore solutio fiat, quo Seuerina si rebus humanis subtracta non fuisset, vicesimūquintum annum ætatis impleśset. Non cœptum [k] enim annū, sed impletum [l], si de emolumēto relicti fideicōmisi tractetur, expectandum esse iuris prudētibus placuit [m]. PP. XIII. Kalendas Ianuar. Alexandro A. II. & Marcello Coss.

BIU Cujas

a *Fideicommissi.* generalis vel specialis.

b *Subtiliter.* sed summatim: & hoc nisi paratus sit hæres incontinenti probare non deberi: vt. ff. e. l. si is à quo. in princip. &. ff. vt lega. nomine ca. l. hæc stipulatio. §. j.

c *Vt satisdetur.* semel, non amplius, nisi aliquid inopinatum emergat: vt. ff. eo. l. si is à quo. §. fi. & l. fi. §. j. Et non habet locum hæc satisdatio in liberatione legati: vt. ff. e. l. j. §. si debitori.

*Ex summaria cognitione venitur ad satisdationem legatorum. Bal. Vel sic: Pro legato in diem relicto debet hæres satisdare, & an legatum debeatur, sufficit iudici summatim constare. Salycetus.*

1. Diuus ANTON. PIVS Saluio.

QVoniã nihil actor amplius postulat, quàm vt fideicommissi [a] nomine satisdetur: non debet is qui iuri dicundo præest, subtiliter [b] cognoscere, debeatur nécne fideicommissum, sed tantum decernere vt satisdetur. [c] Sine die & consule.

*Satisdatio de fideicommissis & legatis præstãdis potest per testatorẽ remitti. Saly.*

11. Diuus Marcus Stratonicæ.

IPsis rerum experimentis cognouimus ad publicam vtilitatem pertinere, vt satisdationes quæ voluntatis defunctorum tuendæ gratia in legatis & fideicõmissis introductæ sunt, eorundem voluntate remitti [d] possint. Quocunque enim iudicio voluntatis, cautio legati vel fideicommissi remitti potest. Sine die & consule.

*Prius inductus in possessionem ex pignore prætorio, potior est quàm emptor vel creditor posterior se. Bald. Vel sic: Habens pignus prætorium, præfertur posterioribus diuersum titulum prætendentibus. Saly.*

111. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Symphoro.

SI postquam seruandi legati seu fideicommissi gratia in possessionem inductus [e] es, pignoris obligatio, aut venditio ab hærede interuenerit: præcedere [f] causam tuam, quam iure prætorio veluti pignus habuisti, manifestum est. PP. XI. Kal. Decẽb. Dextro & Prisco Coss.

*Cautio nomine fideicommissi debet præstari per hæredem rogatum, non per debitores hæreditarios conditione fideicommissi pendente. h. d. no. Bald. Vel sic: Ante hæreditatis restitutionem fideicommissarius nõ agit contra hæreditarium debitorem: potest tamen petere ab hærede, vt ei satisdet de fideicommisso restituendo. Salycetus.*

1111. Imp. ANTON. A. Protagoræ.

CVm Artemidoram patri pupillorum tuorum hæredem extitisse proponas: quãuis vt fideicõmissam hæreditatem his, cum moreretur, [g] restitueret, petita sit: nullam tamen aduersus debitores hæreditarios habent pupilli tui actionẽ. Planè vt satis fideicommissorũ nomine Artemidora det, (si modo testator id fieri non prohibuerit [h]) apud suum iudicem cõueni. †PP. III. Kalen. Iul. Lẽto. II. & Cereale Coss.

*Missus in possessionem non nanciscitur proprietatem: sed debet adire iudicẽ, qui ad soluendum compellat hæredem. Salycetus.*

V. Imp. ALEXAND. A. Paulinæ.

QVi legati siue fideicõmissi causa in possessionẽ mittuntur, non proprietatem nãciscuntur, sed ius pignoris. [i] VVt autem & post acceptũ pignus satisfiat defuncti voluntati, cõpetens iudex te adeunte prouidebit. PP. III. Id. August. Iuliano. II. & Crispino Coss.

*Propter primam contumaciam hæredis fit missio in bonis hæreditariis etiam dolo alienatis, vel dimissis possideri, & post sex mẽses in bonis hæredis. h. d. no. Bal. Vel sic: Si non satisdatur de legato vel fideicommisso, in rebus hæreditariis fit missio: & si nõ satisfit cum petitur, in rebus propriis hæredis morosi mittitur. Baldus.*

VI. Idem. A. Donato.

CErta est forma iurisdictionis, qua fideicommissi seruãdi causa in possessionẽ rerũ quæ in causa hæreditaria sunt, aut dolo malo esse desierunt, is cui legati vel fideicõmissi nomine satis nõ datur, mittitur, [k] vel in proprias res hæredis, si fideicõmisso satis nõ fit† post sex mẽses [l] quàm peti† cœperit, secũdũ diui Antonini patris mei constitutionẽ. [m] PP. VI. Id. Ianua. Fusco. II. & Dextro Coss.

*Cautio legatorum potest per testatorẽ remitti, sed non cautio frustratoria. Bal. Vel sic: Satisdatio de legato soluendo, potest à testatore remitti, non de vtendo fruendo arbitrio boni viri. Salycetus.*

VII. Idem. A. Proculiano.

SCire debetis, fideicommissi quidem & legati satisdationem remitti posse, diuum Marcum & diuum Commodum constituisse. [n] Vt autem boni viri arbitratu, is cui vsusfructus relictus est, vtatur fruatur:

*Pignus prætorii qualiter constituitur.*

e *Inductus.* tali modo cõstituitur pignus prætorium: vt. ff. de pign. ac. l. non est mirum. & infra qui po. in pigno. ha. l. cum rem. Sed cum hodie per Iustinianum omnia bona hæreditaria tacitè sint obligata legatario, vt supra cõmunia de leg. l. j. etiam sine inductione in possessionem, esset verum quod subiicit.

f *Præcedere.* quia sunt diuersorum titulorum: vt infra qui po. in pig. ha. l. ij. secus si ex eadem causa postea fiat pignoris obligatio: vt ff. eodẽ. l. is cui. §. si plures. &. §. qui prior.

*Cvm Artemidoram.* ]CASVS. Mulierem quandam hæredẽ instituisti, & eã quãdo decederet, de hereditate Titio restituenda rogasti: an Titius antequam ei restituatur hæreditas, debitores hæreditarios conuenire possit? Respond. ꝙ non, sed conuenire poterit vt satisdent de hæreditate restituẽda, nisi à te remissa fuerit satisdatio. Idem est si rogata fuisset restituere, vt Papi. dicit in illitera.

g *Moreretur.* scilicet Artemidora.

h *Non prohibuerit.* quod potest: vt. ŝ. ad Treb. authẽ. contra cum rogatus. &. ŝ. e. l. ij. Et not. etiam pro hereditate satisdari vt hic, & ff. vt le. no. ca. hæc stipulatio. Sed hoc fallit quãdo fratribus suis vel filiis rogatus est restituere: vt. ŝ. ad Treb. l. iubemus. Item videtur contra. ff. de vulga. substi. l. ij. §. j. Sed hic non est sollicitus tam de hæreditate, sed de satisdatione.

*Qvi legati.* ]CASVS. Missus in poss. rerũ hæreditariarum, hærede non cauente causa legatorum seruandorũ: an ex ea missione consequatur illarum rerũ dominium, quæritur? Dicitur quòd non, sed tantum & non pignoris tantum & non vt post acceptum pignus, vt satisfiat adueniente die, vel conditione existente, prouidebit competens iudex.

i *Ius pignoris.* non tamen hæredem expellet, sed tædio forte recedet: vt. ff. eo. l. is cui, in prin.

*Certa.* ]CASVS. Si fundum in diẽ vel sub cõditione mihi legasti: & hæres de eo mihi restituẽdo die adueniente, vel conditione existente, satisdare noluerit: qualiter contra ipsum procedetur, quæritur? Rñ. quòd mittendus sum in possess. rerum hæreditariarum: & nisi post sex menses connumeratos à tempore quo cœpi petere mihi satisdari, de fideicommisso mihi satis faciat: mittar in poss. rerum hæreditariarum.

k *Mittitur.* scilicet statim, dummodo interpellet hæredem: vel per eum nõ remaneat quo minus interpellet: vt ff. e. l. j. §. non exigitur.

l *Sex menses.* continuos: vt. ff. eo. l. is cui. §. imperator. & §. sex mensium. & facit. ff. qui satisda. cog. l. de die. §. penul.

m *Constitutionem.* cuius verba sunt. ff. eo. l. is cui. §. imperator.

*Cire.* ]CASVS. A satisdatio de legato seu fideicom. die adueniente vel conditione existente præstando hæredi à testatore, remitti possit, quæritur? Respond. sic. Sed si testator vsumfru. fundi mihi reliquerit: an satisdationem de vtendo fruendo arbitrio boni viri, mihi remittere possit, quæritur? Respon. quòd non. & hoc in secunda.

n *Constituisse.* vt supra eo. l. ij. & idem dicitur. ff. de condit. & demon. l. auia. & l. cum tale. §. quid ergo. &. ff. de pac. l. pactum. & hoc verum, etiam si hæres bona dissipet: vt. ff. vt le. no. ca. l. fin. in princip.

Posse.

BIU Cujas

a *Posse.*ff.e.l.si pecuniæ.&.ś.de vsufru.l.j.& est ratio: quia prima satisdatio gratia defuncti imponitur:vnde ei renunciare potest: vt &.ś. e.l.ij.& supra de pac.l.fi.in secunda non, sed hæredis: vt argu. ff.ad. l. Falcid. l. quod de bonis. §.fina. Item inuitaretur ad delinquendum.

*Contra.*]*CASVS.* Si administrator reip.nomine legati relicti reip. in diem, vel sub conditione de eo præstando, aduenient die vel conditione ab hærede non satis acceperit: si postea factus fuerit hæres non soluendo: an conueniri possit ipse vel hæres suus,quæritur? Respō. q sic,sed qua actione, nō aperit:tu dic actione in factum, in quantum interierit reip. ipsum ab hęrede satis accepisse.

b *Non esse.* ideo quia non fuit satis acceptū.

c *Actionem.*scilicet in factum:vt infra de admi.rerum ad ci.perti.l. ij.li.xj. &. ff. de magi. conue.l.fin.& facit supra de magi.conue.l.j. ij.&.iij.

*DE SVIS ET legitimis liberis &c.*

*Vsque huc dixit de successionibus testamētariis: nunc de his quæ ab intestato deferuntur.& primo de linea inferiori & superiori, vsque ad titu. de legi.hære.*

*Si fratri.*]*CASVS.* Mulieri erat delata bon.pos. in bonis fratris intestati: eam intra centum dies nō agnouit:an tempore predicto excludatur? Dicitur q non:cum sit fratris hæres legitima, vt quia eodem patre nata est,quia super hoc datur ei annus. Vel dic, Mulier quædam habebat fratrem cui erat agnata: decessit frater nullo alio relicto qui sit proximior: mulier non excluditur ab acquisitione hæreditatis illius centum dierum spacio.

d *Legitimæ.* vt quia ex eodem patre nata esset.sed si ex eadē matre tantum,cognata esset:vt instī.de legi. agna.suc.§.sunt autem.& sic repellitur vterina centum diebus elapsis: vt supra qui admit. ad bon.poss.l.ij.&. ff. vnde cog.l.j. in prin. Sed hodie etiā vterina admittitur: vt infra de le. hæred.l. fin. §. sed nec fratrem.cum distinctione tamen, per auth.vt præponatur vtrinque coniunctus:vt infra communia de succes.authen. itaque.

e *Non excluderis.*cum de iure ciuili scilicet.l.xij.tabularum admittaris:vt instit.de perpe.& temp.act.in princip.& hæc lex melius staret sub illo titu.infra de legi.hæredi.

minimè satisdationem remitti testamento posse.[a] PP. X. Kal. Martij Fusco. II. & Dextro Coss.

*Pro legato reipublicæ tenentur administratores satisdationem petere: quod si non faciant,tenentur ad interesse.Salycetus.*

VIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. &. CC. Zenodro.

COntra eos, siue successores eorum,qui rempublicā administrātes per officij necessitatem ciuitati sub conditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt: quanti reipublicæ interierit satis acceptum non esse,[b] dirigendam certum est actionem.[c] Suppos. VII. Kalen.Mart.CC.Coss.

*TITVLVS LIIII.*

DE SVIS ET LEGItimis liberis,† & ex filia nepotibus ab intestato venientibus.

*Legitima successio non excluditur, licet intra centum dies bonorum possessio nō petatur. Bald.Vel sic:Hæres legitimus à succedendo non excluditur centū diebus.Saly.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Crispinæ.

SI fratri tuo legitima[d] hæres esse potes:centum dierum prefinitione nō excluderis[e] ab acquirenda hæreditate. P P. III. Non. Nouemb. Antonino. A. II. & Geta. II. Coss.

*Nepotes ex diuersis filiis succedunt auo in stirpes. Baldus.*

II. Impp. DIOCLETIA. & MAXI. AA. Auiæ.

NEpotes ex diuersis filiis varij numeri[f] auo succedentes ab intestato,non pro virilibus portionibus, sed ex stirpibus succedunt,[g] S. III. Kal. Mart.Hadrianopoli,ipsis.A A. IIII.&.III. Coss.

*Filius filii præmortui succedit æqualiter auo cum superstite eius filio. Baldus.*

III. Iidem. AA. &.C C. Frontoni.

VT intestatò defuncti filius ac nepos ex alio, qui mortis eius tempore in rebus humanis non inuenitur, manentes in sacris, pariter succedant: euidenter lege duodecim tabularum cauetur.[h] quod & honorarij iuris obseruatio sequitur.[i] S.XV. Kalend.Iul. A A. Coss.

*Filius posthumus præfertur sorori defuncti. Bal. Vel sic: In successione ab intestato potior est causa descendentium, quàm collateralium. hoc dicit.Vel sic: Filius præfertur sorori defuncti.Salycetus.*

IIII. Iidem. AA. &. C C. Marcellæ.

INtestato [quidem] defuncto[k] posthumum suum hæredem, quàm sororem,[l] licet consanguineam, haberi potiorem ordo successionum lege duodecim tabularum factus,[m] nimis[n] euidenter demonstrat. S. VI. Idus Decembr. A A. Coss.

*Adoptiuus admittitur ad successionem cum filiis legitimis & naturalibus, tam natis ante adoptionem,quàm post. Baldus.*

V. Iidem AA. &. CC. Appiano.

SI te parens, in cuius fuisti potestate, solenniter in adoptionem dedit: cum filiis naturalibus[o] adoptiui patris ante vel post quæsitis defuncto intestato succedere potes. Dat. VI. Kalend. Mart. Cæsaribus Conss.

*Natus ex libera & seruo, non succedit vt spurius: licet patri dignitas superueniat. Salycetus.*

VI. Iidem AA. &. CC. Posidonio.

EX libera conceptus & seruo, velut spurius habetur: nec vt decurionis filius[p] (quamuis pater eius naturalis manumissus, & natalibus[q] suis restitutus hūc adeptus fuit honorem) defendi potest.[r] Suppositā. VI. Idus Februa.C C. Coss.

*Libertus filium habet in potestate: ideo ad eius successionem admittitur vt legitimus.hoc dicit secundum Salycetum.*

VII. Iidem AA. &. CC. Aemilianæ.

FIlium habere suum libertus in potestate non prohibe-

consuetudinem habens,filium ex ea sustulit: postea manumissus & natalibus restitutus, decurio factus est:an filius habendus sit vel pro filio decurionis,quæritur?dicitur quòd non.

f *Numeri.*ex vno duo: ex alio tres, vel quatuor.Accur.

g *Succedunt.* vt instit. eo. §. cum filius. & in auth.de hære.ab intes. §. j.col.ix.

*VT intestato.*]*CASVS.* Decessit paterfa. relicto filio, & nepote ex altero filio mortuo:an filius & nepos æqualiter succedere debeant, quæritur? Respond.quòd sic: & hoc.l.xij.tab. cauetur. Idem est in successione de iure prætorio danda, vnde liberi bon.pos.

h *Cauetur.*vt instit. eo.§. cum filius.

i *Sequitur.*dando vnde liberi bonorū possessionem.

*INtestato.*[*CASVS.* Paterfami. sororem habens, ab intestato decessit, vxore prægnante relicta:an posthumus,an soror consanguinea, id est eodē modo ex patre nata,ad hæreditatem eius admitti debeat,quæritur? dicitur quòd posthumus.

k *Defuncto.* scilicet patrefamilias.

l *Sororem.*defuncti.

m *Factus.*vt insti. de hæred. quæ ab intesta. in prin.

n *Nimis.*i.valde.

*SIte.*]*CASVS.* Titius filium in potestate sua habens, eum Seio dedit in adoptionem: an Seio mortuo filius Titij cum filiis Seij naturalibus & legitimis vel post adoptionem vel ante acquisitis,succedere possit, quæritur? Dicitur quòd sic.

o *Naturalibus.*subaudi,& legitimis: & hoc si tempore mortis naturalis patris non es ab adoptiuo patre emancipatus:vt insti.de hæred.quæ ab intesta. §.at hi.

*EX libera.*]*CASVS.* Seruus cum libera

p *Filius.*vt euitet tormenta:vt.j.de pœnis.l.decurionum filij.

q *Natalibus.*aliàs non fuisset ad honores admissus: vt infra ad le.Iul.Viscel.l.j.Accursius.

r *Defendi potest.*tempore conceptionis circa statum patris inspecto:

BIU Cujas

spectо: vt.ff.de senato.l.emancipatum.§.si quis.

*Filium.*]*C A S V S.* An libertus filium in potestate habere possit, quæritur? dicitur quòd sic: nec eius præteritus status, scilicet seruitus, illũ impediret, ad exemplum ingenuorũ, cum ei contrahere matrimonium legitimum interdictum non sit.

a *Non prohibetur.* vt. ĭ. de ser. reipu. ma. l. si decretum. & de pa. po. l. libertos.

b *Nuptiis.* post manumissionem contractis. Sed quid si ãte, & postea filius est procreatus? Respon. idem. ar. supra de nup. & si contra. &. ff. de ri. nup. l. si quis in senatorio. Arg. contra. ff. man. l. si procuratorem. sed secus in casu. l. proxi.

c *Apud hostes.*] *Vobis.* matri loquitur.

d *Non postulatur.* scilicet vere: vt institu. de hære. quæ ab intest. §. posthumi. Sed scire debet quãdo fuit captus: quia tunc præsumitur mortuus.

e *Successionem.* vt. ff. de iure fisc. l. Lucius. transmittitur ergo hereditas etiam ad superiores, licet non adita, sicut ad inferiores: vt supra de his qui ante aper. ta. l. j. & est arg. ff. de inoffi. testa. l. nam & si parentibus. & de hac materia dicitur. ff. de acqui. hæred. l. ventre. *ADDITIO.* Aduertas quòd Bart. in. d. l. j. §. de his qui ante aper. ta. reprehendit ibi glo. id ipsum etiam tenentem: quia dicit esse cõtra casum. l. ij. in. §. si quis ex liberis. ff. ad Tertul. Nec obstat secundum eum hæc lex: quia loquitur de suis, qui transmittũt ad omnes: vt est casus secundum eundem Barto. ibi in. l. ventre. ff. de acquir. hæred. & in. l. iij. supra de iu. delibe. De quo vide latius per eundem in. d. l. vẽtre. in iij. col. versic. quartus casus &c. & tangit idẽ Bar. in. l. ij. infra ad senatusc. Orficianum.

*Hæreditas nondũ adita, ad superiores an transmittatur.*

*†Ex Codice Theodosia. lib. 5. ti. 4. Contius.*

*†Hîc omissa est clausula qua cõcurrentibus agnatis dabatur quædã, seu quædam quasi Falcidia: vt apparet ex integra lege in Codice Theodosiano posita. Ideo autem omisit, quia eã correxit. l. vlt. ĭ. e. & in insti. lib. 3. ti. j. §. vlt. ait se nõ cõcessisse vt in hoc suo codice poneretur. Cõti⁹.*

*Si defunctus.*] *C A S V S.* Quod in. l. ista dicitur, habebat locum iure antiquo. pone quòd auus maternus decessit relictis pluribus filiis: & ex vna filia præmortua reliquit plures nepotes, vel pronepotes: illi nepotes succedunt auo cum patruis & auunculis suis, cum deminutione tertiæ partis, quæ debet dari auunculis istorum nepotum. & hoc in prima. In secunda dicit, quod statuimus in bonis aui materni, idem habeat locum & in bonis auiæ maternæ vel paternæ, scilicet vt nepotes succedant cum deminutione tertiæ partis. Tertio dicit quòd hoc verum est, nisi auia iusit comburi instrumenta in quibus nepotes erant instituti: & postea fecit instrumentum in quo extraneos instituit, & nepotes exhæredauit. Quarto dicit, rediens ad primum: siue auus vel auia mortuus fuerit, testatus vel testata, & nepotes præterierit, vel exhæredauerit: quia nepotes succedunt cum deminutione tertiæ patris. Quinto dicit, quòd si pater exhæredasset filiam sine causa, quòd habebat querelam inoffic. testamen. & petitio. hæreditatis: & ea filia eandem actionem transmittit ad filios suos, qui sunt testatoris nepotes. & hoc dicit.

tur, [a] cum ob præteritum statum ex legitimis nuptiis [b] ingenuorum exemplo filios habere liberto non sit interdictũ. S. XVI. Kal. Mart. CC. Coss.

*Existentia sui hæredis operatur transmissionem de filia ad matrem. h. d. communiter secundum doc. vel sic: Si filia se immiscuit bonis patris apud hostes defuncti, hæres extitit: licet certitudinaliter mortem eius tunc nesciuit. Salycetus.*

VIII. Iidem AA. & CC. Catoniæ.

APud hostes patre defuncto, filia cõmunis vobis, [c] quo casu mortis scientia non postulatur, [d] hæres extitit sua, & ad te transmisit successionem. [e] S. XII. Kalẽ. Decembr. Nicomediæ, Cæsaribus Conss.

*Auo vel auiæ ab intestato morienti succedunt nepotes ex filia, cum auunculis & materteris, cum deminutione tertiæ partis eius portionis in qua parens succederet si viueret: & eis præteritis, vel exhæredatis, cõtra testamentum competit idem ius, quod parenti eorum competeret si viueret. Salycetus.*

IX. Imppp. VALENTINIANVS THEODO. & ARCAD. AAA. Constantino præfecto prætorio.

SI defunctus† [f], cuiuscunque sexus aut numeri reliquerit filios, & ex filia [g] diem functa, cuiuscunque sexus aut numeri nepotes: eius partis quam defuncta superstes patri inter fratres suos fuisset habitura, duas partes consequantur nepotes ex eadem filia: tertia pars fratribus sororibúsve eius quæ defuncta est, id est filiis filiabúsque eius, de cuius bonis agitur, auũculis scilicet siue materteris eorum, quorum commodo legem sancimus, accrescat. †[h] Hæc eadem quæ de aui materni bonis constituimus, & de auiæ maternæ siue etiam paternæ simili æquitate [i] sancimus: nisi fortè auia elogia [k] inurenda impiis nepotibus iusta semotis ratione dixerit, & hoc fuerit legibus approbatum. ℣ Non solum autem si intestatus auus auiáve decesserit, hæc nepotibus † quæ sancimus iura seruamus: sed & si auus vel auia, quibus huiusmodi nepotes erunt, testati obierint, & præterierint [l] nepotes, aut exhęredauerint. Eadẽ [m] & de iniusto auorum testamento. ℣ Et si quæ filiæ poterant vel de re [n] vel de lite [o] competere actiones, nepotibus deferimus secundum iustum nostræ legis [p] modum: [q] quæ [r] de parentum inofficiosis testamentis competunt filiis. Dat. V. Kal. Mar. Mediolani. Timasio & Promoto Coss.

*Emancipatio non concernit lineam maternam. Bal. Vel sic: Emancipatio non excludit à successione eius qui emancipatum non habuit in potestate, sed emancipãtis tantum. Salyce.*

X. Impp. THEODO. & VALENTI. AA. Maximo. PP.

VBi auiarũ [t] † successio morte interueniẽte discutitur, capitis deminutio [t] paterna quę renda non est. Tunc enim in huiusmodi hæreditatibus filiorum status aut persona spectatur, quotiens de eius bonis qui potestatem familiæ potuit habere, tractatur. [u] Dat. XV. Kal. Octobr. Rauennæ. Theodosio XIII.* & Valentiniano. III. AA. CCoss.

*Patri & matri filius & filia ipso iure succedunt. h. d. secundum Bal. vel sic: In successione ab intestato primo admittuntur descendentes quàm ascendentes. Salycetus.*

XI. Impp. THEODO. & VALENTINIA. AA. ad Senatum vrbis Romæ.

SI matre superstite filius vel filia, qui quæve moritur, filios dereliquerit: omnimodo patri suo matríve suæ ipso iure succedant. [x] quod sine dubio patrus, vel non, quæritur? Dicitur quòd non: quia hoc quærendum est de successione eius qui filium habere potest in potestate. fœmina autem habere non potest.

f *Si defunctus.* aliquis masculus. & hic puncta.

g *Ex filia.* secus si ex filio.

h *Accrescat.* vt insti. de hære. que ab intest. §. item vetustas. & supra de collat. l. illã. Sed hodie contra: vt in authen. ibi posita. † *d. l. penúlt.*

i *Æquitate.* siue nepotes ex filio, siue ex filia relinquat: sed in masculo decedente distinguitur: ex filio, vel an ex filia relinquatur: vt. d. l. illam.

k *Elogia.* id est testamentum in quo instituerat nepotes, fecit deleri vel cõburi vere, & eos ex vera & iusta causa præteriit vel exhæredauit in secundo testamento: vnde non possunt agere querela: vt in authen. de hæred. & Falcid. §. exhæredatos. colla. j.

l *Præterierint.* sine causa.

m *Eadem.* scilicet iura seruam⁹, scilicet quę † *Ea* sequuntur. *Theo.*

n *De re.* id est hereditatis petitione proponenda. *ti. j. l.*

o *Vel de lite.* id est de querela inofficiosi testamenti, si ipsi essent exhæredati.

p *Legis.* scilicet huius.

q *Modum.* quę de supplenda quarta dicit: vt supra de inoffi. testa. l. omnimodo. &. l. si quis filium. quod est falsum, cum illæ sint post istã. De seipsa ergo dicit, vel de aliis tractantibus de inofficiosis. *XXX.*

r *Quæ.* scilicet actiones.

*VBi auiarum.*]*C A S V S.* Materfamil. decessit nepote ex filio relicto: an ad hoc vt succedere ei possit, quæri debeat, fuerit pater eius emancipatus, vel non, quæritur? Dicitur quòd non: quia hoc quærendum est de successione eius qui filium habere potest in potestate. fœmina autem habere non potest.

s *Vbi auiarum.* tractatur enim an filius filij emancipati succedat auiæ paternæ, vel maternæ.

t *Deminutio.* scilicet minima: vt emancipatio.

u *Tractatur.* sed mulier non potest potestatem habere familiæ vt insti. de adop. §. fœminæ.

*Si matre.*]*C A S V S.* Si aliquis matrem & filios habens, illis superstitibus decessit: in successione illius mater an filius præferri debeat, quæritur? Respon. quòd filius.

x *Succedant.* excluſa matre: quia prima causa est in successione filiorum: vt institu. de hære. quæ ab inte. in prin.

*Pronepotibus.*

BIU Cujas

a *Pronepotibus.* id est nepotibus defuncti, qui sunt pronepotes ad eam cui præferuntur.

*Votiens.*] CASVS. Dicit quòd descendentibus ex linea materna non datur bonorum possessio vnde liberi in bonis maternis: nec etiam agnati & collaterales possunt quartam partem hæreditatis mortuæ personæ sibi vindicare: nec etiam tertiam iure nouo: licet per. l. supra eo. l. si defunctus. possent. sed soli descendentes admittentur ad successionem mortuo parente: quia in prima causa successionis est descendentium. & hoc in prima. In secunda dicit quòd locum habet in futuris negotiis, & non præteritis. & hoc dicit.

& de pronepotibus [a] obseruandum esse censemus. Dat. Idibus Nouembr. Theodosio. XV. & Valentiniano. III. AA. Coss.

*Descendentes (etiam quibus non competit bonorum possessio vnde liberi) potiores sunt de iure ciuili, quàm collaterales agnati. Salycet.*

XII. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

QVotiẽs † aliquis vel aliqua intestatus vel intestata, mortuus vel mortua fuerit, nepotibus [b] vel pronepotibus cuiuscunque sexus, vel deinceps aliis descendentibus derelictis, quibus *Vnde liberi* bonorum possessio minimè competit, & insuper ex latere quibuscunque agnatis: [c] minimè possint iidem agnati quartam [d] partẽ hæreditatis mortuæ personæ sibi vindicare, sed descendentes soli ad mortui successionem vocentur. ℣ Quod tantum in futuris, non etiam præteritis negotiis seruari decernimus. Dat. Kalend. Iul. Constantinop. DN. Iustiniano. A. PP. II. Cos.

IN AVTHENT. de hære. ab intesta. §. j. colla. ix. constitu. j.

*Hodie ad successionem defuncti primo vocantur liberi, sublata differentia sexus, & patriæ potestatis. Salycetus.*

IN successione mortui patrisfamilias, siue filiifamilias, liberi eius, si sunt, omnibus aliis prælati, succedunt. ℣ Primi quidem gradus [e] æqualiter [f] succedunt, nepotes & vlteriores in stirpes, [g] non distinguendo sexum, vel iura potestatis, sed sola naturali causa inspecta. [h]

*TITVLVS LV.*

AD SENATVSCONsultum Tertullianum.

*Mater succedit filio infanti ab intestato morienti, & econtra. Saly.*

I. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Viuianæ.

NIcet [i] liberi matribus ab intestato ita demum per se [k] hæredes existant, si fari possint: tamen matres liberis etiam si infantes naturæ cõcesserint, [l] posse [m] succedere, nulla dubitatio est. P P. X. Kalend. April. Tiberiano & Dione Coss.

*Pater præfertur matri in successione filii. h. d. hodie autem concurrunt: vt in authen. defuncto. infra eodem. Salycetus.*

II. Idem AA. & CC. Rhesæ.

IN successione filij [n] vel filiæ communis sine liberis & fratribus & sororibus morientis, pater manumissor, [o] quia ei sit vetus ius seruatum, [p] matri præfertur. [q] S. VI. Id. Decemb. CC. Coss.

*Exceptio tutoris non petiti non excludit matrem à successione filii postea facti adulti. Salycetus.*

III. Imp. CONSTANTIVS. A Catulino proconsuli Africæ.

MAtres, quæ puberes [r] amiserũt filios, licet impuberibus eis tutores non petierint, quòd matri pater præfertur.

*ysq; ad decimum gradum.*

*Continuatio.*

*Dictum est de his qui succedunt ascendentibus: nunc de his qui succedunt descendentibus.*

*Licet.*] CASVS. An filius infans matris ab intestato mortuæ hæreditatem per se adire possit, quæritur? dicitur quòd non: sed per tutorem. Si autem infans decesit: an mater eius succedere possit per se, quæritur? dicitur quòd potest.

*Mater quã doque filii non perdit, licet illi tutorem non*

a *Pronepotibus.* id est nepotibus defuncti, qui sunt pronepotes ad eam cui præferuntur.

b *Nepotibus.* ex filio vel filia, cum de hæreditate fœminæ agitur: vel ex filia cum de hæreditate matris: nam istis non competit vnde liberi: quia vnde lib. datur illis quibus cõtra tabulas dari potest: vt. ff. si tabulæ testamenti nullæ extabunt. l. vnica. §. rectè autem. &. §. Labeo. & istis competere non potest contra tabulas: vt. ff. de contra tabu. l. illud. §. ad testamenta.

c *Agnatis.* in tertio vel quarto gradu, vel deinceps: vt institu. de hære. quæ ab intesta. §. finali. Accursius.

d *Quartam.* sed nec tertiam habent hodie per authen. vt dixi in l. si defunctus.

*IN successione.*] CASVS. Authen. ista dicit idem cum l. C. scilicet quòd in successione ab intestato potior est causa descẽdentium, quàm collateralium. addit autem ista authent. aliquid: nam dicit quòd si decedat paterfami. siue filiusfami. potior est causa descendentium: & si plures sunt eiusdem gradus, vt sunt filij primi gradus, vocantur æqualiter. si diuersi gradus sunt, vt sunt nepotes: vocantur in stirpes: & vocantur sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis, & sexus: & sublata differentia agnationis & cognationis, sola naturali causa inspecta.

e *Primi quidem gradus.* vt sunt filij.

f *Æqualiter.* id est pro virili.

g *Instirpes.* hæc etiam olim erat: vt supra eo. l. nepotes. secus in collateralibus: vt in cor. authen. §. sin autem defuncto. Vel dic vt not. in authen. cessante. infra de legi. hære.

h *Sola naturali causa inspecta.* hic videt corrigi quod de adoptiuis dicitur, quòd cum naturalibus succedãt: vt institu. de adop. §. sed hodie. quod non placet: nam verbum, sola, hic positum, differentiam patriæ potestatis, sexus, & cognationis tantum tollit. sic supra de iur. om. iudi. l. ij. puto tamen per hæc verba sublatum esse edictum de cõiungendis cum eman. lib. Item vsque ad quem gradum admittitur cognatus? nunquid vt olim, vt institu. de suc. cog. §. fina? Respon. non: quia sic differret agnatus à eo-

liter [f] succedunt, nepotes & vlteriores in stirpes, [g] non distinguendo sexum, vel iura potestatis, sed sola naturali causa inspecta. [h]

*TITVLVS LV.*

AD SENATVSCONsultum Tertullianum.

*Mater succedit filio infanti ab intestato morienti, & econtra. Saly.*

I. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. Viuianæ.

NIcet [i] liberi matribus ab intestato ita demum per se [k] hæredes existant, si fari possint: tamen matres liberis etiam si infantes naturæ cõcesserint, [l] posse [m] succedere, nulla dubitatio est. P P. X. Kalend. April. Tiberiano & Dione Coss.

*Pater præfertur matri in successione filii. h. d. hodie autem concurrunt: vt in authen. defuncto. infra eodem. Salycetus.*

II. Idem AA. & CC. Rhesæ.

IN successione filij [n] vel filiæ communis sine liberis & fratribus & sororibus morientis, pater manumissor, [o] quia ei sit vetus ius seruatum, [p] matri præfertur. [q] S. VI. Id. Decemb. CC. Coss.

*Exceptio tutoris non petiti non excludit matrem à successione filii postea facti adulti. Salycetus.*

III. Imp. CONSTANTIVS. A Catulino proconsuli Africæ.

MAtres, quæ puberes [r] amiserũt filios, licet impuberibus eis tutores non petierint, quòd matri pater præfertur.

*AD SENATusconsultum Tertullianum.*

*Dictum est de his qui succedunt ascendentibus: nunc de his qui succedunt descendentibus.*

*Licet.*] CASVS. An filius infans matris ab intestato mortuæ hæreditatem per se adire possit, quæritur? dicitur quòd non: sed per tutorem. Si autem infans decesit: an mater eius succedere possit per se, quæritur? dicitur quòd potest.

i *Licet.* per suam conditionem, quæ & annum desiderat.

k *Per se.* sed per tutorem potest etiam infans: vt supra de iur. delibe. l. si infanti. & l. potuit.

l *Concesserint.* id est decesserint.

m *Posse.* sed quid de patribus? Respon. pater vel habebat filium in potestate: & sic iure veteri non habet hæredem ab intestato. vel emancipauerat, & succedebat ei, si contracta fiducia, id est seruato iure successionis emancipasset: quod hodie præsumitur: vt institut. de legi. agna. succes. §. fina. & infra l. proxi.

*IN successione.*] CASVS. Decesit quis patrem & matrem habens, nullo collateralium vel descendentium relicto. in successione eius, mater an pater præferri debeat, quæritur? Respond.

n *In successione filii* emancipati.

o *Manumissor.* id est emancipator: vt. ff. quando de pecu. ac. an. est. l. j. §. j.

p *Seruatum.* quia emancipauit contracta fiducia.

q *Præfertur.* vt & institu. eo. §. præferuntur. sed secus in auo & auia: vt. ff. eo. l. ij. §. obiicitur. nisi in casu, scilicet quando est & pater & auus: vt. ff. eod. l. æquissimum. §. finali.

*MAtres.*] CASVS. Si filio suo impuberi mater tutorem non petiit, & postea pubes factus decesit: an à successione illius mater excludatur, quæritur. Dicitur quòd non.

r *Matres quæ puberes.* scilicet existentes ipsæ matres, quod non placet. dic ergo ad filios referri. Secus ergo si impuberes decesserunt: vt hic, & infra. l. omnem & insti. c. §. fi. & infra de leg. hære. l. sciant. Excusatur ergo mater si factus est pubes: vt hic. Item si successione interesse filij videatur non petere tutorem. Item si alius prænuenit eam petere volentem. Item si filius haberet alium tutorem, puta legitimum. Item si mater esse minor. Aliæ quoque causæ enumerantur. ff. eod. l. ij. §. confestim. &. §. si mater non

BIU Cujas

non petierit. & supra si aduer. deli. l. ij. &. ff. qui pe. tu. l. ij. in princi. *ADDITIO.* Aduertas dum glo. ista dicit quòd mater excusatur si pupillus habet alium tutorem, puta legitimũ, quòd hoc procedit secundum tempora huius. l. &. l. ij. ff. qui pe. tut. secundum quæ tempora mater non poterat esse tutrix: & non succedebat tutela legitima: sed cum mater hodie si vult, præferatur omnibus tutoribus legitimis & datiuis: vt in authẽ. matri & auię. supra quando mulier tutelę offi. &c. non potest dici quòd mater excusetur propter legitimum: non enim est legitim⁹, nisi ipsa prius declaret se nolle: vt dicit Bart. hic. tex. est secũdum eum, qui hoc dicit in. l. ij. §. si mater. ff. eodem.

a *Præscriptione.* id est exceptione.

b *Eorum.* puberum.

c *Præscribi.* id est excipi.

† *hæc lex iisdẽ verbis iam posita est in ti. de secũdis nuptiis. Cõtius.*

*Iqua.* ] *CASVS.* Si mulier filios nõ habens, intra annum à tempore mortis mariti nupserit, infamis est: nisi beneficio principis remissa sibi fuerit infamia. Si vero filios habuit, similiter infamis efficitur, nisi à prĩcipe infamia remittatur, cum aliis pœnis quæ sunt supra de secũ. nup. l. j. & hoc demum si medietatẽ omnium bonorum filiis mater cum plena proprietate reliquit, id est donauerit. & si vnus ex filiis decesserit, aliis portio sua accrescit. Si autem omnes decesserint, tunc illa medietas reuertetur ad matrem: & illam habebit præcipuam. & hoc in secunda.

d *Festinatione.* quòd ante completum annũ nupsit post mortẽ viri.

e *Infamis sit.* vt & supra ex quibus cau. infa. ir. l. decreto. &. ff. de his qui notan. infa. l. j. Accursius.

f *Permittim⁹.* hoc aliqua conditione.

g *Pœnarum.* quę numerantur supra de sec. nup. l. j. in fi.

h *Facultatum.* ipsius mulieris.

i *Medietatem.* totius substantiæ: vt in authen. de nuptiis. §. j. in fi. §. & melius in. §. si igitur. col. iiij.

k *Obeuntibus.* scilicet sine filiis. Item bene dicit, intestato: quia in testamento cui voluerit potest relinquere: cum donare & vendere possit: vt in authen. de nupt. §. hinc nobis. colla. iiij.

l *Præsumat.* & ante alios capiat.

*Mater.* ] *CASVS.* An mater bona filij decedentis, si fecit testamentum, vel ab intestato nullo descendente relicto, pleno iure habere possit, quæritur? Respon. quòd si ad secundum matrimonium non conuolauerit, pleno iure habebit præscriptione[a] tamen non petiti tutoris ad excludẽdam eorum[b] successionẽ minimè debere præscribi, [c] certum est. D. VI. Kalẽd. Augu. Constantio A. VII. & Constante Coss.

*Mulier nubens intra tempora luctus, efficitur infamis, nec valet remissio infamiæ, & cæterarum pœnarum facta à principe, vbi liberos ex priore viro habuit, nisi omnium suarum facultatum tempore secundarum nuptiarum extantium medietatem sine aliqua conditione eis dederit, & eorum altero decedente, ad superstitem debet peruenire: & omnibus ab intestato morientibus, ad matrem debet redire. Salycetus.*

IIII. Imppp. GRA. VALEN. & THE. AAA. Eutropio. PP.

SI qua mulier nequaquã religionẽ priori viro, ex quo filios seu filias nõ habet, nuptiarũ festinatione[d] præstiterit, ex iure quidem notissimo infamis sit, [e] nisi huiusmodi maculã imperiale beneficiũ ei remittat. sin autẽ ei filij erũt seu filiæ, & impetrauerit indulgẽtiã, infamiæ abolitionẽ permittimus, [f] & cęterarũ pœnarũ[g] antiquationẽ, si facultatũ[h] omnium quæ fuerunt tẽpore nuptiarum, medietatẽ[i] filio vel filiæ, filiis seu filiabus donauerit, quos habebat ex viro priore susceptos, purè scilicet & omni donationis solẽnitate completa, nec retento quidẽ vsufructu. ⸸ Quẽ quidẽ semissem si duobus filiis seu filiabus pluribúsve donauerit, & sorte fatali vnus vel vna, seu alius vel alia ex iisdẽ intestatus vel intestata obierit: semper ad superstites fratres vel sorores volumus pertinere. ⸸ Sin autẽ vniuersi vel vniuersæ intestati diẽ obierint: duræ fortunæ ad matrẽ solatia ex integro reuertãtur: ita scilicet, vt hũc semissem, quẽ filiis vel filiab⁹ donauerat, intestato diẽ obeũtibus,[k] rursus ipsa separatim ab vltimi filij vel filię hæreditate præsumat.[l] PP. XV. Kal. Ian. Gratiano. V. & Theodosio. AA. Coss.

*Mater quæ succedit filio, si alteri nõ nubat, hæreditatem retinet pleno iure. si vero nupserit: in bonis à marito prouenientibus solum habet vsumfructum: in aliis ius plenum. Salycetus.*

V. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Senatui vrbis Rom. †

MAter† quę defuncto filio filiæue sine liberis ex testamẽto, vel ab intestato succedit: si matrimoniũ secũdũ post mortẽ filij vel filię nõ cõtraxerit: omnia[m] filij seu filiæ morte delata vel derelicta, pleno iure acquirat. Sin verò alterius mariti cõiugiũ[n] elegerit: extrinsecus quidẽ quæsita filio filiæue, simili firmitate possideat. rerũ verò paternarũ† defuncti solo vsufructu humanitatis cõtẽplatione potiatur, [o] proprietatẽ & sororibus & fratrib⁹ trãsmissura defuncti. Dat. VII. Id. Nouẽb. Rauẽnę, Theodosio. XII. & Valentiniano. II. AA. Coss.

*Mater tutrix filii priuatur eius hæreditate, si transiuit ad secunda vota antequam tutorẽ alium fecerit ei ordinari. Salycetus.*

VI. Iidem AA. Florentio præfecto prætorio.

OMnẽ† matri, siue ab intestato, siue iure substitutionis, [p] si filius impubes moritur, denegandã volumus successionẽ, si ea[q] legitima[r] liberorũ tutela susceptа, ad secũdas cõtra sacramẽtũ[s] præstitũ adspirauerit nuptias, antequam ei tutorẽ aliũ fecerit ordinari, eíq;, quod debeẽ ex ratione tutelę gestę, [t] persoluerit. [u] Dat. VII. Id. Iul. Constantinopoli, Theodosio A. XVI. & Festo Coss.

*Fratres defuncti non excludũt eius matrem, sed cum ea succedunt pro virili: sorores vero in stirpes. & si simul concurrant cum matre fratres & sorores: tunc omnes admittuntur pro virili, patruo excluso: & hoc vbi pater defuncti non concurrit. si verò concurrat: aliter seruatur si defunctus erat sui iuris: aliter si in potestate. hodie seruantur authenticæ hic positæ. Salycetus.*

VII. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

m *Omnia.* s. bona.

n *Coniugium.* mortuo iam filio. Et nota q̃ refert, nubat mater ante mortẽ filij, vel post. si ante, succedit in totum: licet filiis seruare debeat: vt supra de sec. nupt. l. fœminæ. §. fina. si vero postea, tũc extrinsecus quæsita filio solida habet: patrona vero quo ad vsumfructum: vt hic, & in authen. de non eli. se. nub. §. & non solũ. col. j. quia minus delinquit postea nubẽs. Sed post. ea hoc corrigitur: quia indistincte, nubat ante vel post, succedit i pro prietatem in paternis etiam: vt in authen. de non eli. §. cum igitur. Sed &. d. §. cum igitur. corrigitur per authen. de nup. §. hinc nobis. col. iiij. vbi reditur ad distinctionẽ huius legis. Item & illam de nup. dicunt quidã corrigi in authen. de hær. ab inteſt. §. consequẽs. col. ix. quia nulla fit mẽtio secũdarum nuptiarum. sed hoc non placet. Sed intellige eam secundum distinctionem prædictæ authen. de nup. & pro hoc est infra. e. ti. l. fi. in fi.

o *Potiatur.* sed si hæc qua mater legatis erat grauata, an minuatur, quia sua portio minuitur? Respon. non. ff. de lega. j. l. vlt. circa fi. quia suo delicto est ei minuta. secus si alio modo esset minuta: vt. ff. de cond. & demon. l. Plautius.

*Mnẽ.* ] *CASVS.* Si mater quę primo suscepit tutelam filij sui, demũ matrimonium cõtraxit, nec tutorem filio suo petiit: an à successione filij repellatur, quærit? Respon. quòd sic.

p *Substitutionis.* quia pater substituit eam filio.

q *Si ea.* s. mater.

r *Legitima.* id est secundum legem: non tamen ex. l. xij. tab. vt no. supra quando mu. tu. offi. fun. potest. authen. matri.

s *Sacramẽtum.* iurabat enim nõ trãsire ad secũdas nuptias: licet hodie nõ iurat: vt. ſ. quãdo mu. tu. offi. fun. po. auth. sacramẽtum.

t *Gestæ.* & malè.

u *Persoluerit.* vt & infra de legi. hæ. sciant. & in qui. cau. pig. tacontrahi. l. si mater. hæc ergo lex loquitur cum non est testamẽto data: secus autem si testamento patris data esset, tali similitudine: quia sicut eum mater ab intestato succedit filio si ineat secundas nuptias, punitur etiam in successione, vt paternorum habeat

BIU Cujas

beat vſumfructum tantum. Item cum ex teſtamento ei ſuccedit, in nullo punitur licet contrahat ſecunda vota: vt in authē. de nup. §. hinc nobis. col. iiij. ſic & ſi ex lege vocetur ad tutelam: ſi ineat ſecunda vota, ſtatim deſinit eſſe tutrix: & ſi ex teſtamento nancisca tutelam, nō deſinit eſſe tutrix: licet poſtea trāſeat ad ſecūda vota. & hoc ſecundum quoſdā. Sed Ioan. & Al. contra. nā in teſtamento ſecundū hæc iura dari non poteſt tutrix: vt. ff. de teſtamē. tute. l. mater. niſi in caſu: vt. ff. de tu. l. fina. & de hoc dixim⁹ ſupra quando mu. tu. of. fun. poteſt. authē. matri.

SIquis, vel ſiqua, matre ſuꝑſtite & fratre, [a] vel legitimo, vel ſola cognationis iura habēte, ītēſtatus vel inteſtata deceſſerit: non excludi à filij ſucceſſione matrē, ſed vnà cum fratre mortui vel mortuę, ſi ſuperſtes vel filius vel priuign⁹ ipſius ſit, ad eam ꝑuenire, ad ſimilitudinē ſororum mortui vel mortuæ: ita tamē, vt ſi quidē ſolæ ſorores agnatæ vel cognatæ, & mater defuncti vel defunctæ ſuꝑſint*: pro veterū legū tenore [b] dimidiā quidē mater, alterā verò dimidiā partē omnes ſorores habeāt. ℣ Sin verò matre ſuperſtite & fratre, vel fratrib⁹ ſolis, vel etiā cum ſororibus inteſtatus quis vel inteſtata moriatur: in capita diſtribuatur eius hæreditas: nec liceat matri occaſione ſororū mortui vel mortuę amplioré partē ſibi vīdicare, quàm rata portio capitū exigit: patruo ſcilicet mortui vel mortuę, & eius filio vel nepote, nullū ius ad eius hęreditatē (matre eius hærede exiſtēte) habētib⁹: nec ex veterib⁹ legibus, vel ex cōſtitutionib⁹ [c] partē matris minui. ℣ Sin autē defuncta ꝑſona nō ſolum matrē & fratres & ſorores ſuperſtites habeat, ſed etiā patrē: ſi quidē ſui iuris deceſſit, quia patris ꝑſona intueniēs, matris iura ſuperare videtur: [d] omnibus pio animo ꝑuidētes, ſancim⁹ fratres quidē & ſorores mortuæ ꝑſonæ ad ſucceſſionē proprietatis ſolos pro virili portione vocari: patri autē & matri vſumfructum totius ſucceſſionis †pro beſſe [e] cōpetere, æqua lance inter patrē & matrē diuidēdum, reliqua parte vſusfructus apud fratres & ſorores remanēte. ℣ Sin verò defuncta ꝑſona ī ſacris patris cōſtituta deceſſerit: pater quidē vſumfructum, quē & viuēte filio habebat, teneat donec viuat incorruptum: mater autē quia hūc vſumfructū habere viuēte patre nō poteſt, totū apud patrē cōſtitutum: vnà cum fratribus defunctæ perſonæ ad proprietatē vocetur, ſcilicet cū ſororibus ſola in dimidiam, cum fratribus vel promiſcui generis ſecundum ſupradictam diſtributionē in virilē portionē: Omnib⁹ videlicet quæ de mulieribus ad ſecūdas nuptias migrantibus ſancita ſunt, in ſuo ſtatu durantibus. Dat. Kalēdis Iun. Conſtantinop. DN. Iuſtiniano. A. PP. II. Cos.

IN AVTHENT. DE nupt. §. & quoniam mater. colla. iiij. conſtitu. j.

*Cum fratribus & ſororibus defuncti filii ſuccedit mater in virili. Salycetus.*

ET cum ſolis fratribus, & cum ſolis ſororibus, & cū permixtis, vocantur matres in virilem [f] portionem.

IN AVTHENT. VT cum de appella. cog. §. ſancimus itaque. &. §. ſi verò contigerit. coll. viij. conſtit. xj.

*In teſtamento filii non debet pater hodie exhæredari, niſi ex cauſa iuſta in iure expreſſa. aliàs rumpitur teſtamentū quo ad inſtitutionem tantum. Salycetus.*

IN teſtamēto quoq; non licet liberis parētes excludere, niſi iuſta cauſa exhæredationis inferatur, quæ ſeptenario numero noua conſtitutione diſtribuitur. alioquin reſcinditur teſtamentum circa inſtitutiones: nam in cæteris [g] perſeuerat.

IN AVTHENT. DE hære. ab inteſta. venien. §. conſequens. &. §. ſequenti. colla. ix. conſtitu. j.

*Filio hodie ſine liberis defuncto ſuccedunt parentes, fratres, & ſorores forma hic ſcripta. Salycetus.*

DEfuncto ſine liberis [h] filio, parentes ſi ſoli [i] ſunt, ſuccedūt: ſalua gradus [k] ſui prerogatiua. ſi pari gradu ſūt, pariter ſuccedūt: paternis quidē dimidia, maternis verò alia dimidia delata: licet ſit diſpar [l] eorū

Sequitur authenti. Et cum ſolis. quæ eſt in authen. de nup. §. & quoniam. colla. iiij. & corrigit. ll. iſtas in aliquo.

f *Et cum ſolis. In virilem.* hoc fallit in caſibus: vt ſupra eodem l. ſiqua. §. quem quidem. & ſupra. l. proxi. & in authen. de nupt. §. quoniam infirmas. &. §. hinc nobis. colla. iiij.

*IN teſtamento.* ]C *ASVS.* Filiusfami. extraneum inſtituit hæredem: patrē vero exhæredauit: quæritur, an poſsit? Reſpō. quòd non: niſi ex cauſa iuſta &c. aliàs rumpitur teſtamentum quo ad inſtitutionem tantum.

g *Cæteris.* ſcilicet legatis & fideicommiſſis: vt & ſupra de libe. præ. authen. ex cauſa. Et no. hic quòd ſi filiusfamilias teſtet, qđ nō facit niſi de caſtrēſi, vel quaſi: detrahit pater Falcidiam: ſic & aliàs eſt in quaſi caſtrēſi: vt ſupra de epi. & cleri. authen. presbyteros. j. quæ eſt contra. l. veteres. vt ſupra de inofficio. teſta. l. finali. &. ff. ſi à parente quis ma. fue. l. j. §. eſt & alius.

*Filiusfamilias in quo poteſt teſtari.*

*Efuncto.* ] C *ASVS.* Semproni⁹ deceſsit habēs patrem & matrem: ſuccedit ei pater & mater. ſi autem pater viuat, & non mater, ſed auus maternus, pater excludit auū maternum: quia prior in gradu, potior eſt in ſucceſsione: & ſi ponam, habeat auum & auiam maternā, & tātum auum paternum: vel econuerſo: & illi qui ſunt ex parte patris, habebunt dimidiā: licet vnus ſit tātum ex parte vna, & plures ex alia, & econuerſo. Si vero defunctus habeat patrem & matrem: fratres & ſorores vocantur cum aſcendentibus in virilem portionem. & iſta ſunt vera quādo filius decedit inteſtatus. Si faciat teſtamentum, nec habeat filios: non debet prēterire vel exhæredare parentes, niſi ſint ingrati. alioquin non valebit teſtamentum quātum ad inſtitutionem: quantum ad alia poterit valere. Viuianus.

h *Liberis.* nam tunc ſeruares authenti. quam habes ſupra tit. j. in ſucceſsione.

i *Soli.* ſine fratribus & ſororibus vtriꝰque coniunctis.

k *Gradus.* pater ergo excludit auum maternum, cum mater defuncti non ſuperſit: & mater auum paternum, cum pater non ſuperſit: licet aliud ſit in filio meo, & nepote ex alio filio præmortuo: vt ſupra titu. j. l. vt inteſtato. & authenti. in ſucceſsione.

*Pater auū maternum excludit in ſucceſsione filii.*

l *Diſpar.* ergo ſi eſt auus maternus, & auia materna, & ſolus auus

a *Vel fratre.* vel pro &.

b *Tenore.* vt inſtit. eodem. §. ſoror.

c *Conſtitutionibus.* quas conſtitutiones vel leges non habemus.

d *Videtur.* inſpecto Tertulliano: vt inſti. eodem. §. pater.

e *Pro beſſe.* imò videtur in totum patri acquiri: vt infra tit. ij. l. de emancipatis. quæ eſt contra. Solu. vt ibi. *ADDITIO.* Aduertas quòd omnia quæ in hac. l. dicuntur, ſunt hodie correcta præter hoc vnum, ſcilicet quòd per mortem filij non extinguitur vſusfructus competens patri: quod hodie non eſt correctum: vt dicit Barto. hic.

*Pater ſolus ſuccedit in bonis defuncti pro viij. vncijs: fratres & ſorores habebunt proprietatem, & tertiam partem vſusfruc.*

*Si vero defunctus erat in ſacris patris conſtitutus, tūc pater habebit vſufruc. omnium bonorum: & mater ſuccedet in proprietatem cum fratribus & ſororibus defuncti in virilē portionem.*

*Sequitur authen. quæ corrigit illud verbum, ita tamen &c. quę incipit, Et cū, ſcilicet quòd mater tātum in virilem portionem admittatur, cum defunctus tantum ſorores reliquit: ſicut cū ſorores & fratres relinqueret.*

*Sin verò defuncta ꝑſona ī ſacris patris cōſtituta deceſſerit: pater quidē vſumfructum, quē & viuēte filio habebat, teneat donec viuat incorruptum: mater autē quia*

*Sin autē defuncta ꝑſona nō ſolum matrē & fratres & ſorores ſuperſtites habeat, ſed etiā patrē: ſi quidē ſui iuris deceſſit, quia patris ꝑſona intueniēs, matris iura ſuperare videtur:*

*Omnibus pio animo ꝑuidētes, ſancim⁹ fratres quidē & ſorores mortuæ ꝑſonæ ad ſucceſſionē proprietatis ſolos pro virili portione vocari: patri autē & matri vſumfructum totius ſucceſſionis †pro beſſe cōpetere, æqua lance inter patrē & matrē diuidēdum, reliqua parte vſusfructus apud fratres & ſorores remanēte.*

BIU Cujas

auus paternus:tantum habet hic solus,quantum illi duo.

a *Vocantur.*non autem eorum filij per hanc authen. vt in cor. eo.§.si autem cum fratribus.Sed per aliam authen. quæ corrigit hanc:vt in authen.vt fratrum filij.§.j.col.ix.

b *Proximis.*id est cum patre & matre tantum,secundum quosdam:non auo, imò ipsi soli remoto auo,vt innuit authen.in cor.§. si igitur.j.ibi,si autē pater &c. Item cum admittantur cum patre, & pater repellit auum. supra proxi.& infra de legi.hære.l. in successione.ergo ipsi fratres repellunt auum: vt. ff. de diuer.& tempo.prę-scri.l.de accessionibus. Vel dic secundum Io. proximus est,quem nemo præcedit:& sic etiā auus & proauus,si nullus eos præcedat:vt. ff. de verb.signi.l. proximus.&.ff.vnde cog.l.j. §.proximus. &. de suis & legi.l.ij.§.hæreditas. Prædicta autem regula,si vinco &c.quæ est in d.l. de accessionibus.fallit in multis casibus,qui his.ll. notantur.ff.eo.l.ij. §, obiicitur. &. l. æquissimum. §.j.Secundus est.ff. qui potio. in pigno. ha. l. Claudius. Tertius in cor.eo.§.si autem cum fratribus.coll.ix. & ad idem.ff.qui pot. in pigno.ha.l.si pignus.&.l. interdum. & supra de natu.libe.authen.licet. &.ff.de priuileg. credi. l.quod quis.

*Proximus quis dicatur.*

*Regula, si vinco vincētē te &c. fallit in aliquibus casibus.*

c *Vbi nulla.* ista sunt verba Ir.& est sensus, quòd cum nil dicatur de secundo nubentibus,omnia de his dicta corrigūtur hic.Vel dic secundum Io.quòd remanent in suo statu, quæ dicuntur in auth. de nu.§.hinc nos. col. iiij.quę est supra de secun.nup.authen.ex testamento. quod verius est, ar.l.fin. huius titu. in fin.

*AD SENATVS-consultum Orficianum.*

*Versus.* *Matri succedes ô nate per Orficianum:Inuidiam portans econtra Tertullianum.*

*SI intestatæ.* [ *CASVS.*Mulier filiam habens & matrem,decessit ab intestato:quæ ei præferenda sit in ipsius successione,quęritur? Dicitur q̄ filia.

d *Consanguinei.* scilicet fratres.

e *Orficiano.* & idē est secundum alia ciuilia iura:vt supra titu.ij.l.intestato.&.l.si matre.

numerus. ℣ Sed si cum parentibus fratres & sorores vtrinque defuncto coniuncti supersint: vocantur [a] cum ascendentibus gradu proximis, [b] ita vt viriles portiones fiant:exclusa prorsus omni differentia sexus & patriæ potestatis,vbi nulla [c] secūdarum nuptiarum fit mentio.

*TITVLVS LVI.*

AD SENATVSCONsultum Orficianum.

*Ad successionem matris primò vocatur filius,quàm defuncta mater,vel frater.Sal.*

I. Imp. ALEXANDER.A. Euangelo.

SI intestatæ mulieri consanguinei [d] existant,& mater & filia: ad solam filiā ex senatusconsulto Orficiano [e] hæreditas pertinet. PP. XV. Kalend. Februar. Fusco. II. & Dextro Coss.

*Non numerus liberorum,sed hæreditatis aditio designat portiones. Bal.Vel sic : Pro numero succedentium diuiditur hæreditas matris,non pro numero superstantiū tempore mortis:& hæres non suus hæreditatem non aditam non transmittit ad ad superiorem.Salycetus.*

II. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA.&. CC. Metrodoræ.

NOn pro numero superstitum mortis matris tempore, sed succedentium, materna scinditur hæreditas.℣ Quapropter si mater vestra te & vno fratre emancipatis, duobus autem aliis in patria positis potestate superstitibus diem functa est,& hi qui in potestate patris fuerant, priusquam maternam hæreditatem sibi quęrerent,rebus humanis exempti sunt : inter duos tantū viriles nō ambigitur factas portiones. [f] S. VII. Kalen.April.Sirmij.AA. Coss.

*Ius ciuile non excluditur tempore, licet prætorium excludatur. Bal.Vel sic : Matri intestatæ succedit filia citra agnitionē bonorum possessionis.Salycetus.*

III. Idem. AA.&. CC. Iulianæ.

MAtri intestatò defunctæ secundum Orficianū senatusconsultum,citra bonorū [g] possessionē filia pro hęrede gerēdo,succedere nō prohibetur. S.XII. Kal. Nouēb.AA. Coss.

*Descendentes præferuntur Ascendentibus. Bald.*

IIII. Imppp. GRATIANVS, VALENTINIA.& THEODO. AAA.ad Hilarianum. P.V.

QVotiēs de emancipati filij filiæve successione tractatur:filiis ex his genitis deferatur intacta pro solido successio, neque vlla defuncti defunctæve patri matríve cōcedatur [h] intestatæ successionis hæreditas. Dat. XV. Kalend. Mart.Mediolani, Merobaude II.& Saturnino Coss.

*Mulieri illustri spurius legitimis extantibus non succedit:secus si ex legitimo concubitu sit natus,& ex illustri. Baldus.*

V. Imp.IVSTINIANVS. A. Demostheni præfe.prætorio.

SIqua illustris mulier filium ex iustis nuptiis procreauerit, & alterum spurium habuerit,cui pater incertus [i] sit : quēadmodum res maternæ ad eos perueniāt,siue tantummodo ad liberos iustos, siue etiā ad spurios,dubitabatur.℣ Sācimus itaque,vt neque ex testamēto, neque ab ītestato, neq; ex liberalitate inter viuos habita , iustis liberis existentibus,aliquid penitus ab illustribus matribus ad spurios perueniat: cùm in mulieribus ingenuis & illustribus (quibus castitatis obseruatio præcipuū debitū est)nominari spurios,satis iniuriosum , satísque acerbum,& nostris temporibus indignum esse iudicemus. ℣ Et hanc legem ipsi pudicitiæ, quam semper colendā [k] censemus, merito dedicamus. ℣ Sin autē concubina [l] liberæ conditionis constituta,filiū vel filiam ex licita cōsuetudine ab homine libero habita procreauerit: eos etiam cum legitimis [m] liberis ad materna venire bona,quę iure legitimo in suo patrimonio possidet, nulla dubitatio † est.Dat.XV.Kal.Octob.Chalcedone,Decio.V.C.Cos.

*Nati ex ancilla manumittenda , facta iam mora libertati, nascuntur ingenui,& successibiles actiuè & passiuè. Bald. Vel sic.Post moram in præstanda libertate cōmissam partus nascitur legitimus,& succedit matri,& econtra.Saly.*

VI. Idem. A. Iuliano. P. P.

*Cessit ab intestato.qualiter inter eos superstites facienda sit diuisio hæreditatis ipsius,quæritur? Respond.quòd in viriles.*

f *Portiones.*sed quare non transmiserunt alij ad hæredes suos portiones suas,licet adhuc non esset adita hæreditas:vt.ē. de his qui ante aper.tabu.l.j.quæ est contra? Solu.hic non erat posteritas. Vel hæc illam corrigit. Sed certe imò illa istam. Vel ibi loquitur de hęreditate aduenīte ex testamēto, hic ab intestato.Sed certe secundum hoc isti et si non transmitterēt hæreditatē,deberent trāsmittere ius deliberādi & adeundi:vt.ē. de iure deli.l.cum antiquioribus. Vel hic isti repudiauerunt hæreditatē antequam decederent. aliàs etiam ad superiores transmitterent: vt supra tit.ij.l.apud hostes.& hoc placet.

*Tene. primo.*

MAtri.]*CASVS.* Mulier decedēs ab intestato,filiam reliquit, quæ succedet, nec habet necesse petere bo.possess.Viuia.

g *Citra bonorū possessionē.*vnde cognati cōperit ei:vt.ff.vnde cog. l.j.§. siqua.& vnde legitimi:vt ibidem. nam cum sit vt agnata facta per Orficianum,vt legitima admittetur: vt hic,&.ff.vnde legi.l.ij, §.fin.&.l.iiij. quod nō est in alia cognata, vt citra bonorum possessionē admittatur: vt.ff. vnde cog.l.j.in prin.

QVotiēs.]*CASVS.* Filius emācipatus,filios,patrē & matrem habens,si ab intestato decedat,filius ipsius patri & matri præfertur. Viuianus.

h *Concedatur.*vt &.ē. eo.l.j.ī princ.&.ē.ti.ij. l.si matre.&.l.itestato.

SIqua.]*CASVS.* Mulier illustris filios legitimos habēs,& spurios,si ab intestato decedat,an spurij cum legitimis succedere possint,quæritur? Dicitur quòd non.Si vero mulier aliqua tanquā cōcubina aliquos liberos sustulit,& decessit:an cum legitimis succedere possint, quæritur? Rñ.q̄ succedent. Lex quidem plana est.

i *Incertus.* meretrix ergo.

k *Colendam.* argu. in authē.quomodo oportet.episco.in prin.colla.j. &.j.de dedi.lib.tol.l.j.

l *Concubina.*etiam illustris.

m *Cum legitimis.*ab intestato.Sed an contra testamentum agere possunt,si non sunt instituti naturales? Forte non,secundū quosdā.Sed videtur q̄ sic:vt argu.ff.de inoffic.testa.l.si suspecta.§.j.

Et not.

*Nota.*

*Nota.*

*Nota.*

Et not.filium spuriũ succedere matri,sicut legitimũ:vt insti. eo. §.nouissime.& de succes.cogna.§.vulgo. nisi sit illustris mater. vbi distingues,sint legitimi,vel nó:vt hac.l.dicitur.Quid de incestuoso?Quidam dicunt idem.& authẽ.ex cõplexu.ś.de incest. nupt.loquitur de hæreditate paterna, non materna. Sed verius dic,nó succedere omnem illum qui de tali coitu est natus,qui pót accusari: vt adulteri, incesti,nefarij:vt í authen.quibus mo. natu. effi.sui.§.fina.colla.vij. si autem non ex tali: succedit, vt dictũ est, matri, non patri, cum habeat incertũ. nam si habeat certũ, puta naturalem: non succedet nisi in duabus vnciis ab intestato non extãtibus legitimis:aliàs in nihilum: vt in authen. qui.mo.natu.effi.sui. §. discretis.ibi, si quis igitur habens filios legitimos.col.vij.

a *Vidam. Peperit.* adita hæreditate.

b *Esse.*nunc respondet.

c *Ingenuum.* sic ergo nota post morã nasci ingenuum ex ancilla: vt hic,&. ś. de his qui. vt indi. l. cũ Syllanianum.circa fi.ibi,partus liber &c.& infra de fideicommiss. lib. l. cum libertatem.&. ff.de fideicommiss.lib.l.si quis rogatus.&. ff. de statu homi.l.Herennius.

d *Ei posse.* huius legis auctoritate.Itẽ senatuscõsulto Orficiano.& hoc subiicit, saluo iure &c.

e *Venientibus.*sed nũquid aliis suis consanguineis poterunt succedere?Respõ.non: vt insti.de serui.cog. §. j. Itẽ quæro,quid in cõceptis post mortem auiæ maternæ? Videtur quòd nepos non possit succedere ei : nec enim fuit proximus cognatus auiæ, vel auo, in cuius vita nondum fuerit animal:vt.ff.vnde cognati.l.j.§.si quis. Placentinus tamen eũ admisit,naturali causa inspecta,per authẽ. de hære.ab intest.§.j. col. ix.& pro eo.ff.de gra.& adfi.l.si filium.§.si filio. Sed contra eum Pla.est,quòd prætor in bon.pos.vnde cog. inspiciebat naturalẽ causam:vt.ff.vnde cog.l.j.in prin.&.§.ij. & tamen repellebat eum,vt dictum est.

QVidam ancillæ suæ per fideicommissum libertatem reliquit.eo autẽ à quo libertas relicta est,moram in libertate præstanda faciente, peperit [a] ancilla.& esse [b] [eũ]quidem ingenuum [c] puerum, vel puellam, qui post moram nati sunt,omnes veteris iuris auctores cõsentiunt,dubitabatur autem inter eos si matri morienti posset succedere. ℣Huiusmodi itaque dubitationem eorũ decidentes,vlterius eam procedere non patimur : sed sancimus eandem matris progeniem hæredem ab intestato ei posse [d] existere,saluo iure legitimo ex auctoritate senatusscõsulti Orficiani proli seruando : & tam matre ex senatusconsulto Tertulliano , quàm prole ex Orficiano senatusconsulto inuicem ad suas hęreditates veniẽtibus. [e] Dat.Kalen.Octob. Constantinopo.Lãpadio & Oreste. VV. CC. Coss.

*TITVLVS LVII.*

## DE LEGITIMIS HAEredibus.

*Titulo consanguinitatis vel cognationis ita succedit soror, etiam dotata , sicut frater. Baldus.*

I. Imp. ALEXANDER.A. Cassio & Hermionæ.

IN successione quę titulo consanguinitatis, [f] vel in bonorũ possessione, quæ proximitatis nomine cõpetit,tam fratres quàm sorores pari iure esse,licet nõ ex eadem matre susceptí sunt , ius certum est.Nec huic derogatur, quòd amitas vestras [g] ab auo vestro dotatas [h] fuisse proponitis. PP. Non.Maiis,Maximo.II.& Aeliano Coss.

*Postquam filius repudiauit hæreditatem paternam, potest extraneam sibi viuente patre delatam adire,& separationem bonorum petere.Saly.*

II. Imp. GORDIANVS.A. Tatianæ,& aliis.

SI eius quæ vos hæredes instituit, patri hæreditatem [i] non quæsistis, posteáque mortuo patre,ac repudiata eius hæreditate,defunctę successionem agnouistis:ea quæ bonorũ sunt defunctæ,ab his separari, quæ patris vestri fuerũt,præses prouinciæ non ignorabit. [k] PP. VI.Id. April. Gordiano. A. & Auiola Coss.

*Soror fratris filio antefertur ciuili ac prætorio iure ex gradus prioritate. Baldus.*

III. Imp. DECIVS.A.Asclepiodotæ.

CONsanguinitatis [l] iure & fœminas ad intestatorum successionem admitti [m] posse, explorati iuris est.Proinde cùm fratris tui intestatò mortui ad te [n] consanguinitatis iure hæreditas pertineat: nulla ratione alterius fratris tui filij ad eandem successionẽ adspirare desiderant. nam & cessante iure agnationis in persona omniũ, [o] prætorij iuris beneficio ad te potius,quæ secundum gradum obtines, hæreditas pertinet , ą ad fratris tui filios, qui in tertio gradu constituti sunt. [p] PP. II. Non. Decembr. Decio. A. & Grato Coss.

IN AVTHENT. de hære.ab intest.ve.§.reliquũ. col.ix.consti.j. & vt fra. fi.§. j. colla.ix.consti.vij.

*Vbi non subsistunt descendentes, vel ascendentes:fratres & sorores vtrinque coniuncti,& eorum qui ex his præmortui sunt filii,reliquis agnatis & cognatis omnibus præferuntur:qui fratrum filii vocantur in stirpes.hoc dicit vsque ad.§.& cum proximis.ibi autẽ dicit quòd vocantur cũ ascẽdentibus in gradu proximis. vsque ibi,& quidem.ibi autẽ dicit quòd filius fratris vtrinque coniunctus præfertur fratribus & sororibus coniunctis ex vno latere tantum.*

*Consilio* *Dixit de his qui sunt in linea inferiori & superiori : nunc incipit de transuersali.*

*In successione.*]*CASVS.*dicit:Sũt plures fratres & sorores,siue cõiuncti ex vtraque parte,siue ex altera tantum.si vnus de fratribus decedat,omnes.ſ.sorores & fratres pariter succedunt isto iure veteri:sed iure auth.prius coniuncti vtroque paréte, postea admittentur cõiuncti vno paréte tantũ.& hoc in prima. Secũdo dicit:Pater vnã ex filiabus maritauit,puta Bertã. decessit frater Bertæ sine filiis.ista Berta volebat succedere fratri. nepotes alterius fratris mortui,vel ipse frater dicit quòd conferat dotem datam marito:quæritur vtrum teneatur?Respon.quòd non.

f *Consanguinitatis.*id est agnationis.Inter se fratres & sorores agnati sunt,& hoc cum succedũt iure ciuili, vel per vnde agnati:quia sunt ex eodem patre.idem tamen & si ex iure prætorio per bonorũ possessionem vnde cognati, quando ex eadẽ matre tantũ:vt subiicit.Et ꝙ dicit,pari iure,scilicet in successione mortui fratris.Et ꝙ subiicit,licet nó ex eadẽ &c. hodie contra:vt.j.communia de suc. authen. itaque.

g *Amitas vestras.* loquitur filiis alterius fratris mortui, quærentibus nomine patris,non suo,cũ amitæ eis præferantur hoc iure:vt.j. l.consanguinitatis. hodie non:vt in auth.cessante.j.eo.Accur.

h *Dotatas.* quia ideo videtur habere tanto minus de hæreditate, ꝙ debeant cõferre : vt ś.de col.auth.quod locũ.sed illud obtinet cũ agitur de hæreditate patris,non fratris , vel sororis:vt hic erat.

*Si eius.*]*CASVS.*Pone, Berta me fecit hæredem sibi: quandiu fui in potestate patris mei,hęreditaté eius nõ adiui : postea mortuo patre meo, hæreditaté patris mei repudiaui,& hæreditaté Bertę agnoui: dicit, si volo bona Bertæ separari à bonis patris, ꝙ præses prouinciæ interponet partes suas, vt separatio fiat.& hoc dicit.

i *Hæreditatem.* quia nondum adistis.

k *Non ignorabit.*vt & ś.si vt ab hære.se abstí. l.ij.& supra vnde liberi.l. fina.

*Consanguinitatis.*]*CASVS.* Primo ponit regulã, ꝙ certũ est ꝙ fœminæ iure agnationis admittuntur ad successionẽ intestatorũ fratrum.Secundo ponit casum sic : Berta habuit duos fratres:decessit vnus relictis filiis: & decessit alter sine hærede. quæritur quis debeat præferri in successione istius fratris qui decessit sine hærede: vtrum Berta soror: an filij alterius fratris, qui sunt nepotes Bertæ? Respond. quòd Berta,cum sit in secundo gradu, at fratris defuncti nepotes sunt in tertio : & soror præfertur nepotibus. sed contra per authen.cessante &c.

l *Consanguinitatis.*id est agnationis.

m *Admitti posse.*de iure ciuili.

n *Ad te.*sororem,que es agnata nihilo minus & cognata.

o *Omnium.*quia erant hi nati ex eadem matre tantum.

p *Constituti sunt.*hodie contra:& ideo lege hic authent. cessante. quæ est de hære. ab intesta.§.reliquum.& in authent.vt fra. fi.§. j. col.ix.

a CEssante. *Quæ sola.* hic versus,& eius quæ &c.nó est in corpore in.§.si igitur defunctus neque. & planius legitur sine eo. Vel dic,cessante:quia non habebat filios. & cessante,repete.i. repudiante linea ascendentiũ,quæ sit sola,id est sine liberis defuncti.verbum ergo semel positũ,& iterum subauditum, diuersos sensus habet:vt hic, &.ff.de peti. hæredi. l. nec vllam.§. omnibus.

*Filii duorũ fratrum,an succedãt in stirpes, vel capita.*

b *In stirpes.* hoc,cum succedũt cum patruis. si autem nõ sint patrui, sed soli filij duorũ fratrum,in capita succedunt,secundum Azo. vt in corp. e. authent. §. si autem defuncto. ex eadem tamen authẽ. in.§.si vero neque fratres.videntur etiã tunc vocari in stirpes: quia ita dicit, neque filios fratrum &c. vnde videtur q̃ illi vocarentur in stirpes, si supereſſent &c. *ADDITIO.* Istam secundã opinionem tenet Barto.& cõmuniter doct. hic, & idem Bart.in corpore huius authen. & latius in. l. post consanguineos.§.hæreditas.ff. de suis & legiti. & latissime in consilio suo clxxiij.incipiẽte, super hęreditate dominę Nolæ.Et intellige eam secundum eundem Bart. in.d.§.hæreditas, quãdo tractatur de successione alicuius ex patruis vel auunculis. si vero tractatur de successione aliorum, tunc succedunt in capita: vt d.§.si neque fratres. in authen.de hære.ab intesta ve.colla.ix.

c *Quæ persona.* scilicet fratres vtrinq; cõiuncti. Vel dic, id est filij fratrum.

d *Proximis gradu.* hoc scilicet q̃ fratrum filij succedant cum ascendentibus,nõ est ex hoc corpo.de hęre.ab intesta.§.si autẽ cũ fratrib⁹, sed ex illo,vt fra.ſi.§.j.

e *Post fratres. Vno latere.* vt si vnus est consanguineus , alter vterinus,ambo admittuntur in bonis à defuncto acquisitis. & hoc dicit.

*Fratres cõsanguinei tãtũ, & vterini tantũ qualiter succedunt.*

f *Filii eorum.* si tamẽ relinquat aliquis fratres quosdam consanguineos tantũ,& quosdã vterinos tantum, in rebus maternis præferũtur vterini: in rebus paternis præferũtur cõsanguinei:vt.j.eo. l. de emãcipatis.Si vero relinquat quosdã ex eodẽ patre & matre,& alios ex patre tantũ, & alios ex matre tantũ,etiã in rebus paternis præferuntur fratres eiusdem matrimonij.i.vtrinque coniuncti:& idẽ in matre.Pone, si quosdã ex patre & matre,& alios ex matre tantum relinquit:& *vnde non seruatur gradus,sed qualitas cõditionis fortioris & duplicis: quia duæ rationes vincunt vnam. Baldus.*

CEssante successione lineæ descedẽtis,& ei⁹ quæ sola[a] sit ascendentis,vocantur primo fratres,fratrísque præmortui filij in stirpes.[b] Dico autem de fratre,eiúsque fratris filiis , qui ex vtroque parẽte contingunt eum de cuius hæreditate nunc agitur.quæ personæ[c] veniũt & sine defunctæ nũc personæ parẽtibus, & cum proximis[d] gradu ascendentibus. Et quidem prædicti fratris filius,& si tertio gradu sit,prẽfertur fratribus defuncti qui ex vno tantũ parẽte cognati suut. In hac successione omnis differentia sexus & emancipationis cessat.

IN AVTHENT. de hæredi.ab intesta. §.his autẽ non.&.§.illud.coll.ix.cõstitu.j.

*Deficientibus ascendentibus & descendentibus & fratribus vtrinque coniunctis & eorum filiis,veniunt fratres ex vtroque parente coniuncti,& eorũ filii: qui filii excludunt patruos & auũculos defuncti. Saly.*

1 POst fratres autẽ ex vtroq; parente & eorũ filios admittuntur ex vno latere[e] fratres, sororésve: cum quibus & filij eorũ,[f] si qui ex eis iam decesserint. Hi autem fratrum filij cũ pares sint defuncti fratrib⁹,prærefertur ꝓculdubio eiusdẽ defuncti patruis,& aliis similib⁹: & ĩ his successionib⁹ oĩno cessat sexus & agnationis ratio.

IN AVTHENT. DE hære.ab intesta.veniẽ.§. si vero neque.colla.ix.constitutio.j.

*Vltra fratres & filios fratrum vocantur gradatim proximiores in capita, & non in stirpes. Saly.*

2 POst fratres, fratrúmque filios[h] vocãtur quicũq; gradu sunt proximiores: vt pares ĩ gradu pariter admittãtur, sublata differentia masculorum & fœminarũ. Solanãque cognatio spectat[i] in talib⁹. Fiet autẽ diuisio in capita, & nõ in stirpes.

*Nihil & inualidum, æquiparatur. Bal. Vel sic: Citra bonorum possessionem de iure ciuili potest adiri hæreditas consobrini. h. d. Vel sic: Hæreditas agnationis iure delata, potest adiri de iure ciuili sine agnitione bonorum possessionis. Saly.*

IIII. Imp. DIOCLETIA. & MAXIM. AA. &. CC. Cæcilio.

SI aut nullũ testamentũ nepos[k] patrui tui ordinauit, aut intra quatuordecim annos constitutus fecit, & agnationis iure successio ei⁹ tibi delata est: etiam citra bonorum possessionis subsidium legitimo iure subnixus es.PP. Idib. Iul. ipsis AA.IIII.&.III.Coss.

*De iure isto agnati præferuntur cognatis.hoc dicit.hodie secus: vt supra.e. authen. post fratres.i.Saly.*

V. Iidem. AA. &. CC. Cupillæ.

AD intestati successionem agnationis quàm proximitatis[l] iure veniẽtes, haberi potiores,certum est Suppos.XVI. Kal.Iul.Sirmij.AA.Coss.

*Filiis se abstinentibus,vel repudiantibus,frater defuncti admittitur. Salycetus.*

VI. Iidem. AA. &. CC. Claudianæ.

DEfunctis, suis extãtib⁹ hæredibus,& abstinẽtibus vel repudiãtibus hæreditatẽ: frater iure cõsanguinitatis succedere potest. Sup. Kal. Ia. AA. Coss.

*Frater patris præfertur fratri matris. hodie corrigitur. Bald. Vel sic: Iure isto potiores sunt agnati, quàm cognati: & ideo patruus præfertur materteræ. Salycetus.*

VII. Iidem. AA. &. CC. Amiano.

PAtruo[m] ac materterę tertio constitutis gradu nõ pariter intestati[n] successio deferẽ, sed patris frater agnationis iure sorori matris anteponit. S. XVII. Kal. Mart. Sirmij. CC. Coss.

*Agnati vocantur ad successionẽ defuncti apud hostes, beneficio legis Corneliæ. Sa.*

VIII. Iidem. AA. &. CC. Syllano.

SI his de quorũ successione agitur, apud hostes defũctis, secũdũ legis Corneliæ beneficiũ[o] iure agnationis adita hęreditate, vel petita bonorũ possessione successisti, eorum substãtiam vindicare non prohiberis. S. Noñ. Iul. Sirmij. AA. Coss.

*Soror præfertur auo & auiæ maternis. hodie corrigitur. Bald.*

IX. Iidem. AA. &. CC. Demagoræ.

IN successiõe intestatæ, sororem quàm auiam[p] vel auum maternum, haberi potiorẽ, non ambigitur. S. VI. Kal. Iul. Nicomediæ. CC. Coss.

*Si succedere volentes pupillo, ei intra annum beneficii.* quo fingitur mortuus ante horam captiuitatis, & sic in libertate: vt. ff. de testa. l. lege Cornelia.

a *Spectatur.* quærre hic quod diximus.ſ.de suis & legiti.hæredi.authẽ. in successione. Accur.

*SI autem.* ]CASVS. Sobrinus est filius filij patrui mei. Pone ergo sic casum: Propior sobrinus me⁹ decessit nullo facto testamento,vel facto antequã haberet quatuordecim annos,& sic nõ valuit.dicit q̃ bona ei⁹ iure agnationis ad me pertinent, etiam nulla bonorum possessione petita.

k *Nepos.* qui erat tibi propior sobrin⁹:vt instit.de gra.cog.§.quinto. & idem si patruelis esset:vt.ſ.qui testamẽ. face.pos.l.ſi frater.

*AD intestati.* ]CASVS. Pone,Berta ex primo marito habuit vnũ filium:postea secundũ accepit: & ex eo secundo filios duos habuit,pone me & Titiũ.dicit q̃ si Titi⁹ decedat, q̃ ego potior sum ĩ successiõe Titij, quàm frater ei⁹ ex matre tãtũ cõiunct⁹,q̃ est nat⁹ ex primo marito.

l *Proximitatis.* id est cognationis:vt.j.l.patruo.sed hodie contra per authẽ.post fratres. j.modo lectam.

*DEfũctis.* ]CASVS. Pone,Frater me⁹ decessit relictis pluribus hæredibus.ſ.de liberis.hęredes repudiauerunt hæreditatẽ. dicit q̃ hęreditas fratris mei pertinet ad me iure agnationis: quia sum frater ex eodem patre.

*PAtruo.* ]CASVS. Patruus est frater patris:matertera est soror matris. Pone ergo sic casum: Decessi ab intestato relicto patruo, & matertera. dicit q̃ patruus præfertur materteræ meæ in successione mea.& hoc de iure veteri:sed secus est per authen. defuncto. supra ad Tertul.

m Patruo.& hęc corrigitur per authẽ. post fratres.j.

n *Intestati.* scilicet filij fratris.

o *Iuh. Beneficiũ.* quo fingitur mortuus ante horam captiuitatis, & sic in libertate: vt. ff. de testa. l. lege Cornelia.

p *IN successione. Quàm auiam.* quia auia cognata, soror agnata est: vt l. patruo. supra eodem. lex tamen alia videtur aperte præferre

BIU Cujas

præferre fratrem etiam vterinum: vt infra de bo. quæ lib. l. quæcunque. sed respō. vt ibi dixit Io. Item hæc hodie corrigitur per authen. defuncto. quæ est supra ad Tertul.

*Ciant.*] CASVS. Dicit q̄ omnes illi qui succederent pupillo ab intestato, si decederet: si non petant tutorem dari mortuo patre pupilli: si moriatur postea pupillus, quòd ei non succedūt. Idem est si ei pupillo substituti fuissent.

a *Moritur.* secus si factus pubes moritur: vt supra ad Tertul. l. mares. Et est ratio: quia eo tempore quo deliquit, vel in id tantum in quo deliquit, debet puniri: nō in alio. arg. infra de pœ. l. sancim⁹. sed & hoc fallit in casibus quos dixi supra ad Tertul. l. omnē. Sed cōtra. huic. l. ff. qui pe. tul. l. fi. §. si vero maritus. sed forte illud in singulari fideicōmisso, quod non admittit: vel corrigitur per istam. ADDITIO. Tu dicas, quia hic loquitur in substitutione directa, per quam pupillo succeditur: qua merito priuatur qui tutorem ei non petit. at l. fi. in §. si vero maritus. loquitur in substitutione fideicommissaria, per quam succeditur defuncto: qua non priuatur: vt ibi.

b *Denegandam.* sed excluso eo admittitur sequens, hisco excluso: vt fi. ad Tertu. l. ij. §. fin.

*Si ab eo.*] CASVS. Olim per emancipationem legitima iura extinguebantur: nisi fieret emancipatio cōtracta fiducia. hodie succedit pater, siue fiat contracta fiducia, siue non: vt instit. de legi. agna. suc. §. vlti. pone ergo q̄ pater emancipa. impetrato rescripto a principe, vt legitima iura per emancipationem non extinguerentur: dicit tali impetratione facta, quòd pater poterit filio succedere, & econuerso filius etiā agnatis suis iure etiam agnationis: & econuerso. & hoc dicit.

c *Constitutionem.* quā habes infra de emanci. libe. l. iubemus.

d *Petitum.* à principe.

e *Intacta.* hodie intacta remanent, etiam si non sit specialiter petitum: vt instit. de legi. agna. suc. §. fi. & ff. de leg. tu. l. iiij. & j. eo. l. vlti. & ff. de cura. fur. l. ne lucrum.

*Si maior.*] CASVS. Hunc casum pone in scholari qui contraxit cum quinquagenaria, post quam recessit pro sapientia. &

*num à morte testatoris numerandum, tutorem non petierint: priuantur eius successione, si moriatur in pupillari ætate. Salyce.*

X. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. ad Florentium. P. P.

SCiant qui ad successionem vocantur pupilli mortui, si defuncto eius patre, tutorem ei secundum legem non petierint intra annum, omnem eis, siue ab intestato, siue iure substitutionis, successionem eius (si impubes moritur[a]) denegandā[b] esse. D. V. Id. Iul. Cōstātinop. Theodosio. A. XVII. & Festo Coss.

*Rescriptum principis reseruans emancipato iura agnationis, siue ius succedendi, intelligitur reseruare tam actiuè quam passiuè l. d. & no. Saly.*

XI. Imp. ANASTASIVS. A. Constantino præfecto prætorio.

SI ab eo qui ex sacro rescripto secundum nostram cōstitutionem[c] fieri postulauerit emancipationem liberorū, petitum[d] sit, quatenus ei qui emācipandus emancipandáve est, minimè legitima iura per emācipationem extinguantur: eadē iura tam emancipato vel emācipatæ cōtra personas alias hoc modo sibi coniunctas, quàm aliis itidem contra eum vel eā in hæreditatibus, vel in successionibus, & tutelis, necnon cæteris seruentur intacta:[e] collationibus tamen ab his secundum ea quæ super emancipatis statuta sunt, quotiēs talis casus emerserit, vtpote peracta emancipatiōe faciēdis. D. XV. Kal. Aug. Probo & Auieno Iun. Coss.

*Partus natus ex muliere etiam quinquagenaria est legitimus, & ideo ad successionem admittitur. Saly.*

XII. Imp. IVSTI. A. Ioāni præf. prę.

SI maior quīquagenaria partum ediderit, si debet huiusmodi soboles suo patri succedere, † & hæreditatem eius nanciscī, à Cæsariana aduocatione interrogati sumus. ℣ Et sancimus, licet mirabilis huiusmodi partus inueniatur, & raro contingat: nihil tamen eorum quę probabiliter à natura noscūtur esse producta, respui: sed omne ius quod ex quacūq; lege liberis præstitum † est, hoc merū atque immutilatū huiusmodi filiis vel filiabus seruari in omnibus successionib⁹, siue ex testamēto, siue ab intestato: & summatim, nō abſimiles aliis fiant, quos ſimiles natura efficit: maximè cū & anteriore nostra lege[f] huiusmodi nuptias permisimus, impares eas videri minimè concedentes. Dat. IX. Kalē. Nouemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis. VV. CC. anno secundo.

*Si filius emancipatus per sacrū rescriptū decesserit superstitibus patre & fratribus, pater eius hæreditatis habet vsumfructum, fratres verò proprietatem, exceptis bonis maternis, in quibus vterini præferūtur aliis fratribus. Salycetus.*

XIII. Idem. A. Ioanni. P. P.

DE emancipatis filiis, qui ex sacro rescripto patrib⁹ impertito hoc à suis genitoribus meruerunt, dubitatum est. Cum enim Anastasiana lex iura fratribus legitima noscitur seruare:[g] si quis ex his sine testamēto & liberis decesserit, vtrúmne ad fratrē vel sororē eius successio deuoluatur, an ad superstitē patrē, dubitabatur. huiusmodi dubitationē cōpēdioso respōso duximus esse finiendā. Ideoque sancimus ad similitudinem maternarū rerū aliarúmq;[h] de quibus iā à nobis lex posita est, etiā huiusmodi hæreditatē iure quidē dominij ad fratres vel sorores ī totū[i] p̄uenire, vsumfructū autē eius patri totum, siue priorē torū seruauerit, siue ad secūdas migrauerit nuptias, acquiri: siue per sacrū oraculū emācipatio p̄cedat, siue alio legitimo modo à sacris paternis fuerint absoluti. ℣ Cū enī & pater vtitur vsufructu, & votū[k] eius est ad alios filios suas res p̄uenire: eapropter[l] cùm ex lege Anastasiana in aliū articulū fratribus[m] prospectum est, nūc à nobis in hac specie plenius eis subuenitur: vt pater habeat vsumfructum, fratres autem vel sorores dominium rerum relictarum: exceptis[n] maternis rebus, in quibus, si ex cadē matre fratres[o] vel sorores sint, eos cipe in bonis quæ habebat emancipatus à matre, in quibus præferuntur vterini.

o *Fratres.* scilicet tales vterini.

ex ea habuit filium: quærebatur vtrum esset legitimus filius, & posset patri succedere? Respon. quòd sic. licet sit mirabilis partus, à natura tamen est concessus, licet raro eueniat: nihilominus tamen est à lege concessum tale matrimonium.

f *Nostra lege.* vt supra de nupt. l. sancimus. ij. Et est arg. contra ff. de legi. & senatusc. sul. l. nam ad ea.

DE emancipatis. CASVS. Quatuor erant filij emancipati, & vnus decessit. dicit quòd pater habebit vsumfructum in bonis emancipati mortui, & alij tres habebunt propriet. sine diuersi. excipiuntur res maternæ: quia illæ res venient tantum fratribus & sororibus eiusdem matris, si sunt. si autem non sunt, alij fratres in aliis rebus admittuntur.

g *Seruare.* scilicet inter se quo ad tutelam: vt supra de legi. tut. l. iiij.

h *Aliarúmque.* puta ex maritali lucro, de quibus iam à nobis lex &c. quam habes infra cōmunia de suc. l. fin.

i *In totum.* imò videtur in medio bēsse: vt supra ad Tertul. l. fi. §. si autē defuncta. Solu. hic contracta fiducia emancipauit, ibi non. hoc non valet: quia hodie semper contracta fiducia videtur emancipare: vt diximus supra eod. l. si ab eo. Alij dicunt quòd hic per principem emancipauit: ibi coram alio iudice. hoc non valet: quia hic dicit, siue alio legitimo modo. Tertij, quòd ibi supererat mater, hic non. nec hoc valet: quia magis deberet esse cōtrarium. Dic ergo illam corrigi per istam. nam & hæc est Iustiniani. Accur.

*Emancipatio hodie videtur semp cōtracta fiducia fieri.*

k *Votum.* Not. votum patris: vt ff. vnde libe. l. scripto. in fine. & de bo. dam. l. cum ratio.

l *Eapropter.* id est ob hanc causam.

m *Fratribus.* circa tutelam: vt dixi in princ. per. l. supra de legiti. tu. l. iiij.

n *Exceptis.* de hoc plene dices. j. communia de succes. in authē. itaque. Item nota q̄ hæc lex corrigitur per authen. defuncto sine liberis. ff. ad Tertul.

n *Exceptis.* dixi vocari omnes fratres: exceptis sororibus quæ habebant emancipatum à matre, in quibus præferuntur vterini.

a *Solos.* quasi dicat, nō cōsanguineos tantū.
b *Supersint.* scilicet tales vterini.
c *Rerum.* non maternarum.

L*Ege duodecim tabularum.*] CASVS. Et cum olim deferebatur successio agnatorū vniformiter tam masculis quàm fœminis agnatis, nulla circa successionē inter masculos & fœminas differentia introducta: vtputa si fratris tui vel patrui filia decederet: vel amita tua scilicet decederet, & ad te ipsarum hæreditas, & tua ad ipsas, si tu decederes, ex lege duodecim tabularum pertinebat. media vero iuris prudentia hanc æqualitatē ad inæqualitatis vitiū deduxit. hoc est, vt masculi tā masculis quàm fœminis agnatis, salua tamen gradus prærogatiua succedant. fœminæ vero sorores tātum ad agnatorum seu agnatarum successionem admitterentur. Imperator vero Iustinianus hoc corrigit, primæuum statum legis. xij. tab. approbans, & adiicit, vt ad legitimam successionem agnatorum, tam consanguineæ quàm vterinæ sororis filia vocetur: ita etiam vt soror tam vterina quàm cōsanguinea non supersit: vt tunc non in stirpes, sed in capita hæreditas diuidatur. & hæc duo vltima hodie corriguntur per authen. de hæred. quæ ab intesta. &c. §. reliquū est. & authē. vt fratrum filij. §. j. In fine vero dicit, vt in cæteris successionibus antiquum ius obseruetur intactum.

d *Lege duodecim tabularū.* Olim agnata vel agnatus per legē duodecim tabularum vocabatur. secundo tempore non nisi filia vel soror agnata: quod duabus rationibus remouet. vna: quia si admitteretur filius fratris, ergo & ipsa filia fratris. & si patruus, ergo & amita. Secunda, cum agnati succedunt ei, ergo & ipsa eis. Vltimo filios sororis consanguineæ & vterinæ, licet cognati sint, inter agnatos ponit.

e *In liberis.* agnatorū.

solos [a] vocari oportet. ¶ Sin autem non supersint, [b] tunc ad similitudinem aliarum rerum in totam fraternitatem dominium earum cedere, vt sit apertissimus in omnibus tractatus, & non per differentiam personarum vel rerum [c] vacillare noscatur. Dat. Kalē. Nouembr. Constantinop. post consulatū Lampadij & Orestis. VV. CC. anno secundo.

*Fœminæ iure agnationis pariter vt masculi admittuntur, sublato quodam iure cōtrarium disponente post legem. xii. tabularum. Et filii sororis consanguineæ, vel vterinæ, cum de hæreditate patrui vel auunculi tractatur, & tunc nec frater nec soror defuncti supersunt, iura agnationis consequuntur: & successio inter filios fratrum diuiditur in capita. h. d. & primo cōmendat legem. xii. tabularum vsque ibi, Sed posteritas. ibi arguit & vituperat mediam iuris prudentiam vsque ibi, Huiusmodi. ibi tertio ponit statutum nouum, reducendo nos ad ius antiquū: & rationes annectit vsque ibi. In his igitur. ibi quarto vnū gradū agnationis addit cognationi, procedendo in dispositione sui noui statuti: vsque ibi, Cæteris. ibi cōfirmat alias successiones in statuto nouo nō cōprehensas: vsque ibi, Si qui. vbi vltimo dicit hanc. l. locum habere in futuris casibus vsque ad finem. Salycetus.*

XIIII. Idem. A. Ioanni præfecto prætorio.

L*Ege duodecim tabularū* [d] *bene humano generi prospectum est, quæ vnam consonantiam tam in maribus quàm in fœminis legitimis, & in eorū successionibus, necnon & in liberis* [e] *obseruādam esse existimauit: nullo discrimine in successionibus habito, cùm natura vtrūque corpus ediderit, vt maneat suis vicibus immortale, & alterum* [f] *alterius auxilio egeat, & vno semoto & alterū corrūpatur. Sed posteritas* [g] *dum nimia vtitur subtilitate, non piam induxit differētiam, sicut Iulius Paulus in ipso principio libri singularis quem ad senatusc̄ōsultum Tertullianū fecit, apertissimè docuit. ¶ Cui enim ferēdum est, ab intestato successionibus* [h] *suas quidem filias ad similitudinem masculę sobolis in parentis vocari successionē, & iterum germanas* [i] *iure consanguinitatis eādem sibi vindicare prærogatiuā,* [k] *deinceps autem legitimas* [l] *fœminarum personas, si iura cōsanguinitatis* [m] *nō possident, à successione legitima repelli, cùm maribus eadem successio pateat? ¶ Quare enim patris soror non ad successionem filij fratris sui vnà cum masculis vocatur, sed aliud ius in amitis, aliud in patruis obseruatur? Vel qua ratione fratris filius ad successionem patrui vocatur, germana autem eius ab eadem successione recluditur? ¶ Huiusmodi* [n] *itaque legis antiquæ reuerentiam & nos anteponi nouitati legis censemus: & sancimus omnes legitimas personas (id est per virilem sexum descendentes) siue masculini, siue fœminini generis sint, simili modo ad iura legitimæ successionis ab intestato* † *vocari secundum gradus sui prærogatiuam: non ideo excludendas, quia consanguinitatis iura secundum germanæ obseruationem non habeant. ¶ Cū enim vnius sanguinis iura remaneant per virilem sexum incorrupta: quare naturam offendimus, & legitimo iuri derogamus? cum & aliam maximam iniuriam res in se continet, plerísque quasi vulnus intestinum incognitum. Cum enim & ad ipsarum mulierum successionem masculi iure agnationis vocantur: quis patiatur earum quidem hæreditatem ad eos legitimo iure deferri, ipsas verò nec inuicem sibi, nec masculis eodem iure posse succedere, sed propter hoc solum puniri, quòd fœminę natę sunt, & paterno vitio (si hoc vitium est °) prolem innocentem grauari? ¶ In his igitur casibus legem duodecim tabularum sequentes, & nouum ius nouissimo iure corrigentes, etiam vnum gradum pietatis intuitu transferri à iure cognationis in legitimam volumus successionem: vt non solum fratris filius & filia (secundum quod iam definiuimus) ad successionem patrui sui vocentur, sed etiam germanæ consanguineæ, vel sororis vterinæ* [p] *filius & filia soli, & non deinceps personæ vnà cum his ad iura auunculi sui perueniant: & mortuo eo* [q] *qui patruus quidem est fratris sui filiis, auūculus autē sororis suæ soboli, simili modo ex vtroq; latere succedant, tāquam si omnes legitimo iure veniāt: scilicet vbi frater & soror superstites non sunt. ¶ His etenim personis præcedētibus, & hereditatē admittētib', cęteri grad' remaneāt penit' semoti. ¶ Illo ꝑculdubio obseruando, vt successio nō in stirpes, sed in capita* [r] *diuidatur, & is gradus in ordinē legitimū trāsferatur: cęteris omnibus successionibus secundum ius vsque ad præsens tēpus obseruatū in suo statu manentibus.*

f *Et alterum.* scilicet corpus.
g *Posteritas.* id est media iuris prudentia. & habes hęc omnia insti. de legi. agna. suc. §. cæterum. vsque ad. §. si plures.
h *Successionibus.* subaudi, existētibus. aliàs ex testamento.
i *Germanas.* id est sorores ex eodem tantū patre natas: nam hæ propriè dicuntur germanæ.
k *Prærogatiuam.* in successione patris defuncti. Talis verum.
l *Legitimas.* id est agnatas.
m *Consanguinitatis.* id est sororitatis: vt sic dicam.
n *Huiusmodi legis.* l. duodecim tabularum.
o *Vitium est.* id est si ab aliquo vitium dicatur: sic. ff. de iofficio. testa. l. si mater. Item nota non esse pœnā, vbi delictum non est: vt. j. de pœnis. l. sancimus.
p *Vterina.* quam constat vt agnatā vocari: vt. j. l. proxi. §. sed nec.
q *Eo.* hoc potest referri ad patruum: & sic ad inferiora. vel ad nepotē: & sic ad superiora.
r *Sed in capita.* hodie in stirpes: vt. ff. e. authē. post fratres. j. & diui insti. de leg. agna. suc. §. hoc etiam.

M*Eminimus.*] CASVS. In principio huius. l. vsque ad §. cū igitur. repetit quod dictum erat. ff. l. prox. in. §. huius. &. §. in his igitur. videlicet de mutua successione agnatorum inter se, & vno gradu cognationis. deinde adiicit ꝙ sicut filij emācipati olim vocabātur tanquā sui ad patris successionē: ita hodie fratres & sorores tam sui quàm emācipati, & tam consanguinei quàm vterini mutuo sibi succedant: adiecto etiam vnico gradu cognationis, ad

Si qui

hoc, hoc est vt filij fratrum tam suorum, quàm emãcipatorum, & tam consanguineorum, quàm vterinorũ, patruis & auunculis, amitis & materteris, & viceuersa succedant: quod tunc erit, quãdo eos in anteriori gradu nemo præcedit: & isti quidem non in stirpes, sed in capita succedẽt. In aliis autem successionibus cognationis, ius antiquum obseruetur. & sicut ad emolumentum vocãtur successionum: ita oneri tutelarum mutuo videlicet masculi subiiciantur. & hęc quidem constitutio locum habet in futuris, non autem in præteritis. Vi.

a *Constitutionem.* vt. ſ. l. proxi. & breuiter cõmemorat eam hic.

b *Institutionibus.* vt insti. de legi. agna. suc. §. cæterum. vsque ad §. si plures.

c *Manifestum est.* vt insti. de hæred. quæ ab intest. §. emancipati.

d *Hoc.* vt frater fratri succedat.

e *Iusto incremento.* dixerat enim illa tantum de iure tutelarum: vt. ſ. de legi. tu. l. iiij. vt saltem sit eis. quod non placet quòd de illa faciat mentionem hic: sed de quadam Græca, qua dicebatur eũ succedere cum illis qui remanserant in potestate cum quadam deminutione. sed eorum filios nullo modo: vt instit. de suc. agna. §. j. hic autem non corrigit de filia filij emancipati, sed hoc dicitur infra proximo. §.

f *Secundi gradus.* nam fratres & sorores in secundo gradu sunt: vt insti. de gra. §. secundo gradu.

g *Et filiis fratrum.* hi enim in tertio gradu sunt: vt insti. de grad. §. tertio gradu.

h *Tantummodo.* non vltra: vt infra. §. cæteris. Accursius.

i *Ex legitima.* id est inter agnatos.

k *Sanximus.* vt supra l. proxi. circa fin.

l *Succedant.* quasi per quoddam successorũ edictum.

m *In capita.* hodie in stirpes: vt. ſ. authé. post fratres. j. secundũ Ioan. sed aliàs contra: vt & habes insti. de leg. ag. succeſ. §. hoc etiam.

n *Successionibus.* ſ. aliorũ cognatorũ, qui sunt vltra tertium gradum.

o *Retinente.* vt succedant post agnatos cognati. Accur.

p *Nostræ constitutionis.* quam habemus. ſ. de legi. tu. l. fi. sed ibi cõtra in eo. titu. l. j. sed certè imò non est contra, sed & illa corrigitur per authẽ. ibi posita.

*COMMVNIA de successionibus &c.*

*Visis testamẽtariis & legitimis successionibus: quædam omniũ cõmunia dicit. sic insti. de leg. §. ii.* *Cõtinuatio.*

*Cire. CASVS.* Duo erant fratres emãcipati. sorore in sacris patris cõstituta, decessit vnus ex emãcipatis. soror cũ emãcipato superstite defũcto succedet: nec fratri præferr.

q *Eam.* ſ. sororem.

r *Pariter.* quo ad vtrunque enim desinit esse agnatus, scilicet tam ad alterum emancipatum, quàm ad eam quæ in potestate remãsit: sed hodie contra: vt supra de legi. tu. l. iiij. *consanguineã.

s *Solenniter.* hodie tamen non exigitur solennitas in bonorum possessione petenda: vt ſ. qui adm. ad bo. pos. l. fi. & penul.

*Si pater.] CASVS.* Nati ex duob⁹ fratrib⁹, dicunt patrueles:

℣ Si qui autẽ casus iã euenerũt: secundũ quod pristina iura volebãt, eorum fiat distributio. D. V. Kal. Decẽb. post cõsulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

*Primo exordiendo ponit effectum constitutionis præcedentis vsque ibi, Cum igitur. ibi secundo statuit filium emancipatum pariter succedere cum suis tam patri, quàm fratribus & sororibus: vsq; ibi, Sed nec fratrem. ibi tertio statuit fratres vterinos admitti ad successionem fratris: & cum fratribus defuncti admittuntur filii fratrum emancipatorum, & etiam filii fratris vterini, vel sororis vterinæ. vsque ibi, Quas autẽ. ibi quarto disponit quòd qui vocantur ad successionem, vocantur ad tutelam. Saly.*

XV. Idem. A. Ioanni præfecto prætorio.

MEminimus antea diuinam nos promulgasse cõstitutionem[a], per quam ad vestigia legis duodecim tabularum totã progeniem ex legitima sobole descendentem, siue masculinã, siue fœmininam, legitimo iure hæreditatem adipisci sanximus: vt quemadmodum ipsis à legitimis personis succeditur, ita & ipsæ legitimarũ personarũ amplectãtur successionẽ. ℣ In qua constitutione vnũ gradũ ex cognatis in ius legitimũ reduxim⁹, id est germanæ cõsanguineæ filios & filias, & sororis vterinæ filios ac filias. ℣ Quã cõstitutionẽ in suo robore ꝑmanere censemus, cũ & in nostris ĩstitutionib⁹ [b] tenor eius à nobis relatus est. ℣ Sed subtiliore tractatu habito, necessarium duxim⁹, & si quid ex prætoria iurisdictione frugi inuentum est, & hoc cum perfectissima definitiõe dispositio, nostras leges ãpliari. ℣ Cũ igitur prætorem filium emãcipatum, licet subtili iure capite fuerat deminutus, attamẽ in patris successionẽ sine vlla deminutione vocare manifestum [c] est: non eodẽ autem iure etiam ad fratrum suorũ successiones ab eo vocabatur, sed nec filij eius iure legitimo suis patruis succedebant: necessarium duximus hoc [d] primũ corrigere, & legem Anastasianã iusto incremento [e] perfectã ostẽdere: vt emancipati filius & filia, nõ solũ in paternis bonis ad suorum similitudinẽ succedãt, sed etiã in fratrũ vel sororũ suarũ successione (siue omnes sui, siue oẽs emãcipati sint, siue mixti) æquo iure inuicem sibi succedant, & non secundũ legẽ Anastasianã parte aliqua deminuta. Et hæc quidẽ de filiis emãcipatis sanciA re bellissimũ nobis visum est. ℣ Sed nec fratrẽ vel sororẽ vterinos cõcedimus in cognationis loco relinqui. Cũ enim tam proximo gradu sunt: meritò eos sine vlla differẽtia, tanquã si cõsanguinei fuerãt, cum legitimis fratribus & sororibus vocãdos esse sancimus: vt secundo gradu cõstituti, & legitima successiõe digni reperti, aliis omnibus qui sunt vlterioris gradus, licet legitimi sint, præcellãt. Et hæc quidẽ de secũdi gradus [f] successione satis abundẽque à nobis cũ summa vtilitate dispositа sunt.

B ℣ Cũ autẽ tertio gradui ex trãsuersa linea fuerit locus, vbi patruis & filiis fratrũ [g] & sororũ locũ antiquitas dedicauit: vnà cũ illis tam emancipati fratris, quàm emãcipatæ sororis filium tantũmodo [h] & filiã, siue emãcipatos, siue suos patribus suis cõstitutos, & neminẽ alium vlterius: necnon fratris vterini & sororis germanæ *, vel vterinæ filium & filiã tantũmodo ex legitima [i] linea inuicẽ vocari cẽsemus, sicut iam sanximus [k]: vt omnes qui vel ab antiquo iure, vel à nostra liberalitate in legi-

C timorũ quidem positi sunt prærogatiua, & eodem tertio gradu sunt, simili iure vocenẽ. ℣ Successiõis videlicet iure & in hac parte seruãdo: vt si qui ex secũdo gradu vocati renũciauerint hæreditati, & noluerĩt eã adire, nullúsq; ali⁹ sit in secũdo gradu, q̃ succedere potest, & vult: tunc hi, quos præsenti lege enumerauimus ex tertio gradu, in locũ recusantiũ succedãt. [l] ℣ Illo etiã obseruãdo, vt successio nõ in stirpes, sed in capita [m] diuidatur: cæteris omnibus successionibus [n] secundũ ius vsq; ad præsens tẽpus obseruatum procedẽtibus, & nullo ex cognatis supra memoratos grad⁹ ad iuris agnatitij formã redigẽdo, sed suũ ordinẽ suámq; ꝑximitatẽ retinente [o] incorruptã. ℣ Quas autẽ ꝑsonas

D ex iure cognatiõis in legitimas successiones trãsueximus, eas etiã tutelæ grauamini vicissim supponimus, scilicet si masculi sint, & ꝑfectæ ætatis, secũdũ nostræ cõstitutionis [p] tenorẽ: vt nõ solũ lucrum sentiãt, sed etiã grauamini subiugentur. ℣ Si qui autem casus iam euenerunt, & per iudicialem sententiã, vel amicabilẽ transactionem sopiti sunt, nullam sentiant ex hac lege retractationẽ. Dat. Idibus Octob. Constantinop. DN. Iustiniano. A. PP. IIII. & Paulino. V. C. Coss.

*TITVLVS LVIII.*

## COMMVNIA DE SVCCESSIONIBVS.

*Ad successionem fratris emancipati pariter vocatur frater emancipatus cum sorore in potestate existente. Salycetus.*

I. Impp. DIOCLE. & MAXIMIA. AA. & CC. Varaniæ.

SCire debuisti fratre emancipato potiorẽ eã q̃ quæ in familia mansit, in alterius emancipati bonis non haberi: sed eos pariter, [r] si solẽniter [s] petierint bonorũ

nati ex patruelibus, dicuntur ppiores sobrini. Nati ex propioribus sobrinis, dicuntur sobrini. Pone ergo casum, ꝙ pater meus successit ppiori sobrino meo, & heredi. adiuit: tutor illi' posidebat heredi. decessit pater, & ei successi: debeo conuenire tutoré.

a *Sobrino tuo.* id est filio patruelis tui: vt. ſ. vnde legi. l. ij. & inſt. de gra. §. quinto gradu.

b *Non interueniente.* scilicet iure ciuili, siue agnatione: vt quia fuit filius sororis patruelis eius. Item no. quòd in princip. dicit, sobrino tuo: quia hoc pronomen tuo, potest venire ad determinationem præcedétium, item sequentium, & sic potest dici quòd vel tuus, vel tui patris erat propior sobrinus.

c *Hæreditas.* & per cõsequens illius propioris sobrini.

d *Eius.* propioris sobrini.

*Vitrico.*] CASVS. Priuignus meus decessit ab intestato: ego volo petere successionem: an possim, quæritur? & rñ. ꝙ non.

e *Vitrico.* hic puncta. & facit infra eo. l. adfinitatis.

f *Seruus. Non potest.* fallit in casibus, vt ſ. ad Sylla. l. pe. &. ſ. de suis & le. l. apud. &. ſ. ti. j. l. ſi his. &. ſ. ad Orfic. l. fi. &. ff. de suis & leg. l. j. circa prin. &. §. quæri. &. ff. ad Tertul. l. j. in prin. &. §. interdum. nec econtra seruus potest esse hæres, vel dominus per eum cognatis serui, iure naturali inspecto: vt institu. de serui. cognat. & infra eo. l. ancillæ.

*Seruus in multis casibus successorẽ habet.*

*Amitæ.*] CASVS. Habebam amitã: ei succeſſerunt filij sui: vnde ei succedere non possum. Si vero ab intestato decesserint, an succedere possim eis, distinguitur: aut habẽt fratres ex parte patris sui priuignos amitæ meæ: tunc ego nõ succedã, sed ipſi, licet marit' amitæ habuit illos ex alia vxore, & sint ita priuigni amitæ meæ. sed ſi amita mea habuit priuignos non ex prẽsenti marito, id est à patre eorũ amitinorũ qui decesserunt, sed ex alio, tũc tales priuigni nõ succedunt, sed ego.

g *Amitæ.* scilicet tuę.

h *Etiam.* non solum amitam prius.

i *Dicis.* quia maritus amitæ habuit ex alia præcedenti vxore.

k *Consanguinei.* puta nati ex eodem patre, ex alia tamen matre.

l *Ambigitur.* vt & supra ti. j. l. j. Accur.

m *Nam ſi.* constrùe, nam ſi priuigni matris eorum. ſ. amitinorũ nunquam sunt. i. nõ attinent amitinis tuis, alio etiam patre natis, id est alio viro, quem ante vel post habuit: non ex eo, ex quo priuigni nati sunt, non solum ex alia matre. Accur.

n *Patre.* præcedente, scilicet amitæ meæ, non ex præsenti vnde sunt priuigni.

o *Admiſiſſe te.* quod hodie fit quocunque modo agnoscat: vt. ſ. qui admit. ad bo. pos. l. fin. & pe.

p *Vindica.* per vnde cog. quanquam mater eorum sit agnata: vt inſti. de le. ag. tu. §. j.

*Vunculo.*] CASVS. Habebam auũculum, & habuit fratrem, & ex eo consobrinum: decesſi ab inteſtato: auunculus succedet.

q *Auunculo priori.* id est prius.

r *In tertio gradu.* vt inſtitu. de grad. §. tertio gradu.

ſ *Sequentem.* scilicet quartum: vt institu. de grad. §. quarto.

*Adfinitatis.*] CASVS. Frater vxoris tuę est tibi adfinis: ſi moriatur, nõ succeder.

t *Permittitur.* vt &. ſ. eo. l. vitrico. sed hoc fallit inter virum & vxorẽ, qui succedunt inter se cũ alij deficiunt: vt. ſ. vnde vir & vxor, l. j. Itẽ in alio casu, qui est ibidem in authen. præterea. Itẽ in tertio succedit maritus vxori cum filiis eius emancipatis à patre, & cum nepotibus ex filia, vt viriles habeat partes v. usufructus: vt. j. tit. j. l. pe. quia vir & vxor videtur esse adfines: vt. ſ. cõ. vtri. iudi. l. posſeſſionẽ. &. ff. de cõdictio. cau. da. l. ꝙ ſi seruꝰ. Sed verius est ꝙ non sunt adfines: cũ adfinitas nõ *Vir & uxor non sunt adfines.* sit nisi aliqua persona mediãte: sed causa adfinitatis: vt. ff. de gradi. l. non facile. §. adfines. & sic nullo modo fallit.

*Ntequã.*] CASVS. Si scriptus hæres nõ repudiat hæreditatẽ, succedẽtes ab inteſtato nõ admittuntur.

u *Repudiet.* volens.

x *Quærẽda.* hęreditatis.

y *Amittat.* inuitus.

z *Succedit.* quãdiu ergo &c. vt hic, &. ſ. de ſec. tab. l. j. &. vnde li. l. j. &. ff. de acqui. hæredi. l. quandiu potest. & de reg. iur. l. quandiu. sed hoc fallit in casu: vt instituo te hæredẽ ſi legitimus meus non voluerit: vt. ff. de hæred. inſtitu. l. ſi quis ita hæres inſtituatur. Item in alio: vt. ff. vnde libe. l. pe. quæ est contra. Sed ibi fuit filius inſtitutus ſub conditione emancipationis, ſi emanciparetur intra certum tempus, & iam erat elapſum cum adiuit ab inteſtato: ſic ex teſtamento ſuccedere non poterat &c.

*Ancillæ.*] C. CASVS. Ancilla mea habuit contubernium cum Seio libero. ſi Seius decedat, non propter hoc ei succedam.

a *Vindicare non poteſt.* vt infra de lib. cauſa. l. ſi liber homo. Nutritoribus.

Vitrico priuigni succeſſionem inteſtato ciuili honorario iure non deberi, certiſſimum est. S. XV. Kalend. Mart. Sirmii. CC. Coss.

*Seruo nemo succedit. h. d. Idem in monacho: vt in authen. ingreſſi. ſupra de epi. & cle. & omnia iura loquentia in ſeruo, habent locũ in monacho, ſecundũ Inno. in ca. cum olim. extra de priuilegiis. Baldus.*

IIII. Iidem AA. &. CC. Aſterio.

SEruus ſucceſſores habere nõ poteſt. f D. Non. April. Cæſaribus Coss.

*Priuignus non ſuccedit nouercæ per ſe, ſed per mediam perſonam natorum ex ea, qui ſunt fratres ſui ex latere patris. Bal. Vel ſic: Ad ſucceſſionem amitæ primo vocantur filii quàm nepotes, & in ſucceſſione amitinorum potiores ſunt eorum fratres cõſanguinei tantum vel vterini quàm eorum amitini: & fratribus non extantibus amitini vocantur. Salycet.*

V. Idem. AA. &. CC. Iuſtinæ.

AMitę g cui succeſsiſſe filios ſuos proponis, hęreditatem tuo nomine non rectè petis. ℣ Sed quoniam hos etiam h inteſtatos diẽ functos adſeueras: ſi quidem hi quos priuignos eiuſdem amitæ dicis, i eorũ conſanguinei k fuerint, fratres tam agnationis quàm cognationis iure ſecundo gradu cõſtitutos, tibi præferri non ambigitur. l Nam ſi m amitinis tuis alio etiã patre n natis, nunquam eorum matris priuigni sunt: admiſiſſe o te bonorum poſſeſsionem probãs, eorũ vindica p ſucceſsionẽ. S. XII. Kalen. Mar. CC. Coss.

*Auũculus præfertur filiis matertęr. Sal.*

VI. Iidem. AA. &. CC. Publiciano.

AVunculo q priori, qui est in tertio gradu r, quàm conſobrino, qui ſequentem ſ occupat, deferri ſucceſsionem inteſtati, certi iuris est. Supposita Kalen. Octob. CC. Coss.

*Adfines qui habentur ratione vxoris, viro non ſuccedunt. Salyce.*

VII. Iidem. AA. &. CC. Nicolao.

ADfinitatis iure nulla ſucceſsio permittitur. t. S. Idi. Octobr. CC. Coss.

*Quandiu ſuccedi poteſt ex teſtamento, ceſſat ſucceſsio ab inteſtato. Salycetus.*

VIII. Iidem. AA. &. CC. Iuſtæ.

ANtequã ſcriptus hæres cuiuſcunque portionis capax repudiet u hæreditatẽ, vel alia ratione quærendæ x facultatem amittat y: ei qui teſtamẽtũ reliquit, inteſtato nemo ſuccedit. z ℣ Igitur perſpicis ꝙ teſtamẽtariæ ſucceſsionis ſpe durante, inteſtatò bona defuncti nõ rectè vindicentur. S. VI. Idus Mart. Retiariæ. CC. Coss.

*Per contubernium cum non conſtat matrimonium, ſucceſsio non defertur. Bal. Vel ſic: Dominus ancillæ non ſuccedit ei cũ quo contubernium fecit. Salycetus.*

IX. Iidem AA. &. CC. Sopatro.

ANcillæ dominus, liberi hominis cũ quo contuberniũ hæc habuit, per hanc coniunctionem † ſucceſsionem vindicare non poteſt a. S. XV. Kalẽ. Ianua. Nicomediæ. CC. Coss.

*Iure nutricationis ſucceſsio non acquiritur. Bal. Vel ſic: Alito non ſuccedit alens. Salycetus.*

X. Iidem. AA. &. CC. Danubio.

NVtritoribus hoc nomine, nec ciuili, nec hono-

*Nvtritoribus.*] CASVS. Ille qui nutriuit me, ab intestato succedere mihi non poterit.

a *Hereditas.* siue dicas nutritorem alumnum quem pueri Boñ. patrem appellant: siue eum qui collegit expositum: vt. j. de infantib. exp. l. fi. &. §. de epis. & cle. l. nemini. Sed iure hospitādi vel hospitationis ex cōsuetudine quidam vindicant sibi successioné: quod hodie corrigitur per authen. nouā Friderichi, quam hic lege: Omnes peregrini.

b *Omnes peregrini.* In bonam partem accipe: vt instit. de hære. insti. §. fin. non in deportatis, vel relegatis, sicut accipiuntur. §. de hære. institu. l. j. qui nó hospitantur vbi volunt: sed tenere debent insulam sibi adsignatā. aliàs puniuntur, vt eis augeatur pœna: vt. ff. de pœn. l. relegati.

c *Liberè.* apud eos qui volunt recipere. nam nemo cogitur recipere: vt. ff. nau. cau. l. j. §. j.

d *Liberam.* dummodo secundum ius testentur commune: vt. §. de inof fic. test. l. fiquando. in princ. nec obstat quòd nihil videatur facere hæc concessio: cum & hoc ante habebant: vt ff. de leg. j. l. fiquando. quia immo ex consuetudine non habebant: vt hic subiicitur.

e *Consuetudine.* mali enim mores &c. vt in authent. vt nulli iu. §. j. coll. ix. Item nota contra statuta terrarum. sic &. §. de sacrosan. eccle. super. l. priuilegia. authen. cassa & irrita.

f *In eo puniantur.* Nota quó puniri in eo in quo deliquit. sic in authent. de non alienan. §. si quis autem per donationem. colla. ij.

*Sancimus.*] CASVS. Filius meus in potestate constitutus contraxit matrimonium, & aliquid lucratus est ab vxore sua: cum qua forte fecit pactum de lucranda dote. decessit filius: an ad me quod lucratus est transmittat, quæritur? Dicitur q̄ si filios habet, ad filios transmittat: si non, admittātur fratres qui ex vtroque parente nati sunt. his non existentibus, admittuntur fratres qui non sunt ex vtroque parente coniuncti: sunt tamen consanguinei. si hi non fuerint, tunc demum admittantur ex linea materna: ita videlicet quòd vsusfructus in omnibus prædictis casibus penes me remaneat: successentibus reseruata proprietate.

g *Maritali.* vt si lucratus fuerit dotem vir ex pacto, vel donatione propter nuptias, mulier similiter ex pacto. Et idé si quodlibet legatum vel donationem inter se faciunt, quæ valeat: vt. j. de bo. quæ lib. l. quæcunque. in princ. & argu. ff. de castren. pecu. l. castrense. & l. si forte.

Codex.

rario iure defertur hæreditas.[a] S. VI. Kalend. Ian. CC. Coss.

IN AVTHEN. de statu. & consue. §. omnes peregrini. coll. x. const. fi.

*Si aduenæ peregrini decedant testati: eorum voluntas seruari debet. & si intestati, veniunt proximiores sibi: & bona quæ secum habent, episcopo loci debent tradi, successoribus defuncti seruaturo, vel in pias causas erogaturo: hospitantibus eos, ab eorū bonis sub pœna tripli semotis. Salycetus.*

OMnes peregrini[b] & aduenæ liberè[c] hospitētur vbi voluerint. ℣ Et hospitati si testari voluerint, de rebus suis liberam[d] ordinandi habeant facultatem, quorū ordinatio inconcussa seruetur. ℣ Si verò intestati decesserint: ad hospitem nihil perueniet, sed bona ipsorum per manus episcopi loci, si fieri potest, hæredibus tradantur, vel in pias causas erogētur. ℣ Hospes verò si aliquid ex talium bonis contra hanc constitutionem nostrā habuerit: episcopo triplum restituat, quibus visum ei fuerit, adsignandum: non obstāte statuto aliquo, aut consuetudine,[e] seu priuilegio, quæ hactenus contrarium inducebant. ℣ Si qui autem contra hanc nostram constitutionem venire præsumpserint: eis de rebus suis testandi interdicimus facultatē, vt in eo puniātur,[f] in quo deliquerūt: aliàs prout culpæ qualitas exegerit, puniendi.

*Iure isto ad successionem fratris etiam in potestate morientis tam in lucris nuptialibus quàm in bonis maternis primo veniūt eius liberi, secundo eius fratres, tertio pater: vsusfructo tamē debetur ei, in cuius fuit potestate. Salycetus.*

XI. Imp. IVSTINIANVS A. Demostheni præfec. præt.

SAncimus, quemadmodum de his rebus quæ liberis in sacris constitutis ex occasione maritali[g] acquisitæ sunt, certus destinatus[h] est ordo, vt si quis ex his ab hac luce fuerit subtractus, pars eius quam lucratus fuerat, ad liberos eius vel nepotes concedatur: quibus non extantibus, ad fratres suos ex eodem[i] matrimonio progenitos, vel si etiam non supersint, ad fratres ex aliis nuptiis procreatos: cúmque nemo eorum fuerit relictus, tunc ad patrem perueniat: ita & de his quæ materna[k] linea per quancunque occasionem, vel inter viuos, vel per vltimas dispositiones, vel ab intestato descendunt, similis ordo seruetur: primo in filij vel filiæ successionem posteritate eius vocanda: eáque non inuenta, fraterno consortio eiusdem vel alieni matrimonij secundum prædictū ordinem arcesito: tunc ad vltimum locum pater à legibus cō clametur, & sui filij nō gratam hæreditatem relictam, sed triste lucrum sibi lugeat acquisitum. In omnibus videlicet casibus in superstite sobole liberorum, & fratribus adhuc viuentibus qui ad hæreditatem defuncti patrem antecedunt, vsufructu rerum[l] quarum dominium ad eos[m] peruenit, apud parentes remansuro.[n] Dat. XV. Kalen. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Cos.

IN AVTHEN. de consan. & vte. fra. §. j. colla. vj. constitu. xij.

*Fratres ex vtroque parente coniuncti, in successione fratris intestati præferuntur aliis ex altero tantum parente coniunctis in omnibus bonis. Salycetus.*

ITaque[o] mortuo patrefamilias, si filius[p] decedat intestatus[q] sine liberis, relictis fratribus & sororibus, aliis consanguineis, aliis vterinis, & quibusdam ex vtroque parente[r] coniunctis: in eos solos transmittit hæreditatem, qui ex vtroque latere connexi sunt.

a *Hereditas.* siue dicas nutritorem alumnum quem pueri Boñ. patrem appellant: siue eum qui collegit expositum: vt. j. de infantib. exp. l. fi. &. §. de epis. & cle. l. nemini. Sed iure hospitādi vel hospitationis ex cōsuetudine quidam vindicant sibi successioné: quod hodie corrigitur per authen. nouā Friderichi, quam hic lege: Omnes peregrini.

b *Omnes peregrini.* In bonam partem accipe: vt instit. de hære. insti. §. fin. non in deportatis, vel relegatis, sicut accipiuntur. §. de hære. institu. l. j. qui nó hospitantur vbi volunt: sed tenere debent insulam sibi adsignatā. aliàs puniuntur, vt eis augeatur pœna: vt. ff. de pœn. l. relegati.

c *Liberè.* apud eos qui volunt recipere. nam nemo cogitur recipere: vt. ff. nau. cau. l. j. §. j.

d *Liberam.* dummodo secundum ius testentur commune: vt. §. de inof fic. test. l. fiquando. in princ. nec obstat quòd nihil videatur facere hæc concessio: cum & hoc ante habebant: vt ff. de leg. j. l. fiquando. quia immo ex consuetudine non habebant: vt hic subiicitur.

*In fraudē.*]*C A S V S.* Si in fraudem creditorum tuorū serui tui libertatē cōsecuti sunt: licet hęres quem instituisti, soluendo sit, nō tamen valet libertas. Viuianus.

a *Non valent.* vt. ff. eodem.l. si quis locuples. & exigitur fraus & effectus in directis, in fideicōmissaria solus euētus: vt infra qui manumit. non possunt. l. j. & finali.

**Iernari.* *Si hæreditas.*]*C A S V S.* Testamētum fecisti, hæredem instituisti, Sticho libertatē reliquisti: hæres pro-
†*l.2.3.et.4. de fideicō-miss. liberta. Contius.* pter on*ĕris alieni hęreditatem repudiauit: an gratia libertatis cōsequendę possit seruus petere vt addicantur sibi bona? Dicitur ꝙ sic, & satisdare creditoribus hæredita. debet de solido debito soluendo, cum id etiā &c. scilicet vt seruaretur libertas, si extraneus aliquis satisdare vellet.

**Vestā.*

b *Satis.* id est satisdationem.

c *Offerens.* de solido soluēdo creditoribus: vt instī. de eo cui lib. cau. bo. addicuntur. §. j.

**Mello.* *Contra.*]*C A S V S.* Mater præcepit in testamēto filio suo, ne seruus ad libertatē pueniret: an hæres possit eum manumittere, quæritur? Dicitur ꝙ non.

d *Contra voluntatem.* scilicet vltimam.

e *Liberum.* siue suum seruū, siue hæredis. secus in extraneo seruo: vt.ff. eo. l. si quis ita. §. quod constitutum. differt & ī alio seruus hęredis ab extraneo: vt. ff. de leg. ij. l. vnum ex familia. §. si rem tuam. & facit infra qui nō pos. ad liber. per. l. ij. & infra de vsucap. pro empt. l. ij. &. ff. de manumiss. l. si seruus. §. fi.

f *Ne videaris.* ff. de iusti. & iure. l. veluti. nam patriæ & parentibus est obediendum: vt ibi.

*Cum testator.*]*C A S V S.* Aliquis in testamento suo libertatem reliquit tempore nup. filij sui. vel filiæ. antequam nuberet, decesit: an comperat libertas, quæritur? Dicitur quòd non, quia verba testamenti magis respiciunt cōditionem, quàm tempus. Viuianus.

g *Præstituit.* id est statuit.

h *Non posit.* id est non dedit libertatem ad diem, sed sub conditione: vt arg. supra de nup. l. sancimus. j. Sed contra quando di. le. cc. l. ex his. &. ff. eodem. l. si ita scriptum fuerit, Titius. &. l. qui duos. §. fi. & supra de vsufruc. l. ambiguitatem. & infra de fideicom. lib. l. si fideicommissaria. Sed hic tempus incertum adiectum fuit: ibi certum. sic &. ff. de leg. j. l. si sic. §. j.

Sentiam non valent[a].

*Si hæreditas repudiatur quia nō est soluendo: potest seruus libertate donatus petere bona sibi addici causa suæ libertatis conseruandæ, satisdationem de soluēdo creditoribus præstando. Salycetus.*

VI. Imperator GORDIANVS A. Pisistrato.

SI hæreditas eius à quo testamento dicis te esse manumissum, ob æs alienum spernitur ab hæredibus: conseruandæ libertatis gratia non iniusta ratione creditoribus hæreditariis satis[b] offerens[c], iudicium testatoris obseruari *tibi postulabis: maximè cum id etiam à diuo Marco consultissimo principe sit constitutum. †quod in extranei quoque persona obseruari oportet.

*Contra voluntatem defuncti non debet libertas ab hæredibus præstari. Salycetus.*

VII. Idem A. Iustæ*.

COntra voluntatem[d] matris tuæ libertatem in eum conferre, quem illa liberum[e] fieri prohibuit, non debes: ne videaris[f] iura pietatis violare.

*Si libertas relinquitur in tempus nuptiarum alicuius, intelligitur relicta si ille vere nuptias contraxerit: non cum ad tempus habile ad nuptias contrahendas peruenerit. Salycetus.*

VIII. Imperator PHILIPPVS A. & PHILIPPVS Cæs. Tremellio*.

CVm testator libertatem tēpore nuptiarum filij sui vel filiæ seruo dari iussit: non tēpus præstandæ libertatis præstituit[g], sed potiꝰ cōditioni locū fecit, vt nō insecutis nuptiis libertas iure posci non possit[h].

*Alieno seruo non potest libertas relinqui directe, etiam si sit hæredis. Salycetus.*

IX. Imppp. CARVS CARINVS & NVMERIANVS AAA. Mauro.

SEruo tuo defunctus, licet te hæredem scripsisse proponitur, directam tamen libertatem non potuit dare: iure enim directò libertatem seruis alienis nemo potest dare[i].

*Inuestitura prima non inducit dispositionem vbi cætera desunt quæ debent adesse. Baldus. Vel sic: Et per impositionem pilei, & per additionem hæreditatis seruus consequitur libertatem directè, & vocatur libertus Orcinus. Salycetus.*

X. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Germano.

DIrectis verbis iure data libertate, non solùm* impositione pileī†[k], sed & adita hæreditate, (si nulla iuris impediat constitutio[l]) liberti constituūtur Orcini[m].

*Testamentum inualidum ad causam intestati non trahitur, nisi sit clausula intestati adiuncta. subaudi, vel æquipollens, vt iuramentum. Baldus. Vel sic: Si testamentū nō valet, libertates in eo relictæ nō debētur, nisi in eo esset clausula codicillaris. Sal.*

XI. Iidem AA. & CC. Laurinæ*.

SIiure nō subsistit testamentū: in hoc nec libertates (cū non fuisse adiectū vt pro codicillis scriptum valeret, proponas[n]) rectè datas constabit.

*Collusio hæredis nō præiudicat libertati, siue hoc faciat post aditā hæreditatem, siue ante: dummodo faciat in fraudem. Salyce.*

XII. Iidem AA. & CC. Rhyso.

SI hæredes iure facto testamēto solenniter[o] adierint hæreditatem: ex testamento tibi libertas quæsita, postea colludētibus tam scriptis hæredibus, quàm ab intestato vindicantibus successionem, adimi non potuit[p]. Quòd si sponte repudiauerint sibi delatam[q] successionem: omnia quæ in testamēto fuerant scripta, defecisse cōuenit. ¶ Si vero, vt vos defraudarent hæredes libertate, collusisse eos præses animaduerterit: secundum hæc quæ diuus Pius Antoninus cōstituit, libertatibus consuli prouidebit[r].

*Si hæredes.*]*C A S V S.* Testamentum fecisti. hæredi competit libertas. si postea colludat hæres, vt seruus libertate fraudetur, an adimenda sit libertas, quæritur? Dicitur quòd non. & hoc in prima. Si vero sponte repudiauit: omnia quæ in testamento erant derelicta & libertates euanescunt. & hoc in secunda. Si vero scriptum & succedentes ab intestato adiuuicem collusisse perspexerit præses, prouidebit per edictum si quis omissa causa testamenti &c. vt supra si quis omiss. cau. l. ij. in prin. & hoc in tertia.

i *Nemo potest dare.* vt infra de his qui à non dominis. l. ij. & insti. de sing. re. per fideicom. re. §. libertas. sed an trahatur ad fideicō-missariam? Respō. nō: vt. ff. de lega. j. l. si ser-uus legatus. §. si seruus. Sed arg. cōtra. ff. de fideicom. lib. l. generaliter. in fi. &. §. si quis seruo pignorato. &. ff. ad Trebel. l. cogi. §. sed & si seruo. Sed dicas ꝙ illud quod dicit ille. §. si quis seruo pignorato, ex benignitate dictum interpretatur. Item videtur contra. ff. eodem. l. si fructuarium. sed certe immo concordantia est.

k *Directis. Pilei.* nisi tas in casu: vt infra de Lati. lib. tol. §. sed & qui domini.

l *Si nulla iuris impediat constitutio.* prohibentur enim quandoque manumitti: vt supra eodem. l. ij. & l. cō-tra. & l. in fraudem.

m *Orcini.* id est directò manumissi, ab orthos quod est rectum. sde orthodoxus, id est rectè glorians. vel Orcinus qui manumittitur ab eo qui tendit ad orcum, id est mortem siue infernum.

*Si iure.*]*C A S V S.* Reliquit aliquis seruo suo libertatē in testamento suo. si testamentum non valeat, an teneat libertatis legatum, quæritur? Dicitur quòd non, nisi dixisset testator quòd nisi testamētum valeret iure testamenti, valeret iure codicillorum.

n *Proponas.* nam tunc valet: vt supra de codicil. l. fi. sed certe immo & si hoc non dicitur: vt. ff. de fideicom. li. l. in testamento. sed speciale est ibi in quibusdam personis. vel repetiuit ibi testator ab intestato.

o *Solēniter.* hodie nuda volūtate: vt īsti. de hęre. quali. & dif. §. fi.

p *Non potuit.* vt & supra eodem. l. libertas.

q *Delatam.* timore creditorum: vt & supra si quis omis. cau. te. l. ij. in fi. & hoc antequam sit adita: vt supra de repu. hære. l. iiij.

r *Prouidebit.* per edictum si quis omissa causa testamenti: vt supra

vt supra si quis omis. cau. test. l. ij. in prin.

*Statuliberis.* ]*CASVS.* Statuliber est quem testator statuit fore liberum in alicuius conditionis euentum. Dic ergo, testamentum fecit testator, hæredem instituit: Sticho libertatem reliquit sub conditione, si nauis ex Asia veniret. si hęres pendente conditione eũ alienauit, & vsucapt[9] fuerit, puta alienat[9] à domino: an propter hoc impediatur si conditio extiterit, quæritur? Dicitur quòd non.

a *Statulibero.* id est cui libertas relicta est in diem, vel sub conditione.

b *Nocere potest.* vt & ff. de fideicommis. liber. l. generaliter. in fi. & de statulib. l. statuliberum. in medio & in fine legis. quod est hodie generale: vt supra communia de leg. l. fi. na. §. pe. & authenti. res quæ.

*Statuliber non potest alienare in præiudicium libertatis consequendæ conditione eueniente. Salycetus.*

XIII. Iidem AA. & CC. Martiali.

STatuliberis datam libertatem adimi ab hærede non posse, certum est: nec alienatio nec vsucapio statulibero[a], quo minus existente conditione libertatem consequatur, nocere potest[b].

*Tam Græcis quàm Latinis verbis libertas relinqui potest. Salycetus.*

XIIII. Impp. THEODO. & VALENTIN. AA. Florentio præfecto prætorio.†

*Directas libertates.*]*CASVS.* Nõ refert an Latinè, an Græcè testator seruo suo directam reliquit libertatem.

c *Si legitimis.* id est Latinis. sic ísti. de ver. obli. §. j. & ísra de sententia. & interlo. &c. l. iudices.

DIrectas libertates Græcis verbis liceat in testamentis relinquere: vt ita libertates directè datæ videantur, ac si legitimis[c] verbis eas testator dari iussisset.†

*Primo recitat in effectu constitutionem diui Marci. Secundo circa illam dubitationes exortas decidit. Secundæ ibi, Variæ dubitationes. Salycetus.*

XV. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

*Vm cõstitutio.*]*CASVS.* Recitat Imperator quandam constitutionem diui Marci, qua cauebatur, vt si quis condito testamẽto vel codicillis & libertates seruis suis reliquisset, & hæres qui fuit ex testamento, vel ab intestato, repudiasset hæreditatẽ propter alienum: poterit extraneus vel aliquis seruorum hæreditatẽ adire præstita satisdatione de satisfaciẽdo creditoribus hæreditariis & libertatibus secundum voluntatẽ testantis. Dicit Imperator quòd ex ista constitutione multæ oriebantur ambiguitates. Prima est, testator aliquis creditoribus obnoxius decessit hærede instituto: & seruis libertatem reliquit. sed hærede hæreditatem repudiante res hæreditatis distractæ sunt: an post venditionem seruus vel alius adire possit hæreditatem, & bona ab emptoribus in solidum auocare, & creditoribus satisfacere, quæritur? Respon. Imperator quidam q̃ non. Author huius legis dicit quòd sic, intra tamen annale tempus à tempore venditionis celebratæ præstita satisdatione de satisfaciendo creditoribus in solidum, & imponendo libertatem omnibus. & hoc in prima. Si vero petitor promittit se omnes libertates impositurum, & creditoribus non in solidum satisfacturum: si creditores consentiunt, auditur, si vult omnes seruos manumittere. & hoc in secunda. Si vero quidam ex seruis velint libertatem adipisci, quidam non: volentes admittantur: nolentes in seruitute remaneant, & quem pa. &c. & hoc in tertia. Si vero petitor hæreditatis pollicitus fuerit se quosdam ex seruis manumissurum, & non omnes: si res hæreditariæ postea sufficiunt vt omnibus creditoribus satisfaciat præter seruos, bene faciet si omnes manumittat. Si vero non sufficiant, melius est vt saltem pauci ad libertatem perueniant. & hoc in quarta. Si vero non vnus tãtum veniat petitor, sed plures: si simul veniãt omnes, audiuntur. si vn[9] primò, alius postea: prim[9] admittatur, & hoc præstita satisdatione de satisfaciendo creditoribus, & hoc intra annale tẽpus. & hoc ĩ quinta. Si vero vnus promisit quosdam manumittere, alter promittat omnes, vel plures, & omnibus creditorib[9] satisfacere: ille præfertur. priuilegium vero istud non solũ habet seruus libertate donatus, sed & non donatus. & hoc in sexta. Et non solum si antequã prior res hæreditarias apprehendat, vel libertatẽ accipiat, veniat seruus plus offerens, admittetur: sed si iam ab eo res apprehensæ sint: & quidam ex seruis libertate donati, & prior liberabitur, quamuis res ab eo auferantur: & prædicta omnia fiant intra annale tempus à tempore illo quo prior petitor iudicẽ adiuit. & hoc ĩ septima parte.

†*al. refusionem.*

d *Cum constitutio.* cuius verba habes insti. de eo cui li. cau. bo. addic. §. j. & optimè hui[9] l. intentio exprimitur supra. e. l. si hæreditas.

e *Sine testamento.* puta in codicillis tamen: vt. ff. de fideicommis. lib. l. ij. &. iij. &. iiij. in princi.

f *Libertates.* vel etiam vnam libertatem. arg. ff. de neg. gest. l. ait prętor. §. negotia.

†*vel. Si vero. Contius.*

g *Voluit testator.* assume, cum hæc declaret constitutio prædicta.

†*al. et procul dubio. Etenim in hac specie &c.*

h *Variæ dubitationes &c.* quia quatuor ex hoc vsque ad. §. sed si quidem.

i *Venierint.* à creditoribus.

k *Admodum.* id est valde.

l *Nihil noui patiantur.* patiuntur quidem rescisionem, sed non de nouo: quia & olim similiter, vel per priuilegia, vel vt dicitur supra ex qui. cau. ma. l. fi. Vel forte restitutione eius hæredis, qui abstinuerat vel repudiauerat. Ité bene dicit, sæpe: quia non semper: & ita aliquid noui patiuntur, licet non in totum.

m *Quis.* petens bona addici sibi.

n *Illi autem.* scilicet creditores.

o *Maximè cum.* pleonasmos, id est adiectio superuacui verbi. nam statim subiicit, volentibus &c. sic abundat maxime, vt & aliàs supra de rescin. ven. l. j. &. ff. si quis omis. cau. test. l. ij. in fine.

*Pleonasmos, qualis figura est.*

a *In seruitute remanere.* secus si null⁹ de seruis velit libertatem.nã tunc distinguo, an ille qui petit bona sibi addici, sit de seruis, an nõ.primo casu admittitur,secundo non: vt insti. de eo cui liber. cau.bo.addi.§.hęc cõstitutio.

b *Licet.* id est quamuis.

c *Nemini seruorũ.* scilicet aliàs. Et sic not. regulã, quòd serui inuiti libertatem consequuntur: vt hic, &.ff. de hære.insti.l.si vero lex.§.j.& insti. de hære.insti.§.si vero.& institu. de hære. quali: & differen.§.j. Sed fallit hoc in casu quem ponit hæc lex. nam cũ eius fauore sit inductũ, vt sic bona petantur: potest ei fauori renunciari: vt supra de pactis.l.si quis in cõscribendo. Item fallit in alio casu quem habes ff.de fideicommiss. lib. l.sed si alienare.quę est cõtra.huic regulæ, vbi legatum erat domino serui, vt seruum hæredi venderet,qui hæres manumitteret.sed cernte potest ibi resistere domino vt non accipiat legatũ: sed eo accepto non potest resistere quin manumittatur. vel ibi non recusauit libertatẽ: sed nolebat vẽdi hæredi, qui nõ erat soluẽdo à quo relicta est fideicõmissa libertas. Item secus est in emancipatione, quæ non datur inuito: vt in authenti.qui. mo.na.effi.sui.§.generaliter.coll.vij.

*Serui inuiti libertatẽ cõsequuntur, nisi in certis casibus.*

*¶ In quibusdã cod. legitur. sancimus, vt si nõ vn⁹ veniat hæreditatis petitor, sed plures: si qui dẽ vno momẽto vterq;, vel ampliores: omnibus detur &c.*

*Emãcipatio nõ datur inuito.*

d *Spontaneam.* sic & supra de necess.ser.l. fi.

e *Res hæreditariæ.* prẽter seruos.

f *Antiquis.* subaudi, super.

g *Inuenimus.* id est induximus.

h *Hoc facere.* scilicet satisdationem.

i *Annale.* computandum ex quo prim⁹ petitor adiuit iudicẽ: vt infra in fi.l.

k *Totos.* id est omnes.

l *Abeo.* scilicet seruo.

*DE LEGE FVsia Caninia tollenda.*

*Cõtinuatio.*

*Quia lex Fusia Caninia directas impediebat libertates, de quibus dictum est: & fideicommissarias, de quibus dicemus: de lege Fusia inter vtrasque libertates loquamur. Azo.*

Eruorũ.] CASVS. Lege Fusia cauebatur vt inter viuos quis posset omnes seruos libertatẽ donare: in vltima voluntate nõ nisi duos vel tres: quod corrigit iperator, statuens, vt indistincte vel tam inter viuos quàm in vltima volũtate possit quis omnes seruos manumittere,lege Fusia Caninia quiescẽte.

m *Exemplum.* quod ergo valet in contractibus,& in vltima voluntate, & econtra: vt hic,& institu.e.&.ff.de pac.l. pactum.

*DE FIDEICOMmissariis libertatibus.*

*Expedium⁹ supra de Cõmun. libertatibus directis, nũc ⁹ Fideicommissariis. Azo.*

Vm proponas.] CASVS. Testamentum fecisti, hæredem instituisti, Stichoq; fideicommis. libertatem reliquisti. hæres hæreditatem non adiit,& peruenit ab intest. ad legitimum: an compet. libertas, quærit? Dicitur quòd non, nisi succedens ab intestato rogatus fuisset de manumittendo. & hoc in prima. Si vero hæres accepta pecunia hereditatem omisit, vt sic Stichus ad libertatem non peruenire: competet libertas: quia institutus cogetur manumittere.

n *Legitimo.* i.agnato: vt insti.de legi. ag. tu. in prin.

o *Nullo iure.* immo contra: vt.ff.e.l.in testamento. Sol. ibi in personis illis speciale.

p *Pecunia.* vel aliis duobus modis: puta gratia agnati,vel odio serui.

q *Cogetur.* vt & supra si quis omis. cau. testa. l. j. dum tamen prius cõueniatur possessor: vt.ff.si qs omis. causa testa. l. licet.secundum quosdam.

Quamuis.] CASVS. Mulier in codicillis auũculo suo seruum legauit, quem postea manumisit: apparuerunt codicilli falsi postea,et falsi pronunciati sunt: nunquid reuocabitur libertas? Respon.quòd non: sed manumissus hæredi soluet. xx. aureos.

Non

---

in seruitute remanere[a]. Licet[b] enim Romanã ciuitatẽ recusare nemini seruorũ[c] licitũ sit: tamẽ in hoc casu, ne ꝓpter quorũdã indeuotionẽ alij maneant in seruitute: volẽtib⁹ quidẽ omnibus seruis licere in libertatem peruenire, nolẽtibus autẽ quibusdam, vel recusantib⁹, spontaneam[d] seruitutem imminere oportet: & quẽ patronum habere noluerint, dominum suũ & forsitan acerbũ sentiãt. ℣ Sin verò non omnes libertates adĩplere pollicitus fuerit, sed certum numerum seruorũ ex his qui ad libertatem venire[iure] sunt iusi: melius est, si quidem res hæreditariæ[e] sufficiunt ad implẽdos creditores,etiam omnibus seruis dare libertatẽ, etsi hoc pollicit⁹ non est. ℣ Sin autem deest[aliquid]in exoluendis creditoribus, humanius est vt pauci saltem ꝓueniant ad libertatẽ. Sed hoc quidem antiquis[f] dubitationibus remediũ inuenimus[g]: bellissimam autẽ repletionem præfatæ constitutioni donantes,sancimus, vt si non vnus veniat hæreditatis petitor,sed plures quidẽ vno momento, vterque, vel ampliores: omnibus detur licentia cõmuniter hæreditatem adire, prius satisdatione ab omnibus dãda, vt creditoribus & libertatibus satisfaciant. ℣ Sin autem per interualla temporum hoc fiat: qui primus venit,habeat prærogatiuam, si etiam satisdationem præstare potest. Illo autem cessante hoc facere[h], alij gradatim secundum tempora petitionis succedant,& hoc intra annale[i] tempus obseruetur. ℣ Sin autem vno pollicente quosdam liberos facere, non autem totos[k], alius emerserit satisdationẽ paratus idoneam præstare, quòd omnibus creditoribus & omnibus libertatibus satisfaciat: æquissimum est eum admitti, vt omnes libertates indistincte celebrent.quod priuilegium damus nõ solum seruo qui libertate donatus est, sed etiam ei cui nulla libertas relicta est: vt aliquid venustum eueniat: vt ꝓ eum cui relicta libertas nõ est, aliis libertas imponatur. ℣ Sed si quidem antequam prior hæreditarias res & libertatem accipiat,hoc eueniat: secundo petitori, vel tertio, vel deinceps ampliores libertates pollicentibus fieri locum censemus. ℣ Sin autem iam rebus seruo qui primus petiit hęreditatem,datis,& libertatibus ab eo[l] quibusdam seruis hæreditariis ĩpositis, quidam seruus alius hæreditarius, vel liber*extraneus hoc facere maluerit: licebit quidem hoc ei ĩpetrare,& sub maioribus pollicitationibus & satisdationib⁹ hæreditatem accipere. ℣ Sed prior in libertate petitor maneat,licet res ab eo distrahãtur: his omnibus ĩtra annum (secundum quod dictum est) celebrãdis,ex quo prior petitor iudicem adierit.

A

B

*TITVLVS III.*

## DE LEGE FVSIA* CAninia tollenda.

*Statutum in contractibus, si est magis fauorabile quàm statutum in vltimis voluntatibus, debet porrigi ad vltimam volũtatem. Baldus. Vel sic: Dic quòd aliquo tẽpore viguit lex Fusia Caninia, quæ prohibuit libertates in testamento relictas valere: quæ hic tollitur. Salycetus.*

1. Imperator IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

C

Seruorum libertates in testamento relictas, tam directas, quàm fideicommissarias ad exemplum[m] inter viuos libertatum indistincte valere cẽsemus, lege Fusia Caninia decẽtero cessante,nec impediente testantium pro suis seruis clementes dispositiones effectui mancipari. Dat. Kalendas Iun.*AA. Conss.

*TITVLVS IIII.*

## DE FIDEICOMMISSAriis libertatibus.

*Hæreditate non adita, libertas in testamento relicta non debetur, nisi fuerit ab intestato repetita, vel hæres corruptus pecunia omiserit. Salycetus.*

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Primo.

D

Vm proponas hæreditatem eius[testatoris] aditã non esse, à quo tibi fideicõmissariã libertatẽ relictã dicis, & ab intestato aliũ quàm qui script⁹ est, hæreditatẽ possedisse: si non à legitimo[n] quoq; hærede fideicõmissaria libertas repetita est, nullo iure[o] prestari eam ab eo qui rogat⁹ nõ est, desideras. Planè si pecunia[p] accepta hæredẽ instit utum omisisse hæreditatẽ docueris: libertatẽ tibi præstare cogetur[q]. PP. XIII. Kalendas Mart. Laterano & Rufino Conss.

BIU Cujas

a *Non infirmat.* valet ergo libertas: vt hic,&.ff.de manu. testa.l. cum ex falsis. &.ff. de iure patro.l.pe.§. fin. Sed contra supra de peti. hæredita.l.fin.§.pe. vbi ex falso testamento non competit libertas. Solu. hic fuit præstita, & bona fide: ibi non. Vel ibi à lege dabatur libertas, hic ab homine: quæ in idem recidit. Vel illa corrigit istam. Sed cũ hæres dederit hunc seruum quasi legatarij credens factum eius, non videtur transtulisse dominium: vt. ff. de condic. causa da. l. iij.§. subtilius. quod si est, quomodo seruo alieno dedit libertatem? Respon. die quòd hæredis fuerat seruus vel alienus, & hæres rogatus de redimendo & præstando: vnde tanquam seruum hæredis, non tanquam legatarij dedit: & hoc erat verum: & sic transtulit dominium. & secũdum hoc etiam soluitur dictum contrarium.

*Ex falsa causa dominium transfertur, & libertas data non reuocatur. Bal. Vel sic: Si legatarius putans legatum valuisse manumittat seruum sibi traditum, tenet libertas: licet legatum postea pronuncietur falsum: sed viginti aurei à manumisso sunt præstandi. Salycetus.*

II. Imp. ANTONINVS. A. Valerio.

QVamuis codicilli quibus auunculo defunctæ legatus esse videris, falsi pronunciati sunt: tamen si ante motam criminis quæstionem iustam libertatem es à legatario consecutus, posterior euentus non infirmat [a] ita datam libertatem. Planè secũdum diui Hadriani constitutionem datur hæredi viginti aureorum [b] repetitio.

*Natus ex ancilla sub conditione libera, ante conditionis euentum est seruus. Salycetus.*

III. Imperator ALEXANDER. A. Lucio.

CVm libertatem mulieribus sub cõditione datam proponas: quid dubium est eos qui ex his ante impletam eam edũtur, seruos nasci, & pertinere ad hęredes iure dominij? His enim demum succursum est, qui post morã præstandæ libertatis progeniti sunt, vt liberi & ingenui [c] nati videantur.

*Si ancilla ab hærede manumittenda, eius voluntate moretur vt libera, liberum parit: aliàs secus. Saly.*

IIII. Idem. A. Hadriano.

SI voluntate domini [d] in libertate est morata [e], cui fideicõmissaria libertas relicta * fuit: secundum senatusconsultum & cõstitutiones ad id pertinẽtes ciuis Romana facta ingenuos peperit. Sed si nunquã ab ea * libertas petita est: † sibimet imputare debet, cur * interea progeniti ex ea serui [f] sunt [g].

*Iure isto minor viginti annis non poterat in testamẽto relinquere libertatẽ. Sa.*

V. Idem. A. Dionysio.

MInor annis [h] lege definitis, nec per fideicommissum [i] libertatem supremis suis elogiis relinquere potest, nisi his quorum causam [k] probare potest.

*Potest per fideicommissum seruo alieno libertas relinqui: & licet dominus nolit vendere legatum, non abrumpitur, sed differtur in crastinum, donec forte mutauerit propositum voluntatis. Bal. Vel sic: Licet dominus ancillæ nolit eam vendere, non deficit legatum libertatis ab hærede quandocunque postea præstandæ. Saly.*

VI. Idem. A. Maximo.

DEberi etiam alienæ [l] ancillæ fideicommissariam libertatem placuit, nec deficit hoc debitum si interim domina (si modò nihil ex iudicio eius [m] qui quæve reliquit libertatem, perceperit [n]) noluit vendere: quia possit tempore procedente [o], vbicunque occasio redimendæ ancillæ fuerit, præstari libertas.

*Manumissus ex fideicommisso, libertus efficitur manumittentis. Sal.*

VII. Idem. A. Nicomedi.

*Minor annis.* ]CASVS. Quidã minor. xx. an. seruo suo per fideicõmis. libertatem relinquere volebat: an possit, quęritur? & respondetur q non: nisi causam coram iudice probet, scilicet iustam propter quam velit seruum esse liberũ. h *Minor annis.* aliàs xx. aliàs lege definitis. i *Nec per fideicommissum.* nedum directe: vt hic,&.ff.de manu. test. l. nec militi.&.ś. de testa. mili. l. si Rufinus. & hoc in suis. secus in alienis: vt.ff. de manu. vin. l. si quis rogatus. in princi. hodie tamen hæc lex corrigitur: vt in authẽ. vt spon. larg. §. j. colla. ix.

*Debita.* *eo. †Obserua in omni mora esse necessariam interpellationẽ. l. mora. ff. de vsuris. Contin. *cum.*

k *Causam.* quæ causæ enumerãtur insti. qui. ex cau. ma. non licet. §. eadem.

*Deberi.* ]CASVS. Testamẽtum fecisti, hæredem instituisti, eum de ancilla aliena manumittenda rogasti. redimere debet hæres si potest, & manumittere. si nõ potest, quia dominus vẽdere non vult: nec cõpelli potest ad vendẽdum, cum nihil ex testamento percepit: an intercidat legatum libertatis? Dicitur quòd non: quia procedente tempore si obtulerit se facultas redimendi, redimere poterit & manumittere. & ita no. quod differtur, non aufertur.

*Libertas ꝑ seruo alieno relinquatur, quid iuris.*

l *Alienæ.* & hostium seruo, & etiam libero homini quãdoque: vt.ff.eo.l. generaliter. §. hostium seruo. &.§. si homini.

m *Eius.* scilicet testatoris.

n *Perceperit.* nam tunc cogetur ad vendendum: vt.ff.ad leg. Fal. l. sed & si non seruus. nisi haberet auxilium minoris ætatis: vt.ff. de mino. l. si minor annis seruum. Et not. deberi relictum, licet voluntati non pareatur: quia per eum non remanet: vt. ff. de leg. iij. l. pater. §. Tusculanus. & de leg. j. l. si fundum per fideicõmissum. §. Iulianus.

o *Tempore procedente.* quod differtur, non aufertur: vt insti. de sing. re. per fideicom. re. §. libertas. Item no. quod dicit, etiam alienæ: vt.ff.e.l. alieno. Et distingue: quia aut rogatur hæres manumittere seruum, aut legatarius. primo casu, aut seruum testatoris, aut hæredis, aut legatarij, vel alterius extranei. si testatoris, cogitur eum manumittere. quòd si latitat, fit orcinus libertus per senatusconsultum Rubrianum: vt.ff.e.l. eum vero. §. subuentum. si hæredis, & tunc tenetur manumittere. si vero latitat, eripitur seruus ex fideicommisso in libertatem, & amittit hæres ius patronatus ex Vinciano senatusconsulto: vt.ff.e.l. si eum. §. si quis seruum. &.l. non tantum. §. sed & artificuliano. si legatarij: aut is agnouit legatum, & cogitur præstare hæredi ad manumittendũ. aut non agnouit, & tunc non cogitur: vt ex hac.l. habetur. si extranei, cogitur manumittere, si potest iusto precio emere: vt.ff.e. l. alieno.

a *Non infirmat.* valet ergo libertas: vt hic,&.ff.de manu. testa.l. cum ex falsis. &.ff. de iure patro.l.pe.§. fin. Sed contra supra de peti. hæredita.l.fin.§.pe. vbi ex falso testamento non competit libertas. Solu. hic fuit præstita, & bona fide: ibi non. Vel ibi à lege dabatur libertas, hic ab homine: quæ in idem recidit. Vel illa corrigit istam. Sed cũ hæres dederit hunc seruum quasi legatarij credens factum eius, non videtur transtulisse dominium: vt. ff. de condic. causa da. l. iij.§. subtilius. quod si est, quomodo seruo alieno dedit libertatem? Respon. die quòd hæredis fuerat seruus vel alienus, & hæres rogatus de redimendo & præstando: vnde tanquam seruum hæredis, non tanquam legatarij dedit: & hoc erat verum: & sic transtulit dominium. & secũdum hoc etiam soluitur dictum contrarium.

b *Viginti aureorum.* quos soluet manumissus hæredi: vt.ff.de inoffi. testam. l. Papinianus. §. fina. &. l. seq.

*Cum libertatem.* ]CASVS. Testator ancillæ libertatem reliquit sub conditione, si nauis ex Asia venerit. pendente conditione parit: an patrist liberum, an seruum, quæritur. Dicitur quòd seruum. Si vero conditio extitit, & erat hæres in mora dandi libertatem, & illa peperit: ingenuum erit quod edidit.

c *Ingenui.* vt &. ś. ad Orficia. l. quidam. Et vt tollas contraria, sic distingue: aut non est adita hæreditas ab hærede, aut est adita. Primo casu si fiat dolo hæredis mora, serui nascuntur, sed traduntur matri ad manumittendum: vt.ff.eo.l. si quis rogatus. in fi. & idem si hæres deliberat de adeunda hæreditate. nam etiam tunc traduntur matri ad manumittendum: vt.ff.eo.l. sed si non data. j. respon. secus si ideo retardabat adire, quia se institutum ignorabat: quia tunc nascitur seruus, & ipse hæres manumittit: vt.ff.e.l. sed si non data. ij. respon. Secundo casu, quando scilicet est adita hæreditas, aut retardatur manumissio studio hæredis, & nascitur partus ingenuus: vt hic,&.ff.eo.l. cum vero. §. apparet. &.l. si quis rogatus. in princi. aut non studio hæredis, & tunc nascitur seruus, & matri traditur ad manumittendum: vt.ff.eo.l. si prægnans. & si mater non accipit, vel acceptum non manumittit, compellitur, vel hæres manumittit: vt.ff.e.l. si mater. & hoc nisi fiat mora ex voluntate defuncti: nam tunc interim natus seruus remanet hæredis: vt supra proxi. respon.

*Si voluntate.* ]CASVS. Testator hæredem instituit: eum de manumittenda ancilla quadam rogauit: hæres dixit ancillæ vt staret tanquam libera: sed tamen eam nõ manumisit, sed postea peperit. partus, seruus an ingenuus esse dicetur? Respõ. quòd illis verbis hæredis testatoris libera effecta est, & partus erit liber. & hoc in prima. Si vero fuit in mora petendi libertatem, & interim peperit: sibi imputet, quia seruus nascetur. & hoc in secunda. Viuianus.

d *Si voluntate domini.* id est hæredis.

e *Est morata.* id est stetit vt libera ex voluntate domini: quia



BIU Cujas

l.alieno.§.si is cuius.si vero legatarius est rogatus manumittere seruum,aut talis est seruus,qui non potest ad libertatem peruenire:quo casu etiam legatum est inutile.aut potest: & tunc subdiuiditur,quia si legatarius agnouit legatum,cogitur manumittere etiam longe maioris precij seruum,nisi beneficio ætatis restituatur ad omittendum legatum. si non agnouit, non cogitur manumittere,& hoc si seruus sit ipsius legatarij.quòd si est extranei:si potest emere pro tanto quantum est legatum,cogitur manumittere: aliàs non: vt ff.eo.l. generaliter.§.si quis alienum. &. ff. de minori. l. minor. xxv. an. seruum. sed in detrahenda Falcidia est sciendum, quòd si ea deducta posset emere seruum, deducit eam hæres: aliàs non: vt.ff. eo.l.si legatario.

*Daphn.*

*Hi quibus.* ] *CASVS.* Testamentum fecisti, hæredem instituisti,de dãda libertate Sticho eũ rogasti. manumisit.cuius erit libertus,quæritur? Respon.quòd heredis.

a *Manumittuntur.* vt insti.de sing.re. per fideicommiss.re.§.penul. & hoc quo ad hoc, vt eos non vocet in ius. Item quo ad contra tabulas: sed non vt in in seruitutem ex ingratitudine reuocet. Item nec operas poterit imponere, nisi sit filius patroni qui manumittit: vt.ff.de bo.li. l.qui ex causa. & supra de contra tabulas. l. patroni. &. ſ. de lib. & eo.lib.l.j. Et distingue hic cuius sint liberti, vt & diximus. ſ. in. l. proxi.per.l.ff.de actione empt.l.Titius.& de fideicommiss.lib. l. generaliter.§.fin.

HI quibus per fideicõmissum libertas supremis iudiciis relinquitur,eorum liberti efficiuntur, à quibus manumittuntur.[a] PP.Kalend.April. Fusco & dextro Conss.

*Libertas peti potest etiam si cohæres in cuius placito vel voluntate est apposita, hæreditatem non adeat:dummodo iuste non contradicat.Saly.*

VIII.Idem. A.Eutycheti.

CVm proponas[b] fideicommissariam libertatem ita tibi datam, si vxori testatoris placuisset:licet[ea] non adeunte hæreditatem, pertinere cœperit ad filium solida hæreditas: non refragante[c] tamen vxore testatoris,potes petere libertatem.

*Seruus tutor datus videtur in testamento per fideicommissum liber esse iussus,si testator eius conditionem non ignorauit. Saly.*

IX. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Daphnidi.*

ETsi non adscripta libertate testator seruum suum tutorem filiis suis dederit: receptum est tamen & libertatis & pupillorum fauore,vt per fideicommissum manumisisse eum videatur.[d] ¶Et si non suum proprium, sed alienum seruum,conditionem eius sciẽs,[e] tutorem adscripserit: æquè fideicommissariam libertatẽ datam[f] (nisi aliud euidenter defunctum sensisse appareat) prudentibus placuit.

*Libertas non perit, licet moriatur ille in cuius persona tempus certum præstandæ libertatis erat appositum: sed cum tempus aduenerit,debetur.Saly.*

X. Iidem. AA. Mercuriali.

FIdeicommissaria quidem libertas ita tibi relicta, cum testatoris filius ad annum vicesimumquintum peruenerit, non intércidit licet hæredem intra præstitutam ætatem decessisse proponas.tẽpore quippe[g] quo si viueret, præfinitam ætatem impleturus foret, spem libertatis non intercidere,vetus placitum est.

*Fideicommissaria libertas est præstanda: non autem competit ipso iure. & si latitat qui præstare debet, seruo subuenitur à iure.*

XI. Impp. DIOCLETIA. & MAXIMIAN.AA.[& CC.] Flauiano.

SI seruus fuisti, ac tibi per fideicommissum libertas relicta fuit: peruides sine manumisione[h] te ad libertatem peruenire non potuisse. quapropter si verbis precariis constitutus seruus libertatem accepisti:[i] adire præsidem prouinciæ te oportet, vt causa cognita, si tibi deberi libertatem perspexerit, ad manumittendum eum qui debet vrgeat: vel si latitet, contra latitantem interposito[k] decreto tibi prospiciat.[l]

*Verbum, commendo, non inducit dispositionem, sed quandam congratulationem. Bald.Vel sic: Per verbum, commendo, non grauatur hæres de manumittendo. Saly.*

XII. Iidem. AA. & CC. Hyrenio.

*Cum proponas.*] *CASVS.* Testamentum fecisti,vxorem tuam in vna dimidia, filium ex alia hæredes instituisti. Sticho fideicom.libertatem reliquisti,si vxori tuæ placuisset. vxore partem eius repudiante,& in solidum ad filium perueniente: an seruo debeatur libertas? Respon.quòd si vxor non contradicit, libertatem petere potest.

b *Cum proponas.*vxor fuit scripta hæres cum filio.

c *Non refragante.*idem si contradiceret. nec enim potest: vt.ff. eo.l.Lucius.quæ est contra.sed hic subaudi,maxime: & hoc nisi iustam causam habeat refragandi:vt.ff.de manu.testa.l. seruos. & de lega.ij.l.cum quidam.&.l.cum pater.§.rogo.

*Etsi non.*] *CASVS.* Testamentum fecisti,filio tuo impuberi seruum tuum nulla facta mẽtione libertatis tutorem dedisti:an per hoc fiat liber? Respond.quòd sic:& libertatis fauore & pupilli videtur per cohæredem pupilli,vel si exhæredauit pupillum,per hæredẽ patris libertatẽ recepisse. & hoc in prima. Idem est si seruum alienum filio tutorem dedisti sciens eius conditionem, nisi te contrarium voluisse apparuerit. & hoc in secunda.

d *Videatur.*adscripta,id est non præstita libertate:vt & supra de necess. ser. l. quidam.§.j.sed certe immo videtur directa:vt institu.qui testam.da.tu.pos.§.j.quæ est contra.Solu.ibi in testamento,hic in codicillis.Vel hæc corrigitur per illam. Vel hic liberum credidit.Vel hic putauit alienum.Vel hic diligebat hæredem in tantum,vt sit verisimile quòd velit eius esse libertum,& magis quàm orcinum. *ADDITIO.*Prima solutio communiter solet approbari,vt dicit Christopho.Porcus in.d.§. j. instit. qui testa. da. tu. pos. ratio est, quia quid facilius directò disponitur in testamento, quàm in alia voluntate vltimæ vt. l. hæreditatem. & l.non idcirco.supra de codicillis.†

e *Sciens.*secus si ignorans: vt. ff. eo.l. generaliter. §. si quis tutorem.

f *Datam.* vt.ff. de testam.tut.l.si hæreditas. §.fi.& supra de testam. tutel.l.si pupillorum.

*Fideicommissaria.* ] *CASVS.* Reliquit Sticho Titius fideicommissariam libertatem,cum filius perueniret ad xxv. annum. decessit: nunquid intércidit libertas? Dicitur quòd non:sed eo tempore peruenier ad libertatem, quo si viueret,peruenisset filius ad prædictam ætatem.

g *Tempore quippe &c.* vt. ff. de manumis. testam. l. cum testator.& de nup.l. sanciimus, si quis. Solu. vt dixi supra quando dies leg.ced.l. ex his. Item videtur quòd statim præstanda sit:vt. ff. eo. l.fi.quæ est contra.Solu.ibi non intelligitur repetita cõditio à substituto, quæ vitiaret & ideo purum est ex tunc.

*Si seruus.*] *CASVS.* Seruo tuo in testamento fideicommissariam libertatem reliquisti:qualiter ad libertatem perueniet,quæritur? Respondetur quòd per beneficium manumissionis.vnde si hæres tuus libertatem imponere contradicit, compellet eum præses: & si latitet, per senatusconsultum ad libertatem perueniet, decreto vel sententia prætoris interposita.

h *Manumissione.*vel eo quod pro manumissione habeatur: vt supra eo.l.si voluntate.

i *Accepisti.*scilicet spe,non re.

k *Interposito.*id est denunciatione,vel lata sententia.

l *Prospiciat.* vt.ff. de iudi.l.qui se dicit.& hoc per senatusconsulta quatuor: scilicet Rubrianum, & Transilianum, & Dasianum, & Artificulianum: quæ quando locum habeãt, habes. ff. de fideicommiss. lib. l. cum vero.§. subuentum.&.l. cum quasi. §. si plures. &.l. non tantum.§. senatus.&. §. Artificulino. est & Vincianum, quod in seruo defuncti locum non habet, sed hæredis: vt in eo.titu. l.non tantum.§.sed si non hæreditarium.& in.§.si quis.

*Eo verbo.* ] *CASVS.* Testamentum fecisti, hæredem instituisti, & dixisti, hæres meus, commendo tibi hunc seruum. nunquid per hæc verba videtur ei libertas fideicommissaria relicta? Respondetur quòd non.

*Commendo.*

EX verbo, *commendo*,[a] testamento vel codicillis[b] non videri[c] fideicommissariam libertatem relictam[esse,]auctoritate iuris declaratur.

*Agnoscens legatum tenetur parêre iudicio defuncti. Bal. Vel sic: Alienæ ancillæ potest fideicommissaria libertas relinqui: & tenetur hæres eam redimere, vel eam vendere, si sibi relictum agnouit. Saly.*

XIII. Iidem. AA. & CC. Pythagoridæ.

SI te donatam ante matrimonium vxori suæ, postea ei[d] legato relicto, testamento manumitti, seu codicillis, seu verbis precariis à successoribus voluit:[e] tam eos[f] ad redemptionem & manumissionem, quàm eam[g] quæ in capiendis relictis defuncti consensit iudicio, teneri, tibíque fideicommissariã deberi libertatem, non ambigitur.[h]

*In ventre existenti directò & per fideicommissum potest libertas relinqui: & si plures nascantur, sunt liberi. Saly.*

XIIII. Imperator Iustinianus. A. Iuliano præfecto prætorio.

CVm† inter veteres dubitabatur, si fideicommissariam libertatem possibile esset relinqui seruo qui adhuc in ventre portaretur,[i] & homo fieri speraretur: nos vetus iurgium decidentes, libertatis fauore[k] censemus & fideicõmissariam necnon directam libertatem suam firmitatem habere siue in masculo, siue in fœmina,† qui quęve adhuc in ventre vehitur: vt cum libertate solem respiciat,[l] etsi[m] mater sua adhuc in seruitute constans eum vel eam ediderit. ¶ Sin autẽ plures creati vel creatæ sint: siue vnius fecit mentionem, siue pluraliter nuncupauit: nihilo minus omnes[n] ad libertatem à primis veniant cunabulis: cum in ambiguis sensibus melius sit (& maxime[o] in libertate, fauore eius) humaniorem amplecti sententiam. Dat. Kal. Oct. Lãpadio & Oreste. VV. CC. Conss.

a *Commendo.* id est laudo: vt hic, & supra fami. erciscundæ. l. quoties. in fine. & quod cum eo. l. fin. & ff. manda. si vero non recurrit. §. cum quidam. & de lega. iij. l. fideicommissa. §. si ita quis. Aliàs dicitur commendo, id est depono: vt. ff. de verbo. signifi. l. commendare. & ff. depositi. l. Lucius. j.

b *Codicillis.* vt certo vel apposito.

c *Nõ videri.* vt. ff. eo. l. Thais ancilla. §. Lucius.

*Ste donatam.* ]CASVS. Sponsæ tuæ ancillam dedisti: legato postea vxori tuæ relicto, hæredem tuum in testamento de ea manumittenda rogasti. percepit legatum: an cõpellendus sit hæres eã redimere & manumittere: & hęc sit cõpelleda vẽdere, & manumissioni cõsentire, quæritur? Rñ. cp sic.

d *Ei.* scilicet vxori.

e *Voluit.* testator.

f *Eos.* successores.

g *Eam.* vxorem.

h *Non ambigitur.* qui enim aliquid percipit, cogitur manumittere, vel vendere, vt manumissio fiat: vt. ff. eo. l. generaliter. §. si quis alienum. & facit. ff. eod. l. alieno. §. fi.

*CVm inter.* ] CASVS. Seruo meo nato iam certum est quòd relinqui potest per fideicommiss. libertas: an autem nascituro, inter veteres erat quæstio: quam decidit imperator, dicés quòd non solum directa, sed fideicom. libertas ei relinqui potest, non solum masculo, sed fœminæ: nec obstat si tẽpore quo editus fuerit partus, mater fuerit ancilla. & hoc in prima. Si vero testator sic dixit: qui nascetur ex tali ancilla, fiat liber. si plures ediderit: an omnes erunt liberi, quæritur? & respon. quòd sic. in ambiguis enim &c. & hoc in secunda.

i *Portaretur.* de infante nato nõ est dubiũ: vt. ff. de manu. l. iuris ratio.

k *Fauore.* alia legata posthumo alieno non relinquebantur: vt institu. de bonorum possessione. in prin.

l *Solem respiciat.* sic ergo nascitur ingenuus. nam ingenuus is est &c. vt inst. de inge. in prin.

Sed videtur hoc falsum cũ fideicõmissaria libertas relinquitur: nam hæredis libertus erit: vt. s. e. l. hi quibus. quæ est contra. Sed dic quòd hic fuit relicta fideicommissaria libertas posthumo, ibi nato. Vel refertur tantum ad casum vbi directa data fuit. nam vtrumque posuit supra. Fit ergo differentia inter fideicommissariam libertatem & directam, licet quo ad alia non sit differentia: vt. s. communia de leg. l. penul. Item opponitur, hic cõceptus habetur pro nato: sed natus manumissus esset libertus: ergo & hic. Sed dic illud verum cum de commodis eius quæritur: vt. ff. de statu ho. l. qui in vtero. j.

m *Etsi.* id est quanuis.

n *Omnes.* vt argu. ff. de lega. j. l. qui filiabus. §. si quis. & de testa. tute. l. si quis. §. j. & de reb. du. l. si ita fuerit. in fin. Sed arg. contra ff. de manu. testa. l. cum ex pluribus. &. ff. de libe. & posthu. l. ij.

o *Et maximè.* vt &. j. de communi ser. ma. l. fi. & arg. ff. de reg. iur. l. in obscura. &. l. in ambiguo. &. j. qui bo. ced. pos. l. fi. & de pac. l. maiorem. & de reb. dub. l. quoties. ij.

*Ancillã.* ]CASVS. Ancillæ tuæ in testamento fideicommiss. libertatem reliquisti. hæres erat in mora manumittendi eam. an manumissione hæredis non interueniente, vel voluntate eius posit peruenire ad libertatem, quæritur? Respondetur quòd sic ex sententia præsidis, & perinde erit libera, ac si directa ei data esset libertas. *eripitur.

p *A debitore.* id est ab eo qui eam debet.

q *Expectãda.* ad hoc vt manumittat. erit enim liber & sine hæredis manumissione: interpellari tamen debet hæres: vt. ff. eod. l. cum vero. §. subuentum.

*SI quis.* ] CASVS. Testamentum fecisti, hæredem instituisti, & eum rogasti de manumittendo vnum ex filiis Arethusæ, quẽ eligeret. eo dum vixit, nullum ad libertatem producente, vel eo deliberante quem manumitteret, vita functus est: an omnes, an quidã, an nullus ad libertatem peruenire posit, apud antiquos erat quæstio. Ad quod respondet imperator, dicens quòd non solum hæres, si potuit & noluit propter contumaciam suam, si superstes est, sed hæres eius cõpelletur omnes manumittere: nec voluntati testatoris derogabitur per hoc, quòd voluisset omnes manumitti: quia seruum certũ non respexit: sed ad omnes. vnde ob hæredis malitiam omnes ad libertatẽ perducentur. & hoc in prima. In secunda, cp hæc eadẽ vera sunt in legatario rogato de manumittendo vnũ ex his quẽ eligeret: & si aliqui pati se dispẽdiũ cõquesti fuerint, sibi & non huic. l. quæ prædictã pœnam imponit, imputent. *Multa sibi cens quòd non solum super hæres. si potuit & noluit propter contumaciam suam, si superstes est, sed hæres eius cõpelletur omnes manumittere: nec voluntati testatoris derogabitur per hoc, quòd voluisset omnes manumitti: quia seruum certũ non respexit: sed ad omnes. vnde ob hæredis malitiam omnes ad libertatẽ perducentur. & hoc in prima. In secunda, cp hæc eadẽ vera sunt in legatario rogato de manumittendo vnũ ex his quẽ eligeret: & si aliqui pati se dispẽdiũ cõquesti fuerint, sibi & non huic. l. quæ prædictã pœnam imponit, imputent. *cæsib. resoluit. Sic nauit. ciam suam, si superstes in manu sc. est, sed hæres eius cõ- Contius. pelletur omnes manumittere: nec voluntati testatoris derogabitur per hoc, quòd voluisset omnes manumitti: quia seruum certũ non respexit: sed ad omnes. vnde ob hæredis malitiam omnes ad libertatẽ perducentur. & hoc in prima. In secunda, cp hæc eadẽ vera sunt in legatario rogato de manumittendo vnũ ex his quẽ eligeret: & si aliqui pati se dispẽdiũ cõquesti fuerint, sibi & non huic. l. quæ prædictã pœnam imponit, imputent. *producere.

r *Quam nominauerit.* Arethusam puta.

s *Supereſt.* id est dum viuit.

t *Subtractus.* scilicet hæres.

v *Compelli.* aufertur ergo sibi electio propter contumaciam: vt. ff. de

*Factum iudicis supplet factum hominis ad damnum, & non ad commodum contumacis. Bal. Vel sic: Post moram in manumittendo seruus per iudicem ad libertatem est deducendus. Saly.*

XV. Idem. A. Iuliano præfecto prætorio.

ANcillam siue seruum, cum fideicõmissaria libertas ei relicta sit, sancimus, si mora libertatis à debitore[p] facta fuerit, sententia præsidis eripi * in libertatem, & nullo facto, aut voluntate ab hærede expectanda:[q] sed talem habere eos libertatem, quasi ab ipso testatore directis verbis fuerint libertatem consecuti: cum satis impium atque absurdum sit, hæredes testatoris differre voluntatem, maxime cum ad libertatem respiciat.

*Si libertas fideicommissaria est relicta vni ex liberis ancillæ, quem hæres elegerit: illo moriente nulla facta electione, omnes ad libertatem perducuntur. Saly.*

XVI. Idem. A. Iuliano præfecto prætorio.

SI quis in testamento suo rogauerit suum hærẽ, ex liberis ancillæ suæ quam nominauerit,[r] vnum quem elegerit, ab libertatem perducere: & cũ ancilla vnum, vel plures enixa est, hęres neque dum supereſt,[s] in libertatem aliquem adduxerit, vel cum deliberat quis ad libertatẽ perducendus est, ab hac luce fuerit subtractus:[t] dubitabatur ab antiquis vtrũ ne omnes, an quidã, an nemo ex his ad libertatẽ perueniat. sed veteris quidẽ iuris altercatio multa fane super huiusmodi casibus resonuit. * Nos autẽ hęredis coercẽtes malignitatẽ, si nõ volũtatem testatoris adimpleuerit, & mox cũ potuerit, non elegerit vnũ ex liberis ancillæ, & eũ libertate donauerit: sancimus cõpelli[v] non solũ eũ, sed etiã hæredes vel successores eius, omnes ancillæ liberos in libertatẽ perducere. * neq; enim hoc cõtrariũ est sententiæ testatoris.

BIU Cujas

vt.ff.de solu.l.j.&.j.de solu.l.j.&.ff.de serui.l.sicui.&.facit.ſ.cod. l.cum inter.

a *Ex sententia.* quæ ad omnes porrecta est quodammodo.

b *Instantia.* id est contumacia.

*Cvm quidam.*] C.ASVS. Titius fecit testamentum, hęredem instituit, & mihi Seium legauit, & rogauit per fideicõmissum, vt eum manumitteret: hæres noluit eum mihi dare, sed in iudicio eum petij, & obtinui: & iudex eum non in seruum, sed in eius æstimationem mihi condemnauit: an intercidat libertas? vel ab hærede danda, an à me legatario? & si ab hærede, an æstimationem quam recepi, possim totam, vel partem, vel nihil retinere? Inter antiquos erat quæstio: & ad hanc non videtur respondere, sed sic dicit quòd miratur quòd iudex tulit talem sententiam condemnando in serui æstimationem, & non in seruum. vnde si talis quæstio de cætero emerserit, nullus iudex sit ita stultus quòd sic definiat, sed legatariis seruus restituatur. quòd si petitus non detur, tunc intra duos menses à tempore litis contestatæ super petitione serui eripiatur in libertatem: & hæres legatario condemnetur in expensis quas fecit in litem, scilicet in quadruplum. & pone, legatario integrum ius patronat[9] reseruatur.

c *Seruum.* in seruum enim debet facere condemnationem cum est manumittendus. secus si non est manumittendus quandoque: vt .ff. de leg. j. l. si domus. in §. qui confitetur. &.§. sequen.

d *Vitium.* scilicet iudicis.

e *Putamus.* ex tempore huius legis.

f *Condemnationẽ.* quid enim si ꝓferatur? huic enim quæstioni nõ respondet. Sed respond. idem esse quod esset cum alicui relinquitur pecunia vt alienum seruum emat, vt scilicet eum emat, & manumittat: vt .ff. eod. l. generaliter. §. si quis tutorem alienum. Vel dic quòd hæres conuenitur à seruo vt manumittat: quia legatum resedit penes eum cum onere suo: vt. ſ. de cadu. tollen. §. pro secundo. nec legatarius tenetur restituere pecuniam: quia hæres sua contumacia sensit hoc damnum. argu. ſ. l. proxi. in fin. &.ff. de ta. exhi. l. locum. §. condemnatio. Vel dic tertio quòd sic, & tunc idem videtur quod est hic, scilicet vt in libertatem eripiatur elapsis duobus mensibus à tempore litis contestatæ. Quid ergo si interim hæres seruum vendat? Respond. erit in potestate serui cuius libertus esse velit, temporis, vel rogantis: vt.ff.eod.l.generaliter.§.fina. & de actio. empt. l.Titius. nec restituitur precium, vt modo dixi.

g *Quadruplum.* quod est speciale: aliàs in simplum: vt. ſ. de iudiciis. l. properandum. §. sin autem alterutra.

Cum enim omnimodo quendam ex his liberum esse disposuerit, & non ad certum corpus, sed ad omnes respexerit: si non pareatur eius voluntati, sine dubio ex sententia[a] testatoris omnes ad libertatem perueniunt. ℣ Similémque esse definitionem censemus & si non ab hærede, sed à legatario vel fideicommissario testator rogauerit libertatem imponi. sic etenim iusto timore hæredes & legatarij vel fideicommissarij perterriti & voluntatẽ testatoris adimplere procurent, & sibi non ex omniũ libertate quandam afferri patiantur iacturam. ℣ Quod si reclamauerint: sibi tale dispendium imputent, non ex nostra lege, sed ex sua lugentes instantia.[b] Dat. XV. Kalend. Decembr. Constantinop. Lampadio & Oreste Conss.

*Fatuus est ille iudex qui cum res petitur, in æstimationẽ condemnat, si res præstari potest & debet. Vel sic: Sententia debet esse conformis libello: aliàs est iniusta. & ad hoc semp allegatur. Baldus. Vel sic: Vbi seruus legatur manumittendus, & hæres patitur secum litem contestari, transacto spacio duorum mensium liber efficitur, iure patronatus legatario seruato. Salycetus.*

XVII. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

CVm quidam seruum suum ita legauerit, vt legatarius libertatem ei imponat, & hæres ad huiusmodi legatum improbe versatus seruum dare legatario dedignatus est, vt etiam lite pulsetur, & iudex non in ipsum seruum, sed in æstimationem litis cõdemnationem proferat: veteris iuris interpretes dubitabant, ne quod obstaculũ libertati ex hac causa procedat. Et si placuerit eandẽ deberi libertatẽ, à quo dãda sit, vtrúmne ab hærede, an à legatario. Et si hæres imponat libertatẽ, an legatarius quod ex pecuniaria cõdẽnatione accepit, simiter detineat, siue in totum, siue ex parte, siue etiam nihil. ℣ Talem itaque altercationem resecántes, miramur quare iudex qui præpositus est in prædicta causa, non omnimodo condemnationem in seruum,[c] sed in æstimationem eius fecerit: cum ipsius vitium[d] etiam huiusmodi præbuit altercationi occasionem. ℣ Vnde si talis quæstio emerserit: nullum quidem iudicem ita esse stultum putamus,[e] vt huiusmodi proferat cõdemnationem.[f] sed si legatarius imineat quatenus ei seruus restituatur, & potest litem contestatam duorum mensium spacium effluxerit: censemus ilico ad libertatem eripi seruum: & illum quidem liberum esse: hæredem autem pro sua indeuotione in omnes expẽsas quas legatarius in lite fecit, in quadruplum[g] ei condemnari: iure patronatus integro legatario seruando.

TITVLVS V.

DE DEDITITIA LIbertate* tollenda.

*Dedititii libertini erant qui per manumissionem minorem libertatem consequebantur: quia liberi efficiebantur, sed toto tempore vitæ suæ seruire tenebantur. Hanc conditionem libertinorum tollit lex ista. & vult quòd eo modo sint liberti quo simpliciter manumissi, & ab eis nõ differant. Sal.*

I. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

DEdititia† conditio nullo modo in posterum nostrã rẽpublicã molestare concedatur, sed sit penitus deleta: quia nec in vsu esse reperimus, sed vanum[h] nomen huiusmodi libertatis circunducitur. Nos enim qui veritatem[i] colimus, ea tantummodo volumus in nostris esse legibus,[k] quæ re ipsa obtinent.†

TITVLVS VI.

DE LATINA LIBERtate tollenda, & per certos modos in ciuitatem Romanam transfusa.

*Primo exorditur, secundo statuit. secunda ibi, Sancimus.*

*DE DEDITItia libertate tollenda.*

*Quia manumissionibus (de quibus explicuimus) serui fiunt liberti: & Libertorum olim triplex fuerat conditio: Dedititia, Latina, ciuitasque Romana: ponit primo de dedititia cõditione, & subiicit postea de Latina: qua quia sublatæ sunt, venit de eis tollendis, non seruandis. hodie enim sola ciuitas Romana sibi locum vindicat. Azo. De. Deditititii erant qui sine conditione se reddebant Romanis: & quandiu viuebant, serui erant. post mortem vero in libertatem eripiebantur: vt instit. de lib. §. libertinorũ. & de suc. lib. §. fin. Quare ergo non dicebantur serui? Respondetur: quia successorem habebant, & omnino libertatem sperabãt. Vel verius, liberi erant, sed seruire tenebantur: sicut alias infra communia de manu. l.1. §. sinautem gẽs proprietarius.*

*DEdititia.*] C.ASVS. Olim erat quoddam genus hominum qui liberti dedititij dicebantur, qui tamen viuebant serui, sed morieb antur vt liberi. Hodie dicit imperator quòd huiusmodi hominum cõditio à Romana re- publi. penitus tollatur, ita quòd nec nomẽ maneat.

h *Vanum.* nil enim significat dedititia libertas, sicut nec chimæra.

i *Veritatem.* sic. ſ. communia de leg. l.ij. in fi. & ſ. ad Orfi. l. siqua.

k *Legibus.* non opus est verbis, quorum nullus sequitur effectus.

*DE LATINA libertate tollenda, & per certos &c.*

*Et hac Latina libertas tollitur. Et dicuntur hodie Latini qui toto tempore vitæ suæ erant liberi, sed in tacita morte eripiebantur in seruitatem, & sic non habebant hæredem: vt instit. de succeſſ. lib. §. fin. Et no. quòd in hac. l. sunt. xii. casus vel. xiii. in quibus olim fiebant Latini. hodie vero per. l. istam fiunt ciues Romani, & vere liberi. in omnibus autem, exceptis tribus, seruatur iuspatronatus de illa sum. Accursius.*

*Cvm deditit.*] C.ASVS. In principio huius. l. dicit imperator quòd ex quo deditit[ia] sublata est libertas, quare etiam non Latina libertas tollitur? Nunquid Latini liberti dicebantur illi

tur illi qui dum viuebant erant liberi, in morte tamen eripiebantur in seruitutem, nec habebant hæredem? Et nota quòd in hac l.xiij. sunt casus in quibus olim aliqui fiebant Latini, hodie ciues efficiuntur Romani. Primus incipit ibi, Sancimus &c. Dicit ergo quòd sicut antiqua Latinas sublata est, quia ei[a] remanet imago. Dicit ergo: Olim Romani subiugantes sibi aliquam prouinciam, transmittebát homines illius prouinciæ in aliam prouinciam: & dicebantur Latini, id est Romani, & non erát simpliciter liberti, nec erant liberi. vnde sicut illa trásmissio iam sublata est, quia aliquándo bellum cum indigenis habebant, sic non fiunt hodie huiusmodi Latini: sed cum variis modis introducta erat Latinorum códitio, & difficultates exortæ tá ex. l. quàm ex senatusconsul. dicit imperator quòd vult resecare & Latinam libertaté tollere, & certos modos eligere in quibus olim competebat Latina libertas nó perfecta. quis enim eodem tempore dicet cócurrere libertatem & seruitutem? & hoc in prima.

a *Sublati sint.* vt. ſ. l. proxima.

b *Eapropter.* id est propter hoc.

c *Titubat.* id est dubitat, vel dubitabilis est propter incertas vias eius.

d *Per satyram.* id est per varietatem nimiá, siue diuersitatem introductam: vt in decre. distinct. ij. c. satyra. multæ enim leges & variæ de ea tractabant, sicut &. j. dicitur. Vel dic per simile dici satyrá: quia vt satyrici ludentes imponunt laruam, id est barbam, vt etiam iuuenis videatur senex qui non est: sic & hi dicebantur liberi, non tamen erant, cum moriebantur serui.

e *Ad similitudiné antiquæ.* olim enim Romani subiugantes aliquam prouinciam, homines eius ad aliam dirigebant prouinciam, & vocabantur Latini, id est Romani, non tamen erant. sic & hi liberti vocabantur liberi, non tamen erant. vnde & sicut illa missio est sublata, eo quòd quandoque vel contra indigenas, vel contra rempublicam insultabant, & nó fit hodie hæc transmissio: sic nec sunt huiusmodi Latini. Accur.

f *In coloniis.* id est in villis, vel in terris. proprie enim dicitur colonia terra ad colendum destinata: vt. ff. ad municip. l. eius qui. §. j. sed hic pro tota vna prouincia ponitur.

g *Origine.* id est transmissione.

h *Imaginem.* id est Latinitatem ad eius similitudinem inductá. & sume hic arg. quòd ex. ll. correctis non debeant sumi argumenta in causis, arg. ſ. de Iusti. Co. confir. l. vnica. Item arg. cessante causa cessat etiam effectus: cessante principali cessat & accessorium: vt. ff. de re. iu. l. cum principalis.

i *Cum igitur.* quia quod est vtile, recipimus: & quod est inutile, despicimus: ergo videamus quid sit vtile, & quid inutile.

I. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm dedititij liberti iam sublati sint: [a] eapropter [b] imperfecta Latinorum libertas incertis vestigiis titubat, [c] & quasi per satyram [d]† inducta adhuc remanet: & nó inutilis quidem pars eius deminuitur: quod autem ex ipsa rationabile est, hoc in ius pfectum deducitur. Cum enim Latini liberti ad similitudinem antiquæ [e] Latinitatis quæ in coloniis [f]† missa est, videntur esse introducti, ex qua nihil aliud reipublicæ nisi bellum accesit ciuile: satis absurdum est ipsa origine [g] rei sublata, eius imaginem [h] derelinqui. ℣ Cùm igitur [i] multis modis & penè innumerabilibus Latinorum introducta est conditio, & leges diuersæ, & senatusconsulta [k] introducta sunt, & ex his difficultates maximæ emergebant, tam ex lege Iunia, quàm ex Largiano† senatusconsulto, necnó ex edicto diui Traiani, quorum quidem plenę fuerát nostræ leges, non autem in rebus eorum fuerat experimẽtum: ſtudioſiſſimũ nobis visum est hæc quidem omnia & Latinam libertatem resecare: certos autem modos eligere, ex quib[9] antea quidem Latina competebat libertas, in præsenti autem Romana defertur conditio: vt his præsenti lege enumeratis, & ciuibus Romanis nascẽtibus, cæteri omnes modi per quos Latinorum nomen inducebatur, penitus conquiescant, & non Latinos pariant, sed pro nullis habeantur. Quis enim patiatur talem esse libertatẽ, ex qua ipso tempore mortis in eandem personam simul & libertas & seruitus concurrant: [l] & qui quasi liber moratus est, eripiatur non solum in mortem, sed etiam in seruitutem?

*Per scripturam seu epistolam à quinque testibus subscriptam, & ab ipso patrono* B *scriptam, vel subscriptam, consequi potest seruus etiam absens libertatem à domino quasi ex vltima voluntate. hoc dicit vsque ad. §. sed & si quis. Salycetus.*

Sancimus [m] itaque, si quis per epistolam [n] seruum suum [o] in libertatẽ perducere maluerit: licere ei hoc facere quinque testibus adhibitis, qui post eius literas, siue in subscriptione positas, siue per totum textum effusas, suas literas supponentes, fidem perpetuam possint chartulæ præbere: & si hoc fecerit, siue per se scribẽdo, siue per tabularium: libertas seruo competat quasi ex imitatione codicilli delata: ita tamen, [p] vt ipso patrono viuente & libertatem & ciuitatem Romanam habeat. C

*Etiam inter amicos seruo præsenti potest libertas in præsentia quinque testium dari, tam in iudicio apud acta quàm extra: dũmodo fiat scriptura. hoc dicit vsque ad. §. sed scimus. Salycetus.*

Sed & si quis inter amicos libertatem dare seruo [q] suo maluerit: licebit ei similiter [r] quinque testibus adhibitis suam explanare voluntatem, & quòd liberum eum esse voluerit, dicere: & hoc siue inter acta fuerit testificatus, [s] siue testium voces [t] attestationem sunt amplexæ, & literas tam publicarum personarum quàm testium D per se scribentem, siue per tabellionem data fuisset in codicillis, erit liber, non Latinus Romanus: patrono viuente ei libertate plena cõpetente. hoc dicit vsq; ad. §. sed & si quis. in quo figura casum hoc modo: Si quis inter præsentes seruo suo voluerit libertatem donare, potest, adhibitis quinque testibus: & sic extra iudicium: & siue coram iudice inter acta & tabulario hoc fuerit protestatus, siue testes in iudicio, iudice tamen non authorante, sed testes audiente, protestati fuerint quòd talis seruum talé manumisit eis præsentibus, & scriptura inde facta fuerit: & subscriptio tam manumittétis quàm testium secuta: talis erit liber, non Latinus vt olim, sed ciuis Romanus.

m *Sancimus.* hic incipiũt. xij. vel. xiij. casus.

n *Per epistolam.* scilicet vltimæ voluntatis secundum Ir. Tu dic inter viuos habitæ: vt in fin. §. & inter absentes: consequitur tamen libertatem quasi ex vltima voluntate, vt subiicit: quod potest prodesse patrono ad hoc vt non videatur concedere peculium: vt. j. de pecu. eius qui me. liber. l. j. Sed quid si nó cum hac solennitate, vt testium & literarũ publicarum, item subscriptionis patroni, & testium, vel ipsius patroni, sed duo tantum testes interfuerunt? Respondetur: consequitur libertatem, sed non quasi ex vltima voluntate.

o *Seruum suum.* absentem scilicet.

p *Ita tamen.* hoc subiunxit: quia qui in codicillis manumittitur, non nisi mortuo testatore libertatem consequitur: hic autem statim consequitur, vt dicit. & hic est primus modus antiquæ Latinitatis in plenam libertatem deductus.

q *Seruo.* præsenti. nam superiori casu dixit quãdo absenti: quod placet: quia de epistola dixit.

r *Similiter.* id est sicut in superiori casu.

s *Testificatus.* id est præsente iudice, & tabellione data libertate, & quinque testibus interuenientibus, & subscriptione manumittentis & testium.

t *Testium voces.* id est quia quinque testes in iudicio testificantur quòd talis ita seruum suum manumisit præsentibus eis, & scriptura inde facta: & subscriptio tam patroni quàm testium est secuta. præsumitur enim sic fuisse: vt. ff. de dona. l. ex hac. In superiori ergo. §. & in isto quatuor casus collige quibus debetur libertas vt ex codicillis, vnus in primo, tres in isto. Primus quando inter

k *Senatusconsulta.* de quibus habes instit. de lib. §. libertinorum.

l *Concurrant.* vt instit. de suc. lib. §. fin.

*Sancimus.*] CASVS. Titius vult seruo suo absenti per epistolam dare libertatem: an possit quæritur? Respon. quòd sic, adhibitis quinque testibus eidem epistolæ subscribentibus: &

do inter absentes. Item inter præsentes extra iudicium. Item in iudicio, & coram iudice, & aliis tanquam inter acta. Item coram iudice, sed non in forma iudicij. Alij dicunt esse tres tantum, & sic sequitur quintus vel quartus modus. j. proxi. §.

a *Habeant.* scilicet testium voces.

*Sed scimus.* ] CASVS. Si aliquis seruum suum ęgrotantem dereliquerit, & extra domum eiecerit publice, nec alij eum commendauerit, vel ad hospitale miserit: fiet iste talis seruus ciuis Romanus, non Latinus, vt olim: nullo modo adhuc superstite domino iure patronatus reseruato, vel spe in bonis ei[a] relicta succedendi ipso morie-te. Viuianus.

b *Periclitantem.* idem si non sit infirmus, secũdum quosdam: vt in authen. de nupt. §. si vero ab initio. & . §. & multo potius. colla. iiij. quod non placet. &. d. authent. in languente. dicit: sicut hæc, & alia j. de infam. l. ij. & facit ff. de bo. lib. l. vlti. §. his videlicet. Dic ergo si sanus est seruus, est nullius: donec vel se occupet, vel ab alio occupetur: vt. ff. pro dereli. l. fin. & de stipu. ser. l. quod seruus. nec obstat quod dicitur. ff. de pu. iudi. l. sciendum. quia vere non ideo ꝙ est absolutus, est liber: sed quia abiectus, potest esse liber.

*Seruus à domino abiectus cuius sit.*

c *Publice.* vt notum sit publice.

d *Vitæ liberti.* quantum ad ius patronatus.

e *Cum moriatur.* quantum ad occupandũ bona iure peculij.

*Similique modo.* ] CASVS. Si aliquis ancillam suam hac conditione vẽdiderit, ne ꝓstituatur, & si prostituta fuerit, in libertatẽ eripiatur: vel si prostituta fuerit, liceret ei manus iniicere: & emptor eam prostituerit, vel venditor in eam manus iniiciens similiter prostituerit: fiet libera, nullo casu prostituenti in ea iure patronatus seruato.

** iam fuerit fato suo concessus.*

f *Tentauerit.* erit quidem libera, vt subiicit: vt. ff. qui sine ma. ad liber. per. l. si quis obligatum. in fin. & . ff. si man. ita ve. ne prosti. l. j. §. j.

g *Iniectionem.* in hac prostitutione specialiter hoc seruatur, vt si manus iniectio fuerit apposita sine commemoratione libertatis, teneat: alioquin potior erit libertatis conditio, quàm manus iniectio, vtroque appositio: vno à primo venditore, alio à secundo: vt. ff. de ser. expor. l. Titius seruum. §. pe. &. §. fin. & notant hic quidam duos casus de. xiij. alij vnum dicunt. Accursius.

*Sed & qui.* ] CASVS. Si serui alicuius voluntate ipsius vel hæredis eius pileati antecesserint domini defuncti cadauer, statim fiant ciues Romani, ne populus credẽs eos liberos esse deciperetur si secus fieret, patronatus iure patronis seruato.

h *Sed & qui.* f. serui.

i *Pileati.* id est pileos ferentes in capite, vt liberti. nec enim serui eos deferebant, vt per hoc fieret honor mortuo.

*Pileati.*

k *Ventilare.* thure secundum Ir. Vel dic funibus: quia funib[b] portabantur, qui trahi poterant huc & illuc.

l *Hæredis.* accommodata post aditam hæreditatem: vt. ff. de manu. test. l. directis. nisi postea adeat quando obstabat ei factũ suum: vt. ff. de pign. act. l. rẽ alienã. &. j. de ser. pig. da. ma. l. si creditoribus. & . ff. quorum leg. l. j. §. quod ait prætor. sed non adita non erant liberi: vt ff. de cadu. tol. §. in nouissimo. & de manu. testa. l. libertas.

m *Ilico.* id est adita hæreditate, vt dixi.

n *Ne quis.* testator vel hæres. & dic, ne quis, id est non aliquis.

o *Humanũ.* id est valde liberalem.

p *Romani.* Nota quòd tacere in aliorum deceptione, est nocere: vt. ff. ad Velleia. l. fi. sine.

*Illo proculdubio.* ] CASVS. Dicitur in hoc §. quòd si fraliquis in testamento vel inter viuos seruum manumisit, & adiecit ꝙ velit eum fore Latinum: talis adiectio abiiciatur, & fiat ciuis Romanus.

q *Ciuis Romanus.* Nota non vitiari vtile per inutile: vt. ff. de arbi. l. Pedius. Sed argu. contra. ff. de regul. iur. l. actus.

*Sed & si.* ] CASVS. Si aliquis in testamento suo hærede extraneo instituto, libertatem seruo reliquerit directam sub conditione si nauis ex Asia venerit, & pendente ea hæres eum manumiserit, Latinus non fiat vt olim: sed ciuis Romanus. & si conditio defecerit, fiat libertus manumittentis. Si vero extiterit, liberorum & agnatorum in eo reseruetur ius patronatus: & dicatur libertus Orcinus. Viuianus.

r *Libertatem.* directam secundum Ioan. vt in fi. huius. §. pater.

*Imposuerit.*

habeant: * simili modo serui ad ciuitatem Romanam perducãtur, quasi ex codicillis similiter libertatem adipiscentes.

*Seruus languidus à domino de domo eiectus, & nemini in curam datus, consequitur hodie libertatem, nullo iure patronatus domino reseruato. hoc dicit vsque ad. §. similique modo. Salycetus.*

Sed scimus hoc etiam esse in antiqua Latinitate ex edicto diui Claudij introductum, quòd si quis seruum suũ ægritudine periclitantem[b] à sua domo publicè eiecerit, neque ipse eum procurans, neque alij eum commendans, cum erat ei libera facultas, si non ipse ad eius curam sufficeret, in xenonem eum mittere, vel quo poterat modo eũ adiuuare: huiusmodi seruus in libertate Latina antea morabatur: & quem ille morientem antea dereliquit, * eius bona iterum cum moreretur, accipiebat. ℣ Talis itaque seruus libertate necessaria domino etiam nolente re ipsa donatus, fiat ilico ciuis Romanus, nec aditus in iura patronatus quondam domino reseruetur. Quẽ enim à sua domo suáq; familia publicè[c] repulit, neq; ipse eum procurans, neque alij commendans, neque eum in venerabilem xenonem mittens, neque consueta ei præbens salaria: maneat ab eo eiusque substantia penitus segregatus, tam in omni tempore vitæ liberti,[d] quàm cum moriatur,[e] necnon postquam iam in fata sua concesserit.*

** moriendo derel.*

*Ancilla vendita sub pacto ne prostituatur, prostituta libera efficitur. & idem si vẽdens sibi reseruauit manus iniectionem, & ipse postea eam prostituit: nec aliquod ius patronatus ei seruatur. hoc dicit vsq; ad. §. sed & qui domini. Salycetus.*

Similique modo si quis ancillam suam sub hac conditione alienauerit, ne prostituatur, nouus autem dominus impia mercatione eam prostituẽdam esse tentauerit: [f] vel si pristinus dominus iniectionem[g] manus in tali alienatione sibi reseruauerit, & cum ad eum fuerit reuersa, [ipse] ancillam prostituerit: ilico in libertatem Romanam eripiatur: & qui eam prostituerit, ab omni iure patronatus repellatur. Qui enim ita demum degener & impius constitutus est, vt talem exerceat mercationem: quomodo dignus est vel ancillam vel libertam eam habere?

*Serui pileati cadauer domini antecedentes, vel in lecto cadaueris stantes, liberi efficiuntur. hoc dicit vsque ad. §. illo proculdubio. Salycetus.*

Sed & qui [h] domini funus pileati [i] antecedunt, vel in ipso lectulo stantes cadauer ventilare[k] videntur: si hoc ex voluntate fiat vel testatoris, vel hæredis:[l] fiant ilico [m] ciues Romani. ℣ Et ne quis [n] vana liberalitate iactare se concedatur, vt populus quidem eum quasi humanum [o] respiciat, multos pileatos in fun[p] procedẽtes adspiciens, omnibus autem deceptis maneant illi in pristina seruitute publico testimonio defraudati: fiant itaque & hi ciues Romani, [p] iure tamen patronatus patronis integro reseruato.

*Non attenditur voluntas manumittentis in ea parte, qua dicit se velle illum Latinum libertum esse. hoc dicit vsq; ad. §. sed & si sub conditione. Salycetus.*

Illo proculdubio obseruando, vt si quis siue in testamento, siue vindicta quendam manumiserit, licet hoc dixerit vel scripserit, quòd voluerit eum esse Latinum: superuacua adiectio Latinitatis aboleatur, & ita fiat ciuis Romanus: [q] ne modi qui ab antiqua obseruatione in ciuitatem Romanam homines perducebant, per priuatorum voluntates deminui videantur.

*Si hæres manumittit seruum: pendente conditione libertatis sibi relictæ tenet libertas. sed cuius sit libertus, demonstrabit conditionis euentus. hoc dicit vsque ad. §. illud. Salycetus.*

Sed & si sub cõditione quidem libertatem [r] seruo suo reliquerit, & adhuc pendente cõditione extraneus hæres liber-

BIU Cujas

tatem ei imposuerit: non vt antea Latinus, sed ciuis fiat Romanus. Et si quidem conditio defecerit: ipsius hæredis qui libertatē imposuerit, [a] maneat libertus. ¶ Sin autem fuerit adimpleta conditio: ne eripiatur liberis forsitan & cognatis [b] ius patronatus, Orcinus libertus videatur: & ad eum iura patronatus perueniant, cui leges concedunt.

*Si precium recipit dominus vt seruus in libertate moretur, vel eum manumittat: hodie libertus Latinus non erit, sed simplex libertus. hoc dicit vsque ad. §. sed & si quis. Salycetus.*

Illud etiam satis acerbū nobis visum est, quod putabat antiquitas, si in liberali iudicio superatus fuerat seruus à domino, deinde serui precium ab aliquo ei solutum est, [c] in Latinitate eum remorari. quemadmodum enim rationabile est, & precio eum perfrui, & mortis liberti tempore denuo eum in seruitutem deducere, cum non sint ambo casus sibi consentanei? Et in præsenti igitur casu libertas Romana ei accedat, iure patronatus minime [d] ei subnixo: quia ipse quodammodo sibi libertus inuenitur.

*Si dominus iungat ancillam libero: libera efficitur. hoc dicit vsque ad. §. similique modo. Salycetus.*

Sed & si quis homini libero suam ancillam in matrimoniū collocauerit, & dotem pro ea conscripserit (quod solitum est in liberis† personis solùm procedere) ancilla non Latina, sed ciuis efficiatur Romana. Si enim hoc quod frequentissime in ciues Romanas, & maxime in nobiles personas fieri solet, id est dotalis instrumenti conscriptio, [e] & in hac persona adhibita est: necessarium est consentaneum effectum huius scripturæ obseruari.

IN AVTHEN. de nupt. §. si vero ab initio. & §. adscriptitio. colla. iiij. constitu. j.

*Si quis recipit ancillam in matrimoniū vt liberam, vel econtra mulier recipit seruum vt liberum domino sciente, & patiente: liber efficitur, & tenet matrimonium: quod non procedit in adscriptitio. Secundum canones distinguitur, an sciatur inter coniuges, & tunc tenet matrimonium: an nesciatur, & tunc nō tenet. xxix. q. ii. c. si quis liber. Salycetus.*

AD hoc qui suam ancillam credenti [f] tradidit in matrimonium tanquam liberam: siue confecerit dotalia instrumenta, siue non, aut sciens eam duci, tacuit [g] ex studio: dominium eius amittit, eáque ad ingenuitatem rapitur. Idem dicitur de seruo. ¶ Si vero nec domini voluntas, nec taciturnitas studiosa interueniat, & quis credidit liberæ se iungi personæ, illa vero famula existere declaretur: ipso iure matrimonium non tenet. [h] ¶ Adscriptitio autem alieno nubere liberam non licet ignorante vel sciente, nec consentiente domino: immo datur licentia domino per se vel per præsidē abstrahere adscriptitium suum, & plagis mediocribus eum castigare.

*Finis authenticæ.*

*Adfirmans apud acta seruum suum esse eius filium, facit eum liberum, & non Latinum: licet eum non faciat sibi filium. hoc dicit vsque ad. §. ille autem. Salycetus.*

Similíque modo si dominus inter acta quendam seruum filium suum nominauerit: voci eius quantum ad liberam conditionem credendum est. si enim ipse tali affectione fuerit accensus, vt etiam filium suum seruum nominare [i] non indignetur, * & hoc non secreto, neque inter solos amicos, sed etiam actis interuenientibus, & quasi in iudicij figura [k] nominauerit: quomodo potest eum seruum iterum saltem morientem habere? sed perducatur & ipse in ciuitatem Romanam, vera libertate, & non falso sermone domini sui sustentatus.

*Si dominus instrumenta seruitutis tradat seruo, vel corrumpat in præsentia quinque testium: seruus liber efficitur, iure patronatus domino illæso seruato. hoc dicit vsque ad. §. his tantummodo. Salycetus.*

Ille autem nouissimus antiquæ Latinitatis modus in ciuitatem Romanam translatus eligendus est, si quis instrumenta ex quibus seruus ostendebatur, vel dederit seruo, vel corruperit. Sed ne furandi occasio seruis forsitan detur, [l] & sua malignitate in libertatem perueniant: talis modus certa & indubitata probatione manifestetur, vt testibus præsentibus non minus quinque [m] dominus instrumenta vel det famulo suo, vel deleat, aut alio modo corrumpat. Et ex eo igitur modo ciuitatem Romanam ei competere censemus, saluo iure patronatus tam in hac spe-

a *Imposuerit.* huic est contra. ff. ad Trebell. l. si cui pure. ij. responso: vbi dicit contra defuncti voluntatem interim non præstandam libertatem. Sed expone ibi, id est contra defuncti voluntatem esset si cogeretur hæres: sponte autem potest: vt hic.

b *Cognatis.* quibus & agnati continentur. succedunt enim vsque ad vj. gradum: vt institu. de succes. lib. §. multis. nec est contra. ǂ. de ius vocan. l. venia. quia ibi dicit transire ad extraneos hæredes quædam iura patronatus quæ sunt in non faciendo, vt de non vocando in ius, vel non testificando. hic dicit de succedendo non transire.

*Illud etiam.* ] CASVS. Si seruus à domino ex possessione libertatis in seruitutem petatur, siue seruus in libertatem ex possessione seruitutis proclamauerit, & succubuerit, & aliquis pro seruo x. dederit, vt remaneat liber: olim erat Latinus, hodie fit ciuis Romanus, nullo iure patronatus domino seruato. Viuianus.

c *Solutum est.* sponte accipienti. at si accepisset à seruo, non cogeretur stare pacto: vt ǂ. de transact. l. interpositas.

d *Minime.* vt & ǂ. de ope. lib. l. qui nummis. Sed cōtra. ǂ. de bo. lib. l. j. ij. respōso, vbi dicit eum habere contra tabulas. Sed ibi à seruo accepit pecuniam, hic ab extraneo: vnde secus est: vt. ff. de bo. lib. l. etiam. §. si quis nummos. & de suis & legi. l. intestato. §. j. Item nota hoc verbum consuetum, Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur Maiestas, & amor, sceptri grauitate relicta &c.

*Sed & si quis.* ] CASVS. Si quis ancillam suam alicui libero credenti eam liberam collocauerit in matrimonio, & dotalia conscribat instrumenta: olim fiebāt Latini, hodie ciues Ro. Viuianus.

e *Conscriptio.* Argu. quòd ipso facto aliquid declaratur: vt ǂ. de testa. l. non codicillum. & ff. de repu. l. fin. & ǂ. de pa. po. l. j.

f *A D hoc. Credenti.* id est ei qui credebat domino tradenti, & volenti eam liberam: vt in cor. continetur. Accursius.

g *Tacuit.* sic ergo tacere in alicuius deceptionem nocet: vt & ǂ. ad Velle. l. si fine. §. j. & ǂ. in hac. l. §. sed & qui domini.

h *Matrimonium nō tenet.* Sed secundum canones distinguitur, an sciatur inter coniuges, & sic tenet matrimonium: vel non, & tunc non tenet: vt. xxix. q. ij. c. si quis liber.

*Similiq;.* ] CASVS. Si quis coram iudice seruum suum filium vocabat: quantum ad causam liberalem, licet nō quo ad ius filiationis, olim erat Latinus, hodie ciuis Roma. Viui.

i *Nominare.* & sic sola nominatio facit eum liberum secundum Azo. quod non credo, ni si adoptauit eū, vel adoptare incepit: vel forte nisi ea voluntate vocauit, vt vellet eum liberum effici.

k *Iudicii figura.* not. figura iudicij. Et sic nota: licet quod ago, non valet vt ago: valet tamen vt valere potest. id est, licet per hoc nō efficiatur filius, fit tamen liber: vt institu. de adop. §. fi. Sed arg. contra. ff. de constit. pecu. l. j. §. ij.

*Ille autē.* ] CASVS. Si aliquis seruo suo instrumenta emptionalia quę in emptione serui confecta erant, tradiderit, vel corruperit adhibitis. v. testib[9]: (talia enim instrumenta seruo dari nō possunt nisi testibus quinque adhibitis, ne seruo furandi detur occasio) tunc non fiat Latinus, vt olim, sed ciuis Romanus. Viuianus.

l *Forsitan detur.* No. non dari occasionem delinquendi: vt ǂ. de indicta vid. l. ij. & ff. nau. cau. l. j. §. maxima. & in proœmio. ff. §. illud.

m *Non minus quinque.* est ergo deterior libertatis conditio quàm alterius rei, cū aliàs duo sufficerent testes: vt ff. de proba. l. si chirographum. & est ratio, cum sint familiares: & quia res est eis maxima, facilè

* *dedignetur.*

*Delinquēdi occasio nemini danda est.*

*Libertatis conditio est deterior quàm alterius res.*

BIU Cujas

facilè subtraherent: vt argu. supra de fideicom. l. fin. Alij dicunt alibi præsumi debitorem liberatum, eo ipso quòd est apud eum instrumentum: vt dicta. l. si chirographum. & de pact. l. Labeo. quod nó placet: nisi probetur redditum: vt. ff. de solu. l. pecuniæ. & l. sequen. est tamen magna præsumptio pro debitore.

*Chirographum si habeat debitor an præsumatur ob id liberatus.*

a *Denegauimus.* supra eo. §. sed scimus. &. §. similque modo. &. §. illud.

*His tantummodo.* ] *CASVS.* His. xiij. modis electis cæteri aboleantur: nec Latini dicantur, sed serui maneãt, & lex Iulia Norbana & senatusconsul. conquiescat, nec de cætero locum habeat: licet antiquitus libertorum triplex fuisset conditio: quidam enim plenam, quidam pleniorem, quidem semiplenam accipiebãt libertatem, & ciues fiebant Roma. Constitutio autem ista ad futuros libertos pertineat: & si aliqua bona libertorum ante. l. istam occupata sunt: eis non præiudicetur. Viuianus.

b *Conquiescant.* Non tamẽ tollit modos manumittendi: vt supra de his qui in eccles. manumit. l. fi. & instit. de liber. §. multis.

*Senatusconsultũ Largianum.*

c *Senatusconsulto.* quo cautum est, vt liberi manumissoris non nominatim exhæredati, extraneis hæredibus eorum in bonis Latinorum præponerentur: vt instit. de suc. liber. §. fi.

*Edictũ diui Traiani.*

d *Traiani.* quod edictum faciebat viuum ciuem Romanum: Latinum autem morientem, si inuito & ignorante patrono ad ciuitatem ire beneficio principis volebat: vt instit. de succes. lib. §. fina.

e *Ad eam partẽ.* Not. scripturam pro parte tenere, pro parte non: vt in authent. vt cum de appel. cog. §. sin autem. colla. viij. & dixi supra de transac. l. si ex falsis.

## *DE COMMVNI seruo manumisso.*

*Dixit de propriis seruis, nunc de communibus.*

*Diuisio.*

IN communes seruos.] Primo altercationes antiquorum recitat. Secundo illas decidit, & noua dubia remouet. Secunda ibi, His itaque. *CASVS.* Olim si aliquis habebat seruum communem cum aliquo, & alter seruo volebat libertatem imponere: inter veteres erat quæstio, an non volenti manumittere pars volentis accresceat, necne. & hoc maxime in milite dubitabatur: propter hoc duplex circa materiam istam fiebat constitutio. Prima, si miles seruum cum priuato haberet communem, & ei libertatem voluit imponere: hæres suus compellebatur partem socij emere: alter autem generaliter compellebat socium suum partem suam vendere: licet ex substantia socij nihil lucri ad eum peruenisset, precio arbitrio prætoris constituto. & hæc sunt quæ à pluribus iurisconsultis relata sunt nullo habito delectu priuati & militis: vt si quis cum vno vel cum pluribus seruum communem habeat, & inter viuos, & in vltima voluntate ei velit libertatem imponere: hoc ei licet: & alius vel alij socij partem suam compellentur vendere, qualemcunque habeant, siue tertiam, siue dimidiam, siue quartam, ipsi, vel hæredibus eius, si hoc moriens dixit, scilicet quòd vult eum esse liberum, & emi à sociis: ita videlicet vt qui aliorum partem comparauit, si adhuc superstes est, compellatur libertatem imponere, & hæres eius, si iam cesit in fata. Si vero socius vel socij precium recipere noluerint, consignetur: & in æde sacra deponatur: seruus plenam consequatur libertatem: & sibi imputent socij, qui lucrari precium distulerint: ita vt peculium inter eos socios diuidatur pro ea parte pro qua quisque in eo habet dominium: & licet libertatem seruo imponenti, seruo concedere peculium, ei iure patronatus pro suo ordine reseruato. h. d. vsque ad. §. sin autem seruus. Viuianus.

cie, quàm in cęteris: nisi vbi specialiter hoc patronis denegauimus. a

*Hic cassat omnes alias leges de Latina libertate loquentes: & subiungit quòd hæc lex habeat locum in libertis futuris, non autem præsentibus, vel iam mortuis. h. d. vsque ad finem. Saly.*

His tantummodo casibus ex omni iure Latinitatis antiquæ electis, cæteri omnes modi qui in libris prudentium, vel constitutionibus enumerati sunt, penitus cõquiescant: b nec Latini ab eis procedant, sed maneant (vt dictum est) serui in sua conditione, nec tali remedio abuti concedantur. & ne in posterum aliquod ius Latinæ libertatis nostris legibus incurrat, lex Iunia taceat. Largiano senatusulto c cessante, fileat edictum diui Traiani, d quod ex ea sequebatur. & si qua alia lex, vel senatusconsultum, vel etiam constitutio loquitur de Latinis, ea inefficax quantum ad eam partem e remaneat: & triplex antea via libertatis, quæ multiplices introducebat ambages, vno directo tramite discat ambulare. ℣ Quòd si aliqua lex vel constitutio libertatis faciat mentionem, non autem Latinitatis: ea pro ciuitate Romana loqui intelligatur. ℣ Sed si quidã liberti iam mortui sunt, & bona eorum quasi Latinorum his quorum intererat, aggregata sunt, vel adhuc viuunt, nihil ex hac lege innouetur, sed maneant apud eos iure antiquo firmiter detenta & vindicanda. ℣ In futuris autem libertis præsens cõstitutio locum sibi vindicet. Dat. Kalend. Nouemb. Constantinop. post cõsulatum Lãpadij & Orestis. IIII. Conss.

## *TITVLVS VII.*

## DE COMMVNI SERVO manumisso.

*Olim si socius legabat libertatem cõmuni seruo: si erat miles, eius hæres compellebatur illum emere, & libertatem dare. quod non erat in priuato. & ex aduerso socius compellebatur vendere, ne libertas deficeret: & si conueniebant de precio, index illud arbitrabatur. Hodie verò siue sit miles, siue priuatus, qui vel inter viuos, vel in vltima voluntate seruum communem vellet manumittere, compellitur socius, siue sit vnus, siue plures, illum ei vel eius hæredi vendere: nec pro precio ad iudicem recurritur: quia lex ista cassatur in versicu. ne autem quantitas. & si precium oblatum non recipiat, sufficit in æde sacra deponi, vt hic in versicu. sin autem socius. & peculium serui inter socios pro rata dominii debet diuidi. & si seruus ratiocinium erat suppositus, tenetur prius reddere rationes intra tempus à iudice prætaxandum. hoc dicit vsque ad versicu. sin autem vno ex sociis. Saly.*

B 1. Imperator IVSTINIANVS A. Iuliano præfecto prætorio.

IN† cõmunes seruos, eorúmque libertates, & quando cuidam domino pars libertatem imponentis accrescit, necne, & maximè inter milites, qui huiusmodi imponunt libertates: ambiguitas multa exorta est apud veteres iuris authores: & inuenta est constitutio apud Martianum in cõstitutionibus diui Seueri, per quam idem imperator disposuit necessitatem imponi hæredibus militis comparare partẽ socij, & seruum libertate donare. ℣ Sed & alia constitutio f diuorũ Seueri & Antonini principum reperta est, ex qua generaliter necessitas imponebatur socio partem suam socio vendere, quatenus libertas seruo imponatur: licet nihil g lucri ex substantia socij morientis alij socio accedat: precio videlicet arbitrio prætoris constituendo, secundum ea quæ & Vlpianus libro sexto fideicommissorũ, & Paulus libro tertio fideimissorũ refert: vbi & hoc relatũ est, quod & Sextus Aelius * iuris antiqui conditor definiuit, socium per prætorem compelli suam partem vendere, quatenus liber seruus efficiatur: quod & Marcellus apud Iulianum in eius Digestis notat: hócque Marcellum, cum Iulianum notaret h, retulisse, palam est. ℣ His itaque i apud veteres iuris auctores inuentis, decidentes tales altercationes, generaliter sancimus, vt nulla inducatur differentia militis seu priuati in seruis communibus: k sed in

*Famulis.*

a *Denegauimus.* supra eo. §. sed scimus. &. §. similque modo. &. §. illud.

b *Conquiescant.* Non tamẽ tollit modos manumittendi: vt supra de his qui in eccles. manumit. l. fi. & instit. de liber. §. multis.

c *Senatusconsulto.* quo cautum est, vt liberi manumissoris non nominatim exhæredati, extraneis hæredibus eorum in bonis Latinorum præponerentur: vt instit. de suc. liber. §. fi.

d *Traiani.* quod edictum faciebat viuum ciuem Romanum: Latinum autem morientem, si inuito & ignorante patrono ad ciuitatem ire beneficio principis volebat: vt instit. de succes. lib. §. fina.

e *Ad eam partẽ.* Not. scripturam pro parte tenere, pro parte non: vt in authent. vt cum de appel. cog. §. sin autem. colla. viij. & dixi supra de transac. l. si ex falsis.

f *Sed & alia constitutio.* prima constitutio compellit hæredem emere. hæc secunda socium vendere. & vtrunque speciale: sed hæc secunda generaliter quemlibet socium, sed prima tantum militis hæredem.

g *Licet nihil.* immo contra, argu. supra de fideicommis. lib. l. deberi. sed ibi totus erat alienus.

h *Notaret.* id est reprehenderet.

i *His itaque.* scilicet relictis ambiguitatibus.

k *Seruis communibus.* scilicet manumittendis.

BIU Cujas

omnibus communibus famulis,[a] siue inter viuos, siue in vltima dispositione libertatē quis legitimam imponere communi seruo voluerit, hoc faciat: necessitatem [b] habente socio vendere partem suam quantam in seruo possidet, siue dimidiam, siue tertiam, siue quantamcunque. ¶ Et si plures sint socij: vno [c] ex his libertatem imponere cupiente, alios omnes necessitatem habere partes suas quas in seruo possident, vendere ipsi qui libertatem seruo imponere desiderat, vel hæredi eius: licet & ipse communis seruus hæres institutus sit, & hoc moriturus [d] dixerit: ita tamen, vt omnimodo ipse, qui partes alias comparauerit, vel hæredes eius libertatem imponant. ¶ Sin autem socius vel socij recusauerint precium accipere: licentiam ei damus offerre hoc per publicas personas, & sigillo impresso in ædem sacram [e] deponere, & sic habere facultatem seruum libertate donare, & eum habere plenissimam libertatem, & ciuitate Romana perfrui, & nullum timere ex sociis. sibimet enim imputent, [f] si cùm liceret eis lucrari precium, hoc accipere distulerunt. ¶ Sed ne circa peculium serui aliqua fiat dubitatio: peculium eius in omnes socios peruenire iubemus ex partibus pro quibus quisque [g] dominium serui possidet: ¶ Licentia concedenda ei qui libertatem moriens imponit, etiam eius peculium quod ei attingit, liberto concedere. [h] ¶ Iura autem patronatus proculdubio pro suo ordine ad eum venire, qui libertatem donauit. ¶ Sin autem seruus ratiociniis suppositus est: ne ratiocinia pereant, vel libertas impediatur, præsidem prouinciæ, vel competentem iudicem tempus statuere oportet, intra quod debeat (ratiociniis antea factis, & debitis quæ ex his apparuerint, redditis) ita ad libertatem venire. ¶ Ne autem quantitas [i] seruilis precij sit incerta, sed manifesta: sancimus serui precium, siue ancillæ, si nulla arte sunt imbuti, viginti solidis † taxari: his videlicet qui vsque ad decimum annum suæ venerint ætatis, in decem tantummodo solidis* ponendis. ¶ Sin autem aliqua arte præditi sunt: exceptis notariis & medicis, vsque ad triginta solidos precium eorum redigi, siue in masculis, siue in fœminis. ¶ Sin autem notarius sit, vel medicus, siue masculus, siue fœmina: notarius [k] quidem vsque ad quinquaginta, medicus autem vsque ad sexaginta taxetur. ¶ Sin verò eunuchi sint serui communes, maiores decem annis: si quidem sine arte sint, in quinquaginta solidos computentur: si autem artifices, vsque ad septuaginta. ¶ Minores etenim decem annis eunuchos non amplius triginta solidis æstimari volumus, [l] & eorum partem competentem socij accipient, & libertatem eis per competentes iudices imponere compellentur.

*Vbi vnus ex sociis primo petiit seruum manumittere, postea alius idem postulat: potior est primus. sed vbi omnes concurrunt à principio, vel ex postfacto, omnes compelluntur sine precio: & tunc omnibus seruatur ius patronatus illæsum. hoc dicit vsque ad. §. ius autem accrescendi. Salycetus.*

Sin autem vno ex sociis libertatem siue imponere, siue relinquere [m] seruo cupiente, & precium dante, alter, vel alteri ex his ipsi se velle dixerint libertatem imponere, & precium dare: melior quidem causa erit eius qui primus ad hanc rationem pietatis peruenit. Si tamen sub obtentu libertatis [n] & ipsi ad hoc prosiluerint: tunc iudicem competentem omnes cōpellere sine precio ei libertatem imponere: peculio quidem in omnes secundum partem dominij distribuēdo. ¶ Iura autem patronatus secundum sui naturam omnibus qui libertatem imposuerint, æqualiter habentibus.

*Vbi vnus ex dominis communi seruo libertatem legabat, partem suam amittebat, & socio accrescebat: quod hodie est correctum per hanc legem. & libertas competit eo modo quo supra: vt institu. de dona. §. fin. Saly.*

Ius autem accrescendi, quod antiqua iura in cōmunibus seruis manumittendis introducebant, nullius esse momenti, nec in posterum frequētari penitus cōcedimus. Dat. Kal. April. Lāpadio & Oreste. IIII. Conss.

vnus dixit in solidum se velle libertatem imponere, & precium dare: & alius postea veniat idem offerens: prior potior erit habendus. Si vero vnus pro parte velit libertatem imponere, & alius sequens similiter, nullo hinc inde refuso precio, omnes libertatem imponere compellantur: & peculium pro parte dimidia inter eos distribuatur, iure patronatus æqualiter omnibus reseruato. Iure autem accrescendi, quod ab antiquis erat inductum, penitus euacuato, nec in posterum frequentari concedatur. Viuianus.

*solidos.

a *Famulis.* id est seruis.

b *Necessitatem.* Nō. quem cogi vēdere: vt & no. supra de iure deliber. l. nec emere. Sed an prius detur libertas, quàm precium soluatur? Respond. immo prius soluetur precium: vt hic innuit, &. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. offerri.

c *Vno ex his.* non ergo statur iudicio maioris partis: vt. ff. de ser. rusti. prædio. l. per fundum.

d *Et hoc moriturus.* scilicet quòd vult esse eū liberum, & emi à sociis. si enim hoc non dixit, videtur instituēdo seruum communem voluisse hæreditatem suis sociis per eandem personam acquiri: vt & in legato dicitur: vt. ff. pro socio. l. verum. §. seruo communi. &. ff. ad. l. Falci. l. Plautius.

e *In ædem sacram.* vel ibi vbi competens iudex disposuerit: vt. ff. de vsuris. l. acceptam.

f *Imputent.* quid si aliquis eorum erat minor vigintiquinq; an? Idem dicam, ar. ff. de fideicommiss. lib. l. cum quidā. §. si plures. argu. cōtra supra de admini. tut. l. lex quæ tutores. hoc secundum H. & hæc eadem in adscriptitio plurium intelligē: vt arg. infra de agrico. & censi. l. ne diutius. lib. xj.

g *Pro quibus quisque.* quandoque pro viribus: vt. ff. de stipula. seruo. l. j. §. si seruus. quandoque in totum apud alterum, vt si solus concesserit: vt. ff. de pecu. l. quis ergo.

h *Concedere.* quod semper ei conceditur cum inter viuos manumittit: vt infra de peculio eius qui libertatem meruit. l. vnica. Accursius.

*Sin autē seruus.* ] CAVS. Si seruus suppositus est ratiociniis: ne rationes pereant, vel libertates impediātur, præses tempus statuet, intra quod rationes & reliqua siqua emerserint, reddantur: & sic ad libertatem perueniet. consequenter in versic. ne autem. dicitur qualiter faciendā est æstimatio serui. & per se patet. Si vero

i *Ne autem quantitas.* ad hoc supra communia de lega. l. fin. circa prin.

k *Notarius.* id est scriptor.

l *Volumus.* quæ æstimatio est supra communia de lega. l. si duobus.

m *Relinquere.* scilicet in solidum, & in hoc differt ab vltimo casu huius legis.

n *Sub obtentu libertatis.* non mouetur ideo ad hoc, quòd alius idē vult facere. nam & si alius nollet, iste ad hoc veniret, & sic contemplatione libertatis tantum, non astutia facit hoc. Vel dic, cum vterque vult in solidum & totum manumittere, & alteri precium offerre: tum potior est is qui primo venit. Sed si is qui secundo venit, velit suam solam partem serui manumittere: tunc vterque compelletur suam partem manumittere. & ad hanc. l. facit institut. de dona. §. finali.

CVm apud. ] CAVS. Olim inter veteres cōuenit, vt seruus cōmunis apud vnumquemque dominorum partim esset alienus, partim propri⁹. & si vnus dominorum partem quam habebat in seruo, legauerit ipsi seruo, dicendo sic, do lego te tibi. inter eos quęstio erat, quem sensum haberent verba ista. distinguit ergo Imperator, quòd testator aut putauit posse illū fieri liberum pro par-

BIU Cujas

pro parte, aut comtemplatione socij: vt sua pars socio acquireretur, quòd nolebat eum ad hæreditatem peruenire: dicit quòd sic sunt verba testamenti interpretanda, vt pro parte fiat liber necessitate imponenda socio de vendenda parte sua hæreditatis diuidendæ per leg. proxi. & si precium recipere noluerit, consignetur, & periculo suo deponatur: cum in ambiguis benignior sententia sit præferenda.

a *Et ipse legato.* Nam seruo communi potest legari: & acquiritur socio tũc legatum: vt hic, & .ff. pro socio. l. verũ. §. seruo cõmuni. sed p̃prio non: vt .ẽ. de lega. l. seruis.

b *Ex parte seruum.* hic fatuus erat error: quia non potest pro parte esse liber, & pro parte seruus: vt .ff. de liber. cau. l. duobus. & de exceptione rei iudicatæ. l. iudicare. & de lega. ij. l. cum filius.

c *In sua parte donare.* potest ergo sibi legari ipsemet. & sic est contra. ff. de hæredi. institu. l. sed & si sub conditione. §. fina. Solu. ibi erat hęres institutus seruus, vnde nec dicitur à seipso sibi legari. hic autem hæredes sunt filij, à quibus inuenitur sibi legatus.

*Legari sibi an possit quis à seipso.*

d *Fiat itaque.* Futurum itaque tempus significat: id est fiat, pręstito scilicet precio, vel oblato: vt dixi. ẽ. l. j. §. necessitatẽ. & hic subiicit: & sic non erit pro parte liber, sed totus simul.

e *Humaniorem.* vt & ẽ. de fideicommiss. liber. l. cum inter veteres. in fin.

*DE SERVO PIGNORI dato manumisso.*

*Cõtinuatio.* *Superiori titulo videbatur communio impedire manumissionem, hic pignoratio i & ideo de hoc post illum ponit.*

*Licet.*] CASVS. Certum est quòd maritus seruum dotalem, si soluendo est, manumittere potest: sed si mulieri sit specialiter obligatus, an eum manumittere possit, quæritur? Dicitur q̃ non, ea inuita. Viuianus.

*precium.* f *Dotale.* quod datum est inæstimatum: vt & ẽ. de rei vxor acti. §. & cum lex.

g *Manumittere.* vt & ẽ. de iure do. l. & si dotis. & .ff. de manumissio. l. seruum dotalem. ex quib⁹ collige quòd vir dominus est rei dotalis. quod verum est. Sed argu. contra. ẽ. de iure dot. l. in rebus. vbi de hoc dices. nam aliàs non posset manumittere, nisi esset dominus: vt. j. titu. ij. l. si non proprietatem. nec ei pignorari res sua: vt. ff. de pigno. acti. l. si rem alienam. quod hic permittitur.

g *Si te.* seruum dotalem.

*Qui legat seruo communi seipsum: videtur ei legare libertatem. Item quando verba possunt dupliciter intelligi, debent interpretari in humaniorem partem. Bald. Vel sic: Si alter ex dominis partem quam habet in seruo, ipsi legauit: dicitur ex benigna interpretatione libertatem relinquere: & sic habent locum quæ dicta sunt in præcedenti. Salycetus.*

II. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

CVm apud omnes iurisperitos hoc placitum est, vt seruus communis apud vnumquemque dominum partim sit proprius, partim alienus, vt ex hac causa possit & ipse legato a honorari, & ipse legari: huiusmodi incidit quæstio: Duo vel plures domini communem seruum habebant, sed vnus ex his ipsi seruo suam partem quam in eo habebat, legauit. Et semel accepta dubitationis occasione, hoc vetustas in magnũ extulit certamen. Nos igitur sensum huius legati crebra indagatione aggredientes, duplicem eum esse opinamur. Aut enim putauit testator liberum fieri posse ex parte seruum, b qui huiusmodi legatum ei reliquit: aut si hoc minimè cogitauit, affectu socij fecit, vt ei acquiratur: hæredes autem suos eundem seruũ possidere minimè voluit: vt sit manifestum à suo patrimonio penitus esse eum alienatum. ℣ In tali itaque cõparatione nos qui fautores libertatis sumus, sic ambiguam testatoris interpretamur volũtatem, tanquam si voluerit eũ libertate in sua parte donare. c Et cum iam de communibus seruis manumittendis statuimus, quid in huiusmodi casibus fieri oporteat: ex illius sanctionis tenore, & huiusmodi species sit definita. ℣ Fiat itaque d liber ex parte quidem testatoris, secundum eius voluntatem: ex altera autem parte, ex nostra definitione, precio, * secundum prædictæ constitutionis tenorem, [vel socio] vel sociis ab hærede præstando, vel si accipere noluerint, tam eam offerendo, quàm consignando, & periculo eorum deponẽdo: cũ satis abundéque imperiale est, humaniorem e sententiam pro durioribus sequi.

*TITVLVS VIII.*

## DE SERVO PIGNORI dato manumisso.

*Maritus est dominus rei dotalis. ad hoc allegatur. Baldus. Vel sic: Maritus dotis dominus, seruum dotalem manumittit, sed non inuita vxore cui specialiter pignori dedit. Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Proculo.

LIcet dotale f mancipium vir qui soluendo est, possit manumittere: g tamen si te pignori quoque datum h mulieri apparuerit: inuita ea non posse libertatem adsequi, i non ambigitur.

*Quod specialiter declaratur, validius operatur quàm quod in genere prædicatur. Baldus. Vel sic: Tacita bonorum obligatio, etiam fisci, nõ impedit libertatem serui, nisi fraus & euentus interuenerit. Salycetus.*

II. Iidem AA. Abascanto.

LIbertas à debitore fisci seruo data qui pignori non est ex conuentione speciali, sed tantum priuilegio fisci obligatus, k nõ aliter infirmatur, quàm si hoc fraudis consilio effectũ l detegatur.

*Etiam expressa generalis obligatio bonorum non impedit seruum manumitti: sed specialis eiusdem serui. Salyc. & Bald.*

III. Iidem AA. Antonio.

AB eo qui bona sua pignori obligauit quæ habet, quæque habiturus esset, posse seruis libertatem dari, certum est. m ℣ Nõ idem iuris est in his seruis qui pignoris iure n specialiter traditi vel obligati sunt.

*Consentiente creditore, debitor iure manumittit seruum quem specialiter pignori dedit. Salycetus & Baldus.*

IIII. Imp. ALEXANDER. A. Sabiniano.

SI (vt proponis) consentiente creditore, o cui pignoris iure cum aliis mancipiis obligatus fuisti, à debitore manumissus es: potuisti ad libertatem peruenire. P P. VI. Id. Maij. Alexand. A. Cons.

*Ad rescindendum aliquod factum, non potest quis suam vel quasi suam turpitudinẽ allegare. Bald. Vel sic: Satisfactio creditorum confirmat libertates manumissorum. nec fraus propria à debitore allegata, ei patrocinatur. Salycetus.*

V. Idem A. Extritatiano.*

SI creditorib⁹ satisfactũ fuerit: ancillę quę pignori obligatę à debitore manumissę erãt, liberæ fiunt. nam ipse manumissor, si fraudẽ se fecisse creditor

h *Datum.* specialiter & expresse: vt. j. e. l. iij.

i *Adsequi.* nisi forte seruus pecuniã soluat: vt. ff. de hære. institu. l. pignori.

*Libertas.*] CASVS. Si cum fisco contraxisti: omnia bona tua tacite sunt obligata propter priuilegium suum. Si ergo seruum tuum ei specialiter nõ obligatum manumisisti: an reuocetur libertas, quæritur? Dicitur quòd non: nisi fraudis consilium habueris.

k *Obligatus.* nam contrahentis cum fisco bona omnia tacite obligantur: vt. j. in quibus casibus pignus tacite contra. l. ij.

l *Effectum.* & cum effectu. & non currit decennium: vt. ff. qui & à qui. l. si cum fideicom missa. §. Aristo.

*AB eo.*] CASVS. Si generaliter omnia bona tua mihi obligasti: an seruum tuum possis manumittere, quæritur? Respõ. quòd sic. & hoc in prima. secus si seruus fuisset obligatus. & hoc in secunda.

m *Certum est.* vt. ff. qui sine ma. ad lib. peruc.

n *Si quis obligatum.* & hoc nisi in fraudem creditorum: vt. ẽ. l. proxi.

o *Iure.* vt. ff. de manumiss. l. seruus. & qui & à quib. l. seruum. & ẽ. de necess. ser. l. j. & hoc nisi ipse seruus se luat & soluat: vt dixi. ẽ. co. l. j. similis est differentia vt hic, & .ff. in quib. cau. pign. taci. contrahi. l. est differentia. & j. de pig. l. ij. & .ff. de fur. l. si is qui rem.

*Si vt proponis.*] CASVS. Si debitor seruum quẽ pignori obligauit, consentiente creditore manumiserit: an teneat manumissio, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuianus.

o *Creditore.* etiam minore. xx. ann. vt. ff. de manu. vind. l. si pater. §. fi. & .ff. qui & à qui. ma. l. qui in fraudem. §. fin.

*Si creditoribus.*] CASVS. Si in fraudem creditorũ seruum tuũ manumisisti, & postea eis satisfeceris: si postes vis reuocare libertatẽ, quia dicis te in fraudem credi-

BIU Cujas

dem creditorum manumisse:an sis audiendus, quæritur? Dicitur quòd non : quia propriam turpitudinem allegas. nec si tu in fata concesisti,audiendi erunt hæredes tui.

a *Non debet.* Nota non audiri quem allegantem turpitudinem suam. Item non licet venire contra suum vel prædecessoris sui factum, licet illud non tenuerit de iure. & est sic.ff.de transac.l.transactione.ij.&.j.de reuo. don.l.cum confitearis. & ff. qui & à qui. l.pignori.&.j.de reuo. his quæ in fraud.credi.l.filios.&.ff.de euic.l.vindicantem.& de lega.ij. l. qui solidum.§. etiam respublica. & .j. de libe. causa. l. si ab eo. & ff. de lega. j. l. si seruus plurium.§.j.& non potest venire contra factum suum : vt.ff. de rei vind. l.cum à matre. & ff.de adop. l.post mortem.& de ser.rusti.prædi.l.per fundum.

*Si tutor.*] CASVS. Si tutor emit seruum de pecunia pupilli:postea vult eum manumittere : an possit, quæritur ? Dicitur q̃ nõ,fauore pupilli: quia huiusmodi res pecunia pupilli comparatę,sunt pupillo obligatæ.

b *Obligati sunt.* nõ ergo sunt sui,licet sua, id est pupilli pecunia empti. sed & si velit eos etiam suos habere, ratificando emptionẽ bene potest : & tunc habebit vtilem in rem pupillus: vt.ff. arbi. tut. l. curator. & .ff. quando ex facto tuto. l.ij. Item not. hic magis priuilegiatum pupillum muliere & fisco : vt hic, & ff.eo.l.j.&.l.ab eo.

*Siue cum nupsisses.*] CASVS. Mulier aliqua dedit mihi seruũ in dotem, vel ex pecunia dotis seruum emit: an possit eum manumittere, quæritur? Dicitur quòd sic.vnde seruo manumisso, mulier supista mouebat quæstionem status.

c *Cõparauit.* vt &.ff.de iure do.l.ex pecunia.

d *Manumitti.* vt & .ff. eod.l.j.

ribus vt reuocet libertates, audeat dicere:audiri non debet,[a] nec hæredes eius.

*Serui empti à tutore de pecunia pupilli intelliguntur ei specialiter obligati:& ideo non possunt à tutore manumitti. Salycetus & Baldus.*

VI. Idem A. Auctioni.*

SI tutor tuus de pecunia tua seruos emptos manumisit: quoniam huiusmodi serui, sicut cæteræ res pupillaribus pecuniis emptæ, iure pignoris ex constitutione diuorum parentum meorum obligati sunt, [b] fauore pupillorum liberi facti non sunt.

*Res dotalis est in dominio & administratione mariti. Item res empta ex pecunia dotali, quia dotalis proprie est mariti, efficitur ipsius mariti iure dominii. Baldus. Vel sic : Serui dotales, siue empti de pecunia dotali, possunt à marito iure manumitti. Salycetus.*

VII. Imp. GORDIANVS. A. Iulianæ.*

SIue cùm nupsisses, mancipia in dotem dedisti, siue post datam dotem de pecunia dotis maritus tuus quędam cõparauit:[c] iustis* rationibus dominia eorum ad eum peruenerunt: ideoque frustra quæstionem super statu manumissorũ conaris inferre : qui eius facti qui comparauit, vel in dotem accepit, ab eo iure potuerunt manumitti.[d]

## TITVLVS IX.

## DE SERVIS REIPVblicæ manumittendis.

*Seruus ciuitatis potest manumitti ab ordine decreto præsidis interueniente: nec fuga vicarii est iusta causa ipsum reuocandi in seruitutem. Salycetus.*

I. Imp. GORDIANVS A. Epigono.

SI ita, vt lege municipali,constitutionibúsque principum cõprehenditur, cùm seruus publicus esses,ab ordine(consentiente etiã præside prouinciæ) manumissus es:[e] non ex eo quòd is quẽ dederas vicarium, in fugam se conuertit, iugo seruitutis quod manumisione euasisti, iteratò cogeris succedere.

*Manumissus solenniter à ciuitate, potest matrimonium cõtrahere: & nati ex eo sunt liberi, & in potestate patris. Salycetus.*

II. Idem A. Hadrianæ.

SI decretum ordinis auctoritas rectoris prouinciæ comprobauit[f] quo is libertatem acceperat, cui postea fueras (vt proponis) matrimonio copulata:natã ex huiusmodi matrimonio,& ciuem Romanam esse, & in patris potestate,[g] non est opinionis incertæ.

*Sine causa iusta libertus etiam municipum non reuocatur in seruitutẽ, & non est iusta causa tabellionatus officium, licet tabellio seruus publicus appelletur. Et natus ex matrimonio contracto cum liberto, nascitur ingenuus, & ideo ad decurionatum adspirare non prohibetur. Salycetus.*

III. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA.& CC. Philadelpho.

TItulis[h] non præcedentibus* quibus[i] dominia seruorum quæri solent, municipum libertus seruus non efficitur. ⸢Si itaque secundum legem Vectibulici[k] † (cuius[l] legis potestatem senatusconsulto Iubentio Celso iterum,[m] & Neratio Marcello consulibus facto, ad prouincias[n] porrectam constitit) manumissus ciuitatem Romanam consecutus es: post verò vt libertus tabulariam [o] administrando, libertatem quam fueras consecutus, non amisisti : nec actus tuus filio ex liberis[p] † ingenuo susceptо,quo minus decurio esse possit,obfuit.

*Titulis.*] CASVS. Quo casu seruus priuati manumissus reuocatur in seruitutem, eodem modo & seruus vniuersitatis.Si consules ciuitatis Bonoñ.cõsentiente potestate,dato seruo vicario,vt sta tutum est tam in Italia quàm in prouincia, seruum reipublicæ manumiserint, & manumissus officium tabellionis administrauit, vt prius fecit : an propter hoc videatur libertas reuocari? dicitur quòd nõ:nec filiis nocet quo minus possint fieri decuriones.

h *Titulis.* scilicet venditione, vel dotis donatione,vel simili: vel reuocatione ex ingratitudine:vt.ff. de liber. cau.l.si vsusfructus.

i *Quibus.* id est quo: vt.ff.de in ius vocã.l.fina.& facit.j. de ingen. manu.l.scientis.

k *Vectibulici.* aliàs,Vectibilici.aliàs,Vectilibici. hic Vectibulicus tulit legem de huiusmodi seruis manumittendis.

l *Cuius.* scilicet legis Vectibulici.

m *Iterum.* consule.

n *Ad prouincias.* vt non solum in Italicis seruis, sed etiã in prouincialibus locum habeat.

o *Tabulariam.* quod officium omnibus seruis interdicitur : vt .j. de tabu. l. generaliter. lib.x.ideo autem videbatur obesse sibi, quia fuerat seruus publicus: vt.ff.de adop.l.non aliter. & sic ex eo natus, deberet cẽseri spurius: vtpote sine patre, de iure ciuili: vt.ff. de regu. iur.l.seruitutem.tamen aliud est : quia dicitur seruus, non quòd sit seruus:quia tabellio seruus esse non potest.j.de tabu.l.generali.lib.x. sed quia seruit reipublicæ. Item & aliud videbatur ei obesse : quia gesserat actum publicum:scilicet tabulariam:& actum reipub.nemo libertus gerere compellitur:vt.j.ne quis liber inuitus.l.j.&.ij.lib.xj.&.j. de libe.cau.l.liberos.

p *Ex liberis.* ideo dicit ex liberis,vt dicunt:quia si seruus esset, licet mater esset libera,& pater seruus fisci, filius sequeretur conditionem patris.& pro eis.j.ne de sta.defunc.l. si pater. idémque dicunt in filio Gynęciarij. Sed Ioan.cõtra.non enim patris conditionem in seruitute sequitur:vt.ff.de rei vindic.l.partum.sed in curiali conditione & in honoribus: vt.j.de decur. l.exemplo. & l.eos.&.l.nullus. lib.x. Dic ergo ideo dici ex liberis: quia si patrem habuisset seruum,esset spurius:& ideo nõ vocaretur ad decurionatum,vel ad aliam dignitatem,donec esset legitimus com

* *Titulo nõ præcedente.*

† *In manu scrip.Vectii libici.Cõti.*

† *aliàs, ex liberto ingenuo susce.*

*Filius in quo sequitur paternã cõditionem.*





*DE SERVIS REIPVBLICAE manumittendis.*

*De seruis singulorum dictum est: nunc autem tractat de seruis vniuersitatis cuiusque, id est reipublicæ Romanorũ, vel cuiuslibet ciuitatis. Azo.*

*Si ita.*] CASVS. Consiliarij ciuitatis Bonoñ.consentiẽte potestate manumiserunt seruum reipublicę.seruus ille vicarium suum pro se dederat, qui aufugit : an ideo magis reuocabitur iste in seruitutem,quæritur?Respon.quòd non. Viuianus.

e *Manumissus es.* sic ergo potest dari libertas : vt &.ff. de offic. præto. l. Barbarius.& de manu. quæ seruis ad vniuer. perti. impo.l.j.&.ij. idem in seruis ecclesiarum, per simile. arg.j.de præd. decur.li.x.l.fin.&.j.de decur.l.ij.eo.li.

*Si decretum.*] CASVS.Si à concilio Bonoñ.ciuitatis auctoritate potestatis interueniẽte,seruus ciuitatis manumissus vxo-

BIU Cujas

petitor: vt.ff.de decurioribus.l.generaliter.§.spurios.&.ſ.de ſuis & legi.libe.l.ex libera.

*DE HIS QVI A NON DOMINIS MANVMISSI SVNT.*

*EVM qui seruos.*] *CASVS.* Si seruum tuum quaſi proprium manumiſi: an ad æſtimationem ſerui tibi teneat, quæritur? Dicitur quòd ſic, vel ad id quod tua interfuit eum non manumitti.

a *Manumittit.* ſciens: aliàs, cum nullum precium habeat, non teneretur.

* *Cornelio.*

b *Quanti.* ſubaudi, vel quanti, ſi non eſt in litera &c. vel in fine ſupple, vel ipſum ſeruum: & ſecundum hoc precium & intereſſe eſt idem. Sed qua actione hæc æſtimatio petitur? Reſpond. præſcriptis verbis, vel in factum, vel vtili negociorum geſtorum, habendo ratum licet non ſuo nomine geſtum, & licet res extet. quod eſt ſpeciale fauore libertatis, ſcilicet quòd poſſit habere ratum negocium non ſuo nomine geſtum: & re nondum perépta, vel vſucapta: aliàs ſecus: vt.ſ. de rei vindica. l.mater. & de re. alien. non alienan. l.j. Item hac. l. manumitto alienũ: ſed duabus ſequentibus manumitto debitum alteri.

*TITVLVS X.*

## DE HIS QVI A NON dominis manumiſsi ſunt.

*Scienter manumittens seruum alienum vt proprium, tenetur domino hoc eligẽti ad precium. Salycetus.*

I. Imp. ANTONINVS.A. Cornelio.*

EVm qui seruos alienos ac ſi ſuos manumittit: [a] vt precium eorũm dominis, ſi hoc elegerint, dependat, [vel] quanti [b] ſua intereſt, ſæpe reſcriptum eſt teneri. P P. Kalend. Mart. Anto. A. & Balbi. Conss.

*Si procurator emit sibi seruos: antequam tradat domino, potest manumittere illos. Salycetus.*

II. Imp. ALEXANDER A. Mercuriali.

FEliciſsima, quam mandante te ſeruum emiſſe dicis, [c] ſi dominium ſerui quẽ manumiſit, nondum ad te tranſtulerat: [d] fruſtra petis vt denegata libertate eius quem manumiſſum dicis, poſſeſsio tibi tradatur.

*Non venditione hæreditatis, sed traditione rerum, transfertur dominium. Salyc. & Baldus.*

III. Idem A. Pompeio.

QVi tibi hæreditatem vendidit, antequam res hæreditarias traderet, dominus earum perſeuerauit: & ideo manumittendo libertatem ſeruo hæreditario præſtitit. [e] P P. VI. Kalend. Aug. Agricola & Clemente Conss.

*Habens precarium vsum, non adipiscitur dominium: & ideo rem alienare, vel statum mutare non potest. hoc dicit notabiliter. Bald. Vel sic: Tenens seruum precariò, non manumittit. Salycetus.*

IIII. Impp. VALERIANVS & GALLIEN. AA. Zoilo.

SI non proprietatem [f] donaueras, ſed miniſterium ancillæ dederas: libertatem mancipio dando, ea quæ precarium vſum habebat, dominio tuo nihil præiudicauit. Nemo enim alienum ſeruum quãuis vt proprium manumittat, ad libertatem perducere poteſt.

*Donator post traditionem desinit esse dominus & administrator. Bald. Vel sic: Donatori post traditionem interdicitur manumissio. Salycetus.*

V. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Marcellinæ.

SI tradita [g] ſunt ex donatione mancipia: ius manumittendi donatrix non habuit.

*Pater non potest supplere defectum filii qui in ætate reperitur. hoc dicit notabiliter. Bald. Vel sic: Filius qui per se non potest manumittere, nec patri potest consentire. Salycetus.*

VI. Iidem AA. & CC. Milio, * & aliis.

SI pater ſeruum veſtrum, licet vobis minoribus [h] viginti annis [i] cõſentientibus manumiſit: ei libertatem præſtare nõ potuit. [k]

*Decretum obreptitium non valet: & si princeps fallitur, impetrans punitur. sed si actus gestus temporis diuturnitate firmetur: tam ciuilis quàm criminalis pœna funditus euanescit. Baldus. Vel sic: Libertas præstita seruo alieno cum inducis vel principis decreto, nõ præiudicat domino vero: & qui principem fefellit, punitur pœna his statuta. & cessant ista, si seruus ille sibi libertatem præscripserit. Salycetus.*

VII. Imp. CONSTANTIN.A. ad Baſſum præf.præto.

SI à non dominis † libertas detur mancipio alieno: ſi quidem ab his iudicibus impetrabitur, quibus dandi ius eſt: ſine vlla trepidatione pœnæ [l] facilis diſſolutio eſt. ℣ Si verò

f *Si non proprietatem.* Not. vt.ſ.de vſufructu.l.vſufructu. &.ſ.de manumiſ. teſta. l. ſeruo. & .ff. pro donato. l. fin. Sed contra. ff. qui & à quib. l. competit. vbi valet manumiſsio facta ab eo qui poſtea apparuit ſeruus. Sed dic, ibi apparuit, ſcilicet ex ſuperuenien te cauſa: liber tamen erat tempore manumiſſionis.

g *Si tradita.*] *CASVS.* Si mulier aliqua ſeruum tibi dederit: an eum manumittere poſſit: vel ſi de facto manumittit, teneat manumiſsio, quæritur? Dicitur quòd non. Viuia.

g *Si tradita.* ſecus ſi non tradita: vt.ſ.eod.l. qui tibi.

*Si pater.*] *CASVS.* Si pater tuus te minore viginti annis cõſentiente ſeruum tuum manumiſit, tibi nõ præiudicauit: vnde non tenuit manumiſsio. Viui.

h *Minoribus.* ſecus ſi eſſet maior. ſic econtra pater per filium: vt.j. * *Milio communia de manu. l.* j.§. fin. ſunt enim vna perſona: vt inſtitu. de inuti. ſtipu. §. ei vero qui. aliàs non poteſt quis per alium manumittere: vt.ſ. de manumiſ. vindicta. l. nec mulierem.

i *Viginti annis.* vt.j.titu.j. l. ſi minor viginti an. lex Aelia Sentia cõtradicit: vt inſtitu. qui manumit. non poſ. hodie autem correctum eſt per authen. vt in authentica, vt ſponſa. largi. colla. ix. circa princ. quia dicitur quòd minor. xiiij. an. poteſt ſacere teſtamentum: † *Ex Theodo* ergo & manumittere. *lib. 4. c.*

k *Non potuit.* Hoc cũ ſeruus erat minoris. ſi alterius, licet ſibi obligatus, poteſt conſentire manumiſsioni. ff. de manumiſ. vindic. l. ſi pater. §. fina.

*Dominium an ſtatim quæratur domino per procuratorem.*

plenius: aut vterque geſsit, aut nullus, aut alter. ſi alter, vel vterque, ſtatim acquiritur domino: & ſic loquitur. ff. de acquiren. rerum domi. l. ſi procurator. & de dona. l. quod mihi. & de acquiren. poſſ. l. j. §. hæc quæ de ſeruis. &. §. ſequen. ſi neuter, non ſtatim, niſi ea res tradatur domino: vt .ff. de acquiren. rerum domi. l. res ex mandato. & hoc ſecundum B. R. & Ioan. nec placet diſtinctio M. dicentis aliud in procuratore ſpeciali, aliud in generali. nam confundit eum. ff. de adminiſtra. tuto. l. ſi duo. ſed eſt pro eo. ff. de mino. l. illud. §. ſi talis. & de procuratoribus. l. Pomponius.

*QVi tibi.*] *CASVS.* Si hæreditatem mihi vendidiſti: & antequam traderes, ſeruum hæreditarium manumiſiſti: an teneat manumiſsio, quæritur? Dicitur quòd ſic: quia ante traditionem eras dominus adhuc. Viuianus.

e *Præſtitit.* vt & .ff. de manumiſ. l. eum qui. ſed actione ex empto tenetur: vt.ſ. de hæredi. vendita. l. qui tibi. & de actio. empt. l. ſi ancillam.

*SI non.*] *CASVS.* Si ancillam meam ad tempus conceſſi tibi, manumiſ. vindic. l. ſi pater. §. fina.

*SI à non dominis.*] *CASVS.* Si aliquis ſeruum alienum manumiſerit: aut in præſentia iudicis ſimplicis, habentis tamẽ ius dandi libertatem: aut principis. primo caſu reuocabitur libertas, & ſine pœna. ſecundo caſu reſtituto domino ſuo, duo mancipia eiuſdem artis dabit domino, & tria fiſco. & hoc in prima & ſecunda parte. Si vero viginti annis tacuit, ita quòd nemo ſtatus moueat quæſtionem, & ille prædicta præſcriptione ſe tueri poſsit: à prædicta pœna erit immunis qui manumiſit: & ſibi imputet dominus quòd tanto tempore tacuerit. & hoc in tertia.

l *Pœnæ.* nominaliter ponitur. nullam enim patitur pœnam qui manumiſit. nam auctoritas iudicis excuſat: vt .ff. de his qui notan. infa. l. furti. §. ij. Item libertas valet: vt hic innuit. vel verius non valet: vt.ſ. eod. l. ſi non proprietatem. Alij ponunt aduerbialiter: & ideo dicit penè, quia cum opponitur præſcriptio. xx. an. non eſt facilis diſſolutio libertatis. & ſecundum primum modum poteſt legi. j. &. ſ.

*habentibus.*

BIU Cujas

a *Iubentibus.* id est consentientibus & auctorizantibus.

b *Et alia tria.* sic ergo in quintuplum: & sic est contra institu. de act.§.omnes. sed diuersis præstatur hæc pœna, fisco, & domino serui.

c *Præscriptione.* scilicet.xx.an.vt.j.de long.tempo.præscrip.quę pro liber. l. ij. Et not. quòd qui præiudicat sibi per negligentiam in vno, in alio similiter sibi præiudicat. sic. ff. vi bo.rap.l.iij.& de admi.tu.l.si pupillus.&.ĭ. ad leg.Falc.authen. sed cum testator. §. item si hæres. quædam argu. contra. ff. de alien. iu. mu.causa fa. l. item si res.in princ. Sed ibi alienatio tenuit à principio: hic non tenuit manumissio. Item nota simile econtra: quia si duo habeo auxilia,& in vno sum diligens, & sic in eo mihi non præiudico, immo mihi prouidi: quòd in alio videor mihi prouidere: vt.ĭ. de inoffic. testa. l. cótra maiores. &.ff. de condic.cau. da. l. si extraneus.

*QVI MANVmittere non poss.&c.*

CErtum.] *CASVS.* Si in testamento tuo Sticho directam libertatem reliquisti in creditorum fraudem, non aliàs reuocabitur: nisi consilium & euentus, scilicet quòd re ipsa sint fraudati, sequatur. & hoc in prima. Si vero te ab aliquo hærede instituto, à te fideicó. relinquatur prędiů Titio: an Titius inter creditores computetur, si tu minus idò neus seruos manumittas, quæritur? Dicitur quòd sic. & hoc in secunda. Viuianus.

d *In fraudem.* vt institu. qui ma.non poss. §.in fraudem.

e *Sequatur.* Sunt ergo duo necessaria in directis, scilicet consilium & euentus: vt hic. Sed in fideicómissariis sufficit solus euentus: vt hic, &.j.eodĕ.l.fina. & ff.de fideicómissariis li. l.ergo.§.si in fraudem. sic in datis inter viuos, duo exiguntur. ff. quæ in frau. credi. l. si quis cum haberet.& instit.qui ma.non poss.§.præualuisse.

f *Fideicommissum.* Non quod manumittens reliquerit, sed alius ab eo: vt apparet per.l.illam.j.de bo.aucto. iudi. poss.l.j. &.ff.ad legem Falcid.l.in ratione.j.§.quod vulgo. Item hoc cum est purum: secus si conditionale: vt.ff. qui & à qui. l.qui in fraudem. & ff.de act.& oblig.l.is cui.

SEruos.] *CASVS.* An seruus ordinarius principis vicarium suum manumittere possit, quæritur? Dicitur quòd non.

g *Seruos.* argu. contra.ff. qui & à quibus. l.competit. *ADDITIO.* Glo.soluit ibi duobus modis: dic vt in ea.

h *Nec per interpositam.* Non solum per se, sed nec per interpositam personam.

iubentibus [a] nobis quicquam lege actum esse doceatur, & nõ dominus vt alienum mãcipium manumitteretur, petisse probetur: tunc eodem qui in conspectu nostro libertatem monstrabitur à non domino consecutus, ei protinus ad cuius proprietatem pertinet, restituto: is qui mancipium alienum fallendo principis conscientiam manumisit, mancipia duo cogatur domino eius dare, eiusdem sexus, ætatis, atque artis, cuius constiterit esse manumissum, & alia tria [b] fisco eadem ratione similia. ℣ Quæ mulcta non semper imponitur, sed potius conquiescit, si fortè manumissus inferentem sibi quæstionem status, obiecta legitima præscriptione [c] potuerit excludere: cum sibi amissi mancipij damna debeat imputare is qui in perniciem suam gesta taciturnitate firmauit. PP. Idib. Iul.Constantino.A.V. & Licinio Cæs.Conss.

*TITVLVS XI.*

QVI MANVMITTERE non possunt: & ne in fraudem creditorum manumittatur.

*Fraudis nomine continetur consilium & euentus. Bald. Vel sic: Vt libertates directæ reuocentur tanquam in fraudem creditorum datæ, duo requiruntur, scilicet fraudis consilium, & euentus: & creditor intelligitur etiam cui ex vltima voluntate ad libertatem præstandam debetur. Salyc.*

I. Imp. ALEXANDER.A. Antiocho.

CErtum ius est, non aliàs directas libertates per legẽ Aeliam Sentiam quæ sunt in fraudem [d] creditorum manumissorum datæ, reuocari, nisi & consilium fraudis, hoc est animus manumittentis, & euentus damni suum recipere volentiũ sequatur. [e] Inter creditores autem etiam eos numerandos esse quibus fideicommissum [f] debetur, olim placuit. PP.III. Id. Nouemb. Max.V. & Aeliano Conss.

*Seruus etiam per interpositam personã seruum peculiarem non manumittit. Salyc.*

II. Idem A. Nataliano.

SEruos [g] meos nec per interpositam [h] personam ad libertatem perducere homines peculij sui posse, mandatis principum comprehenditur.

*Quod fit in spectaculo & populi tumultu, pro infecto debet haberi. Bald. Vel sic: Ad exclamationem populi facta manumissio non tenet. Salycetus.*

III. Idem A. Iustinæ.

DIuo Marco auctore amplissimus ordo censuit, ne quis in spectaculo [i] quod edatur, actorem suum alienúmve [k] seruum manumitteret: & si factum esset, pro infecto haberetur.

*Minor annis viginti non potest tradere seruum ad manumittendum. Salyc. Hodie hoc est correctum quando manumittit in vltima voluntate. nam sufficit atas legitima ad testandum: vt in authentica hic posita. Baldus.*

IIII. Idem A. Felicissimo.

SI minor annis viginti [l] ad libertatem præstandam homines [m] tradidisti: senatusconsulto, quod gestum est, irritum constituitur. [n]

IN AVTHEN. vt spon.larg.§. & hoc quoque. colla.ix.constitu.ij.

SEd hodie ex quo testari possunt, & libertates possunt relinquere: [o] antiqua lege cessante.

*Non dicitur fraudatus ille qui precium recipit. Bald. Vel sic: In fraudem fisci non potest libertas præstari: nec dicitur fraudari, vbi precium fuit solutum redemptori manumittenti. Salycetus.*

V. Idem A. Prisco.

SI in fraudem eorum quæ fisco debebantur, probari potest libertas data: non valet. P ℣ Sed si pecuniam is quem patrem [q] tuum appellas, sitam personam.

DIuo Marco.] *CASVS.* Dum potestas pulsat ad harẽgam, & populo cõgregato, coram populo quis velit seruum suum scilicet actorem manumittere, vel alterius officij seruum: libertas data non tenet. & hoc senatores censuerunt diuo Marco auctore. videtur enim iste talis coactus manumisisse: quod esse nõ debet: vt.ff. qui & à quib.l.si paratus.

i *Spectaculo.* id est sub aspectu populi: vel ad exclamationem populi: quia videtur coactus manumittere: vt.ff. qui & à quib. l.si priuatus: & argu. j. de pœnis. l. decurionum.

k *Alienum.* id est aliũ ab actore.

SI minor annis viginti.] *CASVS.* Si minor.xx. an. seruum suũ ad manumittẽdum tradidit, non tenebit manumissio.

l *Si minor annis viginti.* cõcor.ĭ.tit.j.l. si pater.

m *Homines.* scilicet vicarios.

n *Constituitur.* vt.ff. de mino. l.verum.§.quòd si minor. & de verb. oblig. l.si minor. & de seruis expor. l. iiij. Sed contra.ff. de manumiss. vindic. l.illud.§.j. Solu. ibi fuit seruus datus minori hac lege vt manumittat: hic à minore datus alij. Item contra.ff. de manumiss. l.iiij.§.nec interest. Solu. ibi non fuit lex à minore apposita vt manumitteretur, sed ab ipso seruo qui hoc pepigit cũ emptore vt manumittat eum.

SEd hodie.] *CASVS.* Ista authent. extenditur tantum ad seruos qui in testamento manumittuntur: & est clara. Viuianus.

o *Relinquere.* Hoc aptatur ad illam solam libertatem quæ in testamento datur: vt in corpore huius authenticæ dicitur: & verbum, relinquere, innuit: vt.ff.de tabu. exhi.l.j.§.fin. ergo nec olim, nec hodie manumittit minor viginti annis inter viuos, nisi causa cognita: quia nec lex Iustiniani permittit minori.xvij.annis, nisi in testamento: vt institu. qui manumit. non poss.§.fin.&.§.eadem lege.

SI in fraudem.] *CASVS.* Libertas in fraudem eorum quæ fisco debentur, data, non valet. Si vero debitori fiscali aliquis pecuniam pro seruo subministrauit, & sic manumissus est, non reuocabitur libertas: cum nihil de bonis debitoris per hoc fuit deminutum.

p *Non valet.* vt.ff. de iure fisci. l. in fraudem.§. à debitore. nisi præscriptione decem annorum defendatur: vt.ff. qui & à qui. l.si cum fideicommissa.§. Aristo.

q *Patrem.* vt cũ esset seruus, & pater tuus erat, scilicet naturalis.

a *Emptori.* scilicet supposito à se qui emerat à fisci debitore.
b *Defiisse.* cum precium succedit loco rei: vt.ff.de peti. hære. l.si rem.

NEc fideicommissariam.] CASVS. Libertatem seruo testatoris per fideicommissum relictam dandã à pupillo, an tutor pupilli prẽstare possit, quæritur? Dicitur quòd non. Idem erit si rogata erat pupilla seruum suum manumittere certo tempore ætatis suæ, nec fecit, sed ante tempus illum tutor manumisit: quia manebit in seruitute, nec erit liber. alij modi casum ponendi sunt, sicut dicitur in glo.

ç *Prætare.* nisi infans sit. tunc enim sufficit solus tutor, sicut in hereditate: vt.ſ. de iure deliberan. l. potuit. & l. si infanti. & hoc in seruis testatoris. si autem essent pupillæ, non opus forsan esset inquisitione: & sufficeret auctoritas tutoris: vt.ſ. quando decreto opus non est. l. fina. & l. j. vel dic secundo quòd non potest tutor manùmittere ante certam ætatem quam statuerat testator. nam postea posset solus tutor. ar. ff. de manu. l. iiij. §. nihil autem. & de mino. l. verum. §. item quæri. Vel tertio dic ꝙ hic est casus qui est. ff. de manu. l. seruus furiosi. Sed arg. cõtra. ff. de fideicom. lib. l. ex causa.

SI debitor.] CASVS. Si ex administratione tutelæ vel curæ, adulto vel pupillo factus sis debitor in. x. & te non existente soluẽdo, fideicõmiss. libertatem, non fraudis consilio Sticho reliqueris: cum in fideicommiss. libertatem solus euentus damni sufficiat: licet fraudis consilium non interceſsit, non valet legatum.

d *Inſpici tantùm.* vt. ff. de regul. iur. l. fraudis. Sed cur est secus in directis: vt.ſ. eo. l. j? Requãm fideicõmissaria. rantur illis quæ dantur inter viuos: at illæ existunt hęc duo: vt instit. quo errore à qui ma. non poſſ. §. in fraudem. vel directę cõ petunt statim adita hæreditate, nullo hæredis beneficio: fideicommissarias ipse præstat: at nihil vltra vires hæreditatis præstare tenetur: vt.ſ. ad leg. Falcid. l. succeſſores. & ff. ad Trebell. l. j. §. penulti.

*QVI NON POSSVNT AD LIBERT. &c.*

*Dixit supra quando manumiſsio impeditur ex persona manumittentis: nunc quando ex persona manumiſsi.*

VM diuus.] CASVS. Si seruus ob delictum condẽnatus fuerit vt in perpetuis sit vinculis: an si ei libertas fuerit relicta vel hæreditas, possit illam capere, quæritur? Dicitur quòd non.

† *al. ſimpliciter, Antoninus. aliàs nullus A. scribitur.*

*Libertas directa fauorabilior eſt Requãm fideicõmiſsaria. † Verbum Claudi⁹ pra uo errore à librariis inſerti delendũ eſt, cum nec Claudi⁹ centũ annis ſenior fuerit horũ imperatorũ pater. Contius.*

emptori [a] dedit, & ab eo redemptus, ad libertatem perductus est: nihil videtur bonis defuisse [b] eius qui fisci debitor dicitur.

*Solus tutor non præstat libertatem à pupillo debitam. Salycetus.*

VI. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIA. AA. & CC. Olympio.

NEc fideicommissariam libertatem à pupilla sua seruis debitam tutorem posse prẽstare, [c] certi iuris est. vnde si hos quos tu rogata fueras manumittere tempore certo ætatis tuę, ad libertatem nõ perduxisti, sed tutor manumisit, remanserunt in seruitute.

*In fideicommissariis libertatibus fraus consideratur ex euentu tantum. Salyc. Et collige hic quòd fauorabilius est directum quàm obliquum: quod tene menti secundum Baldum.*

VII. Iidem AA. & CC. Zotico.

SI debitor ex administratione curæ dominus tuus non soluendo constitutus, fideicommissariam tibi reliquit libertatem: cum in fideicommissariis libertatibus euentũ inſpici tantùm [d] obtinuerit, nihil eius voluntas tibi prodesse potest.

*TITVLVS XII.*

## QVI NON POSSVNT ad libertatem peruenire.

*Serui damnati ad perpetua vincula, nõ possunt ad libertatem perduci: nec damnati ad tempus, durante tempore pœnæ: sed finito sic: & libertas medio tempore eis relicta, tunc eis prodeſt. Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS † AA. Torquato.

CVm diuus † [Claudius] pater meus constituerit, à prẽsidibus prouinciarum, vel qui coërcendorum maleficiorum potestatem habent, in perpetua vincula damnatos ad libertatem perduci non posse: hi qui [e] intra tempora pœnæ liberi & hæredes esse iussi sunt, aut legatum fideicommiſsúmve acceperũt: neque libertatem [f] adipiſci, neque quicquã eorum quæ his data sunt, capere possunt. [g] ℣ Quòd si pœnæ tempus compleuerint: iam omni vinculo exoluti, & quaſi ad priſtinam vel simplicem [h] seruitutis conditionem redacti,* & libertatem, & siqua testamẽtis dominorum illo [i] tempore defunctorum acceperunt, sine vlla quæstione pœnæ præteritæ consequantur. [k]

*Prohibitus in pœnam à testatore manumitti, non potest etiam per emptorem ad libertatem perduci. prohibitus vero propter aliquod miniſterium familiare, officii neceſsitate ceſsante non prohibetur venire & manumitti. Salycetus.*

II. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. Theodoro.

IS quidem qui [in] testamento vetitus est manumitti, ad libertatem non potest [l] peruenire: sed in proposito interest vtrúmne eos quos cum filio educatos esse testator expresit, propter familiare miniſterium, & vsum filiorum neceſsarium, & venire, & manumitti vetuerit, an quaſi malè meritis pœnam irrogauerit. [m] Nam priore casu, morte eius cui consulebatur, obsequij neceſsitate finita, libertas potest [n] peruenire: posteriore [autem casu] id quod pœnæ causa in seruos statutum est, neceſse est vires suas obtinere: quandò [o] † diuis parentibus meis † placuerit huiusmodi testamentorum leges perpetuam seruitutem malè meritis seruis irrogare, vt nec per suppoſitum emptorem ad libertatem perduci possint. [p]

*TITVLVS XIII.*

## QVIBVS EX CAVSIS serui pro præmio libertatem accipiunt.

A vel dic ꝙ debeat esse in vinculis vsque ad annum, si medio tempore fuerit ei relicta &c. Si vero tempus pœnæ iam effluxerat, & postea aliquid ei relictum est: sine vlla quæstione pœnæ præteritæ, quę ei relicta sunt, consequetur. & hoc in secunda. Viuianus.

e *Hi qui.* subaudi à simili, hi qui &c. & sic mutat casum.

f *Neque libertatem.* vt &. ff. de manumiſ. l. seruus hac lege. & qui & à quib. l. ille. §. fin.

g *Possunt.* nisi causa victus legetur: vt ff. de his quæ pro non script. haben. l. si in metallum. & de ali. lega. l. seruos.

h *Simplicem.* nã prius dupliciter erant serui, cum essent in vinculis. Dic ergo simplicem ad differentiã geminę seruitutis.

i *Illo.* quo erant capaces. & sic contra. ff. de leg. ij. l. cum filius. §. seruus. Sol. hic eo tempore quo iam sunt capaces, vel secundũ Pla. illa secũdum istam. pto prima. ff. cõmunia prę. l. fin. in fine.

k *Conſequantur.* vt. ff. de pœnis. l. fratres.

*ISquidem.] CASVS.* Si testator in testamento suo vetuerit seruum suum manumitti: an ad libertatem peruenire possit, quæritur? Distinguitur: aut noluit eum manumittere, quia voluit eũ in miniſterio hæredis pſistere: aut in modum pœnæ, quaſi malè meritum vetuit manumitti. primo casu, mortuo hærede ad libertatem potest peruenire: secundo casu non: nec si hæres in emptorem aliqua alienauit. Viuianus.

l *Non poteſt.* vt & ſ. de testa. manu. l. contra voluntatem. & ff. de manumiſsio. l. seruus hac lege. & j. de v- fucap. pro empto. l. iij. & ſ. de re. ali. non alie. l. finali.

m *Irrogauerit.* Quid si est dubium? Respon. fortè non præsumam pœnam esse fauore libertatis.

n *Libertas poteſt.* impoſsibile est.

o *Quãdò.* id est quia.

p *Poſsint.* nisi in casu, puta si vindicauit mortem testatoris: vt. ff. ad Sylla. l. si quis in graui. §. vtrum. Item & quando propter pactionem: vt. ff. de manumiff. l. seruus hac lege. Accurſius.

*QVIBVS EX CAVSIS SERVI PRO præmio libertatem accipiunt.*

*Dixit quando propter delictũ non manumittũtur: nunc econtra quando propter merita libertatem conſequuntur.*

QVoniam.] CASVS. Si seruus morte domini in publicum detulit, & strenuus in accusando extiterit, aduerſarium conuincẽdo: an ob hoc liber effici mereatur, quæritur? Dicitur

BIU Cujas

citur quòd sic: non ipso facto, id est ipso iure, sed ex præsidis sententia: vel non eoipso quòd prosiliit ad accusationem, sed conuicto aduersario. Viuianus.

a *Quoniam religiosa.* quia ad superiora etiam habent respectum.

b *Ad augendam.* in his seruis qui habent eam.

c *Pronocandámque.* in his vel in eis qui nó habent eam. sic &.ſ. de bonis quæ lib. l. ij.

d *Non ex ipso.* id est non ipso iure. Vel dic, non eo ipso quòd prosiliit ad accusationem: sed demũ conuicto aduersario: vt hic, &.ſ. de preci. impera. offe. l. j. & ff. ad Sylla. l. iij. §. vtrũ. & de iure pa. l. pe. Et not. quòd est orcinus: vt. ff. qui sine ma. ad lib. perue. l. qui ob necem. sed alia. ff. de bo. lib. l. si necem. dicit quòd nullius. Sed dic scilicet nullius viuentis: & non puto hic reddi precium à fisco: cum domini negocium gesserit. aliud in casu. j. l. proxi.

*Seruus qui vindicauit necem domini, pro præmio consequitur libertatem sententia contra occisores lata, & non ante. Salycetus.*

I. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. Firmino.*

QVoniam religiosa [a] solicitudo ad augẽdam [b] prouocandámque [c] fidei obseruationem iuris præmio adfici debet: si ad vlciscendam necem domini, incorruptis probationibus, ac strenuo nisu constiteris: libertatem, quã his qui dominorum cædem vindicant, iampridem senatusconsultis, & statutis principũ præstari sancitum est, etiam tu pro tam ingentibus meritis non ex ipso [d] facto, sed aditione & sententia præsidis reportabis. P P. VII. Id. Decembr.* & Max. Conss.

*Seruus. ] CASVS.* Si seruus cudentem adulterinam monetam in publicum detulerit, ad libertaté perueniet, soluto à fisco precio serui domino. Viuia.

e *Percipiant.* Sed an idem vbicunque serui pro præmio accipiunt libertatem à lege? Videtur quòd non: vt. ff. adlegé Falc. l. æris. sed illa magis innuit contrarium. Accursius.

*Si quis. ] CASVS.* Si aliquis virginem rapuit, & ita potuit accusari crimine capitali: & amici virginis cum raptore, vel sub dissimulatione pertransierint: si seruus rales in publicum detulerit, ad libertatem perueniet. Viuianus.

f *Raptus.* genitiui casus.

g *Transmissum.* ex eo quòd dicit trãsmissum, præsumit Io. quòd liceat transigi, quasi dicat, finitur quantum ad transigentem: vt. ff. ad le. Iul. de vi pu. l. qui cœtu. §. qui vacantem. Est tamen arg. contra. j. de rap. virg. §. fi. Item contra. ſ. de transact. l. transigere. Solu. vt ibi.

*ADDITIO.* Tu dicas cũ Bart. in dicta. l. transigere. ſ. de transact. in. ij. col. versicu. his expeditis venio &c. quòd super raptu paciſci aut transigi licet: quia. d. l. transigere. solum adulterium excipit: de quo dicas latius vt ibi per eum.

h *Donetur.* precio à fisco soluendo: vt. ſ. l. proxima. alij habent aliter leges transpositas.

*Si desertorem. ] CASVS.* Si seruus desertorem militiæ in publicum detulerit: an pro præmio mereatur libertatem, quæritur? Respond. quòd sic.

i *Prodiderit.* id est manifestauerit.

k *Donetur.* Et hic dicit Irn. dandum precium à fisco: nam & hic consuluit fisco.

*DE INGENVIS MANVMISSIS.*

*De seruorum manumissione dictum est: sed quia ingenui homines de facto quandoque manumittuntur, ponit quid iuris sit de ingenuis manumissis. Azo.*

*Desertor militiæ potest à quolibet accusari: & ex hoc seruus consequitur libertatem. Baldus.*

IIII. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Syagrium præfec. præt.

SI desertorem militiæ seruus prodiderit, [i] libertate donetur. [k] * Id. Iul. Romæ.

TITVLVS XIIII.

DE INGENVIS manumissis.

*Ingenuus testamento manumissus non efficitur libertinus: & tamen tenetur manumittenti restituere quicquid de eius domo, vel eius contemplatione meruit. Bald. Vel sic: Si manumissus dicat se ingenuum, & obtineat in competenti iudicio: tenetur restituere tam habita à manumissore, quàm eius occasione. Salycetus.*

I. Imp. ALEXANDER. A. Phileto.

SI ingenuum te ex testamẽto manumissũ esse dicas:† apud suos iudices [l] causam agere debes, [m] si tamen iustum contradictorem habes, id est eum qui se patronum tuum esse dicit: memor [n] senatum censuisse, vt qui post manumissionem [o] originem [p] repetierint:* ea quę de domo [q] manumissoris habent, ibi relinquant. In qua causa etiam legata, vt liberto data esse, iuris prudentibus placuit.

*Obsequia seruitutis non faciunt ingenuũ seruum. Salycetus.*

II. Imp. GORDIANVS. A. Pompeiæ.

INgenuam natam, neque nutrimentorũ sumptus, [r] neque seruitutis obsequium [s] faciunt ancillam, [t] neque manumissio [u] libertinam. P P. V. Id. Maij Sabino. II. & Venusto Conss.

*Natus ex ingenua, lite pendente est ingenuus. Vel sic: Vitium litigiosi non officit libertati. Bald. Vel sic: Si manumissa est postea ex antiqua causa pronunciata ingenua: liberi ante nati probantur ingenui. Salycetus.*

*Continuatio.*

*Si ingenuum. ] CASVS.* Si liberũ hominem quem credebas seruum tuum esse, in testamento tuo manumiseris: & ille in ingenuitatem proclamauerit: an bona quæ occasione manumissiõis acquisierit in domo manumissoris, apud hæredẽ relinquere debeat, quęritur? Dicitur quòd sic. Idem est si ei tanquam liberto aliquid fuerit legatum. Viuia.

l *Iudices.* scilicet præsides prouinciarum: vt ſ. de peda. iudi. l. ij.

m *Agere debes.* actione in rem præiudiciali: vt inst. de act. §. præiudiciales.

n *Memor.* scilicet tu.

o *Manumissionem.* scilicet de facto.

p *Originem.* id est ingenuitatem.

q *Ea quæ de domo.* & etiã post manumissionem quæsita ex re manumissoris, nõ aliàs: vt ff. de libe. causa. l. de bonis. §. fi. & facit ad hãc l. ſ. de dona ante nupt. l. ea. & de testa. l. neque professio. & institu. de leg. §. longe. & .ff. si liber. ing. esse dica. l. iij. &. j. ad leg. Iul. de adul. l. eum. in fi. &. ff. de lib. cau. l. si debitori. & .ff. de condic. inde. l. seruo manumisso.

† *Quædam exẽ. habent Si ingenuũ te, & ex testamẽto manumiss. esse dicas: apud suos iudi. caus. age. debes. Si taber. ing. mẽ iust. con tradic. habes. id est eum qui se patronum tuũ esse dicit, memine vis senatum &c.*

* *receperũt.*

INgenuã. ] CASVS. Si ingenua, vt ancilla nutriatur, vel obsequiũ quod consueuit ancilla præstare, prẽstitit: an ob hoc cp vel vt ancilla nutriatur, vel obsequium quod consueuit ancilla præstare, præstitit, ancilla dicenda sit, quæritur? Dicitur quòd non: nec si de facto manumittatur, libertinę conditionis efficietur.

r *Sumptus.* vt. j. de infan. expo. l. j.

s *Obsequium.* vt. j. de li be. cau. l. liberos. &. ſ. de ser. reipub. l. finali.

t *Ancillam.* etiam si per mille annos stetit vt ancilla: si tamen parata sit probare contrarium: vt. j. de long. tempo. præscript. quæ pro lib. l. fin. alioquin præsumam eam ancillam, si per. xxx. annos sic fuit.

u *Manumissio.* scilicet de facto: vt instit. de inge. §. finali.

*Si auiam. ] CASVS.* Si ingenuam, vt ancillam possedisti, & manumisisti: an ea in ingenuitatem prouocante, & obtinente: filij post manumissionem, & ante sententiam procreati, ingenui dici debeant, quæritur? Dicitur quòd sic: & nepos mulieris hanc consultationem faciens, si peritiores consuluisset, quòd tales essent ingenui, facilè cognouisset. Viuianus.



BIU Cujas

a *Solenniter.* per sententiam.

*Sententia ingenuitatis præiudicat inter omnes.*

b *Cognoscetes.* Nam sentétia ingenuitatis præiudicat inter omnes: vt.ff.de libe.causa.l.diui.§.j.&.ff. de sta.homi.l.ingenuũ. Sed contra.huic.l.j.de lib.cau.l.fin. Solu.ibi non erat causa liberalis: sed de dominio inter duos. vel hic erat libertatis causa: ibi ingenuitatis. Item argu. contra.j.res inter alios ac. immo hic quia ex ingenua nascitur, non ex sententia matris. & sic non ob. j. de libe. cau.l.fin.

*Cum cognatũ.*] CASVS. Si ciuitate habente bellum cum ciuitate alia, ingenuus aliquis captus fuerit & distractus: an seruus dicendus sit, quæritur? Dicitur quòd nõ: quia tales non dicuntur hostes: vt.ff.de capti. l.hostes. Vel dic: quia Palmyrena ciuitas bellum faciebat cum populo Romano, & captus erat liber homo, & distractus: cum quodam iure postliminij dicatur reuersus, eum præses prouinciæ reddet ingenuitati: nec seruus esse dicetur. Viuianus.

** factum.*

c *Ingenuum.* à natiuitate.

*Palmyrena.*

d *Palmyrenæ.* ciuitas est Palmyrena, quæ est in prouincia Phœniciæ prope Barbaricas gentes: vt.ff. de censi. l.j.& faciebant bellum cum populo Romano, & hunc ceperunt: eum denique vendiderunt: & sic iure quodã postliminij dicitur reuersus: vt.ff.de cap.l.ij. & l. fin. Vel verius faciebat bellum cum alia ciuitate: & sic iure non fuit factus seruus, cum non dicantur hostes: vt ff.de capti.l.hostes.

e *Factionis.* id est discordiæ. in mala enim parte ponitur.

** consisteret.*

*Iffamari.*] CASVS. Primo ponit regulam, deinde exemplum ad regulam quæ talis est: Status ingenuorum errore vel malignitate alicui[2] diffamari non debet. Exemplum tale est: Titius persæpius imposuit Seio quòd erat seruus: præsidem & eius successorem sæpius interpellauit, vt Titium citaret, & probaret Seium seruum esse, vel desisteret. Seij allegationibus auditis pronunciauit ne Seius à Titio super statu suo decætero inquietaretur. si igitur adhuc perseuerat in iniuria, debet Titium temperare. Viuianus.

f *Periniquum.* id est valde iniquum.

g *Alterum.* successorem.

h *Defensionibus.* id est iuribus.

i *Sententiam.* definitiuam, lite primo coram se contestata: vt argu.ff.de libera.cau.l.diui.§.j. secundum Al. Vel dic quòd præses statuerat certũ tempus, intra quod inciperet agere: quod potest, denegando sibi postea iurisdictionem: vt.j.de remiss.pign.l. si eo. &.ũ.de vsu.pu.l.fi.&.ff.de cur.bo.dan.l.j.§.quæritur.&.ff.quibus

*Iudex potest terminum præfigere ad agendũ.*

III. Imp. PHILIPPVS A. Felicissimo.

SI auiam tuam vti ancillam manumissam, postea ingenuam esse solenniter[a] constiterit, statúmque eius iustæ sententiæ tuetur auctoritas: filios eius, quanuis ante sententiam [iam] susceptos, ingenuã libertatem non immeritò flagitare, si cum peritioribus tractatum habuisses, facilè cognosceres.[b]

*In hostilitate inter duas ciuitates consistente captus, non efficitur seruus. hoc dicit secundum lecturam secundam.*

IIII. Impp. DIOCLETIA. & MAXIMIAN. AA. & CC. Agrippæ.

CVm cognatum tuum ingenuum[c] natum* ex Palmyrenæ[d] factionis[e] dominatione redemptum, velut captiuum distractũ esse dicas: præses prouinciæ ingenuitati suæ reddi eum efficiet.

*Diffamanti alienum statum terminus adsignatur ad proponendum, & probandum de iure suo. quo non probante, imponitur ei silentium ne vlterius infamet, vel inquietet. qui si non paret sententiæ, mulcta afficitur. Baldus. Vel sic: Contra diffamantem aliquem de seruitute, potest index ad instantiam diffamati tempus illi præfigere, intra quod debeat agere: aliàs vltra tempus non audietur. Salycetus.*

V. Iidem AA. & CC. Crescenti.

DIffamari statum ingenuorum seu errore, seu malignitate quorũdam, periniquũ[f] est: præsertim cum affirmes diu præsidem vnum atq; alterum[g] interpellatum à te, vocitasse diuersam partem, vt cõtradictionem faceret, si defensionibus[h] suis confideret.* vnde constat meritò rectorem prouinciæ cõmotum allegationibus tuis sententiam[i] dedisse, ne decætero inquietudinem[k] sustineres. Si igitur adhuc diuersa pars perseuerat in eadem obstinatione: aditus præses prouinciæ ab iniuria temperari præcipiet. Dat. pridie Noñ.*

*Famulatus liberi hominis etiam per tẽpus longum, non facit eum seruum. Salyc.*

VI. Iidem AA. & CC. Dionysio.

SCientis conditionem liberum non posse fieri seruum, euidentissimi iuris est. ſCum igitur[l] proponas patrem pupilorum quorum precibus fecisti mentionem, velut liberum te penes se habuisse in ministerium, licet in actu longi temporis: non præcedente vero titulo quo dominia quæri solent,[m] mutare tuam conditionem minimè potuit. S. VII. Kalend. Maij. AA. Conss.

*Non renunciatio causæ, sed natalium veritas probat quem ingenuum. Salyc.*

VII. Iidem AA. & CC. Matronæ.*

SIte & filios tuos ingenuos esse constat: natalium veritas vos tuetur. nam qui seruitutis mouerat quæstionem, apud acta causæ renunciando, ad ingenuitatis probationẽ nec nocere quicquam, nec prodesse potest.[n]

*Serui vel liberi, ex pacto non efficiuntur ingenui. Salycetus.*

VIII. Iidem AA. & CC. Callimorpho.

INgenui nascuntur,[o] libertini manumissione tantùm cõstituuntur.[p] pactum autem nec seruis[q] nec libertinis ingenuitatem adsignat: nec his[r] qui trãsactioni[s] non consenserũt,[t] quicquam præiudicare potest.

*Ex libertina matre natus est ingenuus: nec ei reuerso obest quòd in captiuitate hostium fuit. Salycetus.*

IX. Iidem AA. & CC. Potamoni.

LIbertina matre procreatam, ingenuam* nasci na-

A ex cau.maio. l.sed & si per prætorem.§. sed & si dum decreto. & ff.de optione leg. l. mancipiorum. &.l.si optio. §. fin. &.j.ad legem Iuliam de adulte. l.ob cõmissa. &.ff.de bo. aucto.iudi.possi.l.j.&.ij.& de Carbonia. edic.l. iij. §. duæ. & etiam pœnalem potest indicere mulctam: vt.ff.si quis ius dicen. non obtemp.l.j. in princip. Item contra.ũ. vt nemo inuitus. sed hic speciale. Et sunt hæc omnia argumenta pro scholari qui vult recedere, & Bononienses differunt eum conuenire in recessu.

** ingenuum*

k *Inquietudinem.* nam amittit causam cũ deest cognitioni contumaciter: vt.ff.de re iudicata. l. contumacia. & .j. de adser. tol. l. j. in fine.

*Cientis conditionem.*] CASVS. Si sciens vt seruum liberum possedisti: nõ propter hoc libero quo fiat seruus præiudicasti, licet ministerium quod serui consueuerunt facere, tibi præstitit longo tẽpore. nullo enim vero titulo intercedente, puta emptionis, vel donationis, nõ intelligitur sua conditio mutata. Viuianus.

** Patrem*

l *Cum igitur.* hic habes quòd absque lite contestata fuit hic lata definitiua sententia. Sed dic quòd statutus fuit terminus, maxime in casu qui sequitur, aliàs contra quandoque: vt.ff.de libera.cau. l.liberis.§. si quis sciẽs. sed certe ibi non fit seruus scientis.

m *Quæri solent.* vt.ff. de libera.causa.l.si vsus fructus. in princ.&.§.j. & facit.ũ.de seruis reipub.ma.l.fin.Accur.

*Ite.*] CASVS. Si alicui status quæstionem mouisti,& renunciasti coram actis, an alij præiudicet volenti ei status mouere quæstionem, quæritur? Dicitur quòd non sufficit ad probationẽ ingenuitatis ꝙ aliquando motę liti renunciasti. Viuianus.

n *Nec prodesse potest.* vt argu.ff.de lib. cau.l. diui fratres.

** ingenuum*

o *INgenui nascuntur.* vt & inst.de ingenuis.in prin.

p *Constituuntur.* vt inst.it.de lib.in princip.Item & per sententiam: vt.ff.de statu ho.l.ingenuum.

q *Nec seruis.* vt seruus vel libertus sit ingenuus: vt.j.de collusi. detegen.l.ij.& de libe.causa.l.parentes.&.l.post certi. ius autem patronatus bene remittit: vt supra de bo.lib. & de iure patronatus. l. fin. Item beneficio principis libertus fit ingenuus: vt.ff. de nata.resti.l.quæris.

r *Nec his.* scilicet patronis vel dominis.

s *Transactioni.* dedit enim aliquid seruus vel libertus domino vel patrono, vt fieret ingenuus: hoc quidem nó nocet non consentientibus.

t *Consenserũt.* idem si cõsensissent vt fierẽt ingenui, vt prædixit.

*Libertina.*

BIU Cujas

*Libertina matre.*] C A S V S. An natus ex libertina sit ingenuus, quæritur? Dicitur quòd sic. vnde si talis ab hostibus captus fuerit, vel ex libertina natus, sibi non præiudicatur quo minus sit ingenuus. Viuianus.

a *Iuris est.* vt institu. de ingenuis.in prin. & supra de oper. liber.l.antepe.

talibus, euidentis ac manifesti iuris est. [a] Cum igitur te matre libertina editam, deinde ab hostib⁹ captam, postliminio reuersam proponas, & nunc tibi seruitutis moueri quæstionem: consequens est adiri* præsidem prouinciæ, qui de causa liberali cognoscet, iure laturus sententiam, sciēs neq; huiusmodi matris conditionem, neq; captiuitatem, reuersis de statu pristino quicquam posse detrahere.

*Nomina sunt inuenta ad recognoscendum, non ad faciendum quem seruum, vel ingenuum. Salycetus.*

x. Idem AA. & CC. Athenodoræ.

AD recognoscēdos [b] singulos nomina comparata publico consensu, ob celādos natales ingenuis, si mutētur, minime nocet: †natósq;(licet in ministerio seruitutis) liberę cōditionis, non seruos possessio, sed status ingenuos edi perficit.

*Locatio operarum nec facit nec probat quem seruum. Salycetus.*

xi. Idem AA. & CC. Maximæ.*

SI vestram [c] possessionē nullus præcessit titulus, [d] sed ingenui constituti operas mercede placita locastis: nec statui vestro quicquam derogatum est, nec ad conuentionis implendam fidem soleniter agere prohibemini. [e] S. Non. Mart. CC. Conss.

*Plagio abducta ingenuitatem non perdit. Salycetus.*

xii. Iidem AA. & CC. Quietæ.

AD mutandum liberæ statū, cōmissum plagij nihil promouet: [f] sed abductam natales quibus nata est, post hunc etiam casum obtinere conuenit. S. III.*

*Absolutoria lata, quia non probatum, non propterea præsumitur quod reus adserebat esse verum. Item succumbens in causa ingenuitatis, non præiudicat sibi in causa libertinitatis, quin illam postea mouere possit. Salycetus.*

xiii. Iidem AA. & CC. Melandro*.

INgenuum [quis] se contendendo, nec probando, non amittit libertinitatem. [g] S. VII. Id. Decembris.

*Etiam per titulum fauorabilem status non amittitur. Baldus. Vel sic: Ignorantes desponsata vt ancilla, suæ ingenuitati non præiudicat. hoc dicit. secus si scienter. Salycetus.*

xiiii. Iidem AA. & CC. Aristoteli.

STatui ingenuæ ex eo solo quòd velut ancillæ sponsaliorum nomine data proponitur, [h] præiudicari nulla ratione potest. S. VII. Kalendas Ian.

## TITVLVS XV.

## COMMVNIA DE MANUMISSIONIBUS.

*Donantem.*] *CASVS.* Si ancillam alienam Titio donaſti: domino ancillæ nõ præiudicaſti: & ſi ſciẽs contra voluntatem domini contrectaſti,contraxiſti furtum, nec vſucapi poterit. Viuia.

f *Contrahere.* ſciẽtem rem alienam.

g *Procedere.* ſcilicet vitio furti impediẽte: vt ſ.de vſucapio. pro empto.l.j.

*Irritam.*] *CASVS.* Donatio pfecta retractari non debet. ſi vero credidiſti me dediſſe rem meam quam non dedi:error falſæ cauſæ nõ facit te dominum. Idem eſt ſi credas rem non meam:quia non vſucapies.

h *Licet.* temere vel ſine cauſa:vt hic,&.ſ.de condic.ob cauſam. l.ſi repetendi.& inſtitu.de dona.§.aliæ.ſed ex cauſa licet, ſcilicet ingratitudinis:vt.j.de reuocan.do.l.fina.

i *Error.* quia credebat rem ſibi eſſe donatam à domino, cum non eſſet.

k *Non defenditur.* nec enim ſufficit credere donatum,niſi & donatum ſit:vt hic,&.ff.eod.l.j.& de vſucap.l.Celſus. & inſtitu. de vſucap.§.error.niſi ſit iuſtus error,qui habetur pro titulo: vt.ff. pro emptore. l. quod vulgo. & pro ſuo.l. fin. Quid ſi pater filio in poteſtate poſito donauit, & filius credit donationem valere? Reſpon. non vſucapit filius etiam patre mortuo: quia donatio non valuit: niſi hæredes ratum habeant: vt.ff. eodem. l.j.§.j. &

*Æmens à pupillo ſine tutore, non vſucapit rem:tamen nõ reſtituit, niſi ei reſtituatur pecunia in qua locupletior factus eſt. Salycetus.*

IX. Idem A. & C. Caio.

EVm qui à pupillo ſine tutoris auctoritate diſtrahentem comparauit, nullum temporis longi ſpacium defendit. a Sed ſi locupletior b emptoris pecunia factus, poſt pubertatem occaſionem iuris ad iniquum c trahat † cõpendium:doli mali ſubmouetur exceptione. d CC. Conss.

*TITVLVS XXVII.*

DE VSVCAPIONE pro donato.

*Traditione & vſucapione pro donato dominium quæritur: idem in aliis titulum habentibus: vt .ſ. de pac. l. traditionibus. Bald. Vel ſic: Ex donationis titulo dominium transfertur,vel vſucapiendi cauſa bona fide recipienti paratur. Salycetus.*

I. Imp. ALEXANDER. A. Macedonio.

SIue fuerit dominus qui tibi loca de quibus ſupplicaſti,donauit:ſiue à non domino bona fide donata ſuſcepiſti, eáque vſucepiſti: auferri tibi quod iure quæſitum eſt, non poteſt. e P. V. Id. Mart.

*Res affecta vitio furti, non vſucapitur titulo pro donato. Salycetus.*

II. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS. AA. Capitonio.*

DOnantem ancillam alienam nihil domino deminuere, non eſt ambigui iuris: furtum etiam contrahere f citra voluntatem domini contrectantem, vt eius rei nec vſucapio poſsit procedere. g S. V. Id.April.AA.Conss.

*Sicut perfecta donatio non irritatur, ita inualida ad vſucapionem non patrocinatur: licet poſſeſſor iuris errore putet eſſe validam, vel putet donationem interceſſiſſe, quæ non interceſſit. Bald. Vel ſic: Ex donatione putatiua ſiue erronea non procedit vſucapio. Salycetus.*

II. Iidem AA. & CC. Rhodano.*

IRritam facere donationem perfectam nemini licet. h Vtique hoc verum eſt, ſi error i falſæ cauſæ ratione bonæ fidei non defenditur. k quod & in dominio pro vſucapione quærendo ſeruatur.

*TITVLVS XXVIII.*

DE VSVCAPIONE pro dote.

*Res mobilis in dotem data, ſi vitium vſucapionem non impedit, vſucapitur. Bald. Vel ſic: Maritus recipiens bona fide, vſucapit titulo pro dote rem dotalem vitio non affectam. Salycetus.*

I. Imp. ALEXANDER. A. Taurino.

REs mobiles in dotem datæ, quanuis alienæ, ſi ſine vitio l tamen fuerint à bonę fidei accipiente pro dotæ acceptæ, † vſucapiuntur.

*TITVLVS XXIX.*

DE VSVCAPIONE pro hærede.

*Sicut ſuus hæres non vſucapit titulo pro hærede: ita nec hæres hæredis etiam extraneus ex perſona defuncti. Bald. Vel ſic: Si hæres hæredis velit vti acceſsione auctorũ, non poteſt vſucapere pro hærede, quod defunctus eius non potuit. Salycetus.*

I. Imp. ANTONINVS. A. Theophilo.

CVm m pro hærede vſucapio † locũ nõ habeat: intelligis, neq; matrem tuã n cui hæres extitiſti, neque te vſu mancipia o ex ea cauſa p capere poſſe.

*Suus & neceſſarius hæres non præſcribit titulo pro hærede, etiam ſi habeat cohæredem extraneum. hoc dicit glo. Bal. Vel ſic: Vſucapio pro hærede, non procedit in filiis in poteſtate. Salycetus.*

*nõ validatur per vſucapionem.*

*Donatio inter viuos facta cõſtante matrimonio, an poſſit vſucapi.*

*Rhodiano.*

*DE VSVCAPIONE pro dote.*

*Res mobiles.*] *CASVS.* Si mulier rem alienam marito in dotem dedit bona fide: an maritus eam dotem vſucapere poſsit, quæritur? Reſpõ.quòd ſic.

l *Si ſine vitio.* quia nõ fuerunt furtiuæ:ſed diſtingue hic, quia cum res aliena datur in dotem: an ante matrimonium,an eo contracto. Primo caſu, ſi quidem æſtimata, non vſucapitur pro emptore, vel pro ſuo: ſi inæſtimata, tũc pro ſuo vſucapitur. Secundo caſu, ſi quidem inęſtimata,pro dote:ſi æſtimata, pro emptore: vt habes hæc.ff. eo.l.ij.&.iij.

† *al.fuerint bona fide acceptæ,pro dote vſucapiuntur.*

*DE VSVCAPIONE pro hære.&c.*

*Hoc titulo accipitur pro vero hærede. aliter accipitur, vt .ff. de peti. hære.l.pro hærede. & pro hoc.ff.eo.l.penult.*

*Cvm pro hærede.*] *CASVS.* Auus Titij maternus poſsidebat aliena mancipia: deceſsit, & ei ſucceſsit mater Titij quæ fuerat in poteſtate patris mortis ſuæ tempore. quæritur an ipſa, vel Titius qui matri ſucceſsit, poſsint vſucapere illa mancipia pro hærede? Reſpon.quòd non:quia in ſuo hærede, hoc eſt in filio vel filia exiſtente in poteſtate patris mortis tempore, non habet locum titulus pro hærede.

† *ſ.quib.ex cauſ. longi tẽp.præſcri. l.pe.*

m *Cum.* id eſt quando: vt quia eſt de ſuis heredibus:vt.j.eo.l.ij. Vel quia putatur mortuus qui viuit:vt.j.eo.l.opinione. &.ff.eo. l.j.Item ſi quis erret in tit.vt quòd credebat hæredem,cum non ſit:vt.j.eo.l.fin.

n *Tuam.* quæ fuit hæres auo.

o *Mancipia.* aliena quæ tenebat auus tuus vt ſua bona fide, & ſine titulo.

p *Ex ea cauſa.* quia ſucceſsiſſes auo tuo per conſequentiam: ſed quia ſucceſsiſſes matri cui es extraneus: vt inſtitu. de hære. qua. & differ.§.cæteri. potes ex tua perſona ſumere initium,non ſic ſi eſſes de ſuis:vt.ff.eo.l.ij.§.fin.

*Nihil.*

BIU Cujas

NIhil.] C A S V S. An sui, scilicet qui fuerunt in potestate defuncti, possint vsucapere pro hærede, quæritur? dicitur quòd non.

*Hæres suus & necessarius nõ præscribit titulo pro hærede, nec titulo pro suo.*

a *Suis hæredibus.* quia non habent titulum, cum viuo patre domini sunt: vt. ff. eodem. l. ij. §. fina. & de libe. & posthu. l. in suis. & instit. de hęre. quali. & diffe. §. sui. sed à patre inchoatam etiã pro hærede filius perficere potest: sed an pro suo vsucapiant? Videtur quòd sic: vt. ff. pro suo. l. pe. §. si pater. sed respõdeo, non: quia ibi fuerunt emãcipati. Vel fuit ibi à defuncto inchoata. Item hoc dicunt quidam esse verum, si est solus: si autem cum aliis, potest: vt arg. ff. de acquir. hęre. l. cum hæreditate. quod non placet. sed si defunct⁹ habuit malam fidem in re quam possidebat, vel scientiam rei alienæ: an hæres vsucapiat pro hærede sicut extraneus? Quidam dicunt sic, si ex sua persona vult sumere initium: vt infra de præscrip. long. tempo. l. j. &. ff. de acqui. possess. l. Pomponius. §. j. Ité alia ratione: quia titulum habet hæres, & non est res vitiosa: & habet bonã fidem: ergo vsucapit. sed Io. dicit contra. Primo, quia successor est vitiorum & culpæ defuncti: vt ifra de fruc. & li. ex. l. ij. &. ff. de diuer. & tépo. præscrip. l. cum hæres. & sic nõ valet argumentum eorum: quia licet sit bonæ fidei verè, præsumptiuè tamen est malæ fidei. Item secundo, quia pro vna persona habetur hæres, & defunctus: vt in authen. de iureiur. à mor. præsti. in prin. col. v. Ité tertio pro hoc expressè infra. e. l. fi. & infra ti. j. l. fi. Ité quarto pro hoc argumentum à contrario sensu: quod est. ff. de Publici. l. si ego. §. partus. Quinto pro hoc. ff. de vsuca. l. vbi. §. j. vbi dicit, vitium rei purgatum non impedit vsucapionem: ergo vitium personale etiam purgatum, impedit. Habet ergo locum hæc vsucapio quando habuit defunctus bonam fidem in re aliena: sed deficiebat titulus, quem habet hæres.

*Hæres est successor vitiorum & culpæ defuncti.*

*Tal. deest vox, magis.*

II. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Maurinæ.

NIhil pro hęrede posse vsucapi, suis hæredibus [a] existentibus, magis† obtinuit.

*Error non facit ius præsertim in lucro captando. Baldus. Vel sic: Viuens non habet hæredem: ideo vsucapio non procedit. Salycetus.*

III. Iidem AA. & CC. Diodoro.

OPinione falsa mortis pro hærede possessio rerũ absentis procedere non potest. [b]

*Vsucapio requirit titulum præcedentem: & quædam veniunt in petitione hæreditatis, quæ non veniunt in vsucapione. Baldus. Vel sic: Putatiuus hæres non vsucapit pro hærede: nec sine titulo procedit præscriptio. Salycetus.*

IIII. Iidem AA. & CC. Serapioni.

VSucapio [c] non præcedente [d] vero titulo procedere non potest [e]: nec prodesse, neque tenenti, neque hęredi [f] eius potest: nec obtẽtu velut ex hęreditate [g] esset, quod alienum fuit, domini intentio vllo temporis longi spacio absumitur. [h] Dat. VII. Kaleñ. Ia. CC. Coss.

TITVLVS XXX.

COMMVNIA DE VSVcapionibus.

*Colon⁹ corporaliter tenet: sed nõ possidet sibi, sed domino: & ideo nõ præscribit. Bal.*

*COMMVNIA DE VSVCAPIONIBVS.*

*Pertractatis vsucapionibus specialibus, supponit de communibus. Azo.*

QVi ex conducto.] C A S V S. Si locaui prædium colono, an possit vsucapere, quæritur? Respond. quòd non: quia non possidet. Viuianus.

I. Imperator ALEXANDER A. Sauino.

QVi ex conducto possidet, quanuis corporaliter teneat, non tamẽ sibi, sed domino [i] rei creditur possidere. neque enim colono vel conductori prædiorum longæ possessionis præscriptio acquiritur. PP. VII. Kal. April. Alex. A. V. & Marcello Conss.

*Mancipium fiscale nõ vsucapitur. Baldus. Vel sic: Res fisci nequeunt vsucapi. Salycetus.*

II. Idem A. Onesimæ.

IAmpridem quidem mancipium de quo supplicas, comparasse te dicis. sed si cogitaueris [k] rem fisci mei vsucapi non posse, respondere te actionibus fisci mei ĩtelligis: nec aliàs posse rei proprietatem obtinere, quàm si non ex ancilla fiscali [l] natum fuisse constiterit.

*Mala fides auctoris nocet successori singulari volenti vti actione singulari. Baldus. Vel sic: Vitium defuncti nocet eius vniuersali successori etiam bonam fidem habenti. Salycetus.*

III. Imp. PHILIPPVS A. & Cæs. Pantino.

SImala fide seruum tuũ sciẽs Antiochus tenuit: intẽtionẽ tuam contra successorem eius,

i *Domino.* si ergo dominus per se, ciuilem habet: per colonum, naturalem: vt hic, & infra de præscrip. xxx. an. l. malè. ergo colonus nullã omnino habet possessionem: vt *Nulla ei competit.* ff. de vsur. l. non solũ. §. j. & l. fi. Item probatur per hoc, quia si dominus à colono in possessionem non admittitur, tunc quæritur interdictum domino: ergo prius omnino possidebat. nã aliàs interdictum non daretur: vt. ff. de vi & vi ar. l. cum fundum. & l. j. §. interdictum autem hoc. & l. iij. §. eum. Sed arg. contra. ff. communi diui. l. communi diuidundo. ij. §. neque. Secundo quæro, an colonus possit interuertere possessionem, & sibi possidere: & sic dominus amittat naturalem possessionem? Respon. non. & in hoc casu prodita est lex infra de præscript. xxx. anno. l. ij. Tertio quæro, si animo deserendæ possessionis exierit de fundo colonus: an dominꝰ amittat? Quidam, vt Hugo & alij, quòd sic: vt. ff. de acquiren. possess. l. si colonus. sumpto ibi argumento à contrario sensu. nam dominus amittit etiam ignorans: vt. ff. de acquir. poss. l. peregrè. §. quibus. Sed arg. contra: vt. ff. de acquiren. poss. l. si de eo. §. j. & l. si id quod. §. j. nam illæ leges dicunt quòd etiam mortuo colono retinet dominus possessionem: & tamen constat quòd tunc colonus animum retinendæ possessionis non habet. Item pro hoc est infra tit. ij. l. cum nemo. Sed primi dicunt, non mutat quantum ad hoc, vt vsucapere possit. Quarto quæro, quid si colonus alij tradat, vel perdat: an desinat dominus possidere? Respon. non desinit dominus possidere, secundum quosdam: vt infra ti. ij. l. fi. Sed olim contra: vt. ff. de acquiren. poss. l. peregrè. §. quibus. Nos dicimus contra, quòd amittat: vt. ff. de acquiren. possess. l. iij. §. quod si seruus. licet sit argumentum contra infra eodem titu. l. quanuis. j. §. j. Sed recuperat dominus per condictionem ex lege. & ideo dicit. d. l. ex libris. infra de acquirenda possess. nullum domino posse fieri præiudicium. Quinto quæro, quid si seruus meus sibi dicat possidere? Respon. non desino, cum & ipsum possideam: vt argu. ff. de acquiren. possess. l. si de eo. in principio.

*Ius vsucapiendi.* *an ipse colonus.* *si colonus.* *animo dominꝰ* *dominꝰ amittat.* *Quidam hoc.* *si seruus.* *Recuperat.*

IAmpridem.] C A S V S. Si comparaui mancipium fisci: an possim id vsucapere, quæritur? Respon. quòd non. & si probo quòd id non fuerit mancipium fisci, nec natum ex ancilla eius, potero vsucapere. Viuianus.

k *Cogitaueris.* quod cogitare debes.

l *Fiscali.* vel alia ratione fisci facta. Sed aliud in vacantibus: quia vsucapiuntur omni titulo iure communi: vt infra tit. eodem. §. res fisci. Sed sine titulo tunc. xx. annis computandis ab eo tempore quo cœperunt bona esse vacantia. si autem velit computare ex eo tempore quo fisco fuit nunciatum, tunc sufficit quadriennium: vt infra de quadrien. præscrip. l. j. &. ff. de iure fisci. l. j. §. diuus. &. §. præscriptio. & de diuer. & tempo. præscrip. l. intra. Quod dixi in fiscalibus, vt non vsucapiantur.

*Vacantia an sine titulo capiantur.*

a *Non potest.* vt. ff. eodem. l. j.

b *Vsucapio.] C A S V S.* Ad hoc quòd procedat vsucapio, necesse est vt interueniat titulus, & bona fides. si ergo aliquis possidebat rem furtiuam, & ei successi: sicut non potuit vsucapere, sic nec ego. Viuianus.

c *Vsucapio.* credebam me extraneum hæredem cuiusdam, cum non eram.

d *Non præcedente.* credit se hæredem, sed non est.

e *Non potest.* vt & supra de rei vind. l. nullo. & infra de præscrip. longi temp. l. diutina. &. ff. de vsucap. l. Celsus. & hoc nisi sit error iustus: vt. ff. pro lega. l. pro legato. & pro suo. l. finali.

f *Neque hæredi.* si sit suus, vel si est extraneus, sed vult vti accessione defuncti. secus si ex persona sua velit initium sumere: vt dixi supra eodem. l. nihil.

g *Ex hæreditate.* quam credebam habere, & non habebam.

h *Absumitur.* id est non tollitur.

BIU Cujas

vsucapiantur: idem in rebus ciuitatum: vt arg.ff.ex quibus cau. ma.l.legatis.&.l.sed & si per prætorem.§.fi.sed.xl.annis præscribentur: vt infra de præscrip.xxx.an.l.omnes.nisi sint in publico vsu: vt.ff. de via publica.l. viam.

*Ciuitatum vsucapio non vsurpatur.*

*Si mala fide.*] CASVS. Antiochus mala fide possidebat alienum mancipium: successi ei, & bona fide possedi: an possim vsucapere, quæritur? Respon. quòd non: quia fuit vitiosum à principio. Viuianus.

a *Possidet*. successor propter vitium, nisi ex sua persona velit incipere, secundum quosdam. quod non placet: vt diximus supra titu. j. l. nihil.

*Hic vsucapio ad nullo tempore.*

*DE VSVCAPIONE transformãda &c. Quantum ad tempus.*

b Mancipi. *id est Italicorum & prouincialiũ, vt hodie æqualiter vsucapiãtur. olim enim immobilia in Italia tãtum biẽnio vsucapiebantur: mobilia vero anno vbique: vt instit. de vsucap. in princi. & supra de ser. fugi. penulti. & de vsufruc. l. corruptionem. & infra de anna.excep. l.* 1. *in principio.*

*Falsa vt comm.*

CVm nostri.] CASVS. Sicut remouit imperator nudum ius Quiritium, ita vult auferre duo vitia: quorum vnum est in tempore, aliud í loco. Olim enim res mobiles í omni loco vsucapiebantur anno, res immobiles biennio in Italia, sed res prouincialis immobilis nõ poterat vsucapi. hanc diuersitatem tollit Imperator, dicés quòd res mobilis í omni loco triennio vsucapiatur, res immobilis decennio inter præsentes, & viginti inter absentes: & hoc nõ solú in Italia, sed in prouincia. & in omni vsuca. exigitur bona fides à principio: nec superueniens scientia nocebit quo minus vsucapiat sciens rem alienã. &.h.d. Viuianus.

*Vsucapiat.*

c *Vigilãtia*. id est animus vigilans.

d *Quiritium*. id est Romanorum.

e *Sustulerit*. id est abstulerit, & remouerit: vt supra de nudo iur. Quiritium tollen. l. j. Vel, id est accepit nomen & substantiam, id est esse suũ à populo Romano: vt insti. de iure natu. §. sed & quod principi. Accursius.

f *Vel triginta*. in pignore præscribendo. xx. in quæstionibus fisci. & quod subiicit, & si quæ sunt similes: vt hypothecaria contra debitorem, vel eius hæredem: quæ in.xl. ann. extenditur: vt infra de præscri. xxx. vel.xl. ann.l. cum notissimi.in princ.

g *Vsucapionem*. immobilium.

h *Sed & si quis*. non solum enim est emendandum quantum ad locum, sed etiam quantum ad tempus.

i *Miseri*. Nota contra Italicos.

licet bona fide possidet[a], propter initij vitium vsucapio non absumpsit.

*TITVLVS XXXI.*

## DE VSVCAPIONE

transformanda, & de sublata differẽtia rerũ mãcipi[b] & nec mãcipi.†

*Semotis aliorum temporum articulis, res mobilis vsucapitur triennio: res immobilis longo tẽpore bona fide. mala fides interrũpit præscriptionẽ, & sublata est differentia rerũ prouincialiũ, & Italicarum. Bal. Vel sic: Hodie res prouinciales & Italicæ quãtũ ad vsucapionẽ sunt exæquatæ, & immobiles præscribũtur vbiq; spacio lõgi tẽporis: mobiles verò spacio triennii continui, interuenientibus à principio bona fide & titulo. nec mala fides superueniẽs etiam in hæredis persona impedit vsucapionem rectè initiatam perfici. Salycetus.*

1. Imp. IVSTINIANVS A. Ioãni præfecto prætorio.

CVm nostri animi vigilãtia[c] *ex iure Quiritiũ*[d] nomẽ & substantiã sustulerit[e], &† cõmunes exceptiones í omni loco valeant: decem vel viginti vel triginta[f] annorũ, vel si quæ sunt aliæ maioris æui, cõtinẽtes prolixitatẽ: *satis inutile† est vsucapionem[g] in Italicis quidẽ soli rebus admittere, in prouincialibus autẽ recludere. ℣ Sed & si quis[h] res alienas, Italicas tamen, bona fide possidebat per biẽnium, miseri[i] rerum domini excludebantur: & nullus eis ad eas reseruabatur regressus. quæ & nesciẽtibus dominis procedebant. quo nihil inhumanius erat, si homo absens & nesciẽs tã angusto tẽpore suis cadebat possessionibus. ℣ Ideo ℘ præsentẽ legẽ & in Italicis soli reb' quę ímobiles sũt, vel esse intelligũtur, k sicut annalẽ[l] exceptionẽ, ita & vsucapionẽ[m] trãsformãdã esse cẽsemus: vt tantũmodo & his decẽ vel viginti vel triginta annorũ, & aliarũ exceptionum tẽpora currãt, huiusmodi angustiis penit' semotis. ℣ Cũ autẽ antiqui & in reb' mobilib', vel se mouentibus, quæ fuerant alienatæ, vel quocunq; modo (bona fide tamẽ) detẽtæ, vsucapionẽ extẽdebant non tantum in Italico solo nexu, sed in omni orbe terrarum[n], & hanc annali tempore concludebant: & eam duximus esse corrigendam: vt si quis alienam rem mobilem seu se mouentẽ in quacunque terra, siue in Italica, siue prouinciali bona fide per cõtinuum[o] triennium detinuerit: is firmo iure eam possideat, quasi per vsucapionem *eam acquisitam, [hoc] tantum obseruando, vt in his omnibus casibus ab initio[p] eam bona fide capiat, secundũ quod exigit longi tẽporis præscriptio: & vt continuetur ei possessio etiam anterioris iusti possessoris, & connumeretur in decennium, vel viginti annorum spacium, vel tricennium. quod & in rebus mobilibus obseruandum esse censemus, vt in omnibus iusto titulo possessionis antecessoris iusta detentio quam in re habuit, non interrumpatur ex posteriore forsitan alienæ rei scientia, q licet ex titulo lucratiuo ea cœpta est. Ita etenim ampliatur[r] quidẽ longi temporis materia, quæ[s] ei[t] subdita est: minuitur autẽ vsucapionum compendiosa dominis iactura, & eius iura nocentia: †cum etiam res diuidi mancipi[u] & nec mãcipi sanè antiquum est: & meritò antiquari oportet, vt sit rebus & locis omnibus similis ordo, inutilibus ambiguitatib' & differentiis sublatis.

k *Intelliguntur*. vt mancipia rustica, & seruitutes rerum, vel personarum.

l *Annalem*. quæ tollitur, infra de anna.excep. l.j. in princ.

m *Vsucapionem*. scilicet immobilium.

n *Terrarum*. ex differẽtia enim locorum, &c. vt supra de temp. in integ. resti. l. superuacuam.

o *Per continuum*. Not. vt.ff. de vsuca. l. nunquam. §. j. &.ff. ℘ emp. l. ij. §. si seruus.

p *Ab initio*. Not. ℘ sufficit bona fides ab initio: vt hic, &.ff. de vsucap. l. sequitur. §. de illo. in fi. §. &.ff. de acqui. rerum do. l. bonæ fidei. §. in contrarium. &.ff. pro emp. l. ij. §. si seruus. &.ff. de dona. ínter vi. & vxo. l. si extraneus. in fi. Sed ar. contra. ff. de peti. hære. l. sed & si lege. §. de eo. &.ff. depositi. l. iij. in fine. & supra de incest. nup. l. cum ancillis. §. fin. sed iure canonum debet esse cõtinua bona fides: vt extra de præscrip. c. quoniam.

*ei quæsitã.*

q *Scientia*. siue eiusdem qui primo habuit bonam fidem, siue hæredis: vt hic, & instit. de vsuca. §. diutina. &.ff. pro emp. l. ij. §. si defunctus. &.ff. de vsuca. l. hæres eius. in fi. j. respon. secus in singulari successore, qui si scit, non vsucapit: licet ille qui dedit sibi, bonam fidem habuit: vt. ff. pro em. l. ij. §. si eam rem. Sed si mobilis est, nonne ex quo scit, furtum fit, & sic res vitiosa, & non procedit vsucapio? Respõ. secundum Azo. nõ fieri furtum: quia non facit dolo, cum titulum habeat: sicut & ille cui res mobilis locata est. primum enim tempus inspicitur, quo bonam fidem habuit: vt. ff. de ℘ traditio. seruo corrup. l. j. §. j. Itẽ potest esse quòd non contrectet, licet possideat. vel concedo etiã furtum fieri, & rẽ furtiuam: non tamen interpellat incepta vsucapio: sed incipienda sic. arg. ff. de fun. do. l. si fundum quem.

*Successoris mala fides an impediat vsucapionem.*

*†confer. §. ne. Insti. de rer. diuis. Contin.*

r *Ampliatur*. cum in omni re & loco valeat.

s *Quæ*. scilicet materia.

t *Ei*. scilicet vsucapioni.

u *Mancipi & nec mancipi*[a]. id est Italicæ, & prouinciales. & ideo dicuntur prouinciales nec mancipi, quia nec mancipantur id est supponuntur eorum dominio: nec enim erant domini propter tributa quæ præstabant: vt supra de episco. & cleri. l. de his. & ideo ibi locum vsucapio non habebat. aliàs autem dicuntur mancipes conductores salis: vt supra de vectig. l. si quis. hodie autem quantum ad acquisitionem dominij per vsucapionem, item quantum ad acquirendum per traditionem exæquatæ sunt: vt hic, & instit. de rerum diui. §. per traditionem. non autem quantum ad tributa.

*a Prolationi huius distinctionis interpretatione videbis Bu. in l. 2. ff. de orig. iu. Mancipes qui dicantur.*

DE

DE ACQVIRENDA ET RETINENDA POSSESSIONE.

Cõtinuatio. *Quia in vsucapionibus, de quibus dixit, & præscriptionibus, de quib* dicet, est possessio necessaria: vt.ff. de vsucap.l.sine.ideo de ea dicit. Et not.quòd hic dicit de retinenda, sed in.ff.dicit de amittenda. Sed dic quòd idem est.nam contrariorum eadem est disciplina: vt.ff.de verb. obli.l. inter stipulantem. §. sacram.*

PEr liberam.] CASVS. Si procurator meus nomine meo aliquã rem emerit, acquirit mihi ignoranti etiam possessionem: & si tradens non fuit dominus: antequam sciã quod ab eo gestum est, vsucapere non potero: sed interueniẽte sciẽtia ĩcipiã vsucapere. Viuia.

a *Per liberã.* etiã extraneã: vt hic, &.ẽ.per quas pso.no.acquir.l. j.& instit. p quas pso. no.acqr.§. ex his.&.ff. eodem.l.j.§. per ꝓcuratorẽ.& hoc siue habeat mandatũ, siue nõ, dummodo nomine domini quærat, vel saltẽ tradens hoc gestiat: vt ff.de dona.l. qui mihi donatum volebat.aliàs si neuter, non quærit: vt.ff.e.l. cõmunis.§. j. &.l.j.§.per procuratorem.& dixim⁹ supra de his qui à nõ do.ma.l.ij.&.ff.eo.l.j.§.per procuratorem.& quod in libera persona dicit, & de seruo alieno quẽ nullo modo possidet, vel possidet, sed mala fide, intelligas. idem si bona fide extra rem & operam. quærit enim, vt per extraneum, si modò eius nomine quærit: vt.ff.de acquiren.poss.l.si me in vacuam.§.fi.& sic non ob.ff.de acquiren.pos.l.j.§.sed & per eum.quia ibi non nomine possidentis quæsiuit mala fide possessus.

*Possessio quæritur p aliũ, nobis etiam ignorantibus.*

**al.Cauro.*

b *Personam.* vt.ff.de neg.gest.l.si ego.

c *Possessionem.* scilicet ciuilem & naturalem, secundum Hu.& etiam dominium: vt infra eodem.l.per procuratorem.

d *Interuenerit.* non ante: vt.ff. eodem.l. possessio quoque.§. fi.

*Vsucapio non quæritur ignoranti.*

Sed cur vsucapio non sic ignoranti, sicut possessio acquiritur? Respon. quòd in vsucapione inter cætera bona fides exigitur: vt supra tit.j.§. hoc tantummodo. ignorans autem, nec bonam, nec malam fidem potest habere: at in possessione non refert iuste quis vel iniustè possideat: vt.ff.eodem.l.iij. §. econtrario. Sed in casu etiam ignorans vsucapit, scilicet per seruum in re peculiari: vt.ff. pro soluto.l. ij. Item quãdoque licet habeat scientiam rei alienæ, tamen vsucapit: vt.ff. de nox.l. & generaliter.

*Possessio est triplex.*

Et nota quòd hæc possessio quæ per procuratorem acquiritur, habet multum iuris, & modicum facti: nam quæritur ignoranti, sed non vsucapio ignoranti, vt hic. Et est alia, quæ habet plurimum facti, quàm iuris, vt ea quæ per nos acquiritur: nam oportet quòd corporalis sit ibi apprehensio, quæ est facti, licet & animus sit necessarius. quod facile est: vt.ff. ex qui.cau.maio. l. denique.&.ff.e.l.iij. in princi.&.l.quod meo.in prin. hæc eadem habet multum iuris in retinendo, cum solo animo retineatur: vt infra eodẽ.l. licet. Est & tertia quæ dicitur habere plurimum iuris: vt quæ acquiritur à filio vel seruo ex causa peculiari: vt.ff. eodem.l. possessio quoque. in prin. nam possessio talis quæritur ignoranti: vt.ff. eodem.l. si me in vacuam. §. seruus. Et vsucapio ignoranti: vt.ff. pro solu.l. ij. Item & postliminium ibi locum habet: vt.ff. de vsucap.l. iusto.§. fin. Sed in casibus etiam quæ per me quæritur, habet plurimum iuris. Primus.ff.eodem.l.j.§. pe.&.l.quod meo.§.si venditorem.&.l.quarundam. Secundus.ff. de contrahen.emp.l. clauibus. Tertius.ff. de rei vindi.l. quædam.&.ff. eodem.l. quod meo. in prin. Quartus ĩfra de dona.l. quisquis. Quintus ĩfra de dona.l.j.quib⁹ casibus sine corpore acquiritur possessio. Vel dic quòd in his casibus interuenit actus corporalis, vel quasi. Accursius.

e *Vtilitatis.* vt quod non potest per se, faciat per alium: vt.ff. de procuratoribus.l. j. §. vsus.&.l.seruum.§. publicè. Item vt negotia absentium non deserantur: vt insti.de obli.quæ ex quasi contrac.§. j.

f *Prudentia.* aliàs, pridem: & aliàs, prudentia.& dic iuris prudentia: quia quod quis per alium &c.ff. de admini.tut.l. ita autem.§. gessisse.

## TITVLVS XXXII.

## DE ACQVIRENDA ET retinenda possessione.

*Per liberam personam ignoranti possessio acquiritur: sed solum scienti vsucapiendi conditio. Baldus.*

I. Imperatores SEVERVS & ANTONINVS AA. & CC. Attico.

PEr liberam[a] personã[b] ignorãti quoque acquiri possessionem, [c] & postquã sciẽtia interuenerit, [d] vsucapionis conditionem inchoari posse, tam ratione vtilitatis, [e] quàm iuris prudentia[f] receptũ est. PP. VI. Kalend. Decembr. Fusco & Dextro Conss.

*Qui domino sciente & patiente post cõtractum possedit, intelligitur per eundem in possessionem inductus. Vel sic: Quo ad acquisitionẽ dominii, paria sunt habere causam traditam & aditam, vel sciente & patiente domino possidere. Baldus. Vel sic: Patientia obligati tradere, pro traditione habetur: licet instrumento, quòd tradita fuerit, non contineatur. Salycetus.*

II. Imperator ALEXANDER A. Mauro.*

MInus[g] instructus est, qui te solicitũ reddidit quasi in vacuam possessionem eius quod per procuratorem emisti, [h] non sis inductus: cum ipse proponas te diu[i] in possessione [eius] fuisse, omniáque vt dominum[k] gessisse. Licet enim instrumento non sit comprehensum, quòd tibi tradita[l] sit possessio: ipsa tamen rei veritate[m] id consecutus es, si sciẽte[n] venditore in possessione fuisti.

*Possessio infanti quæritur per seipsum auctoritate tutoris, vel per procuratorem, vel per seruum.h.d. secundum communem intellectum. Baldus. Vel sic: Sicut per tutorem quæritur possessio infanti, ita per traditionem ei factam. Salycetus.*

III. Imperator DECIVS A. Rufino.*

DOnatarum rerũ à quacunque[o] persona infanti[p] vacua possessio tradita, corpore queritur. [q] Quanuis enim sint

g *Minus.* similis reprehensio.ff. de testamen.l.Domitius.& infra de fideiuss.l. blanditus.

h *Emisti.* non tamen ei fuit traditum: quia tunc possessionem & dominium per eum quæsisses: vt supra.l. proxi. & insti. per quas per.no.ac.§. ex his. Sed ad quid dicit, de vacua? Respon. quia sine ea non quæritur dominium, secundum quosdam, vt hic. Nos contra. nam licet sine inductione in possessionem non possit quæri dominium: sine possessione scilicet vera vel vacua tamen potest: vt.ff. de fun. do. l. si fundum.& de acqui. re. do.l. homo liber.§. quicquid.& de pecu.l. eo tempore. in fi.& quod dicit hic, de vacua, demonstratiue dicit: quia sic fuit de facto, vt & diximus supra de proba.l. cum res.

i *Diu.* id est decem, vel viginti: vt ar.ff. qui & à quib.l.si cum fideicommissaria.§. Aristo.& supra de peti.hæredi.l.si filius. Alij dicunt quòd motu iudicis: vt.ff. de iure delibe.l.j. in fi. Tu dic etiam si momento stetit, idem esse. Sed hic sic fuerat de facto: quia id quod dico diu, non ius, sed factum designat: vt.ff. de Publicia.l. cum sponsus.

k *Vt dominum.* quod præsumitur, nisi contrarium probetur: vt arg.ff. pro socio.l.merito.& infra de pigno.l.fi. Sed nonne semper quis præsumitur inuitus, & vetare: vt.ff. de furtis.l.qui ves. §. vetare? Sed hic debita erat possessio: & ideo non præsumitur inuitus venditor.

l *Tradita sit.* vel per hæc verba, tradidit. vel per hæc, confiteor me tuo nomine possidere. cum constat me possidere: vt.ff. eodem.l. quod meo. in prin.

m *Rei veritate.* sic.ff.de leg.& senatusc.l.de quibus.in fi.

n *Si sciente.* & volente, vel saltem non contradicente. secus si ignorante: vt infra.e.l.nec ex vera. Vel contradicente: vt.ff.e.l. si ex stipulatione.& no.hic patientiam comparari cõsensui: vt.ff. de cõtrah.emp.l. non idcirco.&.ẽ.ad Vell.si sine.§. fi.&.ff.si ser. vĩ.l.si à te.&.ff.ad munici.l.quoties.&.ff. de dona.iter vi.& vxo. l.si seruus communis.& in authen.de nup.§.si vero ipse.col.iiij.

*Donatarum.*] CASVS. Aliqua res donata erat infanti, & tradita, corporaliter apprehensa. an ei acquisita sit possessio? Respon. quòd sic, licet animũ acquirendi non habuit: quia si diceretur cp possessio sibi non acquireretur, quia non habet animi affectum plenum: sequeretur hoc, quòd nõ acquireretur etiã per tutorem, cum tunc non magis habeat affectum. Viuianus.

o *Aquacunque.* siue coniuncta, siue non.

p *Infanti.* infans propriè dicitur minor. vij. an. vt supra de iur. delib.l. si infanti.

q *Quæritur.* tutore authore.

Alioquin.

auctorum sententiæ dissentientes: tamẽ consultius videtur interim (licet animi plenus non fuisset adfect[a]) possessionẽ per traditionem esse quęsitam: alioquin [a] (sicuti consultissimi viri Papiniani † responso cõtinetur) nec quidẽ per tutorẽ possessio ĩfãti poterit acquiri. PP. V. Kal. Ap. Decio A. V. & Grato Cõss.

*In acquisitione possessionis requiritur animus & corpus: in retentione sufficit solus animus. nec videtur possessionem deserere, qui agriculturã metu deserit. Baldus. Vel sic: Possessio retinetur animo: ideo non perditur solo temporis cursu. Salycetus.*

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. Nepotiano.*

LIcet possessio nudo animo acquiri non possit [b], tamen solo animo retineri potest. ¶ Si ergo prædiorum desertã [c] possessionem non derelinquendi affectione transacto tẽpore nõ coluisti, [d] sed metus [e] necessitate culturam eorũ distulisti: prę-iudicium tibi ex transmissi tẽporis iniuria [f] generari nõ potest. PP. Kalend. August. Ipsis IIII. & III. AA. Conss.

*Nullus potest sibi causam possessionis mutare nulla causa extrinsecus accedente. Baldus. Vel sic: A colono facta venditio non præiudicat domino. Salycetus.*

V. Iidem AA. & CC. Mennoni.

CVm nemo causam sibi possessionis [g] mutare possit, proponásque colonum [h] nulla extrinsecus [i] accedente causa, ex colendi occasione ad iniquæ venditionis vitiũ esse prolapsum: præses prouinciæ indit: vt. d. §. qui ad nundinas. & sic rediens habet interdictum vti possidetis: vt. ff. vti poss. l. j. in fi. & l. ij. Sed Al. & Ioan. & Hu. dicunt retineri ciuilem tantum, & sic erat sola ciuilis: nam naturalis non potest retineri animo, nisi possessio sit coram oculis: vt. ff. eodem. l. quod meo. §. si venditorem. vel nisi sit fructuarius: vt probatur dictis. ll. ff. de vi & vi ar. l. iij. §. vnde vi. & l. j. §. interdictum autem hoc. & nisi in feudatario & emphyteuticario: quia ratione sui iuris possident, & naturaliter tantum, cum dominus ciuilem habeat: vt. ff. eodem. l. naturaliter. & l. possessio.

c *Desertam.* quo ad prædiorum culturam.

d *Coluisti.* scilicet in propria persona.

e *Metus.* scilicet ne in persona lædereris. secus autem si repelli de possessione, vel non admitti suspicaris: quia tunc statim amittis: vt. ff. eodem. l. si id quod. §. fi. quæ est contra. & edicta & interdicta competentia huic, dic vt. ff. quod met. cau. l. metum autem præsentem. §. denique.

f *Temporis iniuria.* quod fuit minus. x. an. aliàs amitteres possessionem: vt inst. de vsucap. §. quod autem ad eas. & ff. de vsucap. l. furtum. §. j. secundum quosdam. quod nõ placet: quia tempus non est modus amittendæ possessionis, etiam centum annorum: sed inducit obliuionẽ, & per obliuionem amittitur possessio. & sic dictę leges intelliguntur. & sic dicitur, scientia inflat. id est superbia, quæ prouenit ex scientia. Sed cõtra infra de omni agro deser. l. qui agros. libr. xj. Sed illud speciale in tributariis prædiis, vt non diu cesserur in solutione vectigalis. *Possessio nõ tollitur tẽpore. Sciẽtia inflat.*

CVm nemo. ] CASVS. Si colono locaui prædium ad colendum, & illud vendidit, volés sibi causam possessionis mutare, quòd possideret pro suo, & non meo nomine: an mihi prę-iudicauit, quæritur? Respon. quòd non: sed potero id vindicare. nec sibi potuit mutare causam possessionis, id est non potuit incipere possidere, cum prius non possideret: & hoc verum est, siue sibi possidere vellet, siue alij tradere aliquo titulo interueniente, licet sine effectu. Viuianus.

g *Causam possessionis.* dupliciter dicitur: vel vt mutetur possessio, siue titulus possessionis ei qui possidebat, siue retinebat, vel incipiebat vsucapere, qui non vsucapiebat: quod ad ciuilem & ad naturalem refertur: vt. ff. e. l. qui bona. §. j. & l. iij. §. illud. & pro hęrede. l. ij. §. j. & supra locati. l. ad probationem. & dic quòd hic mutauit secundum Ir. ex hoc quòd alij, scilicet emptori, dare voluit, & tradidit colonus. sibi autem ideo ponitur: quia ei succedens emptor, quasi idem cum eo esse videtur. Vel dic quòd sibi possidere voluit pro suo, posteaquam vendidit & tradidit. Vel dic venditionis id est emptionis factæ ab eo quem sciebat non dominum. sic ponitur. ff. de act. emp. l. veteres.

h *Colonum.* colonus in villa: sed inquilinus in ciuitate: vt. ff. eodem. l. re pignoris.

i *Extrinsecus.* hic no. sex modis mutari causam possessionis, scilicet *Possessionis*

a *Alioquin.* id est si non quæritur infanti, quia non habet affectum: nec tutor ei quæret eadem ratione. vtroque ergo modo ei quæritur fauore benignitatis magis, quàm stricti iuris ratione. Ir. sunt ergo hic duo, quorum altero remoto, & alterum remouetur. Sed videtur non quæri per infantem: vt. ff. eodem. l. j. §. adipiscimur. in fin. §. & l. quãuis. j. §. infans. Sol. hæc corrigit illas: vel nomẽ infantis ponitur hic impropriè p eo pupillo qui habet intellectũ aliquem. nã quo ad hoc potest habere iudicium animi: quo ad aliud nõ: vt inst. qui. non est per. fa. testa. §. præterea. Vel hic est speciale in donatione, sicut & aliud speciale secundũ nos: vt ĩsti. de dona. §. aliæ. Vel dic secundũ Ioan. quòd hic fuit tradita cum auctoritate tutoris. & quod dicit, alioquĩ, id est si diceres nõ acquiri cum auctoritate tutoris per infantem: eadẽ ratione nec per ipsum tutorem. & erat ratio dubitatiõis, quia altercabãtur quidam dicentes, sicut hæreditatem acquirit tutor solus infanti, adeundo nomine infantis, non infans tutore auctore: vt supra de iure delibe. l. si infanti. §. j. & sicut hæreditas restituitur tutori, non infanti tutore auctore: & sicut tutor restituit aliis, non infans tutore auctore: vt supra ad Treb. l. pen. in prin. & ff. ad Trebel. l. restituta. §. fi. & l. seq. & sicut infans non agit in iudicio vel conuenitur tutore auctore, sed solus tutor eius nomine: vt. ff. de admini. tuto. l. j. §. j. ita videbatur hic quòd tutori soli nomine infantis possessio tradita acquiratur: infanti non, si infanti tradatur tutore auctore. Sed tamen aliud est. Vel secundum Azo. hic fuit tradita seruo infantis: vt. ff. eodẽ. l. quanuis. j. in fin. Item contra. huic. l. j. de dona. l. si quis in emancipatum. Sol. ibi de re immobili: hic de re mobili: vt arg. ff. eodem. l. si rem mobilem. Vel ibi contractus celebratur in scriptis, hic non. Vel vt dixi, hic seruo infantis: vt & ibi. vel secundum casum Io. non est contra. ADDITIO. Tu distinguas sic, quædam sunt res in quibus infans habet plenam animi affectionem, vt in aliquo iocali: & tunc indistinctè acquirit possessionem: vt hic. quædam sunt in quibus infans nullam habet affectionem, vt in fundo, vel similibus: tunc sine tutoris auctoritate non potest, vt in contrariis. ita voluit Dy. vt refert Bar. hic, & in. l. quanuis. j. §. infans. ff. eodem.

Licet. ] CASVS. Licet in acquirenda possessione necessarius sit actus corporeus, & animus: retinetur tamen possessio solo animo. vnde si habebam prædium, & non poteram ad illud accedere, & colere, propter circunstantes inimicos: an propter hoc amittam possessionem quæritur? Respond. quòd non, quia solo animo retineo. Viuianus.

b *Non possit.* id est sine corporis actu: vt. ff. eo. l. iij. in prin. & l. quemadmodum. sic & dicitur nudum pactum sine traditione: vt supra de pac. l. traditionibus. hoc tamen fallit in casibus, in quibus possessio sine actu quæritur, vt diximus supra. e. l. j. sed certè & in illis casibus aliquid interuenit pro actu. sic ergo quæsita possessio animo & corpore, dicitur naturalis: vt. ff. e. l. j. in princi. de iure gentium: vt inst. de re. di. §. per traditionem. &. §. venditæ. non eo quo omnia animalia reguntur: quia irrationabilia non possident, sicut nec furiosi vel dormientes: vt. ff. eodem. l. j. §. furiosus. &. §. pen. ibi, idémque esse si nummos &c. hæc eadem naturalis potest dici ciuilis, approbatione: vt. ff. de verb. sig. l. lege. & de ori. iu. l. ij. §. postea cum Appius. ibi, isque liber &c. & sic est vna possessio, non duæ penes eundem, secundum Azo. Alij, vt Al. & Io. & Hu. dicunt quòd duæ sunt. ciuilis, quæ prouenit ex animo: naturalis, quæ ex actu. vnde quod subiicit, retineri potest, dicit Azo scilicet naturalis, quam solam habebam. hæc eadem naturalis retenta animo, potest dici etiam ciuilis: quia retinetur auctoritate iuris ciuilis, sicut actio ciuilis dicitur prætoria auctoritate extensionis: vt. ff. de nox. l. electio. §. si is quem. nec mirum si animo retinetur naturalis, cum plurimum à iure mutuetur possessio: vt. ff. e. l. possessio. Item patet in fructuario, qui habet naturalem tantum: quam tamen retinet animo. nam datur ei interdictum vnde vi, si non admittatur: vt. ff. de vi & vi ar. l. iij. §. vnde vi. quod non daretur, nisi nunc posset cum reuertitur: vt. ff. de vi & vi ar. l. j. §. interdictũ autem hoc. & hæc potest dici ciuilis: vt dixi secundum Azo. si autem alius ĩgreditur hãc naturalem retentam, ingressus naturalem acquirit licet clandestinam, si sciuit, vel scire debuit se prohibendũ: vt. ff. e. l. clam. §. qui ad nũdinas. & quod vi aut clam. l. iij. §. fi. & l. seq. nam habet interdictũ vti possidetis: vt. ff. vti pos. l. j. in fi. & l. ij. & sic videtur quòd qui exiuerat, desinat: cum duo non possint possidere in solidum eodẽ iure: vt. ff. de preca. l. duo. Vel dic quòd absens retinet naturalem ciuiliter, præsens naturaliter: & sic diuerso iure: nec enim per-

BIU Cujas

*causa sex modis mutatur.*

scilicet ex iusta in iniustam. Item econtra ex iniusta in iustam: item ex nulla in aliquam: & econtra ex aliqua in nullam. Item ex aliqua iusta, in aliam iustam. Item & sextum, ex nulla in aliã nullam. Primum, scilicet ex iusta in iniustam, est prohibitum: vt. ff. e. l. clam. Secundum similiter: vt. ff. de vsucap. l. non solum. §. j. Tertium similiter: vt hic, & ff. pro hære. l. ij. §. quod vulgo. Quartum permittitur: vt. ff. eod. l. si quis vi. §. differentia. Quintum est prohibitum: vt. ff. eo. l. qui bona. §. quod scriptũ. Sextum prohibitum, vt de cõducto ad precarium: vt hic in princ. & ar. ff. eo. l. si quis autẽ. & hoc nulla extrinsecus causa superueniente. aliàs enim omnes permissæ sunt, quia non ipse sibi mutare, sed sibi dicitur mutari: vt. ff. eod. l. iij. §. illud. & l. qui bona. §. j. & l. si quis autem. &. ff. si pars hære. pe. l. pe. & l. fi. &. ff. pro emp. l. ij. §. fin. Accursius.

a *Dominii.* dominium non amittis, sed possessionẽ sic: vt. ff. eo. l. iij. §. quòd si seruus. & l. peregrè. §. quib⁹. Sed per condictionem ex lege recuperas: vt. j. eo. l. fin. Sed nunquid emptor iste qui emit à colono, poterit vsucapere? Quidam dixerunt, vt Irn. quòd nõ, arg. ff. de vsucap. l. cum solus. colonus enim non potuit dare possessionem quam non habebat: licet eam dominus amisisset traditione facta, vt dixi. Sed Ioan. contra. nam & colonus cum emit ab eo quem putat dominum, causam ab eo possidendi non habet, & tamen vsucapit: vt. ff. de vsucap. l. non solum. §. quod vulgo. &. l. si is qui. §. si quis bona fide. & pro empt. l. qui fundum. §. qui bona fide. Secundo quia si specialiter prohibetur præscriptio ei qui emit à colono rei dominicæ, vel templorum: vt. j. ne rei do. vel temp. l. ij. ergo in aliis non prohibetur: vt arg. ff. ad muni. l. j. Tertio, quia si quis emit ab eo quem puberem putat, vsucapit: vt. ff. pro emp. l. ij. §. si à pupillo. & tamẽ possessionem pupillus ei non dedit, quia non potuit: vt. ff. eod. l. possessionem. vel in illo. §. si à pupillo. aliunde habebat. Quarto, in eo qui emit à furioso: qui & ipse alienare non potest: & tamen qui ab eo emit in conspectu inumbraræ quietis, vsucapit: vt. ff. pro empt. l. ij. §. si à furioso. Hic ergo vel non erat completa vsucapio, vel volebat emptor vti accessione tẽporis sui auctoris, id est coloni. quod non potest: & sic domino non fit præiudicium in dominio: vt hic, &. j. si alie. res pig. da. sit. l. fin. hæc eadem quæstio fit secundum Ioan. in procuratore per quem mihi ignoranti est quæsita possessio: & antequam mihi traderet, alij tradidit.

*Colonus interuertendo possessionẽ si vẽdat, an possit emptor vsucapere.*

*Si nulla.* ] *CASVS.* Si absente me possessionem meam ingressus fueris, & me remeante suspicor posse repelli, & ita amisi possessionem, non dominium: an eam per interdictum vtile vnde vi repetere possim, quæritur? Respon. quòd sic: nisi. x. vel. xx. an. excep. obstet. Vel sic: Deiecisti me de possessione prædij mei per vim: an id vindicare possim, quæritur? Respon. quòd sic, nisi. xxx. an. mihi obstet exceptio: & tanta præscriptio exigitur in hoc casu: quia res erat vitio affecta, quia vi possessa. Viuianus.

b *Agrum.* scilicet vacuum domino absente qui suspicatus fuit se posse repelli, & sic amisit possessionem: vt. ff. eo. l. si id quod. §. fin. hæc enim res poterat vsucapi iure veteri ab eo qui bona fide emerat à prædicto ingrediente: vt institu. de vsucap. §. quod autem ad eas. repetit ergo hic dominus ab emptore, nisi sit præscripta. Hodie non potest vsucapi: vt. j. de præscript. long. temp. authen. malæ fidei possessore. & secundum hoc datur vtile interdictum vnde vi: vel rei vindicatio contra emptorem: quod tutius est: nec est opus, vt dicit P. quòd veniat ad fundum ad videndum an admittatur: quia potest esse quòd occideretur. Vel secundo dic quòd per vim fuit ingressus, & tunc non potest vsucapi res

quisita fide veri, dominij [2] tui ius conuelli non sinet.

*Per ingressum vacuæ possessionis cõtinuatur vitium personale, non vitium reale: & ideo nõ impeditur vsucapio eius ad quẽ peruenit possessio titulo, & bona fide. Bald. Vel sic: Ingressus sine causa agrum alienũ, tenetur restituere illum non præscriptũ, cum omni sua causa. Salycetus.*

VI. Iidem AA. & CC. Valerio.

SI nulla iusta ex causa ingressum agrum[b] tuum siue vineas, [c] eũ cuius meministi, præses repererit, nec vlla præscriptione [d] tua interpellatur petitio: restituere tibi possessionẽ [e] cũ omni causa non dubitabit. [f] S. Id. April. AA. Coss.

*Ius vsucapiendi non tribuit improbæ possessio. Bald. Vel sic: Sine titulo non procedit præscriptio, nec iusta possessio. Salyc.*

VII. Iidem AA. & CC. Asyncrito.

IMproba possessio [g] firmum titulum possidenti præstare [h] nullum potest. vnde ingredientem in vacuam [i] possessionem alieni fundi non consentiente domino, vel actore qui eius rei concedendæ potestatem habuit, causam iustam possessionis adipisci nõ potuisse certum est. [k] PP. V. Id. Decemb. AA. Conss.

*Possessio & dominium quæri potest per procuratorem. Salycetus.*

VIII. Iidem AA. & CC. Cyrillo.

PEr procuratorem vtilitatis causa possessionẽ, etsi proprietas ab hac separari nõ possit, [l] dominium etiam quæri placuit. [m] PP. XVIII. Kalen. Mart. Sirmij. CC. Conss.

*Vbi deficit titulus, non procedit vsucapio. Bald. Vel sic: Ingrediens possessionem rei emptæ sine venditorum voluntate, non possidet iuste: & ideo tenetur restituere. & simulatum vel fictum non plus potest quàm verum. Salycetus.*

IX. Iidem AA. & CC. Sergio.

NEc ex vera vẽditione possessionem quam non fuerat emptor adeptus, improbè [n] retinere potest: ac multo minus is qui adseueratione falsa velut emptor cum sine obligatione pignoris pecuniam mutuo dedisset, fundũ irrumpens aliesessor præscribat. nam non præscribit.

c *Vineas.* scilicet vacuas. vel per vim: vt de agro dixi.

d *Præscriptione.* x. vel. xx. an. secundum primum casum: vel. xxx. secundum alium.

e *Possessionẽ.* sed quis restitueret? dic vt in glo. magna.

f *Dubitabit.* per vtile interdictum vnde vi primo casu. secundum alium, condictione ex hac. l. vel rei vindicatione in vtroq; : quia dicit petitio. arg. ff. de ac. & ob. l. actio in personam. vel per directum interdictum vnde vi.

*Improba.* ] *CASVS.* Si prædium meũ nullo precedente iusto titulo Titius ingressus fuerit me non consentiente, vel procuratore qui potestatem habuit vendendi, vel consentiendi eum ingredi in possessionem: an per tale ingressum videtur Titius acquisisse possessionem, quæritur? Respon. quòd non habet iustã causam possessionis: & sic nec præscribendi. Viuianus.

g *Improba possessio.* nõ præcedente aliquo iusto titulo: idem si præcedat: vt. j. statim.

h *Præstare.* dic vt possessor præscribat. nam non præscribit.

i *In vacuam.* quæ à nemine, vel solo animo retinetur. addunt quidam, etiam si alius sit in ea causa legatorum seruandorũ: quod non placet: vt. ff. de act. empt. l. ij. §. vacua.

k *Certum est.* etiam si contractus interceſsit: quia emerat inuasor. Ir. vt. ff. e. l. si ex stipulatione. &. j. eo. l. nec ex vera.

*Per procuratorem.* ] *CASVS.* Mandaui procuratori meo, vt emeret mihi prædium: emit, & sibi traditum est: an mihi sit acquisita possessio, quæritur? Respon. quòd sic, licet proprietas ab eo separari non possit: & si tradens fuit dominus, acquiritur mihi dominium. Viuianus.

l *Non possit.* quia venditor habens proprietatem & possessionem alicuius rei, tradidit eam procuratori, volens tradere proprietatem & possessionem: & sic non potest separari proprietas à possessione quin ei vtrunque acquiratur. & sic soluitur contra. ff. de acquir. pos. l. naturaliter. §. nihil.

m *Placuit.* scilicet per possessionem, non per procuratorem: vt dicunt. & pro eis. ſ. per quas perſo. no. acqui. l. j. & instit. per quas perſo. no. acqui. §. ex his. quod non placet. immo etiam per procuratorem quæritur dominium: vt hic manifeste dicit. nam & per traditionem dicitur quæri dominium: & tamen intelligitur mediante consensu: vt institu. de re. diui. §. per traditionem. Item & instrumentum facit domum: nihilo minus & faber. Item prædicta. l. ſ. per quas perſo. no. acqui. l. j. est contra eos. nam dicit excepta causa, & non excepta possessione: causa autem possessionis est dominium. acquiritur ergo dominium & possessio per procuratorem domino etiam ignoranti: vt. ſ. eo. l. j.

*Nec ex vera.* ] *CASVS.* Vendidi prædium meum Titio: auctoritate sua ingressus est possessionem: an ea sibi acquiratur, quæritur? Respon. quòd non. Idem est in creditore cui obligaui prædium, & propria auctoritate vult illud possidere tanquam ex causa emptionis: quia possidere non potest. vel loquitur in creditore volente propria auctoritate ingredi possessionem bonorum sibi non obligatorum debitoris. Viuianus.

n *Improbè.* id est improbum esset si retineret eam: cum contra voluntatem venditoris intrauerit: vt hic, &. ff. eo. l. si ex stipulatione. &. l. si fundi. similis loquẽdi modus est. ff. de proba. l. si quis liberum. &. j. de fideiuſ. l. si fideiussor. & de contrahen. stipul. optimam. Alia litera dicit probe, sed improbe retines, si retines.

Sed huic

BIU Cujas

Sed huic dicto est contra.ff.de fur.l.eum qui.§.j.vbi emptor furripiens rem emptam, post precium solutū non tenetur furti venditori. sed hæc non sunt contraria, eum non teneri furti, & iniuste inuasisse, vt hic, sed potius diuersa.

a *Causam.* vt supra solu.matri.l.dotis.& de pigno.act.l.pignoris.& .j. vnde vi. l. si quis in tantam. & .ſ.de pac.l.si pacto quo pœnam.in fin.

*Emo.*] CASVS. In acquirēda possessione duo sunt necessaria: corporalis apprehensio, & animi affectio: ea sic quæsita, potest possessor triennio vsucapere vel præscribere: decennio inter præsentes, vel vicēnio inter absentes: nisi aduersari[9] interpellat possessorem, mouendo ei litem, & eam contestando: quia licet eam corporaliter teneat, nō videtur possidere, cum iam dubitat & vacillat de iure suo. Viuianus.

f *Actionem.* non solum exceptionem. & hoc facit pro M. qui dicit ei dari in rem actionem: sed tu dic vtilem: & hanc intentat indubitanter contra alios. Sed an & contra dominum? Io. & B. cp sic, vt sic vtilis præferatur directæ: vt. ff. de procu. l. in causæ. in fin. & de Publici. l. eum qui. §. j. Item & quia lex dicit mutari dominium in præscriptione: vt. ff. de vsucap. l. eum qui. §. j. Item patet ex eo quia & ante impletam præscriptionem habebat Publicianam: aliquid ergo plus nūc debet habere. Alij dicunt contra, & dicunt quòd nunc habeat hoc plus, quia ciuilem contra alios, contra quos tantum Publicianā habuit vsque nunc: vt. ff. de leg. j. l. ſi creditori. §. id quod. Item quòd dat actionem contra alium: intellige, nisi & ipse nouus possessor præscripsit: sed si post præscriptionem secundi ipse secundus à possessione ceciderit, quis vindicat, prior præscriptor, vel secundus, vel dominus? Respon. secundus præscriptor: cum prior amiserit suum vtile dominium, & dominus similiter effectum sui directi. res enim videtur esse in curriculo, siue in circulo.

† *Tenor huius. §. ponitur sub brevibus verbis in. c. 2. in versi. verū ex parte abbatis. cū gl. sup verbo, retentionis. extra de ord. cog.*

Si quis emptionis, vel donationis, vel alterius cuiuscunque contractus [a] titulo rem [b] aliquā bona fide per decem [c] vel viginti annos possederit, & longi temporis exceptionem [d] contra dominos eius, vel creditores [e] hypothecam eius prætendentes sibi acquisierit, posteáque fortuito casu possessionem eius rei perdiderit: posse eum etiam actionem [f] ad vindicandam rem eandem habere sancimus. hoc enim & veteres leges [g] (si quis eas rectè inspexerit) sanciebant.

*Hæc est secunda pars principalis huius l. in qua loquitur de præscribente spacio lōgissimi temporis bonæ fidei & malæ possessore. hoc dicit secundum Bald. Vel sic: Præscriptione lōgissimi temporis quæritur præscriptori, si malam fidem habuit ab initio, sola retinendi exceptio. Si vero ab initio bonam fidem habuit, quæritur ei ius vindicandi à quocunque præterquam ab eo contra quem præscripsit: siue dominus fuerit, siue creditor qui hypothecariam habuerit. In eo casu quo malam fidem habuit, si cadat à possessione, tunc potest prior dominus vel creditor ab iniusto possessore illā vindicare, nisi & ipse propria se tueatur præscriptione. h. d. vsque ad versicu. Sed hæc. Salyc.*

Quòd si quis [h] † eam rem desierit possidere, cuius dominus, vel is qui suppositam [i] eam habebat, exceptione triginta vel quadraginta annorum expulsus est: prædictum auxilium [k] non indiscretè, sed cum moderata diuisione ei præstari censemus: vt si quidem bona fide ab initio eam rem tenuerit, [l] simili posit vti [m] præsidio: sin vero mala fide eam adeptus est, indignus [n] eo videatur: ita tamen, [o] vt nouus possessor, si quidē ipse rei dominus ab initio fuit, vel suppositā eam habebat, & memoratæ exceptionis necessitate expulsus est: cōmodum detentionis sibi acquirat. [p] ¶ Sin verò nullum ius in eadem re quocunque tempore habuit: [q] tunc licentia sit priori domino, vel creditori qui nomine hypothecæ rem obligatā habuit, & hæredibus eorum ab iniusto detentatore eam vindicare: nō obstante * ei quòd prior possessor triginta vel qudraginta annorum exceptione eum [r] remouerat: nisi ipse iniustus possessor triginta vel quadraginta annorum ex eo tempore computādorum, ex quo prior possessor qui euicit, ea possessione cecidit, exceptione munitus [s] est.

*Hic textus est singularis, & non est alibi in iure. Agenti petitorio nomine non obstat exceptio dominii, quando agens agit contra spoliantem. Bald. Vel sic: Hic excipit ex eo quod dixit in versi. si vero mala fide. & h. d. Possessor violentus non potest referre quæstionē dominii. Vel sic. Præscriptor malæ fidei potest rem vindicare ab eius violēto possessore. hoc dicit vsque ad. §. sed & si quis. Salycetus.*

Sed hæc [t] super illis detentatoribus censemus, qui sine violentia eandem rem nacti sunt. Nam si quis violenter eam abstulerit, [u] omnimodo licebit priori possessori sine vlla distinctione [x] eam vindicare.

*Præscribens bona fide lō gissimo tempore, an contra dominū habeat rei vindicationem.*

g *Veteres leges.* quæ præscriptionem longi temporis non longissimi nouerant: vt. ff. de vsucap. l. vsucapio. &. l. eum qui. §. j.

h *Quòd si quis.* dixit de præscriptione longi temporis, nunc de longissimi: & ideo habes hic. §.

i *Suppositam.* id est obligatam.

k *Auxilium.* scilicet vindicationis.

l *Tenuerit.* scilicet sine titulo, aliàs haberet locum præscriptio x. vel xx. an. vt. ſ. proxi. Accursius.

m *Vti.* ergo & hic quere vt. ſ. si nouus possessor præscripsit, & cecidit à possessione, cui præscriptori detur in rem: & solue vt. ſ. Item quæro, an præscribenti longissimo tempore bona fide, datur contra dominum rei vindicatio? P. ita. Ioan. contra: vt hac. l. apertè dicit. j. ita tamen &c. & sic non est per omnia simile: nam aliàs non aduersaretur literæ superiori hic versus, ita tamen &c. nisi sic referretur ad bonæ fidei & malæ fidei possessorem: nam si ad malæ fidei possessorem tantum referatur, nullo modo aduersatur: quia ille contra nullum vindicat, nisi re sibi ablata per vim, & nisi per iudicem: vt subiicit.

n *Indignus eo.* scilicet præsidio.

o *Ita tamen.* ad vtrunque casum refero, scilicet quando bona fide, & quando mala. Sed P. refert tantum ad malæ fidei: sicq; præscribenti bona fide. xxx. annis dat actionem etiam contra dominum: vt modo diximus. quod non placet.

p *Acquirat.* hoc referunt quidam etiam ad præscribentem tantum lōgo tēpore. quod non placet: vt diximus circa princ. huius. l.

q *Tempore habuit.* nouus possessor. & loquitur in eodem casu cum mala fide præscripsit prior possessor etiam longissimo tempore, & sic non agit vel contra dominum, vel contra aliū. Sed alij dicūt eum etiam admitti cōtra alium. In bona fide præscribente cōstat quòd agit contra alium: vt. ſ. cad. l. §. quòd si quis.

r *Eum.* scilicet dominum, vel creditorem.

s *Munitus.* supple, & possessionem adeptus: nam hoc est necesse ad præscribendū. & quod dicit extunc computari præscriptionem, et quo cecidit à possessione, dic verum, nisi nouus possessor causam ab eo præscribente habeat: tunc enim eadem defensione vtetur: vt. j. de euic. l. emptori. & tēpora coniunget ad faciendam præscriptionem. xxx. annorum. nec obstat. ff. de acqui. pos. l. Pomponius. §. fi. quia lex illa loquitur in præscriptionibus longi tēporis tantum. nondum enim hæc præscriptio fuerat inducta. xxx. an. Et pro nobis est in ea. l. §. cum quis. Sed quæro, si vēdidi rem quam xxx. annis bona fide præscripseram, an emptor habeat vtilem sicut ego habebam, si à possessione cadat? Respō. sic, quasi omne ius meum videar vendere: & sic hic, vt. ff. de contrahē. emp. l. qui tabernas. sic & Publiciana transit ad hæredem: vt. ff. de Publicia. l. eum qui. §. hæc actio.

t *Sed hæc.* scilicet præscribentem longissimo tempore mala fide non posse vti simili præsidio, id est vindicare, sunt vera, nisi in duobus casibus: primus quando. inuasor &c.

u *Eam abstulerit.* qui. xxx. an. præscripsit.

x *Distinctione.* id est siue bona fide, siue mala præscripsit, siue cum titulo, siue sine titulo. vel sine distinctione, id est non refert, sit dominus, vel non, qui abstulit. Sed quomodo vindicat hic præscriptor malæ fidei, cum non sit dominus? Respon. vindicat quantum ad certam personam, sicut & aliàs. ff. de Public. l. eum qui. §. si petenti. sic &. ſ. de non nu. pec. l. j. Vel dic quòd amisit dominium inuasor si erat dominus, suo delicto: vt. j. vnde vi. l. si quis in tantam. & ex eo quod dicit, non referre sit dominus, vel non, qui abstulit: collige ar. secundum H. quòd si deposui rem alienam, vel cōmodaui, & agam rei vindicatione, quòd non potest mihi referri quæstio dominij. & pro eo est. ſ. de non nu. pec. l. j. & de pigno. act. l. nec creditores. & ff. de distractio. pigno. l. rescriptum. §. j. &. ſ. lo. l. si quis cōductionis. quod non placet: quia datur rei vindicatio tanquam contra quemlibet: vt. ff. ad exhi. l. de eo. §. fin. &. ff. si quadrup. paupe. fecisse dicatur. l. j. §. fin. & argu. ſ. loc. l. ad probationem. & hoc est speciale in odium inuasoris.



BIU Cujas

*In reali ille contra quem est facta missio ex primo decreto, eam recuperat intra annum: post annum nō auditur, nisi de proprietate. Barto. Vel sic: Etiam qui mala fide præscripsit, si veniat intra annum, recuperat possessionē ab eo qui intentans actionem in rem ex eius contumacia missus est in possessionem ante litem contestatam. hoc dicit vsque ad. §. exceptionem. Salyc.*

Sed & si quis[a] non per vim, sed per sententiam*iudicis eam obtinuerit, ea tantum occasione quòd absens prior possessor [b] ad litem vocatus minimè B respondent: licebit ei & ad similitudinem cęterorum qui rei dominium habent, intra annū [c] se offerenti, cautionémque suscipiēdæ litis danti, eandem rem recipere, supérque ea cognitionalia subire certamina.

*Præscriptio in vsuris incipit currere à tempore quo inceperunt deberi, & non sunt solutæ. h. d. vsque ad finem. Salyc.*

Exceptionem [d] etiam triginta vel quadraginta annorum in illis contractibus in quib⁹ vsuræ promissæ sunt, ex illo tempore initiū capere [e] sancimus, ex quo debitor vsuras minimè persoluit. Dat. III. Id. Decēb. C Constantinop. D N. Iust.

*Actio etiam temporalis perpetua efficitur, & in annos quadraginta perpetuatur. hoc dicit. intellige per litis contestationem: nec alio modo, nec per interruptionem ciuilem, nec naturalem. Bald. Vel sic: Per litis contestationem interrumpitur præscriptio: & per quadraginta annos à tempore cessationis à lite inchoādos perpetuatur actio: quæ perpetuata etiam ad hæredem extraneum est transitoria. Salycetus.*

IX. Idem A. Demostheni præfecto prætorio.

SAepe quidam † suos obnoxios in iudicium vocantes, & iudiciariis certaminibus ventilatis, non ad certum finem lites perducebant: sed taciturnitate in medio tempore adhibita, propter potentiam fortè fugientium, vel suam imbecillitatem, vel alios quoscunque casus (cum sortes humanæ [f] multæ sint) qui nec dici nec numerari possunt, deinde iure suo lapsi esse videbantur eo quòd post cognitionem nouissimam triginta annorum spacium effluxerit, & huiusmodi exceptione opposita suas fortunas ad alios translatas videntes, merito quidem sine remedio ante lugebant. ℣ Quod nos corrigentes, eandem exceptionem quæ

Codex.

A g *Extendimus.* idem in reali. sed fallit hæc lex in actione de dolo: vt. ſ. de do. l. fin. Item & in rescissoria secundum quosdam. sed nos dicimus rescissoriam petitam & datam posse perpetuari per contestationem: non autem petitionem, vel iudicium restitutionis in integrum: vt. ſ. de temp. in integr. rest. l. superuacuam. Item fallit & alibi: vt. ff. ne de sta. defun. l. j. §. sed interdum. & de collu. dete. l. ij.

h *Certamina.* per contestationem.

i *Posteritati.* & idem si est extraneus hæres.

k *Sublata.* illa causa.

l *Cognitio.* secus autē si per executorē: quia tunc in. xxx. an. tantum extenditur ex generali regula, qua dicitur omne ius illo tempore tolli: vt. ſ. eod. l. sicut. fallit ergo hoc casu, & alio quem habes. ſ. eo. l. cum notissimi. in princip. & in alio: vt in ea. l. §. immo. in fin. §. & aliis quos habes. ſ. eod. l. omnes. * opposita.

*DE ANNALI exceptione Italici cōtractus tollenda, & de di. &c.*

*Supra de vsucap. transfor. tractauit, & de vsuc. Italicarum rerum: modo de vsucap. actionum personalium quæ oriuntur ex contractibus qui in Italia fiebant.* Cōtinuatio.

SVper annali. ] CASVS. Olim si aliquis possidebat rem aliquam in Italia per annum, vel contraxit: habebat exceptio. & hic annus extendebatur aliquando vsque ad .v. aliquādo vsque ad decēnium: quia in eo anno non computabantur nisi dies in quibus aliquis poterat agere. & hoc corrigit imperator, dicens quòd hic annalis exceptio cesset: & habet locum. xx. vel xxx. nisi in hypotheca. quæ extenditur vsque ad. xl. ann. Omnes aliæ actiones personales mixtæ, vt actio famil. erciscund. &c. tollantur vsque ad. xxx. an. & ita demum currat præscriptio, si non prærumpatur per litis cōtestatio. & hoc in secūda. Sed an filiis in aduentitiis currat præscriptio, hic quæritur? Dicitur quòd nō, cum patri non acquirantur: quia cum est in potestate, etsi agere vellet, non posset. & hoc in tertia. Viuianus.

m *Debeant.* quæ ignoramus.

*Ad decennium.*

ex triginta annis oritur, in huiusmodi casu opponi minimè patimur. Sed licet personalis actio ab initio fuerit instituta, eam tamen in quadragesimum annum extendimus: [g] cum non similis sit qui penitus ab initio tacuit, ei qui & postulationem deposuit, & in iudiciū venit, & subiit certamina, [h] litem autem imple re per quosdam casus prępeditus est. ℣ Sed licet ipse actor defecerit, tamen suæ posteritati [i] huius causę cursum eum relinquere posse definim⁹, vt eius hæredibus vel successoribus liceat eam adimplere, nullo modo triginta annorum exceptione sublata. [k]* Quod tempus (id est quadraginta annorum spacium) ex eo numerari decernimus, ex quo nouissima processit cognitio [l] postquam vtraque pars cessauit.

TITVLVS XL.

DE ANNALI EXCEptione Italici contractus tollenda, & de diuersis temporibus, & exceptionibus, & præscriptionibus, & interruptionibus earum.

*Per hāc legem tollitur annalis exceptio quæ contra actiones natas ex Italico contractu erat introducta, & non valenti agere propter impedimentum iuris, non currit præscriptio: & actionum personalium regulariter vita est triginta annorum. h. d. tota ista. l. quæ est bona, & est noua constitutio secundum Bal. Vel sic: Exceptione sublata omnes personales actiones triginta annorum tollūtur: nisi super his lis fuerit contestata: hypothecaria vero quadraginta annis. Et illi qui non potest agere, non currit præscriptio. Bar. Primo exorditur. Secundo statuit. Tertio ampliat. Quarto dubium remouet. secunda ibi, Cum itaque. tertia ibi, Ad hæc. quarta ibi, Ne autem. Primæ duæ partes hoc volunt: Remota annali exceptione ex contractu Italico currunt & locum habent cæteræ præscriptiones legitimæ. Salycetus.*

I. Imp. IVSTINIANVS. A. Iuliano præfecto prætorio.

SVper annali exceptione quę ex Italicis contractibus oritur, tantæ moles altercationum in omnibus iudiciis exortę sunt, quantas & enumerari difficile, & explanari impossibile est. ℣ Primum etenim natura eius obseruationis cum omni scrupulositate & difficultate cōposita est, cum multa concurrere debeant [m] vt ea ea nascatur. ℣ Deinde illud

FFF

a *Sed & si quis.* nouus possessor.

b *Possessor.* bonæ fidei, vel malæ fidei. Item per hoc quòd dicit, prior, facit pro M. & Io. & Azo. qui dicunt missum in possessionem in actione in rem, statim possidere ciuiliter & naturaliter: vt & .j. quomodo & quando iudex. l. consentaneum. & .ff. de dam. infec. l. à quo. Secus si ex personali: quia tunc non possidet: vt. ff. de acqui. poss. l. iij. §. fin. & quib⁹ ex causis in poss. ea. l. cum ex causa. sed tunc cum secundū fuerit decretum vel præceptum iudicis impositum. Sed Bul. contradicit in actione reali: nā demū post annum possidere dicit: vt hic subiicere videtur, & loco secundi decreti sit annus. In personali dicit idem quod Ioan. & M. Item quid in hypothecaria, an habeat naturam personalis? quod videtur.

c *Intra annum.* huic est contra. ſ. de iudi. l. properandum. §. sin autem reus. &. ſ. vbi in rē actio. l. ij. Sol. vt in qualibet earum dixi.

d *Exceptionem.* talis est casus: Debes mihi aliquid annuum, soluisti, postea stetisti. xxx. annis continuis quòd non soluisti sine interpellatione. p̄scripsisti.

e *Capere.* pro omnibus solutionibus, non pro vna tantum, vt diximus. ſ. eo. l. cum notissimi. §. fina. Item quæro, quando debent solui vsuræ, an in principio anni, an in fine? in annuis enim vel anno debitis scimus quando debet fieri solutio: vt diximus. ſ. quando di. leg. ce. l. j. Et eadē quæstio fieri potest in mercede, vel pensione. & de hoc habes. ff. de vsufru. l. defuncta. Respō. in fine anni: vt. ſ. de vsur. l. eos. §. interdicta.

*Sæpe.* ] CASVS. Olim si quis contestaretur litem aduersus aduersarium suum, & impeditus aliquo casu litem prosequi non poterat: lapso. xxx. an. spacio cadebat ab actione sua. hodie autē per litis cōtestationē ppetuatur actio vsq; ad. xl. an.

f *Humanæ.* vt & .ſ. de vsufru. l. antepe. & pen. & sic istis casibus cessantibus dicebat Aldr. non perpetuari actionem litis contestatione vsque ad. xl. an. Alij omnes do. contrarium dixerunt.

a *Ad decennium.* quia vtilis erat annus.
b *Decennio.* vt.ſ.de præ.long.temp.
c *Triginta.* vt.ſ.de præſcript.xxx.an.l.ſicut.
d *Minoribus ſpaciis.* ſcilicet triennio vel quadriennio, vel ſimilibus:vt.ſ. de vſucap. transfor.l.j.& de quadrien.præſcript.l.j.& per totum titulum.
e *Prohibet.*non ſolum noua cõſtituit, ſed etiã conſtituta renouat.
f *Legitimus modus.*qui multi ſunt: vt no.ſ. tit. j.l.cum notiſſimi.§.ſed & ſi quis.
g *Hypothecaria.* contra debitorem competente.
h *Quadraginta annorum.* Sunt & alij caſus vbi præſcriptio.xl. an. locum habet:vt.ſ. tit.j. l. fin. & .l.comperit.& j.de fun.patrimo.l. fin. lib.xj.&.ſ. de ſacroſan. ec. authen. quas actiones. Sunt & aliæ quæ nullo tempore tolluntur : vt præiudicialis quæ libero datur homini bona fide poſſeſſo: vt.ſ.de præſcript.lon. temp.quæ pro lib.l.fin. Item populus Romanus viam non vtendo amittere non poteſt:vt ff.de via pub.l.viam publicam.Sed quid ſi cum eſſet bonę fidei poſſeſſor, & præſcribendo rẽ amiſit poſſeſſionẽ per inundationem:vt.ff.de bo.auctor.iudi. poſſeſſ. l.cum vnus.§.fin.an inundatione ceſſante ſuccurratur mihi per in integrum reſtitutionẽ? quod videtur: vt .ff. de iti. actuque pri. l.j.§. ſi quis propter inundationem.Sed argu.contra. eſt.ff. ex quib. cau. ma.l.ſciendum.

*Actiones aliquæ non tolluntur tẽpore.*

ſpacium annale alij quidem ita effuſè interpretabantur,vt poſſit vſque ad decennium[a] extendi. ℣ Alij iudicantes vſque ad quinquenniũ ſtandum eſſe putauerunt.℣ Et in noſtris temporibus ſæpius ſuper huiuſmodi calculo à iudicib⁹ variatum eſt: vnde nec facile ſuum effectum in litigiis oſtendere huiuſmodi exceptio valuit. ℣ Cum itaque nobis aliæ temporales exceptiones vel præſcriptiones ſufficiant:huiuſmodi difficultatibus illigari noſtro ſubiectos imperio minimè patimur. ℣ Ideoque memorata annali exceptione penitus quieſcente, aliæ omnes legitimę exceptiones & præſcriptiones in iudiciis ſuum vigorem oſtendant: ſiue quæ ſuper decennio,[b] vel viginti vel triginta[c] vel quadraginta annis introductæ ſunt,ſiue quę minoribus ſpaciis[d] concluduntur.

*Annalis exceptio ſuper Italico contractu tollitur, & aliæ præſcriptiones legitimæ confirmantur. hoc dicit. Vel ſic. Actiones perſonales & mixtæ tolluntur triginta annorum tempore, niſi præſcriptio ſit interrupta: hypothecaria quadraginta annis durante contra debitorem, vel eius hæredem: & interruptio per litis conteſtationem in.xl.an. perpetuat actionem. hoc dicit vſque ad.§.ne autem.Salycetus.*

*Familiæ erciſcũdæ, & communi diuidundo,vnde naſcantur: & quibus competant.*

i *Communi diuidundo.* in his prędictis duobus diuiſoriis duo dixit M. primum,quòd naſcantur ex voluntate,ſcilicet tunc quando volui diuidere. & pro hoc eſt.ff. fami. erciſc. l. j. Secundum quòd ei tantum qui non poſſidet,currit præſcriptio:nam & non poſſidenti dantur hæc iudicia: at ſi poſſideret, nulla currit præſcriptio : cum non currat aliqua contra poſſidentem . pro hoc eſt.ſ.titu.j.l.male agitur. Sed in vtroque male dixit. primo quia non ex voluntate, ſed ex quaſi contractu naſcuntur: vt inſtit. de ob. quæ ex quaſi contractu.§. item ſi inter. &.§. idem iuris. licet dicatur eas competere volentibus à communione diſcedere: vt d.l. fami. erciſc.l.j.ſed & ſi illud eſſet verum quòd ex voluntate naſcerentur,poteſt velle: ergo velle videtur: vt.ff. de regu.iur.l. qui poteſt . Item & poſſidenti currit: nam non currit vt dominio præſcribatur, ſed diuiſioni, vt non poſſit impetrare diuiſionem:nam & aliàs eſt res communis, nec tamen intendi poteſt diuiſorium iudicium: vt.ff.de alie.iudi. l.fin. & de rebus eorum. l.ſi pupillorum.

k *Finium regundorum.* ſunt enim hæc tria mixta : vt inſtitu. de act.§.quædam.Accurſius.

*Actio pro ſocio quando incipit competere.*

l *Pro ſocio.* ſed quãdo hæc incipit competere? Reſpon. dic eam non competere ſocietate durante : vt.ſ. pro ſocio. l. tandiu. & dic vt ibi . An autem imputetur ſi non renunciet , vt ſic faciat competere ipſo iure: quod videtur per.d.l.de reg.iur.qui poteſt. & ſic amittit ius renunciandi ? Reſpon.non: quia ſi renunciaſſet alteri intempeſtiuè,teneretur:vnde non videtur poſſe,quod commodè non poteſt:vt.ff.de verb.ſign.l.Nepos Proculo.Item & ſi potuit renunciare, & non fecit , hoc profuit ſocio.non obiicit ergo alij culpam is qui lucrum inde fecit , iuxta illud : Vt cultione: quia renunciare eſt ex libero arbitrio:quod non eſt ſic in iure offerẽdi:quod ex pacti neceſsitate fit & recipitur. Item que-

*Actio pro ſocio ex teſtamento competens.*

Ad hæc cum nihil prohibet[e] etiam ea quæ aliquam dubitationem acceperunt, clarioribus & compendioſis ſanctionibus renouari: iubemus omnes perſonales actiones quas verboſa quorundã interpretatio extẽdere exta metas triginta annorum conabatur, triginta annorum ſpaciis concludi: niſi legitimus modus,[f] qui & veteribus & noſtris legibus enumeratus eſt, interruptionem temporis introduxerit, ſola hypothecaria[g] actione quadraginta annorum[h] vtente curriculis . Nemo itaque audeat, neque actionis familiæ erciſcundæ , neque communi diuidundo,[i] neque finium regundorum,[k] neque pro ſocio,[l] neque furti, neque vi bonorum raptorum , neque alterius cuiuſcunque perſonalis actionis vitam longiorem eſſe triginta annis interpretari : ſed ex quo ab initio competit, & ſemel nata eſt,[m] & non iteratis fabulis ſæpe recreata, quemadmodum in furti actione dicebatur,[n] poſt memoratum tempus finiri:[o] exceptis omnibus actionibus,licet perſonales ſint quæ in iudicium deductæ ſunt, & cognitionalia acceperũt cerro de actione perſonali ex teſtamento, puta competente pro ſeruitute legata, ſi non vtatur.xxx.an. ipſam enim ſeruitutem,vel confeſſoriam tolli conſtat.x. an. vel.xx.vt.ff. quibu mod.vſusfruc. amit.l.j. Sed & actionem perſonalem dicam tolli.xxx. an.vt hic,vel ipſo iure, vel ( quod verius eſt) ope exceptionis : cum tempus non ſit modus tollendæ obligationis &c. vt.ff.de ac. & ob.l. obligationum fere.§. placet . & plene diximus.ſ.de vſufru.l.cerruptionem. Et contra de negatoria debitur , & conſtat quòd quandoq; ipſo iure tollitur, & acquiritur ſeruitus: vt in aqua, & aliis quæ habent perpetuam cauſam. Sed quid de his quæ non habent perpetuam cauſam, vel quaſi? Poteſt dici quòd licet non acquirantur, tamen elapſis.xxx.ann. obſtat exceptio : ſicut & dominiũ rei tanto tẽpore non acquiritur,tamen exceptio vindicãti obiicitur ab eo:& ſic non poteſt contradicere: vt.ff. de ſerui. ruſti. præ.l.per fundum. Vel aliter , dicunt quidam plures eſſe itiones, & plures actiones negatorias, & ideo non curit niſi in illis itionibus(aliàs actionibus)quæ fieri debuerũt iam ſunt.xxx.an.Sicut & in ſtipulationibus,& in legatis annuis: vt.ſ. tit.j.l.cum notiſſimi.§.pen. Sed licet ſint plures actiones, tamen vna agi poteſt: vt & de pluribus hæreditatibus datur vnum iudicium fami.erciſc.vt.ff.fami.erciſc.l.hæredes.§.ſi inter me.& argu.ff.pro ſocio.l.cum duobus.§.ſi plures. Item quæro de pignoratitia actione,quando naſcatur: & ex quo tempore currit præſcriptio? Et dicunt quidam naſci demum ſoluta pecunia,vel aliter ſatisfacto: vt.ff.de pign.act.l.ſi rem.j.§.omnis. Hæ ſunt enim conditiones eius: vt.ff. de pign. l.grege.§. pe. & hoc ſecundum Bul. Alij vt P. quòd etiam prius naſcitur,ſed nõ intentatur:vt in actionibus quibuſdam dicitur.&.ff.de tu. & ra.diſ.l.ſi tutor.§.ſi. &.l. ſeq. Ex quo ergo tempore currit ei præſcriptio? Reſpond. ex quo competit cum effectu, non prius: vt.j.ea.l.§.fin.& hoc de iure. de effectu etiam prius tollitur . nam cum tollitur ius offerendi: vt notaui.ſ.titu.j.l.cum notiſſimi.§.j. in fin.§. ergo & pignoratitia. Sed ſublata pignoratitia , an poſſit debitor agere rei vindicatione? Reſpon.vtique: nam cum debitor vſucapit poſſidente creditore: vt .ff. de vſucap.l.ſeruus.acquirit dominium: non amittit dominium , ſi habet vnde intentet rei vindicationem vel pro veteri , vel pro nouo quæſito dominio , nec dicat quis verbis legem ſtatui , quia tollitur pignoratitia , & remanet rei vindicatio : quia grauius erit debitori probare dominium quàm eſſet traditionem pignoris.

*Actio pignoratitia quando naſcatur.*

m *Nata eſt.* hyſteron proteron, id eſt conuerſus ordo: vt.ff. de rerum diui.l.riparum.& inſtitu.co.titu.§.riparum.

*Hyſteron proteron id eſt conuerſus ordo.*

n *Dicebatur.* quia dicebant eam renouari ex aſſidua contrectatione:& ſic præſcriptionem per nouam cõtrectationẽ interrumpi:ſed malè,quia non ideo plus ſit furtum:vt.ff.de fur.l.ei qui.

o *Finiri.* vt.ſ.titu.j.l.ſicut.&.l.omnes.&.l.cum notiſſimi.& de conſti.

BIU Cujas

constit.pec.l.ij.&.j.vnde vi.l. fin.in fine.

a *Promulgauit.* vt.ſ.titu.j.l.fin.

b *Sanctio.* id eſt ius de præſcriptionibus conſtitutum.

c *Minime.* vt alia aduentitia.de maternis enim erat diſpoſitum: vt hic,&.ſ.de bo.ma.l.j.in fin.

d *Temporalem.* perpetuam etiam hic temporalem appellat:quia tẽpore finitur. & hoc in acquiſitis.in acquirendis autem, ſibi & patri nocet filio: vt.ſ.qui admit.ad bo.poſ.l.j.& de acqui.poſſ.l.fin.

e *Quis enim.* quaſi dicat, nemo: vt hic, &.ff. de doli excep.l.pure.§. fin.&.ff.de neg.geſt.l.ſi pupilli.§. fi.&.ſ. de bo. quæ lib.l.fin. & de iure do.l.in rebus.in fi.&.ſ. titu.j.l. cum notiſſimi. §.illud.&.ff.de ſerui.ruſti.prę.l.& Attilicinus. &.ſ.de bo. ma.l.j. & in authẽ.niſi.&.ff.de vſur. l.cum quidam.§. ſi pupillo.& ad Sylla.l.iij.§. eleganter. Accurſius.

VT *perfectius.*] C A-SVS. Si aduerſarius abſens fuerit, vel furioſus,vel infans,vel merum habeat imperium,ita vt eum conuenire nó poſsim: auctoritate mea rem de qua lis eſt, non poſſum auferre: ſed debeo porrigere libellum præſi- Concor. di, & interrũpere præ- ſ.t.in.c. ſcriptionem. ſi præſes Audiẽtes,poſt non eſt, porrigam epi- rium. extra ſcopo.ſi epiſcopus præ- ſens non eſt,mittam libellum ad ædes aduerſarij: & proteſtabor coram teſtibus, me velle eum conuenire ſi poſſem: & ſic ſua interrũpetur præſcriptio.

f *Vt perfectius.* quàm olim eſſet conſultum.

g *Abſentia.* vt .ff. ex quib. cau. ma.l.j. & .l. item ait.

Imperium h *Potentia.* Potẽs eſt, qui habet merum im- dicitur perium, vnde non con- potens. uenitur: vt.ff. de in ius C. Cõ. vocan.l.ij.& ad hoc.ff. de alie. iudi. mu. cau. fac.l.fin.in princ. ſecus ſi minor magiſtratus: vt.ff.de iniur.l.nec magiſtratibus. in caſu etiam maiores: vt .j. ad le.Iul.repe. l.iubemus.

Vigilamus i *Vel infantia.* ſubaudi,vel furore.hic enim Dormiẽ- conueniri non poteſt: tes iuua- vt.ff. de in ius voc. l. tur. quique. & .l. neque. & ad hoc.ff.de mino.l.ait prætor.§.j.

k *Adire.* hodie prius eſt adeundus defenſor ciuitatis:quo deficiente,tunc præſes,& deinde imperator: vt in authen. de defen. ciui.§.& iudicare.& de man.prin.§.& non permittes.colla.iij.

l *Præſidem.* ſcilicet per ſe.

m *Vel.* pro &. Vel dic vel,pro id eſt. Vel dic.ſ.per procuratorẽ.

tamina,& poſtea ſilentio traditæ ſunt: in quibus non triginta, ſed quadraginta annos eſſe expectandos,ex quo nouiſsimùm litigatores tacuerũt,lex noſtra antea promulgauit.[a]

*Hodie filiofamilias non valenti agere non currit præſcriptio. Vel ſic: In rebus quæ quæruntur filiisfamilias,eis non currit præſcriptio.h.d.vſque ad finem.Saly.*

Ne autem imperfecta ſanctio[b] videatur, cũ in maternis B quidem rebus filiisfamilias tempora exceptionum currere diſpoſitum erat, ex quo ſacris paternis abſoluti ſunt, in aliis autem quę minimè[c] acquiri poſſunt,hoc non fuerat ſpecialiter conſtitutum : apertiſsima definitione ſancimus, filiisfamilias in omnibus his caſibus in quibus habent res minimè patribus ſuis acquiſitas,nullam temporalem[d] exceptionem opponi,niſi ex quo actionem mouere potuerint, id eſt poſtquam manu paterna, vel eius in cuius poteſtate erant conſtituti, fuerint liberati.† Quis enim[e] incuſare eos poterit ſi hoc non fecerint:quod etſi maluerint, minimè adimplere lege obuiante valebant? Datum.XV.Kalend. April.Conſtantinop.Lampad. & Oreſte.CC.Conss.

*Si poſſeſſor præſcribens conueniri non poteſt propter abſentiam, potentiam, infantiam, vel furorem : poteſt fieri interruptio præſcriptionis per denunciationem factam præſidi,vel epiſcopo, vel defenſori loci, & vltimo ad domicilium poſſeſſoris in forma hic tradita. Bald. Vel ſic: Si poſſeſſor præſcribens eſt abſens,vel furioſus, vel infans, tutore vel curatore carens , ſiue in potentia eminens : poteſt ei fieri interruptio præſcriptionis porrigendo libellum coram præſide, & ſucceſſiue coram epiſcopo vel defenſore : & vltimo per publicam & ſolennem proteſtationem factam ad eius domum. Salycetus.*

11. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

VT perfectius[f] omnibus cõſulamus,* & nemini abſentia [g] vel potentia[h] vel infantia penitus aduerſarij ſui* noceat,ſed ſit aliqua inter deſides & vigilantes differentia : ſanci- A n *Domicilium.* No. ſufficere denunciari ad domum,etiam ſi non perueniat in notitiam eius cui nũciatur: vt.ff.de dam.infec. l.iiij. §.prætor.&.§.tories.&.ff.quod vi aut clam.l.aut qui.§.j.Sed arg. contra.ff.quæ ſen.fine appel.l.j.§.item cum ex.Sed dic vt ibi.

o *Tabulariorum.* id eſt tabularij.ſic.ſ.de iure delib.l.fi.§.ij.

mus, ſiquando abſuerit is qui res alienas,vel creditori obnoxias detinet,& deſiderat dominus rei vel creditor ſuam intentionem proponere,& non ei licentia ſit abſente ſuo aduerſario qui rem detinet, vel infantia[i] vel furore laborãte, & neminem tutorem vel curatorem habente, vel in magna poteſtate conſtituto, ſua auctoritate eas res vſurpare : licentia ei detur adire[k] prẽſidem[l] prouinciæ,vel[m] libellum ei porrigere, & hoc in querimoniam deducere intra conſtituta tempora,& interruptionem temporis facere, & ſufficere hoc ad pleniſsimam interruptionẽ. ℣ Sin autẽ nullo potuerit modo prẽſidem adire,ſaltem ad locorum epiſcopum eat , vel defenſorem ciuitatis, & ſuam manifeſtare voluntatem in ſcriptis deproperet. ℣ Sin autem abſuerit vel præſes, vel epiſcopus, vel defenſor ciuitatis:liceat ei proC ponere publicè† vbi domicilium[n] habet poſſeſſor,ſeu cum tabulariorum[o] ſubſcriptione, vel ſi ciuitas tabularios non habeat, cum trium teſtiũ ſubſcriptione:& hæc ſufficere ad omnem temporalem interruptionem,ſiue triẽnij,[p] ſiue longi tẽporis , ſiue triginta vel quadraginta annorum ſit.Omnibus aliis quæ de longi temporis præſcriptione,vel triginta vel quadraginta annorum [q] curriculis conſtituta ſunt, ſiue ab antiquis legum conditoribus, ſiue à noſtra maieſtate,in ſuo robore duraturis.†

D *Citatio facta ſuper vna ſumma cauſa non expreſſa, vel ſuper obligatione cauſa non expreſſa, nec vna ſumma : ſufficit ad interruptionem omnium quæ poſſunt ſub tali generalitate comprehendi. Et interruptio facta in perſonali, perpetuatur in hypothecaria,& econtra.hoc dicit ſecundum Bal. Vel ſic : Generalis petitio re , quantitate, vel cauſa,citatione ſecuta ſufficit ad interrumpẽdum præſcriptionem in omnibus quæ ſub illa petitione poſſunt includi . hoc dicit: & eſt hæc lex ſingularis , ideo notanda ſecundum Salyc.*

p *Triennii.* No. ergo vſucapionẽ interrũpi litis conteſtatione. & ſic eſt contra. ff. pro empt.l.ij.§.fin. &.ff. de rei vind. l.ſi poſt acceptum.Sol.ſecũdum M. hic corrigit,vt idem ſit in vſucapione quòd in præſcriptione, ſcilicet quòd interrumpatur: vt.ſ.de rei vindic.l.more. Tu dic ſecundum Io. quòd hæc lex loquit ſpecialiter in quatuor caſibus : ſcilicet quando aduerſarius eſt furioſus, vel infans,vel abſens, vel in poteſtate poſitus. aliàs ſerua quod in illis contrariis legibus continetur.qđ enim ſpecialiter dicitur,non trahitur ad cõſequentiã: vt.ff. de leg. & ſenatuſconſ. l. quod contra.Item quæro,an reſtitutio in integrum amodo denegetur quæ datur contra abſentes ex illo tit.ff.ex qui.cau. ma.l.j. & .l.ait prætor. §. fin. & .l. ſed & ſi per prætorem. §. ait? Reſpond. non . cum enim hæc lex inducat hoc pro priuilegio,non debet in eius læſionẽ retorqueri:vt&.ſ.de leg. & con.l.quod fauore.

q *Vel quadraginta annorum.* immo videtur quòd ſolæ prætoriæ & annales taliter interrũpantur:vt.ſ.quãdo lib. princ. da.l.j. & .ij. Sed hic ſpeciale, vt interrumpantur.Et concordat huic.l.ſ. de epi. audi.l. ſi præſens. &.l.fin. &.ſ.de non nu.pec.l.in cõtractibus.§.fina. Ac.

*Vſucapiõ an interrũpatur p litis conteſtationem.*

† *Concor.c. I.cũ glo.ſup verb. publicè.extra de poſtu.pla.*

SI *ex multis.*] C A-SVS. Tenebatur mihi quis ad.x.ex cauſa locationis: & ad alia.x. ex cauſa venditionis:& ad alia.x. ex cauſa mutui.ſi.x.petiero non expreſſa cauſa: an interrumpatur præſcriptio in omnib⁹.x.quæritur? Reſpon. quòd ſic,in fi. l.& hoc in prima.Item ſi tenearis mihi ad.x.ex cauſa mutui,& pignora obligaſti: & peto.x. certi condic.ex mutuo: an. hypothe. præſcriptio interrumpatur, quæritur? Dicitur quòd ſic.& hoc in ſecũda.Si vero tenearis mihi ex pluribus cauſis, & in libello meo certam quantitatem non expreſsi,nec cauſam,ſed dixi ſic, conuenio te, quia mihi es obligatus:quæritur, an ſint perpetuatæ omnes actiones quibus mihi tenebaris? Dicitur quòd ſic.& hoc in tertia.Viuianus.

† *Data Conſtantinopoli Kal.Octob. poſt cõſulatum Lampadii et Oreſt. VV. CC. Conſ. Cõtius ex.l.vlt.ſ. de api. aud.*



BIU Cujas

*a Ex hac gl.not.quòd defectus exceptionis ponendæ efficit validum quod aliàs esset inualidũ.text.est bonus in.l.3.de excus. tuto.*

a *Si ex multis.* [a] Tres ponit quæstiones hæc lex. Prima, cum mihi deberentur similes quantitates ex pluribus causis, & vnâ quantitatem sine causæ mentione expressi: quæritur, an omnes actiones pro simili quantitate perpetuasse videar, an nullam: an vetustissimam? Secunda, si fiat de personali actione libellus tantum, vel de hypothecaria tantum: an super vtraque videatur fieri interruptio? Tertia, an si nec causa, nec quantitas sit expressa, sed tantum dicatur obnoxius: an omnes sint perpetuatæ? Et omnibus respondet quòd sic. Sed quid si vnam causam & quantitatem expressit: an perpetuat cæteras? Respon. non: licet quidam dixerunt quòd sic, per legẽ istam, ibi, vel vnius quidem &c. &.ff. de iudi. l. solemus. quod Io. non placet. nam nec qui contestatur in actione ad exhibẽdum, videtur contestari in rei vindicatione: cum & post litis contestationem in actione ad exhibendum completur vsucapio: & claudit viã vindicationi: vt .ff. ad exhiben. l. Iulianus. §. quantum. &. l. solemus. intelligẽ vt ibi: & istam constitutionem similiter vt ibi dices. Item quid si ex vna causa debeantur mihi tria, & ex alia. x. & ex alia. xx. & petam. x. an videar omnia petere? Respond. non, sed sola. x. licet videatur debere esse in electione actoris, in quã causam eligat: vt. ff. de iudi. l. si quis intentione. Item quid si generaliter dicam eum mihi obnoxium, sed postea per sacramentum calumniæ confitear me de vna summa sensisse? Respond. non perpetuantur omnes, sed illa sola: vt. ff. de execu. rei iudi. l. si ex testamento. Item quid si tenearis mihi hæreditatis petitione propter res sitas hic, & etiam Mutinæ: & te conueniam hic: an etiam illic videar interrumpere? Respond. non: quia nec actor hic de illis agere potuit: nec reus valuit respondere. Quidam tamen contradixerunt tali ratione: quia & coram non ordinario interrumpitur præscriptio: vt. ẽ. eo. l. vt perfectius. Sed nos dicimus in illis casibus esse speciale. Item quæro, quomodo huiusmodi libellus fuerit receptus, cum nó fuerint in eo ea quæ sunt necessaria, scilicet tria: vt. ẽ. de edendo. l. edita? Respon. sponte recepit reus de iustitia sua confisus, & propter timorem testium decedẽtium, vel alias moras. *ADDITIO.* Aduertas secundum Bar. hìc pro intellectu istius. l. quòd ad hoc vt interrumpatur prę̃scriptio per citationem, necesse est quòd de hoc saltem constet reo vtrum agatur actione personali, vel in rem, vel vtrum agatur de quantitate, vel an de specie. Vnde si quis fecit citari quempiam generaliter, vt veniret ei responsurus de iure, hoc non sufficeret ad interrumpendam præscriptionem.

*Lite̊ contestans in actione ad exhibendũ, non videtur cõtestari in rei vindicatione.*

*Præscriptio interrumpitur etiam coram non ordinario.*

*Libellus incertus nõ debet admitti.*

III. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

SI ex multis [a] causis quidam obnoxium habens, & maximè ex similibus quantitatibus, in vnius quidem causæ summa libellum conuentionis cõposuerit, causam tamen non expresserit: apud veteres agitabatur, an videatur omnes causas in iudicium deduxisse, an vetustissimam earum, aut [omnino] nihil fecisse, cum eius sensus incert[a] esse apparebat. ℣ Sed & in iudiciis in multis casibus [b] tales altercationes ventilatas inuenimus, & maximè propter lõgi temporis interruptionem. Si enim personalis fortè fuerat mota actio, hypothecariæ autem actionis nulla mentio procedebat: quidam putabant personalem quidem esse temporis interruptione perpetuatam, hypothecariam autem euanescere taciturnitate sopitã. ℣ Et si quis generaliter dixerat obnoxium sibi aliquem constitutum: aliæ dubitationes emergebant, si omnes ei competentes actiones huiusmodi narratione contineri credantur, [c] an vero quasi silentio circa eas habito, tempore expirare, nullo ex incerta libelli confectione adminiculo ei acquisito. ℣ Sancimus itaque nullam in iudiciis in posterum locum habere talem confusionẽ: sed qui obnoxium suum in iudicium clamauerit, & libellum conuentionis ei transmiserit, licet generaliter nullius causæ mentionem habentem, [d] vel vnius [e] quidem specialiter, tantummodo autem personales actiones, vel hypothecarias continentem, [f] nihilo minus videri ius suum omne eum in iudicium deduxisse, & esse interrupta temporũ curricula: cum contra desides [g] homines, † & sui iuris contemptores, odiosæ exceptiones oppositæ sunt.

A b *Multis casibus.* id est non solum in præcedenti: & ideo subiicit alium qui incipit, si enim &c.

c *Credantur.* Ecce tertia quæstio.

d *Mentionem habentem.* vt fuit in vltimo casu, & hoc propter incertitudinem: quia incertũ est quæ magis videatur perpetuata. argu. ff. de iur. fisc. l. ita fidei. &. ff. de ap. l. scio. §. quid ergo. &. l. appellati. & de ope. no. nun. l. de pupillo. §. si pluriũ. & de auro & argẽ. leg. † Concor. l. Plautius. &. ff. de diuor. l. fina. Argu. contra. ff. ad legem Iuliam de adul. l. denunciasse. §. j.

e *Vel vnius.* scilicet de quantitatis debitæ ex vna causa: non tamen expresit causam, vt fuit in primo casu. & sic nota q̃ soluit primã quæstionem. Alij hoc intelligunt, q̃ expresit summam & causam, & sic dicũt quòd si petij decem ex causa mutui, videar in omnibus aliis interruptionem facere, ex quibus mihi teneris. Dic ergo vnius causæ, id est quantitatis debitæ ex vna causa, non tamen causam expresit. Accursius.

f *Continentem.* nunc soluit secundam, secundum Azo. & hoc propter incertitudinẽ: q̃a incertum est &c.

g *Desides.* Not. vt. ẽ. de rei vindic. l. moræ. & de inofficioso testamen. l. contra maiores. &. ẽ. de rei vxo. act. l. j. in fine.

*DE ALLVVIONIBVS, & paludibus, & pascuis ad alium statum translatis.*

*Dixit de acquisitione temporali: nunc de naturali. Vel dixit de acquisitionibus suis ciuilis: nunc iuris gẽtium vel naturalis.*

Qvanuis.] CASVS. Cursum fluminis per opus manu factum à suo alueo auertere non possum. & hoc in prima. Si vero flumen resoluto alueo nouũ fecerit: ager quem circuit, ad priorem dominum pertinebit. & hoc in secunda. In tertia dicit quòd si auferatur de fundo vnius aliquid, & postea alij applicetur, illius erit cuius est fundus cui coaluit.

h *Amnis.* id est fluminis.

i *Non est.* sine magno incommodo accolarum: vt. ff. ne quid in flumine publico. l. j. §. sunt qui putant. &. ff. de ripa munienda. l. j. §. is autem.

k *Derelicto.* in totum, vel in partem.

l *Alium.* scilicet alueum.

m *Manet.* vt. ff. de acquirendo rerum dominio. l. adeo. §. insula. ibi, q̃ si ex vno latere &c. & instit. de rerum diuisione. §. insula.

n *Accrescit.* vt. ff. de acquir. rerum do. l. adeo. §. præterea. & insti. de rerum di. §. præterea. Sed hoc fallit in agris limitatis: vt. ff. de acquiren. rerum do. l. in agris.

*Hi quos.*

*TITVLVS XLI.*

## DE ALLVVIONIBVS, & paludibus, & pascuis ad alium statum translatis.

*Naturalem cursum fluminis mutare non licet: nisi muniendo ripam quis prædio suo consulat sine magno incommodo vicinorum: & patentia incrementa illorum sunt quibus prius erant: latentia autem iure alluuionis accrescunt illis qui sunt domini fundi cui se applicant. hoc dicit secundum Bald. Vel sic: Flumen aliò auertere est prohibitum: ripam autem præmunire est permissum. & mutato alueo non perditur dominiũ fundi circuiti per ipsum: nisi paulatim accreuerit alteri. Salycetus.*

I. Imp. GORDIANVS. A. Marco.

QVanuis fluminis naturalẽ cursum opere manu facto aliò non liceat auertere, tamen ripam suam aduersus rapidi amnis [h] impetum munire prohibitum non est. [i] ℣ Et cum fluuius priore alueo derelicto, [k] alium [l] sibi facit: ager quem circumit, prioris domini manet. [m] Quòd si paulatim † ita auferat, vt alteri parti applicet: id alluuionis iure ei quæritur, cuius fundo accrescit. [n]

*Cui accrescit emolumentum per alluuionem, accrescit & onus. Bald. Vel sic: Propter decremẽtum per alluuionem prouenientes debent tributa minui pro rata decrescenti: & econtra propter crementum debent augeri. Salycetus.*

II. Imppp. ARCADIVS, HONORIVS & THEOD. AAA. Cæsario præfecto prætorio.

HI quos inundatio Nili fluminis reddidit ditiores,

*Hi quos.*] CASVS. In Aegypto aliquando Nilus inundat: ex cuius inundatione aliquid accrescit possidenti prædia tributoria, & alij detrahitur: an census vnius augeri, alius deminui debeat, quæritur? Dicitur quòd sic.

a *Liberentur.* nam cui accrescit emolumẽtum, accrescit & onus, & econtra: vt hic, &.ſ. ſine cen. vel re. l. fi. &.ſ. no. vecti. inſtitui non poſſ. l. j. in fin. &. ff. de ſer. ruſti. præ. l. imperatores. Sed argu. contra ſupra de iure emphy. l. j. Item contra. j. l. proxi. in princ. Sol. vt ibi.

b *Defensi.* illi quibus alluuionis iure accreuit. & ſic vſque in fin. vel verius illi quibus eſt imminutum. Item quod dicit, largitate, ideo dicit, quia damus ei immunitatem. Item quod ſubiicit, reſpondeant &c. pro tanto quantum ſibi remanſit: vt. j. de anno. & tri. l. ij. lib. x. & ff. de cẽſi. l. forma. §. j. & ij.

c *Deuotioni.* id eſt deuote ſoluant.

*Aquæ.*] CASVS. Si in Aegypto per Nilum, ſiue in aliis prouinciis per flumen aliquid alicui accreuerit: illud nec à fiſco vendatur, nec petatur: nec illi cui accreuit, ſeparatim propter hoc cenſus nouus imponatur: vetus tamen augebitur cum aliquid accreuit. & hoc in prima. qui vero pro palude vel paſcuis modicum præſtãt cenſum: ſi per eorum diligentiam ad culturam redigantur, & ad frugũ fertilitatẽ tranſlata ſunt: illa non petantur à fiſco, nec vendantur, nec cenſus augeatur. & hoc in ſecunda. In tertia parte imponit pœnam temeratori huius. l. ſcilicet vt puniatur in. l. libris auri, & officialis præfecti prætorio eadem pœna punitur, ſi alicui ſuggeſſerit quòd poſsit venire contra ſtatuta huius. l. vel ſi preces petitoris introduxerit vt liber ſit ab huius. l. obſeruatione. Viuianus.

d *Ab ærario vendi.* vt propria. vendit tamen ob ceſſationem tributorum. Azo. Vel non vendit ſeparatim augmentum, ſed totaliter: vt ſubiicit.

e *Peti.* à quolibet pro fiſco.

f *Separatim censeri.* id eſt cenſui adſcribi.

g *Exigi.* huic eſt contrarium ſupra. l. proxi. cum ibi dicat eum grauari in plus cui accreuit. Sol. ibi ſeparatim accreuit, ita quòd diſcerni poteſt vnum ab alio. hic non, ſed per alluuionem: quia alluuio diſcerni non poteſt. Vel hic non cenſetur, ſcilicet ſeparatim: ſed totalis precij facta computatione. Sed quæritur, quid prodeſt non fieri ſeparatim? Reſpond. ſi fieret ſeparatim, & non offerret chartam profeſsionis: omne ius amitteret: vt. ſ. ſine cen. vel re. l. fin. hic autem non amittet: vt. ſ. de vecti. & commiſ. l. iij. Accurſius.

h *Vitia.* improprie, id eſt priuilegia & poteſtates quæ ſunt vt vni auferant, & alij donent: vt. ff. de acquir. rerum do. l. ergo. §. alluuio. Refertur ergo hæc ratio ad id quod dicit, neque ab ærario vendi, neque à quolibet peti. Alij vt P. dicunt quòd reſpicit legem ſuperiorem, ſcilicet quòd illi quorum patrimonium eſt minutum, releuari à tributis debent: non quaſi per eorum vitium ſit minuta poſſeſsio. argu. ff. de cen. l. vitia. & ita non videbatur minui. ſed prima verior.

i *Noxiam.* & hæc ratio aptatur ad proximum dictum, ſcilicet quòd illi quorum patrimonium eſt auctum, non debent ſeparatim cenſeri propter eam vtilitatem quam modo dixi.

k *Adscripta.* modico cenſu. Accurſius.

l *Censeri.* quid ſi non ſeparatim? Reſpondetur, idem videtur.

m *Ne doleant.* a nam cum labor in damno eſt, mortalis creſcit egeſtas: vt hic, & j. de omni agro deſer. l. fin. lib. xj. & in authen. de iudi. §. ne auté. col. vj.

n *Intelligant.* immo fructuoſam: vt. ſ. depoſiti. l. fina. &. ff. ad leg. Falcid. l. iij. &. ff. de ap. l. ſcio. §. quid ergo. & ff. de rei vind. l. certum. &. ff. loca. l. cum colonus. Sed argu. contra. ſ. de iudi. l. properãdum. §. ſin autem ex geſtis.

o *Officium.* id eſt officiales tui.

*DE SENTENtiis præfectorum prætorio.*

*Qualiter per præſcriptionem res quærantur, dixit: nunc qualiter per ſententias, audi. Et prima de ea quæ datur ab excellentiore poſt principem.*

*Itigantibus.*] CASVS. Si præfectus prætorio inter aliquos † iudicauerit, & altera pars ſe læſam affirmet: an à ſententia poſsit appellare, quæritur? Reſpond. quòd non: ſed principi poterit ſuppli care: nec refert fuerit ſententia lata in cauſa publica, an in priuata. & hoc in prima. Intra auté quæ tempora ſupplicare liceat, quæritur? Reſpon. quòd intra biennium numerãdum ab eo tẽpore quo princeps ſucceſsit præfecto prætorio iudici per inuocationem ſupplicantis, & ſic poſtquam præfecto iudici incepit poſſe ſuccedi: hoc eſt à tempore latæ ſententiæ à præfecto. Vel dic, poſt ſucceſsionem, id eſt poſt ſententiam latam à præfecto qui alij iudici ſucceſsit. & hoc in ſecunda.

p *Iudicio.* id eſt coram præfecto prætorio.

q *Si contra ius.* b ſcilicet litigatoris, non legis, vel conſtitutionis: quia tunc ipſe iure non valeret ſententia: vt. ff. quæ ſent. ſine ap. l. j. in princ. Accurſius.

r *Prouocandi.* vt. ſ. de preci. impe. off. l. ſi quis. &. ff. de offi. præfect. præto. l. j. §. his cunabulis. & ſic ſpeciale eſt in eo, ſicut & in epiſcopo: vt ſupra de epiſco. audi. l. epiſcopale. Item ſecundo eſt ſpeciale, quia dat in integrum reſtitutionem contra ſuam ſententiam ipſemet, & non alius: vt. ff. de mino. l. in cauſæ. ij. in fin. &. l. præfecti. Item facit ſupra de offic. pręfecti prætorio Orientis. l. normam.

s *Nec enim publicè.* immo nocet. expedit enim reipublicæ &c. vt inſtitu. de his qui ſunt ſui vel ali. iur. §. fin. & facit. j. de eman. l. nec auus. &. ſ. de cadu. tol. §. fi.

t *Nostro numini.* aliàs nomini, id eſt nobis. ſed hodie fieri poteſt ipſi pręfecto, vel eius conſiliariis intra decem dies. & præſtita fideiuſsione mandat ſententiam executioni: vt. ſ. de pre. imper. offe. authé. quæ ſupplicatio. ſed ſi non ſupplicetur prædicto modo, nihilo minus ſit principi intra biennium. Accurſius.

pro terris quas poſsidẽt, tributorum præſtationem agnoſcãt. ℣ Et qui ſuum deplorant patrimonium deminutum, * alieno ſaltem functionis onere liberẽtur, a & noſtræ ſerenitatis largitate defenſi, b locorum etiam poſſeſsione contẽti pro agitandi cenſus examine reſpondeant deuotioni. c

*Latentia incrementa ad fiſcum nõ pertinent: nec ſeparatim de his cẽſetur, ant pro his cenſus exigitur: nec eſt augendus cenſus, licet poſſeſsio efficiatur fertilior ſumptu & ſolicitudine poſſeſſoris, pœna contradicentibus imminente. Bald. Vel ſic: Incrementum alluuionis non debet per ſe cenſeri, ſed vnũ corpus cum eo cui accreuit, iudicari: & impinguatio terræ, vel melioramentum culturæ non facit tributa accreſcere. Salyc.*

III. Impp. THEODO. & VALENTINIANVS AA. Cyro præfec. præt.

EA † quæ per alluuionem, ſiue in Aegypto per Nilum, ſiue in aliis prouinciis per diuerſa flumina poſſeſſoribus acquiruntur, neque ab ærario d vendi, neque à quolibet peti, e nec ſeparatim cenſeri, f vel functiones exigi, g hac perpetuò valitura lege ſancimus: ne vel alluuionũ ignorare vitia, h vel rem noxiam i poſſeſſoribus videamur inducere. ℣ Similiter † nec ea quidem quæ paludibus antea vel paſcuis videbantur adſcripta, k ſi ſumptibus poſſeſſorum nunc ad frugũ fertilitatem tranſlata ſunt, vel vẽdi, vel peti, vel quaſi fertilia ſeparatim cenſeri, l vel functiones exigi concedimus: ne doleant m diligentes operam ſuam agri dediſſe culturæ, nec diligẽtiam ſuam ſibi damnoſam iudicantes intel ligãt. n ℣ Cuius legis temeratores quinquaginta librarum auri condemnatione coërceri decernimus: inter quos habẽdum eſt officium o quoq; tuæ ſedis excelſæ, ſi aliquid huiuſmodi caſus ſuggeſſerit diſponendũ, vel ſi preces introduxerit petitoris. Dat. XI. Kal. Octob. *

## TITVLVS XLII.

## DE SENTENTIIS

præfectorum prætorio. †

*Non appellatur à ſententia præfecti prætorio, ſed ſupplicatur principi: & ſi ſententia lata ſit pro republica, durat biennio hæc potentia ſupplicandi. Bald. Vel ſic: A ſententia præfectorum prætorio non appellatur, ſed intra biennũ principi ſupplicatur. Sal.*

I. Impp. † DIOCLETIANVS & MAXIMIA. AA. Thalaſſio præfect. præt. Illyrici.

ITigantibus in amplisſimo prætoriæ præfecturæ iudicio, p ſi contra ius q ſe læſos affirmẽt, nõ prouocandi, r ſed ſupplicãdi licentiam miniſtramus: licet pro † curia, vel qualibet publica vtilitate, ſeu alia cauſa dicatur prolata ſententia. nec enim publicè s prodeſt ſingulis legum adminicula denegari: ita videlicet, vt intra bienniũ tantùm noſtro numini t contra cognitionales ſedis prætorianæ præfe-



BIU Cujas

a *Post successionem iudicis.* id est postquam præfecto prætorio iudici successit princeps per inuocationem supplicantis, dicentis recurram ad principem: quod facere potuit quandocunque post sententiam. & sic passiue intellige. Et hoc casu executioni mandatur sine fideiussione. Vel die postquam iudici præfecto cœpit

† *In Nouel. Theod. legitur cognitionem. quod non probo. Contius.*

NOn videtur.]CASVS.Mulier in causa quam Titius habebat aduersus eam,ordinauit procuratorem:iudex tulit sententiam non in personã procuratoris,sed mulieris,cum ipsa non fuit in iudicio:an teneat sententia,quæritur?Dicitur quòd non.

f *Procuratorem.*rei conuenti.

g *Non fuit.*vnquam,secundum omnes.si autem fuisset à principio,& lis fuisset contestata:esset ipsa condemnanda, & non procurator qui adest,tempore latæ scilicet sententiæ secundũ Azo. vt hic,& pro eo.ff.de his qui notan. infa.l.furti.§.ij.& ita inspiciebat tantum cum quo esset facta contestatio. Sed B.& Ioan. dicũt quòd siue ab initio procurator litem exercuit,siue lite cõtestata faciat ad eum transitum:ipse procurator est condemnandus.& pro eis.ff.de neg.gest.liberto.§.fi.& de procur.l. licet.§. si plures. & ff.de procura.l.nihil.Hoc tamen fallit in casu:vt.j.de iniuriis.l.fi.nec obstat isti dicta.l.furti.quia ibi subaudit,maxime. Itẽ nec ista,quia vel sic fuerat de facto hic,quòd domina nũquã in iudicio fuit:& sic subauditur, maxime. Vel hic dic subaudiri

BIU Cujas

ordo causæ vnius ad aliam. hic autem eiusdem causæ ordo peruertitur, vel etiam omittitur. Accursius.

PP. XV. Kalen. Ian. Alex. A. & Dione Coss.

*Valet sententia lata sub modo, nisi per appellationem rescindatur. Bart. & Bald. Vel sic: Hæc lex habet duas lecturas: vnam quòd loquatur in duabus instantiis: aliam quòd in vna. secundum primam lecturam summatur sic: Fideiussores per fiscũ exactis possunt petere coram eorum iudice vt fiscus cõpellatur pignora principalis debitoris eis pro sua indẽnitate tradere. h. d. & hæc lectura est vera. Saly. Vel sic: Si sententia lata est sub modo, valet, & seruandus est modus, si non est appellatum. h. d. secundum Pau. de cast.*

V. Imp. PHILIPPVS. A. & Philipp. Cæs. Montano.

CVm eorum [a] qui principaliter fisco tenebantur, bona [b] ea lege fideiussoribus procurator [c] tradi iusserit, vt ipsi indemnitatẽ fisco præstarent, [d] nec à sententia eius interposserit prouocatio: [e] cõsequens est datæ formæ [f] obtemperari.

*Sẽtentia lata in loco secreto, non in publico, non valet. Pe. & Cy. secundum Bal. Vel sic: Sententia quæ non est lata in loco maiorum, nec præsentibus officialibus, est ipso iure nulla. Bar. Vel sic: Locus incognitus reddit sententiã nullã. h. d. Iac. But. Vel sic: Sententia lata ab ordinario alibi quàm in loco maiorum, non valet. Salyce.*

VI. Imppp. CARVS, CARINVS & NVMERIANVS. AAA. Zoilo.

CVm sentẽtiam præsidis iritam esse dicis, quòd non publicè, [g] sed in secreto [h] loco, officio [i] eius non præsente, sententiam suam dixit: nullum tibi ex his quæ ab eo decreta sunt, prejudicium generandum esse constat. PP. V. Kalen. Decemb. Caro & Carino Coss.

*Præses concordiam suadendo non videtur velle actionem tollere, nec potest. Bald. Vel sic: Verba iudicis prolata causæ cognitione non præcedente, non habẽt vim sententiæ. Bar. Vel sic: Iudex suadendo cõcordiam non fert sententiam, nec actionem tollit. Saly. Vel sic: Verba iudicis suadentis vel pronunciantis partes debere inuicẽ cõcordare, non habent vim sententiæ definitiuæ: quia non definiunt causam, sed dimittunt eam in secreto. Pau. de cast.*

VII. Impp. DIOCLE. & MAXIMIAN. AA. & CC. Isidoræ.

EX stipulatione parta actione, [k] pacisci proximis personis suadendo præses prouinciæ, verborum obligationem, quam certo iure [l] tolli tantùm licet, extinguere nõ potest: nec vox omnis iudicis, iudicati cõtinet auctoritatem: cum potestatẽ sententiæ certis finibus [m] concludi, sæpe constitutum sit. Quapropter si nihil causa cognita secũdũ iuris rationẽ pronunciatũ est: vox pacisci suadẽtis præsidis actionẽ perimere (si quã habuisti) minime potuit. [n]

*Regressus mihi competens contra auctorem meum re euicta, non reddit sententiam nullam. hoc primo. sed agitur actione ex empto si fuit empta: sed si in solutum data sit, agitur veteri actione. Bal. Vel sic: Sententia per quam res euincitur, non rescinditur nisi appellatione: sed ei qui perdit, contra suum auctorem succurritur. Bar. Vel sic: Regressus quem habet sententiatus de euictione, agit diuersimode, quia vtili ex empto si pro pecunia res fuit tradita, vel primitiua si per species fuit in solutum data. Sal. Vel sic: Sententia per quam res euincitur, non rescinditur nisi per appellationem, licet auctor non fuit ad eam citatus: tamen contra eum succurritur ad interesse si sibi fuit lis denunciata. h. d. secundum Pau. de cast.*

VIII. Iidem. AA. & CC. Licinio.

LIbera [o] quidem Theodora, quam ex emptionis causa, vel in solutum creditori traditam proponis, pronunciata: citra prouocationis auxilium sententia rescindi non potest. Verum si mota quæstione, prę-missa denunciatione [p] † ei qui auctor huiusmodi mulieris fuit, iudicatũ processit: quãti tua interest, empti, [q] si emisti: vel ob debitũ reddendũ, [r] si in solutũ data est, repetere nõ [s] phiberis. [f]

---

a *Cum eorum.* scilicet debitorum.

b *Bona.* tacite obligata: vt infra in quibus cau. pig. ta. contra. l. j. &. ij.

c *Procurator.* scilicet Cæsaris, qui cognoscit inter fiscum & priuatum: vt supra si aduersus fiscum. l. ij.

d *Præstarent.* quod facere potuit: vt infra ti. j. l. ij. & debuit: vt. ff. de iure fisci. l. in fraudem. §. qui pro alio. &. j. de fideiuss. l. ij. erat autem dubitatio, quia videbatur sentẽtia lata sub conditione à procuratore Cæsaris, scilicet si indemnitas fisco præstetur: sed non fuit cõditio, immo modus, vel causa finalis. sed si esset conditio lata, teneret: vt. ff. quando appel. sit. l. j. §. biduum. & secundum hoc duo dicit, vel iudicauit, [a] scilicet fideiussores soluere, & bona rei eis dari à procuratore fisci, eis præstantibus indemnitatem fisco.

e *Prouocatio.* per fideiussores.

f *Formæ.* scilicet sententiæ.

*Cum sententiam.* ] CASVS. An sententia lata in coquina, vel in lupanari, valeat, quæritur? Dicitur ꝙ non. [b]

g *Publicè.* id est, in loco publico.

h *In secreto.* id est, vbi non consueuerunt sententiæ dari saluo honore maiorum: [b] vt. ff. de iusti. & iur. l. pen. vel turpi, siue non idoneo: vt. ff. de arbi. l. si cum dies. §. penul.

i *Officio.* id est, officialibus nõ præsentibus. sed hic subaudi, maxime. [c] nam si in publico idoneoque loco dixit, valere dico: licet non fuerit præsens officium: licet quidam exigãt vtrumque. & ad hoc quod de officio dicit, est. xv. q. vij. episcopus nullius. vnde iudices appellationum huius terræ possunt dare ad domum suam in aliquo loco publico, vel honesto. Accursius.

*Ex stipulatione.* ] CASVS. Frater tuus. x. tibi promisit per stipula. cum non solueret, vocasti eum ad ius: & volebas eum conuenire. Iudex suasit tibi vt fratrem tuum nõ conuenires, sed cum eo transigeres: vel iniurias tibi intulit nisi transigeres. An talia verba iudicis tibi præiudicent quo minus act. tibi competentem possis intentare, quæritur? Dicitur quòd non sunt curanda talia verba iudicis, nec omnis vox iudicis est sentẽtia, sed talis quæ in se contineat condemnationẽ vel absolutionẽ. Viuia.

k *Actione.* scilicet consanguineo contra consanguineũ. Accur.

l *Certo iure.* scilicet acceptilatione, vel solutione, vel similibus modis: vt inst. qui. mo. tol. ob. in prin. Accursius.

m *Finibus.* condemnatione, vel absolutione: d .co. l. iij. &. j. eod. l. post sententiam. & l. n *Potuit.* vt obstet Fab. exceptio rei iudicatæ quasi ex iudicis sententia: vt infra commintiones, epistolas. l. interlocutio. præsidis.

*Libera.* ] CASVS. Ancillã mihi vendidisti, & tradidisti: vel quia eras debitor me⁹ in. x. ex causa mutui, eã in solutionẽ mihi dedisti. prouocauit in libertatem, & pronunciata est libera. qualiter mihi succurratur, quæritur? Respondeo quòd sententia per appellationẽ non suspẽsa non rescindetur: sed in primo casu si tibi denũciaui cum in libertatem proclamauit, agam ex empto ad interesse. in secũdo casu agam ad debitum act. pristina. Viuianus.

o *Libera.* scilicet pronunciata, quod est. j. & sunt ablatiui absoluti.

p *Denunciatione.* quæ est necessaria vt de ei? euictione agi possit: vt ff. de euic. l. emptor.

q *Empti.* id est ex empto, nomine euictionis: quia satis euincitur quæ in libertatem eripitur: vt infra de euic. l. si statuas.

r *Reddendum.* quod terat in specie.

s *Non prohiberis.* scilicet actione antiqua q̃ adhuc supereſt: quia nihil videtur solutum esse: sed certe immo videtur emptio in solutum datio, & sic vtili ex empto nomine euictiõis agi: vt. ff. de pig. ac. l. elegãter. circa principium. &. j. de euic. l. si prædium. quæ sunt contra. Sol. hic eo pacto recepit, vt ita demum recederet à priore obligatione, si res in solutũ data libere fieret eius: ibi non, [f] arg. ff. de sol. l. si quis aliam. Vel verius [g] distingue an species pro specie in solutum detur: vt hic. an etiã res pro pecunia: vt in contrariis.

*Post.* ] CASVS. In causa quam habebam cum Titio, iudex mihi condemnauit Titium in. c. vult postea mutare sententiam: quæritur an possit vel ipse, vel successor? Respõ. quòd nõ. Sed videtur ꝙ possit, quia cum pro me pronũciat in causa possessionis, postea in causa proprietatis pro aduersario: auocabit à me possessionem: & sic per posteriorem sententiam videtur mutare primam. sed non est verum: quia diuersæ sunt causæ proprietatis & possessionis: neque quicquam commune habet possessio cum proprietate. Item non obstat quòd iudex potest mutare sentẽtiam interlocutoriam: quia per talem sentẽtiam causa non definitur. Vel pone casum aliter vt in glo.

Post sen-

---

a *Omnes lecturæ sunt veræ, & cõgruunt literæ secundũ B. B. & Ang.*

b *Et bene. B. B. Cy. P. Ange. & Sa.*

c *Et recte, quia nõ est necesse nisi in notario causæ qui acta cõscribat. l. præcipimus. j. de appella. nisi consuetudo aliud desideret, secundum Bar. hic.*

BIU Cujas

*Sententia definitiua non potest retractari: secus in interlocutoria. Bar. Vel sic: Definitiua sententia contraria super eodem, ab eodem vel à successore lata, ipso iure non tenet. hoc primo. Quod semel decisum est in possessorio, non præiudicat proprietati. hoc secundo. Interlocutoria potest per contrariam interlocutoriam reuocari, corrigi, & mutari. Bal. Vel sic: Sententia definitiua super negotio semel decisio, non valet: nec lata in possessorio, præiudicat in petitorio: & interlocutoria non definit: ideo in contrario imperio reauditur. Saly.*

IX. Iidem. AA. & CC.
Domno.*

POst sententiam [a] quæ finibus certis [b] concluditur, ab eo qui pronunciauerat, vel eius successore, de quæstione [c] quæ iam decisa est, statuta [d] rei iudicatæ non obtinent auctoritatem. [e] † nam nec de possessione pronunciata, [f] proprietati [g] vllum præiudicium afferūt: nec causam vllam interlocutiones [h] plerumque [i] perimunt.

*Qui non potest statuere, non potest relegare. Saly.*

X. Iidem. AA. &. CC.
Menodoro.

NVlli qui statuendi nō habet [k] facultatem, [l] interdicere patria cuiquam permittitur. [m] III. Non.*

*Iussus de iurando non definit causam. Bal. Vel sic: Sententia quæ non condemnat vel absoluit, vel æquipollens, vim definitiuæ non habet. Saly. Vel sic: Delatio iuramenti non habet vim definitiuæ. Vel sic: Delatio vel iussus iurisiurandi vim definitiuæ non habet, nisi vlterius procedat definiendo. ratio: quia non continet condemnationem vel absolutionem, licet contineat quoddam præambulum. Bal.*

XI. Iidem. AA. & CC.
Luciano.*

CVm iudex in definitiua sententia iusiurandum solummodo præstari præcipiat, non tamen addat [n] quid ex recusatione vel præstatione sacramenti fieri oportet: huiusmodi sententiam nullam vim obtinere, palam est. [o]

*Sententia potest proferri Græcè & Latinè. dicit glos. Græce inter Græcos, Latine inter Latinos. Bald. Vel sic: Ex Græco inter Græcos, & ex Latino inter Latines potest ferri sententia. h.d. secundum Saly.*

XII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Iuliano proconsi. Asiæ.

IVdices tam † Latina [p] quàm Græca lingua sententias proferre possunt.

*Non exemplis, sed legibus est iudicandum. h.d. secundum Bar. Bal. & Saly.*

XIII. Imp. IVSTINIANVS. A.
Demostheni præfecto prætorio.

NEmo iudex † vel arbiter existimet neque consultationes, [q] quas non rite iudicatas esse putauerit, sequēdū, [r] & multo magis [s] sententias [t] eminentissimorum præfectorum, vel aliorum procerum (nō enim si quid non bene dirimatur, hoc & in aliorum iudicum vitium extendi oportet, cū non exemplis, sed legibus [u] iudicādum sit) neque si cognitionales [x] sint amplissimæ præfecturæ, vel alicuius maximi magistratus [y] prolatæ sententiæ: sed omnes iudices nostros veritatē, & legum & iustitiæ sequi vestigia sancimus. Dat. III. Kalend. Nouembris.

*Secundum iura codicis sit iudex competens per recōuentionē, qui nō erat: & cessat exceptio incompetentiæ iudicis. Bald. Et finis istius. l. est canonizatus. 3. q. 8. cuius in agendo. Vel sic: In causa reconuentionis nō habet locum exceptio iudicis incompetētis.*

---

a *Post sententiam.* tria dicuntur hac. l. Primū, quòd si iudex tulit sententiam, & transiuit in rem iudicatam, ita quòd appellari nō potest: statuta vel iudicata postea super eadem quæstione ab eodem, vel ab eius successore, non valent: vt. j. sententiā rescin. non posse. l. j. & quando prouo. non est ne. l. j. Secūdo obiicitur, immo videntur valere secundo statuta etiam ab eodem: vt si primo de possessione, & postea de proprietate inter eosdem iudicauit. cui respondet hoc modo: [a] bene dixi de eadem, & quæ iam decisa est: sed in hoc casu non est de eadem, nec decisa est quæstio proprietatis, licet sit decisa causa possessionis: vt. j. si à non compe. iudi. l. si de proprietate. Tertio adhuc opponit primo dicto de sententiis interlocutoriisque mutantur, & sic vltimo statuta valent: vt. ff. de re iudi. l. quod iussit. & ff. de arbi. l. dicere. Cui respondet, [b] quòd illę nō decidunt causā vlla, quia mutari possūt: sed primum dictum dicit de causis decisis per sententiam definitiuam. plerunque autem ideo dicit, quia quandoque definiunt: vt in causa mōtariæ possessionis secūdum quosdā, [c] quæ non mutatur per appellationem: vt. j. si de momenta. pos. fuerit appel. l. j.

b *Finibus certis.* s. absolutione, vel condēnatione: vt. ś. eo. l. ex stipulatione. Vel dic, certis: quia iam appellari non potest.

c *De quæstione.* id est de possessione.

d *Statuta.* neutraliter, & dicas statuta, scilicet per sententiam secundam. est autem statuta, nominatiui pluralis. & incipe hic constructum.

e *Auctoritatem.* nam de alia nō ita. nam &c.

f *Pronunciata.* primo.

g *Proprietati.* id est sententiæ secundò latæ de proprietate.

h *Interlocutiones.* [d] vel de induciis dandis: vel de testibus producendis: vel propter infamiam repellendis. Item vt ad aliam prouinciam pro testibus recipiendis mittatur.

i *Plerūque.* hoc dicit propter iudiciū mōtancæ possessionis: vt. j. arg. vnde vi. l. momentariæ. &. ś. qui leg. per. stā. in iudi. ha. l. momentarię. vt modo dixi. Vel aliter, quia illam sententiam dico definitiuam. pone exemplū in interlocutoria, quando quæritur, possit esse testis vel non. vel sit in possessione libertatis, vel non.

*ADDITIO.* Bart. hic intelligit hunc textum in interlocutoria per quam tota causa decidit̃r: quia illa nō potest reuocari, sicut nec ipsa definitiua. exemplū in sententia iudicis, per quam absoluit aliquē ab obseruatione iudicij, vel pronunciat nō esse procedendū, vel se nō esse iudicē, istā nō potest reuocare: quia perimit causam principalē. sed si perimeret quandam causam incidentem seu emergentē, optime posset reuocari: quia adhuc durat iudicis officium in illa causa: vt. l. dicere. ff. de arbi. & de præto. sti. l. j.

NVlli.] CASVS. Si magistratus vel quis ali⁹ interdixerit tibi ne amplius stares in patria tua: an valeat talis sentētia, quę-

A ritur? Dicitur ꝙ non, cum nō habeat potestatē statuēdi hoc. Vi.

k *Non habet.* ordinariam, cum de imperio sit: vt. ff. de offic. præsi. l. illicitas. §. qui vniuersas. vnde delegari non potest: vt. ff. de offic. eius cui man. est iurisd. l. j.

l *Facultatem.* sicut pedanei iudices.

m *Permittitur.* quādoque eā huiusmodi pœnæ imponūtur: vt. ff. de interdi. & rele. l. relegatorū. §. constitutum.

CVm iudex.] CASVS. Iudex in causa quā habebā cū Titio, pronunciauit alterum nostrū debere iurare: nec sic dixit, absoluo te si iuraueris, vel cōdēno te si Titi⁹ iurauerit. an valeat sententia, quęrit. Dicit ꝙ nō.

n *Addat.* s. prius.

o *Palā est.* hoc secūdum leges veteres, in quibus primo debebat ferri sententia, & postea præstari iusiurandū. hic autē iusserat primo præstari sacramentum, & sic postea iudicaret. & ideo secundū ius antiquū nō valet: vt. ś. de rebus cre. l. si quis iusiurādū. in fi. sed hodie valet, & est iterlocutoria: vt. ś. de re. cre. l. generaliter. in fi. j. respō. & sic hæc corrigitur per. l. generaliter. Vel dic ꝙ statim [e] & post ferri potest, vt hic: non multo post, vt ibi. Iteā innuit ꝙ si detulisset iudex sic, defero tibi iuramētū: & si iuraueris, dabo pro te sententiā: vel absoluo te, vel absoluā, ſ ꝙ valet: & sic est contra. ff. qñ ap. sit. l. j. §. biduum. Sed dic secundū Io. ꝙ nō debet ferri sub cōditione: vt ibi dicit. s. extranea. s. si nauis ex Asia venerit, vel simili: potest tamen ferri sub ea quæ ex his pendet quæ in iudicio sunt.

*Contrariā videt. l. creta. ff. de re iudicata. quæ semper in decretis latinā linguā requirit. sed hic agi de iudicib. datis, il- lic autē de aut̃ aliis magistratib. crediderim. nō enim dicā vt stulti quidā, hic plus dicit: illic minus. Contius.*

† *Cōcor. cū hac. l. c. 1. extra de cō sententiā. sfit. in glo. super verbo, suo sen- su. ap. sfit. l. j. §. biduum.*

e *Idē Bar. to. & Pan. f Falsum est: quia ver- bū cōdēno, debet esse præsentis tēporis, & nō futuri: quia futurū non disponit: vt l. Titia cū testamento. ff. de le. 2. Bar. Bal. & Saly.*

PIVdices. Latina. inter Latinos, Græca iter Græcos, vt intelligatur: vt. ff. de instito. ac. l. sed & si pupillus. §. proscribere. Accur.

NEmo.] CASVS. An iudex secundū quòd alius iudicauit in consimili casu, sententiam proferre debeat sequendo talem sententiam, quæritur? Rn. ꝙ non, etiam si esset lata à præfecto prætorio, vel ab alio magistratu: sed secundum quod sibi videtur sequendo leges & iustitiam, iudicare debet.

q *Consultationes.* id est responsa ad consultationes, data etiam à principe: quæ sunt extra corpus iuris: vt hic, & supra de leg. & consti. l. ij.

r *Sequendum.* neque aliàs, subaudi.

s *Multo magis.* scilicet quàm si à principe darentur. Accur.

t *Sententias.* id est responsiones ad consultationes datas à præfectis.

u *Sed legibus.* no. vt in fi. huius. l. &. j. de accu. l. singuli. &. ff. de offi. præsi. l. sed licet. &. ś. si cōtra ius vel vti. pub. l. fi. in fi. Sed arg. cōtra. ff. de postul. l. j. §. casum. ibi, nunquid ergo & magistratus.

x *Cognitionales.* id est definitiuæ sententiæ, cognitionaliter causa examinata: vt addat prædictis.

y *Magistratus.* nisi sint principis: vt. ś. de le. & cōsti. l. fi. in prin. quæ est contra, nisi sint tot sententiæ vt consuetudiné inducant: & tunc

BIU Cujas

& tunc magis dicor sequi consuetudinem quàm sententiam, secundum Io.vt.ff.de le.& sena.consul.l.si de interpretatione.&.l. nam imperator. Accursius.

*Bar.Vel sic:Actor potest nedum de eodem negotio,sed etiam diuerso reconueniri corã eodem iudice,non obstante quòd aliàs non esset eius competẽs iudex.Salycetus.Vel sic: Si reus conuenit actorem, non potest actor opponere exceptionẽ iudicis incompetentis: quia postquã elegit iudicẽ pro se cõtra reũ, debet etiã recipere contra se & pro reo in vim etiam reconuẽtionis.Paulus de Castro.*

XIIII. Idem A. Demostheni præfecto prætorio.

CVm Papinianus† summi ĩgenij vir in quæstionibus[a] suis rite disposuerit non solum iudicem de absolutione[b] rei iudicatæ, sed & ipsum actorem,si econtrario obnoxius fuerit inuẽtus, condẽnare: [c]huiusmodi sententiã non solum roborãdã,[d] sed etiam augẽdam[e] esse sancimus: vt liceat iudici vel contra actorẽ ferre sentẽtiã: & aliquid eum daturum vel facturũ pronunciare,[f] nulla ei opponenda exceptione, quòd non competẽs iudex agẽtis esse cognoscatur.[g] Cuius enim in agẽdo obseruat arbitriũ, eum habere & contra se iudicẽ in eodẽ negotio[h] nõ dedignetur.† Dat. XV. Kalendas Decembr. Lamp. & Oreste.VV.CC. Conss.

IN AVTHEN. DE executoribus.§.fi.colla.vij.cõsti.vij.

*Is qui reconuenire vult, non potest nisi coram eodem iudice,& statim,non postea. Si igitur vult corã alio agere: expectet terminum litis primæ,nisi iudex sit recusatus vt suspectus: & tunc fiet reconuentio coram subrogato.Baldus.Vel sic: Coram eodẽ iudice ordinario vel delegato debet necessario fieri reconuentio, & ante litem contestatam,vel statim postea:& iudicis recusatio permittitur,propter quã ordinarius associatur,vel alius delegatur.Salycetus.*

ET cõsequẽter[i] †ego ab aliquo cõuẽtus,si vicissim ipsum pulsare velim: statim quidẽ hoc nõ licet nisi apud eũdẽ[k] iudicẽ.qui si displiceat,[l] ĩtra viginti dies[m] recusari potest[n], aliúsque mereri,apud quem rursus vtrumque negotium[o] vẽtileẽ.Alioqui[p] lite cõtra me mota prius ventilata & terminata, tunc demum & ego admittar.

*Coniunctio copulatiua nõ debet poni inter ea circa quæ nõ potest vniformiter disponere. Baldus.Vel sic : Quando duo vocabula veniunt ad determinationem eiusdem verbi, debent intelligi vt vniformiter operentur.Bar.Hæc lex in se est valde obscura,& habet varios intellectus: & h.d.se cũdum vnam lecturam: Quãdo vna determinatio decernit plura determinabilia,debet ea pariter determinare, etiam si subest ratio in contrarium.Secũdum aliam lecturam dicit totum contrarium , quod quando subest ratio in contrarium,non determinat pariter,sed secundum quod congruit determinabilibus:quia textus est aliquantulum obscurus.h.d.secundum Paulum de Castro.*

XV. Idem A. IVLIANO præfecto prætorio.

CVm solitum est in sententiis[q] iudicum sic ĩterlocutionem proferri, vt non liceat partibus ante definitiuã sentẽtiam ad appellationis vel recusationis venire auxilium:quidã putabant nõ licere ante litẽ cõtestatam nec iudicem recusare, Sed M. inducebat hoc pro se, vt ordinarius recusetur.

a *In quæstionib⁹.* id est in libro quæstionum, quem non habemus.

b *Absolutione.* vel cõdemnatione.

†*Concor.cũ hac.l.c. cuius in agẽdo.3.q.8.*

c *Cõdẽnare.* licet non erat iudex actoris . & hoc si recõueniat reus actorẽ, non aliter: [a] vt ff.de ędil.edic.l.ędiles. j.§. item sciendum.

*a Et bene. Bar.*

d *Roborandam.* dando ei auctoritatem.

e *Augẽdã.* sed in quo augetur? Respon.quia Papinianus ꝓmittebat recõuẽtionẽ ex eadem causa tãtum: vt tutelæ, vel negotiorũ gestorũ. Sed Iustinian⁹ hic etiã ex alia ꝓmittit.Itẽ & in hoc cũ dicit,nulla &c. Itẽ in eo ꝙ rationẽ reddit, cuius enĩ &c. Argu. insti. de his qui ma.non pos.§.j.

f *Pronũciare.* primit⁹ satisfacto , & respõdẽdo ei qui prius appellauit: vt supra depositi.l.penul.§.j.

†*Est arg. in.c. significasti.in fi. cũ gl.fi.extra de elec.*

g *Cognoscatur.* fit enĩ illud ex quo actor agit corã eo, etiã iure veteri: vt hic,&.ff. de iudi.l.ij.§.sed & si agant. &.l. qui nõ cogitur. & ff.de iurisdi.om.iudi.l. si idẽ.&.ff. de ꝓcur.l. sed & hæ.§. nõ solũ.& ff.eum qui ap.in ꝓuin. defen.l.j.&.ij.& arg.ĩ.de rei vind.l.ordinarij.&.ĩ.de iudi.l.nulli. Sed videtur hęc lex nõ habere locũ,cũ ipso iure fiat cõpensatio,quãdo hinc inde debetur: vt insti.de act.§. in bonæ fidei. Sed dic[b] ꝙ nõ erat hic liquidũ. Itẽ quia forte species ab altera parte petebatur, vbi compensatio locum non habet : vt.ĩ.de compensa.l.fin.&.ff.de pig.act.l.si conuenerit.ij. in princip.

*h Idẽ Bar. Salyce. & Odof.*

h *In eodem negotio.* maxime.nã idẽ & si de alio recõueniat reus actorẽ:vt dixi. Vel dic[c] verius idẽ negotiũ dici:quia idem actor reus & iudex,licet sit alia res.& sic insti.de ac.§.si minus. Alij dicũt[d] ꝙ hæc lex etiã per Iustinianũ nõ permittit reconuẽtionẽ nisi in eodẽ negotio. Sed auth.& cõsequenter.permittit in alio, & sic non adiicit dicto Papiniani,secundum eos: nisi in eo quod dicit, nulla &c.& in eo quòd reddit rationem, cuius enim &c. Item no.ꝙ hæc lex dabat potestatem reo recõueniẽdi actorem sub eodem iudice:sed si coram alio volebat,poterat.authen.vero imponit necessitatem, vt donec ipsa causa pendet , nunquam sub alio possit.& ideo lege authen.& consequenter &c.quæ est de execu.& de his qui conue.& reconue.§. fi.col.vij.

*c Ambæ sunt veræ secũdũ Saly. & Angel.*

*d Et ma. Bart. Bal. & Saly.*

ET cõsequẽter.]CASVS.Hęc auth.dicit idem quod lex.C.sed addit.Pone ergo sic: Titius cõuenit me apud iudicẽ:volo eũ recõuenire corã alio iudice:an possi eũ recusare? Respõ.ꝙ possum,& debeo aliũ petere iudicẽ nobis dari. Si vero in principio causę nihil dixit Titius,tũc debeo expectare ꝙ sententia detur: & causa terminata potero recõuenire Titium corã alio iudice.

i *Et consequenter.* id est conuenienter.additur in hac authenti. ego conuentus &c.

k *Eundem iudicem.* sed quid si præiudiciali velim eum reconuenire, de qua non potest aliàs cognoscere,quia pedaneus sit:vt supra de peda.iudi.l.ij.in fi? Respõ.cognoscet & hic,ratione cõuentionis: vt supra de iudi.l.quoties. Idem videtur si de criminali velim reconuenire eadem ratione. Item quid si reconuentus nunc vult iterũ reconuenire primũ conuentum de alio quàm primo, vel quã rescriptum diceret? Videtur quòd non possit, cum aliud sit conuenire, & † aliud reconuenire : sicut aliud deferre iuramẽtum, & aliud referre: cum deferẽs primò iuret de calũnia: vt.ff. de iureiur.l. iusiurandum & ad.§. qui iusiurandum.

*Reconuentus an possit adhuc conuenire.*

*† Cocur. in c. i.*

l *Displiceat.* sed cui? Al.dicit etiam reconuento: vt quod nõ possit per se,per aliũ possit:vt ar.ff.quæ res pig. ob.pos.l.Aristo.& supra de tẽp.in integ.resti.l.petẽdę.&.ff.de acqui.hære.l. cum hæreditate. Tu dic,[c] cõuẽto,& non reconuento, cum ipse elegerit:vt supra in.l. cum Papinianus.& supra de lit.cõtesta.authen.offeratur. & supra de iudi.l.apertissimi.Sed Al.dicebat hanc.l. cũ Papinianus. loqui in eodẽ negotio.

*c Et bene Bar. Saly.*

m *Intra.xx.dies.* aliàs xxx.hoc per authenti. offeratur.

n *Recusari potest.* loquitur ergo in delegato.Sed quid de ordinario? Respõ. [f] idẽ,ꝙ habeat locũ hæc auth.nã ĩ corpore dicit tale qd factũ apud glorioſissimũ iudicẽ, licet nõ recusetur ordinarius ,sed alius ei assocĭetur:vt in auth.vt dif.iudi.§.si vero contigerit.colla.ix.

*f Sequitur eam Bar. Angel. Saly.*

o *Negotium.* sed quomodo hæc causa tractabitur? Respon. in proponendo, & allegando, & iudicando eadem vel alia sententia seruabit ordinem : vt qui primo appellauit, præcedat in talibus : vt.ff.de iudi.l. qui prior. Accursius.

p *Alioqui.* id est si nolim eum reconuenire ab initio, vel parum post. [g] nam quæ incontinenti fiunt, ineſſe videntur : vt supra de pac.l.petens. &.l. lecta.ff.si certum pet.& sic non quandocunque ante sententiam poterit reconuenire : vt hic, & in corpore, in fi.vbi dicit mox.arg.supra de compen.l. fi.Sed quidam dicunt[h] quandocunque ante sententiam posse fieri reconuẽtionem.& exponunt hic alioqui,id est si nolim coram eodẽ,sed coram alio.vel alioqui,id est si displicuerit.Sed prima ꝓbatur etiã iure canonum:vt extra de mu.pe.ca.ex literis. Tertij distinguũt inter delegatum & ordinarium:vt coram delegato incontinenti:sed coram ordinario quandocunque.Sed quando dicitur fieri incontinenti? Respõ.ante apertos testes: vt dicimus in denũciatione euictionis.ff.de euic.l.si rẽ quam mihi.§. fi.vel statim post litem contestatam quodam spacio interueniente ad arbitrium iudicis[i],qui arbitretur ante confessiones factas, vel productiones testium : vt.ff. de sol.l. ratum. Accursius.

*g Et bene Saly.*

*h Et secundum Bar. vide tamen vt hic Saly.*

*i Idẽ Bal. & Saly.*

CVm solitũ.]CASVS. Potestas Bono.deleganit te iudicẽ ad aliquã causam:& ita dixit:null⁹ recuset talẽ iudicẽ ante sẽtẽtiã,vel ab ei⁹ sẽtẽtia appellet.an possit talis iudex recusari,quęrit? Rñ.ꝙ sic ante lit.cõtest.& appellabitur postquãtulerit sentẽtiã.

q *In sententiis.* scilicet interlocutoriis,vel delegatiuis : vt quia iudices

BIU Cujas

iudices ordinarij delegant causam cognoscendam appellatione remota & recusatione ante sententiam.

a *Appellare.* ante vel post litem contestatam ante definitiuam sententiam: vt infra quorum app. non reci. l. ante. & de app. l. eos qui. §. super his. & supra de episc. au. l. ij.

b *Vetitum est.* immo permissum est recusare, scilicet delegatum, sicut hic erat: vt supra de iudi. l. apertissimi. & de iurisdom. iudi. l. nemo.

c *Sine certa distinctione &c.* debet enim verbũ appellationis post sententiam [a] accommodari, & ante non: quia & sine tali prohibitione non potest appellari ante. recusatio vero bene potest fieri ante, & per delegantem remoueri. Sed & si simul ponantur, tenet positio secundum Io. [b] scilicet vt recusationem prohibuerit ante sententiã quandocumque, & sic ante litem cõtestatam, vt hic: secundum alios in nullo tẽpore tenet. & hic secũdũ Io. subaudi, vetitum est, scilicet aliàs: sed iure canonico etiam appellari potest ante sententiã: ideo vtroq; remoto potest causa committi: & remota appellatione tantum etiã recusatio removeri videt [c]: vt extra de ap. c. sup eo vero. Sed ar. contra infra ne liceat in vna eadẽque causa ter. pro. l. j. in fi. vbi innuitur quòd non tollitur recusatio, licet remota appellatione sit causa commissa: sed ibi per legem tollitur appellatio. Sed qui iudices sunt isti qui sic committuntur, cum nulli permittatur nisi principi: vt. ff. à qui. ap. non licet. l. j. in fi. quæ est contra? Respon. [d] hoc verum est post sententiam, vt ibi: sed hic ante, vt dixi.

quẽadmodũ nec ab eo appellare. [a] Cum enim simul vtrumq; vocabulum ponitur tam appellationis, quàm recusationis, pro uocatio autẽ ante litẽ contestatam non potest porrigi: putabãt quòd nec recusare quidẽ iudicẽ cuiquã cõcedatur ante litem cõtestatã: quod minime vetitũ est. [b] Caueãt itaq; iudices huiusmodi sermonem simul & sine certa distinctione [c] proferre.

*TITVLVS XLVI.*

## DE SENTENTIA QVAE sine certa quantitate profertur. *

*Valet sententia de futuro si dependeat à iure quod est de præsenti. h. d. secundum vltimam lecturam hic positam in glo. quæ est vera secundum Bar. & eam approbat & cõfirmat Paulus de Castro. Vel sic: Hac lex habet quinque lecturas in glossa: & quinta cõmuniter approbatur, vt dubitabilior, & literæ conuenientior: & secũdum illam hoc dicit: Sententia lata super futuro dependẽte à præsente, valet. Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Aclianæ.*

CVm iudicẽ [d] quoad pecunia condẽnationis soluta fuisset, de [e] pẽdendis vsuris legẽ dixisse profitearis: non contra iuris formam sentẽtiam datam, palam est.

*Sententia lata super libello non cõtinentem certam quantitatem, non opponente reo contra libellum, valida est de iure: dummodo contineat aliquod factum quod in executione sententiæ possit postea declarari. h. d. notabiliter secundum Baldam. Vel sic: Vbi petitur incertum, valet sententia incerta. Bartolus. Vel sic: Si petitio & prosecutio est incerta, potest incerta ferri sentẽtia. h. d. Vel sententia qua pronunciatur indemnitatem esse præstandam, valet. Salycetus.*

II. Imp. ALEXAN. A. Marcellino.

QVanquam pecuniæ quantitas sentẽtia curatoris reipublicæ non continetur: sentẽtia tamen eius rata est, quoniam indemnitatem reipublicæ præstari iussit. [f]

*Sẽtẽtia & mens iudicãtis talis esse præsumitur, qualis & quãta ex allegatis & probatis cõcipitur. h. d. notabiliter secũdũ Bal. Vel sic: Sẽtẽtia quæ non cõtinet certum per se, vel per relationẽ ad aliud, est ipso iure nulla. Barto. Vel sic: Sẽtẽtia nõ certa de se nec per relationem ad acta, nõ valet. Salycetus. Vel sic: Quãdo petita est certa quãtitas, nõ valet sentẽtia, nisi contineat certam quantitatem per se, vel per relationem ad acta. Paulus de Castro.*

III. Imp. GORDIANVS A. Aemilio.

HAec sententia, *Omnẽ debiti quantitatem cum vsuris cõpetẽtib⁹ solue:* [g] iudicati actionẽ præstare † non potest: cũ apud iudices ita demum sine certa quãtitate condemnatio solui. Vel quinto dicas iudicem principalis causæ iudicasse de vsuris futuri temporis donec solueretur sors. Et secundum hunc casum est contra. ff. de vsuris. l. j. §. j. sed ibi dices quòd ibi iudicis officio debebãtur: hic per stipulationem. Vel hic in sententia præcepit, ibi aliter in quadã interlocutoria. Item similiter cõtra. huic positioni. ff. de iudi. l. non quemadmodũ. Sed respon. illud tenere cum vnum debitum est de futuro: hic autem cum plura mẽstrua, vel annua: vnde bene fieri potest de talibus condẽnatio, ne cogar omni mense repetere, vel super iure meo protestari. arg. ẽ. de præscrip. xxx. an. l. ij. in fi. & arg. ff. ad. l. Aqui. l. i lege. j.

*Tene hanc lectur.*

e *De pendendis.* id est de soluendis.

QVanquam.] CASVS. Debebas fisco. x. fideiussi pro te: conuenit me procurator fisci, dicẽs me promisisse seruare fiscum idemnem. procurator Cæsaris, qui cognoscit inter fiscum & priuatum, condemnauit me vt præstaré idemnitatem fisco: an sententia teneat, quæritur? Dicit quòd sic, licet in ea non sit certa quantitas comprehensa.

† *aliàs, pavere.*

f *Iussit.* quod solum petebatur, vt pronuncietur indẽnitatẽ præstandam, cum reus negaret se hoc ꝓmisisse: nec petebat actor iudicio pendente certificari quantum esset damnum, sed solum pronunciari an ei esset promissa indemnitas: vt supra tit. j. l. cum eorum. Sic ergo distingue, aut petitur certum: & tunc debet dari certa sententia: vt tamen sufficiat aliqua parte actorum contineri: vt infra. l. proxi. aut incertum, sed agitur hic vt iudex certificet: puta peto interesse: & iudicio pendente probo quantum sit, & tunc idem, inquantum tamen est posibile: vt instit. de act. §. curare. quandoque enim non est posibile: vt in causa noxali, vel in alternatiuis, vel quãdo in genere debetur: vt instit. de offic. iudi. in prin. Item in iudiciis vniuersalibus pronunciatur incertum, vt hæreditas scilicet restituatur: vt. ff. de re iudi. l. ait prætor. §. j. & si pars hæredi. pet. l. j. in fi. Item in alio casu: vt. ff. de rei vindi. l. quæ de tota. §. fi. Item in alio casu: vt instit. de act. §. si quis agens. Sed quæro quomodo fuit curator iudex in causa sua: vt supra ne quis in causa sua &c? Respon. dic, sententia curatoris reipublicæ, id est pro nomine scilicet reipublicæ data. & quod dicit in fi. iusit, scilicet procurator Cæsaris qui competens iudex est: vt supra si aduer. fis. l. ij. Vel dic quòd aliud est procurator reipublicæ, & aliud curator. curator enim est quales sunt in hac ciuitate procuratores communis, qui pronunciant inter priuatos & rempublicam huius ciuitatis. & de tali republica dicit hæc lex, ar. ff. de publ. l. sed & hi. §. præterea. Vel dic sol. huius quæstionis. l. j. li. xj. de admi. re. publica.

*Sententia an debeat semper esse certa.*

*Procurator & curator reipublicæ differunt.*

HAec sentencia.] CASVS. Petebam à te. c. iudex condemnauit te hoc modo, pronũcio vt soluas quicquid debueris cum vsuris, non descendendo ad certam quantitatem: nunquid valet sententia? Dicitur quòd non.

g *Solue.* quid ergo si certa quantitas in actis contineatur, & sic ꝓnunciauit vt hic facit? Respon. non valet: vt. ff. de arbi. l. quid tamen. §. Pomponius. licet hæc lex videatur velle contra: sed eam sic dicas intelligi, quòd quantitatem certam, vel speciem, vel quod

*Nihil est moueri. Secundum Bart. Bal. & Saly.*

*Quæ ref. in nouis sec. B. & B.*

*Cum iudicem.* petebam à te centum, & condemnatus mihi fuisti. conuenit inter nos de præstandis mihi certis vsuris singulis mensibus, quibus illa centum retineres donec mihi solueres: stipulatusque sum à te. stetisti per decem menses nec soluisti. egi apud alium iudicem contra te super vsuris: hic condemnauit te super vsuris præteriti temporis præstandis, & hoc secundum iuris formam: nam de futuris non potuit: quia tractus futuri tẽporis nõ spectat ad iudicem: vt. ff. de vsu. l. j. §. j. Vel dic quòd debitor dãnatus, frustratoriè appellauit: quo casu currũt vsurę medij tẽporis; vt. ff. de vsuris. l. tutor. in pri. & de re iudi. l. fi. & de ap. l. negotiorũ. Et non obstat. j. de vsur. rei iudi. l. iij. quia illud obtinet: quia nõ currũt vsurę per quatuor mẽses postquã sentẽtia trãsiuit in rẽ iudicatã. Vel dic tertio, creditorẽ victũ appellasse: quo casu currũt similiter, cũ nihil noui sit faciẽdũ: vt. ff. nihil no. l. j. & pẽdẽte primo iudicio currebãt: vt. ẽ. de iudi. l. j. & secũdũ hos duos casus dic iudicẽ, scilicet appellationis. Vel quarto secũdũ aliquos, scilicet Bul. & Hu. & Vu. ꝙ petebã à te x. ꝓ sorte, &. v. ꝓ vsuris actione in factũ ex quadã sentẽtia ĩ qua dãnatus fueras mihi in tãtũ. negabas iudicatũ. iudex iudicauit iudicatũ: & quãtũ sortis & vsurarũ nomine deberetur, sua sentẽtia declarauit. Sed cõtra. ff. de re iu. l. post rẽ. vbi dicit nil quęri post

*Legit ita plus.*

BIU Cujas

vel quòd tantundem valeat comprehendat, vt quia dicat, condemno in omne quod petitum est: vt. ff. de re iudi. l. ait prætor. §. j. & l. in summa. Accursius.

a *Actorum.* acta appellantur attestationes vel confessiones factæ in iudicio. Accursius.

b *Comprehensa.* vel si non est possibile, vel si hoc non petitur: vt diximus supra. l. proxi.

*Hæc sententia.*] CASVS. Mulier soluto matrimonio propter consanguinitatem, vel quia habebat alium virum, vel vir aliam vxorem, repetebat dotem à viro: iudex pronunciauit sic: condemno te maritum vt restituas quod accepisti nomine dotis. an valeat sententia, quæritur? Dicitur q̃ non. vnde si alius iudex cognouit, & maritum ad certam quantitatem condemnauit, valet sententia retractata prima: nisi fuerit ab ea appellatum.

c *Solue.* Quædam mulier repetebat dotem à marito suo, cum esset incertum quantum ille accepisset: quod etiam ipse iudex interloquendo dixit. non quidem valuit sententia sic prolata, solue quod accepisti. nil enim certum continet. ADDITIO. Aduertas quòd Bar. hic intelligit hanc. l. quando sententia fuit omnino incerta. Nam pronunciauit iudex, quod bona fide accepisti, solue. si enim pronunciasset hoc modo, condemno te ad restitutionem dotis, & constat eam te habuisse, licet nõ declaretur quãtitas, vel qualis esset dos: valeret sententia, sicut in petitione hæreditatis.

d *Extra ordinem.* id est extra antiquam solennitatem: vt institut. de interdict. §. fina.

e *Cum igitur.* bene infert, prima nulla: ergo ista valida. nam si prima esset valida: ergo secũda nulla: vt. ſ. titu. j. l. post sententiam.

f *Iudicabat.* ex appellatione. vel dic à capite: nam cum prima nulla fuit, non fuit necesse appellari.

g *Ipsa.* scilicet tu.

h *Confirmasti.* videris enim consentire, cum statuto tempore non appellasti: vt supra de postulan. l. j.

*Casum posui.*


tate facta condemnatio, auctoritate rei iudicatæ censeatur, si parte aliqua actorum [a] certa sit quantitas comprehensa. [b]

*Licet causa dotis sit priuilegiata, intelligitur si constat de dote: aliàs debet reus absolui. h. d. notabiliter secundum Bal. Vel sic: Sententia nulla ratione incertitudinis non impedit aliam ferri sententiam. Barto. Vel sic: Vbi sententia incerta est ipso iure nulla, non prohibetur iudex aliam certam proferre, etiam contrariam prima. h. d. notabiliter. Salycetus.*

IIII. Idem Augustus Saturninæ.

HAec sententia, *Quæ bona fide accepisti, solue* [c]: cum incertum esset quid accepisset, quantúmque ab eo peteretur, præsertim cùm ipse qui extra ordinem [d] iudicabat, interlocutus sit dotem datam, quæ repeteretur, non liquidam esse: iudicati auctoritate non nititur. Cùm igitur [e] is qui postea iudicabat, [f] contra te certam sententiam protulerit, neque à statutis prouocaueris: ipsa [g] tuo facto confirmasti [h] iudicatum.

# Interesse diuisio.*




SCHEMA-

*Reliqua hac nego eiusq; mẽtitia nisione, re curat le ctor solida ad libellum. Cuius M linis, qua explicatio nem eius quod inter est, prima supra ver rum dolos tiam cum summa La de perso pus est. Co nus.

BIU Cujas

# SCHEMATISMI SVPER intereſſe, breuis P. Rebuffi declaratio.

AD formandum typum, videndum eſt primò, quo iure ſit intereſſe inuentum. Secundò, quid ſit. Tertiò, quotuplex. Ad primum reſpondeo, eſſe de iure diuino: vt Exod. xxij. c. Si læſerit quiſpiam agrum alterius, vel vineam: & dimiſerit iumentum, vt depaſcatur aliena: quicquid optimum habuerit in agro ſuo, vel vinea, pro damni æſtimatione reſtituet. & cap. ſi læſerit. de iniur. & damno dat. & ibidem damnum reddet: ſed intereſſe eſt damnum: vt hoc text. damnum reddatur. & c. ij. de fideiuſſo. ergo eſt de iure diuino: ſed dicitur eſſe à gentibus poſtea receptum, & à iure canonico approbatum. d. cap. ij. de fideiuſſo. glo. in cap. conqueſtus. cum ſimilibus, de vſur. ſed quo ad formam, eſt iuris ciuilis: vt hic: & ſic princeps non poteſt id remittere. l. venia. C. de in ius B vocan. fallit in tribus caſibus poſitis in repetitione huius. l. quam nouiſsimè conſcripſi anno. 1530. vbi latius deduciturin præfa. quæſt. j. & quot modis accipiatur: ibi. quæſt. iij. & quid veniat appellatione intereſſe, ibidem.

Secundò quæro, quid ſit? & gloſ. in verbo, prout, dicit eſſe damnum emergens, & lucrum ceſſans ex eo quòd aliquid fieri ceſſatur, & communiter approbatur per doctores. Vel eſt æſtimatio damnj emergentis, aut lucri ceſſantis: ratione ceſſationis, aut facti aliter quàm fieri debuit, legitimè proueniens. Vel conſideratur intereſſe dupliciter. Primò, ratione eius cui debetur: & tunc definirem: Eſt æſtimatio damni emergentis, vel lucri ceſſantis, culpa debitoris creditori contingens. Secundò conſideratur ratione eius à quo petitur: & eſt æſtimatio damni dati, ſeu lucri ceſſantis, culpa debitoris prouenientis, per debitorem creditori ſarcienda. Latius declaratur in repetitione in gloſ. prout. vbi pono alias definitiones & declarationes, vltra docto. licet videre ibi. His contentus erit ſcholaris pro declaratione terminorum. videat prouectus repetitionem.

Tertiò quæro, quotuplex ſit intereſſe? Reſpond. in genere C vnum eſſe, quod pono pro ſtipite: & ſic intelligitur opinio Petr. & aliorum tenentium intereſſe vnum eſſe. & hoc per Bartolum ſic definitur: Intereſſe, eſt iuſta alicuius vtilitas. infrà declarabitur: & hoc diuiditur in multas ſpecies, ſiue accidentia: vt quidam dicunt: & plenè declaro in mea ad hanc. l. repetitione, in gloſſa prima.

2 Intereſſe, Barto. inſequens, quoddam eſt inæſtimabile, aliud æſtimabile. Inæſtimabile, eſt iuſta alicuius vtilitas inæſtimabilis. gloſſa in. l. j. ff. ſolu. matrimo. l. libertas. ff. de regu. iur. teneo tamen in dicta mea repetitione, non eſſe dabile intereſſe inæſtimabile: quin ſaltem infinitè æſtimari poſsit. & hoc in gloſ. j. vide ibi, ſi lubet.

3 Inæſtimabile diuiditur: quia aliud eſt non petibile, aliud petibile. non petibile eſt iuſta alicuius vtilitas inæſtimabilis, non petibilis: vt ſi voluntatem explere non poſsim. Barba. cóſi. lxxiiij. col. v. in. iij. volu. & infrà declarabitur plenius.

4 Petibile eſt, quod peti poteſt: vt ſi filius meus per te detineatur, intereſt mea inæſtimabiliter: ob id petam filium mihi exhiberi. l. j. & per totum. ff. de libe. homi. exhiben. & idem in viro cuius vxor ab aliquo retinetur, intereſt mariti, quod non poteſt æſtimari, ſi os inferius fuerit maculatum id temporis: ideo petetur vxor exhiberi. rub. ff. de liber. exhiben. l. j. in fine. & l. ij.

5 Intereſſe aliud eſt publicum, aliud priuatum. Publicum, eſt reparatio publici ſtatus læſi propter aliquod iniuſte factum, vel non factum: datum, vel non datum: quæ commodè æſtimari non poteſt. d. Igneus in repetitione. l. quatenus. col. vj. ff. de regu. iur. Ego verò ſic definio: eſt læſio ſtatus publici propter ceſſationem, vel factum iniuſtum contingens, quæ æſtimari commodè non poteſt. Primò pono, læſio, quia reſpublica læditur: vt infra dicetur. & l. ſi quis ingenuam. §. fi. ff. de captiuis. Alia declarantur in repetitione extenſè, vbi licet videre.

6 Priuatum, eſt omne quod non eſt publicum. ideo vno cognito, alterum intelligetur. argu. l. j. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. doctor. in rub. de acquiren. poſſeſ.

7 In ciuilibus quoddam publicum intereſſe conſiſtit: vtpote quia publicè intereſt cloacas purgari. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de noui operis nunciatione. & ſi publica via ſit deſtructa, publicè intereſt refici. l. ædiles. ff. de via publica. multa alia licet videre exempla in repetit. in præfatio. & in gloſ. j.

A 8 Item in criminalibus: vt intereſt publicè crimina non remanere impunita. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & publicè intereſt prouinciam malis purgari hominibus. l. congruit. ff. de offic. præſi.

9 Vltionis eſt, vt ſi ſeruus cognouerit dominam ſuam: & poſtea dominus eum vendiderit ea lege, ne Pariſiis habitet: & ne manumittatur: propter vltionem intereſt domini. l. penul. C. ſi mancipium ita fuerit alienatum ne manumittatur. l. ſeruus ea lege. ff. de ſer. exportan. & hoc ineſtimabile eſt, ratione affectionis quam dominus habet, & ratione timoris, ne iterũ domina cognoſcatur per illum ſeruum.

10 Applicationis, eſt quando damnum paſſo applicatur: vt hoc tex. not. Bal. in. l. pen. C. de condict. ob cau. dato. & hoc eſt æſtimabile.

11 Aeſtimabile, quod æſtimari poteſt. Et hoc diuiditur: quoddam enim eſt æſtimabile petibile, aliud non petibile. Aeſtimabile petibile eſt, quod eſtimari petíque poteſt: vt in caſibus in quibus petitur: vt habetur hîc, & in. l. j. ff. de act. emp.

12 Petibile, quoddam dicitur generaliter & largè, ſiue impropriè, quod ſic per Bartolum hic definitur: Eſt iuſta alicuius vtilitas æſtimabilis petibilis: non habita propter alicuius factum iniuſtum, vel ceſſationem iniuſtam. Vt ſi peto rem mihi debitam, dicor meum intereſſe largè petere: id eſt, quod mihi vtile eſt: & ſic ſtipulationes inuentæ fuere, vt quiſque ſtipuletur quod ſua intereſt. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbo. obliga. & an precium, & intereſſe, ſint idem: dicitur in repetitione plenè, in gloſ. prout. & de hoc intereſſe parum hic.

13 Aliud dicitur propriè de quo hic amplè loquimur: quod ſic per Bartolum definitur: Eſt æſtimatio alicuius vtilitatis non habitæ propter factum iniuſtum, vel ceſſationem iniuſtam. Primò ponitur æſtimatio, ad differentiam inæſtimabilis: & ad differentiam præcedentis, quod rem ipſam reſpicit, ſeu factum debitum. Poſtea dicitur in definitione, non habitæ, vt lucrum & damnum comprehendat. Nam dum minuitur patrimonium, quis non habet vtilitatem, ob id dicitur pati damnum. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. empt. Dico propter factum iniuſtum: quia ſi eſſet iuſtum, non ageretur ad id quod intereſt. l. fluminum. §. fina. ff. de dam. infec. dico latius in mea repe. in gl. j. Et hoc diuiditur: quoddam eſt legale, aliud iudiciale. C

14 Legale eſt, quod à lege introductum ſeu approbatum eſt. no. in. l. legitima. ff. de pact. & hoc modo intereſſe omne poteſt dici legale, quia à lege approbatum: vt ſuprà in præfatio. dixi. Vel dicitur legale, quod à lege taxatur: vt in caſibus certis ad duplum: vt hac. l. verſicu. ſancimus. Et an de iure nouo taxatum ſit, vide quę dixi in repetitione in. iiij. not. collegæ domini Alciati opinionem reprobans: & hoc legale producit quatuor ſpecies, vt patet: & infra declarabo.

15 Iudiciale eſt, quod per iudicem per ſuam ſubtilitatem æſtimatur, ac taxatur: vt in caſibus incertis, vt patet hac. l. in verſicu. in aliis. Dico fuſius in repeti. quam ſuper hac lege conſcripſi: hic tantum trado terminos, vt iuuenes his intellectis paruo negocio materiam amplecti poſsint.

16 Commune intereſſe, ſecundum gloſ. eſt commune rei precium. Bartolus non admittit, ſed ſic finit: Intereſſe commune, eſt intereſſe communiter æſtimatum. l. ſi ſeruum. ff. ad legem Aquiliam. at non placet: quia idem per idem definit, quod non admittitur. argu. l. fina. ff. de offic. procura. Cæſa. Ego verò ſic definio: Intereſſe commune, eſt æſtimatio damni emergentis, aut lucri ceſſantis, ab omnibus rei notitiam habentibus facienda, propter factum iniuſtum, vel ceſſationem iniuſtam: vt debebas tradere mercatori equum tempore nundinarum: ceſſas: oportet quòd ipſe emat cariori precio: teneris ad id quod intereſt, quod communiter homines æſtimarent ad valorem equi quem emit. Alia exempla vide in repetit. in gloſ. j. & hoc in totum poteſt exigi, etiam vltra duplum. l. ratio. §. ſi per venditorem. & l. Iulia. ff. de actio. empt. Fallit in caſibus traditis in repetit. in gloſ. dupli. vbi inuenies regulam cum limitationibus. Vel commune dicitur, quod omnes communiter tangit: vt ſi omnium præbendæ canonicorum minuantur, eorum communiter intereſt: ſi præbenda vnius, ſpecialiter. ca. cùm omnes. & cap. cùm acceſsiſſent. de conſtit. Innocen. in ca. cùm eccleſiaſticæ. in fine penult. colum. de exceptio. D

17 Singulare intereſſe eſt, ſecundum gloſ. ſi tua interſit propter affectum. verumenimuero quia aliud eſt intereſſe affectionis ſolius, aliud eſt intereſſe ſingulare: vt latè declaro in repet. ideo Bar. ſic finit: Eſt ſingulariter æſtimatum. quod non admitto: vt dico in repe. Igitur ego ſic definio: Intereſſe ſingulare, eſt æſtimatio vtilitatis ſingularis propter factum iniuſtum vel



BIU Cujas

ceſſationem iniuſtam proueniens: vt cómodaui eodicem meum, quem habeo & apoſtillis & remiſsionibus & ſcriptis refertum: ſi non reddas, non ſolum ad precium commune teneris, videlicet ad tres libras Turonen. ſed etiam ad meam ſingularem vtilitatem. Alia exempla tradit Specu. in titu. de intereſſe. §. viſo. & ego ipſe in glo. j.

Quæret aliquis, vſque ad quam ſummam poſsit peti? & textus hîc dicit, vſque ad duplum in caſibus habentibus certam quantitatem, aut naturam: vt hîc. Fallit in caſibus poſitis in repetit. in gloſ. dupli. in incertis damnum re vera datum reddi debet: vt hîc, verſicu. in aliis. Qui ſunt illi caſus certi, & incerti? Bar. hic dicit eos, qui habent certam quantitatem, vel naturam, reſpectu ſui vel adiuncti: vt ſi promittis mihi decem, reſpectu ſui eſt certum. l. certum. ff. ſi certum peta. vel ratione adiuncti: vt vendis mihi domum pro centum: reſpectu illius adiuncti precij, dicitur contractus certus, ſecundum Bartolum. Fateor tamen quòd indigeret declaratione regia in hoc regno, vel parlamentorum: vt dico in repetit. Ego, ſalua correctione melius ſentientium, intelligo caſus habere certam quantitatem, ſiue ſit in numero, ſiue pondere & menſura: de quibus in §. j. inſtitut. quibus modis re contrahitur obliga. Siue ſit quantitas continua: vt fundus decem arpentorum: ſiue diſcreta, vt decem: quia certum eſt. Naturam verò intelligo certam, in rebus animatis, quibus à Deo indita eſt certa natura, per quam animal dignoſcitur, & nobis eſt certa ſua natura: vt bos, mulus, & cætera hoc genus animalia. Nam Deus indidit boui certam naturam, per quam à iumento differt: & certa eſt nobis ſua natura, videlicet quòd eſt bos, non equus, vel aliud animal: vt etiam licet videre per Ariſtotelem in libro de natura animalium. Ideo ſi promitto decem, caſus certus eſt quantitate: ſi hominem, equum, bouémve debeas: & non tradas tempore præſtituto, caſus certus eſt natura. Si promittas facere domum, caſus eſt incertus: cùm facta ſint incerta. l. vbi. §. qui id quod. ff. de verbo. obligat. Fuſius deduco in repeti. in gloſ. quantitatem.

18 Intereſſe affectionis eſt, quod ex ſpeciali affectu procedit: vt ſi ſeruum meum filium naturalem quis occiderit: ego ex affectione æſtimo multo. Hæc affectio non auget condemnationem: ſed quanti omnibus valet, inſpicitur. l. ſi ſeruum. ff. ad legem Aquil. l. ſi. de operis ſeruo.

19 Notandum eſt quòd duplex eſt affectio: vna, quæ eſt iuncta cum vtilitate: & hæc eſt æſtimabilis commodo pecuniario: & iſta bene cóſideratur, & auget condemnationem. l. videamus. §. j. ff. de in lit. iuran. vt in libro cui multa ſcripſi: ſi aliquis eum retineat, nolens reſtituere: ex illa affectione iuncta cum vtilitate, iurabitur in litem: & duplum conſequi potero per hanc legem: vt dixi in gloſ. j. An in iuramento in litem procedat hæc lex? quòd ſic, licet collega contrà, cuius fundamentis ibidem reſpondi. Alia eſt affectio ſola, quæ pecunia non æſtimatur: & hæc non auget condemnationem. l. libertus qui ſoluendo. ff. de bonis liberto. l. cùm ſeruus. manda. Bal. in addit. ad Specu. in titu. de fructi. & intereſſe. col. pen. l. j. §. ſed ſi rem. ff. ſi quid in fraudem patro. alia vide in dicta gloſ. j. tam in contractibus bonæ fidei, quàm ſtricti iuris.

20 Conuentum, eſt precium conuentum, ſecundum gloſ. hîc: quæ reprehenditur per doctores: vt plenè dico in repeti. in gloſ. j. ego igitur ſic definio: Intereſſe conuentum, eſt pecunia conuentione partium promiſſa in defectum primæ conuentionis non completæ. Vnde ſi vendas mihi domum centum aureis, & ſi non tradas, promittis decem: ſi tradas, non poteſt agi ad decem promiſſa: quia conuentio eſt completa: ſecus ſi nõ tradideris. l. i. ſumendo argu. à contrario. ff. de actio. emp. & hoc intereſſe debetur totum, etiam vltra duplum. §. alteri. Inſtitut. de inutili. ſtipula. Bart. & communiter doctores hic. quod fallit in octo caſibus, quos pono in repetitio. in gloſſ. dupli. vbi figo regulam cum ampliationibus & limitationibus. Item quando intereſſe conuentum ſeu pœna adiicitur ſpeciei, debetur. l. Lucius. ff. de actio. emp. Idem ſi facto. l. ij. §. item ſi facto. ff. de verborum oblig. ſecus ſi adiiciatur dationi quantitatis: quia tunc in fraudem vſurarum præſumitur appoſita. l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certum peta. ca. dilecti. de arbitr. quod ampliatur in nouem caſibus: & limitatur in ſeptem, traditis in repet. in gloſ. j. & an pœna conuentionalis poſsit excedere quadruplum: vide in gloſ. proferuntur. vbi trado regulam quòd ſic, cum limitationibus: ibi licet videre.

21 Diuiditur hoc conuentum: in certum, & incertum. Certum eſt, quando apparet, quid, quale, qnantúmve ſit: vt quando promiſſum eſt, Si non tradideris rem venditam, promittis decem. l. fina. ff. de præto. ſtipula. l. certum. ſi certum peta.

22 Incertum eſt, quod per ſe non eſt liquidum, quid, quale, A quantúmve ſit. l. vbi. ff. de verbo. obliga. l. iij. §. fina. de eo quod certo loco. & quomodo poſsit certum fieri? reſpondeo, officio iudicis taxantis in caſibus incertis. Iacobi. in. l. fina. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. & in aliis caſibus quos pono in repetitione in gloſſ. ſubtilitatem. vbi fuſius trado practicam probandi intereſſe, vltra doctores hactenus. vide ſi lubet.

23 Certum producit totale, & particulare. Totale intereſſe eſt, quod in totum debetur: vt ſi rem venditam non tradideris, ad totum id quod intereſt teneris. l. j. ff. de actio. emp. & ibi Saly. &. l. ij. §. fin. qui ſatisda. cogan. vel totale debetur in caſibus incertis: nam iudex in eis ſine deminutione per ſuam ſubtilitatem reddi iubebit: vt hîc in verſi. in aliis.

24 Particulare intereſſe debetur, ſi quis tradiderit rem, & non cauerit de euictione, & emptor alteri velit vendere, ſed non poteſt tanti, quanti ſi fuiſſet cautum: emptor aget non ad totum: ſed ad particulare intereſſe quod patitur. l. ex empto. §. finali ff. de actionibus empti. & ibi Bartolus & alij. l. ſi fundus. loca.

25 Intra rem, ſeu circa rem, vel intrinſecum intereſſe, oritur B ex communi: extra rem, ſeu extrinſecum, ex ſingulari regulariter: & ſic ſignaui. Et intrinſecum eſt illud, quod ex ipſa re prouenit: vt fructus, partus, & ſimilia. Nouiter ego ſic definio: Intereſſe circa rem, eſt æſtimatio vtilitatis non habitæ culpa alterius, circa rem conſiſtentis. Sic ferè definit textus in. l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem. ff. de actio. empt. & in hoc comprehenditur valor aureorum, vel augmentum, ſiue deminutio. l. cum quid. &. l. vinum. ff. ſi certum peta. & hoc totum debetur etiam vltra duplum: vt ſi mutuaueris mihi vinum reddendum in feſto paſchatis: quod non reddis: valuit in menſe Iulio vel Auguſto decem libras: teneris quanti plurimi valuit à tempore moræ. dicta. l. vinum. &. d. §. cùm per venditorem. vide in gloſ. dupli. vbi formo regulam cum limitationibus, inſequens doctrinam Barto. & communem: reſpondénſque fundamentis volentium ſingularem proſequi opinionem, & præcipuè collegæ. d. Alciati. & iſtud producit generationem. Nam quoddam eſt

26 Actionis amiſſæ, quod competit quando actio eſt amiſſa: nam tunc agam contra illum, ſi ſuo facto amiſſa ſit, ad id quod intereſt actionem non eſſe amiſſam. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio.

C 27 Aliud eſt circa damna & expenſas: vt ſi damna vel expenſas tua cauſſa paſſus ſim: contra te ad id agam. l. ſancimus. C. de iudic. Cle. prima de reſcrip. Alber. in. l. & ſi poſt tres. col. ij. ff. ſi quis cautio.

28 Intereſſe iuris interitus: vt ſi dum iniuriarum contra te agerem, quidam me detinuit, & impediuit ne actionem illam proſequerer: & ſic anno fuit amiſſa. l. ſi non conuitij. ff. de iniur. agam ad id quod intereſt ratione iuris interitus. l. j. & ibi Bal. col. j. ff. ſi ex noxali cauſa agatur.

29 Mutationis perſonæ eſt: vt ſi alienaſti in potentiorem rem quam à te petere volebam: potero contra te experiri actione in factum, quanti mea intereſt ob perſonæ mutationem. l. j. ff. de aliena. iudi. mutan. cauſa. plenius dico in repe. in glo. j.

30 Mutationis fori intereſſe petitur, quando alienatur in clericum vel ſcholarem res quam petere volebam: & ſic mutatur forus: agam ad id quod intereſt ratione mutationis fori. l. ſi fideiuſſor. ff. qui ſatisda. cogan. & an ceſsiones ſcholaribus vel clericis factæ valeant: dico in repetitione in gloſ. j. tam per regis ordinationes, quàm per iura. & pleniſsimè in ſcholaſticorum priuileg. 177.

D 31 Ex delicto aliud intereſſe prouenit, ſi furto inſtrumenta mea, per quæ debitum poteram probare, ſubtraxeris: propter quod debitum probare non poſſum: teneris ad intereſſe ex tuo delicto proueniens. l. Iulia. ff. de actio. em. cap. ſi quis. xj. quæſt. iij. & in delictis intereſſe etiam non excedit duplum: vt hoc text. in verſicu. in omnibus. & dixi ibi in gloſſ. licet collega teneat contra, cui reſpondeo in glo. caſibus. communem ſuſtinendo.

31 Ex quaſi delicto intereſſe, dicitur damnum ex quaſi delicto alterius culpa proueniens: vt ſi officialis ſeu alius ſine cauſſa me excommunicauerit: ideo durante excommunicatione non potui agere: iure prohibente. capi. intelleximus. de iudi. quamobrem perdidi actionem: agam contra excommunicantem ad id quod intereſt, ex ſuo proueniens quaſi delicto. l. ex maleficiis. ff. de actioni. & obligatio. Cardi. in capi. ſacro. col. ix. verſicu. quæro an alio modo. de ſenten. excommuni.

32 Ex contractu, dicitur damnum emergens, ſeu lucrum ceſſans, ratione contractus proueniens. patet in. l. j. ff. de actio. emp. dico plenius in repe.

32 Ex quaſi

32 Ex quasi contractu: vt si quidam sit electus prælatus, tenebitur solui expensas in prosecutione electionis factas: ex quodam quasi contractu. c. vt præteritæ. de electio. Spec. in titu. de fructi. & interesse. §. fina. versi. in summa. & versi. ex prædictis. & fusius dico in repe. hic tantum declaro terminos obscuros, propter iuuenes.

33 Extrinsecum, siue extra rem, est, quod rei occasione prouenit: secundum Barto. hic. Vel est æstimatio damni emergentis, seu lucri cessantis, extra rem prouenientis: vt quia non tradidisti fœnum tempore præstituto, quamobrem equi mei fame perempti sunt: extra rem est: & sic non debetur regulariter. l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. emp. Fallit in casibus traditis in repetit. in glos. dupli. & hoc gignit.

34 Honoris interesse, quod competit quando de honore agitur: qui est lucro pecuniario præferendus. l. Iulia. ff. si quis omis. causa testa. & potest agi non solum iniuriarum pro honore. Bal. in. l. obseruare. §. antequam. ff. de officio proconsul. sed & officium iudicis implorari. Ioan. Fabr. in. §. aliam. instit. de bono. possess. cum distinctione tamen quam feci in repeti. vbi licet plenius videre in glos. j. & intellectum nouum ad l. iniuriarum. §. si quis de honoribus. ff. de iniur.

35 Interesse commodi est, quando de commodo agitur: vt hic. & hoc quandoque intra rem est: aliquando extra: vt potes cogitare.

Commodi interesse, aut consistit in lucro, aut in damno. In lucro, quando debitor non soluit mercatori in nundinis Lugduni: ob id mercator cessauit lucrari: aget ad id interesse, quod in lucro consistit. Et regulariter hoc lucrum cessans petitur. Fallit in multis casibus traditis in repeti. ad hanc. l. glos. vlti. & Petrus de Ferra. in forma libel. in actioni. real. in glos. & in florenis. In damno consistit: quando aliquis passus est damnum: not. in. l. cum venditorem. C. de actio. emp.

36 Aestimabile nó petibile, est iusta alicuius vtilitas æstimabilis, nó petibilis: habita, vel non habita: sine alicuius facto iniusto, vel cessatione iniusta. Barto. hic. Primò dicitur iusta, quia iniusta non attenditur. l. itaque. ff. de furt. Item dicitur æstimabilis, ad differentiam inæstimabilis: non petibilis, ad differentiam petibilis: postea dicitur habita: vt omnes casus comprehendat, in quibus quis habet quod sua habere interest, & tamen non agit: vt si rem meam possideam, interest mea habere: tamen illud interesse non possum petere: licet possit æstimari valor rei. Nemo rem suam. ff. de verbo. obliga. l. suæ rei. de contra. emptio. Non habita, vt si sartor vel alius artifex veniat ad habitandũ in proxima officina similis artificis, illius interest: quia non tantum lucrabitur: tamen illud interesse non petet. l. libertus negociatoris. ff. de ope. liberto. vel sic potest breuius definiri: Est vtilitas, quæ æstimari, sed peti non potest. Plenius dico in repe. in glo. j.

37 Hoc non petibile diuiditur: quia quoddam est, quo mediante nil petimus: aliud, quo mediante petimus. Primum est, quia

A mea interest non habere domum delectabilem, vel pulchram hospitam, omnibus propitiam, propter magnum numerum eam visitantium, & amicorum concursum. Id tamen interesse non peto, licet posset æstimari. glo. in. l. j. ff. de serui. vrba. prædio. Alia exempla licet videre per textum in. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. vide alia in dicta glo. j.

38 Et istud aliquando est ex caussa probabili, sed non honesta: vt in fure, à quo subtrahitur res furtiua: nam licet sua interfit, quia ad restitutionem tenetur: tamen non agit: quia caussa est inhonesta, & iniusta: quia ex improbitate sua actionem consequi non debet. l. itaque. ff. de furt. l. eum qui. §. is autem. illo titu. Limita vt in repe.

39 Ex caussa honesta, sed non probabili est: vt si emi librum, & antequam sit mihi traditus, fur eum accipit: licet mea interfit, & ex caussa honesta: tamen furti non agam, quia caussa non est probabilis: id est, a iure approbata, vt ante traditionem dominium habeam. l. traditionibus. C. de pact. glo. in. l. manifestissimi. de fur. per. d. l. eum qui. in prin.

B 40 Quo mediante petimus, est: vt si quis agat actione popularí, quia sua interest: illud tamen non petit, sed eo mediante ad pœnam seu vindictam agit. glo. in rubri. ff. de popu. actionib. per totum. l. si verò. §. hæc autem. ff. de his qui deiec. Iaf. in. l. eum qui. §. in popularibus. de iureiur. Idem si appello, quia mea interest: id tamen non peto, sed eo mediante sententiam rescindi, & malè iudicatum pronunciari. l. eos. C. de appella. l. in ratione. in. j. §. Imperator. ff. ad legem Falci. & istud est ex caussa honesta, & probabili: vt si res mea sit à me furata, mea interest, & caussa est tum honesta, tum probabilis. Ideo furti agam. l. j. & l. si is cui. ff. de furt. cuius intellectum in repe. trado nouum: vide ibi.

41 Item est interesse mœroris: quia non tradidisti fœnum tempore præstituto, equi mei mortui sunt: magnum habui mœrorem. Illud tamen non peto, sed quantum tunc valuit. Baldus in. l. cùm venditorem. C. de actio. emp.

42 Pudoris interesse est, si rusticus vel alius vendiderit mihi vinum optimum Montispessulani, vel perdices tradendas tempore conuiuij: & non tradidit: magno affectus sum pudore, cùm parum valeat conuiuium sine bono vino: tamen non petam illum pudorem, sed quantum valuit vinum id temporis, videlicet conuiuij. docto. in. l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. emp.

43 Valoris est: vt si non tradas rem venditam, teneris ad id quod interest: id est quantum valet: & quandoque in plus. l. j. ff. de actio. empt. Alia multa tetigi in repeti. quæ hîc non transscribo: sed volens plenè hanc materiam attingere, perlegat eam, boníque consulat, ac Deum oret, qui in trinitate perfecta viuit & regnat in secula. Amen.

Spes mea CHRISTVS.

## DE SENTENTIIS QVAE PRO EO quod interest proferuntur.

*Quia incerta sæpe fertur sententia circa interesse, cũ non sit iudici certũ in quantum possit vel debeat extẽdi interesse, vtpote cum etiã hodie multi dubitent, ideo competenter post titulum præcedentem de hoc dicit.*

## TITVLVS. XLVII. DE SENTENTIIS quæ pro eo quod interest, proferuntur.

*Ista lex est de difficilioribus totius Codicis, & hoc dicit: Prolixitates antiquæ circa interesse, cessant per hanc legem: & in casibus certis venit totum quod interest, & habetur ratio lucri & damni. h. d. secundum Bar. Vel sic: Interesse singulare æstimandum tam in lucro, quàm in damno, in casibus certis non excedit duplum precii conuenti, vel communis. In casibus autem incertis non excedit quantitatem ex legitimis probationibus per iudicem declarandam, cum pœnæ legales & arbitrariæ sunt limitatæ, ne vitientur infinitate. hoc dicit.*

1. Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni præfecto prætorio.

Cvm pro eo.] CASVS. Si Titius teneatur mihi ex aliquo contractu, aut ille consistit in dando, aut in tradendo, puta ex venditione ad tradendam rem, vel ex locatione: aut faciẽdo. Primo casu si non fecit quod conuenit, id est si non dedit vel tradidit, tenebitur mihi ad interesse. verbi gratia puta interesse seu precium conuentum fuit. xx. rei commune precium fuit. xxx. interesse meum singulare non excedet duplum communis interesse: & ita non excedet. xl. Secundo casu, cum consistit in faciendo, puta quia debebat mihi facere domum: iste contractus dicitur incertus, vbi factũ quod est in obligatione, incertũ est: vt. ff. de verb. obli. l. vt non. §. id quod. An hoc casu si Titius non fecit quod cõuenit, possum petere totum singulare interesse, etiam si excedat duplum communis interesse? Respon. quòd totum damnum quod in re habuissem, resarciet: & lucrum quod percipere potuissem si domus facta fuisset: dum tamen probem. nec enim simplici dicto meo credetur. & si dicerem, si domus facta fuisset, rex Franciæ hospitatus fuisset in ea, vel comitatum vel dimidiam regni sui mihi dedisset, non sum audiendus: sed debet iudex moderari interesse, non æstimando in infinitum: quia idem dicitur in pœna, vbi pœna cõuẽtionalis præstetur, sicut partibus cõtrahẽtibus placuit: puta promisisti pœnã mihi. c. si nó traderes Digestum. Si vero pœna legalis petatur, puta cõuenio te actione furti: in hoc casu conueniãte ad pœnã quadrupli, secundum quod lege statuitur. Et no. quòd triplex dicit interesse: cõuẽtionale, cõmune, & singulare. de singulari loquit hæc lex, cõuenit. & præstatur cõuen. similiter & singulare, sicut hac. l. cõprehensum est. & est interesse singulare rei ad preciũ: vel est damnũ emergẽs, & lucrũ cessans eo quòd nó fit qđ fieri cõuenit. vel sic dic. casum: Cũ agit ad interesse singulare, refert an agat ex certo cõtractu, an ĩcerto. Primo casu nó debet id interesse excedere duplũ interesse cõmunis. In secũdo casu debet præstari quãtũ id sit, ita vt nó extẽdatur in ĩfinitũ. sicut enim pœna cõuentionalis certo fine concluditur, similiter & legalis, nec vltra eas aliquid peti potest: sic & interesse singulare certo termino debet concludi. & hæc sunt obseruãda tam in lucro, quàm in damno: quia in lucro quod petitur, versatur interesse.



BIU Cujas

CVm pro eo [a] quod interest, [b] dubitationes antiquæ in infinitum productæ sint [c]: melius [d] nobis visum est huiusmodi prolixitatem, prout possibile [e] est, in angustum coartare. [f] Sancimus itaque in omnibus casibus, [g] qui certam habent quantitatem, [h] vel naturam, [i] veluti in venditionibus, [k] & locationibus, [l] & omnibus contractibus, [m] hoc quod interest, [n] dupli [o] quantitatem minimè excedere. In aliis autem casib⁹, [p] qui incerti esse videntur, iudices qui causas dirimendas suscipiunt, [q] per suam subtilitatem [r] † requirere, vt hoc quod re vera inducitur damnum, [f] hoc reddatur, per venire lucrum in communi interesse, cũ & in singulari veniat: vt infra.§.& hoc. Singulare autem interesse venit in his casibus qui dicuntur hac.l. Itẽ in eo quòd dicit singulare nõ excedere commune vel conuentum vltra duplum: est contra.ff.de ac. emp. l. ratio (aliàs datio) §.fi per venditorem. Respon. B. ibi agit quãti plurimi fuit, dũmodo infra duplum. Item eidem est contra.ff.de ac.emp.l.Iulianus.§. si verò sciens.&.§.item qui furem. Cui respondebãt B. & M. quòd illa dicit de interesse extra rem: hic circa rem. quod non placet, cum magis interesse quod est circa rem, deberet excedere duplũ, quàm illud quod est extra rem. Tu dic quòd nullo modo sunt contra: quia duæ dictæ.ll. dicunt de communi interesse, quod quantumcunque est, totum petitur: hic de singulari: & dictum commune si petatur, quia res non traditur, non consideratur extra rem: vt. ff. de act. emp. l. si sterilis. §. cum per venditorem. Si autem quia male traditur, vel quia ipse venditor postea eam euincat, vel alius: vel quia postea in ea deliquit, totum petitur, & extra rem: vt. d.l. ff. de act. emp. l. Iul. &. l. tenetur. §. sed si vas. &. ff. loc. l. sed addes. §. j. &. l. si fundus. §. fi. &. §. j. &. s. de rei vin. l. quoties. &. ff. de euic. l. venditor. Nec obstat in eo. tit. l. cum fundus vti optimus. quia secundum P. loquitur cum emptoris minus intererat, quàm esset duplum precij cõuenti. Vel verius aliud cum agitur de euictione actione ex stipulatu: quia tunc habetur respectus ad precium conuentum, vt id debeat duplari. an actione ex empto: vt tunc consideretur quod interest tempore euictionis. Item nec obstat ff. de acti. empt. l. Titius. in fi. &. l. seq. quia lex sequẽs corrigit illas. Alij distinguunt, [i] an singulare interesse promittatur ex certa scientia: & tunc quantumcunque sit, petitur: vt in contrariis. §. si per venditorem. &. §. si vero. an non: & tunc non vltra duplum: vt hic. argu. si quis eau. l. sed & si quis. §. fin. quod nihil ad rem, cum hic agamus quando sine speciali pacto debetur. Alij dicunt quòd non excedit duplum, nisi post contractum res cœperit esse pluris: vt dicta. l. ratio (aliàs datio) §. fi.

p *In aliis autem casibus, qui incerti.* vt si ibi contineatur factum, vel non factum, qui incerti sunt: vt. ff. de verb. obli. l. vbi autem non. §. id quod. & de regu. iur. l. qui non facit. in quibus agitur ad factum, vel interesse: vt. ff. de re iudi. l. si quis ab. §. fin. &. ff. de verbo. oblig. l. quoties quis alium. & est actoris electio, agat precise ad factum: vel ad interesse: vt. ff. de ope. no. nun. l. stipulatio. §. j. &. §. siue autem. in fi. §. &. ff. de procur. l. sed & hæ. in fi. Sed fallit in casu procuratoris rei: vt in eo. tit. l. non cogendum. & hoc vbi factum est in obligatione. si autem tradi, non est electio actoris, sed rei: cum rem præstando liberetur ab interesse singulari, vel communi. Hoc tamen casu, cum tradi est in obligatione, dicunt quidam, si agitur principaliter ad interesse, totum veniat etiam vltra duplum. Si autem ad rem, tunc non vltra duplum. quod non placet. Item vbi est dandum in obligatione: tunc precise ad dationé agit, nisi in cõtractibus innominatis: vt. s. dixim⁹.

q *Suscipiunt.* per delegationem, vel ordinarie.

r *Subtilitatem.* & bene. nam aliud consideratur in seruo, & aliud in libero.

r *Subtilitatem.* per probationes testium, vel instrumentorum: & hoc in contractibus, & etiam in delictis: vt. ff. de in lit. iur. l. ij. & ff. de eden. l. argentarius. & de reg. iur. l. quatenus. & insti. de offi. iudi. §. fi. & ff. ad. l. Aquil. l. proinde. j. &. l. si seruum. Sed hoc fallit quandoque ratione delicti aduersarij mei: vt infra vnde vi. l. si quando. &. ff. quod vi aut clam. l. semper. §. in hoc interdicto. Itẽ ratione contumaciæ aduersarij mei. s. in casibus illis vbi iuratur in litem. Sed qualiter etiam de facto probabitur singulare interesse per testes? Respon. deponent duo testes, quòd tantum cuiuslibet regulariter interesset, si quis haberet rem notam. non autem dicit quòd tantum sua interesset. Item nec est commune interesse, sed singulare omnium, qui haberent sic rem notam: non simpliciter omnium: quia tunc esset commune interesse.

ſ *Damnum.* & ita sine omni deminutione hoc præstatur etiam si duplum

a *Cum pro eo.* ad euidentiam not. q triplex est precium rerum, siue interesse, quod idem est dicere: [a] scilicet conuentionale, de quo conuenit inter cõtrahentes: vt si tibi vendidi pro. x. Stichũ. Item precium commune: vt si forte idem Stichus communi estimatione valeat. xv. Item singulare: vt si tua interest propter affectionem. xx. quia quãdoque fuerat tuus. & habes hoc. ff. de act. emp. l. j. in prin. Dicit ergo hic quòd singulare interesse non excedit duplum interesse cõmunis: & sic in præd. casu vsq; ad. xxx. potest ascẽdere, nõ vltra. minus vero sic. & hoc est verum in omnibus casibus qui certam quantitatẽ vel naturam habent. Si autẽ incerti sunt, tunc totum singulare petitur: etiam si duplum communis excedat: dummodo plene probetur: non autem simplici dicto petentis creditur quantum sit. Et competenter prædicta statuũtur, cum & pœnæ legales & conuentionales certis metis finiantur. prædicta autem considerarentur non solum in damno, verumetiam in lucro.

b *Quod interest.* id est, super interesse.

c *Productæ sint.* sed quæ? Respon. an circa rem, vel etiam extra rem, vel in damno tantum, vel etiam in lucro, quas tamen non habemus.

d *Melius.* id est bonum.

e *Possibile est.* quia plene definiri non potest: vt. ff. de reg. iur. l. omnis definitio. nec meta ei dari: vt. ff. de regu. iur. l. quaten⁹. Dicere tamen potes: [b] interesse est singulare rei precium secundũ quosdam. Vel die, interesse [c] est damnum emergens, & lucrum cessans ex eo quòd aliquid fieri cessatur.

f *Coartare.* vt antiqua prolixitas cesset: vt infra ea. l. in fi. quem fi. hic iunge.

g *In omnibus casibus.* sed nonne melius dixisset in omnibus contractibus, vt postea dicit in emptione & locatióe? Respõ. non: [d] quia & in maleficiis & quasi locũ habet. Sed nec in obligationibus bene dixisset: quia etiam officio iudicis præstatur: vt in arbitrariis actionibus.

h *Quantitatem.* vt si debes mihi ex venditione. x. cados olei. *ADDITIO.* Tu dic etiam idem in aliis rebus certis secundum Bal. & est de mente Bar. & Saly.

i *Vel naturam.* vt si certam speciem: vt Stichum mihi debes ex venditione. Est ergo sensus, id est quoties quod debetur, certum est quantitate, vel specie: vt. ff. si cer. pet. l. certum. [e] Vel dic quantitatem comprehendere vtrumque: vt. ff. de leg. iij. quisquis. &. ff. de verb. obli. l. cum stipulamur. Et naturam certam: vt si debes hominem vel equum in genere.

k *Venditionibus.* vt. ff. de ac. empt. l. j.

l *Locationibus.* vt. ff. lo. l. si fundus. in fine.

m *Contractibus.* similibus. alioqui contra est quod sequitur, in aliis autem &c. Sed qui sunt hi? Rñ. illi, in quibus dicit lex singulare interesse venire, & certitudinem continent secundum quosdam. Sed certe immo & si lex nõ dicat venire singulare interesse: si modo incertitudinem continent illi casus: vt hæc. l. dicit aperte: vt sunt omnes bonæ fidei, & quidam etiam stricti iuris: vt in arbitrariis, in quibus iuratur in litem: vt. ff. de in lit. iur. l. in actionibus. nam in his singulare interesse venit: [f] vt. ff. de in lit. iur. l. j. in fi. &. l. ij. &. ff. man. l. cum seruus. Item in maleficiis quibusdam, & interdictis: vt. &. ff. de vi & vi ar. l. hoc interdicto. j. & ff. vti pos. l. si duo. in fi. & aliàs vbicunque. l. diceret certam rem debere tradi ex contractu, vel delicto. secus si diceret dari: quia tunc aliquod interesse non petitur: sed res omnino debet fieri stipulantis: vt. ff. de verb. obli. l. vbi autem non apparet. §. fi. nisi in contractibus innominatis, vbi debet res dari: vt. ff. de re. permu. l. j. §. fi. & tamen interesse venit: vt. s. de re. permu. l. rebus.

n *Quod interest.* scilicet singulariter.

o *Dupli.* scilicet interesse, seu precij conuenti, secundum P. sed secundum B. i. communis. Tu dic, [g] nec vnum, nec aliud: quod plus est, excedit vltra duplum: cum quandoque cõmune sit plusquam conuentum, quandoque contra: quandoque etiam conuẽtum nullum &c. quia ex pacto vel cõtractu non venit. Et no. triplex interesse: vt. s. dixi. s. cõuentum, commune, & singulare. Primum semper venit, cum dicit prætor: pacta conuenta seruabo. Item secundum semper venit in maleficiis, [h] vt consideretur etiam extra rem: vt. ff. ad. l. Aquil. l. si seruum. &. l. inde Neratius. &. l. seq. &. ff. de fur. l. inficiando. §. j. & de condic. fur. l. iij. & in contractibus, & quasi: vt. ff. ad. l. Fal. l. precia. In quo communi venit damnum, non lucrum: vt. ff. de dam. infe. l. Proculus. & de ac. emp. l. si sterilis. §. cum per venditorem. & de peri. & cõ. rei ven. l. fi. nisi in casibus, quos iam notabis. Vel dic hodie semper

a *Falsum est secũdum Bal. hic. potest tamen saluari capiendo interesse large pro eo quod ad nostram vtilitatẽ pertinet. Bar. & Rebuf. hic ẽ sua repet. ad hãc leg. gl. pen.*

b *Diſplicet Bart. Bal. Saly. & Rebuf.*

c *Iſta etiam non placet Bar. & vide de hoc per eũdẽ in 3. col. hic.*

d *Idem B. B. & Saly.*

e *Hoc non placet Bar. hic.*

f *Placet B. B. & Rebuf. etſi Alcia. contra.*

g *Idẽ B. B. & Saly.*

h *Niſi in caſu l. Titius. ff. eo. ſecundum Bar.*

BIU Cujas

si duplum communis dicatur excedere: sed statim dicit. ꝯ. contra. Sed dic ꝙ allegabat vana pro interesse habendo. s. si habuisset equum, vicisset hostes. & si habuisset librum, fuisset factus sapiẽs, & rexisset, & multa lucratus fuisset, &c. quæ attẽdenda non sunt. Sed quare in incertis petitur totum, in certis non? Respon. [a] quia in certis facilius potest apparere commune interesse: & sic facilius quod est eius duplum: at in istis non sic facile. Vel ideo, [b] quia facilius est alicui facere quod conuenit, quàm dare: cum difficulter quis de patrimonio det: vt. ff. de probatio. l. cum de indebito. & ideo mitius punitur in certis, scilicet vt vltra duplum non excedat.

a *Non ex quibusdam.* hoc referunt quidã ad primum casum: tu referas ad secundum, [c] & dic quòd vana dicebat, vt modo diximus.

b *Impossibilitate.* quæ enim immensa sunt, eadunt: vt in authẽ. vt deter. sit nu. cle. §. j. colla. j. & sic nota de infinitate vitanda: vt. s. de sacrosan. eccle. l. fi. Vel dic, cadat: quia cũ transiret ad infinitum, esset incertum: & sic sententia dari nõ posset, quæ debet certa dari: vt. s. titu. j. l. iij.

c *Cùm sciamus.* potest hoc referri ad primum casum, sancimus &c. hoc modo, merito non permittimus vltra duplum: quia eas pœnas i. interesse &c. Vel sic: merito non vltra duplũ permittimus: quia aliæ pœnæ legales & conuentionales mitigantur. potest etiam ad secũdum casum referri hoc modo: merito mitigo, vt non vana inducantur. nam & pœnæ legales & conuentionales mitigantur.

d *Naturæ.* id est naturali rationi.

e *Proferuntur.* ex conuentione promittentium. Sed vsque ad quã summam poterunt peti pœnæ conuentionales vel legales? Rñ. quidam, vsque ad duplum: arg. huius. l. &. ff. de ac. emp. l. Iulianus. §. Idem Iulia. Alij vsque ad quadruplum: [d] arg. supra de spon. l. mulier. in fi. &. ff. de euic. l. si dictũ. & insti. de act. §. omnes. Tertij distinguunt, an scienter promissa sit pœna vltra duplum, an ignoranter: vt. ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. fi. Quarta est sententia nostra: vt distinguamus legalem pœnam (vt furti, quæ quadruplum non excedit) à conuentionali: quæ si opponatur per hæc verba quadruplum & quintuplum, & tunc idem: vt insti. de act. §. omnes. Aliàs si certa summa, valet in infinitum: vt insti. de inuti. stipu. §. alteri. &. ff. de verb. obli. l. stipulatio ista. §. alteri. in quib⁹ dicitur inspici quæ sit quantitas. Nam hæc dictio, quæ, non quãtitatis vel qualitatis, sed substantiæ est designatiua: & sic est competens moderamen quantum placet contrahentibus.

f *Alegibus.* vt furti, & similes: quarum legalium nulla excedit quadruplum: vt modo dixi.

g *Et hoc.* constitutio hæc scilicet.

h *Ex eo.* scilicet lucro.

i *Veteres.* scilicet in specialibus casibus: vt. ff. de eo quod cer. lo. l. ij. §. fi. &. ff. lo. l. si in lege. §. colonus. &. ff. rem ra. ha. l. si commissa. &. ff. ne quid in lo. pub. l. ij. §. merito. & supra arbi. tut. l. quicquid. sed regulariter contra erat, quia lucrum non veniebat; vt



& non ex quibusdam [a] machinationibus, & immodicis peruersionibus in circuitus inextricabiles redigatur: ne dum in infinitum cõputatio reducitur, pro sua impossibilitate [b] cadat: cùm sciamus [c] esse naturæ [d] cõgruum, eas tãtummodo pœnas exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur, [e] vel à legibus [f] certo fine concluſæ statuuntur. ⁊ Et hoc [g] non solum in damno, sed etiam in lucro nostra amplectitur constitutio: quia & ex eo [h] veteres [i] id quod interest, statuerunt. Et sit omnibus, secundum quod dictum est, finis antiquæ prolixitatis huius constitutionis recitatio. Dat. Kal. Septemb. Cõstantinop. pòst Consulat. Lampad. & Oresti. Conss.

*TITVLVS XLVIII.*

## SI A NON COMPETENTE † iudice iudicatum esse dicatur.

*Sententia à non suo iudice lata, est ipso iure nulla. Bartolus. Vel sic: Delegatus ad certam rem, de alia non pronunciat, quæ illi non accedat, & pronunciando nil agit. Salycetus.*

1. Imperator ALEXANDER A. Sabiniano.

IVdex ad certam rem datus, [k] si de aliis pronunciauit quàm quod ad eã rem pertinet, nihil egit. [l] IIII. No. * Maxi. II. & Aeliano Coss.

*Sententia delegati ab incompetente delegante, non valet: etiam si delegatus sit magister militum. Saly. Vel sic: Magister militum non potest pronunciare contra nõ militem, si non habet commissionem ab eo sub cuius iurisdictione ille est. hoc dicit secundum Pau. de Castro.*

II. Imperator GORDIANVS A. Liciniæ.

SI militaris [m] † iudex super ea causa de qua ciuilibus [n] actionibus disceptandum fuit, non datus à quo dari poterat, cognouit: etiam remota appellatione, id quod ab eo statutum est, firmitatem iudicati non habet.

*Delegatus ad causam proprietatis, non potest cognoscere de causa possessionis super qua non fuit delegatus. Bal. Vel sic: Delegatio in petitorio non extenditur ad possessorium. Et pone casum in fine glossæ tertiæ. Sal. Vel sic: Sententia lata super possessione, non facit præiudicium in causa proprietatis: ideo ea non obstante potest ferri contraria sententia in causa proprietatis. Pau. de Castro.*

III. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIA. AA. & CC. Philetæ.

SI de proprietate datus [o] iudex aduersus te nihil super hac statuit: rector [p] prouinciæ aditus hanc causam cognoscere, suáque decidere sententia curabit: cum & si quid de possessione pronunciatum probetur, hoc causæ proprietatis minimè noceat. [q]

*Et in publicis & priuatis causis sententia à non suo iudice lata non valet. Salycetus.*

IIII. † Imppp. GRATIA. VALENT. & THEOD. AAA. ad Potitum Vicarium post alia.

ET in priuatorum [r] † causis huiusmodi forma seruetur, *Nisi v. de* cẽ casib⁹ hic per Rebuf. plene descriptis.

*Non solum prædictis modis est sententia nulla, sed & si à non competente &c. Et continua sic secundum Azo. Quibus modis inefficax vel nulla dicatur sententia à competente iudice lata, suprà dictum est: sequitur vt videamus de ea quæ nulla est ideo quia à non competente iudice est prolata.* Continuatio.

†Concor. cũ hac. l. c. ad nostram. de cõsuetu. & c. at si clerici. de indic.

IVdex.] CASVS. Delegatus iudex in causa qua petebatur fundus Sempronianus, si pronũciauit de Seiano: an valeat, quæritur? Dicitur quòd nõ. Viuianus.

k *Datus.* verbi gratia datus ad decẽ, & pronunciat super viginti. l *Nihil egit.* nisi post litem contestatam aliquid in ea re contingat: vt. ff. de ædil. edicto. l. ædiles. j. §. item sciendum. vel nisi incidens fuerit quæstio: vt supra de ordi. iudi. l. j. & supra vbi & apud quem. l. fina. in fin. Vel nisi ex consequentia, vt de expensis, vel fructibus: vt supra de re iudica. l. Paulus. nam ea videntur delegata, sine quibus cõmissum exequi non potest: vt. ff. de procurato. l. ad rem. & l. ad legatum. Vel nisi conuentus recõueniat cõuenientem: vt supra de sentent. & interlocu. l. cum Papinianus. & auth. & consequenter. Vel nisi vtriusque partis consensu prorogetur iurisdictio de re ad rem: vt. ff. de iudiciis. l. de qua re. §. j. Vel de quantitate ad quantitatem: vt infra de appel. l. fina. §. fina. In prædictis autem videtur cognitio ad delegatum pertinere. nam de delegato loquitur hæc lex. Accursius.

†Ex Codice Theodosiano lib. 4. ti. 14. l. ij. Contius.

†Concor. c. ad nostrã. extra de rescrip. & c. at si clerici. de iudi.

SI militaris.] CASVS. Magister militum cognouit de causa de qua debuit cognoscere iudex ciuilis: pura iudicauit inter priuatos: & delegatus fuit ab eo qui non potuit eũ delegare: nũquid valet sententia? Dicitur ꝙ non, nec necesse est ab ea appellare.

m *Si militaris.* magister militum cognouit de causa de qua debebat cognoscere iudex ciuilis: & fuit delegatus ab eo, à quo non potuit. non valet sententia: & non est necesse appellari. ad hoc. s. de peda. iudi. l. j. sed inter milites potest: vt. s. de iudi. l. certi. Acc.

n *Ciuilibus.* id est ciuilis iudex recognoscere debuit.

SI de.] CASVS. Si iudex datus vt cognosceret de proprietate, pronunciauit super possessione: non valet sententia.

o *Si de proprietate datus.* à præside.

p *Rector.* delegatus.

q *Noceat.* vt. s. de sen. l. post sententiã. Sed an lata in possessione valeat sententia? Rñ. sic secundũ P. & Io. sic. s. de iudi. l. nulli. Alij cõtra. Tu dic, si ita erat incidẽs, ꝙ de ꝓprietate nõ poterat pronunciare, nisi de possessione diceretur: dicã eam tenere: vt in vti possidetis interdicto: vt insti. de interdi. §. cõmodũ. alioquin nõ: puta si cũ agebatur de recuperanda vel adipiscenda possessione, ipse fuit delegat⁹ sup quẽstione ꝓprietatis tantũ: vt hic fuit.

r *ET in priuatorum.* non solum in fiscalibus.



BIU Cujas

*Excõmunicatio an suspẽdatur per appellationem sequentem.*

a *Constringat.*vt.ff.de iu.om.iud.l.fi.& de iudi.l.ij.&. ſ. qui da. tu.poſ.l.neque.&.ſ.de iu.om.iu.l.j.&.j.de excep.l.fi.Ergo ſi quis excommunicetur,& poſtea appellet:cum ipſa prouocatione deſinat eſſe ſuus iudex ille qui iudicauit:extinguitur iudicatum, & ille non eſt excommunicatus:vt.ff.ad Turp.l.j. in fi. Nec obſtat quod dicunt quidam decretiſtæ, quòd ſententia excommunicationis trahit ſecũ executionem, quaſi non poſsit iam appellari: quia & ſententia vltimi ſupplicij trahit ſecum executionem: & ſtatim ſerui fiunt, & ciuitatem perdunt: vt ff.de pœnis.l. quod ad ſtatum.&. l. in ſeruorum. §. qui ex cauſa. & l. qui vltimo. vbi de hoc:& tamẽ poteſt appellari:vt.ff. de pœnis. l.ij.§. fi. *ADDITIO.* Aduertas q̃ iſta gloſſa loquens de excõmunicato,dicit cõtra caſum ca.paſtoralis.§.j. extra de appella. Nec obſtat ſecundũ Bar. hic quod gloſſa dicit de ſententia vltimi ſupplicij,quę trahit ſecum executionem,ſicut ſententia excõmunicationis: quia natura earum eſt diuerſa. nam ſententia excõmunicationis non eſt perfecta:ſed dicitur conditionalis,ſeu medicinalis, donec quis purget contumaciam ſuam,vel emendet offenſam: vt in ca. eum medicinalis. de ſenten. excom.lib.vj.Sed ſententia vltimi ſupplicij eſt perpetua& mortalis, ideo facilius permittitur appellatio.Videas latius de iſto per Abba.in.d. c. paſtoralis.§.j.

*†Videtur legend. Caſſiũ, ex.l.i. ff.de calũniatorib. Contius.*

*DE POENA iudicis qui ma.&c.*

*Eſt etiam nulla ſententia ſi iudex corrumpitur.vnde dicit quæ ſit pœna corrupti iudicis, vel corrumpentis.*

*CONSTITIT.]CASVS.* Qui iudicem, vel aduerſarium.i.procuratorem vel aduocatum aduerſarij per pecuniam corrumpit,cadat ab actione: quia talis videtur de ſuo iure diffidere

b *Publica.*alicuius ciuitatis:vt.ſ.de ſacroſan.ec. l. fi. Vel dic. i. criminali. Accurſius Florentinus.

c *Aduerſario.*i.procuratori vel aduocato aduerſarij, ſecundum antiquos.nam principali aduerſario licet dare:vt.ſ.de tranſact.l. fratris.niſi in caſu,quando per calumniam ageret actor: vt.ff. de condic.inde.l.in ſumma.Item in criminali diſtinguitur: vt.ſ. de tranſactio.l.tranſigere.ſi accuſatus det accuſatori, ſiue econtra, quod raro accidit,tunc condemnaretur reus,ſi in cõfeſsione perſiſtat:vt.ff.de queſti.l.j.§.diuus.&.§.ſi quis vltro.Poſſet etiam intelligi lex iſta cum in pecuniaria cauſa do pecuniam aduerſario principali,vt non deſiſtat à lite, ſed vt patiatur contra ſe ferri ſententiam.

d *Amittat.*ſ.actor.Sed quid in reo?Dicunt quidam non habere locũ legem iſtam.Tu dic idem in reo,cum eadem ſit ratio æquitatis,vt.ſ.amittat ius defendendi:& ſic cauſam amittat.Dic ſecũdum B.ipſo iure,quando eſt iudici data:vt.j.quando prouo. non

ne quenquam litigatorum ſententia non à ſuo iudice dicta conſtringat.[a] Dat. X. Kalend. Octob.Romæ,Auxonio & Olybrio Conſſ.

*TITVLVS XLIX.*

## DE POENA IVDICIS

qui malè iudicauit,vel eius qui iudicem vel aduerſariũ corrũpere curauit.

*Qui diffidentia iuſtæ ſententiæ in pecuniæ corruptelam prorumpit,litem perdit:ſiue priuata ſit lis, ſiue publica, ſiue fiſcalis. Bald.Vel ſic: Qui diffidentia iuris ſui in corruptelam prorumpit, litem perdit. Saly. Vel ſic: Actor qui per pecuniam corrumpit iudicem, vel procuratorem ſeu aduocatum rei,perdit actionem, & ſic cauſam: vnde reus debet abſolui, etiam ſi actionem vel ius habeat.Pau.de Caſtro.*

1. Imp. ANTONINVS. A. ad Gaudium.†

CONſtitit in quacunque cauſa,ſiue priuata, ſiue publica,[b] ſiue fiſcali, vt cuicunque data fuerit pecunia,vel iudici, vel aduerſario:[c] amittat[d] actionem is qui diffidentia[e] iuſtæ ſententiæ in pecuniæ corruptelam ſpem negotij repoſuerit.Dat. XIIII. Kal. Ian.Duobus Aſpris Coss.

IN AVTHEN. VT litigãtes in exordio litis iurent. §.ſi quis autem ex litigatoribus. colla.ix.conſt.v.

*Si corrumpens iudicem aliquo dato, vel promiſſo,ſeipſum defert,& probat:veniam meretur: & index in cauſa ciuili triplici pœna punitur: in criminali omnibus bonis confiſcatis,in exilium datur.Et vbi deferens non probat:ſi delatus iurauerit ſe non recepiſſe,liberatur:& deferens,in æſtimatione litis punitur:& nihilo minus per ſententiam poterit de corruptela doceri. Et ſi delatus per iuramentum ſe purgare recuſauerit,punitur ac ſi contra eum probatum fuerit.Saly.*

NOuo iure,qui dicit ſe dediſſe alicui,vel promiſiſſe, & perſonã declarauerit,& hoc probauerit: veniam meretur.[f] ℣ Sed qui accepit[g],vel promiſſionem ſuſcepit,ſi cauſa pecuniaria ſit:dati triplum, promiſsi duplum à comite priuatarũ rerum exigatur,dignitate ſeu cingulo amiſſo. ℣ Si verò criminalis cauſa fuerit:confiſcatis[h] omnibus bonis, in exilium mittatur. ℣ Sed ſi datum vel promiſſum probare litigator nequiuerit:perſona quæ dicit ſuſcepiſſe,iuret q̃ neq; per ſe neque per aliam perſonã accepit, aut promiſsionem habuit: & ſic libera ſit. ℣ Sed litigator qui oſtendere non potuit,[i] in cauſa pecuniaria æſtimationem litis à comite rerum priuatarum exigatur,lite ſuſtinente proprium euentum: in criminali bonis omnibus cõfiſcatis:cauſis apud competentẽ iudicem legitimè terminandis. ℣ Sed ſi perſona à litigatore manifeſtata prædictum iuſiurandum refutauerit[k], memoratis ſubiaceat pœnis. ℣ Sed ſi quis litigantium iurauerit ſe non dediſſe,vel promiſiſſe:ſi intra decem menſes poſt ſentẽtiam memoratam oſtendatur dediſſe[l], vel promiſiſſe, memoratis pœnis dantes & accipientes ſubiacebunt.

*Iudex corruptus famam perdit,& damna reſarcit.h.d.ſecundum Bal. & Sa. Vel ſic:Iudex qui corruptus prece vel precio dedit ſententiam,efficitur infamis, & tenetur parti quam læſit,in æſtimationem litis.h.d. ſecundum Pau.de Caſt.*

II. Imperator CONSTANTINVS. A. ad Felicem.

est neceſ.l.venales.ſed per authẽticam meretur veniã:vt in auth. nouo iure.j.eo.Si autẽ procuratori,tunc valet nihilo minus ſententia: ſed reus cuius procurator eſt corruptus, habet doli exceptionem:vt.ff.de doli excep.l.ſi procurator. & de iure fiſci.l. eius.Actor vero agit antiqua actione: & ſi excipiatur ex ſententia,replicabitur de dolo:vt.ff.de dolo.l. cum à te. & ſic verbũ amittat,ſemel poſitũ,diuerſimodè accipitur. Datur etiam contra corrumpentẽ actio de dolo ad impẽſas, niſi reus paratus ſit ſubire iudiciũ ſub hac exceptione,ſi eſt colluſum:vt.ff. de dolo.l.& eleganter. §.pe. Poſſet etiam dici q̃ quando precium interuenit ſuper ipſo iure,non teneat. aliud ſi pẽces:vt ar.ff. ad Treb. l.ſeruo inuito. §. cum prætor. Punitur etiam aliter hodie corrũpẽs: vt in authẽ. nouo iure, hic poſita, quam hic lege.

c *Diffidẽtia.*ſic &.ſ.de poſtu.l. prouidendum.

*NOuo iure.]CASVS.* Hæc auth. ſtatuit alias pœnas in iudicẽ qui accepit pecuniam:quia ſi ſponte confeſſus fuero me dediſſe pecuniam,nõ punior:ſed iudex in triplũ eius quod accepit. ſi aliquid ergo promiſſum fuerit, in duplum reddet: & priuabitur poteſtate iudicandi, ſi cauſa erit pecuniaria. Si criminalis, omnia bona iudicis confiſcãtur, & relegabitur. Si vero probatum non fuerit ſe accepiſſe, & iurauerit: liberatur. Si non iurat,punitur ac ſi accepiſſet, & ego punior:quia ſoluo tantũ comiti priuatarum rerum, quantum erat in lite. Si vero cauſa eſt criminalis, bona mea confiſcabuntur,ſi iurauí me non dediſſe:ſed non ſolum ego, ſed & iudex punitur,ſicut ſupra dictum eſt.

f *Meretur.*Not.parcitur ſponte confitenti. ſic infra de his qui ſe de.l.j.li.x.&.ff.de iure fiſ.l.edicto.&.ff.de ali.iu.mu.cau. facta. l.iij.§.finali.

g *Accepit.*re ipſa.

h *Confiſcatis.*contra in auth.vt nulli iudi.§.fin. col. ix. Sol. hoc ſpeciale:vt in crimine læſæ maieſtatis: idem dicitur & in inceſtu:vt ſupra de ince.nup.authen.inceſtas.

i *Non potuit.*Nota quem calumniari hoc ipſo quòd non probat contrarium.ar.ſupra de aduo.diuer.iudi.l.j.Sed argu. contra ff. ad Turpil. l.j. §.j. Sed ibi erat perſona quæ ex ſola ſuſpicione poterat accuſare, vt maritus:vt infra ad leg. Iul. de adul. l. quanuis. ij.

i *Non potuit.*etiam ſi eſt iuratum.

k *Refutauerit.*ſic ſupra de fide inſtru.l.finali.

l *Dediſſe.*ergo hic permittit argui periurium, contra regulam ſupra de re.cre.l.j.ſed hoc,quia delatum fuit à iudice. & ſpeciale eſt hic:vt & aliàs:vt.ff.de iureiu.l.admonendi.& hæc authen. eſt in authen.vt liti.iu.§.ſi quis autem.colla.ix.



BIU Cujas

[a] *De eo qui precio.* Superior lex de corrumpente, hæc de iudice corrupto dicit.

[b] *Aut gratia.* primo non valet ipso iure: vt.ĭ. quando prouoc. non est necess.l. venales. secundo valet, sed rescinditur: vt.ff. ad Trebel.l.seruo inuito.§.cum prætor. Accursius.

[c] *Æstimationis.* id est non solum debet ei cõdemnari in æstimationem sumptuum, vel dispendij quod ipse fecit in litem: sed & in æstimationem litis. Vel dic quòd patitur dispendiũ æstimationis, id est quia efficitur infamis, sequens non mutatur.

[d] *Discriminis.* id est periculi. & hoc per actionem in factum: vt instit. de oblig. quæ ex quasi male.nas.in prin. tenetur etiam lege Iulia repetundarum: vt.ff. ad l. Iul. repe. l. iij. & iiij. quæ extraordinariè punit: vt in eod. titu. l. lex Iulia.§.hodie. Item crimine concussionis: vt.ff. de concus. l. fin. Item & crimine falsi quod pœnam deportationis, vel vltimi supplicij continet: vt.ff. ad legem Corne. de falsis. l.j.§.& qui iudicem. Ité & edicto de calumnia: vt.ff. de calum. l. j. & iij.§.illud. An autem ille qui dedit, repetere potest: habes.ff. de condic.ob tur. cau. l. ij. in fin. & hoc cum dolo. si autem sine dolo, hoc est per imprudentiam: tunc tenetur actione in factum, in quantum bono iudici videtur: vt.ff. de var. cog. l. si iudex. siue paterfamilias, siue filiusfamilias erat iudex: vt.ff. de iudi. l. si filiusfamilias &c.

*Index qui corruptè sententiam dicit actione tenetur.*

*Iũ omnibus libris manu scriptis legitur rescindatur, sed quia retractare. Contius.*

*SENTENTIAM rescindi non posse.*

*Non seruatis his quæ sunt necessaria in sententia, non valet: vt.ŝ. eis seruatis, valet, adeo vt retractari non possit, nisi solitis modis.*

*Alexander.*

DE eo qui precio [a] deprauatus aut gratia, [b] perperam iudicauerit, ei vindicta quem læserit, non solum æstimationis [c] dispendij, sed etiam litis discriminis [d] præbeatur. Dat. VIII. Kal. Nouẽ. Cõstãtino. A. V. & Licinio. CC. Coss.

*TITVLVS L.*

SENTENTIAM RESCINDI NON POSSE.

*Nemo potest suam, vel antecessoris sui sententiam reuocare: & si reuocat, non est appellare necesse. Bald. Vel sic: Sententia per quam rescinditur propria, vel prædecessoris, est ipso iure nulla. Bar. Vel sic: Reuocatio propria, vel sui prædecessoris sententiæ, est ipso iure nulla: nec appellatio est necessaria. Salyc. Vel sic: Sententia definitiua valida non potest proprio motu iudicis reuocari. Pau. de Cast. Sed remediis proditis à iure sic, quæ ponuntur in glossa.*

I. Imp. GORDIANVS. A. Secundo.

NEque suam, neq; decessoris sui sententiã quẽquam [e] posse retractare † in dubiũ non venit: nec necesse esse ab huiusmodi decreto [f] interponere prouocationẽ, explorati iuris est. PP. Kal. Mart.*

*Exceptio peremptoria si nõ admittitur, sententia non rescinditur, nisi restitutionis vel appellatiõis remedio. Bar. Vel sic: Exceptio peremptoria potest opponi ante sentẽtiam, non postea, nisi ope restitutionis in integrum ratione ætatis. Salyc. Vel sic: Exceptio peremptoria potest opponi, & probari vsque ad sententiã definitiuam, postea non: nisi lata sit contra minorem, vel alium qui mereatur restitutionem in integrum: quia tunc competit restitutio contra sententiam: qua obtenta poterit opponi. hoc dicit secundum Paulum de Cast.*

II. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Alexandro.†

PEremptorias exceptiones omissas in initio, [g] antequã sententia feratur, [h] opponi posse, † perpetuum edictum [i] manifestè declarat. Quòd si aliter actum fuerit, in integrum restitutio permittitur. [k] Nam iudicatum contra maiores annis vigintiquinque non oppositæ præscriptionis velamento, citra remedium appellationis rescindi non potest. VII. Kalen. Ian. Nic. CC. Coss.

*Rescripta post sententiam impetrata, ad rescissionẽ sententiæ non valent. Bald. Vel sic: Non debet admitti rescriptum per quod retractatur iam decisum. Salycetus. Vel sic: Virtute rescripti principis non retractatur sententia legitimè lata. Paulus de Castro.*

III. Imp. CONSTANTIN. A. ad Proculum.

IMpetrata† rescripta nõ [l] placet admitti, si decisæ semel causæ fuerint iudiciali sententia quam prouocatio nulla suspendit: sed eos qui talia rescripta meruerunt, etiam limine iudiciorum expelli. Dat. VI. Kalend. Ian. Constan. A.*

*TITVLVS LI.*

DE FRVCTIBVS ET litium† expensis.

*Fructus dicũtur deductis sumptibus. Vel sic: Verba iudicis debent ad intellectum legum referri. Vel sic: Quod iudex loquitur, ciuiliter loquitur. Bald. Vel sic: Condemnatus ad fructus, deducit sumptus. Saly. vel sic: Fructus intelliguntur deductis impensis factis gratia ipsorum quærendorum & conseruandorum. Pau. de Castro.*

I. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Alexandro.†

HOc fructuũ [m] nomine continetur, quod iustis [n] sumptibus deductis superest. III. Non. April. CC. Conss.

IMpetrata.] CASVS. Sententia lata inter actorem & reum, si alter impetrare voluerit vt sententia rescindatur: an sit audiendus, quæritur? Dicitur quòd non: quia nec rescriptũ puta priuilegium concedetur: nec cõcessum habebit effectum.

*In omnibus lib. manu scrip. litis scrip. est: vt in Codice Theodos. Contius.*

l *Impetrata rescripta.* vt sententia retractetur, nisi diceret non obstante sententia: vt & ar.ŝ. de testa. authẽt. hoc inter liberos. & facit. ŝ. de transac. l. causas. &.ŝ. de erro. aduo. l. sententiis.

†*Alexandr. ver.*

*DE FRVCTIbus & litium expensis.*

*Quia in sententia faciendæ est mentio fructuum & sumptuum, ideo de his dicit.*

HOc fructuum.] CASVS. Rem meam mala fide possedisti, & fructus percepisti, & sumptus in ea feci: si conueniamte rei vindic. pro parte, quid nomine fructuum contineatur lite contesta. quæritur? Respon. quòd id quod supererit deductis expensis. Viuianus.

m *Hoc fructuum.* respondet tacitæ obiectioni, quasi dicat, malæ fidei possessor tenetur de fructibus: sed intellige deductis expensis: quia nullus casus &c. vt hic, &. ff. fami. ercisc. l. fundus qui. & sol. ma. l. fructus.

n *Quod iustis.* qui fiunt quẽdorum &c. [b] vt.ff. de pe. hære. l. si à patre. §. fi. & arg. ŝ. de pe. hære. l. in restituenda. Et distingue hic: vt.ŝ. de rei vind. l. certum. melius in. l. ex diuerso. ff. de rei vind.

*b Cõcor. gl. super verb. fructus. ŝ. c. grauis. extra de resti. spolia.*

LItigator.] CASVS. Egi contra te rei vind. & est sententia lata: non vis rem restituere: ad quid mihi tenearis, quæritur? Respon. quòd non solum ad rem, & ad fructus extantes, sed ad eos quos percipere potui ex tempore quo res fuit deducta in iudicium per litem contesta. quæ dicta sunt vera etiam in hærede



*casibus: vt p Alex. de Imo. in l. quod iussit. hic allega.*

† *Concor. c. cũ Ioãnes. cũ gl. super verb. exceptio. extra de fide instru.*

† *Cõcor. gl. super verbo, literas. in versi. itẽ non valet. extra de rescrip.*



BIU Cujas

mala fide possidente.

*Litigator victus qui rem non restituit, qualiter conuenitur, & ad quid tenetur.*

a *Litigator.* qui iam victus post cõuentionem iudicialem rei incumbit alienę, nõ solum tenetur ad restitutionẽ rei, pro qua sunt quatuor auxilia: vt. ff. de rei vind. l. à possidentibus. & ad fructus perceptos extantes, aut etiam non extãtes: sed etiam ad eos quos actor percipere potuisset ex tempore quo res fuit deducta in iudicium per contestationem: vt hic. Vnde quęritur, si lis triẽnio mortua fuerit, & postea adhuc actor anno vel biennio tacuerit, an illius anni vel biennij debeant fructus restituiꝰ Et poterit dici probabiliter illos fructus lite iam mortua perceptos nequaquam restituendos.

*Post litem contestatam possessor tenetur de fructibus perceptis, & percipiendis: & idem in hærede eius. Barto. Vel sic: Factus malæ fidei possessor, per litem contestatam tenetur de perceptis, & de percipiendis: & vitium eius transit in hæredem. Vel sic: Possessor conuentus reali tenetur post litem contestatam de perceptis & percipiendis: quod obtinet etiam in eius hærede. hoc dicit secundum Salycetum.*

II. * Impp. VALENS & VALENTIN. AA. Olybrio præfecto prætorio.†

LItigator [a] victus qui post [B] conuentionem [b] rei incumbit alienæ, non in sola rei redhibitione [c] teneatur, nec tantum fructuum [d] præstationem eorũ quos ipse percepit, agnoscat: sed † etiam eos quos percipere potuisset, * non quos eum redegisse constat, [f] exoluat ex eo tẽpore ex quo re in iudicium deducta, scientiam malæ fidei possessionis* accepit. [g] ¶ Hæredis quoque succedentis [h] in vitium par habenda fortuna est. Dat. III. Kalend. Mart.†

*Post definitiuam sententiam non est de expensis tractandum, nisi index hoc in sententia reseruauit. Bart. Vel sic: Lata sententia, exprimat officium: & ideo fructus vel sumptus venire non possunt, nisi in sententia sit expressum: nec potest à principe contrarium impetrari. Bald. Vel sic: Post sententiam definitiuam de sumptibus litis non debet tractari, nisi index sibi sententiam reseruauerit. hoc dicit. Vel sic: Finita causa per sententiam definitiuam, vel per transactionem, si non est facta mentio de expensis, non possunt peti: quia veniunt officio iudicis mercenario, quod non durat lite finita, nec possunt in iudicio principaliter deduci. sed si esset facta mentio, quia fuisset facta condemnatio: vel fuisset reseruatum ius agendi victori, bene possunt peti expensæ, licet non fuerint taxatæ in sententia: quia taxabuntur in executione. hoc dicit text. cum glo. secundum Paul. de Cast.*

III. † Impp. HONORIVS & THEOD. AA. Asclepiodoto præfecto prætorio.

TErminato transactóque [i] negocio, posthac nulli actio, neque ex rescripto super sumptuũ petitiõe* præstetur, [k] nisi iudex † qui de principali negocio sententiam promulgauit, comminus [l] partibus cõstitutis, iuridica pronũciatione [m] significauerit victori causæ restitui debere expẽsas, aut super his querelam iure competere. [n] Post absolutum enim dimissumq; iudicium nefas est litem alterã consurgere [o] ex litis primæ materia.†

*Contra actorem non prosequentem, vel defendentem litem, vel perdentem, profertur sententia calumniæ, damnorum, & expensarum. Bart. Vel sic: Calumnia actoris in criminali, punitur pœna simili: in ciuili vero in expensis litis, & aliis dispendiis condemnatur. Salycetus.*

IIII. Imppp. VALENTINIANI [THEODOSII & ARCADII] † AAA. edictũ ad populum.

NOn ignoret is [p] cuius ex interpellatiõe aliquis [q] secundum datã formam [r] in longinqua protract' fuerit† examina, quòd si culpa [s] sua * fuerit dilata cognitio, [t] vel minimè actioni [u] suæ adfuerit, vel delata [x] [non]† probauerit: pro calumnia [y] quidẽ pœnam [z] luat† legibus constitutam: pro pecuniaria vero causa, post sumpt', † considerata quãtitate postulatorum, [a] vel medij itineris interuallo, condemnationem pro litem contra Titium in ciuitate Bonoñ. impetrauit rescriptum quòd ipse responderet mihi Cremonæ: quia ibi petij iudicẽ. Titius multa expédit in itinere, in aduocatis, nec ego causam meam prosequor. si causa est criminalis, subibo pœnam talionis: si pecuniaria, condemnabor in expensis. Viuianus.

*Diuisio.*

*Terminato.* Primo dictum ponit. secundo excipit. tertio dictum probat. secunda ibi, Nisi iudex. tertia ibi, Post absolutum. Salyc. CASVS. Petij à te. x. & obtinui: quia iudex te condemnauit, nihil exprimendo de expensis in sententia: an eas petere possim, quæritur? Respon. quòd non, etiam per principem: iudex tamen hic incontinenti quando sententiam dixit, scilicet toto eo die potuit te mihi in expensis condemnasse.

i *Transactóque.* scilicet per definitiuam sententiam.

k *Præstetur.* vt. ff. de re iudi. l. iudex. & l. cum quærebatur. & ff. depositi. l. iiij. & j. quando † prouo. non est necesse, sed officio tamen petitur: vt ibi, secũdũ quos dam. Vel hic est terminatum, quia non est appellatum: vel si est, confirmata est. † Ex Cod. Theod. li. 16. tit. 16. l. 1. † vel repetitione.

l *Comminus.* id est* to eo die: vt. ff. de re iudi. l. Paulus. * In C. T. pro verbo in dex, vna cu

m *Pronũciatione.* quãdo scilicet scit quot sũt reddendæ, & sic taxat. * Imò id est

n *Competere.* quod est vbi non taxat quantitatem, forte quia ignorat, & ideo dicit: Ego pronuncio quòd omnes sumptus quos iste iurauerit se feciſſe, tu restituas. vel similia, puta dicit: Ego pronuncio te posse repetere sumptus quos fecisti. si sic enim ita dixerit in sententia, etiam post plures dies poterit taxare, & condemnare in expensis. arg. ff. de solu. l. Modestinus. vt valeat hæc sententia, licet incerta: quia iuder aliter certificare non potest, & coram executore fiet certum. † Dux. III. Kal. Aprilis. Cyrillo & Marcellino Coss. Cyrillus. Marcellinus. Asclepiodotus. Cassianus. Asclepiodotus. Cassianus. Contius. Contius. Valentinianus. Marcianus. Nouella Martiani lib. Nouellarum. Martianus.

o *Consurgere.* vt. ff. de re. cre. l. si quis iusiuran. & ff. de re iud. l. si sus. & ff. de compen. l. quod in diem. §. si rationem. sed hic non conceditur actio proueniens ex materia primæ litis: ibi autem conceditur actio quæ definitiuæ causæ non attinet. Accursius. & Contius.

*NOn ignoret.* CASVS. Habebam litem contra Titium in ciuitate Bonoñ. impetrauit rescriptum quòd ipse responderet mihi Cremonæ: quia ibi petij iudicẽ. Titius multa expédit in itinere, in aduocatis, nec ego causam meam prosequor. si causa est criminalis, subibo pœnam talionis: si pecuniaria, condemnabor in expensis. Viuianus.

p *Non ignoret is.* scilicet actor.

q *Aliquis.* scilicet reus.

r *Formam.* id est rescriptum à principe datum: quod hodie fieri non debet &c. vt. ff. de dila. auth. quod fieri.

s *Si culpa.* quod est eo ipso quòd non procedit cum dilationem habere non debet: vt. ff. de dilatio. l. siquando.

t *Cognitio.* fuit ergo lis cõtestata, sed non procedit vltra.

u *Actioni.* aliàs actioni: & aliàs accusationi: & aliàs, executioni.

x *Delata.* repete, minime.

y *Pro calumnia.* præsumpta eoipso, quòd non probat: licet quidam contra: vt diximus. ff. de aduo. diuer. iudi. l. j.

z *Pœnam.* si talis causa sit quæ calumniæ vindictam exposcat, veluti criminalis: vbi est pœna similitudo supplicij: vt. j. de accu. l. fin. vel si contra clericum: vt. ff. de epi. & cler. l. omnes qui. in fi. & hæc venit ad bursam fiscalem.

a *Quantitate postulatorum.* id est eorum quæ petuntur. Et sic no. quòd

† Hæc lex videtur contraria Nouellæ legi Nouella lex quæ voluit omnino sententiam definitiuam cum expensarum taxatione proferri. Cõtius. † In vtr. soluat.

BIU Cujas

quòd secundum quantitatem petitam fiunt sumptus: vt institu. de actio.§.tripli. Vel dic, postulatorum, id est aduocatorum.

a *Sustinebit.* in prædictis scilicet, vt hic, &.ſ.de iudi.l.properandum.§.& si quidem.&.ff.de iudi.l.eum quem.sed hodie vbi viderit iudex neutrum debere subdi oneri expensarum, hoc ipsum sua sententia declaret: vt in authen. de iudi. §. cùm oportet.colla.vj.

*Data.V. id.Nouembr. Constantino. Valerio. Conss.*

CVm quidam. primo statuit. secundo rationé reddit. tertio statutum latius declarat. secunda ibi, Quoniam non est. tertia ibi, Ita scilicet. CASVS. Impetraui priuilegium, vt nihil, vel minus darem sportularum vel sumptuum nomine, scilicet iudici, vel executori: tantundem dabit aduersarius meus, & nó plus. Vel sic: Ne aliquid obstet, contra te impetraui priuilegium, vt nihil vel minus nomine sportularum vel sumptus darem: si obtineá, & velim petere ab aduersario omnia quę expendissem, ac si priuilegium nó impetrassem: non possem, sed id solú quod expendi. Viuia.

*Priuilegiũ per sportulis nó solitis concessũ, quãdiu.*

b *Cum quidam.* priuilegium merui, vt vel nihil, vel minus daré nomine sportularum iudici, vel executori. aduersarius quidem meus dabit tantundem, & nó plus: & hoc propter æqualitatem seruandam in iudiciis. arg.ff.de arbi.l.si de meis. in fin.j. respon.&.l.si cum dies. §.pen. &.l.Pedius.§.in seruum.&.j. de prox. sacro. scri. l.in sacris.iij. in fin.& ar.ſ. de rescin. ven.l.ratas. Sed secundum hoc labor iudicis non remuneratur: sicq; occurrit iniquitas. Sed respon. econtra est maior æquitas, vt in iudiciis seruetur æqualitas. In secunda opponitur de eo quod est insti. de iure naturali. §. sed & quod principi. vbi dicit non egredi personam. & idem .ff. quod quisque iur.l.iij.vbi dicit aliud quando sine postulatione indulgetur: quia tunc personam nó egreditur.& hic dicit: siue per speciales largitates &c. Sol. hic fuit postulatum, nihilo minus tamen fuit largitas specialis. Vel dic, non egreditur persona, nisi eius contrariã: vel non egreditur persoñ contra illum qui habet priuilegium, sed contra iudicé vel executoré sic. Vel a vt tollas omnia prędicta, dic aliter casum: Merui priuilegium, vt vel nihil, vel minus præstarem nomine sportularum, vel expensarum: si postea vincam, & velim ab aduersario omnia repetere quæ expendissem, ac si priuilegium non habuissem, non possum: sed id solum quod expendi: vt.ſ.de iudi.l. properandum.§.siue autem.

*† secundum formã edicti, Quod quisque iuris. Contius.*

*a Dic ex mẽte Bart. quidem.*

*Priuilegio priuilegiãto re-sistente limitatio ordinatoria: quod extenditur ad aduersarium: vt seruetur æqualitas.*

c *Constitutiones.* vt clerici: vt.ſ.de epi.& cleri.l.omnes qui.§.executoribus.&.l.cum clericis.§.fi.& auth.sed hodie.

d *Largitates.* petitum tamen fuit.

e *Sportulis.* huiusmodi autè sportulę iudicibus dabãtur ab vtraque parte: vt in authen. de iudi.§.ne autem.col.vj.nam (vt dixi) æqualitas seruanda est hinc inde. sportulæ autem quæ executoribus dabantur, à reo præstabantur: vt instit.de act.§.tripli. Azo.

f *Pro conuentionibus.* id est citationibus.

g *Agnoscẽdis.* qđ habemus in solo epo: vt dicta auth. sed hodie.

h *Concedi.* hoc secundum primum casum commodè stare non potest: sed dic quærere, scilicet per iudicem.

i *Per liberalitates.* id est propriam voluntatem principis, postulatione tamen præcedente, ne obstent in aliquo prædicta contraria.

*Priuilegia per sportulis nó solitis concessa, quãdiu liceãt.*

a *Prouocaueritis.* illico: vt & supra quomodo & quando iud.l. ab eo.& ad hoc supra.e.l.j.in prin.

b *Inferre.* tam pœnæ, quàm rei furtiuæ. Accursius.

*Sub specie.*] CASVS. Debeo.x.tibi, fecisti mihi pactum de non petendo, & inde factum fuit instrumentum. si post rem iudicatam ipsum proferam: an rescindatur sententia, quæritur? Dicitur quòd non.

c *Sub specie nouorum.* id est allegatorum nouiter, vel inuentorum vbicunque, vel apud eundem, vel alium.

d *Repertorum.* arg. supra de transactio.l.sub prætextu.j.

e *Restaurari.* contra speciale est in causa fisci.ff.de re iudica.l. imperatores.

f *Graue est.* & ideo nō conceditur: vt hic, & supra de transac.l. sub prætextu.j. Hoc tamen fallit i causa publica[a], quæ reuocatur vsque ad triennium, & etiam postea si præuaricatio arguatur: vt.ff.e.l. imperatores. & infra de sen. aduersus fiscum.l. j.lib.x. Idem potest dici in ecclesia: vt in authenti. de non ali. aut permu. rebus ecclesiasticis. §. finim. coll. ij. & in pupillari causa: vt infra de iure reipu.l. ré publicam. lib. xj. sed videtur etiam priuata causa retractari: vt. ff. de iureiur.l. admonendi. quæ est cōtra. Sol.[b] ibi sub conditione fuit iudicatum, si iurauerit antequam impletā cōditionē retractaret, vt ibi: hic autē pure. Vel dic vt ibi. Accursius.

[a] *Idē Bar. Bald. & Saly.*

[b] *Ista sol. nō est vera. Bar. nā diuinat secūdum Salyc.*

*Ad solutionē.*] CASVS. Iudex condēnauit aliquē in certa summa, nec appellauit: sed ad satisfaciendum iudici dilationem petiit: an lis suscitari possit, quæritur? Dicitur quòd non, quia videtur sententiæ acquieuisse.

*P.P.

†*Sic depositiones testiū redactæ in publicū instrumētū habent ppetuā firmitatē: vt in.c. significauit. cū gl. 2. extra de testib.*

g *Acquieuisse.* etiam si appellauerit, vel appellare potuerit.

h *Acquieueris.* expressim vel taciturnitate decē dierū, & sic no. ex hac.l. mirabilē presumptionē. sic & ff. de pac. l. tale. §. qui prouocauit. & ad Macedo. l. sed Iulianus. §. fina. & infra de iure do. imp. l. ij. & supra quod met. cau. l. ij.

*Cesta.*] CASVS. Coram iudice dato ad causam, factę sunt confessiones: attestationes receptæ, in publicam scripturam sunt redactæ. illo iudice mortuo an possint illa gesta valere, quæritur? Dicitur quòd sic.

*Cesta quæ dicuntur.*

i *Cesta.* id est acta apud delegatum: vel id est confessiones partium, & dicta testium, translata &c. scilicet cum sunt in actis redacta à tabellione coram iudice, vt faciunt cotidie. Vel gesta, id est acta illa in scriptis translata: facta scilicet publicatione coram eo apud quem sit publicandi facultas. arg. supra de testamētis. l. publicati. Et fit ita, si vna partium altera præsente vel non, cum tabellione, qui attestationes scripsit, iudicem ordinarium non ꝓuocaueritis[a]: vniuersam quantitatem debetis inferre[b].

*Propter instrumenta de nouo reperta, non retractatur sententia iam lata. Baldus, Salycetus & Paulus de Castro.*

IIII. Imperator GORDIANVS A. Antonino.

SVb specie nouorū[c] īstrumētorū postea repertorū[d], res iudicatas restaurari[e], exemplo graue est[f]. Dat. VIII. Id. Mart.

*Qui petit dilationem ad soluendum, sententiæ consentire videtur: & ideo appellare non potest: & si appellauit, videtur renunciare. Baldus. Vel sic: Qui petit dilationem ad soluendum, dicitur sententiam approbare, & appellationi renunciare. hoc dicit, secundum Bartolum & Salycetum.*

V. Imperatores DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Valentino.

AD solutionem dilationem petentē†, acquieuisse[g] sententię manifestè probatur: sicut eum, qui quolibet modo sententiæ acquieuerit[h]. Nec enim instaurari finita, rerum iudicatarum patitur auctoritas.

*Cesta publica perpetuam fidem habēt in eadem instātia & in alia. Baldus. Vel sic: Acta publica faciunt fidem etiam mortuo iudice secundum Bar. Vel sic: Mortuo iudice nō pereūt acta publicam firmitatem habentia. Sal. Vel sic: Acta iudicii semel publicata faciūt perpetuam fidē etiā mortuo vel remoto iudice qui de causa cognouit & publicauit, secundum Paulum de Castro.*

VI. Imperatores HONORIVS & THEODOSIVS AA. Iuliano proconsuli Aphricæ*.

GEsta[i] quę sunt translata in publica monumenta†, habere volumus perpetuā firmitatem[k]. neque enim morte cognitoris perire debet publica fides[l]. Dat. III. Kalendas Septembr. Const.* Conss.

TITVLVS LIII.

DE EXECVTIONE REI iudicatæ.

*Exceptio nullitatis potest opponi i executione. Bartolus. Vel sic: Executio ante sententiam non est facienda. h.d. Vel sic: Iuris ordine prætermisso non valet executio. Salycetus. Vel sic: Ab executione nō est inchoandum: sed primo debet de causa cognosci, & per definitiuam sententiam terminari. Paulus de Castro.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Iustino.

NImis properè* iudex pignora Marcellę capi ac distrahi iussit ante rē iudicatā. [m] Pri' est ergo, vt seruato ordine, [n] actionē aduersus eā dirigas, & causa cognita sentētiam accipias. PP. III. Kal. Febr. Albino & Aemiliano Conss.

*Sententia habet paratam executionem, nisi sit nouata. Bart. Vel sic: Exceptiones & iura post sententiam superueniētia, possunt postea opponi. h.d. secundum Bu. Vel sic: Stipulatio nouans sententiam, illam tollit, & eius executionem impedit: & ex stipulatione, quæ nouauit, lex agere permittit. Salycetus. Vel sic: Sententia tunc habet executionem paratam, quando non fuit per stipulationem nouata: aliàs non petitur executio sententiæ quæ sublata est per nouationē: sed agitur ex stipulatione nouantis ordinaria via. Paulus de Castro.*

II. Iidem AA. Agrippæ.*

SI causam iudicati nō nouasti, [o] rē iudicatā prędes ꝓuīcię etiā pignoribus captis ac distractis ad emolumētum[p] perduci iubebit. [q] Quòd si nouata causa est, ex stipulatu tibi actio competit: & iudice accepto† secundū iuris formam experire[r].

*Creditor in subsidium admittitur ad accipiendum in solutum pignora capta pro sententia exequēda. Salycetus. Vel sic: Non admittitur creditor ad emptionem pignorum quæ distrahūtur causa executionis rei iudicatæ, nisi in subsidium, cum alius non reperitur, vel minus offert. h.d. secundum Ia. But. Vel sic: Si emptor pignorum non reperitur, creditori in solutum adiudicantur. h.d. Vel sic: Si pignora capta in causam iudicati non reperiunt emptorem, factis subhastationibus dantur creditori in solutum. Paulus de Castro.*

III. Iidem AA. †Agrippæ.

ORdo rei[r] gestæ, & mora solutionis quę intercesit, adeat, qui tabellionem interrogabit si ita est vt scripsit: & cum responderit, ita: iubebit eum gesta in scriptis, testibus appositis, redigere: sicque habebit perpetuam firmitatem. aliter non cogitur quis credere gestis, secundum Ioan. immo etiam sine testibus ad hoc vocatis: cum semper ibi plures adsint: vt infra de donatio. l. in donationibus. Vel tertio dic, facta publicatione in eadem instantia coram eo iudice, vel successore: vt in prin. glo.

k *Firmitatem.* etiam si illa instantia pereat. *perpetuo. an autem inter alios? dic vt dixi. §. de eden. l. is apud.

l *Fides.* id est acta publicata nō pereūt mortē iudicis: immo & nō publicata in eadem instantia, cum successor ex eis debeat pronunciare: vt. ff. de iudi. l. mortuo. & supra de iudi. l. properandum. §. illo.

*DE EXECVTIONE rei iudicatæ.*

*Quia parum esset sententiam ferri, nisi & lata mandaretur executioni: ideo de hoc ponit.* Cōmentatio.

NImis.] CASVS. Debebas mihi iudex lite non contesta. vel attestatione non auditis, nullo ordine iudiciorū seruato, præcepit vt pignora tua caperētur & distraherentur: an recte fecerit, quæritur? Dicitur quòd non, sed primo intendenda erat actio, & lis super ea cōtestanda. *Inuitis mutuo, præcepit vt pignora tua caperētur & distraherentur: an recte fecerit, quæritur? Dicitur quòd non, sed primo intendenda erat actio, & lis super ea cōtestanda. Cuiac.

m *Rē iudicatā.* ideoque reuocanda sunt: vt infra de re iudic. l. si cum nulla. Accursius. †à pœna. Cuiac.

n *Ordine.* iudiciorum scilicet, vt actionē dirigas, & sententia detur: vt hic, & infra. e. l. fi. & §. de sentē. l. fi. & de pact. l. si pacto quo pœnam. in fi.

*I causā.*] CASVS. Petij à te. x. & obtinui: nec appellasti, vel i causa appellationis succubuisti, nec solui sti iudicatū. an executiōi mādari debeat, quærii? Dicitur q̄ sic, per captionē & distractionē pignorū: nisi id quod debebatur ex causa iudicati, in aliā obligationem esset transfusum per nouationem. Viuianus. †*dabit.*

o *Nouasti.* licet stipulatus es, & pignora acceperis: non tamen nouandi animo: vt. ff. de re iudi. l. si se. §. si ex conuentione.

p *Ad emoluentum.* id est ad effectum.

q *Iubebit.* vt. §. de transac. l. si ex causa. & arg. ff. de preca. l. & habet. §. cum quis. &. §. de iure delib. l. scimus. §. si vero postquam.

r *Experire.* vt. ff. de mino. l. minor. xxv. an. cui.

*Ordo rei.*] CASVS. Petij à te decem, & obtinui. pignora capta sunt, & subhastata: sed fraude tua, vel potentia, non est inuentus emptor. dabuntur mihi pignora in solutum, vt pro solido debito his contentus sim, licet minus valeant.

s *Ordo rei.* egi ad. c. & vici, & pignora capta sunt, & subhastata, sed non inuenitur emptor propter fraudem victi interuenientem.

BIU Cujas

nientem.dabuntur ergo mihi in solutum, vt tamen habeam necesse pro toto debito esse contentus, licet minus valeant: vt hic, &.ff. de re iudi.l. à diuo.§. si pignora.secus in conuentionali: vt infra de iure do.impe.l. fi.§. sed si quidem. Potest tamen & aliter intelligi dictus.§. si pignora.

a *Constantius*. quàm

cõstantius[a] desiderat remediũ. Si itaq; prędẽ ꝓuinciæ, qui rẽ iudicatã exequi debet, adieris, & allegaueris res soli quę pigno ri datæ sunt, diu subhastatas, [b] ex compacto [c] siue ambitione diuersæ partis emptorem non iuenire[potuisse], †in possessio nẽ earũ [d] te mittet, [e] vt vel hoc remedio restãdiu protracta ad effectũ ꝓducatur. Dat. XI. Kal. Iul. Messala & Sabino Conss.

*Publica stipendia non venduntur, nec in solutum adiudicantur, nisi in subsidium. hoc dicit cum glo. Baldus & Salycetus.*

IIII. Iidem AA. Marcello militi.†

STipẽdia [f] retineri ꝓpterea, quòd condemnatus es, non patietur præses ꝓuinciæ, [g] cũ [h] rẽ iudicatam possit aliis rationibus exequi.[i] PP. III. Non.*

*Nomen debitoris potest capi pignori in causam iudicati, secundũ Baldum. Vel sic: Ad nomen debitoris peruenitur in subsidiũ ex causa iudicati. h.d. cum gloss. Salycetus.*

V. Imperator GORDIANVS A. Amando.

ETiam nomẽ debitoris [k] in causa iudicati capi posse, ignotum non† est. PP. III. Idus Octo. Attico & Prętexto Coss.

*Pronũciatio executoris nõ infirmat sententiam. h.d. secundum Bartolum. Vel sic: Merus executor de viribus causæ nõ cognoscit, nec pronunciat, nec pronunciatum valet. h.d. & habet plures lecturas. Salycetus. Vel sic: Merus executor non potest assumere partes iudicis, & de iustitia sententiæ cognoscere vel pronunciare. h.d. secundum Paulum de Castro.*

VI. Imperator PHILIPPVS A. & C. Titiano.

SI (vt proponis) rerum iudicatarũ executor [l] datus partes sibi iudicis vindicauit,† & contra ea quæ pridẽ pro partibus tuis fuerunt statuta, aliquid ꝓnũciãdũ putauit: sentẽtia ab eo dicta vim rei iudicatæ obtinere nequaquã [m] potest.†

*Interitus & naturalis accessio rei ve-*

*niunt in mora iudicii. h.d. secundum Baldum. Vel sic: Mortua specie debita, fit executio in æstimatione. Bartolus. Vel sic: Cõdemnatus si moram committat, tenetur de interitu & accessionibus. Salycetus. Vel sic: Cõdẽnatus qui in soluẽdo morã cõmisit, tenetur de ĩteritu rei, & etiã de accessionib⁹, id est fructibus & reditib⁹ rei in qua est facta cõdẽnatio. h.d. secũdũ Pau. de Castro.*

VII. Imperatores DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. Theodoro.

SI longis apertísque frustrationibus partis aduersæ, restitutio [n] remorata est, etiã seruis rebus humanis exemptis: à frustratore æstimatio eorũ restituenda [o] est. Animalia quoq; cũ fœtibus tibi intercessu præsidis repræsentabuntur.

*Executor est, qui rem dispositam mandat effectui. Baldus. Vel sic: Merus executor est, qui nullo discusso solum habet exequi: vt sunt apparitores, & nuncii communes. h.d. secundum Salycetum. Vel sic: Executor est ille, qui sententiam rite latam ad effectum perducit. Paulus de Castro.*

VIII. Iidem AA. & CC. Nicomacho.†

EXecutorẽ† eũ solũ esse manifestũ est, qui post sententiã inter partes audita omni & discussa lite ꝓlatã, rei iudicatæ vigorẽ ad effectum videtur adducere. [p] Sine die & Consule.

*Conuicto debitore & cõdemnato, pignora capiuntur & distrahuntur, debito tamẽ tempore. Baldus. Vel sic: Post lapsum temporis quod datur iudicatis, debẽt capi pignora & distrahi. Bar. Vel sic: Cõtra debitorẽ cõuictũ & cõdẽnatũ fit executio, captis & distractis pignorib⁹ intra tẽpora à iure statuta. Saly. Vel sic: Tũc est petẽda executio, quãdo reus cõfessus est: vel si negauit, cũ est cõuictus & cõdẽnatus: & quãdo transactũ est tempus à iure præfixum ad soluendũ indicatum. h.d. secundum Paulum de Castro.*

IX. Iidem AA. & CC. Glyconi.

EOs quos debitores tuos esse contendis, apud rectorẽ cõueni prouinciæ: qui siue debitum confessi, siue negãtes & conuicti fuerint condemnati, [q] nec intra statutum spacium [r] so-

*Iudices alii qui possunt sententiã suã interpretari.*

faris, qui possunt interpretari suam sententiam iam latam in melius: vt. ff. de appel. l. ab executore. & supra si contra ius vel vtili. publi. l. & si non cognitio. quæ est contra. Vel solue vt ibi. in *Nequaquam potest.* tum quia contra primam: vt infra quando prouo. non est necess. l. j. tum quia ad hoc datus non erat: ab ea tamẽ appellatur, secũdum Hu. vt infra quorũ app. nõ re. l. ab executione. vnde videtur tenere: alioquin quod nullum esset, quomodo rumpi posset: vt. ff. de iniusto rup. testa. l. nam & si. & argu. ff. rẽ ra. ha. l. iij. §. fi. & .ff. de adi. lega. l. seruus. quod nõ placet. & in dicta. l. ab executione. excedebat modum in exequẽdo: hic autẽ super principali cognoscendo.

*SI longis.*]*CASVS.* SPetebã à te seruũ, & obtinuiste existente in mora restituẽdi decesit seruus: an ad ęsti mationẽ eius mihi tenearis, quæritur? Dicitur quòd sic.

n *Restitutio.* quam iudex post sententiã iussit fieri, scilicet seruos & animalia. Accursius.

o *Restituenda.* sic ergo duplicem effectum trahit secũ hæc mora, † *Agrip-* scilicet de interitu, & *pa. in om-* acceßione: vt hic, &. ff. *nib. meis* de leg. j. l. cum res. §. fi- *exẽplarib.* na. &. ff. de peti. hære. *Contius.* illud. &. ff. de rei vin. l. †*Cõcor. gl.* Iulianus. j. *in ca. super*

EXecutorem.]*CASVS.* Quis dica- *quæstionũ. §* tur executor, quęritur? *verb. quam* Respon. ꝙ ille qui lite *executorẽ. ꝑ* discussa & sententia la- *prin. de off.* ta, ad finẽ perducit id *delega.* quod iudicatum est.

p *Adducere.* ita hoc titulo accipitur. aliàs dicitur nuncius, qui citat: vt inst. de act. §. tripli. &. §. eo. l. si vt ꝓponis. Idẽ vocatur apparitor: vt. §. de iudi. l. ap tissimi. Idémq; dicitur causam prepararẽ: vt in auth. de iudi. §. audiẽt. coll. vj. Idémq; officialis: vt in auth. de defen. ciui. §. ex prouinciali. col. iij. Idémque dicitur catholicianus: vt infra de bo. proscrip. l. penul.

*EOs.*]*CASVS.* Si debitor me⁹ cõfiteat vel neget se mihi teneri: & cõuict⁹ cõdemnetur: si ĩtra quatuor menses non soluat quod iudicatum est, pignora capientur & distrahentur.

q *Condemnati.* hoc determinat vtrũque præcedẽtiũ secũdũ nos scilicet cõfessi, & negãtes cõuicti. nã etiã in cõfessum dicim⁹ da- *Sẽtẽtia an* ri sententiam: vt. ff. de custo. re. l. si confessus. Alij referunt tan- *detur in cõ-* tum ad negantes. nam in confessum dicunt non dari sententiam: *fessum.* vt dices infra de confes. l. j. & facit supra de act. & obliga. l. negantes. & de prohi. sequest. pecu. l. j.

r *Statutum spacium.* quod est quatuor mensium regulariter: vt infra tit. j. l. iij. quandoque tamen arctat iudex prædictum spa- *Sẽtẽtia in-* cium, quandoque prorogat pro causæ qualitate, vel quantitate, *tra quod tẽ-* vel personarum obsequio, vel contumacia. sed perraro intra sta- *pus potest* tutũ tẽpus sentẽtiã exequũtur: veluti si aliméta cõstituuntur, vel *executioni*

minori

BIU Cujas

*mãdari,& an p iudicẽ posit tẽpus abbreuiari, vel prorogari.*

minori.xxv. annorũ subueniat: vt.ff.de re iudi.l.ij.& si aliàs fieret abbreuiatio:quia non iusta causa abbreuiaret iudex: supplet lex vsq; ad quadrimestre tẽpus:vt.ff.de re iud.l.iiij.§.si quis. Sed & de soluẽdo plerũq; prẽcipit vt soluat: vt ex tempore præcepti currãt vsurę cẽtesimę.captio ergo fit post quatuor mẽses.Sed vẽditio quando fiet? Respõ.& hęc fit tũc statim, sicut & olim post duos mẽses: vt.ff.de re iudi. l.debitorib⁹.§.fi. quod satis dici potest, cum pignus vẽditur ex definitiua sentẽtia.nam si vẽditur ex interlocutoria, forte expectatur p annũ: vt.ɔ̈.de prescrip. xxx.an.l.si quis emptionis.§.fin.vel per biennium, [a] vt in cõuẽtionali pignore : vt.ɔ̈.de iure do. impe.l. fin. Vel forte definitũ est tempus in Greca cõstitutione: vt innuitur.ɔ̈.de bo.auct.iud.pos. l. fi. Vel forte iudex desiniet: ar.ff. de iure delib.l.j.§.fi.& hoc i simplici actione personali. nã in reali statim fit executio, si statim restituere possit res.alioquin datur tẽpus ad restitutionẽ:& satisfdatur tamẽ de prestãda æstimatione, si res nõ restituatur:vt inst.de offi.iudi.§.& si in rẽ actũ sit. Nec obstat. ff. de vsu.l. in fideicõmissi. quia ibi agebat actione ex testamẽto,& sic personali, nõ rei vindicatiõe. Itẽ nec quod est.ff. quod met.cau.l. si cũ ex. §. quòd si homo.quia ibi agebatur actione quod met.cau. quæ personalis est : vt inst.de act.§. prẽterea quasdam.

*[a] Nota:cõuẽtionale pignꝰ post biẽniũ ex tẽpore morę debitoris p creditorẽ vẽdi posse refert Alex.in.d. l. debitoribus.§.fi.*

*† in meo manu scripto est. pcuratoribꝰ hæreditatiũ fisci. Contius.*

*† pſequitur.*

*† eadem inscriptio quæ in.l.eos.ɔ̈. de vsuris. Contius.*

*† Glo.2.ɔ̈.c. prætera.de æta.& quali. allegat hãc.l. quòd quatuor mẽ ses dicuntur breue tẽpus. &.c.quærẽ ti. de offic. delega.*

*† cũ essent interpellati. hoc.n.diserte verbis exigit lex Gratiani Augusti in Codice Theodosiano. Contius.*

*† Gratiani &c.quasho die habemꝰ quæ nũquã ɔ̈ manꝰ Accursii inciderunt.sunt autẽ in Codice Theodosi.lib. 4. ti.17.l. 1. Antonius Contius.*

*DE VSVRIS rei iudicatæ.*

*Quia primò venit terminus soluendi ex sententia, quàm soluatur: ideo de pœna imponẽda morosos dicit.*

IS qui.]*CASVS.* Petij à te decem, & obtinui : si intra quatuor menses non soluas quod iudicatum est, elapso tempore quadrimestri teneberis mihi ad vsuras centesimas,& hoc præcipiet sententiæ executor.

a *Bona.* scilicet debitoris condemnati.

b *Secundum dictam.* id est per prolatam à iudice, in personali tantum actione locum habet. Accursius.

c *Vsuram.* supra de vsur.l.vltima.

d *Centesimam.* quæ in quibusdam aliis casibus præstanda est: vt diximus supra de vsu.l. cos.§. super. Accursius.

e *Fluxerit.* non interim:vt.ɔ̈.de vsur.l.in bonę fidei. Accursius.

*Eos.*]*CASVS.* Reo condemnato, nec intra quatuor menses soluente condemnationem à tempore latæ sententiæ, si non fuerit appellatum : vel si fuerit à tempore confirmationis sententiæ primæ connumerando: extunc centesimas præstabit vsuras: illis legibus cessantibus, quæ duas centesimas soluere præcipiebant : & illis quæ dimidiam, locum non habentibus.

f *Porrecta.* repete, vltra quatuor menses cõnumerandos ex die confirmationis. Azo. Posset etiam legi vt non fiat repetitio, secundum H.Et not.quòd per hanc.l.corrigitur.ff.de re iudi.l.debitoribus. Item hoc habet locum si non frustratorie appelletur: vt.ff.de vsu.l.tutor. *ADDITIO.* Aduertas quòd Bar. hic & in.l.fi.supra tit.proxi.reprehendit hanc glos.in eo quòd dicit.l. debitoribus.ɪ fi.ff.de re iudi.corrigi per hãc.l.vnde dicit quoddam esse tempus, quod datur condemnatis ad soluendum.& de isto loquitur hæc.l. quoddam verò est datum ad vendendum pignora capta post primam dilationem.& de illo loquitur.d. l. debitoribus.

g *Connumerandos.* ff. eodem.l. in fideicommissi.Contra nota.sed aliud est lucra non capere,& damna sentire. supra titu. de codicil. l. vlti.

h *Legibus.* quas non habemus. Accursius.

i *Sanctione.* nec hanc habemus.

*Sancimus.* Primo dictum ponit.secundo illud ꝓbat per quatuor rationes.tertio tollit rationẽ quæ in cõtrarium faciebat.secũda ibi, Cum enim.tertia ibi, Et ideo. *CASVS.* Reo condemnato, nec condemnationẽ intra quatuor menses soluente, ad vsuras centesimas (sicut superioribus legibus dictũ est) tenebitur . Sed an ad centesimas vsuras, vel sortis, deducatur, quęritur? Respõ.quòd sortis tantum. & hoc probat tribus rationibus,sicut patet ĩ litera. & hoc in prima. Istud autẽ quadrimestre tẽpus non solum dabitur reo condemnato : sed eius fideiussori.& non duorum mensium spacium detur reo, sicut olim : quia in persona fideiussorum erat denegatum : quia licebat victori incõtinẽti exigere à fideiussoribus: & ipsi conuenire poterant reum statim, nõ expectato tẽpore quadrimestri:qđ erat iniquum,quòd sic in nullo erat succursum reo: sed fraus legi quę tantum post quadrimestre tempus concessit, fiebat.& hoc in secunda.

*Dimiſſo.*

*† ſtatuam nãque Fracinus regno Vſi te fuerit quod ei prudens Carolo limæ ac tatiũ legi aliquan mentis. Anto.Co tius.*

*† deſi ũ ſcri ſſe. † celſima † al.feſſa.*

*Centesima vsura currit pro sorte, non pro vsura primi contractus : etiam si fuerit in condemnatione deducta. Baldus. Vel sic: Quadrimestri tempore elapso currũt vsuræ legitimæ sortis tantum,& nõ vsurarum. Et dilatio quæ datur reo, prodest fideiussori. Baldus. Vel sic: Vsura centesima debetur ex sorte tantum,& non ex priore vsura, licet in condemnatione cum sorte sit deducta. h.d. vsque ad.§.& cum antiquitas.*

III. Idem A. Ioanni. P.P.

SAncimus, si quis condemnatus fuerit post datas à nobis [k] quadrimestres induciast, centesimas quidem vsuras secundum naturam iudicati eum compelli soluere, sed tantummodo sortis, & non vsurarum quę ex pristino cõtractu in cõdemnationem deductæ [l] sunt. Cùm enim [m] iam cõstituim⁹ [n] vsurarũ vsuras penitus esse delendas: nullum casum relinquimus ex quo huiusmodi machinatio possit induci.Si enim [o] sine emendatione [p] relinquatur: aliquid absurdũ atque inelegãs necesse est euenire: cùm q [vsurę] vtiliter ex cõtractib⁹ descẽdẽtes,plerumq; minores cẽtesimę [r] † ex nostra lege factæ sunt: & necesse est† minoribus vsuris grauiores supponi [s]. Si enim [t] ex iudicati actione centesimæ omnimodo currunt vsuræ, ex contractibus autem hoc rarò contingit:in capitulis [u] lege nostra tãtũmodo exceptis, huiusmodi iniquitatem [x] ipsa rerum

*Centesima vsura currit tẽpus quadrimestre: appellãti verò, à die cõfirmationis sententiæ: & postea currũt vsuræ centesimæ, omni alia vsura cessante. Salycetus.*

II. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.†

EOs qui cõdẽnati solutionẽ pecuniarũ quas dependere iussi sunt, vltra quatuor mẽses† à die condẽnationis, vel si prouocatio fuerit porrecta, [f] à die confirmationis sentẽtiæ cõnumerãdos [g] distulerit: † cẽtesimas vsuras exigi prẽcipim⁹:nec priscis legibus†, [h] q̃ duas cẽtesimas eis iferebãt, nec nostra sanctione, [i] quæ dimidiã cẽtesimæ statuit,locũ in eorũ personam habentibus. Dat. VII. Id. April. Constantinop.Decio Cos.

k *A nobis.* vt supra.l.proxima.

l *In condemnationẽ deductæ.* de hoc bene poterit dubitari: quia vsuræ quæ deductæ erant in condemnatione, non sunt vsuræ: sed sicut fors petebantur : vt.ff. pro socio.l.socium qui.

m *Cum enim.* prima ratio.quatuor rationes ponit de hoc.

n *Cõstituimus.* vt.ɔ̈.de vsu.l.vt nullo modo.Sed cõtta.ff. de vsur. l.cum quidam.§.in tacito.Sed ibi dicitur emolumentum vsuræ, id est emolumentum quod est vsura : vt supra de vsur.l.vlti.

o *Si enim.* secunda ratio.

p *Sine emendatione.* hic innuitur quòd olim in casu isto daretur vsura centesima, etiam prioris vsuræ.

q *Cùm.* id est quia.

r *Minores centesimæ.* id est minores centesima vsura, vel quàm sit centesima vsura.immo rectè lege.

s *Grauiores supponi.* q.d.cùm minores vsuræ descendant ex contractibus,& fiant maiores post quadrimestre tempus: absurdum esset si reus tantas vsuras daret,& de sorte scilicet,& de vsura.

t *Si enim.* tertia ratio,scilicet ipsa necessitas.

u *In capitulis.* scilicet in traiectitia pecunia:vt habes hãc cõstitutionem.ɔ̈.de vsuris.l.eos.§.super vsurarum vero quantitate.

x *Iniquitatem.* si præstaretur vsura vsuræ.

*Necessitã*

BIU Cujas

a *Necessitas.* qua necessitate impediti sæpe ad tempus soluere non poterant.

b *Sortis tantummodo.* non ergo pœnæ deductę in cõdẽnationẽ: vt infra de vsuris fiscalibus.l.j.lib.x.& supra de mag.con.l. fina.

c *Si enim nouatur.* quarta ratio. Sic ergo propter nouationem primæ actionis, quę fit per sententiã, non currunt vsuræ, secundum quosdam. & pro eis.ff. de noua.l. aliam. Nos contra. dicimus enim non fieri nouationem primæ actionis per sententiam: immo remanere: vt.ff.de pigno.l. grege.§.etiam. & de fideiuss.l.Græce.§.j.&.§. an ergo.&.ff. de iud. l. argentarium.§. nominene. Item dicitur sacramento res nouari: & tamen durat actio prima: vt.ff.de iureiur.l. qui iurasse.§. fi.&.l. eũ qui. j. respon. Nouari ergo dicit ideo, quia cessant currere mino-res post sententiam: & quia maiores vsurę prę-stãtur post quatuor mẽ-ses. Ité quia lex ex humanitate dat eis. præ-dictam dilatationem in forte: vt.ff.de compen. l.si cum militi.§. j. Ité quia quædã noua for-ma veteri datur actioni: perpetuatur enim in.xl.annis,& fit transitoria. Item quia iniquum esset, vt ei proficeret sententia, contra quem lata est: vt.ff. de excep.re.iu.l.euidẽter. vere tamen adhuc durat actio prima. *AD DITIO.* Tu dicas secundũ Dy. in.l. aliã. ff. de noua.quem in hoc sequitur Barto. hic, ꝙ nouatio assumitur tribus modis. Vno modo vt sit primæ actionis in secundam transfusio. de ista loquitur ff.de noua.l.j. Secũdo modo accipitur nouatio, hoc est, nouę formę adiectio.& ista fit ꝑ litis cõtestationẽ: vt d.l.aliã. Fit enim actio prima ꝑpetua,& trãsitoria i hęredes, si nõ erit nouata. Tertio modo accipiĩ nouatio, hoc est, nouę formę adiectio.& ista fit per sentẽtiã. Nã adiicitur noua actio per sententiam. Item impedit primas vsuras per centesimas: non tamen quòd prima actio tollatur: ita loquitur hic.

*Auten. Cõ mutat. in Ecclesiis quæ in rem Latur nouam mẽ-te. Sed hã-c ibi. Ista. ff. iudi-cio. Cautius.*

*Lex. xii. tabularum duodecim tres inter-cal. Gell. lib. xx. cap. 1. Media au-tem.*

d *Inhiberi.* secus in fructibus perceptis intra illos quatuor mẽses. in percipiendis autem distinguitur: vt.ff. de vsur.l. in fideicommissi. quæ est contra.

e *Sortis.* q.d. quia extinguitur minor, suscitatur maior: at vsura vsuræ extinguitur: nec ergo suscitatur.

f *Consummata.* id est in vnam summam coaceruata.

g *Acerbitatem.* hæc acerbitas quandoque toleratur, vbicunque scilicet personalis est exceptio, quæ reo competit: vt.ff. de excep.l.exceptiones.ij.&.ff.pro socio.l.verum.ij.respon.&.ff.de re iudica.l.& si fideiussor.&.ff.de pactis.l. nisi hoc actum est.&.ff. quarum rerum actio non da.l.j.§.exceptiones.

h *Fideiussores.* qui etiam possent appellare à sententia in principalem reum lata: vt.ff. de app.l.à sententia.

i *Solutionem.* vt.ff. de procu.l.antepe.

necessitas[a] introducebat.† Et ideo pio remedio causam corrigẽtes, sancim⁹ sortis tãtummodo[b] vsuras vsq; ad centesimam currẽtes, ex iudicati actione ꝑfligari, non autem vsurarũ quãtascumq; vsuras. Si enim nouatur[c] iudicati actione prior contractus: necesse est vsurarũ quidem quæ anterioris contractus sunt, cursum post sentẽtiam inhiberi:[d] alias autẽ vsuras ex iudicati actione tãtummodo sortis[e] procedere: & nõ ideo, quòd forsitan consummata[f] est quãtitas sortis & vsurarum, †totius summæ vsuras postea colligi, sed sortis tantummodo.

*Tẽp⁹ quadrimestre quod datur reis principalib⁹, datur & eorũ fideiussorib⁹. hoc dicit vsq; ad finẽ. Sal. Vel sic: Quadrimestre tẽpus nõ solũ datur cõdẽnato: sed etiã fideiussori de iudicato soluẽdo, cõtra quem potest fieri executio: aliàs sequeretur quòd nec condemnato daretur, si posit fieri executio contra fideiussorem ante lapsum quadrimestris tẽporis. nam & ipse posset quod soluit recuperare à condemnato: & sic sibi nihil proficeret legalis dilatio. Paulus de Castro.*

Et cùm antiquitas† pessimo exemplo reis quidem condemnatis laxamentum duorũ mẽsiũ pręstabat, fideiussores autẽ eorum eodem vti beneficio non concedebat, vt liceret victoribus, (relictis propter legẽ cõdẽnatis personis) à fideiussoribus eorum vel mãdatoribus statim pecunias vel res in condemnatione positas exigere: huiusmodi acerbitatẽ[g] resecantes, sancim⁹ quadrimestres iducias, quas dedimus cõdemnatis, etiam ad fideiussores[h] eorum & mandatores extendi, ne legi fiat derogatum. Cùm enim interuentor soluere compellebatur, & ipse reum coërcebat ad inuitam solutionem, [i] nullum condemnatus habebat sensum[k] nostrę humanitatis: quia per medium fideiussorẽ statim pecunias persoluere[l] compellebatur.[m]

*TITVLVS LV.*

## SI PLVRES VNA SENtentia condemnati sunt.†

*Pluralis locutio diuidit condemnatos in partes viriles. Baldus. Vel sic: Plures simpliciter condemnati, intelliguntur in partes æquales, nisi aliud sit expressum. hoc dicit totus iste titulus secundum Bartolum. Vel sic: Sententia condẽnatoria simpliciter & absolutè lata cõtra plures, eius effectum diuidit in viriles. hoc dicit cum. l. sequen. quod nota. Salycetus. Vel sic: Si plures condemnantur ad vnam sententiam simpliciter debitam ex vna causa, quilibet censetur condemnatus pro parte virili, vel æquali: ideo si vnus soluit partem suã, nõ tenetur soluere partẽ alteri⁹, licet alter nõ sit soluẽdo: & licet quilibet tenetur ĩ solidũ, vnica tamẽ solutione liberãtur. hoc dicit ista lex cũ sequẽti. & est notabilis, secũdũ Paulũ de Castro.*

I. Imp. ALEXANDER A. Victori.

SI non singuli in solidum, sed generaliter tu & collega tuus vna & certa quantitate cõdemnati estis, nec additũ est, vt quod ab altero seruari non posset, id alter suppleret: effect⁹ sentẽtię pro virilib⁹[n] portionib⁹ discretus est. Ideoq; parẽs[o] pro tua portione sentẽtię, ob cessationẽ alteri⁹ ex causa iudicati cõueniri non potes.

*Summata est cum præcedenti. Vel sic: Sententia contra plures tutores lata, in viriles intelligitur diuisa. Salycetus.*

II. Imp. GORDIANVS A. Anniano.†

QVoties à tutorib⁹ singulis ꝑcuratoribus datis, sequiẽ in omniũ[p] ꝑsona concum in tabulis. Et sic videtur quòd cum ille qui in solidũ vel in parte maiori tenebatur, nunc in virili teneatur, ꝙ sententia cõdẽnatoria ꝑficiat dãnato. & sic est cõtra. ff. de except. rei iudic. l. euidenter. Sol. hic in residuo videtur absolutus: & sic absolutoria ei sententia proficit, non cõdemnatoria. Vel dic quòd actio iudicati pro partibus datur, sed prima actio adhuc in solidũ durat, vt prius: nec obiicitur exceptio rei iudicatæ: vt not. supra tit. j. l. fina. in versic. si enim nouatur &c.

k *Sensum.* id est nullam vtilitatem ex sensu nostræ legis superioris habebat. Accursius.

l *Persoluere.* vel dic fideiussorẽ dãnatũ vnà cũ reo. Vel loquitur cũ habeo ego fideiussor prõptã & paratã pecuniã, reus nõ: vt.ff. de re iudi. l. debitorib⁹. aliàs nõ videtur posse locũ habere quod hic dicitur. Vel melĩ⁹, *Sẽtẽtia pocõdẽnato reo fit execu-tio in fideiussorib⁹. ar-gu. s. vbi de crimi. agi opor. authenti. qua in prouincia. ibi, nam & de rebus &c.*

*testẽ mãdari executioni contra fideiussores rei condẽnato.*

m *Compellebatur.* & ꝑ mediam personam inquietabatur: vt.ff. de libe. lega. l. si quis decedés. aliàs est. l. iij. §. nũc de effectu. ibi, alioquin princi. quod esse non debet: vt.ff. de nego. gest. l. si ex duobus. & ff. si quis cautionibus. l. si is qui.

†*vt singuli &c.* &. l. si quis reum. in *pro virilib. teneantur. Hæc est. n. totius tituli summa. Cõtius.*

*SI PLVRES vna sententia condemnati sunt.*

*Qualiter fiat executio Cõtinuatio. contra vnum damnatum dixit, nunc qualiter fiat si sint plures.*

*SI non.* Primo ponit dictũ. Secundo eius effectum, vel infert ad quęsitum. Secunda ibi, Ideoq; *CASVS.* Duo tenebãtur mihi in decem: & in solidum cõueni eos, & cõdemnati sunt simpliciter. qui primo tenebatur ĩ solidum, extunc tenetur viriliter, vt quia iudex sic dixit, condẽno vos in decem: nec dixit, vt quod ab altero seruari nõ possit, alter suppleret. Viuianus. *Diuisio.*

n *Virilibus.* siue viriliter, siue ĩ solidum, siue æqualibus siue inęqualibus partib⁹ tenebatur: vt hic, &. j. l. ꝑxi. &. ff. mãda. l. si mandato Titij. §. Paul⁹ respõdit. &. ff. de appel. l. si quis separatĩ. §. quoties. &. ff. de re iudica. l. Paulus respondit. ij. & arg. ff. de lega. j. l. si pluribus. in princi. & de duobus reis. l. reos. §. cum in tabulis. Et sic videtur quòd cum ille qui in solidũ vel in parte maiori tenebatur, nunc in virili teneatur, ꝙ sententia cõdẽnatoria ꝑficiat dãnato. & sic est cõtra. ff. de except. rei iudic. l. euidenter. Sol. hic in residuo videtur absolutus: & sic absolutoria ei sententia proficit, non cõdemnatoria. Vel dic quòd actio iudicati pro partibus datur, sed prima actio adhuc in solidũ durat, vt prius: nec obiicitur exceptio rei iudicatæ: vt not. supra tit. j. l. fina. in versic. si enim nouatur &c.

†*al. Hantiano.*

o *Parens.* id est obediens.

QVoties. *CASVS.* Tres administrauerunt tutelam alicuius pupilli, & ex mala administratione facti sunt debitores pupilli in. ccc. & in solidum. finita tutela pupilli, adeunte pupillo iudicium tutelæ, & illis per procuratorem se defendentibus, condemnatus fuit procurator. licet ante sententiam tenerentur in solidum, post sententiam tenebuntur pro parte. & quod ab vno seruari non poterit, ab alio consequi non debet. Viuianus.

p *In omniũ.* s. ꝑcuratorũ, qui prẽsentes sunt: vt. s. de senten. l. j. *Diuisum.*

BIU Cujas

a *Diuisum.* inter tutores, in quos sit executio, non in procuratores, nisi se obtulissent: vt.ff.de procu.l.Plautius.&.ff.de re iudic.l.iiij.in princ.

b *Ab vno.* scilicet dictorum condemnatorum.

c *Iuris est.* non nocet alteri, si alter non est soluendo: vt hic.sed prodest alteri, si alter appellet, quãuis ipse nõ appellet: vt.ĭ.si vnus ex pluribus appel.l.j.

*QVIBVS RES iudicata &c.*

*Dixit quibus nocet: nũc quibus non nocet: licet videatur nocere.*

† *Iunge.l. Sæpe.ff. de re iudicata. Contius.*

SI neque.] *CASVS.* Habebam rem commune cum fratre meo: pro illa re egit Titius aduersus fratrem meũ me absẽte: & obtinuit: an præiudicet mihi sententia, cum ei nõ mandaui quòd me defenderet? Dicitur ꝙ non. & sic ponitur agere quasi improprie, scilicet pro defendere. Vel dic quòd frater meus egit & succubuit, non præiudicat mihi sententia. Viuianus.

d *Defensionem.* id est actionem.

e *Præscriptio.* id est exceptio.

f *Non oberit.* immo videtur debere obesse: quia talis est persona quæ admittebatur sine mandato: vt.ff.de procu.l.sed & hæ. Sed non sequitur ꝙ ideo obsit: vt.ĭ. de rebus credi.l. nec filius.&.ff.iudi.sol. l.iij.§.j. Agit ergo sine mandato quo ad commodum: [a] & facit ad l. istam.j. de except. l. pro portione. & .j. res inter alios ac.l.ij. &.ff. de iureiuran.l.si duo.in princ.&.l.si itaq;. Acc.

* *Athenio.* † *De hac materia vide ĭ.c.pe.cũ glo.2.extra de sentẽ. & re iudi.* [a] *Facit gl. 1.ĭ.c.cũ prĭ dẽ.extra de transac.*

RES inter alios.] *CASVS.* Primo ponit regulam: deinde exemplum ad regulam, quæ talis est: Res inter alios acta, aliis non nocet, nec prodest. Si ergo neptis tua habeat cohæredem, & cohæres conuentus & condemnatus est, nepte tua absente: ei non præiudicat sententia.

*Res inter alios acta, aliis quandoque præiudicat.*

demnatio: periculum sententiæ videtur esse diuisum: [a] ideoque quod ab vno [b] seruari non poterit, à cæteris exigi non posse, explorati iuris est. [c]

*TITVLVS LVI.*

## QVIBVS RES IVDICATA non nocet.†

*Sententia lata contra coniunctam personam, non præiudicat coniunctæ personæ: nisi habeat mandatum, vel ratificet. Bald. Vel sic: Licet sententia sit lata contra coniunctam personam, non propterea præiudicat non mandanti, neque ratum habenti. Salycetus.*

I. Imp. ALEXANDER.A. Masculino.

SI neque mandasti fratri tuo defensionem [d] rei tuę, neque quod gestum est, ratũ habuisti: prę scriptio [e] rei iudicatæ tibi non oberit. [f] Et ideo nõ prohiberis causam tuam agere sine præiudicio rerum iudicatarũ. PP. Non. Maij Alexand. AA. Coss.

*Sententia super iure tertii lata nõ patrocinatur neque nocet alteri. Bald. & Salyc*

II. Imp. GORDIANVS A. Athemio.*

RES inter alios † iudicatæ, neque emolumẽtum afferre his qui iudicio non interfuerunt, neque prę iudicium solent irrogare: [g] ideoque nepti tuæ præiudicare non potest [h] quod aduersus cohæredes eius iudicatum est, [i] si nihil aduersus ipsam statutum est.

*Sententia in criminali cum vno lata, nõ præiudicat alii. Bald. & Salyc.*

III. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Honorato.

IVris manifestissimi est, & in accusationibus [k], his qui congressi in iudicio non sunt, officere [l] non posse si [m] quid forte præiudicij videatur [n] oblatum.

g *Irrogare.* hæc regula fallit vbicunque sit ius ex sententia: vt in causa inoffic.testa.vt.ff.de inoffic.testa.l.Papinianus.§.fi.&.ff. de sta.ho.l.ingenuum. Item fallit in quatuor casibus qũi sunt.ff. de re iudica.l.sæpe.§.fina. Item in populari actione: vt.ff.de iureiuran.l.eum qui.§.in popularibus. Item in publicis accusationibus: subaudi, reo absoluto: vt.ff.de accusa.l.si cui.§.hisdem. hoc ita, nisi collusio detegatur: vt.ff.de præua.l.iij.& de app.l.si prolusorio. & de libe. ho. exhi. l.quod & lex.§. pe. &.d.l. de iureiur. l.eum qui.§.in popularibus. Item in quibusdã fallit vt prosit, non vt noceat: vt.ff.ad.l.Iul.de adulte.l.denunciasse.§.si absolutus. & ff.si seruitus vin.l.loci corpus.§.si fundus.&.ff.de inof.test.l.posthumus.§.si quis ex his.&.ŝ.de natu.li.authen.si quis liberos.

*In causis capitalib⁹ qui idoneos fideiussores non dat, pendente appellatione detinetur in carcere. Bartolus. Vel sic: Hæc est tertia pars in qua ponitur quale sit iudicis officium quando appellatur in criminali. & h.d. Iudex à quo, si in causa criminali appellatur, debet transmittere reum ad iudicem ad quem. sub fida custodia cū actorum & sententiæ copia, ac etiam cum libellis dimissoriis. h.d. Salyc. post Ia. Bu.*

Super his verò qui in capi-

talibus causis constituti appellauerint [n]: quos tamen & ipsos, vel qui pro his prouocabūt, nō nisi audita omni causa atq; discussa, post sentētiam dictā appellare cōueniet: [o] id obseruādum esse sancimus, vt inopia [p] idonei fideiussoris retētis in custodia reis, [q] opiniones [r] suas iudices, & exēpla [s] ab appellatoribus edita, ac refutatorias [t] eorum, ad scrinia [u] quorū interest transmittant: quibus gestarum rerum fides manifesta relatione pandatur, vt meritis eorum cōsideratis, pro fortuna singulorum sententia [x] proferatur.

*Hæc est quarta pars in qua ponitur quale sit iudicis officium circa temere appellantem. & hoc intendit: Appellator temerarius est puniendus. h. d. vsque ad. §. sin autem. Salycetus & Baldus. Vel sic: Qui frustratoriè appellauit, extra ordinem punitur. hoc dicit secundum Bartolum & Paulum de Castro.*

Ne temere † autem ac passim prouocandi omnibus facultas prębeatur, arbitramur eum qui malam litem fuerit persecutus, mediocriter † pœnam [y] à competenti iudice sustinere.

*Hæc est quinta pars in qua declaratur intra quantum tēpus debet appellari. & h. d. Iure isto in causa propria debet appellari intra biduum, in aliena intra triduum, & in scriptis, si non illico appellauerit. Baldus & Salycetus, & Paulus de Castro.*

Sin autem in iudicio propriā quis fuerit causam persecutus, atque superatus voluerit prouocare: eodē die vel altero libellos [z] appellatorios [a] offerre debebit. Is verò qui negotium tuetur alienū, supradicta cōditione [b] etiā tertio die puocabit.

## IN AVTHEN. DE appel.& intra quæ tempora. §. j. coll. iiij. consti. ij.

*a Ratio istius est secūdū Bar. hic: quia in causa appellationis pars cōqueritur de iniquitate sententiæ: vt.l. 1. in prin. ff.e. in causa verò restitutionis i tegrum de sua facilitate cōqueritur.*

*Sententia iudicis appellationis quā formā debet habere.*

*† al. omissa. Contius.*

*† al. enocādas.*

*b Dicas q nō est pronūciādū definitiuè, scili cet absoluo vel cōdēne: & sic intelligas gloss. istā: sed debet pnūciare appellationē fuisse desertā: & sic absoluere ab observatiōe iudicii. text. est secūdū Bar. hic in. l. si præses. ¶. quomodo et quando iudex.*

a *Ad prouincias.* scilicet ad eundem iudicem primum, qui iudicauerat.

b *Vel iniustam.* Nota formā sententiæ iudicis appellationis. Sed an habet necesse addere, & ideo absoluo, vel cōdemno? Quidam dicunt quòd sic: vt.ff.de bo.pos.secundum tab. l. qui ex liberis.§.testamento.&.ff. de pact.l. tale.§. qui prouocauit. & supra de sen.& interlocu.om. iu.l. præses. Nos contra per. l. istam.&.ff.de admi.tuto.l.chirographis.§. j. & pro hoc.ff.de procu. l.Pomponius.§.sed & his. consultius tamen fecerit, si omnia ponat: licet necesse non habeat. Item quid si tempora appellationis cucurrerunt: nunquid iudex appellationis pronunciare debet? respō. non: sed perinde est ac si non fuisset appellatum: vt.ff. si cer.peta. l. proinde.§.j. & infra e.l.quoniam.&.l.si cōtra. & in authenti. de his qui in.ad ap. ī prī. col. v.&.ff. de his qui no. infa. l. furti.§. j. b Item quid si actor non probauerat in prima, sed nunc probat: quomodo pnunciabit matelè iudicatum? Respon. bene, habito respectu ad litigantem qui amisit, qui vincere debuisset si probasset: sed quo ad iudicē non fuit matelè iudicatum. Ité quādo pronūciatur secūdum primā sententiā, ex qua dabitur actio in factum? Respon. ex prima, cum secundo non iudicetur, secundum quosdam. Sed alij, vt H. distinguunt an tacitè vel expressè prima sententia confirmetur: vt primo casu agatur ex prima, secundo ex secunda: vt.ff. de secun. tabu. l. qui ex liberis. §. testamento.&.ff.de iniusto rup.testa.l. posthumus. Et no.de hoc.ff.de his qui no.infa.l.furti.§. j.

c *Negotio.* apud priorem iudicem.

d *Fuerit omissum.* tam super nouis articulis, quàm super antiquis, secundum Ioan.& Azo.

e *Persequatur.* etiam inducendo testes super eodem, vel connexo capitulo: & excep. noua poterit opponi, quæ ad primum petitum pertineat: vt infra prox.§.& infra e.l. in offerendis. in. fi. & infra ti. j.l.per hanc.& sic non sunt per omnia in eodem statu quo ad hoc. Nec puto hoc correctum per authenti. de testi.§. quoniam. coll. vij. cum alia sit causa appellationis à prima: vt supra de procura. l. ita demum. Alij dicunt mutatum, sicque non

f *Votum.* construe, cum videatur nobis gerentibus votum, &c. res necessaria non excludenda.

g *Iustitiam.* sic supra de iudi. l. placuit. sed forte secus in causa appellationis, quæ apud imperatorem ventilatur. nam ibi videtur q noua allegatio nō proponatur: vt supra de dilationibus. l. cum à nobis. secundū Azonem.

h *Necessaria.* hoc est quod videtur nobis gerentibus votum.

i *Res.* id est, pbatie.

k *Personas.* scilicet testium.

l *Occultam.* hoc facere potest: vt supra proxi.§.

m *Sumptus.* vt supra de testibus. l. quoniam, & argu. ff. ad Trebellia. l. sed sciendū. &. ff. commodati. l. si vt certo.§. sumptus.

n *Appellauerit.* quod potest fieri: vt dicit l. non tantum.

o *Conueniet.* scilicet etiam in criminali tantum post sententiam appellat: vt infra eodē. l. quo. ap. non re. l. antepenul. & sententiæ. & supra de sententiis. l. finali.

p *Inopia.* quia cum idoneo dare non potest.

q *Reis.* Nota detinēri reum, maxime iam damnatum, si fideiussorem dare non potest: vt.ff. de custo. re. l. ij. & infra eodem. l. minime. in fi.

r *Opiniones.* id est sententias.

s *Et exempla.* & pro id est. nam exempla tū debet dare iudex, non authenticum: vt infra eodē. l. à procōsulibus. &. l. quoniam. Accursius.

t *Refutatorias.* id est literas dimissorias: vt infra eodem. l. quoniā. vel id est libellos appellatorios: vt infra eo. l. à proconsulibus.

u *Scrinia.* id est scriniarios, siue tabelliones eorum iudicum ad quos est appellatum.

x *Sententia.* & secundum ius, quia contra ius litigatoris quandoque fertur sententia.

y *Pœnam.* l. librarum argenti: vt infra quorum ap. non re. l. ab executione. Item amittit litem: vt infra eodem. l. à proconsulibus. Vel aliter illam expones. Alij dicunt quòd præter pœnam prædictam extra ordinem punitur per hanc legem.

z *Libellos.* sic ergo ī scriptis est dādus libellus appellationis, nisi adhuc iudice sedēte p tribunali, & ad alia nō diuertēte appellet: quia tūc sufficiet viua voce dicere, appello: vt.ff.e. l. ij.&. j.e. l. litigatoribus. & debet in prædicto libello esse quis appellet, & cōtra quem, & à cuius sententia: vt.ff.e. l. j. in fi. sed & si omittatur contra quem, nihilominus tenet: vt.ff.e. l. iij. in principio.

a *Appellatorios.* si non poterit propter publicam vtilitatem.

b *Conditione.* id est vt pœnam sustineat, si calūniosè appellauit.



BIU Cujas

Et dic quòd propria est causa, quæ ad eius commodum & damnum pertinet: vt.ff. quando ap.sit.l.j.§. in propria. vnde & procurator in rem suam intra biduum appellat: vt.ff.e.l. qui suspectum.§.is vero.hodie vero indistinctè intra.x. dies appellatur: vt in authen.hic posita,hodie &c. quam hic lege. Accursius.

[a] *Hodie.* Sumitur in authenti. de ap. & intra quæ tempora ap.debet.§.j.col.iiij. & habes.ij.q.vj. c. anteriorum.

b *Decem dierum.* aliquando plus: vt infra ti.j.l.j.

c *A sententia.* & scientiæ: vt olim in biduo: vt.ff. quando ap.sit.l.j. §. dies.vnde absens dãnatus non per contumaciam veram, à tempore scientiæ intra.x. dies appellat: vt supra quomodo & quãdo iu. l. ab eo.& de lib. causa.l.iiij. & hoc si non fuisset defensus: aliàs si eius procurator non appellauit,difficile est vt ipse audiatur: vt.ff. quando ap.sit.l.j. §. fi. auditur enim si procurator non est soluendo: vt supra de iud.l. properandum.§.fi. Vel si necessaria & probabili causa fuerit absés: vt no.supra de procu. l.quia absente. Et no. quòd bis est in authẽ. de ap.est enim alia col. viij. vnde sumit quod habes infra ti.j. authẽ. si tamen.

*Finit gloss.auth.*

*Sequitur glossa legis Co*

d *Apostolos.* id est literas dimissorias. quæ qualiter fiant, dixi supra.l.proxi.

e *Oportet.* aliàs puniatur iudex: vt.j.co.l.iudicibus. cum instantia tamen peti debẽt: vt.ff. de libel.dimis.l. j.

f *Minime.* hoc in ciuili,secus in criminali: vt supra ea.l.§.super his.vel ibi cauet de nõ recedẽdo. Itẽ hoc hodie videtur corrigi per authen.supra de epis.& cler.authen.generaliter.Vel illud in principali, hoc in causa appellationis.& facit ad.l. istam.ff. de offic. proconsu.l.nec quicquam.§. aduocatos.

g *Hi qui ad ciuilia munera.* publica auctoritate & vtilitate, vt sequentia exempla declarant.

h *Vel.* pro id est.

i *Honores.* cum habent aliud officium.

k *Euocantur.* decreto iudicis solenniter interposito. aliàs cum non teneat nominatio, non est opus appellare: vt infra eodem.l. nominationes.&.ff.eodem.l.si constat.ar. supra de testa.tute.l.j.

l *Vacationem.* id est priuilegium vacationis.

m *Acceperint.* scilicet prius. vel propter numerum liberorum, vel annorum,vel aliàs princeps indulsit vacationem,vel lex: vnde videbatur non tenere nominatio,sicque non esset opus appellare: sed tamen contra est: vt hic, &.ff. de vaca.mu.l.j. ij.& iij.respon.& infra.eo.l.ciues.& de decu.l.ij.li.x.

n *Nõ vtatur.* possunt ergo vti, sed fallit í defensore ciuitatis electo,qui nõ appellat: vt in authẽ. de defen.ciui.§. interim.col.iij. Item hoc in eo munere quod est publicum auctoritate & vtilitate,secus in tutela, & cura,quod est auctoritate tantum publicum, à quo non appellatur: vt dixi supra eo.l.si ad scribatum.

o *Appellauerit.* intra duos menses: vt infra ti.j.l.j.

p *Ostende.* ex hoc videtur quòd ei qui appellat,incumbat onus probationis, licet prius incubuerit alteri parti: vt hic, &.ff. si pen.app.mors inter.l.j.§.si vero fisci.&.ff. de mino.l. præfecti. Item qui appellat, dicit iniquam esse sententiam: ius ergo negat, ergo probare debet: vt.ff. de proba.l.ab ea parte. sed Io.& nos contra. Dicimus enim quòd ille probat nunc, qui & prius: vt supra.e.l.appellatione. item pro nobis in authenti.de his qui ingredi.ad appel.§. illud quoque determinare. colla.v. vbi ostenditur iustè appellatũ eo ipso quòd non probatur contra. scilicet iniustè appellatum.sic & infra qui mili.non posl. superseruis. li. xij. fic.ff. de iu. dot.l. dotem. j. Quod ergo hic dicitur, ostende. Dic quòd ostenditur eoipso quòd contrarium non monstratur.

*si interpellatus, cui incumbit onus probandi.*

†*al. Oppiano. Contius.*

*Si contra.*]*C A S V S.* A maiore.xxv. an. petij.x. condemnatus fuit: appellauit: non est prosecutus appellationem intra annum hodie, olim biennĩ: nec pendente appellatione cum eo transegi. iudex à quo est appellatum, sententiam suam exequi poterit. Viuianus. q *Si contra maiorem.* aliàs ipso iure non valet: vel per restitutionem posset infringi: vt & supra si aduersus rẽ iudi.l.cum & minores. r *Præfinito.* quod est annus, vel biennium: vt infra tit.j. authenti. ei qui. s *Repræsentatas.* apud iudicem appellationis. t *Finitum.* ergo si esset transactione finitum, non mandaretur executioni.& sic est cõtra.ff. de pac.l. tale. §. qui prouocauit. Sed ibi habetur pro non transacto ex forma pacti in transactione appositi. Item no. quòd valet transactio: vt &.ff. de transact.l. & post rem.&.ff. de condict.indeb.l. eleganter.§. si quis.

**legẽdũ est vet.lib. No*

*uiodunensis ecclesiæ: Habe Era clida Karissime nobis.nã Habe hic idem significat quod Aue. Contius.*

u *Iudicatas.* id est primam sententiam.

x *Curabit.* vt infra.e.l.quoniam nonnulli.in fin. Accursius.

*Dominus litis.*]*C A S V S.* Constitui procuratorem ad agendum: egit & succubuit, & appellauit: an causam appellationis pro me absente procuratore exereere potero, quæritur? Dicitur quòd sic.

y *Interposuit.* quod facere potuit, & debuit: vt supra de procu.l.inuitus.& infra quorum appel.nõ re.l.nulli.etiam per aliũ: vt.ff.e.l.ab executore.§.fin.

z *Potest.* vt.ff.de pcu.l. Paulus.&.ff. an per aliũ cau. appel.l.fi.

*Si actor.*]*C A S V S.* Curator adulti ordinauit procuratorem ad agendũ causam adulti: egit, succubuit.tam curator quàm procurator appellare potest: sed solus curator eam prosequi debet.& hoc in prima.Si vero pendẽte appellatione adultus maior factus fuerit, vel veniam ætatis impetrauerit, suo nomine prosequi potest appellationem. Viuianus.

a *A curatore.* id est à præside, postulante curatore: vt institu. de curat.§.fi.sic &.ff. de his qui no.infa.l.furti.§.mandati.& eodem modo expone supra de procura.l.neque. Et dic ordinatum ad vnam causam agendam.

b *Calculum.* id est contrariam sententiam.aliàs aliter accipitur: vt dixi supra de errore calculi.

*Hæc authẽ. venit correctiuè ad id quod dicitur in.§. si autem in iudicio. de appellatione interponenda intra biduum vel triduum. nam tempus illud corrigitur, & vniformiter cuilibet decem dies dantur à tempore allegati grauaminis. Salycetus.*

HOdie[a] autem cuilibet tribuitur spacium decẽ dierum[b] à sententiæ[c] reuocatione numerandum.

*Finis authenti. Sequitur text.l.C.*

*Hæc est sexta pars, í qua ponitur quale sit iudicis officium circa apostolos.& h. d. Apostoli post interpositã appellationem sunt dãdi, etiã non petẽti.h.d. vsque ad fi. Bald.& Salyc. Vel sic: Iudex debet dare apostolos etiam non petenti: & cautio de rato de exercenda appellatione, non interponitur. Bartolus.*

Apostolos[d] autem post interpositã prouocationẽ, etiam nõ petẽte appellatore, sine aliqua† dilatione iudicẽ dare oportet, [e] cautióe† videlicet de exercenda prouocatione in posterum minimè[f] præbenda.

*Valet sententia lata contra priuilegiatum: & si appellat, tenetur de priuilegio suo docere. Baldus. Vel sic: Si priuilegiatus ad munera publica decreto præsidis sit electus, debet ipse appellare, & de priuilegio suo docere: & non appellans electionem confirmat. Salycetus.*

VII. Iidem AA. & CC. Neroni.

HI qui ad ciuilia munera[g], vel[h] ad decurionatum vel honores[i] euocantur: [k] licet vacationem[l] à principibus acceperint, [m] si appellationis† auxilio nõ vtãtur, [n] cõsensu suo nominationẽ cõfirmãt. Cum igitur ad munus vocatus appellaueris: [o] apud præsidem prouincię iustè te appellasse ostẽde. [p]

*Si constat appellationẽ non prosecutam: elapsis tẽporibus prosequẽdi, sententia mandatur executioni: nisi interim sit transactum. Bald. Vel sic: Si appellatio debito modo nõ est prosecuta: pẽdẽte appellatione sententia executioni mandatur. Bar. Vel sic: Vbi appellatio per lapsum fatalium est deserta, sententia datur executioni, nisi interim fit transactum. Salycetus.*

VIII. Iidẽ AA. & CC. Opimiano.†

SI cõtra maiorẽ[q] vigitiquíq; annis sententia plata, puocationis secutę tẽpore præfinito[r] causas non esse repræsentatas, [s] nec appellatione pẽdẽte trãsactione finitũ[t] negotium rector prouinciæ animaduerterit: res iudicatas[u] exequi curabit. [x]

*Domin[y] causæ potest appellationẽ interpositã à suo procuratore tractare & exercere, tã præsente procuratore, quàm absente procuratore. h.d. nota. secũdũ Bal. Vel sic: Appellationem à procuratore interpositam dominus prosequi potest. Bar. & Salyc.*

IX. Iidem AA. & CC. Habe*rad. chariss. nobis.

DOmin[y] litis causam appellationis quã procurator suus litigãdo ĩterposuit, [y] etiã absente procuratore exequi potest. [z]

*Expletis finib[o] mãdati, cessat mãdatũ. Bal. Vel sic: Appellationẽ interpositam ab actore curatoris, curator exequi potest. Bar. Vel sic: Actor ordinatus ad causam, desinit esse actor per appellationem, & ideo causam appellationis prosequi non potest. h.d. Ia. Bu. Vel sic: Actor specialis ad certam causam, potest appellare à sententia contra eum lata: prosequi verò potest curator, vel adultus maior. Salycetus.*

X. Iidem AA. & CC. Titiano.

SI actor à curatore[a] ordinatus, deteriorem calculum[b]



BIU Cujas

a *Possunt.* id est debent, vt procurator.
b *Exercebit.* ex necessitate. actor vero ex voluntate: vt supra de procura. l. inuitus. sed non vt actor, sed vt quilibet alterius nomine agens: quia finitum est eius officium.

*Ciues & incola quomodo differãt.*

c *Ciues.* Ibi nati, dicuntur ciues: sed incolæ, qui ibi domicilium conduxerunt. Vel ciues, perpetui: incolæ ad tempus: vt. ff. de verb. sign. l. pupillus. §. incola. & infra de incol. l. ciues. li. x. & ff. ad muni. l. libertus. §. patris. & l. incola.

d *Si sub iusta nominatione.* aliàs nõ esset op⁹ appellare: vt infra. e. l. nominationes. Sed videtur nõ esse opus appellare: vt infra quando prouo. non est ne. l. veteranis. Sol. vt ibi. Itẽ contra infra de accu. l. ea quidem. Solu. hic non erat notorium istum habere excusationem, sed manifestũ.

*Notoriũ & manifestũ differunt.*

Et inter hæc differentia est: prima enim ꝓbatione non indigent: sed manifesta sic, licet prima facie sic videretur.

e *Earum.* excusationum. & ad hoc supra vt lit. pen. l. fi.

*Minime.* ] C A S V S. Petij à te x. cõdemnatus fui. appellaui. libellos dimissorios tibi obtuli. an pendente appellatione in carcerem detrudi, vel iniuriã sufferre debeam, quæritur? Dicitur quòd non. secus si esset causa criminalis, ĩ qua post appellationem interpositam, nisi reus fideiussorem daret, in vinculis perseuerare debet. Viuian⁹.

†*Ex Cod. Theod. lib. 11. ti. 30. l. 2. Contius.*

f *Minimè.* aut ciuilis, aut criminalis est.

†*hãc interpositionem addidit Tribonianus. Contius.*

g *Perferat.* id est sustineat.
h *Absque his.* scilicet tormentis & cruciatibus. Et nota quòd tacite transit de ciuili ad criminalem.
i *Perseueret.* vt & supra eodem. l. eos. §. super his. personarum tamen qualitas, & delictorum quãtitas in custodiendo inspicitur: vt. ff. de custo. & exh. reorum. l. j. ij. &. iij. quæ videntur contrariæ, sed non sunt: vt dixi.

*Ex illo.* ] C A S V S. Si iudex velit referre causam ad principem, vt eam decĩdat, non debet audire aliquem allegantem priuilegia antequam à iudice respondeatur. Item si appellatum est à minore iudice ad maiorem: pendente appellatione non est admittendum aliquod priuilegium, sed omnia acta causæ debent mitti ad iudicem appellationis. Viuianus.

k *Ex illo.* nec etiam ante, pendente scilicet causa: vt supra vt lit. pend. l. ij. sed de hoc magis dubitabatur.
l *Consultaturum.* cum consuluit principem qualiter debeat iudicare: vt in authenti. de iudi. §. penult. colla. vj.

reportauerit: tã ipse, quàm curator ad ꝓuocationis auxiliũ possunt a ꝓuenire: curator verò solus prouocationis litẽ exercebit. b ¶ Sin autem interim adolescens veniã ætatis impetrauerit, vel ad legitimam ætatẽ peruenerit: potest suo nomine appellationem exercere.

*Manifesta excusatio non prodest ei qui nõ appellat. Et est ratio, quia videtur tacitè renũciare. Itẽ post sentẽtiã nõ potest quis probare de veteri iure suo, quod per sentẽtiã est sopitũ. Bal. Vel sic: Quæ manifesta sunt, probatione nõ indigent. Bar. Vel sic: Manifesta excusatio non prodest non appellanti à munere publico. Salycetus.*

XI. Iidem A A. & C C. Antonino. †

C Iues c & incolę manifestas etiã excusationes habẽtes, si sub iusta nominatione d nõ ꝓpellauerint, ad earum e probationem non admittuntur.

*Condemnatus in ciuili, non debet in carcere detineri: secus in criminali si fideiussores non habeat. Bartolus. Vel sic: Appellatori nulla debet iniuria fieri, nec sub fida custodia detineri: nisi causa sit criminalis, & idoneum nõ præbeat fideiussorem. Saly.*

XII. †Imp. C O N S T A N T I N V S A. ad Catulinum, post alia.

M Inimè f fas est, vt in ciuili negotio libellis appellatoriis oblatis, aut carceris cruciatus, aut cuiuslibet iniurię genus, seu tormenta, vel etiam cõtumelias perferat g appellator absq; his h criminalib⁹ causis, in quibus etiamsi prouocare possit, eũ tamẽ statũ debet obtinere, vt post prouocationẽ in custodia (si ¶ fideiussoris idonei copiam non habeat) perseueret i. Dat. III. Non. Nouemb. Treu. Acc. XV. Ka. Maij. Hadrumeti, Volusiano & Anniano Conss.

*Consultata causa vel referri promissa, id est pronunciata referenda, vel appellatione pendente, non valent scripta in alterius partis fauorem emanata. Vel dic quòd suspensa iurisdictione, interim innouata non tenent. Baldus. Vel sic: Lite pendente per appellationem vel consultationem, nõ debet aliquid innouari, etiam ex rescripto principis. Bartolus. Vel sic: Pendente lite principali vel appellationis, non licet alicui partium supplicare: & supplicatum nõ debet admitti. Salycetus.*

XIII. †Idem A. Petronio Probiano suo salutem dicit.

E X illo k tẽpore ex †quo ĩ ciuilib⁹ causis, quę ĩter priuatos mouẽtur, cõsultaturũ l vel relaturum m te esse ꝓmiseris n, vel appellationis à te o ĩterpositę solẽnia p cõpleta fuerit: nihil posthac tibi q quodlibet specia le r ac requisitũ s, vel quibuscũq; modis fauoris gratiã præferẽs t, audiẽdum est u: sed obseruandum, vt iuxta priora statuta x, solẽnitatis more expleto y, gesta ad comitatũ † z omnia dirigantur. &c. Dat. Idib. Auguſt. Arelato. PP. Idib. Octo. Teueste, Sabino & Rufino Conss.

*Si appellatio fiat, illico fieri potest viua voce sine libello. Baldus & Salycetus. Vel sic: Statim lata sententia potest viua voce appellari. Bartolus.*

XIIII. †Idem A. ad Bassum. P. V.

L Itigatoribus copia est etiã non scriptis libellis illico a appellare voce, cùm res poposcerit iudicata b, tam in ciuilib⁹ quàm in criminalibus c causis. Dat. VIII. Id. Iun. Sirmij, Gallicano & Basso Conss.

*Vbi ĩperator ex plena relatione cognoscit, nulla est danda amplius dilatio appellandi. Baldus. Vel sic: Quæ retractationi non subiacent, diligenter sunt agenda. Et iudex qui consultori omnia acta nõ miserit, infamatur. Bartolus. Vel sic: Vbi ĩperator delegat causam appellationis reseruata sibi sententia, non est locus appellationi ab eius sententia: ideo omnia actitata coram delegato, debent sibi mitti plene instructa: cum per eum nulla detur posiea dilatio: & iudex non plene referens notatur infamia. Salycetus. Vel sic: Iudex qui causam remittit ad principẽ terminãdam, debet omnia acta mittere: quia à sententia principis non potest appellari: ideo cautius agendum: & iudex qui non omnia misit, infamatur. Paulus de Castro.*

XV. † Idem A. ad Seuerum Vicarium.

N E causas quæ in nostram venerint scientiam d, rur-

A m *Vel relaturum.* vt cum ex toto causam remittit ad iudicandum, quod hodie non fit: vt in authenti. vt iu. non ex. sa. iussi. §. j. col. ix. nisi quando non potest iudicare, quia solam habet cognitionem: vt dixi supra de relatio. l. j.
n *Promiseris.* id est dixeris ante sententiam.
o *Ate.* id est à tua sententia.
p *Solennia.* quia apostoli dati sunt.
q *Tibi.* id est à te. †*Ex Theod.*
r *Speciale.* rescriptum siue priuilegium liberalitate indultum, quo continetur etiam absente aduersario posse iudicari, vel non expectata respõsione ad cõsultationẽ: & vna pars proferebat huiusmodi rescriptum, siue priuilegium liberalitate indultum. B
s *Requisitum.* id est ꝓ postulationem datum.
t *Præferens.* aliàs proferens: proferens scilicet rescriptum: præferens gratiam iuri.
u *Audiendum est.* quia vt dixi, supplicare causa pendente non licet: vt. d. l. j. supra vt lit. pẽden. Accursius.
x *Statuta.* scilicet quæ erant ante hoc rescriptum: vt in authenti. vt in me. li. §. j. col. viij.
y *Expleto.* quia & appellatio est facta, & apostoli dati sunt.
z *Ad comitatum.* scilicet nostrum. C

L *Itigatoribus.* ] C A S V S. Non solum in ciuili causa, sed criminali poterit sine scriptis appellare qui duxerit appellandum, iudice adhuc sedente pro tribunali.
a *Illico.* antequam ad alia diuertat facienda: vt hic, & ff. eodem. l. j. §. fina. & l. à sẽtẽtia. §. fi. aliàs oportet quòd in scriptis appellet: vt supra eodem. l. eos. in fi. Sed argu. contra. ff. de in integ. resti. l. diuus. Alij dicunt vt H. quòd etiam hoc dum sedet ꝓ tribunali, fieri potest. *ADDITIO.* Istud communiter tenetur teste Bar. hic. & hoc tenet etiam glo. in. l. ij. ff. eo.
b *Iudicata.* id est cum sententia ꝓlata est rite. Res ergo dicitur iudicata, etiam si possit appellari, licet quidam contradicant, arg. legis quæ est contra eos. ff. de condic. indeb. l. eleganter. §. si quis.
c *In criminalibus.* vt infra eodem. l. addictos. & supra de epis. au. l. addictos. & supra eodem. l. eos. §. super his.

*Ne causas.* ] C A S V S. Si appelletur à sententia iudicis ad principem, iudex acta rediget in scriptis: & ea destinabit ad principem. Nam si aliter faceret, grauiter esset puniendus: quia notabitur infamia. Viuianus.
d *Scientiã.* appellatione facta ad principẽ, quę fieri nõ debet prętermissis his qui ante debuerũt appellari secũdũ ordinem: vt in authen.

BIU Cujas

authen. de manda. princip. §. sit tibi. coll. iij. const. iiij. &. ff. e. l. imperatores.

a *Iudicia.* i. vnde veniunt appellationes.

b *Temperare.* id est ponderatam sententiam dare: vt & supra de senten. ex peric. reci. l. pe.

c *Negotio.* cũ imperator dilationẽ dare non debeat: vt supra de dila. l. cum à nobis.

d *Conquerendi.* nã nõ appellat à sentẽtia principis: vt hic, &. ff. à quibus appel. nõ licet. l. j.

e *Notis.* quia erit infamis.

f *Inueniri.* ad hoc facit. ſ. tit. j. l. j. ij. &. iij. & hac. l. notabis, quia cautius agẽda sunt, quę nõ retractantur. Et facit quod alias dicimus, q̃ quãdoque permittitur seruum alienari, qui nõ pmittitur manumitti: vt not. ſ. de condic. ob cau. l. ea lege. & de rebus alie. non alie. l. fi.

*Appellari non licet à sententia principis.*

*Ex Cod. Theo. e. ti. l.*

*Pro. Prid. Kal. Iunias. Constantino. Aug. II. & Constantino Cæs. Conss.*

*Ex Cod. Theo. e. ti. l.*

*Ex Cod. Theo. e. ti. l. Contins.*

*Appellatione remota, à principe delegatur. Vide III. Aug.*

*Eutachio Constantino Aug. II. & Constantio Cæs. Conss.*

*Ex Cod. Theo. e. ti. l. Contins.*

*Appellari non licet à sententia principis.*

*Ex Cod. Theo. e. ti. l. 16.*

*Appellari à multorum sententiis nõ licet.*

*Additur ex C. Theo. qui soli vice sacra cognoscere vere dicẽdi sunt. Contins.*

*Appellari non licet à sententia principis.*

*Relatio literæ quæ continet.*

*Eos etiam.* ]CASVS. Nõ solũ delegatus ab alio, sed à principe appellationẽ eius qui duxerit appellandũ, recipere tenetur. Viuia.

g *Eos etiam.* i. delegatos à principe: vt. ſ. e. l. nouũ. dicitur enim accipere imaginem, quia & vice delegantis fungitur delegatus: vt. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. l. j. in fi.

h *Accipere.* recipiẽdo appellationem, & mittendo ad iudicẽ appellationis. Et dic accipere, nisi remota appellatione imperator delegauerit, quod alius facere nequit: vt. ff. à qui. app. non licet. l. j. §. fin. Accursius.

*Si apud vtrumque.* ]CASVS. Duo sunt prętores in ciuitate Ro. vrban⁹ & peregrinus. si ab eorum sententia appelletur, præfectus vrbis appellabitur: & de causa appellationis cognoscet. Viuianus.

i *Si apud vtrumque.* i. alterum, scilicet vrbanum, vel peregrinum: diuisim enim accipitur: vt. ff. de contrahen. empt. l. sed Celsus. §. si fundus. in fi.

*Quoniam nonnulli.* ]CASVS. Si fiscus conueniat debitores suos, & condemnari faciat: & illi appellauerint, nec apostolos petierint intra tempora intra quæ peti debeant, vt sic non tradatur executioni sententia, præsumuntur nolle appellationem prosequi: & debitum ab eis exigetur. Viuianus.

k *Iussi fuerint.* per definitiuam sententiam.

l *Opinionis.* id est sententiæ.

m *Refutatorias.* i. scripturas in quibus continentur renunciationes allegationum, vel appellatio facta. Nam & ipsæ refutatoriæ preces dicuntur libellus appellationis: vt dixi supra de rela. l. j. Vel appellat hic dimissorias literas. Vel tertio, id est libellus siue scriptura facta, qua continetur aliquid male siue non recte positum in exemplo sententiæ: & ideo illud recusat, & petit emendari, sicut & alio modo intelleximus supra de rela. l. j.

n *Petere.* redde singula singulis: petere sententiam, offerre petitionem emendationis.

o *Dies.* quos habes infra eo. l. iudicibus.

p *Defuerit.* sed videtur non posse appellari: vt. j. quorum ap. non re. l. abstinendum. &. l. fi. Sol. distinguitur sit manifeste cõuictus, aut non: vt primo casu non possit appellari: secundo sic.

q *Exigatur.* vt. ſ. e. l. si contra. &. j. tit. j. l. fi. §. illud.

*Procõsulibus.* ]CASVS. A quolibet iudice, siue delegato, siue ordinario, siue in causa appellationis cognoscente, potest appellari: & iudex à quo appellatur, dabit appellanti apostolos: & acta causæ ad eũ ad quẽ appellatur, transmittet cũ literis suis: sed à præfecto prętorio nõ appellatur. & hoc in prima. Si vero iudex apostolos non admiserit, neq; appellationẽ: adeat appellans præfectũ, & ex integro ille cognoscet tanquã appellatiõe suscepta. Si vero qui appellauit, videatur iniuste appellasse: causam perdat, & notetur infamia. Si vero iste iudex eũ qui appellat nõ admisit: ad principem remittatur puniẽdus. & hoc in secũda. Et non solũ in maiori, sed etiã in minori causa potest appellare: nec reputare debet iniuriã sibi fieri iudex, si à sententia sua appelletur.

r *Præfectorum.* id est vicariis præfectorum.

s *Permittimus.* sic ergo à sententia cuiuslibet appellatur: vt hic, &. j. l. proxi. excepto principe, & senatu: vt ff. à quib⁹ appellare nõ licet. l. j. & prefecto prętorio: vt. j. l. proxi. & arbitro compromissario: vt. ſ. de arbit. l. j. & excepto eo cui remota appellatione facta est cõmissio à principe. Item & quando partes ante dixerunt se non appellaturas: vt. d. tit. à quibus appel. non licet. l. j. §. j. & fina. Accursius.

t *Opinionis.* id est sententiæ. & hoc etiam non petente appellatore: vt supra eo. l. eos. §. apostolos.

u *Refutatoriis.* apostolis vel libellis appellatoriis. Vel secundũ Azo. id est scriptura in qua continetur quòd vterque renunciet allegationibus.

x *Ad nos dirigat.* id est ad eos qui ad hoc deputati sunt: vt infra eo. l. præcipimus. §. huic. quæ est econtra.

y *Non sinimus.* vt supra de sen. præfec. prætо. l. j. & ff. de offi. prefec. prætо. l. j. §. j.

z *Præfectos adeat.* intra tempus quod habes. j. e. l. si appellationem. hi præfecti prætores superiores sunt.

a *Perdita.* in hoc non est pœna.

b *Notatus.* hæc pœna specialiter imponit ei cuius appellatio nõ fuit recepta, aliàs alia imponitur pœna: vt. j. quorũ appel. nõ re. l. ab executione. in fi. &. ſ. eo. l. eos. §. ne temere. quæ sunt contra.

c *Vicerit.* cum iuste appellauerit.

*Ad principem: licet repræsentet imaginem principis, à quo appellari non potest. Bart. Bald. Saly. & Paul. de Cast.*

XVI. † Idem. A. ad Maximũ. post alia.

EOs etiam g qui imaginem principalis disceptationis accipiũt, appellationum admi-
nicula necesse est accipere h. †

*Appellatio ad præfectum appellatur. Bar. Bal. & Saly.*

XVII. † Idem. A. ad Iulianum præfectum vrbi.

SI apud vtrumque prætorẽ i dum quæstio ventilatur, ab aliqua parte auxilium prouocationis fuerit obiectũ: præfecturæ vrbis iudicium sacrũ appellator obseruet. †

*Contra debitores fisci iubendo proceditur: & si appellent, appellatione deserta cõfestim fit executio contra eos. Bal. Vel sic. Si appellatio est deserta propter apostolos non petitos, vel non præsentatos, vel per prosecutionem omissam, sententia executioni mandatur. Bar. Vel sic: Omittens petere apostolos à iudice à quo, vel offerre iudici ad quem, intra tempus legitimum: dicitur appellationem deserere, & sententia mandatur executioni. Salycetus.*

XVIII. † Idem. A. Victori. Rationali Vrbis Romæ.

QVoniam nonnulli fisci debitores cum iussi fuerint k debitam summam exoluere, interposito prouocationis auxilio vim executionis eludũt, nec iam opinionis l exemplum, nec refutatorias m preces curãt petere n vel offerre: placuit, vt si intra dies o solennitatibus prestitutos ad facienda hæc appellatoris cura defuerit p, deserta ab eo prouocatio existimetur, móxque debitum exigatur. q

Dat. Prid. Kal. Aug. Constantio & Maximo Conss.

*A maioribus & minoribus iudicibus appellatur, prætorquam à præfecto prætorio: & si iudex à quo, non recipit appellationẽ: iudex ad quem, nihilo minus est adeundus: & coram eo prosecutio est facienda: & si in appellatione succumbit, notatur infamia: si autem vincit, punitur iudex qui appellationi non detulit. hoc dicit notabiliter secundum Saly.*

XIX. † Idem. A. ad vniuersos prouinciales.

AProconsulibus, & comitibus, & his qui vice præfectorum r cognoscunt, siue ex appellatione, siue ex delegatione, siue ex ordine iudicauerint, prouocari permittimus f: ita vt appellanti iudex præbeat opinionis t exemplum, & acta cum refutatoriis u partium suísque literis ad nos dirigat x. V A prefectis autem prætorio † prouocare non sinimus y. V Quòd si victus oblatam, nec receptam à iudice appellationẽ affirmet: præfectos z adeat, vt apud eos deintegro litiget, tanquam appellatione suscepta. Superatus enim si iniuste appellare videbitur: lite perdita a notatus b abscedet. at si vicerit c: cõtra eum iudicem qui appellationem non receperit, ad nos

*a Dicit Faber in crimi nali puniẽdum corporaliter arbitrio iudicis, in ciuili pecuniariter.*

a *Digno supplicio.* quod sit dignum, habes. ff. l. quoniam iudices. Alij dicunt criminaliter, & non ciuiliter.

b ET *in maioribus. Negotiis.* puta in criminalibus & ciuilibus: vt supra de pœna iudi. l. iij. in fi. & supra eo. l. litigatoribus. Sed fallit in momentanea possessione: vt infra si de momen. pos. fue. ap. l. j. Azo.

c *Existimare.* vt. ff. eo. l. illud. & de iniur. l. iniuriarum actio neq; §. is qui iure. Sed cõtra infra quando prouoc. non est ne. l. fi. Sed ibi superuacuò appellatur. vel solu. vt ibi. Itẽ arg. contra. huic. ff. de sum. trinita. l. iij. ibi, namq; iniuriam facit &c. Itẽ econtra appellans non debet iniuriam dicere iudici: vt. ff. de iniu. l. iudici.

*† Ex Cod. The. e. l. 20.*

** al. Imp. Constantius A. Philippo.*

QVoniam. ] C ASVS. Iudex etsi ordinarius, si appellationem non admiserit, in triginta põdo auri multabitur: & eadem multa afficiendus erit eius officialis, si ei appellantem non admittenti nõ resistat.

d *Executionem.* hæc quidẽ nõ est recipiẽda: vt infra quorum ap. nõ re. l. ab executione.

*† Ex Cod. The. e. ti. l. 25.*

e *Soluturo.* id est, officium suum soluet alia xxx. & sunt ablatiui absoluti.

f *Ei.* scilicet iudici.

*† Idem cauetur in Nouell. 134. §. appellationes. Cõtius.*

g *Restiterit.* s. officialis, etiam si ius ignorauerit: quia iudicis & officij imperitia partibus obesse non debet. sic &. ff. ad leg. Aquil. l. qua actione. §. fi. &. l. seq. & de offic. præsi. l. illicitas. §. sicuti. Sed argu. contra. ff. de iurisdict. om. iudi. l. si quis id. §. doli. b. Item not. iudicem quemlibet recipere debere appellationem: vt in auth. de iudi. §. nostros. col. vj. Item not. quòd subditi debent resistere prælatis, si quid iniuste agant: & instruere eos quid agere debeant: vt ś. de aduoc. diuer. iudic. l. per hanc. &. j. de magi. sa. scri. l. j. in fi. lib. xij. &. j. de decur. l. omnes iudices. lib. x. & j. de iure fisci. l. prohibitum. eo. lib. &. ff. de polli. l. toties. &. ś. vt omnes tam ciui. quàm milit. l. j. §. officium. Arg. contra in auth. de sanctiss. episcopis. §. j. colla. ix. & totum illud generale auctoritas maioris excusat: vt. ff. de aqua plu. arcen. l. quãquam.

*b Dic iuris ignorãtiam excusare à dolo, vt ibi: nõ à culpa, vt hic. Bar. Ang. Saly. & cõmuniter omnes.*

*† Ex Cod. The. e. ti. l. 26. vide Symmachũ lib. 1. epist. Contius.*

L *Ata.* ] C ASVS. Si denuncietur fisco referri necesse est, vt digno a supplicio puniatur. Dat. Kalen. Aug. PP. Kal. Sept. Constantinop. Basso & Ablauio Conss.

*Etiam in paruis grauaminibus appellatur: nec propterea iudici infertur iniuria. Saly.*

xx. †Idem. A. Albino.*

ET in maioribus & in minoribus negotiis b appellandi facultas est. Nec enim iudicẽ oportet iniuriam sibi fieri existimare c eo quòd litigator ad prouocationis auxilium cõuolauit. Dat. VIII. Id April. Marcellino & Probino Cõss.* Dat. Kalend. Aug. PP. Kalend. Septemb. Cõstantinopo. Basso & Balbino Conss.

*Iudex appellationem non recipiens, punitur in triginta libris auri, & in totidem eiusdem officialis, nisi pertinaciter ei contradicendo resisteret: & causas resistentiæ apud acta debet inserere. Saly.*

xxi. †Impp. CONSTANTIVS & CONSTANS. AA. ad Lollianum. PP.

2QVoniam iudices ordinarij prouocationes existimant respuendas: placet, † vt si quis appellationem susciperе recusauerit, quæ non contra executionem d, sed aduersus sententiã intentionẽ iurgiumque terminãtem fuerit interposita: triginta auri põdo cogatur largitionibus nostris inferre: triginta alia officio eius itidem soluturo e, nisi ei f pertinaciter restiterit g, atque actis contradixerit, & quid iure sit constitutum, ostenderit. Dat. VIII. Kalend. Aug. Messadẽsi. P P. Capuæ Arbitione & Lolliano Conss.

*Siue fiscus petat bona tanquam vacantia, siue tanquam ab indignis, licitum est à sententia appellare. h. d. secundum Bal. Vel sic: Quouis modo fiscus petit bona, licet appellare à sententia pro eo lata. S alycetus.*

xxii. †Iidem. A A. ad Volusianum. P P. post alia.

LAta h sententia quæ pertinet ad bona vacantia, & ad ea quæ vt indignis legibus cogentibus auferuntur, si quis putauerit prouocandum, vox eius debebit admitti i. Dat. III. Kal. Augu. Arbitione & Lolliano Conss.

*In prouinciis hic nominatis appellatur ad præfectum vrbi. Saly. & secundum Bal. nihil valet hæc lex.*

xxiii. Iidem. A A. ad Senatum.

A bona aliqua vacare, & possessor conueniatur coram procuratore Cæsaris, & appellet: an sit admittenda eius appellatio, quæritur? Dicitur q̃ sic. Idem est in causa bonorum, quæ auferũtur ab aliquibus vt ab indignis: quia appellari poterit.

h *Lata.* aliàs data: & aliàs lata: & datur inter fiscum & priuatum à procuratore Cæsaris vnà cum præside: vt. ś. si aduer. fisc. um. l. ij.

i *Admitti.* ad hoc. ś. e. l. quoniam nonnulli.

k CVm appellatio. localis est. Accur.

IVdicibus. ] C ASVS. † al. Iudex appellationẽ de pam ab se interpositam admittere debet, & apostolos intra. xxx. dies dare appellanti: & acta causæ ad iudicẽ appellationis mittere. quod si nõ fecerit, & acta in aliquo deminuta per iudicem vel per eius officium fuerint: gra- uiter punietur. Viuia. l *Videtur.* per legẽ superiorem, quoniam iudices dices.

m *Cęsta.* scilicet corã se, & apostolos: vt sub- iicit hic, &. j. eo. l. præcipimus. §. in his. &. ś. eo. l. cos. §. fi.

n *Cum relatione.* id est vlt. cum apostolis.

o *In aliqua parte.* id est in aliquo.

p *Multa.* scilicet dictę ś. eo. l. quoniam iudices. Item ad hoc. j. tit. j. l. fi. Sed certe immo videtur statim non expectatis. xxx. diebus: vt in auth. vt nulli iud. §. illas. colla. ix. sed ibi patet solutio. Accur.

q ET *in multis.* vt. j. quãdo prouo. nõ est necess. l. certa. secus in pœnis: vt. ff. de verb. sig. l. antepe. Itẽ & propter inopiã remittitur multa: vt. ś. de modo mul. l. fi. ś fi. &. ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. fi.

CVm post. ] C ASVS. Si à procuratore Cæsaris appelletur, ad præfectũ prætorio appellabitur. Si vero mediocris sit causa, vel litigantes multũ sint remoti, præfectus poterit causam appellationis præsidi prouinciæ delegare. Viui.

r *Post sententiam.* id est à sententia.

s *Vel rationalis.* pro eodem est: & ponitur pro procuratore Cæsaris: vt supra de modo multa. l. ij.

t *Tuam.* præfecto prętorio loquitur.

u *Quem ipse.* id est alicui quem approbes consilio præsidis eius prouinciæ. Et no. ratione mediocritatis huius

*† Ex Cod. The. e. l. 45. & sit. 16. de 29. huius gis part. l. 7. ś. appell. recip. Eutych. iudicu. Bas. rationali. alijs habes. apud Symmach. lib. epist. 41. Contius.*

BIU Cujas

huius negotij & loci cõmitti. sic &. ff. de iudi. l. fi. & supra vbi de ratiociniis. l. ij. & infra de re mili. l. fina. §. erit autem. lib. xij. & supra de fide instrumen. l. iudices.

*Nominationes.* ]CASVS. An nominatus ad decurionatum nõ interueniente concilio publico, à nominatione habeat necesse appellare, quęritur? Dicitur ꝙ non: quia non tenuit nominatio. Viuianus.

a *Nominationes.* scilicet electorum decurionum, vel in alia dignitate.

b *Libellis.* quia in scriptis legebatur electio, vel edicto scribebatur: vt habes. ff. de albo scri. l. j.

c *Publicum.* ad quod sufficit maior pars: vt ff. ad munic. l. quod maior. & ff. de regu. iur. l. aliud. §. refert. Fallit in defensore ciuitatis, vbi omnes requiruntur: vt in auth. de defen. ciui. §. interim. coll. iij.

d *Non valent.* vt &. ff. eo. l. si consistat. &. ẽ. qui da. tu. pos. l. neque à præside.

e *Necesse est.* aliàs si valeret, opus est appellatione: vt supra eo. l. hi qui ad ciuilia.

f *Deest.* est ergo solẽnitas necessaria. sic &. ẽ. de auctor. præ. l. fina. in fi. Sed arg. contra. ẽ. de formulis. l. j.

*Si quis libellos.* ]CASVS. Si aliquis appellat, & postea eum pœniteat, qui appellationem interponit: an possit reuocare appellationem, & libellos appellatorios recuperare, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuia.

g *Ingesserit.* id est dederit ei iudici à quo appellauit.

h *Commutandi.* quia pœnitet se appellasse: & tunc perinde habetur, ac si non appellasset: vt infra titu. j. l. fin. §. illud. Vel dic quòd mutat arbitrium: quia appellauit ad vnũ, nũc vult ad alium: quod potest, si ad maiorem vel ad æqualem appellauit, non si ad minorem: vt. ff. e. l. j. §. penul. *ADDITIO.* Aduertas quòd iste appellans potest pœnitere inquantum ista appellatio facit pro se. ita loquitur hic: sed inquantum ista appellatio facit pro aduersario, ista pœnitentia non admittitur: vt. l. fi. j. quando prouo. non est necesse. facit autem pro aduersa parte duobus modis: quod prosequere vt per Bar. hic.

i *Iustæ.* iusta pœnitentia admittitur: sicut est. ẽ. de apostа. l. hi qui. sed iniusta non: vt ea. l. hi qui. &. ff. de ædil. edic. l. quis sit fugitiuus. in prin. & de fur. l. qui ea mente.

*Addictos.* ]CASVS. Condemnatus ad supplicium, si non appellat, sed adducatur, & monachus vel religiosus velit eripere de manibus officialium, prætendens quòd habet priuilegiũ vt possit tales à pœna seruare, an sit audiendus, quæritur? Dicitur quòd non. Vel pone in seruo condemnato ad supplicium, quem dominus vult liberare, non est admittendus: sed talis condemnatus appellare poterit nõ solum ad principem, sed ad alios magistratus: ita videlicet vt si crimen exigit, puniat condẽnatũ. Vi-

*Ab electione inualida nõ est necesse appellare. Bart. Vel sic: Ea quæ debent fieri in concilio publico, aliter facta non valent. Saly.*

XXVII. † Impp. ARCADIVS & HONORIVS. AA. Ennoio proconsuli Aphricæ post alia.

NOminationes [a] libellis [b] vel edictis factæ citra cõcilium publicum [c], non valẽt [d]: de quibus nec appellare necesse est [e], si solẽnitas deest [f]. Dat. XVII. Kal. Iun. Med. Olybrio & Probino Conss.

*Donec durat tempus appellandi, potest appellans variare: quia decem dies dantur ad deliberandum. Item & in totum recedere ab appellatione, & suos libellos recuperare. hoc dicit secundum Bald. Vel sic: Appellationem interpositam licet reuocare, & ab ea in totum recedere, vel etiam ad alium iudicem appellare. hoc dicit secundum vtranque lecturam. Saly.*

XXVIII. † Iidem. AA. Nebridio proconsuli Asiæ.

SI quis libellos appellatorios ingesserit [g], sciat se habere licentiam arbitrium commutãdi [h], †& suos libellos recuperãdi, ne iustæ [i] pœnitudinis humanitas amputetur. Dat. XI. Kalẽ. Aug. Const. Arcad. IIII. & Honorio. III. AA. Conss.

*Damnati ad supplicium nõ sunt vi eximendi, sed si per errorem vel gratiam cognitoris oppressa putetur esse iustitia, potest per quemlibet appellari, si tempora suffragantur: & iudex appellationis mandabit executioni sententiam confirmatam. h. d. secundum Bal. Vel sic: Damnati ad supplicium ducti, non sunt per aliquem vi eximẽdi: potest tamen quilibet pro eis appellare, si tempora suffragantur: nec ad principem appellatur omisso medio: & iudex appellationis, etiam in criminalibus, suam sententiam exequitur. Saly.*

XXIX. † Iidem. AA. Cæsario * præfecto prætorio.

ADdictos [k] supplicio, & pro criminum immanitate dãnatos, nulli per vim atque vsurpationem vindicare [l] liceat ac tenere: quibus [m] in causa criminali humanitatis consideratione, (si tempora suffragantur) interponẽdę prouocationis copiam non negamus: vt ibi diligentius [n] examinetur, vbi contra hominis salutem † per errorem vel gratiam cognitoris oppressa putatur esse iustitia: ea conditione, vt si proconsul vel comes Orientis, vel præfectus Augustalis [o], vel vicarij fuerint cognitores [p]: non tam [q] ad clementiam nostram, quàm ad amplissimas potestates sciant esse referẽdum. Eorum enim de his plenum volumus esse iudiciũ, qui (si ita res est, & crimen exegerit) rectius possint punire damnatos. Dat. VI. Kal. Augu. Mnizo, Honorio. A. IIII. & Eutychiano Conss.

*Ab iniusta sententia potest appellari. Item propter iniuriam facti potest appellari, & in totum iurisdictio iudicis recusari. h. d. secundum lecturam Placen. quæ est magis notabilis secundum Bar. & Pau. de Cast. Vel sic: In qualibet causa etiam criminali à sententia cuiuslibet iudicis (præterquam præfecti) potest appellari, etiam ab eorum iniuriosa executione. h. d. secundum lec. Io. & glo. Saly.*

XXX. † Iidem. AA. Theodoro præfecto prætorio.

SI quis prouocatione interposita suspecti iudicis [r] velit prolatam euitare sentẽtiam: in hac voce liberam habeat potestatem, nec timeat contumeliam iudiciorum [s]: cum & ab ipsa iniuria [t] possit facilè prouocare, & maximè cum à solo tãtum præfecto prætorio non sine dispendio causæ prouocare permissum sit [u]. ℣ Sciant igitur

k *Addictos.* id est iudicatos vt debetur.

l *Vindicare.* vt quia se dominum damnati dicat. nam sententia lata desiit esse dominus, si capitalem subiit pœnam: vt. j. de pœn. l. seruo. &. ff. de pœn. l. aut damna. §. fina. appellabit tamen dominus: vt. ff. eo. l. serui.

m *Quibus.* damnatis & etiam aliis: vt. ff. de appel. l. non tantum. nisi sint manifeste conuicti: vt. j. quorum appel. non reci. l. ij.

n *Diligentius.* sic. ẽ. de proba. l. fi. &. ff. de episco. audien. l. addictos. vbi est hæc lex de verbo ad verbum.

o *Augustalis.* id est comes.

p *Cognitores.* de causa principali.

q *Non tam.* id est nõ ita ad principem sicut &c. nam non debent prætermitti medij: vt ff. e. l. imperatores.

*Si quis.* ]CASVS. Ille aduersus quem lata est sententia, appellare poterit: & si iudex minatus fuerit ꝙ sententiam mandabit executioni: si appellationem interposuit, nõ debet timere iudicis contumeliam: tamen etiam à tali iniuria iudicis appellari potest: à præfecto prætorio nõ appellabitur: & si appellatur, appellans amittet causam. ab alio quidem iudice appellatur, siue in criminali, siue in ciuili causa. Viuianus.

r *Iudicis.* cuius sententiam postulabat rescindi per appellationem. Accursius.

s *Iudiciorum.* id est iudicum.

t *Iniuria.* id est cõtumelia dicti vel facti: vt si iudex percusserit litigantem post sententiam vel ante: poterit quidem appellare à tali iniuria, secundum P. & pro eo. ff. de mino. l. ait prætor. §. quid tamen. Et sic not. hic à facto appellari. Sed certe remedio talis appellationis non tollitur maxillata. arg. ff. de cap. & postli. reuer. l. in bello. §. facti. nisi dicas secundum eum, quòd occasione talis iniuriæ à tota causa possit appellari. Sicut ergo qui prouocat, non debet conuiciari ei à quo appellat: ita econtra appellanti iudex iniuriam inferre non debet: vt supra. e. l. & in maioribus. &. ff. e. l. illud. sed Ioan. [a] intelligit hic iniuriam, id est iniuriosam executionem: cum intra tempus quadrimestre præcipit sententiam executioni mandari, vel committatur quòd mandabit si appellet. sicut enim si aliter exceditur modus exequendi, appellatur: vt infra quorum appella. non recipi. l. ab executione. ita & si citius exequatur quàm fieri debet. est enim plus non solum quantitate, sed & tempore: vt infra titu. de actio. §. plus.

u *Permissum sit.* hoc permitti potius est prohiberi. simile loquendi genus est. ff. de publica. l. cotem. in princip. & supra ne san. bapt. l. j. Et quod dicit, dispendio, id est amissione causæ. Azo. vel dispendio: quia expensas amittit, secundum H.

†*Hæc verba aut similia ponit gl. 2. ante fi. in c. veniens. extra. e. ti.*

†*Ex Cod. The. e. ti. l. 58.*

*Appellatio potest interponi ratione cõtumeliæ per iudicem parti facta.*

[a] *Hæc vera in se, sed prior magis notabilis. Barto. & omnes.*

*Appellatur ab executore ante tẽp. p. exequẽte.*

*Supplicio.*

BIU Cujas

a *Supplicio.* in criminali causa.
b *Dispendio.* in causa ciuili.

*Si appellationem.*] CASVS. Si appellationem ad præfectum prætorio interpositam iudex non admisit, vel admiserit, sed apostolos appellanti denegauerit, intra annum poterit appellans conuenire iudicem, vt det ei exemplum sententiæ, & de eo querimoniam deponere. si vero ad inferiorē præfecto interposita fuerit, quod datum est, licebit appellanti intra sex menses facere prædicta. Si vero iudex delegatus nec appellationem interpositam admittere, nec apostolos concedere voluit: dabitur appellanti copia conueniendi iudicem intra quatuor menses. Viuianus.

c *Si appellationem.* hic non diffiniuntur tempora appellationis exercendæ: sed intra quæ conueniatur qui non dedit apostolos, & appellationem non recepit. & de hoc. ff. de appel. re. l. v. §. fin.

† *al. vrbana.*

d *Tuæ.* loquitur præfecto prætorio.
e *Aduersarium.* id est iudicem.
f *Ex sententia prolata.* id est propter sententiam prolatam, vt eius exemplum det appellanti: & sic aduersarium vocat iudicē qui cōuenitur, vt det fisco pœnā illam quæ est. ſ. eo. l. quoniam iudices.
g *Inferiorum.* quàm tu præfectus prætorio vel vrbis sis. superior tamen est iudicante: vt in authen. de appell. §. fin. colla. iiij.
h *Arbiter.* id est iudex delegatus.
i *Relationem.* id est apostolos quibus refert causam, & dimittit appellantem ad eum ad quem est appellatū, scilicet delegantem.
k *Appellator.* accipiēdo gesta cum relatione: vt supra eod. l. iudicibus.

l PRæcipimus. *Spectabilium.* id est quæ fiunt à sententiis prolatis à spectabilibus iudicibus. Et nota quatuor ordines magistratuum: scilicet princeps qui est primus, illustres, spectabiles, clarissimi: à quibus si appelletur, dicit hæc lex ad quos appelletur. & primo si appelletur à spectabili.

*Magistratus sunt quadruplices.*

l *Ad nouum capitulum.* i. nouiter acquiſitum. & pro hoc.ff.de iudi.l.non poteſt. ſed ante appellationem poteſt, ſecūdum Iac. quod non placet. Alij dicunt nouum capitulū, id eſt res nouiter petita: vt ſi primo petebam boue: nunc peto equum vel aſinum. Item primo exacipiebam ſuper vno, nunc ſuper alio: & ita ſuper diuerſis. ſed ſuper eadem re poteſt etiam nouam exceptionē opponere: vt ſi primo exceptionem rei iudicatæ, nunc iuriſiurandi, vel alia opponatur: & idem in intentione ſic ex parte actoris: vt ſi primo dixeram quòd res pertinebat ad me in re dominij ex traditione facta à Seio: nunc poſſum dicere, facta eſt à Mæuio: vel per præſcriptionem, vel ex legato. Vel ſi reus oppoſuit exceptionem pacti facti de nō petendo, & probauit: poſſum opponere pactum factum de petendo: & hæc opinio vera. Tertij dicunt nouum capitulū, quando nouam intentionē vel exceptionem propono, etiam ſuper eadem re petenda, vel excipienda, vt ſi in prima cauſa egi quaſi per vim mihi aliquid ablatum, nūc dico quòd per furtum, non poſſum: vt argu. ff.de iureiur. l.duobus.§. exceptio. Vel ſi primo egi de inciſione arborum lege Aquilia: ſecundo qđ vi aut clā. ex eodem facto. Vel opoſui exceptionem ex aliquo facto puta pacti: nunc opono doli de eodem facto. hoc non placet, cum ex primo pendeat: ſed ſecunda placet. Dic ergo quòd ſi in cauſa principali exceptionem non oppoſui, vel oppoſitam non probaui: poſtmodum in cauſa appellationis non oppoſitam opponam, & oppoſitam probabo. Cæterum ſi de alia re vellem diſputare quàm prima quæ eſt in iudicium deducta, non audiar. Vel dic vt diximus de coniunctis. ff. de mino. l.etiā.§.ex cauſa. ſed Alexander papa ſtatuit ſuper nouo licere, ſed nō ſuper veteri capitulo: vt in.c.fraternitatis. extra de teſti. Sed capitulū forte pro aſſertione intellexit, vt ſtatim dices.

m *Sed & ſi qua.* ſupra quando non oppoſitam exceptionem, vel adſertionem oppoſuit: nunc quando oppoſitā prius in cauſa principali, deinde in cauſa appellationis probat. ſed vtrique dicto opponitur. Nonne omnia debent eſſe in eodem ſtatu: vt.ſ.de appel. l.appellatione? Reſpon. fallit in hoc: vt.ſ.de appel.l.eos.§.ſi quid. Item cum aperti fuerint teſtes in prima, quomodo producentur alij: vt in auth.de teſtibus.§.quoniam vero.colla.vij. quæ eſt contra? Sed hoc corrigitur ſecundū Alber. quia eſt cadē ratio ſuſpicionis. Alij dicunt quòd hic in prima probauerat tantum per inſtrumenta, aliàs ſecus: vt ibi. Tertij [a] dicunt quòd poſt apertura tam in principali cauſa quàm appellationis, poſſunt produci ſuper nouis capitulis, dum tamen oriantur ex veteribus, & illis cōiuncti ſint: & etiam primi teſtes, dūmodo iterum iurent: ſed ſuper veteribus non poteſt amplius etiā in cauſa appellationis probationes per teſtes inducere. Tu dic quòd in prima nō poteſt poſt aperturam,

in definitis diebus eū ſuſcipere differat: nullum [a] præiudicium partibus, aut vni earum ex hoc penitus volumus fieri, ſed poſt hoc examinari appellatiōes huiuſmodi, & legitima ſententia terminari.

*Ad appellationē exercendam poſt tempora ſtatuta.ſ.eo.l.ii.non cōceduntur alia. Et tempus appellationis introducendæ, eſt dimidietas temporis exercēdæ. Saly. Vel ſic: Lex iſta venit ad ſuppletionem præcedētis, & dicit quòd tranſactis temporibus de quibus ibi, deſeritur appellatio: & non eſt licitū à principe impetrare reſtaurationem, niſi in primo caſu legis præcedentis. Pau.de Caſt.*

III. Imp. IVSTINIANVS A. Appioni præfec.præt.

NEmo arbitretur in poſterum licentiam futuram cō ſultationibus [b] vltra ſtatuti [c] tēporis viuendi ſpacia, neque per oblationem precum, neque per ſacrum reſcriptū ſuper reparatione temporum indulgēdum, neque ſub prætextu [d] quodam altero, ſed omnibus incumbendum eſſe vigilanti diligentia, [e] quò prouocationes eorū intra ſtatutū tempus introducantur: ⁋ Ita vt etiam geſta in iudicio contra quod prouocatum eſt, non prope finem temporis tradantur ſcrinio ſacrarum epiſtolarum, ne præpediatur per aſtutias fatalis rei terminus: ſed aut ſtatim [f] poſtquam appellatum ſit, aut non minus quàm ante dimidiam [g] partē temporis præbeantur ſcrinio, ne (quod per anguſtias cōtingit temporum) tardus appellationis fautor ſuo diſpendio refutetur.

*In cauſa appellationis licet vtriq; parti non propoſitum proponere, & non probatū probare, ſi actionem antiquam reſpiciat: aliàs ſecus. Bart. Vel ſic: Ex parte actoris vel rei nō propoſita vel non probata in cauſa principali, ex primis depēdētia nō ſeparata poſſunt in cauſa appellationis proponi & probari. Saly. Iſta lex eſt famoſa & cotidiana, & h.d. In cauſa appellationis poteſt vtraque pars non allegatum in cauſa principali allegare, & non probatum probare. h.d. & Cy. dicit quòd iſta lex ſtat hic ſicut lilium inter ſpinas: quia huius tituli leges nihil valent hodie, excepta iſta, & exceptis authen.*

IIII. Idem A. Tatiano magiſtro officiorum.

PEr hanc † diuinam ſanctionem decernimus, vt licentia quidem pateat in exercēdis conſultationibus, [h] tam appellatori, quàm aduerſæ parti, nouis etiā adſertionibus [i] vtendi, vel exceptionibus, [k] quæ nō ad nouum capitulum [l] pertinent, ſed ex illis oriuntur, & illis coniunctę ſunt quę apud anteriorē iudicem noſcuntur propoſitæ. ⁋ Sed & ſi qua [m] dicta quidē allegatio mōſtrabitur, vel inſtrumentum aliquod prolatū, probationes tamē illo quidem defuerint tempore, verū apud ſacros cognitores ſine procraſtinatione præberi poterunt: id quoq; eos admittere, quò exercitatis iā negociis pleniore ſubueniatur veritatis lumine.

*Ad euidentiam dic quòd in.l.ii.ſ.e. pro varietate iudicū varia tempora ſtatuuntur*

† Matt. Siluat. Fratres de teſt.

[a] Ex nes an d oppo cauſ latus

aperturam,nisi in nouo capitulo: vt extra de testibus.c.fraternitatis. & de fide instrumen.c. cum Ioan. nisi in casu: vt in matrimonio,vbi etiam producuntur post aperturam testium: vt extra de testibus.c.ex tenore.Sed in causa appellationis potest tam vetera probare quàm noua coniuncta: vt hic di cit.Nec obstat dictum authen. quia causa appellatiõis est alia quàm prima: vt diximus.ſ.de procurato. Lita demũ. & facit.ff.de app.l.scio. §. quid ergo. *ADDIT.* Tu dicas quòd de iure canonico sicut in prima causa non possunt publicatis attestationibus iidem vel alij testes super eisdem capitulis vel directo contrariis produci: ita nec in causa appellationis: vt.d.c.fraternitatis.extra de testibus. cum nõ minus in appellationibus quàm in causa principali subornatio sit timenda: vt in Cle. ij. de testibus. at super nouis articulis respicientibus actionem primã,produci possunt iidem vel alij testes in causa appellationis:vt dicto.c.fraternitatis.& hic.

*Testes an differant probare in causa appellationis.*

*Vbi dicitur ad intentionem Imp. Viuell. Cantius.*

*Præclus. vtendi est venientis personis, quæ ad Armenias & Armenios pertinent: quæ autẽ in Armenis nominatur.ho & Bald. Cæsus. Cuius. Ratio est Bart.*

*Cum anterioribus.* Dividitur in tres partes. In prima loquitur de tempore appellationis inchoandæ, vsq; ad §.in his autem.& ibi loquitur de tempore appellationis introducendæ,vsque ad.§. si tamẽ. ibi de tempore appellationis exercendæ, vsq; in finem. & cum ista vltima parte iunguntur omnes authen. Iac.Bu. & Bald.*CASVS.* Lex secũda statuit tempora fatalia indistinctè: hæc distinguit:quia primus dies fatalis est sex mensium, si fiat appellatio de Orientalibus partibus:si non ex Orientalibus partibus, primus fatalis dies est.iij.mensiũ. alij tres fatales dies dãtur sicut in superiori lege:& potest peti reparatio. vnde videt corrigi lex illa, nemo. & si aliquis impeditus necessitate,non potuit venire ante fatalẽ diem,sufficit si veniat pòst per ser dies.Item.ſ.in.l.oferendis . statutum fuit biennũ intra quod fieri debeat relatio ad iudicem appel. hac.l.datur annus.& si appellator noluerit prosequi causam,poterat lis quæ mouebatur,in consisto rio principis perpetuo exerceri.Itẽ si vna pars est absens, non poterit

*ad appellationem inchoãdam.sed hodie per hanc legem statuuntur varia tempora pro varietate locorum ex quibus appellatur ad principis auditoriũ. h.d.vsque ad.§. in his. Vel sic: Tempus appellationis intimandæ quod per.l.ii.ſ.eod. erat varium ex diuersitate iudicum, hic variatur ex diuersitate locorum: & pro quinque fatalibus diebus qui per dictam.l.ii. introducebantur: per istam vnus fatalis terminus decem dierum statuitur,propter labilem hominis memoriã. hoc dicit secundum Salycetum.*

v. Idem A. Tribonianoꝛ quæstori sacri palatij.

CVm anterioribus legibus ex omni prouincia ad hũc nostrum sacratissimũ comitatum similis cursus ad appellationes exercẽdas impertit' est, [a] necessarium nobis visum est huiusmodi spaciis iustũ imponere libramentum.Sancimus itaque, si quidẽ ab Aegyptiaco, vel Libyco limite,vel Oriẽtali tractu vsque ad vtrasque Cilicias numerando,vel [Armeniis gentibus,]† & omni Illyrico causa fuerit more appellationũ transmissa: primum semestre spaciũ in antiqua definitione permanere,& nihil penitus neque deminui, neque accrescere. ℣ Sin autẽ ex aliis nostri imperij partibus,siue Asianæ,siue Ponticę, siue Thraciæ dicœceseos lis ꝓuocatione suspensa in hanc regiam vrbem perueniat: pro semestri spacio* trium tantúmodo mensium spacium eis indulgeri, [b] aliis trium mensium spaciis, id est nonaginta & tribus diebus, simili modo sequentibus: siue semestre impertiatur tempus,siue tres priores mẽses, secũdum locorum definitionẽ, quam designauimus: Sed & aliis tribus mẽsibus qui ex reparatione† ab aula cõcedi solent, in suo robore [c] duraturis,& prioribus accedentibus: vt partim annale numeretur, partim nouem mensium spacium consequatur. ℣ Et cum antea [d] in fine cuiuscumque temporis vnus fatalis dies ex antiquis legibus cõstitutus esset,& sæpe eueniebat* (cùm multæ sint occasiones mortales appellationum [f]) vel ęgritudine,vel spacij prolixitate,vel per alias causas (quas nec dici, nec enumerari facile sit:†) eundem diem fatalem nõ obseruari, & lites expirare, & huiusmodi luctuosis infelicitatibus patrimonia hominũ titubare: propter hoc fortunæ relevantes insidias,sancimus non in vnum diem fatalem standũ esse in posterum, sed siue ante quartum diem [g] fatalis luminis,& ipsum fatalem, siue post quinque dies [h] ex quo ortus fatalis effluxerit,appellator venerit, & litẽ instituendam curauerit, & eam in competens iudicium deduxerit:legi videri satisfactum: nec ingemiscat mortuę causæ dispẽdio,sed nostro gaudeat beneficio: cùm nobis cognitũ sit, etiã ex errore calculi dierum quem officium [i] habuit,sæpe esse causas periclitatas: quod in posterum non fieri ex remedio legis præsentis sperandum est.Eodẽ beneficio & in omnibus fatalibus aliis qui vel à pedaneis iudicibus,vel ab aliis dãtur,quos leges suis sanctionibus enumerauerunt, custodiendo,vel obseruando: vt decem fatales [k] dies pro vno vbique instituantur.

*Vbi olim biennium dabatur ad introducendum appellationem in consistorio principis,per hanc. l.datur annus tam appellatori quàm appellato, si voluerint causam introducere. Salycetus.*

In his autem casibus, in quibus biennium constitutũ est,[l] quatenus more cõsultationum in regia vrbe sub communi audientia florentissimorum sacri nostri palatij procerum ventilentur:biennij metas,vnius anni termino coartamus: vt intra eum & gesta colligere,& ea viris deuotis epistolaribus tradere,& refutatorios libellos [m] (si voluerint) offerre, & litem in sacrum nostrum consistorium introducere cogantur.Nulli licentia deneganda victrici parti,si voluerit, secundum quod iam constitutũ est, [n] etiam prẽmaturè causam inducere: neq; annali spacio expectato.*

*Si in consistorio principis causa appellationis est inchoata, tempora quibus ius nõ redditur,ipso iure non currunt. Salyc.*

Si tamen in sacro nostro cõsistorio lis exordium ceperit: etiam si non fuerit in eodem die completa , tamen perpetuari eam concedimus: cùm iniquum sit propter occupationes florentissimi ordinis quas

A

B

C

D

a *Impertius est.* ſ.sex mẽsium prius:& postea separatim aliorum sex:vt.ſ.eo.l.ij.in prin.

b *Spaciũ eis indulgeri.* mẽ.l. de ba aliàs triũ mẽsiũ spaciũ.

c *In suo robore.* sic ergo reparatio habet locum per hanc legem.& sic corrigit quod est.ſ. eod.l.nemo. & hoc per authen.ei qui.

d *Et cum antea.* no. hic quòd cum quinque essent olim fatalia cum putata reparatione, in fine cuiuslibet accipiebatur vnus dies qui appellabatur fatalis:& sic erant quinque dies fatales, in quibus debebat exerceri causa appellationis. Accursius.

e *Eueniebat.* scilicet eũdem diem &c. quod est.j.& quod hic subiicit,est interpositio.

f *Appellationum.* impediendarum.

g *Ante quartum diem.* id est ĩtra quatuor dies ante fatalem:& in ipso fatali, vel post fatalem intra quinque dies veniens appellator audiẽ.

h *Post quinque dies.* i. post fatalem per quinque &c.vt in euãgelio, & mãsit ibi duos dies.

i *Officium.* id est officiales.

k *Vt decem fatales.* id est quinque præcedentes, & alij quinque sequẽtes fatalem:vt.ſ.dixit. Sed contra.huic.§. ſ.eo.l.nemo. vbi dicit, vt gesta aut statim post appellationem,aut ante dimidiã partem temporis præbeantur. Solu.hic corrigit.sed hodie serua authen.ei qui appellat.in fine.ſ.eod.

l *Constitutum est.* vt.ſ. titu.j.l.in offerendis. & sic hodie. & hic corrigitur, vt ibi dixi . Alij hic dicunt de tempore appellationis exercendæ, & sic datur annus: vt hic, nisi sit iusta causa quare datur alius annus : vt.j.§. illud. &.ſ. eo.authen.ei qui. Item secundum primum intellectum est contra.ſ. eod.l.nemo.sed hoc ex specialibus causis. Accursius.

m *Libellos.* id est preces.vel forte id est apostolos, vel refutatorias preces de quibus dicit ſ.de rela.l.j.Sed contra authen.ei qui. Solu. vt ibi soluitur.

n *Constitutum est.* vt.ſ. eo.l.nemo.

*quia isti casus fiunt ad voluntatem dãnonũ: vi de gl. i Cle. mẽ.l. de ba ptis. & eius effectu.*

*Fatalia erant olim quinque.*

** annalis ratio expectatur.*

circa nostræ pietatis ministeria habere noscitur, causas hominum deperire.[a]

*In appellatione exercenda alibi quàm in consistorio principis, datur annus: quo elapso firma manet prima sententia: nisi iusta causa fuerit appellator impedit[o]: quo casu datur secundus annus: in quo omnẽ suam diligentiam debet facere appellator præstando iudici, vt prosequatur. Et in causa appellationis est speciale, vt possit absque litis contestatione ferri sententia. Item statuta in causa appellationis, habent locum in causa supplicatiõis interposita à præfecto prætorio. Hoc dicit vsque ad.§. sin autem. Salycetus. Vel sic: Hic dicitur quòd exordium imponitur causæ appellationis vna tantum parte præsente, dummodo interueniat citatio. hoc dicit secundum Baldum.*

Illud etiã † merito addendũ huic legi censemus, vt si quis[b] fatali die apud appellationis iudicẽ introductus, siue ex parte vna, siue cognitionaliter causæ appellationis imponat exordium,[c] deinde relicta ea discedat, & in desidia reliquum tempus permaneat, & annale[d] tempus post inchoatã[e] litem præterierit: victore neque sententiam ad effectum perducere valente, propter litem iam inchoatam, neque iam terminum accipere inueniente,[f] cum appellatoris absentia eam finiri non facilè concedat: huiusmodi iniquitatem amputantes, cùm aduersarius potest etiam minimè præsente appellatore litem exercere, quia hoc speciale priuilegium[g] eius est qui appellationi examinandæ præsidet, posse & ex vna parte[h] † causam dirimere: iubemus eundem appellatorem, nisi obseruauerit iudicium, & causam vsque ad finem peregerit, sed & si per eum steterit quo minus omnia litis certamina impleantur: appellatione defraudari, & sententiam contra eum latam in suo robore durare, & ad effectum perduci, tanquã si ab initio minimè fuerit prouocatum:[i] nisi ipse appellator euidentissimis probationibus possit ostendere se quidẽ summa ope nisum voluisse litem exercere, per iudicem[k] autem stetisse, vel aliam inexorabilem[l] causam subsecutam, propter quam hoc facere minimè valuit. Tunc etenim aliud ei annale[m] tempus indulgemus: quo effluente, & lite minimè finem accipiente, cadere eum de appellatorio iuuamine disponimus: cùm ei sit apertissima facultas & nostram adire maiestatem, & tarditatem iudicis † in querelam deducere, & nostro beneficio perpotiri.

*Statuta in causa appellationis, habent locum in causa supplicationis interpositæ à præfecto prætorio. Salycetus.*

Cui consentaneum est, vt & in sententiis omnium amplissimorum præfectorum prætorio ex diuino oraculo retractandis,[n] eadem obseruatio quę suprà dicta est, post ingressum vnius vel vtriusque partis, tam propter absentiam personarũ quàm propter statuta tempora teneat.

*Iuri appellandi potest per pactum renunciari, ac etiam conueniri ne vllum fatale seruetur. hoc dicit notabiliter secundum Salycetum.*

Sin autem partes inter se scriptura[o] interueniente pacisc endum esse crediderint nemini[p] parti licere ad prouocationis auxilium peruenire, vel vllum fatale obseruare: eorum pactionem firmam esse censemus. Legum etenim austeritatem in hoc casu volumus pactis litigantium mitigari.[q]

## TITVLVS LXIIII.

## QVANDO PROVOCARE non est necesse.

*Contra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, pronunciari non potest: ideo à pronunciato appellari opus non est. Salyc. Vel sic: Sententia definitiua lata contra aliam sententiam validam, & quæ transiuit in rem iudicatam, est ipso iure nulla: nec est necesse ab ea appellare, & exceptio nullitatis impedit executionem sententiæ, si offeratur parata probatio nullitatis. Pau. de Castro.*

1. Imp. ALEXANDER. A. Apollinari, & aliis.

IAtam sententiam dicitis, quam ideo vires non habere contenditis, quòd cõtra res prius iudicatas, à quibus prouocatũ nõ est, lata sit.[r] Cuius rei probationẽ si prom-

---

a *Deperire.* vt.ſ. eod. authen. ſed & lis.

b *Si quis.* ſcilicet appellator.

c *Exordium.* dicunt quidam, appellator. vel dic, iudex. Et not. hic imponi exordium vna tantum parte præſente, & rem inchoari, vt hic ſubiicit. quod fit per citationem alterius partis: quod facit ad hoc quod dicimus. ff. de iuriſdic. om. iu. l. & quia. Sed hoc ſpeciale in cauſa appellationis, vt hic ſubiicit: & ſic in aliis non eſt ita, ſed demum lite conteſtata datur initium cauſæ: vt in authen. de litig. §. ſi vero initium. coll. viij.

d *Annale.* quod eſt computatis quatuor fatalibus tempore reparationis: vt. ſ. eod. l. ij. in princ.

e *Inchoatam.* ſic nota quòd tempus appellationis exercendæ, nõ ex die ſententiæ latæ, vel appellationis factę, ſed inchoatæ currat: & ſic multo tempore poſſet durare. & ſic eſt cõtra. arg. ſ. eod. l. ij. Vel dic quòd incipit currere à tempore appellationis factæ: & quod hic dicit, præteriit, id eſt præteriiſſe noſcatur an cucurrerit à tempore appellationis. ſic. ſ. de hæredi. inſtitu. l. fin. Vel dic quòd appellator debet proſequi cauſam à tempore appellationis vſque ad annum: & ſi non fecerit, rata manet ſentẽtia prima, niſi ex iuſta cauſa detur alius annus. Sed ſi intra annum vel biennium ſibi datum ad iudicem appellationis eat appellator, & litem inchoauerit, & poſtea deſeruerit, tunc ab eo tempore incipit currere quo litem inchoauit, & finitur anno: niſi ex cauſa detur alius annus, & ſecũdum hoc etiam vſque ad quadriennium poterit durare. *ADDITIO.* Tu dicas quòd hodie tempus proſequendæ appellationis currit à tempore appellationis interpoſitæ: vt in authen. ei qui. & ibi hoc notat Barto. ſ. eod. & in Clemen. ſicut. vbi de hoc plene per glo. magnam de appellationibus.

*Appellationis exercendæ tẽpus, à quo tẽpore currit.* † *huic.* §. *derogat Nouel.* 126. *ex qua tamen nullũ fragmentum hic à cõpilatoribus additũ eſt. Contius.*

† *Cõcor. glo. ſ. c. veniẽs. in verbo, ſufficiẽs. de reñ. & 2. q. 6. appellatores. & c. per tuas. de appel.*

f *Inueniente.* ſcilicet litem inchoatam.

g *Priuilegium.* non eſt ergo ita in aliis, vt diximus ſupra de his qui ad eccleſiam confu. l. fina.

h *Ex vna parte.* & ſic lite non conteſtata.

i *Prouocatum.* vt. ff. de his qui not. infa. l. furti. ij. reſponſo. & ſupra titu. j. l. ſi contra maiores. & l. quoniam nonnulli. & in authent. de appella. colla. viij. in princip. & de his qui ingre. ad appella. §. ſi vero neuter. colla. v. & ſ. eod. l. ij. in fin. ſed ſecus in excuſatione tutorum: quia etſi illam non proſequor, tamen non ex quo datus, ſed ex quo fui iuſſus gerere, teneor: vt. ff. de excu. tut. l. ſi is qui.

k *Per iudicem.* vt ſupra eod. authent. ſi appellatione.

l *Inexorabilem.* id eſt inexcuſabilem. hoc eſt, in qua non poterat excuſari.

m *Annale.* vt. ſ. eod. authen. ei qui. Accur.

n *Retractandis.* non aliter: vt. ſ. de ſen. præfec. præto. l. j.

o *Scriptura.* vel ſine ſcriptura: vt. ſ. de pactis. l. pactũ qđ bona.

p *Nemini.* idem & ſi vnus tantum hic conuenit: vt. ff. à qui. appel. non licet. l. j. §. ſi quis.

q *Mitigari.* not. ſic & ff. de fer. l. j. & ſ. de pac. l. ſi quis in conſcribendo. & ſ. de donat. ante nupt. l. ſi conſtante. in princip. ſed argu. contra. ff. quorum legato. l. j. §. quod ait prætor volũtate. & ff. iudi. ſolui. l. cum apud. & ff. de poſtu. l. quos prohibet.

*QVANDO PROuocare non eſt neceſſe.*

*Superiori titulo quando appellatione reſcinditur ſententia, dixit: nunc quãdo ipſo iure eſt nulla.*

*Atam.*] *CASVS.* LEgi rei vindic. & ſuccubui: an teneat ſententia ſi oſtendatur alia in contrarium prius lata, à qua non fuit appellatum, quæritur? Dicitur quòd non: nec ab ea neceſſe eſt appellare.

r *Lata ſit.* vt quia hic iudicauit rem meam eſſe, prior non eſſe. ſed quid ſi concordauit ſecunda ſententia cum prima? Videtur valere ſecunda, cum nõ ſit prohibitum. Arg. ff. ex qui. cau. maio. l. necnon. §. quod eis. Nam leges dicentes non poſſe reuocari primam per aliam niſi per appellationem, loquuntur quando ſecunda eſt contra primam: vt. ſ. de ſen. l. poſt ſententiam. & ſ. ſenten. reſcin. non poſ. l. j. & ff. de re iudi. l. præſes. & ſ. de execu. rei iud. l. ſi vt proponis. ſed in caſu fallit quo reuocatur prima à qua appellatum non eſt, per ſecundam: quia dubitabat an primo fuiſſet iudicatum, & in ſecunda iudicatur nõ eſſe iudicatum: vt. ff. quæ ſen. ſine appel. l. j. in princ. ſed quæ eſt ratio quòd non valet? Reſpon. dicunt quidam quòd prima tranſierat in rem iudicatam, &

*Semẽtia ſecũda ſi cordat prima ſtatum valet.*

BIU Cujas

dicatam,& faciebat iam ius:vt.ff.de condic.inde. l.eleganter.§.si post rem.& sic secunda non valet,quasi contra ius cõstitutionis lata:vt.ff.quæ sen. sine appel.l.j.§.j. quod non placet: quia in secunda non est expressus error,vt ibi dicitur,&.j.l.proxi. Dic ergo vt sit litium finis.argu.ff.pro suo.l.fin.

*Sententia secunda lata contra primam quare non valet.*

a *Non obtinebit.* sic etiam transactio non valet: vt.ſ. de transac. l.si causa. sed aliud si iudicatur post iuramẽtum: vt.ff. de iureiur. l. nam & postea. §. si damnetur. Sed quid si appellatũ est à sententia quę ipso iure nõ valet? Respon.iudex pronunciabit appellationem iniustam, & inferet causam quia nihil valuit sententia: & ita denuo retractabitur,cũ nec per appellationem confirmetur:vt.ff.de app.l. si expressim. nisi in casu: vt ff.ré ra.ha.l.iij.§.fin.sed si causam non adiiciat, sed simpliciter pronunciet appellationem nõ tenere,cõfirmari videtur sententia: maxime si appellator dicat in appellatione, dico sententiam ipso iure nullam: vel si qua est, appello. causa enim appellationis principalis est quæstio:sed incidẽter quæritur, an ipso iure sententia sit nulla. Item pone quòd egi ad.x.contra Titiũ, & succubui, & postea procurator meus agit cõtra ipsum procuratorem Titij ad eadem.x.quæ sententia valet,prima,vel secunda? Respõ.prima valet.

*Hyllitio videtur esse contrarium. Sententia iure nulla non potest confirmari. Speculator. Constabilis. Inter. ad finem.*

*Ad Capion. vel. ad Canonic. Con.*

*Si cum.* ] CASVS. Inter auiam & fratrem defuncti de testamẽto quo erat auia instituta, erat quæstio: quia dicebat esse institutam in testamẽto minoris.xiiij.an. & dicebat hoc fieri posse.vnde pronunciauit minorem.xiiij.an. posse facere testamentum,an valeat sententia, quæritur? Dicitur quòd nõ: quia erat lata contra. l. nec ab ea erat necesse appellare.si vero de ętate esset quæstio, & iudex pronunciauerit maiorem.xiiij.an.esse, & ita posse testari,nec à sententia fuit appellatum, vel fuit,sed appellator destitit:valet sententia.

b *Si cum inter te.* fratrem defuncti.

c *Et auiam.* institutam.

d *Defuncti.* minoris.

e *Iuris.* quo dicitur minorem. xiiij.an. non posse testari : vt.ff. de testa.l.qua ætate.&.ſ.qui testamen.fac.pos.l.si frater. Accur.

f *Palam est.* non valet ergo sententia lata cõtra ius constitutionis.addunt quidam hoc esse verum, si putabat se facere contra legem,vel constitutionem. secus si putabat causam legibus iuuari: vt.ff.de re iudi. l.cum prolatis. & .l.præses. Sed dic ꝙ si expresse contra formam iuris iudicat,vt si pronunciet minorem.xiiij. an.

*Sententia cõtra leges.*

ptam habetis, etiam citra prouocationis adminiculum,quod ita pronunciatum est,sententię auctoritatẽ nõ obtinebit. a PP. VIII.Kal.April. Alex.A. Cos.

*Sententia lata contra ius constitutionis, est ipso iure nulla : secus si contra ius litigatoris.hoc dicit secundum Bart.Vel sic:Sententia contra legis tenorem lata, errore expresso in ea,non valet ipso iure. Lata verò per errorem facti, seu contra ius partis,valet: sed appellari potest.h.d. secundũ Salyc. Vel sic : Sententia quæ continet expressum iuris errorem, est ipso iure nulla: & sic non est necessaria appellatio:secus si non exprimitur error,licet sit lata cõtra ius: quia tũc valet , sed est iniqua : ideo nisi prouocetur, transit in rem iudicatam.Pau.de Cast.*

II. Idem A. Capitaneis.†

SS cum inter te b & auiam c defuncti d quæstio de successione esset,iudex dat' à præside prouinciæ pronũciauit potuisse defunctum etiam minorẽ quatuordecim annis testamentum facere,ac per hoc auiã potiorem esse:sententiam eius cõtra tam manifesti iuris e formã datam , nullas habere vires palam est: f & ideo in hac specie nec prouocationis auxiliũ necessarium fuit. Quòd si cum de ætate quæreretur, impleſſe defunctum quartumdecimum annum,& per hoc iure factũ testamentum pronũciauit, nec prouocasti, aut post appellationis impletam causam destitisti:rem iudicatam retractare nõ debes.

*Causa præiudicialis impedit electionem ad munera.Barto.Vel sic:Suspenso genere, suspenditur quælibet eius species,& indiuiduum.Vel sic:Suspenso principali,suspenditur secundarium.hoc dicit secundum Bald. Vel sic: Appellans à munere decurionatus, licet interim duumuir electus non appellat, sibi non præiudicat.hoc dicit secundũ Saly. Vel sic: Causa præiudicialis quæcunque pendet,impedit exerceri alias particulares: ideo si exercentur,non valent:nec est necessaria appellatio.Pau.de Cast.*

III. Imp. GORDIANVS A. Ingenuo.

SI (vt proponis g ) suspensa apud amplissimos iudices cognitione prouocationis, quã te ob id interposuisse dicis, ꝙ decurio nominat' esses,ad dũuiratum vocatus es: manifestũ est præiudicium h futuræ notioni memoratorum iudicũ fieri non potuisse.

*Non valet sententia plurium delegatorum,nisi omnes sententient. Barto. Vel sic: Cum plures sunt delegati in vna causa, sententia lata ab vno , vel ab aliquibus ex eis non interuenientibus aliis,est ipso iure nulla: ideo necessaria non est appellatio. Pau. de Castro.*

IIII. Impp. VALERIAN. & GALLIENVS AA. & VALERIANVS † C. Iuliano.

CVm magistratus datos iudices, & vnum ex his pronunciasse proponas:nõ videtur appellãdi necessitas fuisse, cùm sententia iure non teneat. i

*Impositio multæ vltra quàm iudex possit ex sua iurisdictione , est ipso iure nulla. Barto. Vel sic: Vbi iudex excedit terminos & fines iurisdictionis, sententia est ipso iure nulla:& ideo non est opus appellare.Iaco.Butri. Vel sic: Excessus in tanto, vitiat in toto . Vel sic : Iudex qui iurisdictionem superioris assumit, reddit actum suum totaliter nullum . hoc dicit secundum Baldum. Et est nota.l. Vel sic: Citra appellationem annullatur impositio multæ vltra iurisdictionem.hoc dicit secundum Salyc. Vel sic: Vbi iudex excedit metã suæ iurisdictionis, non valet sententia ipso iure.Pau.de Cast.*

V. Imppp. CARVS CARINVS & NVMERIANVS AAA. Domitiano.

CErta ratione & fine multare pũsides possunt. k Quòd si aliter & contra legis statutum modum prouinciæ prẽses multam vobis irrogauerit: dubium non est, id quod contra ius gestum videtur, firmitatem non tenere, l & sine appellatione posse rescindi.

*Non valet sentẽtia lata per iudicem delegatum extra tempus cõmissionis.& quod dicit cum non eo die:idem dicas,si non eadem hora:quia tempus cum omni actu concurrit : & in naturam illius actus conuertitur,vt patet in præscriptionibus: & ad nõ*

*ta,an & quando valeat.*

† *nobilis, add.in vet. Contius.*

*Dũuiir ex decurionibꝰ eligitur.*

*Sentẽtia diuersa si ferãtur à pluribus,quid iuris.*

pro libertate fertur:in aliis autẽ illa quæ pro reo:vt.ff.de re iudi. l.inter pares.&.ff.de inoffi.testamen.l.si pars. ADDITIO. Videas omnino.c.fin.extra de re iudi. a

a *Quòd vbicũque lex dat certum modũ ꝓcedẽdi,illi' omissio reddit actum nullũ.*

CErta. ] CASVS. Magistratus habent iurisdictionem indicendi multam,quidam maiorem,quidam minorem. si ergo præses indicendo multam modum statutum excedit, nec valet sentẽtia,nec ab ea necesse est appellare.

k *Possunt.* vt.ſ.de modo multa.l.fin.

l *Non tenere.* ipso iure,sed secus in pœna:vt si in quadruplũ cõdemnauerit ex furto non manifesto, valet sententia: vt.ff. de his qui not.infa.l.quid ergo.§.pœna.sed in multa si modum non excessit,

*Pœna & multa differunt.*





BIU Cujas

ceſsit, valet ſententia, ſed appellatur: vt.ſ. de appel.l. & in multis. Sunt & aliæ differentiæ inter pœnam & multam: vt.ff. de verb. ſign.l.aliud eſt fraus.§.inter. &.l.ſi qua pœna.

*Cum non.*] CASVS. Delegata eſt alicui cauſa, vt pronunciet intra certũ diẽ: ſi vlteriori die pronũciat, non tenet ſententia.

a *Sed ductis.* id eſt prolongatis.

b *Alieniore.* id eſt longiore.

c *Cognoſcet.* vt.ſ. quomodo & quando iu.l.ſi vt proponis.j. & hoc niſi forte partium conſenſu prorogata eſſet dies: vt.ff. de iudi.l.ij.§. ſed & iudex.

*Venales.*] CASVS. Litigabã cum Titio: Titius dedit pecuniam iudici, vt me inique condemnaret. Dicitur q̃ non valet ſententia, nec opus eſt appellare. Viuianus.

d *Venales.* quia precio obtentæ ſunt, ſecus ſi per gratiam: vt.ff. ad Trebel. l. ſeruo inuito. §. cum prætor. nã ibi tenet, ſed datur reſtitutio: vt .ff. de re iudi. l. diuus. niſi in caſu vbi non valet, ambitione vel gratia lata: vt.ſ. ſi ex fal. allega. l. fi. nam inimicitiarum etiam cauſa retractatur ſententia: vt.ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. cum quidam.

*Sententia lata per gratiam valet.*

e *Infirmas.* ſecus in ſententia arbitraria, quando poteſt agi ad pœnã: ſed tamen obſtat doli exceptio: vt.ff. de arbi. l. ita demum. &. ſ. de arbi. l. iij. Ipſo ergo iure non valet ſententia iudicis: vt hic. Iudex etiã accuſari poteſt lege Iulia repetundarum: vt.j. ad leg. Iuliam repe. l. iubemus. & litem facit ſuam: vt.ff. de iudi. l. ſi filiusfamilias. & qui corrupit, cauſam amittat: vt.ſ. de pœn. iudi. l. j. & ij. Accurſius.

† *al. Nicanori.*

*Si pater.*] CASVS. Aliquis filiusfam. & minor. xv. an. creatus eſt decurio. vtrũ opus fuerit appellatione in hac creatione, ſi nolebat eſſe decurio? Reſpon. quòd non. lex ſequens plana eſt.

f *Inhabilem.* vt quia non habuit aliàs honorem, & nũc vocatur ad maiorem. Vel quia inuenitur continuare honorem: quod fieri non poteſt: vt.ff. de mun. & ho. l. honor. §. gerendorum. nam & hæc eſt inhabilitas: quia eſt minor: vt.ff. de mu. & ho. l. ad rempublicã. &. j. qui æta. l. ij. lib. x. &. ff. de decu. l. non tantũ. niſi filij ſuppleãt: vt.ff. de mino. l. ij. ij. reſpon. ergo ſubauditur hic, maxime. Vel dic, ſi, id eſt quia. & ſic nil ſubaudias.

g *Quando.* pro quia.

h *Aetati.* ſcilicet in. xv. anno: vt.ſ. dixit.

*tempus, ſequitur non ens. hoc dicit ſecundũ Bald. Vel ſic: Sententia delegati lata vltra tempora ſuæ delegationis, non valet: & appellatione ſubmota vt fruſtratoria, delegãs ex integro cognoſcit. hoc dicit ſecundum Salycetum. Vel ſic: Sententia delegati lata extra tempus, vel vltra tempus appoſitum in ſua delegatione, non valet, tanquam lata à non habente iuriſdictionem, & appellatio non eſt neceſſaria. hoc dicit ſecũdum vnum intellectum. ſecundum alium dicit quòd ſententia lata non in termino peremptorii ad quẽ fuit citatus, non valet. Paul. de Caſt.*

VI. Iidem AA. Germano.

CVm non eo die quo præſes prouinciæ prẽcepit, iudex ab eodem datus pronũciauerit, ſed ductis[a] diebus alieniore[b] tempore ſentẽtiam dediſſe proponatur: ne ambages fruſtra interpoſitæ prouocationis vlterius negocium protrahant: præſes prouinciæ ſuperſtitioſa appellatione ſubmota, ex integro inter vos cognoſcet.[c]

*Sententiæ latæ precio ſunt ipſo iure nullæ: ſecus ſi eſſent latæ gratia. Bart. Vel ſic: Sententia lata à corrupto per pecunium, eſt ipſo iure nulla, nec appellatio eſt neceſſaria. Paul. de Caſt.*

VII. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIANVS AA. Nicagoræ.†

VEnales[d] ſententias quæ in mercedem à corruptis iudicibus proferuntur, etiam citra interpoſitæ prouocationis auxilium iampridem à diuis principibus infirmas[e] eſſe decretum eſt.

*Minor ætate vocatus ad decurionatum, eſt ſine appellatione tutus mero iure, maximè ſi pater non conſentit. Bald. Vel ſic: Defectus ætatis reddit nominationem ad munera publica ipſo iure nullam, & etiam priuilegium immunitatis: ideo appellatio non eſt neceſſaria. hoc dicit cum. l. ſequen. Paul. de Caſt.*

VIII. Iidem AA. Conſtantino.

SI pater tuus cùm decurio creareris, non conſenſit, & decimumquintum annum ætatis agis: aditus præſes prouinciæ ſi inhabilem[f] te ad eundem decurionatus honorem eſſe perſpexerit: quando[g] huiuſmodi ætati[h] etiã prætermiſſa appellatione ſubueniatur, iniquã nominationem remouebit.[i]

i *Remouebit.* nec pater pro eo tenebitur: vt.ſ. ne pater pro filio. l. ſi filius.

k *Veteranis. Honeſtam.* vt quia. xx. annis militauerat: vt.ſ. de excuſa. vete. l. j. Vel ſi intra certum tempus fuit aſſumptus, & illud finitum eſt.

*Veteranus habens immunitatem vacationis, non tenetur ſi contra immunitatẽ vocatur ad munus. h.d. & eſt ſpeciale in militibus. Bald. Vel ſic: Si veteranus habens immunitatem, vocetur ad munera perſonalia, non tenetur appellare: quia vocatio vel electio eſt nulla. hoc dicit ſecundum Salyc.*

IX. Iidem AA. & CC. Rufinæ.

VEteranis qui in legione vel vexillatione militãtes, poſt viceſima ſtipendia honeſtam[k] vel cauſariam[l] miſsionẽ conſecuti ſunt: onerũ & munerum perſonalium[m] vacationẽ conceſsimus. Huiuſmodi autem indulgentiæ noſtræ tenore remunerantes fidã deuotionem militum noſtrorũ, etiam prouocandi[n] neceſsitatẽ remiſimus.

*Appellationibus ſuperuacuis non vtimur: vt non iniuria, ſed honor iudicibus inferatur: ideo vbi victus appellauit ſuper ſorte, non appellat victor ab abſolutoria expenſarum: ſiue victus proſequatur appellationem, ſiue non: quia iudici appellationis eſt data licentia appellantem in ſumptibus non condemnatum condemnandi. Saly. Vel ſic: Iſta lex eſt ſingularis. & h.d. Superuacuis appellationibus non vtimur, propter honorem iudicum, ſecundum Iaco. But. Vel ſic: Vbi victus appellauit ſuper ſorte, nõ appellat victor ſuper expenſis, ſiue victus proſequatur cauſam, ſiue non: quia hoc totum ſupplet iudex officio ſuo. But. Vel ſic: Si victus appellat & proſequitur, victor non poteſt appellare propter condemnationem expenſarum omiſſam. idem ſi non proſequitur. hoc dicit iſta lex no. ſecundum Bart. & Paul. de Caſt.*

X. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

OMnem[o] honorẽ ſaluum iudicibus reſeruantes,† ſi quando vna pars quaſi læſa per definitiuam eorum ſentẽtiam, prouocatione vſa fuerit, interdicimus alteri parti quæ vicit, pro hoc tantummodo quòd nihil capere pro ſumptibus litis, vel detrimẽtis, vel minus quàm oportuerat, iuſſa eſt, prouocationem offerre: cum & ipſa deciſionem litis rectè factam eſſe confiteatur:[p] iudicibus ſcilicet ſiue florẽtiſsimis proceribus ſacri noſtri palatij, ſiue his quib⁹ pro minore[q] litium æſtimatione conſultationes[r] delegantur,

l *Vel cauſariam.* quæ propter valetudinẽ ſoluit à laboribus militiæ: vt.ff. de his qui not. infa. l. ij. §. ignominiæ. ſed qui ignominioſe remittitur, eſt infamis: & ideo priuilegia non habet, vt ibidem dicitur.

m *Perſonalium.* Perſonale munus eſt quod cum animi prouiſione, & corporalis laboris intentione ſiue aliquo detrimẽto perpetratur: vt tutela, & cura, & ſimilia: vt .ff. de mun. & ho. l. munerũ. §. j. A patrimonialibus autẽ nec milites nec veterani excuſantur: vt.ſ. de vectigal. l. iij. &. ff. de priuile. veterano. l. ij. in fi. &. l. pen. §. j.

*Munus perſonale eſt.*

n *Prouocãdi.* ſi fuerũt nominati ad munera, eſt eis. l. remiſſa. quod non eſt in aliis qui vacationem habent: vt.ſ. de appel. l. ciues. &. l. ei qui. excuſare tamen ſe debẽt: vt.ſ. de excu. veterano. l. ij. aliter agnoſcere videntur, & ſubire tenentur: vt.ff. de priuile. veterano. l. fina. in fin. habent & alia priuilegia veterani: vt. j. de pœnis. l. honor. & ff. de priuile. veter. per totum. & de his qui nó imple. ſtipen. l. fi. lib. x.

*Omnẽ.*] CASVS. Petebam fundũ à Titio. condẽnauit eum iudex tãtum in fundo, & nõ in fructibus & litis expenſis. Dicitur q̃ nó datur mihi facultas appellandi nomine fructuum & expenſarum: cum confiteor recte latam ſententiã. & hoc in prima. Ideo dicit q̃ ſi Titius qui cõdemnatus fuit, appellauit: quòd ſi iudex appellationis ꝑſpexit me actorem iuuandum in expenſis & fructibus, quòd me iuuabit. Tertio dicit q̃ ſi victus Titius appellauit, & cauſam appellationis nõ fuerit ꝑſecutus, dicit q̃ ego actor per eãdem appellationem victi Titij poteram conſequi fructus, & litis expenſas in primo iudicio non deductas. & hoc dicit.

† *Simile. c. vt debitus honor. ſi. Superueniens. ſi dicat. princ. ext. de appel.*

*Iudex condẽnationem expreſſam omiſſe non tenetur.*

o *Omnem.* ſic extra de appel. c. vt debitus honor.

p *Confiteatur.* in ſorte, ſed iudex tenetur qui nihil de ſumptibus dixit: vt.ſ. de iudi. l. properandum. §. ſin autem alterutra.

q *Pro minore.* qui & appellãtur pedanei iudices quo ad ſumptus: quia humiliora diſceptant negocia: vt.ſ. de peda. iudi. l. fina. Acc.

r *Conſultationes.* id eſt appellationes.

a *Eius.* & alterius partis quo ad sumptus. Azo. Sed contra. ff. de fructi. & liti. expen. l. terminato. Solu. vt ibi, quia ibi non fuit appellatum.

b *Definientibus.* scilicet ampliorem in sumptibus. supra de appel. l. ampliorem.

c *Sed nec.* duo dicit hæc. l. Primo appellat reus victus, & prosequitur in sorte: certe non appellat actor pro sumptibus, licet iudex supplet sententiam primam. Secundo appellat reus victus: sed nó prosequitur. nã actor prosequitur: vt. ff. titu. j. authen. ei qui. ibi, appellatore &c. sed H. dicit victum non appellasse. & si intelligas in sorte: qualiter de sumptibus actoris habetur ratio. ff. de fructi. & lit. expen. l. terminato. si vero dicas in sumptibus rei, stultum videtur quòd appellet: cum de eis nó sit damnatus reus: nisi dicas quòd sit damnatus in minus.

d *Introducendæ.* id est quòd victus non appellat quo ad sumptus, sed quo ad principale, & sic consultationem nó introducit. Vel si appellat, non prosequitur.

e *Differente.* & fa. ff. de tempo. appel. authen. ei qui. Accursius.

e *Differente.* appellare, vel prosequi super sumptib⁹: sed super sorte appellabat & prosequebat. Vel verius dic, scilicet prosequi appellationem interpositam super sententia sortis. & facit. ff. de temp. appel. authen. ei qui.

f *Iniuriam.* nó talem vt agatur actione iniuriarum: vt. ff. de ap. l. & in maioribus. quæ est contra. vel fit iniuria qñ superuacua: vt hic.

*QVORVM APPellationes non recipiuntur.*

*Cessat appellatio quandoque, ideo quia necessaria non est: vt. ff. titu. j. quandoque ideo quia non mereatur appellator audiri, de quibus hic dicit.*

Eius.] *CASVS.* Petij à te decem. lite contestata per cõtumaciam cœpisti abesse: iudex te condemnauit: nunquid reuersus audieris appellans, quæritur? Dicitur quòd non.

g *Eius qui per contumaciam.* scilicet veram: vt quia inuentus nó venit: vt hic, & ff. de iudi. l. properandum. §. cum autem. & in authen. de iudi. §. appellationibus. col. vj. & ff. de re iudic. l. contumacia. & ff. de appel. l. ex consensu. §. eum qui. Non fictam, quia tunc appellat: vt. ff. de iudi. l. & post. §. fin. Item fuit contumax in non veniendo: secus si in non exhibendo, vel in nó restituendo: quia tunc appellat: vt. ff. de appel. l. creditor. §. iussus. quæ est contra. Quid autem si quis est contumax in non iurando de calumnia? Videtur quòd possit appellare: argu. dictæ. l. creditor.

*Contumax an possit appellare.*

h *Summatim.* sed quomodo potuit iudicari, cum non sit liquidum: vt. ff. de iudic. l. properandum. §. j? Respon. quo ad absentem fuit semiplene cognitum: vt hic. sed quo ad præsentem debuit plene cognosci: vt ibi. vel dic quòd hic erat causa de qua semiplene debuit tractari: vt in actione ad exhibendum, & similibus: vt. ff. ad exhiben. l. iij. §. ibidem. Vel tertio dic quòd hæc dictio, summatim, refertur ad id quod subiicitur. quod non placet. sed debet plene cognosci si sit recipienda appellatio, vel non. Accursius.

i *Non potest.* nisi veniat iudice sedente pro tribunali: vt. ff. de in integ. restit. l. diuus. Item sic. ff. de lega. ij. l. peto. §. libertis.

*Obseruare.*] *CASVS.* An conuictus & confessus de crimine per testes &c. audiatur appellans, quæritur? Dicitur quòd non. Si vero probato crimine cõ dénatus fuerit non confessus: an sit audiendus appellans, quæritur? Dicitur quòd sic. & hoc in secunda.

k *Veneficorum.* id est qui veneno occidunt aliquos.

l *Maleficorum.* id est magicorum & incantatorum.

m *Violentiam.* vt. j. ad l. Iul. de vi pub. l. quoniam. Accursius.

n *Propria.* id est spontanea, & non territus tormentis: vt in hac. l. Et nota duo necessaria vt non appellet, scilicet quòd conuictus & cõfessus: & alterũ non sufficit, nisi in casibus vbi sufficit conuictum propter immanitatem criminis: vt. j. de fal. mone. l. j. & j. de rapto. virgi. l. j. §. finautẽ post. & ff. de ap. l. constitutiones. & ff. de iniust. rup. testa. l. si quis filio exhæredato. §. hi autẽ. Item no. cp in quinque criminibus loquit hęc l. sed idẽ videtur in cęteris, & idẽ in pecuniariis causis. Sed videtur etiam in his delictis cõ uictum & cõfessum appellare, & aliũ pro eo: vt. ff. de ap. l. non tantũ. quæ est contra. & ff. de epis. audien. l. addictos. quæ est contra. & ff. de ap. l. addictos. Solu. hic ante sententiam fuit cõfessus: ibi post, secundum Ioan. vel ibi non fuit conuictus, sed tantum confessus.

*Appellare non potest qui est conuictus & cõfessus.*

† *Not. text. & vide Hippo. ff. l. in crimin. in princ. 2. col. ff. de quæst.*

o *Ita.* scilicet ecõtra.

p *Condemnatus est.* legitime occasione suscepti officij.

q *Aliquid dixerit.* confessio ergo in tormentis, veluti timore tormentorum facta, nó nocet: vt hic, & ff. de quæstio. l. j. §. diuus Seuerus. nisi perseuerauerit, scilicet extra tormenta confessus: vt in eadem. l. §. si quis vltro. Vel non nocet confessio, scilicet sola, nisi probationibus aliquibus adiuuetur: vt hic. prima seruatur.

*Cõfessio facta in tormentis, an noceat.*

r *Denegari.* si vero ob aliquod delictũ pœna imponatur, appellare non licet: vt. ff. de verbo. signifi. l. si qua. & dic vt ibi.

*Nulli.*] *CASVS.* Si iudex officialem sibi deputatum condemnauit, quia male se habuisset circa officium suum: an audiatur appellans, quæritur? Respon. quòd non. secus est si super patrimonio officialis litigat, & condemnatus fuerit: quia appellare potest. Viuianus.

s *Nulli.* scilicet accusato criminaliter, eo forte cp se male habuisset circa officiũ suum. nam si de adulterio, vel simili, tunc stabo. l. superiori proximę. *ADDITIO.* Item limita hanc. l. quando officialis, puta nuncius vel notarius &c. cõdemnatur ab illo iudice cuius erat officialis. Non enim est verisimile cp iudex ferat cõtra eum sententiã, nisi clare reperisset delictũ. ita intelligit hanc. l. gl. in. c. si quis appellat. in. §. nulli quoque. ij. q. vj. vbi hæc. l. cũ duabus præcedentibus & item duabus sequen. sunt canonizatæ.

(si perspexerint adiuuandum esse victorem sumptuum perceptione) etiam sine prouocatione eius[a] hoc statuentibus, & iustam eorundẽ sumptuũ quantitatem definientibus.[b] ℣ Sed nec[c] occasione consultationis introducẽdæ[d] victori prouocare cõcedimus: cũ & priscis legibus liceat ei & sine prouocationis auxilio eandem consultationem differente[e] suo aduersario introducere: & nos ei nihilominus hoc permittimus, iniuriam[f] ex superuacua prouocatione iudicibus fieri prohibentes. Dat. VIII. Id. April.

*TITVLVS LXV.*

## QVORVM APPELLAtiones non recipiuntur.

*Contumax in non veniendo, non auditur appellans. hoc dicit secundum Saly. Vel sic: Verus contumax non appellat. Bart. & Pau. de Cast.*

1. Imp. ANTONIN. A. Sabino.

Eius qui per contumaciam[g] absens, cùm ad agendam causam vocat⁹ esset, condemnatus est: negocio prius summatim[h] perscrutato, appellatio recipi non potest.[i] PP. Non. Iul. Anto. A. IIII. & Balbino Coss.

*Ad hoc vt quis non possit appellare, requiritur quòd sit conuictus, & sponte confessus: & si quod eorum defecerit, appellatio admittetur. Barto. Vel sic: Propter immanitatem criminis conuictus & confessus non appellat. hoc dicit secundum Bald. & Salyc. Vel sic: Conuictus & sponte confessus non appellat: secus si sit conuictus tantum, non autem confessus: vel confessus, non tamen sponte, sed formidine tormẽtorum. hoc dicit ista bona lex. Pau. de Cast.*

II. ℣ Impp. CONSTANTIVS & CONSTANS ad Hieroclem Conf. Syriæ Cœles. †

Obseruare curabis, ne quis homicidarum, veneficorum,[k] maleficorum,[l] adulterorum, itémque eorum qui manifestam violẽtiam[m] commiserunt, argumentis conuictus, testibus superatus, voce etiam propria[n] vitiũ scelúsq; confessus, audiatur appellans. Sicut enim hoc obseruari dispoſuimus: ita[o] æquũ est testibus productis, instrumentísque prolatis, aliísque argumẽtis præstitis, si sententia contra eum lata sit, & ipse qui condemnatus est,[p] aut minimè voce sua confessus sit, aut formidine tormentorũ† territus, contra se aliquid dixerit:[q] prouocãdi licentiam ei nó denegari.[r] Dat. V. Id. Decẽb. Leontio & Sallustio Coss.

*Qui male gessit officium, conuictus & condemnatus non appellat. Bald. Vel sic: Officialis condemnatus à proprio iudice de male gestis in officio, non appellat. Salyc. Vel sic: Officialis alicuius iudicis si condẽnatur ab illo iudice de delicto commisso in officio, non potest appellare: quia præsumitur non iniuste condemnasse: secus si lata sit super alio quod concernit patrimonium. Pau. de Cast.*

III. Impp. VALENTINIA. & VALENS AA. ad Modestum præfec. præt. †

Nulli[s] officialium à sententia proprij iudicis prouocatio tribuatur, nisi in eo tantũ negocio quod ratione ciuili super patrimonio fortè apud proprium iudicem inchoauerit: scilicet vt in eo tantùm negocio à

† *Ex Cod. Theodosia. li. II. tit. 36. l. 7.*

† *Ex Codi. Theodosia. ibid. l. 17.*



BIU Cujas

a *Procuratorem.* procurator ergo appellat & prosequitur vt dominus si vult:vt hic,&.ſ.de appel.l.dominus litis.Item facit.j.de pœ.l.ne diu.& fac.ſ.de epiſco.audi.l.j.

*Bſtinendum.*] CASVS. Tenebaris fiſco in decem ex contractu,vel nomine tributorũ: an conuentus & cõdemnatus poſsis appellare,quęritur? Dicitur quòd nõ.

b *Calculi.* id eſt rationis.

c *Poſtulatur.* vt quia adminiſtrauit quis publica negocia: & ſic eſt ff.de appel. rec.l.fi. Sed cõtra.ſ.de appel.l.quoniam nonnulli. Solu. vt ibi.

d *Priuati.* ſcilicet patrimonij imperatoris: vt.j. eod. l. fin. &.ſ. de epiſco.audien.l.j. ſecus in bonis vacantibus lata ſententia:vt.ſ.de appella.l.data. Alij intelligũt hoc etiam de priuato debito : quod defendi poteſt : vt ſtatim dices.

† *Ex Cod. Theodoſia. ibid.l.19.*

e *Conuicti.* vt quia cõdenatus dicit,vtiq; debeo id in quo ſum condemnatus: ſed appello: & ſic negociũ differam.

*B executione.*] CASVS. Petij à Titio.x.fuit mihi cõdemnatus : executor modũ exceſsit exequẽdo:quia fecit me mitti in poſſeſſionem maioris quantitatis quàm erat deducta in ſententia:an à tali executione poſsit appellari,quæritur? Dicitur quòd ſic: licet aliàs ab ea appellare nõ poſſis : ita vt ſi res de qua eſt controuerſia,ſit mobilis, poſſeſsio tradaſ: vel apud Titium collocetur,tradẽda cui iudex appel. eam adiudicauit.Si vero eſt res immobilis, puta fundus: fructꝰ percepti & percipiendi apud ſequeſtrum deponantur, poſſeſsione fundi remanente penes eum qui appellauit. Si vero appellator inueniatur fruſtratorie appellaſſe , in quinquaginta libris argenti multatur.Viuianus.

† *Ex Codi. Theod.ibid. l.23.*

* *Citatur hæc lex in l.2.ſ. de epiſcop. aud. vid.Symmachum lib.1. epiſto.15. Contius.*

f *Ab executione.* id eſt ab ipſa executione facti . executio enim eſt &c.vt.ſ.de execu.rei iudi.l.executorem. ſed ſi pronunciat exequendam,vel non exequendam,poteſt appellari:vt.ſ.de appel.l. & in maioribus.

g *Et iure.* vt.ff.de ap.l.ab executore.in princ.&.ff.de verb.ſig.l. ſi qua pœna.vbi dicit,de pœna prouocationis &c. id eſt de executione pœnæ,ſecundum vnum intellectum.

h *Et conſtitutionibus.* vt.ſ.de ap.l.quoniam iudices.

i *Fortè.* hoc abundat:vt.ff.de arbi.l.ſi duo. vnde illud: Sub dubio ſæpe reſpondent forte periti.

*Executor multis modis poteſt excedere: et tunc ab eo licet appellare.*

k *Excedat.* vt ſi ſatis erat in poſſeſsionem rei modicæ mitti, præcipit fieri in magnam . Idem ſi pro maiori quantitate quàm in ſententia continetur. Idem dicas ſi excedat modum ante tempus exequendo,ſcilicet ante quadrimeſtre tempus:vt.ſ.de appel. l. ſi quis prouocatione. in fin. vbi de hoc dixi . Item idem eſt ſi executor prætermiſſa cognitione exceptionis(quæ datur alicui in quibuſdam caſibus etiam poſt ſententiam , & poſt quadrimeſtre tempus:vt.ſ.de iur.& fac.igno.l.j.& not.ſ.ſenten.reſcin. nõ poſ.l.peremptorias)velit ſententiam executioni mandare . Item appellatur ab eo qui male interpretatur ſententiam: vt.ff. de ap. l.ab executore. in princ. Item à pronunciatione executionis ſa-

ſententia eius cui paret, iudicis, quiſquis velit officialis appellet:quod per procuratorẽ[a] etiã perſequi iure tribuitur. Dat. IIII.Id. Iun. Cyzici, Valentiniano & Valente.AA.Coss.

*In cauſa fiſcali, vel in cauſa principis condemnatus, non appellat. Bald. & Salyc.& Paul.de Caſt.*

*An detur dilatio vel admittatur cessio, Statur maiori parti creditorum inspecto cumulo debiti, vel numero personarum. quòd si vtriusque est paritas, sententia benignior admittitur. Bartol. Vel sic: Si debitor vult cedere bonis nisi sibi detur dilatio ad soluendum, est in electione creditorum dare dilationem: & tunc non poterit cedere vel pati quòd cedat. & si sunt discordes, præfertur maior pars, quæ consideratur primo respectu cumuli debiti. vel si par sit cumulus respectu numeri personarum: & si ambo sunt paria, benignior sententia eligatur, vt habeat dilationem quinquennalem: & non cedat. qua dilatione pendente non currit contra eos præscriptio: nec vnus de creditoribus præfertur alteri ratione priuilegii vel hypothecæ quam habeat. Pau. de Castro.*

VIII. Idem. A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm solito more à nostra maiestate [c] petitur, vt ad miserabile cessionis bonorum homines veniant auxilium, & electio detur [d] creditoribus, vel quinquennale spacium eis indulgere, vel bonorum accipere cessionem, salua eorũ videlicet existimatione [e], & omni corporali cruciatu semoto: cotidie dubitabatur, si quidam ex creditoribus voluerint quinquennales dare inducias [f], alij autem iam nũc cessionem accipere velint, qui audiendi sint. In talĩ itaque dubitatione nemini putam⁹ esse ambiguum quod sentimus, & quòd humaniorem sententiam pro duriore eligimus, & sancimus, vt vel ex cumulo debiti, vel ex numero creditorũ causa iudicetur. Et si quidẽ vnus creditor aliis omnibus grauior in summa debiti inueniatur, vt omnibus in vnum coadunatis, & debitis eorum computatis, ipse alios antecellat: ipsius sententia obtineat, siue indulgere tempus, siue cessionẽ accipere desiderat. ¶ Si vero plures quidem sint creditores, ex diuersis autem quantitatibus: etiam nunc amplior debiti cumulus minori summæ præferatur, siue par, siue discrepans numerus est creditorum: cum non ex frequentissimo ordine fœneratorũ, sed ex quantitate debiti causa trutinetur. ¶ Pari autem quantitate debiti inuenta, dispari vero creditorum numero: tunc amplior pars creditorũ obtineat: ita vt qđ pluribus placeat, hoc statuatur. ¶ Sin vero vndique æqualitas emergat tam debiti quàm numeri creditorum: tunc eos anteponi, qui ad humaniorem declinant sententiam, non cessionem exigentes, sed inducias: nulla quidem differẽtia inter hypothecarios & alios creditores quantum ad hanc electionem [g] obseruanda. In rebus autẽ officio iudicis partiendis, suam vim singulis creditoribus habentibus [h], quam eis legũ præstabit regula: nullo præiudicio creditorum cuiquã ex quinquennij dilatione circa tẽporalem præscriptionem generando [i].

*TITVLVS LXXII.*

DE BONIS AVCTORITATE IUDICIS POSSIDENDIS, SEU VENUNDANDIS, & DE SEPARATIONIBUS BONORÜ.

*Defuncti hæredes legatariis præferuntur. Bal. Vel sic: Qui debent habere legata à defuncto hærede, præferuntur legatariis ab eodem. Bart. Vel sic: Legatarii defuncti præferuntur legatariis hæredis. Saly. Vel sic: Qui debent habere legata à defuncto hærede, præferuntur illis quibus ipse hæres legauit: quia illa legata cẽsentur tanquam æs alienum quantum ad bona eius à quo relicta sunt, non quantum ad eum qui reliquit. Pau. de Cast.*

I. Imp. ANTONINVS. A. Atticæ.

IN bonis [k] mortui potiorem esse causam legatariorũ, qui eum (vtpote hæredem [l]) cõuenire [m] potuerunt: quàm eorũ quibus ipse hæres legauit, manifestum est: cum prius legatum quasi æs alienũ [n] exigatur [o]: legatum autẽ à mortuo [p] relictum post debiti detractionem inducatur [q]. Debitor accepto quinquennio potest uti beneficio cedendi bonis. Item.

*De bonis auctoritate iudicis possidendis &c.*

*Facta cessione bonorum à debitore, vel etiam debitore vocato & non veniente ad iudicium, postulant creditores se mitti in possessionem bonorum eius, & postmodum vt vendantur &c. ideo de his dicit. Et quia creditores hæreditarii quandoque postulãt separari bona defuncti à bonis hæredis: ideo & de hac subiicit: vt infra. l. ii.*

IN bonis. ] CASVS. Decessit Titius Seio hærede instituto, & legauit mihi decem: decessit Seius Sempronio hærede instituto, & legauit Caio decẽ: quis nostrum potior sit, an ego primus legatarius, an Caius? Respõ. quòd ego, cum prius legatum debeatur quasi æs alienum. Viuianus.

k *In bonis.* possidendis & vendendis.

l *Hæredem.* instituite Titius, & multa legata dedit. non solutis scilicet legatis decessisti: instituisti tibi hæredem, & similiter legata reliquisti. quæritur, qui potiores sunt, primi, vel secundi? & dicitur quòd primi.

m *Conuenire.* ab initio.

n *Æs alienum.* respectu secundi testamenti.

o *Exigatur.* vt &. ff. ad legem Falcid. l. in ratione. j. §. quod vulgo. & supra ad legem Falcidiam. l. irritum.

p *A mortuo.* hærede.

q *Inducatur.* vt &. ff. de separa. l. quoties. & §. qui manu. non pos. l. j. &. §. de lega. l. si vniuersæ. & de iure deliberan. l. fi. § sed si legatarij. etiam si ex testamento militis debeantur legata: vt. ff. ad Trebel. l. j. §. pe. nisi in casu quando non fecerit inuentarium: quia tunc in solidũ omnibus satisfacit: vt in authen. de hære.

BIU Cujas

hære.& Falci.§.si vero absint.colla.j.

*Et iurisdictionis.*] CASVS. Si contraxi cum Titio, & factus sit debitor meus in.x.& decesit Seio hærede instituto, possum conuenire Seium.sed si ex persona sua habeat aliquos creditores:an possim petere vt fiat separatio bonorum hæredis, & bonorũ defuncti,quæritur ? Dicitur quòd sic.si vero animo nouandi stipulatus fui ab hætede quod Titi[9] debuit,nõ possum petere fieri separationẽ. Vi.

*Creditores defuncti habent beneficium separationis contra creditores hæredis, vt facta separatione bonorum,præferantur in bonis defuncti creditoribus hæredis. But.nisi spreta legis prouidentia, fidem hæredis secuti sint. Bal. Vel sic : Creditores defuncti impetrant separationem à bonis, si fidem hæredis non sunt secuti. Pau de Cast.*

II. Imp. GORDIA. A. Aristoni.

EStiurisdictionis tenor prõptissimus,indemnitatísque remediũ edicto [a] prætoris creditoribus hæreditariis [b] demõstratum,vt quoties separationẽ bonorum postulant, causa cognita [c] impetrent. Reportabis igitur conuenientem desiderij tui fructum,si te non hæredum fidem secutum [d],sed ex necessitate [e] ad iudicium eos prouocare demonstraueris.

*Qui cedit bonis, ex ante gesto non potest conueniri,nisi de eo quod postea superlucratus est,deducto ne egeat. Bar. Vel sic: Qui cessit bonis, ex præcedenti contractu non potest conueniri,quia habet exceptionem,nisi venerit ad pinguiorem fortunam, quia tunc potest conueniri in quantum facere potest,deducto ne egeat.hoc dicit in effectu. Pau.de Cast.*

III. Idem. A. Claudianæ.

EX cõtractu qui cessionem rerum antecesit, debitorẽ contra iuris rationem conuenies,cum eum æquitas auxilio exceptionis muniat [f]. At tunc demũ iterato posis desiderare cõuentionem, cũ tantũ postea quęsiuit quod prędidẽ ad ei[9] rei licentiã debeat promouere [g].

*Non est cogẽdus vnus ex pluribus creditoribus debitoris bona suscipere, & cæteris creditoribus respondere. Bal. Bar.& Saly.*

IIII. Impp. DIOCLET.& MAXIMIA. AA.&. CC. Clarianæ.

INciuile est quod postulas, vt vnus ex chirographariis [h] creditoribus debitoris bona compellatur susципere, satis cæteris eius creditoribus facturus.

*Si bona vacantia non deferuntur, creditores in possessionem mittuntur. Bal. Vel sic:Si mortuus non habet hæredem, creditores in possessionem mittuntur. Bar. Vel sic: Si debitor moritur sine hærede, & bona nõ agnoscantur à fisco:creditores in possessionem eorum mittuntur. Saly.*

V. Iidem. AA.&. CC. Acindyno.

SI bona debitoris tui vacare [i] constet,& hęc à fisco nõ agnoscantur: [k] in possessionem eorum mitti te à competenti iudice rectè postulabis. XVII. Kal. Ian.* Conss.

*Creditores hypothecarii chirographariis præferuntur : porro chirographarii simul concurrunt,vt pro rata debiti omnibus satisfiat. Bal. Vel sic:Si debitor cessit bonis, creditores non debent ipsius bona inter se diuidere tanquam domini ipsorum: sed debent ea vendere,& precium inter se distribuere:& creditores hypothecarii præferuntur chirographariis. Pau.de Cast.*

VI. Iidem AA. &. CC. Agathomaro.

PRo debito creditores addici sibi bona [l] sui debitoris non iure postulant [m]. ℣ Vnde si quidem debitoris tui cæteri creditores [n] pignori res acceperunt: potiores eos, quàm te chirographarium creditorem haberi non ambigitur. ℣ Quòd si specialiter vel generaliter nemini probentur obligatæ, ac sine successore communis debitor vel eius hæres decesit : non dominij rerũ vindicatione,sed possessione [o] bonorũ, itemque vẽditione,ęquali portione pro rata debiti quantitate omnibus creditoribus consuli potest.

*Vbi creditor succedit debitori pro parte: pro ea parte debitum confunditur, & non vltra:nisi esset relictum animo compensandi. Bal. Vel sic:Pro rata qua creditor succedit debitori,confunditur actio : pro residuo vero potest conuenire cohæredes, nisi fuerit institutus iure compensandi:& si cohæredes non sunt soluendo,potest petere separationem bonorum. Pau.de Cast.*

VII. Iidem. AA.&. CC. Domno.

SI vxor tua pro triẽte patruo suo hæres extitit, nec ab eo quicquam exigere prohibita [p] est:debitum à cohæredibus pro besse [q] petere non prohibetur: cũ vltra eam portionẽ qua successit,actio non cõfundatur [r]. ℣ Sin autem cohæredes soluẽdo nõ sint, separatione postulata [s], nullum ei damnũ fieri patiatur.

*Missus in possessionem ex primo decreto, non acquirit dominium. Pau.de Cast. Etiã ex causa dotis.*

VIII. Iidem. AA.&. CC. Aelidæ.

IN possessionem rei seruandæ causa vxor defuncti, vel alij creditores missi,dominiũ ex ea

---

*Separatio bonorum quibus concedi potest.*

*Separatio bonorum vt res possit, multa requiruntur.*

a *Edicto.* quod iduxit titulũ de separationib[9]

b *Hæreditariis.* creditoribus ergo defuncti datur postulandi separationem facultas, cum timeant hæredem non soluendo : sed econtra scilicet creditoribus hęredis,nõ datur:vt hic, & arg.ff.de sepa.l.j.in princ.&.§.j. &.ś.de hęred.actio.l. si adulta.nisi í casu:vt eo. l.j.§.sed si qs suspectã.

c *Cognita.* multa vertuntur in causæ cognitione. Primum, quòd ab hærede nõ nouauerint. Item quòd bona mixta non sint.Item q̃ fidem eius secuti non sunt.Item quòd vsuras non acceperunt. Item quòd quinquennium decursum nõ est. Item quòd creditores castrẽsis peculij non sunt: vt ff.de separa. l.j. §. si filius.&.§.illud.&. §. sequen.Item quòd hęres bona non vendiderit: vt.ff.eo.l.ab hærede.

d *Secutum.* fideiussorem,vel pignus ab eo recipiendo, vel stipulando animo nouandi.

e *Ex necessitate.* quia forte dies actionis ꝓximo exitura erat, & ita lis tempore peritura.No.ergo quòd non debet ei nocere ista nouatio, cum sit necessaria.ad quod est. ff. de separa.l.fi.&.ff. de nouati.l.aliam. Et dic ex necessitate,scilicet per ueniendi ad suum : vt ff.de separa.l.fi.

*Ex contractu.*] CASVS. Debitor à creditore vno conuẽtus,existens non soluendo,si cedat bonis: an ab aliis creditorib[9] conueniri possit,quæritur?Dicitur q̃ non, nisi postea aliquid ceperit.Viuianus.

f *Muniat.* ipso autẽ iure tenetur:vt.ś.tit.j.l.j.

g *Promouere.* & tunc in quantum facere potest : vt habes.ś.tit. j.l.cum & filij.&. ff.de cessio.bono.l.iiij.& de cura.bo.dan.l. ij.

*INciuile est.*] CASVS. Si plures fuerint chirographarij debitores, nullus eorum compellatur accipere bona debitoris, & sibi & aliis satisfacere. Viuianus.

h *Chirographariis.* multo minus hypothecariis &c. sic.ff. de cura. bo. dan.l.ij.§.quæritur.

*SI bona.*] CASVS. Debitor meus decesit.bona sua erant vacãtia:nec à fisco agnita: an possim petere mitti in possessionẽ bonorum eius,quæritur? Rñ.quòd sic. Viuianus.

i *Vacare.* morte debitoris.

k *Agnoscãtur.* quia tũc tenetur fiscus vt hęres: vt habes.j.ad legẽ Iuliã de vi.l.ij.&.ff.de iure fisci.l.dicitur. Acc.

*PRo debito.*] CASVS. Si petã vt addicantur mihi bona debitoris ratione dominij:an sim audiẽdus, quæritur ? Dicitur q̃ nõ. Si vero sim chirographarius creditor,alios autẽ habet creditores, quibus res suæ obligatæ sunt: illi sunt potiores.& hoc in secũda. Si vero nulli obligatæ sunt, & debitor cõmunis decedat sine hærede,vel cũ hærede, & ille cesit:bona non iure dominij creditorib[9] addicãtur, sed vendantur,& pro portione debiti cuilibet creditori satisfiat. Viuia.

l *Bona.* vt sua sint statí.

m *Postulãt.* vt.j.de iure do.impe.l.j. &.ś. de pactis.l.fi pacto quo.& ś.tit.j.l.legis. Alio ergo remedio opus est.ſ. vẽditione.& *hic* subiicit, vnde &c. hoc prouiso, vt hypothecã habẽtes in ea præferantur : vt subiicit.in quo est argumen. contra supra titu.j.l.fi.Solu. vt ibi.

n *Creditores.* scilicet hypothecarij.

o *Possessione.* omniũ secũdũ iura ista:sed hoc hodie corrigit̃ ꝑ aut.& q̃ iurat. & ꝑ hoc appareret ei[9] cõtinuatio ad.l.

*SI vxor.*] CASVS. Patruus vxoris meę decesit. vxoré meam pro tertia parte hæredẽ instituit. tenebatur eidẽ vxori in triginta. an pro viginti cohęredes suos cõuenire possit,quęritur? Dicitur q̃ sic:nisi testator prohibuisset eã exigere à cohæredib. Si vero cohęredes sint nõ soluendo habẽtes proprios creditores,poterit mulier petere vt fiat separatio bonorum defuncti & cohæredum. Viuia.

p *Prohibita est.* quia tunc non posset petere: vt. ś. de hæredi. instituen.l. si cõpensandi.

q *Pro besse.* Besis dicitur duæ partes cuiuslibet rei. *Besis.*

r *Non confundantur.* vt &.ś.de hæredi.act.l.si adulta. & de neg. gest.l.si ab eo.& de pac.l.si debitori.&.ś.ad legem Falci.l.licet.

s *Postulata.* vt supra de hære.act.l.si adulta.

*IN possessionem.*] CASVS. In possessionem creditor missus bonorum debitoris, an per talem missionem nanciscatur dominium,

BIU Cujas

minium, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

a *Minime possunt.* vt supra tit. j. l. legis. & supra eodem. l. pro debito. Accursius.

*Diuisio.* CVm proponas.] Diuiditur in duas partes: quia in prima debitor citatus comparet, vsque ibi, nam si. In secunda non cõparet, vsque in finem.

CASVS. Aliquis cũ mãdato, vel sine mãdato gessit negotia mea: & ex mala administratione factus est debitor meus in. c. volebã eum conuenire, latitabat: quid iuris sit, quæritur? Respon. quòd si latitat, nec defendatur, eum probabo mihi debere: & mittar in pos. bonorum suorum. Eo autem in eadem contumacia perseuerante, vendentur bona, & satisfiet mihi. Viuianus.

b *Ex administratione.* facta à se tibi, vel à te sibi. Et dic cum mãdato, vel sine.

c *Rationem.* dato etiã libello in scriptis hodie: vt supra de lit. cõtesta. authenti. offeratur. ADDITIO. Aduertas quòd istud potest practicari duobus modis, secundum Bartolum hic. Vno modo quòd detur libell⁹ super actione principali: & reus citetur vt veniat responsurus: & eo existẽte cõtumace detur possessio ex secundo decreto. Secundo modo practicatur, quòd reus citatur quòd veniat responsurus de iure tali: & eo existente contumace, tunc detur libellus in quo narretur, quòd cum reus sæpius fuerit citatus, & extitit contumax: petatur interponi decretum. quam practicam, vt dicit hic Bartolus, ponit Specu. consulit tamen seruare fori consuetudinem.

causa tenentes adipisci minimè possunt[a].

*Si citatus debitor comparet, ordinarie proceditur contra eum ad sententiam ferẽdam & exequendam. si non comparet, proceditur ad missionem & venditionem. h. d. secundum Baldum.*

IX. Iidem AA. & CC. Teruncio.

CVm proponas eum contra quem supplicas, ex administratiõe[b] negotiorũ tibi obligatum: hunc secũdum iuris rationem[c] adito rectore prouinciæ potes conuenire[d]. Nam si ad circunscriptionem[e] tui iuris latitat, nec defenditur[f], & eum tuum esse debitorem constat[g]: ad exẽplum edicti[h], bonorũ[i] eius possessionẽ poteris impetrare. Tempore[k] autem transacto, etiam venditionem eorum à competenti[l] iudice postulare non prohiberis. Dat. XIIII. Kalendas Septembr. Dioclet.* & Maximiano*. AA. Conss.

IN AVTHEN. DE exhibẽ. & ĩtroducẽ. reis. §. si vero semel. coll. v. constitutio. vj.

*Hodie contra contumacem fiet missio in possessionem solum pro mensura debiti declarat: quam non recuperat reuersus: nec auditur nisi satisfaciat, & expensas refundat. Saly. Vel sic: Per istam authen. addũtur tria, quæ non erant de iure veteri, vel saltem non omnia. Primum est, quòd debitor qui prius comparuerat, & cum iuramento promiserat de iudicio sisti: & tamen postea citatus non sistat, possit realiter capi, & ad iudicem duci, vt respondeat libello, & se defendat. Secũdum est, quòd si hoc fieri non potest: quia aliàs non cõparuit nec promisit, vel eius persona nõ reperitur: missio ex primo decreto nõ fiet in omnia bona, licet olim fieret: sed fiet pro mensura debiti declarati: vt si petatur cẽtum, fiet missio in bonis valẽtibus cẽtũ tãtũ, & nõ vltra secũdũ quosdã: vel dic vltra etiã pro expẽsis & dãnis secundũ glo. Tertiũ, quòd debitor postea cõparẽs ante vẽditionẽ, vel dationẽ in solutũ, si reficit expensas, & satisfat de iudicio sisti, recuperat tenutam. hoc dicit in effectu ista authen. secundũ Pau. de Castro.*

ET qui iurat[m] se vẽturũ ad iudicẽ, si se subtraxerit, iudex ipse si administrator sit[n], vel is q iudicẽ dedit[o], iubeat eũ exhiberi[p]. ¶ Si vero omnino absit, examinet[q] iudex vbi sit, induciis datis: intra quas si non occurrat, secundum vnam partẽ examinato[r] negotio, mittet[s] actorem in possessionẽ rerum eius iuxta mensurã[t] declarati[u]

*Et qui iurat.*] CASVS. Lex. C. dicit quòd si debitor latitet, nec defendatur: petere possum me mitti in possessionem bonorum eius: sed non determinat modum declarati debiti. Authen. declarat aliter, dicens quòd si subtrahat se debitor: si sit iudex ordinarius, citabit eum accipiendo personam suam, & verbo mittendo nuncium. si non veniat, sententiabit examinato negotio. & datis sibi induciis ad repræsentandum se, si non veniat, mittat in bonorum possessionem ipsius pro mensura declarati debiti. & si veniat postea, non audietur nisi restituat mihi omnes impensas, & omne damnum resarciat, dato fideiussore iudicio sisti. Viuianus.

m *Et qui iurat.* idem est & si solummodo ad iudicium vocatus est. Accursius.

n *Administrator sit.* id est ordinarius.

o *Dedit.* quando iudex erat delegatus. & sic delegatus non citat: vt hic, & ff. de iurisdi. om. iudi. l. iubere. & sic est contra supra quomodo & quando iudex, authenti. qui semel. Solu. speciale est ibi in delegato principis. *Delegat⁹ an possit tare.*

p *Exhiberi.* re & verbo, quod non facit delegatus: vt dixi, & habes in authenti. de exhib. & introd. reis. §. si vero semel. colla. v.

q *Examinet.* summatim.

r *Examinato.* summatim: vt & ff. vt in possess. lega. l. si is à quo. nam demum vtraque parte præsente plene examinatur: vt infra si per vim vel alio modo. l. fi. Est ergo quod hic dicit, contra regulam quæ est supra de iudi. l. iudices.

s *Mittet.* ordinarius non delegatus, sed delegans: vt. d. l. iubere.

t *Mensuram.* olim in omnia bona: vt ff. quib. ex cau. in poss. eatur. l. j. Et quòd dicit, pro mensura, dicunt vt si est debitum decem, in rem valentem decem fiat missio. Sed tu dic secundum Ioan. quòd etiam plus debeat valere. nec enim hic dicit quòd in tanto, sed pro mensura: quod est cautè notandum. & sic se habet consuetudo. inspicitur etiam an exigat expensas vel non res pignorata, vt equus, vel argentum: vt primo casu longe plus debeant valere.

u *Declarati.* id est petiti. Vel id est præsumpti, vel probati summatim.

*Prosequatur.*

A l. ij. Vel quod statutum est in Græco: vt probatur infra. l. fi. vbi dicit, definitum à nobis tempus. Quæ opiniones non placent, immo totum iudicis arbitrio committo. argu. ff. de iure delibe. l. j. §. fi. & possunt habere locum prædicta, vbi pignus venditur ex interlocutoria sententia. Si autem ex definitiua, venditur elapso tempore quatuor mensium, secũdũ Azo. olim duorum. argu. ĩ. de vsur. rei iudi. l. ij.

*Appellat⁹ suffic. cere ad iud. cõpetẽ.*

l. *Competenti.* argu. ad id quòd interdum appellatur ad iudicẽ cõpetentem. Sed quis est competens iudex? Respõ. qui habet merum imperium: nam delegatus mittere non potest in possessionem, & sic nec vendere iubere: vt ff. de iurisd. omnium iu. l. iubere cauere. & ita magistrat⁹ municipalis non mittit in possessionem: vt ff. ad municip. l. ea quæ. nisi in casibus: vt ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. l. j. §. j. & ff. de dã. infec. l. j. Prædicta locum habent cum agitur in personam. si autem in rem, & latitat: idem quod in personali: vt fiat missio in omnia bona, & venditio. Si autem tantum abest, & desiit dolo possidere, idẽ est: aliàs in possessione rei petitæ tantum: & idem in mixta: vt in eodem. l. Fulcinius. §. item videamus. & §. Celsus. & §. fi.

B

C

D

*Bonorũ possessio, et possessio bonorũ, differũt.*

*Decretũ primũ & secũdum quãto tempore distare debẽt.*

k *Tempore autem transacto.* forte duorum mensium. argu. ff. de re iudi. l. debitoribus. Vel die, hodie quatuor: vt supra de vsur. rei iudi. l. fi. Vel vnius anni: vt arg. supra de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. §. pe. Vel biennij: vt infra de iure dom. impe.

BIU Cujas

a *Prosequatur.* id est antequam admittatur ad causæ prosecutionem, & hoc cum agitur personaliter. Si autem in rem, dic vt modo not.in.l. cum proponas. Si autem omnia bona petet quis, vel vt debita, vel hypothecariam in omnibus, puto mittendum: nam & tantum est debitum.

b *Damnum.* quod ex vitio absentiæ illi⁹ passus est: vt supra de iudi.l.sancimus.

c *Fideiussorem.* iudicio sisti. Sed vsque ad quod tempus admittetur ad recuperandum possessionem? Respō. secundum P. vsque ad xxx.an. vt arg. supra de præscrip. xxx. an.l. sicut. Alij dicunt vsque ad annum: vt supra de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. §. fi. & in authenti. de litig. §. omnem autem. colla. viij. Sed his respō. Placen. & Py. quòd prima loquatur in actione in rem, secunda in actore absente, quo casu possumus expectare triginta annos. & est ad.l.supra de procu.l. eū. &. ff. de in ius voc. l. satis. *ADDITIO.* Videas pulchram glos. in.c. quoniam frequenter. i fi. extra vt lite nō contestata &c.

*Cum apud.* ] CASVS. Si Titius habeat plures creditores, & timore creditorum se absentet, & quidam ex creditoribus petant se mitti in bo. pos. an absentes vel præsentes si nō sint ita soliciti, consequantur commoditatem aliquā ob id quòd alij missi sunt in bonorum pos. quæritur? Dicitur ꝙ sic, si præsentes (hoc est, qui sunt in eadem prouincia) intra duorum annorum spacium se repræsentent: absentes autē, intra quadriēnium, restitutis ꝙ modo debiti impēsis quas missi in possessionem fecerunt, iuramēto eorum declarādis. Si vero intra prefinitum tēpus non venerint: eo lapso auctoritate iudicis poterūt vēdere bona: & illud quod supererit, deponetur in ęde sacra, tabellione & venditore præsentib⁹: & de eo cæteris creditoribus pro portione debiti satisfiet. & sic deponatur, ne in expēsis damnificetur. prædicta autem venditio fiat præsente non solum tabellione, sed sacrista ecclesiæ, penes quem quod supererit de precio deponatur, præstito iuramento à creditore, quòd non per gratiam emptoris ad rerum venit venditionem: nec quòd dolo minus iusto precio accepit. Viuianus.

debiti. ℣ Quòd si redeat antequā ꝙsequatur[a] causam, resarciat actori omne dānū[b] †: præstabitq; fideiussorē[c] de lite prosequenda, & res suas suscipiet.

*Missio vno ex creditoribus in possessionē ex primo decreto, cæteri venientes debito modo, & congruo tempore, videtur in possessionē missi. & si procedatur ad vēditionē bonorū auctoritate iudicis fiēdā per ipsum missum, & plus ex precio percipiatur, quàm misso debeatur: illud debet in ædē sacrā deponi: & ne qua fraus in vēditione cō mittatur, debet seruari solēnitas huius legis. Bal. Vel sic: Si vnus ex creditoribus in possessionem mittatur ex primo decreto, eius missio prodest omnib⁹ aliis creditorib⁹ præsentibus, & intra biennium venientibus, & debitum ostendentibus, & expēsas pro rata reficientibus. Item absentibus, si veniant intra quadriennium, & idē faciāt. hoc dicit vsque ad §. sin autem. Pau. de Castro.*

X. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm apud veteres quæstionē ortam inuenimus super pecuniis debitis, pro quib⁹ hypothecæ non sunt constitutæ, propter res ad debitorē ptinētes, dum is[d] seueriores* creditores formidans sese celauerit, & illi[e] de rebus ad eum pertinētibus competētia ingrediātur iudicia[f], postulēntque in possessionē rerum sese transmitti[g]: si etiā alij creditores quibus obnoxi⁹ esse videtur, possint quādā habere cōmunionē in rerū possessione: huiusmodi dubitationē amputantes, cēsemus per præsentem diuinam generalem constitutionē, vt si non omnes huiusmodi debita prætendētes, sed ex his certi ab iudiciali sententia in possessionē rerū mittantur: non solum hi, sed etiam alij omnes talia debita prętēdēntes, eadē cōmoditate potiātur[h], vt possint cū prioribus rerum detentatoribus cōmunionē habere in rebus de quib⁹ (sicut superius declaratur) ꝙlata fuerit sentētia[i]. Quid enim iustius est, quàm omnes qui ad res debitoris mitti debent, esse participes huiusmodi cōmoditatis[k]? ℣ Vt autē nō in ꝙpetuū aliorū negligētia[l] illi qui ꝙ suis debitis alacriores[m] creditorib⁹ aliis ostēdūtur fuisse, prægrauētur: rectiꝰ nobis esse videtur, tūc cōmunionē habere in possessione rerum alios creditores, qui non hoc peregisse noscūtur, cū prēsentes quidē in vna eademq; degētes prouincia, in qua & possessores rerū cōmorātur, intra duorum annorū spacia, absentes autē intra quadrienniū[n] creditoribus possessionē antelato modo detinētib⁹ suū debitū certū faciāt, & expēsas secūdū quātitatē debitorum ꝙsoluāt[o] eis qui sentētias cōsecuti sunt, ꝙ sacramentum eorum manifestādas[p], qui eas adipiscēdę gratia possessionis rerum sustinuerunt: quia & secundum debita[q] satis eis fieri explorati iuris est. ℣ Post cōpletum autē memoratū temp⁹ nullam eis esse licentiam, eos qui possessionem adepti sunt, molestare, vel aliquibus dānis afficere: actiones autem quas ex legibus sibi competere putauerint, contra suos exercere debitores.

*Iste. §. prosequitur eandem materiam. Dicit enim quòd si missus ex primo decreto veniat ad venditionē, debet primo ex precio sibi satisfieri: & residuum (si quod est) debet deponi in æde sacra, vt creditorib⁹ venientibus, & debitū ostēdētibus postea satisfiat. & de prædictis omnibus debet fieri publicū instrumētū cum solēnitate hic statuta in. §. fi. hoc dicit tota ista lex. &. §. quæ est satis verbosa, tamē vtilis: quia isti creditores qui habētur pro immissis, nō tenētur facere nouum processum, immo virtute primi facta fide de debito, debet satisfieri eis: requiritur tamē plena probatio per testes vel instrumēta secūdū Bar. & Pau. de Castro.*

Sin autem hi qui detinent possessiones, vel ex sententia iudicis res vendiderunt, vel alio[r] quocumq; legitimo modo omne ius quod[s] in his reb⁹ habere noscuntur, in alias ꝙsonas post definitū † à nobis tempus[t] transtulerint, & certas pecunias acceperint: quicquid superfluum inuentū fuerit, & ampliꝰ quàm eis debetur, hoc modis omnib⁹ necesse est eos prēsētib⁹ tabulariis signare[u], & ī cimeliarchio[x] iudicem distrahendis, tempus expressum determinatum nunquam inuenitur: sed etiam hoc idem tempus seruandum videtur, secundum Ir.

a *Prosequatur.* id est antequam admittatur ad causæ prosecutionem, & hoc cum agitur personaliter. Si autem in rem, dic vt modo not.in.l. cum proponas. Si autem omnia bona petet quis, vel vt debita, vel hypothecariam in omnibus, puto mittendum: nam & tantum est debitum.

b *Damnum.* quod ex vitio absentiæ illi⁹ passus est: vt supra de iudi.l.sancimus.

c *Fideiussorem.* iudicio sisti. Sed vsque ad quod tempus admittetur ad recuperandum possessionem? Respō. secundum P. vsque ad xxx.an. vt arg. supra de præscrip. xxx. an.l. sicut. Alij dicunt vsque ad annum: vt supra de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. §. fi. & in authenti. de litig. §. omnem autem. colla. viij. Sed his respō. Placen. & Py. quòd prima loquatur in actione in rem, secunda in actore absente, quo casu possumus expectare triginta annos. & est ad.l.supra de procu.l. eū. &. ff. de in ius voc. l. satis. *ADDITIO.* Videas pulchram glos. in.c. quoniam frequenter. i fi. extra vt lite nō contestata &c.

*Cum apud.* ] CASVS. Si Titius habeat plures creditores, & timore creditorum se absentet, & quidam ex creditoribus petant se mitti in bo. pos. an absentes vel præsentes si nō sint ita soliciti, consequantur commoditatem aliquā ob id quòd alij missi sunt in bonorum pos. quæritur? Dicitur ꝙ sic, si præsentes (hoc est, qui sunt in eadem prouincia) intra duorum annorum spacium se repræsentent: absentes autē, intra quadriēnium, restitutis ꝙ modo debiti impēsis quas missi in possessionem fecerunt, iuramēto eorum declarādis. Si vero intra prefinitum tēpus non venerint: eo lapso auctoritate iudicis poterūt vēdere bona: & illud quod supererit, deponetur in ęde sacra, tabellione & venditore præsentib⁹: & de eo cæteris creditoribus pro portione debiti satisfiet. & sic deponatur, ne in expēsis damnificetur. prædicta autem venditio fiat præsente non solum tabellione, sed sacrista ecclesiæ, penes quem quod supererit de precio deponatur, præstito iuramento à creditore, quòd non per gratiam emptoris ad rerum venit venditionem: nec quòd dolo minus iusto precio accepit. Viuianus.

debiti. ℣ Quòd si redeat antequā ꝙsequatur[a] causam, resarciat actori omne dānū[b] †: præstabitq; fideiussorē[c] de lite prosequenda, & res suas suscipiet.

*Missio vno ex creditoribus in possessionē ex primo decreto, cæteri venientes debito modo, & congruo tempore, videtur in possessionē missi. & si procedatur ad vēditionē bonorū auctoritate iudicis fiēdā per ipsum missum, & plus ex precio percipiatur, quàm misso debeatur: illud debet in ædē sacrā deponi: & ne qua fraus in vēditione cō mittatur, debet seruari solēnitas huius legis. Bal. Vel sic: Si vnus ex creditoribus in possessionem mittatur ex primo decreto, eius missio prodest omnib⁹ aliis creditorib⁹ præsentibus, & intra biennium venientibus, & debitum ostendentibus, & expēsas pro rata reficientibus. Item absentibus, si veniant intra quadriennium, & idē faciāt. hoc dicit vsque ad §. sin autem. Pau. de Castro.*

X. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm apud veteres quæstionē ortam inuenimus super pecuniis debitis, pro quib⁹ hypothecæ non sunt constitutæ, propter res ad debitorē ptinētes, dum is[d] seueriores* creditores formidans sese celauerit, & illi[e] de rebus ad eum pertinētibus competētia ingrediātur iudicia[f], postulēntque in possessionē rerum sese transmitti[g]: si etiā alij creditores quibus obnoxi⁹ esse videtur, possint quādā habere cōmunionē in rerū possessione: huiusmodi dubitationē amputantes, cēsemus per præsentem diuinam generalem constitutionē, vt si non omnes huiusmodi debita prætendētes, sed ex his certi ab iudiciali sententia in possessionē rerū mittantur: non solum hi, sed etiam alij omnes talia debita prętēdēntes, eadē cōmoditate potiātur[h], vt possint cū prioribus rerum detentatoribus cōmunionē habere in rebus de quib⁹ (sicut superius declaratur) ꝙlata fuerit sentētia[i]. Quid enim iustius est, quàm omnes qui ad res debitoris mitti debent, esse participes huiusmodi cōmoditatis[k]? ℣ Vt autē nō in ꝙpetuū aliorū negligētia[l] illi qui ꝙ suis debitis alacriores[m] creditorib⁹ aliis ostēdūtur fuisse, prægrauētur: rectiꝰ nobis esse videtur, tūc cōmunionē habere in possessione rerum alios creditores, qui non hoc peregisse noscūtur, cū prēsentes quidē in vna eademq; degētes prouincia, in qua & possessores rerū cōmorātur, intra duorum annorū spacia, absentes autē intra quadrienniū[n] creditoribus possessionē antelato modo detinētib⁹ suū debitū certū faciāt, & expēsas secūdū quātitatē debitorum ꝙsoluāt[o] eis qui sentētias cōsecuti sunt, ꝙ sacramentum eorum manifestādas[p], qui eas adipiscēdę gratia possessionis rerum sustinuerunt: quia & secundum debita[q] satis eis fieri explorati iuris est. ℣ Post cōpletum autē memoratū temp⁹ nullam eis esse licentiam, eos qui possessionem adepti sunt, molestare, vel aliquibus dānis afficere: actiones autem quas ex legibus sibi competere putauerint, contra suos exercere debitores.

*Iste. §. prosequitur eandem materiam. Dicit enim quòd si missus ex primo decreto veniat ad venditionē, debet primo ex precio sibi satisfieri: & residuum (si quod est) debet deponi in æde sacra, vt creditorib⁹ venientibus, & debitū ostēdētibus postea satisfiat. & de prædictis omnibus debet fieri publicū instrumētū cum solēnitate hic statuta in. §. fi. hoc dicit tota ista lex. &. §. quæ est satis verbosa, tamē vtilis: quia isti creditores qui habētur pro immissis, nō tenētur facere nouum processum, immo virtute primi facta fide de debito, debet satisfieri eis: requiritur tamē plena probatio per testes vel instrumēta secūdū Bar. & Pau. de Castro.*

Sin autem hi qui detinent possessiones, vel ex sententia iudicis res vendiderunt, vel alio[r] quocumq; legitimo modo omne ius quod[s] in his reb⁹ habere noscuntur, in alias ꝙsonas post definitū † à nobis tempus[t] transtulerint, & certas pecunias acceperint: quicquid superfluum inuentū fuerit, & ampliꝰ quàm eis debetur, hoc modis omnib⁹ necesse est eos prēsētib⁹ tabulariis signare[u], & ī cimeliarchio[x] iudicem distrahendis, tempus expressum determinatum nunquam inuenitur: sed etiam hoc idem tempus seruandum videtur, secundum Ir.

A d *Dum is.* scilicet debitor.
e *Illi.* scilicet creditores.
f *Iudicia.* id est iudices.
g *Transmitti.* & missi sunt.
h *Potiantur.* vt. ff. de bo. aucto. iudi. possiden. l. cum vnus.
i *Sententia.* interlocutoria.
k *Commoditatis.* Sed nonne quando missi sunt primi, fuit contractum prætorii pignus: ergo qui prior &c? Respon. Dicunt quidam hoc, quando missio facta est in omnibus bonis generaliter. aliud si specialiter. Vel dic in prętorio pignore non seruari regulam, sed in conuentionali sic: vt. ff. vt in possess. leg. l. is cui. §. qui prior. & de damno infec. l. si finita. §. si plures. Itē hoc quādo sunt eiusdem tituli. aliàs contra: vt infra qui po. in pigno. habe. l. ij. & ff. qui potio. in pig. habe. l. si & iure. quæ sunt contra.
l *Negligentia.* ablatiui casus.
m *Alacriores.* id est solertiores.
n *Quadrienniū.* Not. hic venditionem non fieri intra quadriennium.
o *Persoluant.* vt arg. ff. depositi. l. quod priuilegium. §. fi.
p *Manifestandas.* sic supra de iudi. l. properandum. §. & si quidē. Et not. quòd aliud est in expensis in causa dāni infecti: quia postea dominium recuperat: vt. ff. de dam. infec. si finita. §. cum autem. in fi. §.
q *Secundum debita.* id est pro rata eorum quæ debētur: quia plus expēsarū nomine præstabit, cui plus debetur quàm aliis.
r *Vel alio.* puta locando.
s *Omne ius quod.* id est retinendi & vendendi. Ir.
t *A nobis tempus.* forsitā in Græco: vel forte de eo tempore dicit quod statuit pignori vendendo: vt infra de iure do. impet. l. fin. Vel de eo quod est supra de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. De rebus vero per iudicem possessis, & per

*Pignus prætoriū quādo dicitur contrahi.*

† *Alc. lib. disputāti. l. ca. 19. dicit hæc verba, à nobis, in veteribus exēplaribus nō esse, sed omittenda.*

u *Signare.* id est sigillare.
x *In cimeliarchio.* id est in loco vbi ponitur thesaurus.

*Cimeliarchium.*

*Transtulerit.*

BIU Cujas

a *Transtulerit.* locãdo.
b *Per eam.* scilicet personam venditoris.
c *Præsentibus.* repete, iubemus scilicet venditorẽ: quod est infra.

DE PRIVILEGIO fisci.

Cõtinuatio. *Quia inter cæteros creditores fiscus priuilegiis gaudet, ideo de his dicit. Accursius.*

Bona.] CASVS. Maritus ex mala administratiõe primipilari tenebatur fisco in. c. fiscus occupauit res suas, inter quas erãt res vxoris: an mulier petere possit vt separẽtur res suæ à rebus mariti, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuianus.

d *Occupata sunt.* quæ tacite sunt fisco obligata: vt hic, &. j. in qui. cau. pig. ta. contra. l. j. &. ij.

e *Tuas.* secus in his quas dederas in dotẽ: vt infra in quib. cau. pig. ta. contra. l. satis. Alij dicunt de dote hic dici, & dicunt quòd prius occupauit fiscus bona, quàm dos viro daretur.

f *Restituantur.* vt &. s. ne vxor pro mari. l. ij. &. j. ad legẽ Iul. de vi. l. j. &. s. de dona. inter virum & vxo. l. res. Et no. quòd vbi fit executio in bonis alicuius, & alius vult dicere aliquid suum: quòd probandi onus dicẽti imminet: vt hic, & dicta l. s. ne vxor pro mari. l. ij. *ADDITIO.* Istud est verum quando istæ res possidebantur ab eo in cuius bona facta est missio. secus si possidẽrẽtur ab eo qui dicit illa sua: vt no. in d. l. ij. C. ne vxor pro ma. &. l. à diuo. §. si super rebus. & ibi de hoc per Bart. ff. de re iudi.

Quamuis.] CASVS. Contraxit aliquis cum fisco & cum muliere, accipiendo ab ea dotem: quis præferri debeat, quæritur? Distinguitur: aut contraxit primo cum muliere, & præfertur mulier. aut cum fisco, & præfertur fiscus. Viuia.

g *Ins fisci.* quod est vt bona secum contrahẽtis tacite sint ei obligata: vt. j. in quib. cau. pig. ta. contra. l. j. &. ij.

h *Præuenit.* immo videtur mulier præferri: vt infra qui po. in pig.

sanctæ ecclesię illius ciuitatis in qua huiusmodi contractus celebratur, deponere: attestatione videlicet prius per memoratos tabularios conscribenda: præsente etiam eo qui res eas vendiderit, vel in alias personas transtulerit [a], vt per eam [b] manifestetur tam quantitas pecuniarum quæ pro vẽditione rerum, vel translatione præstitæ sunt: quàm earum quæ superfluæ post dissolutum debitũ inueniantur: vt si quis postea creditor apparuerit, & debiti cautionem ostenderit, possit ex his satis sibi facere: prius scilicet rectore prouincię sine aliquo dãno causæ faciente examinationem, & non concedente nec viros reuerendissimos œconomos, vel cimeliarchas sanctę ecclesiæ in qua pecuniæ deponũtur, aliquod detrimentum vel dispendium sustinere: per suam autem interlocutionem creditorem pręcipiẽte secundũ modum debiti ex depositis pecuniis suum accipere debitũ. ℣ Vt autem nõ liceat creditoribus in venditione vel translatione rerum, dolum vel aliquã machinationem vel circunscriptionẽ facere: iubemus attestationẽ super hoc celebrandam apud defensorem locorum, gestis interuenientibus, insinuari, siue tantum ex precio quantum debetur, siue plus, siue minus colligitur: & præsentibus [c] non tantũ (sicut dictũ est) tabulariis, sed etiam viro reuerẽdissimo cimeliarcha. ℣ Apud quem (si ita cõtigerit) superfluæ pecuniæ signatæ deponendæ sunt: iusiurandum sacrosanctis euangeliis propositis venditore vel translatore rerum præstante, ℣ neque per gratiam emptoris, vel eius ad quem res iure cessionis transferuntur, nec aliquo dolo interueniẽte minorẽ iusto precio rerum quantitatem acceperit, sed eam quam reuera cum omni studio potuerit inuenire. Dat. XV. Kal. Nou. Constantinop. post consulat. Lampad. & Orest. VV. CC. anno secundo.

TITVLVS LXXIII.

DE PRIVILGIO fisci.

*Propter debita mariti, res quas vxor probat esse paraphernales, nõ capiuntur pignoris: sed separatæ restituuntur mulieri. hoc dicit secundum Bal. Vel sic: Mulier in rebus propriis est potior fisco creditore, etiam ex causa primipili. hoc dicit secundum Bar.*

*Vel sic: Res paraphernales vxoris nõ obligant fisco ex mariti primipilari officio. Sa.*

1. Imperator ANTONINVS A. Eutropiæ.

Bona mariti tui si ob reliqua administratiõis primipilariæ à fisco occupata sunt: [d] res quas tuas [e] esse liquidò probaueris, ab aliis separatæ tibi restituantur. [f]

*Ratione paris priuilegii priuilegiati rediguntur ad ius commune. Bal. Vel sic: Mulier & fiscus in tacita hypotheca paribus passibus ambulant. ad hoc allegatur: & ideo qui prior est tempore, potior est iure. Bar. & Pau. de Cast.*

II. Idem. A. Valerianæ.

Quamuis ex causa dotis vir quondam tuus tibi sit cõdemnatus: tamẽ si priusquam res eius tibi obligarẽtur, cum fisco contraxit: ius fisci [g] causam tuam præuenit. [h] Quòd si post bonorũ eius obligationem rationibus meis cœpit esse obligatus: in eius bona cessat [i] priuilegium fisci. PP. XIIII. Kalen. Nouemb. Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

*Vxor soluens fisco pro marito, non succedit in hypotheca fisci, nisi cessa sit actio. & ideo si marit⁹ denuo coduxit vectigalia fisci, potior est causa fisci quàm mulieris. Bal. & Saly. Vel sic: Fiscus præfertur omnibus creditoribus hypothecã nõ habẽtibus. Bart. Vel sic: Si ille qui soluit fisco ꝙ debitore fiscali, non facit sibi cedi ius: fisco non succedit in iure fiscali, nec in ei⁹ priuilegiũ. & ideo si postea fiscus cum eodem debitore contrahat: ille qui soluit sibi, non præfertur ratione prioris iuris. Pau. de Cast.*

III. Idem. A. Iulianæ.

Si cum pecuniam pro marito solueres [k], neque ius fisci in te transferri impetrasti, neque pignoris causa domũ vel aliud quib ab eo [l] accepisti: habes personalem [m] actionem: nec potest præferri fisci rationibus, à quo dicis ei vectigal [n] denuo locatum esse: cum eo pacto vniuersa quæ habet, habuítve eo tempore quo ad conductionẽ accessit, pignoris iure fisco teneantur. ℣ Salua igitur indemnitate fisci, debitorem tuũ pro pecunia quam pro eo fisco soluisti, more solito conuenire nõ prohiberis [o]. PP. III. Kalend. Ianua. Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

*Priuilegium fisci non extenditur ad bona debitorum vendita antequam contraherent cum fisco. Bal. & Saly. Vel sic: Obligatio & priuilegium fisci non extenditur ad bona debitoris ante vendita: quod intellige nisi essent ante vendita in fraudem: vt. l. j. ff. de iure fisci. lib. x. Bar. Vel sic: In generali obligatione bonorum non veniunt bona quæ prius exierant patrimonium debitoris. Pau. de Cast.*

IIII. Idem. A. Quinto.

Si debitor

c *Præfertur omnibus creditoribus hypothecã nõ habẽtibus.* Bart. *Vel sic: Si ille qui soluit fisco ꝙ debitore fiscali, non facit sibi cedi ius: fisco non succedit in iure fiscali, nec in ei⁹ priuilegiũ. & ideo si postea fiscus cum eodem debitore contrahat: ille qui soluit sibi, non præfertur ratione prioris iuris. Pau. de Cast.*

ha. l. fin. Sed dic quòd hæc in fisco: illa in priuato. Vel dic hanc correxi. Item adhuc contra. ff. de priuile. cre. l. priuilegia. Solu. hic de realibus priuilegiis dicit ex tempore attendendis: ibi negat de personalibus.

i *Cessat.* sic ergo pari passu ambulant mulier & fiscus: vt hic, & supra de iure do. l. dotis tuæ. idem esset de priuato qui tamen contraxisset pignus expresse: vt. ff. qui po. in pign. l. si pignus. & l. fi. & infra qui po. in pi. l. si fundum. secus si non contraxisset pignus: vt infra. l. proxi. & facit. s. si propter pu. pen. l. j. Accur.

Si cũ pecuniã.] CASVS. Maritus tenetur fisco in. c. vxor ea soluit, nec fecit sibi cedi ius personale vel reale à fisco: postea idẽ maritus contraxit cum fisco conducendo ab eo vectigal, & factꝰ est debitor eius in. c. quis sit præferendus, quæritur? Dicitur ꝙ fiscus, salua ergo indemnitate fisco, poterit mulier cõuenire maritum pro pecunia quam pro eo soluit fisco. Viuianus.

k *Solueres.* scilicet fisco.

l *Ab eo.* scilicet marito.

m *Personalem actionem.* mandati, vel negotiorum gestorum: non autem hypothecariam quam fiscus habebat: vt hic, & infra de his qui in prio. cred. lo. suc. l. j. &. ij. & de iure reipubli. l. ij. lib. xj. hoc autem acto præfereris: vt infra eo. l. fi.

n *Vectigal.* à vehendo dictum: quia octaua ex rebus que vehũtur, accipitur: vt supra de vectig. l. allegatis. & l. ex prælatione.

o *Non prohiberis.* mãdati vel negotiorum gestorum.

Si debitor.] CASVS. Vẽdidisti mihi fundũ, postea cõtraxisti cũ fisco: an inuento te nõ soluendo, possit fiscus auocare fundum, quæritur? Dicitur quòd non.

BIU Cujas

a *Distraxit.tibi.*
b *Si postea.* distraxit ignorans.

*Pecunia.*]*CASVS.* Teneris mihi in.x.fisco in.c. soluisti mihi.x.te postea non existente soluendo,an fiscus possit à me auocare pecuniam,quæritur? Dicitur quòd sic.Viuianus.

c *Debitore suo.* qui & fisci debitor erat.
d *Ex iusta causa.* quia vt cætera bona, ita & hæc pecunia obligata erat fisco.Et dic quòd prius contraxerat cum fisco, postea cum priuato. & est idé in alio priuilegiato, quòd reuocet:vt.ff. quod cum eo.l. sed an hic. & de pecu.leg.l. ex facto. §. fin.Accursius.
e *Extraordinario iure.* per hypothecariam si extat, aliàs conditione ex lege: quæ est extraordinaria, vt hic, & supra de condic. ex lege. l. j. Si autem ordinario iure teneretur,semisses deberet vsuras:vt.ff.de vsuris. l. cum quidam.§.fiscus.
f *Aufertur.* salua ei actione cõtra suum debitorem:vt. ff. de iure fisci. l. deferre. §. fi. & l. seq.

*Cvm patrem.*]*CASVS.* Debitor fisci copulauit cuidã filiam suam in matrimonio: & dedit prædium in dotem.an fiscus iure pignoris illud auocare possit, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuianus.
g *Tibi.* s. marito.
h *Alleges.* iam fisco obligatam.
i *Intelligis.* vt infra tit.ij.l.si successione.

*Si in te.*]*CASVS.* Mulier pro marito soluit fisco. c. & sibi fecit ius cedi quod habebat fiscus. an anteferatur aliis creditoribus mariti: sicut & fiscus præferebatur, in cuius locum successit mulier,quæritur? Dicitur quòd sic.Viuianus.
k *Reliqua.* quia partem iam soluerat.
l *Debitoris.* scilicet persolueres subaudi, si non habes:vel sine hoc verbo sic lege, si cum satisfaciebas reliqua debitoris,id est propter reliqua: pro quo, id est propter quam rem competens iudex adscripsit tibi ius fisci:& in te transtulit ab his &c.Et est ad legem istam infra de iure reipub.l.ij.lib.xj.

Cõtinuatio.

*DE PRIVILEGIO DOTIS.*

*Non enim fiscus solum,sed etiam mulier pro dote priuilegium habet, ideo de hoc dicit.Et not.quòd dicit hic titu.de priuilegio quod habet inter personales actiones.sed de eo quod habet circa hypothecam,dicitur infra qui pot.in pigno.l fi.vbi de hoc satis dicemus. sed & hæc lex de eo similiter posset intelligi in casu quem ponit.*

*Scire.*]*CASVS.* Mulier tacite habet obligata omnia bona viri pro dote sua: & habet priuilegium quòd præfertur creditoribus aliis mariti in actionibus personalibus: an illud priuilegium transmittat ad hæredes,quæritur? Dicitur quòd non.Viuianus.
m *Scire debes priuilegium.* quo præfertur aliis in actione personali:vt infra qui po.in pigno.l.fi.§.ad hæc.
n *Ad hæredem.* scilicet extraneum:vt.ff.de reg.iur.l. priuilegia.

Sed ad filios sic: licet non iure hæreditario, sed filiationis: vt supra qui potio. in pig. l.adfiduis.§.exceptis.& argu. ff. solu. matri. l. etiam.in princi.Et nota hic, Priuilegia alia realia, & illa ex tempore æstimantur: vt supra titu.j.l. quamnis. Alia personalia, & illa ex causa:vt.ff.de priuileg. credi. l. priuilegia.Et multæ sunt personæ quæ habent in personalibus actionibus priuilegia: vt patet.ff. de priuileg. credi. per totum. Vbi ergo concurrit priuilegiatus cum non priuilegiato, priuilegiatus præfertur: vt.ff. quod cum eo.l.iij. & de pecul.l.ex facto.§.fina. Si autem ambo sunt priuilegiati: si quidem eiusdem tituli, æqualiter admittũtur: vt duo deponentes. & idem si diuersi tituli sunt, vt deponens, & qui agit tutelæ. quod exemplũ nõ placet,scilicet cum in tutela sit tacita hypotheca. Sed dic deponens & pupillus,qui agit negotiorum gestorum cõtra amicum suum negotia sua gerentem: vt. ff. de priuileg. credi.l. si negotium. & alia multa exempla inuenies in illo titulo. Caue tamen, quia inter personalia priuilegia sunt quædam quæ aliis præferuntur: vt ecce fiscus: vt.ff.de priuileg. cred. l.quod quis.Idem dico de muliere.nam si præfertur in hypothecaria anteriori tacite: vt infra qui po. in pigno. ha.l.fi. ergo & in personali præfertur alij priuilegiato. Idem dico de eo qui in rem reficiendam credidit: vt. ff. qui potio. in pigno.hab.l.interdum.Idem forte & in funeraria: vt.ff. de relig.l. penul.Si autem est contentio inter istos adeo priuilegiatos, puto q̃ cõcurrant:nisi caueatur lege aliquẽ alij præferẽdũ:vt dicitur.ff.eo.l.quod quis.Inter non priuilegiatos melior est cõditio occupãtis:nisi alij iam sint missi in possessionẽ,vel nisi oẽs instabant,& gratificauerint vni:vt.ff.de bonis auctо.iudi.pos.l.si nõ expedierit.§.j.& quę in frau.cre.l.qui autẽ.§.sciẽdũ.&.l.pupillꝰ.

*Priuilegiatus si cõcurrat cum nõ priuilegiato, priuilegiatus præfertur: vt.ff. quod cum eo.l.iij. & de pecul.l.ex facto.§.fina. Si autem ambo sunt priuilegiati: si quidem eiusdem tituli, æqualiter admittũtur: vt duo deponentes. & idem si diuersi tituli sunt, vt deponens, & qui agit tutelæ. quod exemplũ nõ placet,scilicet cum in tutela sit tacita hypotheca. Sed dic deponens & pupillus,qui agit negotiorum gestorum cõtra amicum suum negotia sua gerentem: vt. ff. de priuileg. credi.l. si negotium. & alia multa exempla inuenies in illo titulo. Caue tamen, quia inter personalia priuilegia sunt quædam quæ aliis præferuntur: vt ecce fiscus: vt.ff.de priuileg. cred. l.quod quis.Idem dico de muliere.nam si præfertur in hypothecaria anteriori tacite: vt infra qui po. in pigno. ha.l.fi. ergo & in personali præfertur alij priuilegiato. Idem dico de eo qui in rem reficiendam credidit: vt. ff. qui potio. in pigno.hab.l.interdum.Idem forte & in funeraria: vt.ff. de relig.l. penul.Si autem est contentio inter istos adeo priuilegiatos, puto q̃ cõcurrant:nisi caueatur lege aliquẽ alij præferẽdũ:vt dicitur.ff.eo.l.quod quis.Inter non priuilegiatos melior est cõditio occupãtis:nisi alij iam sint missi in possessionẽ,vel nisi oẽs instabant,& gratificauerint vni:vt.ff.de bonis auctо.iudi.pos.l.si nõ expedierit.§.j.& quę in frau.cre.l.qui autẽ.§.sciẽdũ.&.l.pupillꝰ.*

*Priuilegiatus cum priuilegiato, vel etiã cum priuilegiato, quis præferatur.*

*DE REVOCANDIS HIS QVAE in fraudem creditorum alienata sunt.*

*Non solum per missionem in bona,consulitur creditoribus:vt supra dixi: verum etiam per reuocationem eorum quæ in fraudem sunt alienata.*

Cõtinuatio.

*HAeres.*]*CASVS.* Debitor meus in decem decessit hærede instituto Titio,qui habebat creditorem: dedit ei in



VI. Imp. GORDIANVS A. Seuerianæ.

CVm patrem tuum fisci debitorem fuisse demõstres, eúmque nubenti tibi s possessionem dediſſe alleges h: procuratorem ius fisci exequentẽ, eã iure pignoris reuocare potuisse intelligis i. PP. Non. Iun. Sabino & Venusto Conss.

*Iudex potest soluenti fisco iudicis mandato cedere iura fisci.Bal.& Saly.Vel sic: Priuilegium fisci potest transferri per cessionem.Bar.Vel sic:Si soluens fisco pro debitore fiscali,facit sibi cedi iura fiscalia, præfertur aliis creditoribus quibus etiam fiscus præferebatur.Pau.de Cast.*

VII. Impp. VALERIAN.& GALLIE. AA.& Valerian.Cæs.Diodoro.

SI in te ius fisci, cum reliqua k solueres debitoris l pro quo satisfaciebas,tibi competens iudex adscripsit, & trãstulit ab his creditoribus quibus fiscus potior habetur: res quas eo nomine tenes, non possunt inquietari. PP. XV. Kalen.Iun. Aemiliano & Bassо Conss.

*TITVLVS. LXXIIII.*

DE PRIVILEGIO dotis.

*Priuilegium quod datur ratione personæ,ad hæredes non transit.Bar.Et ad hoc allegatur. Vel sic: Priuilegium dotis non trãsit ad hæredem extraneum mulieris. Saly.Bal.autem dicit super hac lege,quòd dos est datum vel promissum pro oneribus matrimonii, quod in dubio præsumitur inter virum & vxorem:vt not. ff. de iure dot. l. quod autem.& l.mulier bona. Et. xxiiii. vel. xxv. priuilegia dotis ponit Specu. in tit. de do.inter vi. & vxo.§.formatis. circa finem. B.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS.AA.Firmo.

SCire debes priuilegiũ m dotis quo mulieres vtuntur in actione de dote, ad hæredem n non transire.PP. Kalend. Maiis, Pompeiano & Auito Conss.

*TITVLVS LXXV.*

DE REVOCANDIS his quæ in fraudem creditorum alienata sunt.

*Alienatis bonis à debitore in fraudem creditorum, supereſt postea creditori actio personalis contra debitorem,& reuocatoria contra eum in quem facta est alienatio. Baldus.Vel sic:Ad eũ in quem res in fraudem sunt alienatæ, peruenitur demum bonis principalis excussis.Bar.Vel sic: Non potest agi reuocatoria contra emptores, vel illos quibus facta est alienatio, nisi primo excussis bonis principalis debitoris: & reperto quòd non sit soluendo.Pau.de cast.*

BIU Cujas

solutum quasdam res hæreditarias: an si in fraudem meam eas in solutum dedit, possum eas reuocare quæritur? Dicitur quòd sic. Viuianus.

a *Ad eum.* creditorem suum proprium.

b *Cessit.* dando ei in solutum.

c *Transtulit.* de facto.

d *Creditoribus.* scilicet hæreditariis: vt supra de hære. ven. l. ij. sic ergo debitor cuiusdam successit meo debitori: & hæc bona hæreditaria in solutum dedit suo primo creditori.

e *Eius.* scilicet hæredis. & hoc ex voluntate. nam & contra bona tenentem posset primo agi: sed & quandoque ex necessitate, cum creditores dicuntur fraudari re ipsa, secundum Azo. Sed hodie semper ex necessitate: vt infra de pigno. authen. hoc si debitor. licet illa de hypothecaria dicat, hæc vero de reuocatoria. Accursius.

f *Actionibus.* scilicet Pauliana, Caluisiana, & in factum: de quibus dic vt diximus supra si in frau. patro. l. ij.

g *Si tibi.* id est ad tuam læsionem. sic supra de testi. l. nimis.

h *In fraudem.* interueniente fraude vel vtriusque, vel vnius, secúdum distinctionem infra eo. l. penult. Vel nullius, si omnia donasset: vt. ff. quæ i frau. cred. l. Lucius. §. omnes.

*Si successione.* ] CASVS. Paterfamilias creditores habens, filiæ suæ centum dedit in dotem, & decessit filia hærede instituta, quæ ab hæreditate paterna se abstinuit: an ratione dotis à creditoribus paternis conueniri debeat, quæritur? Dicitur quòd non, nisi probentur fuisse oblata pignora: vel nisi in fraudem creditorum filiæ fuisset dos constituta à defuncto: & hoc doceatur. Viuianus.

i *Abstenta fuisti.* id est te abstinuisti.

k *Data sunt.* à patre.

l *Nequeunt.* vt & supra de dona. ante nup. l. de rebus. & infra. l. proxi. & supra arb. tu. l. eum qui. & ff. quib. mo. pign. vel hypo. solui. l. Lucius.

m *Non docentur.* vt & supra titu. ij. l. cum patrem. sed hoc fallit in causa primipili: vt infra de primipi. l. fina. lib. xij.

*Dos filiæ data, an possit per creditores reuocari.*

n *Non sufficientibus.* in tribus ergo casibus poterit hæc filia conueniri, scilicet cum successit patri. Item cum non successit, sed res dotales fuerunt specialiter obligatæ. Vel cum in fraudem creditorum dos constituta fuit. secus si in fraudem patroni: vt ff. si quid in fraudem pa. l. j. §. sed si rem.

I. Imp. Antoninus Augustus Cassiæ.

THaeres qui post aditam hæreditatem ad eum [a] cui res cessit, [b] corpora hereditaria trãstulit: [c] creditoribus [d] permansit obligatus. Si igitur in fraudem tuam id fecerit: bonis eius [e] excussis, vsitatis actionibus [f] (si tibi [g] negotium gestum fuerit) ea quæ in fraudem [h] alienata probabũtur, reuocabis. PP. II. Id. Octo. Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

*Pater non potest dotare filiam in præiudicium creditorum: non tamen actio personalis sequitur fundum, sed reuocatoria sic. Baldus. Vel sic: Bona in dotem data, quæ creditoribus non erant obligata, non reuocantur nisi probentur in fraudem data. Bar. & Pau. de castro.*

II. Imp. ALEXAN. A. Symphorianæ.

SI successione patris abstenta fuisti: [i] ob ea quæ in dotem data sunt [k], conuenire te creditores nequeunt, [l] quibus pignora in dotem data non docentur: [m] nisi bonis defuncti non sufficientibus, [n] in fraudem creditorum dotem constitutam probabitur. [o] PP. X. Kalen. Iulij, Probo & Maximo Conss.

*Filius qui nihil possidet de bonis paternis, nec titulo donationis, nec alio, non potest à creditoribus paternis conueniri. Bal. Vel sic: Filius qui abstinuit ab hæreditate paterna, non potest conueniri pro debito patris, nisi possideat aliqua paterna bona, quæ sibi fuerunt alienata in fraudem creditoris. Pau. de cast.*

III. Impp. DIOCLETIA. & MAXIMIA. AA. & CC. Acindyno.

SI paterna hæreditate abstinuisti, nec quicquam in fraudem creditorum ex bonis eius in te donationis iure transscriptum est: à priuatis [p] creditoribus præses prouinciæ conueniri te non patietur. PP. X. Kalend. Iul. ipsis. IIII. & III. AA. Conss.

*Non licet filio allegare turpitudinem patris cuius est hæres. Bald. Vel sic: Hæres non auditur allegans turpitudinem defuncti: sicut nec allegans turpitudinem suam. Pau. de cast. Vel sic: Hæres non reuocat alienata in fraudem à defuncto. Saly.*

IIII. Iidem. AA. & CC. Epagatho.

FIlios debitoris ei succedentes, veluti in creditorũ fraudem alienatorum [q] facultatem reuocandi non habere, notissimi iuris est. Subscripta. X. Kal. Maij. AA. Conss.

*In titulo oneroso requiritur fraus dantis & accipientis: sed in lucratiuo solius dantis sufficit consilium cum fraudis euentu. Bal. Vel sic: Cum agitur actione reuocatoria contra habentem titulum onerosum, necesse est probare quòd participauerit fraudem, id est quòd sciuerit creditorem fraudari: aliàs non obtinet actor. sed contra habentem causam lucratiuam hoc non requiritur, sed sufficit quòd creditores sint fraudati. Pau. de cast.*

V. Iidem AVGVSTI. & CC. Crescentio.

IGnoti iuris non est, aduersus eum qui sententia condemnatus, intra statutum [r] tempus satis non fecit, nec defenditur, bonis [s] possessis itemque distractis, [t] per actionem in factum contra emptorem, qui sciens fraudem comparauit, & eum qui ex lucratiuo titulo possidet, scientiæ mentione [u] detracta, [x] creditoribus suis esse consultum. S. X. Kalend. Nouemb. AA. Conss.

*Fraudator re non consilio, tenetur in quantum facere posset, vel dolo fecit quo minus facere potest, intra annum vtilem. Si autem in principio fuisset in consilio fraudandi, tunc de eo quod ad eum peruenit, tenetur perpetuo: sed occasione doli tenetur intra annum vtilem. h. d. secundum glo. & Bal. Vel sic: Si debitor fraudis consilio libe-*

o *Probabitur.* vt. ff. eo. l. ait prætor. §. si cum mulier. & l. finali. §. j.

*Si paterna.* ] CASVS. Paterfamilias creditores habens, decessit filio hærede instituto, qui ab hæreditate se abstinuit: an à creditoribus hæreditariis conueniri possit, quæritur? Dicitur quòd non, nisi in fraudem creditorum aliquid in filium fuisset translatum.

p *A priuatis.* nam à fisco secus in casu, vt diximus supra. l. proxi. Accursius.

*Filios.* ] CASVS. An filius patri succedens possit reuocare alienata in fraudem creditorum? Dicitur quòd non: quasi allegans turpitudinem eius cui successit, quod esse non debet.

q *Alienatorum.* à defuncto. Et sic nota non audiri aliquem allegantem turpitudinem eius cui successit: vt hic, & supra de ser. pig. da. ma. l. si creditoribus. nec suam propriam: vt supra de transact. l. transactione finita. & infra de reuo. do. l. cum profitearis. & supra de rebus alie. non alie. l. venditrici.

*Turpitudinem suam filius allegans non auditur.*

*Ignoti.* ] CASVS. Debitor meus conuentus & condemnatus, nisi intra quatuor menses mihi soluerit, capientur bona sua: & si mihi satisfieri non possit, & aliqua inueniantur alienata, sed titulo non lucratiuo: aduersus emptorem, qui sciuit fraudem, reuocatoria agam. si vero lucratiuo, puta quia in alium aliquid donationis titulo transtulit: si sciuit fraudem, reuocatoria agam. Si vero ignorauit donatarius fraudem admissam, nó reuocabitur quod sic donatum est.

r *Statutum tempus.* olim duorum mensium: vt. ff. de re iudi. l. debitoribus. hodie quatuor: vt supra de vsur. rei iudi. l. ij.

s *Bonis possessis.* paucis, quæ non alienauerat. & dic, possessis à creditoribus.

t *Distractis.* scilicet non ab eis, sed à debitore: vt statim inuit.

u *Mentione.* id est non distinguendo sciuerit vel ignorauerit, quia vtroque casu tenetur.

x *Detracta.* q. d in titulo non lucratiuo exigitur scientia in eo cui alienatur: in titulo vero lucratiuo non: vt hic, & ff. eo. l. qui autem. §. hoc edictum. & §. simili modo. cum ergo dos non sit titulus lucratiuus: vt. ff. de act. & obli. l. ex promissione. exigitur scientia accipientis: vt supra eo. l. ij. & eodem modo distinguitur in re alienata in fraudem patroni: vt. ff. si quid in frau. pa. l. j. §. dolum. & §. si quis in fraudem.

*Dos non sit titulus lucratiuus.*



BIU Cujas

*Si actu.* IC. ASVS. Tenetur mihi Titius in.x.& ego Sempronio in aliis decem.in fraudem Sempronij liberaui Titiũ per accep.poterit Sempronius intra annum conueniri,& in quãtum facere potest.liberatus enim per accep.tenetur in quantum facere potest.vel sic:Liberaui debitorem meum in fraudem creditorum, postea cessi bonis:debeo conueniri in quantum facere possum.

*rat debitorem suum fraudem ignorantem, liberatus, vt fraudator re ipsa conuenitur intra annum, quatenus facere potest, vel dolo malo fecit quo minus posset. Saly. Vel sic:Contra debitorem liberatum in fraudem creditorum, datur reuocatoria, illius naturæ & vitæ cuius erat actio qua primo tenebatur. Barto.& Pau.de cast.*

VI. Iidem. AA.& CC. Menandræ.

a *Si actu solenni.* scilicet stipulatione & acceptilatione.& loquitur hæc lex de debitore, qui & creditor erat.

b *Præcedentem.* præcedentem dixit quantũ ad eam qua postea idẽ fraudator liberatus, teneri cœpit creditoribus, id est creditoribus sui creditoris.

c *Fraudatorem.* pessime videtur cantare hæc lex: ideo dic quòd hæc lex eum vocet fraudatorem, qui liberatus est ex causa donationis:cum non ipse,sed debitor ageret in fraudem creditorum. Sicut enim quis re ipsa dicitur fraudatus:ita & ille ad quem res peruenit, potest dici fraudator re ipsa,licet bona fide acceperit. Et ideo dicit condemnandum intra annum,& in quantum facere potest.Si autem malam fidem haberet,tunc in solidum, secundũ Ir.vt.ff.eo.l.j.j.respon.Vel dic apertius,loquitur cum tu liberasti eum per acceptilationem,qui ex causa donationis tibi tenebatur.Tenetur quidem liberatus Pauliana in quantum facere potest:quia tibi in tantum damnaretur.ff.de re iudi.l. inter eos. §.j.

SI actu solenni [a] præcedentem [b] obligationẽ peremisti: perspicis aduersus fraudatorem [c] intra annum [d] in quãtum facere potest,vel dolo malo fecit quo minus possit, [e] edicto perpetuo tantùm actionem permitti. [f]


Vel dic tertio quòd vocet fraudatorem eũ, qui in fraudem creditorum liberauit,qui & ipse tenetur hoc edicto actione in factum: vt.ff.eo.l.j.§.j. in fin. j. respon.&.l.fina.in fi.& poterit in quantum facere potest,teneri,quãdo postea cessisset bonis:vt.ff.de cess.bo.l.iij. & instit.de actio.§. fin.

d *Annum.* à tempore alienationis,vel liberationis:vt.ff.eo.l.ait prætor.§.annus.sed postea in id quod peruenit:vt in eadem. l. §. actio.

e *Possit.* hoc casu in solidum tenetur,cum pro eo habeatur,ac si posset in solidum facere:vt.ff.de reg.iur.l.parem.

f *Permitti.* scilicet creditori tuo.

*SEPTIMI LIBRI FINIS.*




## *Definitiones & declarationes typi interdictorum.*

Ad typi interdictorum habendam notitiam,ne paralogisentur iuuenes,ignoratis terminis iuxta doctrinam philosophi primo Elencho.qui virtutis vocabulorum sunt ignari,de facili paralogisantur.& daturum iuri operam prius nosse oportet vnde nomen iuris descendat.l.j.ff.de iustitia & iure. Idcirco quorundam terminorum,qui in iure vtroque maxime frequentantur, necessarium fore duxi descriptiones & significationes breuius exponere,propter iuuenes maxime vtriusque iuris alumnos. Sed ne illotis manibus protinus materiam aggrediar.l.ij.de orig.iur. & gl.in ru.ff.de test.Interdictorum definitionem præmittam,antequam eorum diuisionem assignem,vt faciendum censuit gl. in d.l.j.ff.de iustitia & iure.Sunt igitur interdicta formæ atque cõceptiones verborum, quibus prætor aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat.instit.eo.in princip.& ibi per glo.& docto. In hac igitur materia per quæstiones procedendo luculenter diuisiones ac differentias(vt lector inter legendum videbit) quàm optime explicare curabo.

PRimo quæritur,quæ differentia olim erat inter actionem & interdictum.gl.insti.eo. in prin.& in rub.ff.eo. ponunt duas differentias,sed illæ differentiæ sunt reprobatæ per Ia.Ioã.Fab.& Areti.in dicto prin. & Nico.de Neapo.insti.de actio. in prin. possumus tamen dicere secundum prædictos docto.quòd olim non erat differentia regulariter inter actiones & interdicta:sed modus loquẽdi alius fuerat in interdictis,& alius in actionibus secundum Io.Fab.tamen in allegato prin.insti.eo.olim ista erat differentia:quia prætores quando proposuerunt interdicta, nullam actionem dederunt:sed voluerunt quòd interdicta obtinerent locum actionũ, dum tamen solenniter & certo ordine intentarentur. sed hodie legumlatores introduxerunt, vt per actiones sine illa solennitate agatur.§.fina.insti.e.hodie tamen gl.in dicta rub.ff.eo.& in prin. de act.& in prin.eo.tit.tenet quòd nulla est differentia inter actionem in factum,& interdictum: sed illæ gl. reprobantur per Dy.& Bar.in rub.ff.e.per Io.Fab.in dicto prin.insti.eo. per rub. ff.eo.ibi de interdic.seu extraordinariis actionibus. cum ibi ponatur dictio seu,quæ est ampliatiua.l.si quis ita.ff.de aur. & arg. le.facit lex.j.§.restituendæ.ff.vti posside.Alexan.in cõsi.xciij.ij. parte.Feli.in.c.inter cæteras. de rescrip.& dicit Bal.in.d. rub. ff. eo. quòd differentia est inter actionem & interdictum sicut inter matrem & filiam, cum ex interdicto oriatur actio. §. fin.& ibi gl. melior de iure pro actione in factum, instit. eo. secundum Ia. in repetitio.l. quo minus. ff.de flumini. & Are. in rub. instit. eo.

Secundo quæritur,quæ differentia sit inter edictum & interdictum.glo.in.l.ait prætor.§.j.ff.de noui ope.nuncia. ponit tres opiniones.de qua differentia tangit Bar.in.l.j.ff.de no.ope.nuncia.narrãdo opinionem Roffre.quæ iudicio Ioan.de Imo. in.d. l.j.reincidit cum tertia opinione posita in glo. prædicta.potest tamen sic dici quòd istud nomen edictum,sumitur tribus modis: vno modo latissime pro qualibet lege in generali siue sit ciuilis siue prætoria:vt tetigit glo.alleg.in.j.sol.facit quod habetur per tex.iuncta gl.in.c.vt circa.de elec.& elec.pot. in.vj. ibi, edicto perpetuo,id est generali,in Cle.ibi,perpetuo prohibem° edicto, id est generali.de reb.eccle.non alie.in.l.iij.C.de legib.in.l.in eũ qui.C.de fur.& ser.corrup.Secũdo modo potest sumi late,vt cõprehendat omnẽ legẽ prætoriam & non ciuilem. & ita loquitur imperator in.§.constat.insti.de iure natu.gen.& ciui,& hoc modo comprehendit etiam interdictum,vt probatur in.l.j.iuncta. l. prætor.§.j.ij.& fi.ff.ne vis fiat ei. Tertio modo sumitur stricte pro.l. prætoria differente ab interdicto: & tunc edictum est

ſpecies diſtincta ab interdicto. facit quod habetur in ſimili de adoptione in.l. j. &.ij. ff.de adop. qualiter autem cognoſcatur hæc ſpecies edicti ab interdicto, nota quòd interdictum dicitur altero de duobus modis. Vno modo, quia interdicit ſeu prohibet,& hoc modo dicitur proprie interdictum.§.j. verſi. ſunt tamen. Secundo modo dicitur interdictum quaſi inter duos reddi-tum:vt cum prætor ſtatuendo loquitur inter duos : vt no.in. l.j. cum ſimilibus.ff.de vi & vi arma.in.d.§.j.& gl.in rub.ff.vbicunque igitur apparet quòd prætor loquitur interdicendo,ſiue hoc appareat ex verbis nigri : vt in.d.l.prætor. §. deinde. ff. de noui ope.nuncia.& in.l.j.cum ſimilibus.ff.ne quid in loco publi.fi.ſiue appareat ex verbis tituli, qui titulus cenſetur etiam de tex. tex. iuncta gl.in procœ.vj.in verſi.titulis. tunc cenſetur interdictum de quo per Iaſo.& Apoſtil.in rub.de actio.inſti. Et ideo ſtatutum prætoris de quo.ff.ne vis fiat ei.iudicatur interdictum, quia & ſi per verba nigri expreſſe non prohibeat,tamen prohibet per verba rub.ex hoc infert Io.de Imo.in.l.j.de noui ope.nuncia. ff. quòd ſi ille titulus eſſet extra librum interdictorum, nihilo minus illud ſtatutum deberet appellari interdictum, licet in.d.l.j. Bar.teneat contrarium.Si autem non expreſſe prohibet per verba rubri,vel nigri:tunc ſi prætor ſtatuendo loquatur duobus,adhuc erit interdictum per ſupradicta:aliàs appellandum erit edictum,& ex eo oritur actio in factum:vt no.in.l.ait. aliàs incipit, de facto.§.j.ff.nau.cau.ſta.hodie autem etiam loco interdictorũ datur actio in factum.§.ſi.inſti.eo.

Tertio quæritur in quo differunt excommunicatio, ſuſpenſio & interdictum.dic quòd differunt:quia excommunicatio fertur in perſonam,non in locum. c. Romana. §. in vniuerſitatem. de ſen.excom. in.vj.xj.q.j.certum.c.ex parte.de verb.ſigni.in.c.nemo.&.c.nullus.ea.cauſa.&.q.Alberi.in dictio.in verbo, interdictum.& ratio poteſt eſſe,quia concernit animam : vt no. in.c.is cui.de ſen.excom.in.vj.c.quærenti.de verb.ſig.& eſt glo.in.c.ſi. de conſti.in. vj.& Panor.in.c.P.&.G.de offi.deleg. ſed interdictum poteſt ferri nedum in perſonam,ſed etiam in locum.c.non eſt.de ſponſa.& matri.c.ſi.de ſen.excom.in.vj.& in.d.c.ex parte. Item quòd excommunicatio non poteſt ſuſpendi per inferiorem à papa quin tollatur ex toto, Anto.& Pa.c. ad hæc. de appel. & eſt ratio:quia communicare non debemus excommunicato ante abſolutionem factam in forma eccle.c.cum deſideres.de ſen. excom.c.ad audientiam.de reſcrip.Interdictum tamen poteſt ſuſpendi ad tempus per epiſcopum, quando eſt latum ab eo. Io. And. in.d.c.ad hæc.& eſt ratio de.l.iudicium ſoluitur.ff.de iudi. vbi poteſt in totum tollere:ergo à fortiori ſuſpendere: quod eſt minus.arg. authen. multo magis. de ſacroſan. eccl. C.& ibi Ia. Cy.Ray.& Bal.in.c.cum in cunctis.de elec.& electi pote. Conueniunt tamen interdictum & excommunicatio in multis. Primo, quia ſicut appellatio non ſuſpendit excommunicationem iam latam.c.paſtoralis.de appella.ita nec interdictum ſuſpenditur per appellationem ſequentem, intelligendo de interdicto à ſpiritualibus:quia ſecus in interdicto ratione temporalium. arg. in.l.non tantum.ff.de appel.Secundo,quia vtraque cenſura requirit monitionem.c.reprehenſibilis.& ibi Panor.de appel.c.ſacro.de ſen.excom.c.ſtatuimus.& ibi glo.no. eo. tit. in.vj. &. c. illicita.xxiiij.q.iij. Tertio,quia conſtitutus in aliqua illarum ſententiarum incurrit cantando irregularitatem : vt in. d.c.is cui. Quarto, quia abſolutio in vtraque ſententia fit recepto iuramento de parendo mandatis eccleſiæ. c. venerabili.de ſen. excom.Quinto,quia vtraque ſententia poteſt relaxari ad cautelam: vt no.in.d.c.venerabili. Sexto, quia vtraque ligat quanuis iniuſta. c. ſententia. c. epiſcopus.xj. q. iij. ſuſpenditur quandoque perſona à beneficio, quandoque ab officio, aliquando ab vtroque. ij. q. iiij. presbyter. c. inter ſolicitudines. de purg. cano.

Quarto viſa definitione ipſius interdicti,quæro, quotuplex ſit interdictum in genere? Reſpondetur quòd eſt duplex:ſcilicet ſeculare,& eccleſiaſticum.de ſeculari habetur per totum titu. de interdic. ff. C.& inſtitu.& in.c.paſtoralis. de cauſa poſ.& pro. vbi gloſ. magiſtra.& in.c.cum ad ſedem.de reſti. ſpo. de eccleſiaſtico interdicto in. c. non eſt.de ſponſa. & matri. & in titu. de interdic.indiffe. non po. in prag.ſanc.& in concor.

Quinto quæritur, quotuplex eſt ſeculare interdictum? Reſpondetur quòd eſt duplex : ſcilicet priuatum & publicum, ad quorum notitiam præſuppono quòd perſona eſt duplex, priuata & publica. Perſona priuata reſpectu alicuius loci dicitur, quæ non eſt illius domina,rectrix,vel officialis.ad hoc.l. præſes.ij.ff. de offi. præſi.vbi dicitur quòd ille eſt priuatus, qui eſt ſine dignitate, & ille qui eſt ſine iuriſdictione. l. priuatorum. C.de iuriſdi. om. iu. c. ſignificaſti. de ſo. compe. l. fin. de offic. eius cui man. eſt iuriſ. aliqua tamen interdum dicitur priuata,quæ non eſt illuſtris perſona. l. præcipimus. C. de app. & econtra qui eſt in dignitate vel officio conſtitutus: præſertim ſi habeat iuriſdictionem, dicitur publica perſona. c. quanquam. de vſu. in. vj. glo. in pragm. eo. titu. de nouem publicis interdictis, &. xxix priuatis, vide Specu. in titu. de acto.& pet. §. v. in prin. in. iij. col. libri ſecundi, particulæ primæ, & Alb. in dictio. ſuo in verſi. adde quot ſunt & qualia.in verb. interdictum.

Sexto quæritur, quid ſit interdictum publicum? Reſpon. quòd publicum dicitur quando loci publici vel religioſi cauſa competit.de quo in tit.ne quid in loco pub.fiat:vt.ff. vſque ad tit. de vi & ar. &. ff. de interdic. in princ.locus autem quis dicatur religioſus, iura ciuilia & canonica diſcordant: nam de iure ciuili locus efficitur religioſus quando in eo loco mortuus infertur.§.religioſum.inſtitu.de rerum di.&.l. cum in diuerſis. ff.de religio.& vtrum ſit neceſſaria totius corporis, aut partis maioris, vel cuius, vide gloſ. Are. Ioan.Fab.Io. de pla. & alios in.d.§.religioſum. & per talem illationem definit eſſe in commercio noſtro. ff. de relig. per totum.de iure autem canonico, quod præualet in hoc caſu, omnes. ll. dicentes quòd per illationem cadaueris locus efficitur religioſus, ſunt correctæ:quia locus non poteſt effici religioſus de iure canonico ſine auctoritate pontificis : vt in. c. ad hæc. de religio. do. no. gloſ. in c. in eccleſiaſtico. xiij. q. ij. Innocen. in. c. abolendæ. de ſepul. & Matth.Mate. no. ſuis no. lxxvj. incipiente, nota quòd omnes.

Septimo quæritur, quid ſit priuatum? Reſpon. per contrariam definitionem à publici definitione, quòd eſt quando non competit ratione loci publici vel religioſi:& eſt duplex,vniuerſale & ſingulare. Vniuerſale non eſt niſi vnicum ſolum, puta quorum bonorum. glo.in rub. quorum bo.ff.&.in. l.ij. ff.de interdic.in verbo,quorum bono.quod datur pro bonorum vniuerſitate:vt. l.j.ff.quorum bo.quod interdictum,quorum bonorum, item adipiſcendæ,vel condictio ex.l.fin.de edic.diui Had. tol. non datur hæredi, qui ſemel poſſedit res hæreditarias ad quas agit.verſi. adipiſcendæ.ſub.§. ſequens.inſtitut.de interdic. no.glo. in. c. j.de confeſsis. in.vj.quam ſingularem & ſolenniſſimam reputat Iaſ.in.§.actionum.inſtit.de act.quod debet intelligi quando poſſedit poſtquam adiuit hæreditatem : ſecus ſi poſſederat ante,& deſierat poſsidere tempore quo adiuit hæreditatem : tunc enim ipſe non poſsidens vt hæres, ſed vt alius, hoc ſibi non debet nocere.ar. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxa.Matt. mate. no. lxix. de illo interdicto quorum bono. & directum cui detur contra quos quando competat, & qualiter in eo poſitiones & libelli formantur, Specu. in titu. de teſtam. §. ij. per iſtud interdictum vniuerſale quorum bono.interdum res petitur ſingularis.eo.titu.&.§.in verſi.ſed nunquid.

Octauo quæritur,quid ſit interdictum ſingulare,id eſt ſpeciale.l. ſingularia.ff.ſi cer.pe.&.l.peregre. §. quæſitum. ff.de acqui. poſ.Et reſpondetur quòd eſt illud,quod competit pro ſingularibus rebus. & hæc ſunt regulariter omnia interdicta excepto dicto interdicto quorum bonorum.iſtud voluit gloſ.in.l.j.ff.de interdic.in verb.quorum bo. vbi de multis ſpeciebus interdictorum in.d.l. j. & omnia talia interdicta ſingularia remanent hodie illæſa:ita quòd etiam hodie non ſunt ſublata. doctrina eſt Ange.l.ſi quis miſſus.§.cum prætor.ff.ne vis fiat ei. ſentit glo. & ibi notat Are.in prin.inſtitu.cod.

Nono quæro,vtrum priuatum & publicum ſubdiuidantur? & reſpondetur quòd ſic:nam vtrumque eſt triplex : exhibitorium, prohibitorium, & reſtitutorium. Exhibitorium eſt quo agitur ad aliquid exhibendum, vt in libero homine exhibendo.l.j. & ſi.ff.de libe.ho.exhib.§.ſumma.verſi.exhibitoria.inſti.eo.& vtrũ tali interdicto petatur vxor exhiberi:an per interdictum de vxore exhibenda,vide glo.expreſſam in.c.non eſt. de ſponſa. & matri.exhibere,verbum in iure vario modo accipitur. Aliquando idem eſt quòd ſecretum habere : & tunc proprie capitur. Albe. in dictio.ſuo in verbo,exhibere. Aliquando idem eſt quòd facere in publico poteſtatem, vt ei qui agit, experiundi ſit copia. l.ij.ff.ad exhi.l.iij.§.ait prætor.ff. de libe. ho. exhi. &. l. locum.§.quid ſit.ff.de tab.exhiben.& facit tex.in.l.merces.§. Iulianus.&.l.ſi quis.ff.ad exhi.nonnunquam exhibere idem eſt quod reducere.l.creditor.§.ſi inter maritum.ff. manda. Item exhibere id eſt poſtulare exhiberi.in authen. de exhiben. re. col. v. Item exhibentur literæ,vel probationes.c.ij.de foro cõpe.lib.vj.quãdo & quibus & à quibus debeant exhiberi inſtrumenta & qualiter,Spec.in titu.de inſtrumen.§.v.&.vj.& Bar.in.l.j.§. ſi tabulis.ff.de tab.exhib. Eſt etiam exhibere idem quod probare. glo. in.l.j. C.de edic. diui Hadria.tollen. & Azo in ſumma.eo.titu. §. item repellitur emptor ſi ſeruum ad annua ſit. finaliter exhibere eſt procurare. c. cum amplius. de teſti. ca. cum nunc. in fin. xxviij. q. iij.in.c. j.xxj. q. j. & iſtud dicitur mixtum,

partim

BIU Cujas

partim restitutorium, & partim exhibitorium: no. in alleg. l. ij. ff. de interdic. xxj. q.

Decimo quæritur, quid sit prohibitorium interdictum? Respon. quòd est illud quo prætor vetat aliquid fieri. §. summa. insti. eo. quod & no. in. l. j. ff. eo. exemplum etiam poni potest in interdicto retinendæ possessionis. l. j. ff. vti possid. & l. j. ff. vtrobi. Quid autem significet verbum, prohibere, vide tex. in. c. paratus. in fi. xxiij. q. j. improprie est manere. c. iam nunc. xxviij. q. j. proprie tamen prohibere est futurorum. l. fi. C. de pac. pignorum. & vide. l. prætor. §. item ab eo. ff. quod vi aut clam. Item prohibere & remouere idem sunt. l. iiij. §. si prætor. & ibi Bar. ff. de suspec. tut. prohibitio perpetua seruanda est. c. inde. de eo qui du. in maquam pol. per adul. & cum quid generaliter prohibetur, omnia intelliguntur prohibita, quæ non reperiuntur expresse concessa. no. expresse in Cle. exiui de paradiso. §. cum deus. de verb. sig. & vno prohibito, prohibita sunt quæ sequuntur ex illo. regula, cum quid. & ibi per Dy. Io. Car. in. vj. &. c. translato. &. c. nam concupiscentiam. de consti. Quot modis dicatur aliquid fieri cõtra prohibitionem iuris, latè per Dy. in regu. qui contra. de reg. iur. in. vj. Bar. in. l. non dubium. C. de legi.

Vndecimo quæro, quid sit restitutorium? Est quo prætor aliquid restitui iubet: veluti cum bonorum possessor possessionem eorum quæ quis pro hærede aut pro possessore possidet. §. summa. versi. restitutoria. instit. eo. & ibi vide gl. in verbo, bonorum, vbi dicitur quòd impropriè dicitur restitutorium, & adsignatur ibi ratio circa fi. & eo modo impropriè ponitur in. l. diuortio. §. si fundus. ff. so. ma. & vide. l. ij. C. de repu. hære. l. iij. de iure delib. l. iiij. C. depo. l. captum. ff. de capti. & postli. reuer. restituere quid importat, vide. l. restituere. &. l. plus est in resti. ff. de verb. sig. &. iij. q. j. §. notam. l. cum prætor. &. l. fi. ff. de regu. iur. &. l. in condemnatione. §. j. ff. quod me. cau. l. illud. §. fi. &. l. sed & partus. ff. de rei vin. l. qui restituere. &. l. præterea ffi si cer. pe. & restitutio est in pristinum statum repositio: & quod abstulit læsio, restitutio reddit. l. fin. C. de senten. pas. l. quòd si minore. §. restitutio. ff. de mino. c. nos. xv. q. vj. &. c. iurato. de elec. qua diligentia. & pulchrè per sanctum Tho. secunda secundæ. de resti. per totum. per Dy. in re. peccatum. de reg. iu. in vj. & Panor. in. c. querelam. de elec. no. in. c. quamuis. de rescrip. in. vj. obligatus ad restitutionem, non superstitibus illis quibus restitutio debet fieri, liberatur restituendo pauperibus, adeo quòd restitutio non spectat ad episcopum nec distributio male ablatorum. tex. elegans, qui facit in ar. optimum in. c. sicut dignum. de homi. & ibi Pa. & Feli. & Pa. in. c. cum sit. de Iudæ. & in. d. c. sicut. & est glo. sing. quòd si quis luat in corpore, quia non habet in ære, si postmodum veniat ad pinguiorem fortunam, non tenetur soluere, secundum Feli. ibi, & sequitur in. c. ad liberandum. de Iudæ. & Sarra. habet tamen simile in reg. peccatum. & ibi Pe. de Anch. de reg. iu. & est tex. sin. pro istis glo. in. l. sed si vnius. §. prætor ait. ver. si ante. ff. de iniur. secundum Lud. Ro. singulari. xxiiij. & Feli. d. c. ad liberandum.

Duodecimo quæro, seculare siue publicum, siue priuatum quotuplex est? Respon. quòd quadruplex, scilicet annale, perpetuum, simplex, duplex. Annale, quando est pœnale, & non est rei persecutiuum. l. j. ff. de vi & vi ar. & quia vltra non in totum, cum annus sit duplex, scilicet continuus & vtilis. de quo anno quòd annus sit duplex, dic vt per Ia. post alios, & post glo. in. §. rursus. institu. de act. per Bar. in rub. ff. de diuer. & temp. præscrip. adde tex. in. l. ita vulneratus. §. æstimatio. ff. ad. l. Aquil. vbi etiam Bar. & glo. in verbo, bissexto. l. iij. §. minorem. ff. de mino. & ibi Bal. glo. in Cle. j. §. excellentissimus. ver. tertiam. de reli. & vene. ad quæstionem tamen respondetur quòd de anno vtili intelligitur dum est, qui constat ex. cccl xv. diebus & vj. horis, vt. d. §. æstimatio. & quòd intelligitur de anno vtili, est glo. in. d. l. ff. de vi & vi ar. regulariter tamen & in dubio currit omne tempus de momento in momentum, & sic omne est continuum. glo. sing. in dicta rub. de diuer. & temp. præscrip. ff. secundum Phil. Fran. in. c. eos qui. de temp. ordi. in. vj. & in. c. vnico de vita & hone. cle. eo. lib. & secundum Bar. de proba. & est no. secundum Pa. in. c. quoniam frequenter. vt lite non contestata.

Tredecimo quæro, quid sit perpetuum? Est quando agitur de rei persecutione, & de eo quod peruenit ad violentum possessorem. l. in honorariis. ff. de act. &. l. vi pulsos. C. vnde vi. e. quia V. de iudi. & ibi per cano. de hoc verbo, perpetuum, quot modis capiatur, vide glo. in. l. j. ff. pro soc. simplex interdictum dicitur regulariter omne interdictum. l. ij. ff. eo. Duplex autem appellatur quando quilibet est actor, & quilibet reus: vt est solum interdictum retinendæ. l. j. §. fi. ff. eo. &. §. retinendæ. insti. eo. est adhuc vnum aliud distinctum à prædictis quod appellatur

Codex,

A fraudatorium interdictum competens ad reuocandum alienata in fraudem creditorum, de quo non reperi nisi in duobus locis. in. l. si postulante. ff. ad Treb. &. l. pupilli. ff. de solu. & quomodo habeat locum interdictum fraudatorium, dic vt per Bar. in alleg. l. pupilli. Et hæc quantum ad interdicta iuris ciuilis in genere: de quibus & quæ habeant considerare volentes agere aliquo interdicto vtili, vel directo. licet interdictorum solennitas sit sublata, & loco cuiuslibet interdicti actio in factum sit subrogata, effectus tamen interdictorum ponit Spec. eo. tit. §. ij. ver. rursus. & Albe. eo. tit. in dictio. Sequitur nunc dicendũ de interdic. ecclesiasticis.

Quartodecimo quæro, quotuplex sit interdictum ecclesiasticum? Respon. quòd est duplex, scilicet reale & personale. Reale enim est quando res interdicitur, locus, vel prouincia, aut aliqua alia res. c. cum in partibus. de verb. sig. c. sane. versi. bene. & per Inn. in. c. tanta. de excess. præla. Personale dicitur quãdo persona aliqua interdicitur. de isto interdicto quomodo sit duplex, est gl. eo. titu. in prag. san. & de personali per totum tit. de sen. excom. in anti. vj. & Cle. & prag. san. Et tale interB dictum in personam, quandoque fit in personam certam, & nominatam, vt interdicatur talis à diuinis, vel ab ingressu ecclesiæ. c. si sententia. de sen. excom. in. vj. interdum autem interdicitur persona in genere, sicut si interdicatur clerus, aut populus, collegium, vel vniuersitas. attamen singulares eorum personæ sunt interdictæ. c. seq. de sen. excom. eo. lib. & est glo. in titu. de excom. non vi. in prag.

Quintodecimo quęro, personale quotuplex est? Respon. quòd duplex, scilicet particulare & vniuersale. Particulare dic quando singulariter & nominatim certa & nominata persona interdicitur à diuinis, vel ab ingressu ecclesiæ prohibetur. c. is qui. de sen. excom. in. vj. & est not. quòd pro delicto vnius publicæ personæ puniuntur subditi inculpabiles pœna interdicti loci. c. non est. de sponsa. & matri. legitur. & no. in. c. j. de po. præla. c. sane. c. P. &. G. de offi. deleg. c. j. de vsu. in. vj. c. si sententia. de sen. excom. eo. lib. extrauag. Io. xxij. si fratrum. sed pœna excommunicationis nunquam punitur vnus pro alio. c. si habes. xxiiij. q. iij. c. Romana. §. fina. de sen. excom. in. vj. quia non est dei, qui iudicat omnem terram, condemnare iustum cum impio. Gen. xviij. & de hoc quando vnus pro alio puniatur, no. j. q. iij. in summa. & xxiiij. q. iij. in summa. Henricus in. c. in quibusdam. de pœ. & persona ex contemptu exiC stens in tali interdicto seu excommunicatione per annum, est hæretica. c. fi. iuncta glo. de pœ. Idem tenet Feli. in. c. firmissime. de hæreti. Nam qui non recipit corpus Christi semel in anno, ipse hæreticus est. tex. expressus in authen. de priui. do. hære. mu. non præstan. col. viij. & talis etiam est infamis extunc ipso iure. tex. est expressus in. l. fi. de statu. & consue. in vsi. feu. & vassalli si quos habeat, non tenentur eum iuuare durante excommunicatione, vel interdicto: nec propter hoc sunt periuri si iurauerint eos defendere. tex. sing. in prin. hic finitur lex, deinde incipiunt consuetudines. in vsi. feu. secundum Feli. in c. inter alia. in fi. de sen. excom. conuenientia. vide in ru. de hæreti. in. c. excommunicamus. eo. tit. & est tex. in. c. cum contumacia. eo. tit. in. vj.

Decimosexto quæro, quid sit vniuersale interdictum? Respon. quòd est illud quo in genere interdicitur clerus, populus, collegium, vel vniuersitas: & tunc etiam singulares eorum personæ censentur interdictæ. c. si sententia. de sen. excom. in. vj. & si vniuersitas interdici possit, vt supra dixi, non tamen excommuD nicari. c. Romana. §. vniuersitatem. de sen. excom. in. vj. quia vniuersitas est nomen iuris non personarum, & non habet animam. Inno. in. c. grauem. de sen. excom. Bal. in mar. ver. vniuersitas. Spec. in ti. de sen. excom. ver. item nota. multi tamen voluerunt dicere quòd si excommunicetur, quòd teneat excommunicatio. no. Ioan. And. & doct. in. d. c. Romana. sentit Flo. in. l. vsufructuarium. ff. de vsufru. vbi dicit tunc timendum esse. potest vniuersitas puniri pœna pecuniaria, non corporali. no. Inn. & Pa. vbi supra in. l. bella. C. de his quib. vt indi. sed solum puniantur corporaliter qui deliquerunt, iuxta notata in. c. sane. vbi doct. de temp. ordi. Oldra. consi. clxiiij. & sequitur glos. eo. titu. in prag.

Decimoseptimo quæro, quid sit reale? Respon. vt supra. vel dic quòd est illud quod fertur in locum: refert glo. eo. tit. in prag. & si locus ille sit ecclesia quæ interdicatur, nec in ipsa, nec in eius capella potest celebrari, nec in eius cœmeterio sepeliri si sit eidem ecclesiæ cœmeterium connexum. aliàs secus: vt in. c. si ciuitas. de sen. excom. lib. vj. Quid si aliquis celebret scienter in ecclesia interdicta vel loco? dic quòd nisi sit priuilegiatus, vel in casibus à iure concessis, fit irregularis: & à solo papa potest absolui: nec potest eligere nec eligi. c. is qui.



BIU Cujas

de sen. excom. in. vj. & qualiter agatur contra illum qui celebrauit interdictus, vide Spec. in ti. de cleri. excom. mini. de multis prohibitis & permissis tempore interdicti, vide Alber. in dictio. in verbo, interdictam cui. tex. & ibi cano. de sponsa. & matri. c. non est.

Decimooctauo quotuplex est tale interdictum reale? Et respon. quòd est duplex, scilicet procedens à claue, non procedens à claue. gl. e. tit. in prag. san. illa vero quæ non procedunt à claue, adhuc sunt duplicia: quia interdum datur interdictum propter horrorem seu loci infectionem, interdum propter honorem. Propter horrorem seu loci infectionem: vt si sepultus sit excommunicatus in cœmeterio, vel ecclesia. c. consuluisti. de conse. eccl. vel alta. Idem si polluatur sanguine vel semine. de sen. excom. in. vj. Aduertant igitur qui vadunt ad ecclesiam vt videant mulieres: nam illi tales licet demereantur & noceat ipsis per glo. sing. in. c. odi. xxiiij. q. j. secundum Bar. in tracta. de præstan. Card. q. j. gl. est similis in ti. quomo. di. offi. sit cele. in prag. tamen si eas cognoscant, & fiat emissio seminis in eadem ecclesia, polluta erit ipsa ecclesia, vt in istis supradictis iuribus: & celebrans in istis locis interdictis non est irregularis, vt ibi, nec habet locum. c. alma. de sen. excom. in. vj. facit quod notatur in. c. tuarum. vbi Panor. de priuile. propterea autem non incurritur irregularitas: quia tale interdictum non prouenit à claue seu censura, sed est quædam suspensio organorum, arg. eorum quæ no. in. c. irrefragabili. de offi. or. & in. c. si canonici. eo. ti. in. vj.

Decimonono quæritur, quid sit interdictum honoris seu propter honorem? Dic quòd est quando episcopus aliquis celebrauit in aliquo altari, de tota illa die non debet alius celebrare. c. fi. de conse. di. ij. hoc tamen casu celebrans non incurret irregularitatem, cum non inueniatur iure expressum: vt in d. c. is qui. sæpius alleg. vbi quis ex aliquo actu nunquam incurrit irregularitatem, nisi inueniatur iure cautum, cum irregularitas sit de iure positiuo secundum Inno. in. c. nisi cum pridem. de renun. Specu. ti. ij. §. iuxta. ver. sumetur. & ver. generaliter. quis autem possit super irregularitate dispensare, vide Specu. eo. ti. per totum.

Vicesimo venio ad aliud membrum interdictorum procedentium à claue. Et dicitur procedens à claue, quod profertur in locis propter culpam hominum. glo. eo. ti. in prag. non est intelligendum de locis tantum. nam interdictum locorum debet exponi id est habitantium in locis. cum enim interdicitur ciuitas, castrum, aut alius locus, non est interdicere muros, lapides, vel ligna, quæ sunt res inanimatæ, & quæ non deliquerunt, nec sunt capacia sacramentorum: sed inhibetur propter delictum habitantium dominorum, vel rectorum ipsorum locorum, ne diuina ibidem celebrentur. c. si ciuitas. de senten. excom. in. vj. & interdicto loco poterit populus audire diuina extra illa loca in ecclesiis non interdictis. no. Inno. in. c. vt priuilegia. de priuile. &. c. tanta. de excess. præla. secus vbi populus vel ciuitas interdiceretur, quia hoc casu nullus de populo extra loca interdicta admitteretur ad diuina. in allega. c. si ciuitas. & vtrum locus sit interdictus confugienti ad ecclesiam cum armis, respon. vt per Io. Fab. Io. de pla. & Are. in. §. fina. instit. de his qui sunt sui vel alie. iur.

Vicesimoprimo quæro, quotuplex est tale interdictum procedens à claue? Dic quòd est triplex, scilicet hominis, iuris, & mixtum iuris & hominis. de interdicto hominis habetur in c. nouit. de offi. leg. de interdicto iuris habetur in. c. felicis. de pœ. in vj. c. vbi fundamenta. de elec. eo. lib. de interdic. mixto: vt si ciuitas est interdicta ab homine, suburbia interdicta esse intelliguntur. c. si ciuitas. de sen. excom. in. vj. & in his habet locum. c. alma mater. supra alleg. & qui tale interdictum violat, est irregularis, & aliàs grauiter puniendus. c. tanta. superius alleg. & dicto. c. is qui.

De clauibus ecclesiæ, quæ & quot sint, vide Panor. in. c. j. de sum. tri. & fid. cath. in. §. vna vero. Et hæc de interdictorũ tam ecclesiasticorum quàm secularium materia dicta sufficiant. Vide Anto. Corse. in verb. clauis. in repertorio suo.

## DE INTERDICTIS.

*Quia possessiones de quibus est dictum, per interdicta defendũtur: ideo de his ponit. & erant interdicta, formæ & conceptiones verborum à prætore introductæ, que verba hodie* [a] *non sunt in vsu: sed vim & auctoritatem retinemus: vt insti. eo. in prin. & infra. e. l. incerti. in fi. & dicuntur quasi inter duos* [b] *reddita: vt insti. eo. §. ii. vel sic: In superioribus libris explicuimus qualiter de iure ciuili agatur: nunc doceamus quemadmodum de iure prætorio contendatur. Azo.*

*a Hãc. glo. sequuntur Bar. Bald. & Saly.*

*b Non intelligas inter duos pro numero personarũ: sed intellige inter duos, scilicet inter agẽtem & rẽum. Bal.*

# Codicis domini Iustiniani sacratissimi principis ex repetita prælectione Liber octauus.

## TITVLVS I.

## DE INTERDICTIS.

*Statutum prætoris per rationis identitatem interpretationem recipit extensiuam. Bal. Vel sic: Interdicta ne rami arborum noceant, per identitatem rationis extenduntur ne earum radices officiãt. Bar. Vel sic: Nobilissima est hæc lex. &. h. d. Ex mente extendimus interdicta. Bu. Vel sic: Ex mente tantum deficientibus verbis cõpetit vtile interdictum: concurrentibus vero directum. Saly.*

I. Imp. ALEXANDER A. Euocato.

CVm proponas. Leges positæ in verbis edicti in. ff. de arboribus cędẽdis, de arboribus impędentibus in alienas ædes, & in alienum agrum, loquũtur, non de arboribus extendentibus suas radices sub domo alterius: vnde per verba illius edicti tibi datur directum interdictum hoc modo: Dominus dom' in quam impendet arbor aliena, debet denunciare domino arboris vt illam incidat à stipite: si in agrum, per. xv. pedes. Si non vult: datur domino ædiũ directum interdictum ne fiat ei vis quo minus incidat, & lignũ habeat. vbi autem verba non sunt: vt in hac. l. non datur directũ, sed vtile ad exemplum. & quòd vbi verba sunt, detur directum: vbi mens tantum, vtile: probatur. ff. de iurisdi. om. iu. in. l. quod perpetuæ. ff. si quadru. paupe. fe. di. l. fi. in fi. Et pone casum in hac. l. vt in glo. proxi.

*Casum ponit.*

a *In vicina.* in Agathangeli area arbores erant positę, quarũ radices excreuerant sub fundamẽto domus tuæ: dissolutisque ideo fundamentis, domus tua minabatur ruinam: nullũ auxilium tibi competere videbatur: quia nec interdictum de arboribus cędendis, de quo plus videretur. nam illud interdictum duo capita habet. vnum, si arbor ædibus alienis impendeat, & tunc succidi arborem à stipite præcipitur. aliud cum agro impendet: & tunc. xv. pedibus à terra coërcetur. sed neutrum istorum prima facie habet locum: sed tamen de æquitate ad instar illorum interdictorum deficientibus directis verbis, dabitur vtile [c] interdictum:

c *Immo* vel actio in factum, & *rectum*, quo habet. hoc dicit hæc lex.

VM proponas radicibus arborum in vicina [a] Agathãgeli area positis crescentib', fundamentis domus tuæ periculum afferri: præses, ad exemplum interdictorum quæ in albo [b] proposita habet [c] prætor, *Si arbor in alienas ædes impędebit*: item, *Si in alienum agrũ impędebit*: quibus ostenditur [d], nec per arboris [e] quidem occasionem vicino nocere oportere: rem ad suam æquitatem rediget. [f] PP. VI. Kalend. April. Iuliano. II. & Crispino Conss.

b *In albo.* id est in libro prætoris: vel id est in aliqua materia alba, vt charta, vel ebore, vel marmore: vt & ff. de iurisd. om. iu. l. si quis id. Accursius.

c *Proposita habet.* duo sunt interdicta hæc, de quibus facit mentionem, quorum principia hic supponit, sicut si aliquis allegans legum capita proferret, & sunt hæc ambo. ff. de arbo. cęden. l. j. in prin. & §. deinde ait prætor.

d *Quibus ostenditur.* id est, ex mente quorũ colligitur.

e *Nec per arboris.* non solum per aliquam personam, vel alienam pecudem.

f *Rediget.* sed qua actione proposita? Respon. vtili [g] interdicto de arboribus cædendis, cum directum in duobus casibus locum habeat:

iij. Item quòd de similibus ad similia procedatur: [e] vt &. ff. de le. & senatusco. l. non possunt. quod quamuis circa arbores cædendas notemus, habet tamen generalem inspectionem, vt vndecunque sit redditum interdictum, ad similia procedere possimus, [f] secundum M. vt &. ff. arb. fur. cæ. l. si plures. §. j. &. ff. ad exhiben. l. thesaurus. Item & not. vbi est similis æquitas, & simile ius statui debere: vt. ff. ad leg. Aquil. l. illud. Accursius.

e *Ita.* ff. de lib. præte. l. ii. ff. de le. & senatusco. l. non possunt. *Bal.* & *Saly.* ff. de arbo. cęden. l. j. in prin. & §. deinde ait prætor. *Bal.* & *Saly.* ff. de iurisd. om. iu. l. si quis id. Accursius. *Bal.* & *Saly.* ff. de arbo. cęden. l. j. in prin. & §. deinde ait prætor. *Bal.* & *Saly.* ff. de iurisd. om. iu. l. si quis id. Accursius. *Bal.* & *Saly.* ff. de arbo. cęden. l. j. in prin. & §. deinde ait prætor. *Bal.* & *Saly.* ff. de iurisd. om. iu. l. si quis id. Accursius.

BIU Cujas

habeat.vel actione in factum,quod in idem recidit: vt instit. de interdic.§.fi.vel subsidiaria: [a] vt.ſ.de sacrosan.eccle.l. sancimus. vel officio iudicis. [c]Sed oppone,aut hic Agathangelus plantauit arborem secundum formam legis quæ est.ff.finium regun.l.fi.& tunc nullam pœnam meretur:vt.j. ad.l.Iul.de adul.l.Gracchus. &.ff.de aqua plu.arcen. l. vicinus . aut contra: & tunc constat prorsus cuellendam.Sed respō. non esse attendendum qualiter plantauerit:qa etsi secūdum formam l.plantauerit,tamen puto habere locum.l.istā.

*Præses prouinciæ inter sibi non subditos ius non reddit. Bal. Vel sic: Etiam per interdictum iudex non cognouerit in non subditum. Salycet.*

II. Impp. VALERIANVS & GALLIEN. AA. Mesiæ.†

PRæses prouinciæ in eum [a] qui eiusdem prouincię non est, nec ex interdicto [b] potest cognoscere. PP. VII. Kal. Maij, Seculare & Donato Conss.

*Si petitorium & possessorium simul intentētur, debet causa possessionis prius terminari, vt petitorii quæstio ordinetur. Bart. Vel sic: Primo ponit quoddam dictum de ordine seruando inter petitorium & possessorium. Secundo ponit rationem dicti. Tertio remouet quoddam dubium. Secunda ibi, Vt ex hoc. Tertia ibi, Interdicta autem. Et est ratio: quia per hunc ordinem apparet quis onere probationis fungatur in petitorio. Et subdit quòd interdicta hodie non proponuntur in vulgari formula, sed iura interdictorum aguntur extra ordinem per actionem in factum. hoc dicit secundum Bald. Vel sic: Possessorium præfertur petitorio cum de vtroque simul est quæstio. Et succumbēs in eo, debet probare in petitorio: & agitur interdictorum exemplo. Salyc.*

III. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Pompeiano præfecto prætorio.

INcerti [c] iuris non est, orta [d] proprietatis [e] & possessionis lite, prius possessionis decidi oportere quæstionem [f] cō petentibus actionibus, [g] vt ex hoc, ordine [h] facto, de dominij disceptatione probationes ab eo qui de possessione victus est, exigantur. [i] Interdicta [k] autem licet in extraordinariis iudiciis [l] proprie locū non habent, [m] tamē ad exemplū eorū quæ ordine isto seruato cum super possessione sententiatum fuerit pro altero, alter nihilo minus admittatur ad quæstionem dominij; si rem vindicare velit. Sed in hoc erit grauior eius conditio, quòd ab ipso non ab alio probationes dominij exigentur. Dixerit aliquis: cum de possessione sæpius quæratur per interdicta: nūquid in eis seruabitur antiqua solennitas: quod si contingat, vix & cum magno periculo pertenitur ad dominij quæstionem, cum possessorium oporteat ante adire? Et respon. cessare solennitatem ad exemplum extraordi. &c.

f *Quæstionem.* Ioan. Azo & H. intelligūt [g] quocunque modo de possessione agatur: siue interdicto retinendæ, siue recuperandæ, siue adipiscēdæ: vt hic, &.d.l.ordinarij. cum aliis concor. quibus obstat. ff. de vi & vi arm. l. cum fundus. §. fina. vbi dicit, pendente iudicio petitorio posse agi interdicto vnde vi. sed ipsi respondent, [h] quòd ibi renunciauit petitorio. quod nō videtur valere, [i] cum dicat, pendente: quia si renunciauit, ergo nō pendet. Vel dicunt [k] quòd pendente petitorio primo inchoato, potest intentari possessorium. sed econtra primo moto possessorio, non potest inchoari petitorium possessorio pendente. & hoc etiam modo respondent ad secundam obiectionem de decret. extra de causa poss. & proprieta. c. pastoralis. Tertio obstat eis. ff. de acquir. poss. l. naturaliter. §. nihil. vbi dicit non denegari interdictum vti possid. ei qui cœperat rem vindicare. Sed respondent, [l] cœperat agere vindicando nesciens se possidere, postea plenius instructus comperiens se possidere per filium, vel per seruum, potest experiri interdicto. Vel dic [m] quòd fuerat victus in vindicatione: cœpit ergo agere in rem & egit, & victus est: vnde sola possessionis quæstio postea agitur. Tu dicere [n] potes distinguendo inter interdicta retinendæ possessionis, & vti possidetis, & vtrobi, & similia: in quibus habent locum prædicta, scilicet hæc. l. & suæ concordantiæ: & interdicta recuperandæ & adipiscendæ possessionis: in quibus posset simul vtrumque intentari. & respondeo argumentis prædictorum. & allega pro parte tua, vt not. ff. de iudi. l. si de vi.

g *Competentibus actionibus.* scilicet loco interdictorum competentibus: vt instit. de interdi. §. fi. vel id est competentibus interdictis: vt si quidem de acquirēda possessione sit quæstio, deciditur interdicto Quorum bonorū, vel quorū legatorum. si vero recuperandæ, tunc vnde vi. si retinēdę, tunc vti possi. vel vtrobi. vel de aqua coti. & æsti. vel de itine. actuq; priua. vel de via. Item cōpetentibus [o] actionibus, scilicet ciuilibus, scilicet condictione indebiti: vt. ff. de cōdic. indebi. l. indebiti. §. j. & triticaria cōdictione: vt. ff. de condic. tritic. l. ij. & hoc secundū Ioan. & Azo. sed secundum nos tantū ad retinendam adeptam. Sed quomodo, cum possidenti nulla detur actio: vt. ff. vti possi. l. j. §. interdictum autem. & instit. de interdic. §. j? Respon. P verum est alia quàm illa quę loco eius interdicti cōpetat, scilicet in factum, vel triticaria, vel similis. & sic de aliis possessoriis retinēdæ possessionis dicas.

h *Hoc ordine.* Sed quid si egit petitorio, & amisit: an possessorio agere posset postea? Respon. sic: [q] vt. ff. de acquir. poss. l. naturaliter. §. nihil.

i *Exigantur.* vt &. ff. vti poss. l. j. §. huius autē. & dic exigantur. i. petantur. non enim sunt cogendi, licet aliàs verbū exigendi, necessitatem importat: vt. ff. de lega. iij. l. fideicommissa. §. si rem.

DE operis noui nũciatione quandam antiquis ortã fuisse dubitationem, nostra cognouit tranquillitas: dicentibus, si quis denunciationẽ ad inhibendum opus miserit, non posse eum post annum elapsum ex quo denũciatio missa est, iterum ædificationẽ prohibere [a]. ℣ Quod dupliciter iniquum nobis esse videtur. siue etenim non rectè opus prohibuerit, decet non per totum annum hoc impediri: siue rectè denũciationem emiserit, etiam post annum licentiam habere ædificationem prohibere. Talem igitur iniquitatem inhibẽtes, sancimus, si quis denunciationem emiserit, in hac quidem regia vrbe præfectum vrbi festinare [b]: in prouincia vero rectorem eius intra trium mensiũ spacium causam dirimere [c]. sin vero aliquod fuerit quocumque modo ad decisionem ambiguitatis impedimentum, [d] licentiam habere eum qui ædificationem deproperat, opus de quo agitur efficere, prius fideiussore ab eo dato officio vrbicariæ præfecturæ, vel prouinciali: vt si non rectè ædificauerit, omne opus quod post denũciationem fecerit, suis sumptibus destruet. Sic enim & opera non per inanes denunciationes prohibebuntur, & rectè denũciantibus consuletur. Dat. XII. Kalẽ. Nouemb. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. anno secũdo.

*TITVLVS XII.*

DE OPERIBVS publicis.†

*Iudex non potest immunitatem concedere ab opere publico. Saly.*

1. Imperatores CONSTANTIVS & CONSTANS AA. [ad Catulinum.]*

PLurimi immunitates operum publicorum concessione iudicum adepti sunt [e]: & ideo iubemus in posterum illicitas immunitates nullius esse momenti [f]. Dat. VI. Kal. Aug. Sirmij, Vrso [Lupulo] & Polemio Conss.

*Impensa de qua constat, à commentariensi est approbanda. Saly.*

II. Iidem. AA. ad Marcellinum com. Orientis.†

QVæ operibus publicis impensa constiterit, accepto ferri oportere cognoscas [g]. D. V. Non. Octob. Cõstantinop. Limenio & Catulino Conss.

*Prætoria & domus publicæ non debent in vsus priuatos conuerti. Salycetus.*

III. Iidem AA. Ecdicio præfecto Aegypti.†

PRætoria [h] iudicum & domus publicas oportet publico iuri atq; vsui semper vindicari. PP. IIII. Non. Decemb. Antiochiæ Mamertino & Neuita Consulibus.

*Sumptu publico non potest iudex nouum opus inchoare sine principis licẽtia, sed antiqua restaurare sic. Saly.*

IIII. Impp. VALENTIN. & VALENS. AA. ad Symmachum præf. vr.†

INtra vrbem [i] Romam veterem & nouam nullus iudicum nouum opus informet, quoties serenitatis nostrę arbitria cessabũt: nisi ex suis pecuniis huiusmodi opus construere voluerit. ℣ Ea tamen instaurandi, quæ iam deformibus ruinis intercidisse dicuntur, vniuersis licentiam damus. Dat. VIII. Kalend. Iun. Philippis, Diuo Iouiano & Varroniano Conss.

*Etiam per principis rescriptum non licet occupare locum publicum ædificando contra decoram faciem ciuitatis, nec allegari potest præscriptio. h. d. no. Saly.*

V. Imppp. GRATIA. VALENTIN. & THEODO. AAA. ad Proculum.†

PRæscriptio temporis iuri publico non debet obsistere [k], sed nec rescripta [l] quidem. atque ideo diruenda sunt omnia quæ per diuersas vrbes vel in foro vel in publico quocũque loco contra ornatũ & cõmodum ac decorã faciem [m] ciuitatis extructa noscũtur. Dat. III. Id. Iun. *Cõstantinop. Merobaude. ij. & Saturnino Cõss.

*Ad cõstructionẽ aquæductus vel portus, seu murorũ refectionẽ quilibet cõferre tenetur: non obstante dignitatis priuilegio. Saly.*

VI. Iidem. AAA. Cynegio præfecto prætorio.†

AD portus & aquæductus & murorum instaurationem siue extructionem, omnes

a to. hic in publico, in contrariis in priuato: vt statim satisdãdo possit ædificare: vt argu. dictæ. l. prætor. §. hoc autem interdictũ. Mediam Ioan. & Hugo probant: secũdam probat Azo. *ADDIT O.* Dynus (vt refert Bart. in. l. prætor ait. §. si quis paratus.) coniungit secundam solutionem istius glo. cum tertia, & bona est secundum eundem Bar. Aut ille qui nũciat dicit, ego sum paratus ostendere de iure meo, hodie constat, hodie agamus: tũc licet sit paratus satisdare, debet ædificans expectare per tres menses: vt hac. l. &. c. vltimo extra eodẽ. Si vero dominus nũciat, & statim oblata satisdatione nil dicit: tunc statim fit remissio: & est in electione satisdãtis differre vel satisdare: vt in contrariis.

*DE OPERIbus publicis.*

*De priuatis dixit operibus: licet & de publicis miscuerit: nunc principaliter de publicis.*

b *Lurimi immuni. Adepti sunt.* quod est contra publicam vtilitatem. Accur.

c *Momenti.* illicita ergo concessa non valẽt. sic &. ff. de preci. impe. offe. l. nec dãnosa. &. j. de immu. ne. cõce. l. j. lib. x. Et nota quòd leges huius tituli non leguntur: quia inutiles sunt.

d *Væ operibus. Cognoscas.* scilicet cõmetarien. vt ex superscriptione huius. l. apparet. & facit. §. de mo. mul. l. pe. Accursius.

e *Prætoria.* loca vbi residẽt iudices in cognoscẽdo: vt &. §. de epis. & cler. l. omnes qui. & ibi, Induxerunt Iesum in prætorium. & facit supra de offic. rect. prouin. l. nulli.

f *Nitra vrbem.* facit ad. l. istam. ff. eo. l. fi.

g *Præscriptio tẽporis. Obsistere* [a]. contra supra de præscriptio. xxx. annorũ. l. omnes. sed hic loquitur de locis publicis. sic. ff. de via publica. l. pe. &. ff. de vsuca. l. fi. Accur.

h *Sed nec rescripta.* concordat supra de preci. impera. off. l. iij. in fi. & supra eo. l. j. & supra si contra ius vel vti. pu. l. fi.

i *Faciem.* si vero nõ noceat, non destruitur, sed salarium imponitur: vt. ff. ne quid in loco publico. l. ij. §. si quis nemine.

*Prætorium quid sit.*

*Ex Cod. The. ibi. l. 22. vbi legitur Haue Procule Ræ riss. nobis.*

*erat autẽ in Proculus Præf. vrbis Cõstantinopolitana: vt Cod. Th. 15. 1. 25. liquet. Cõtius.*

*a Hic ergo ratione publicæ vtilitatis cessat præscriptio: & vide bonã gl. in. c. cum non liceat. extra de præscrip. tC. Th. ibi. l. 13.*

*Ad portus.*

*† Deest in C. Th. recte Contius.*

*† Cod. The. ibid. l. 6.*

*† Ex Cod. The. ibid. l. 8.*

*† Ex Cod. Th. ibid. l. 11.*

*† Ex Cod. The. ibi. l.*

*Certatim a qualiter accipitur.*

a *Dportus. Certatim*. Ista litera plana est: quia certas operas debet q̃libet subiectorum conferre ad prædicta facienda. alibi sic habetur, certatim id est separatim vel singulariter.

b *Priuilegiis.* immo cõtra: vt. j. de professo. & medi. l. medicos. lib. x. Sol. illi non excusantur ratione dignitatis, sed officij & publicæ vtilitatis. Vel speciale est quod hic dicit, in portubus & æqueductu & muris: vt & .ſ. de fac. ſan. eccle. l. ad instructionem. & .j. de aquæductu. lib. xj. l. ad rem. & .j. qui. mu. ex. l. fi. li. x. & .j. de colla. fun. pa. l. fin. lib. xj.

*†Cod. Theo. ibid. l. 24.*

*† al. decreta. Contius.*

c *Omnes*. contra Gabrielem de Organo. Accursius.

d *Annos quindecim.* nota speciale. aliàs. xl. annis currit præscriptio contra rempublicam: vt. ſ. de præscript. xxx. an. l. omnes. Item not. intra quantum tempus firmetur opus.

e *Siquando. Auctoritas.* facit. ſ. de appella. l. in offerendis.

*† Ex Codi. Theod. ibid. l. 30.*

f *Si qui. Obnoxii.* facit. ff. e. l. opus. in fin. & l. nec præsidis.

g *Ne splendidissimæ. Tertiã partem.* vt & .ſ. de vecti. l. fin. sic faciunt clerici in decimis.

*Thermæ quæ dicantur.*

h *Et thermarum.* loca publica ad balneãdum. & facit in authent. de coll. §. iubemus. col. ix.

*†Cod. Theo. meriti.*

i *Omnes. Renouare.* principis vel præsidis auctoritate: vt ff. de re. diui. l. antepen.

k *Pacto.* id est modo.

l *Imperauerit.* sic in authen. de man. princ. §. deinde competens. colla. iij. & facit. ſ. de vecti. & com. l. j.

m *Immunitate.* sic. ſ. e. l. ad portus.

*† Ex Codi. Theod. ibid. l. 31.*

n *Nemo.* & facit. ff. eo. l. opus. & l. penult. & de leg. j. l. cętera. §. item quæritur. Accursius.

o *Manebit*. id est detinebit.

p *Edificia.* No. ad multa. Accur.

q *Parapetasia*. Græcum.

r *Dirui.* id est non debent in illis operibus collocare alia corpora quæ sunt reipublicæ, id est materiã vel lapides vel huiusmodi, nisi &c.

certatim a facta operarum collatione instare debent, neque aliquis ab huiusmodi cõsortio dignitatis priuilegiis b excusari. Dat. XV. Kalend. Februar. Constantinopo. Richomere & Clearcho Conss.

*Ille qui præest operi publico construẽdo, tenetur de operis vitio intra quindecim annos in futurum apparituro. Salyc.*

VII. Iidem AAA. Cynegio præfecto prætorio.†

1 OMnes c quibus vel cura mandata fuerit operum publicorum, vel pecunia ad extructionem solito more credita, † vsq; ad annos quindecim d ab opere perfecto cum suis hęredibus teneantur obnoxij: ita vt si quid vitij in ædificatione intra præstitutum tempus peruenerit, de eorum patrimonio (exceptis tamen his casibus qui sunt fortuiti) reformetur. Dat. III. Non. Febr. Constantinop. Arcadio A. I. & Bautone Cõss.

*Licentia diruendi domos alienas pro fabricatione operis publicis, non extenditur ad domos excedentes quinquaginta libras argenti: ideo tunc princeps est consulendus. Salycetus.*

VIII. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Aureliano præf. vrbi.†

1 SIquando concessa à nobis licentia fuerit extruendi: id sublimis magnificẽtia tua sciat esse seruãdum, vt nulla domus inchoandę publicæ fabricę gratia diruatur: nisi vsque ad. L. libras argenti precij æstimatione taxabitur. ℣ De ædificiis vero maioris precij † ad nostrã scientiam referatur: vt vbi amplior poscitur quantitas, imperialis extet auctoritas. e Dat. III. Kalen. Mart. Cõstantinop. Theodosio A. III. & Abundantio Conss.

*Maiestatem principis lædit qui nomen suum in opere publico inscribi facit. Salyc.*

IX. Iidem AAA. Rufino præfecto prætorio. †

SI qui iudices perfecto publicis pecuniis operi suum nomẽ sine nostri numinis mentione inscripserint, maiestatis teneantur obnoxij. f Dat. III. Non. Iul. Constantinop. Arcadio. III. & Honorio. II. AA. Conss.

*Ad refectionem publicorũ mœnium & thermarum, princeps deputat tertiam partem reditumm fundorum reipublicæ illius ciuitatis. Salycetus.*

X. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA. Eusebio comiti sacrarum largitionum.

NE splendidissimæ † vrbes vel oppida vetustate labantur, de reditibus fundorum iuris reipublicæ tertiam partem g reparationi publicorum mœnium, & thermarum h substitutioni † deputamus. Dat. XI. Kalend. Iul. Mediolani, Olybrio & Probino Conss.

*Incolæ ciuitatis debent pro rata sui æstimi conferre ad constructionem operis publici. Salycetus.*

*† Ex Codi. Theodosia. ibid. l. 32.*

f *Si aliquando.* facit infra eod. l. fin. in princip.

g *Siquando*. facit. ff. eod. l. opus. & l. fina. §. j.

h *Senio*. id est vetustate.

*† aliàs restituimus.*

XI. Iidem AA. Cæsario præfecto prætorio.†

*† Ex Codi. Theodosia. ibid. l. 34.*

2 OMnes prouinciarum rectores literis moneantur, vt sciant ordines atque incolas vrbium singularum muros vel nouos debere facere, vel veteres firmius renouare, i scilicet hoc pacto k impendiis ordinãdis, vt adscriptio currat pro viribus singulorum, deinde adscribantur pro æstimatione operis futuri territoria ciuium: ne plus poscatur aliquid quàm necessitas imperauerit, l néue minus: ne instans impediatur effectus. Oportet nanque per singula non sterilia iuga † certa quoque * distribui, vt par cunctis præbendorum sumptuum necessitas imponatur: nemini excusatione vel alia præsumptione ab huiusmodi immunitate m prębẽda. Dat. VIIII. Kalen. April. Arcadio IIII. & Honorio III. AA. Conss.

*† relle iuga non iugera. * quæ, in manu script. & Cod. Tho.*

*Iudices non possunt sua auctoritate opus nouum inchoare: nec ornamenta ædium de suo loco transferre sub pœna hic posita. Salyc.*

XII. Iidem AA. Theodoro præfecto prætorio.†

*† Ex Codi. Theodosia. ibid. l. 37.*

NEmo n iudicũ in id temeritatis erumpat, vt incõsulta pietate nostra, noui aliquid operis existimet inchoandum: vel ex diuersis operibus ornamẽta, aut marmora, vel quãlibet speciẽ quæ fuisse in vsu & ornatu probabitur ciuitatis, eripere, vel aliò transferre sine iussu sublimitatis tuæ audeat. Etenim si quis contra fecerit, sex libris auri multabitur. Similis etiã condemnatio ordines ciuitatum manebit, o nisi ornamentũ genitalis patrię decreti huiusmodi auctoritate defenderint. ℣ Horreorum autẽ vel stabulorum fabricas, arbitratu proprio prouinciarum iudices studio laudãdæ deuotionis arripiant. Dat. III. Kal. Ian. Mediolani, Honorio IIII. & Eutychiano Conss.

*Ædificia coherentia operibus publicis propter quæ formidari possunt incendia vel insidiæ, vel per quæ angustentur spacia platearum, debent prosterni & dirui. Salycetus.*

XIII. Iidem AA. Seuero. P. V.†

*† Ex Cod. Theodosia. ibid. l. 39.*

A Edificia p quæ vulgo parapetasia q † nuncupantur, vel si qua alia opera mœnibus vel publicis operibus ita sociata cohęrent, vt ex his incendium vel insidias vicinitas reformidet, aut angustentur spacia platearum, vel minuatur porticibus latitudo: dirui r ac prosterni præcipimus. Dat. VI. Id. Octobris Constantinop. Honorio A. IIII. & Eutychiano Conss.

*† sic Codic. Theod. at in codicib. Iustinia. manuscript. est parætesia.*

*Concessio generalis facta à principe de opere publico, intelligitur de destructo & diruto, quod tamen non sit in vsu publico. Salyc.*

XIIII. Iidem AA. Eutychiano præfecto prætorio.†

*† Ex Cod. Theodosia. ibid. l. 40.*

SI aliquando s homines emergant qui à nostra clemẽtia opus publicum sibi præberi postulauerint: non nisi diruta penitúsque destructa, & quæ parum sunt in vsu ciuitatum, percipiant: intimandis huiusdi rescriptis iudicio amplissimæ tuæ sedis. Dat. Idib. Decemb. Honorio A. IIII. & Eutychiano Conss.

*Quando opus publicum indiget reparatione, licitum est imaginem principis eo inconsulto deponere: debet tamen postea in suum locum reponi. Salycetus.*

XV. Iidem AA. Aemiliano præfecto prætorio.†

*† Ex Cod. Theodosia. ibid. l. 44.*

2 SIquando t vsus exegerit vel porticus vel quasli-bet ædes ętatis senio u seu fortuitis concussas casibus

s *Si aliquando.* facit infra eod. l. fin. in princip.

t *Siquando*. facit. ff. eod. l. opus. & l. fina. §. j.

u *Senio*. id est vetustate.

BIU Cujas

a *Quicunque.* Plana est,& bona.

b *Turres.* Nota ex hac lege quòd turres & portæ Sarraliorum, siue turres ciuitatis eorum debent vsui deseruire,quorum in terrulis sunt ædificatæ.h.d.

c *Quia plurima.* Localis est hæc lex.

d *Zeuxippi.* nomen ciuitatis.

e *Qui sine.* Plana est.& facit.ff. c. l.nemo.

f *Basilicæ. Stationes.* Not.contra illos qui in territorio ecclesiæ iuxta ecclesiam fabricant stationes. Item not. quòd sequitur, ne in eam equos &c.H.

g *Nemini.* Concordat.ff.e. l.opus. &l.pe.& fi.in princ.& ff.eo.l.intra. &l.nemo. &l.siquando.j.

h *Perfecta.* quid enim interest &c.vt.ff.de natu.libe. l.si quis sine li. in fin.

*DE RATIOCINIIS operum publicorũ, & de patribus ciuitatũ.*

i *Vbemus. Siliquam.* etiam subaudi. id est nec etiam vnam siliquam.quę quid sit,dixi.ff.de epi.& cleri. authen.sed hodie.

k *Patribus ciuitatum.* id est defensoribus,scilicet supradictis commemoratis personis,scilicet iudicibus & magistratibus.

*Deputatis.* scilicet discussionibus prædictorum operum.

m *Teneri.* vt.ff.de pollici.l.ex pollicitatione. &l.pactum.sic &.ff. ad Velleia. l. generaliter. & de dot. promiss.l. ad exactionem. Accur.

sibus reparari: liceat etiã inconsulta clementia nostra cum reuerentia sui, imaginem deponere vel nostrã, vel retro principum: reportatámq; post refecta ædificia loco proprio denuo collocare. Dat.V.Kalend. Iul.Constantinop. Arcadio A. VI.& Probo Conss.

*Locus ad vsum priuatorũ in palatio publico fabricatus,dirui mandatur: & in posterum fieri prohibetur.Salycetus.*

XVI. Impp. HONORIVS & THEOD.AA.Monaxio.P.P.†

QVicunque[a] locus in palatio huius vrbis priuatis ædificiis incõmode occupat⁹ est : is quamprimũ subrutis omnibus quæ in eo sunt ædificiis, palatio reformetur: quod priuatorum non est parietibus coarctandum.Nam imperio magna ab vniuersis secreta debentur: vt hi tantùm locum habeant habitandi, quos legitimus maiestatis nostræ vsus,& reipublicæ disciplina delegit:in futurum etiam vniuersis ab huiusmodi vsurpatione prohibendis. Dat.VIIII.Kalend.Mart.Constantinop.Honorio VIII.& Theodosio III. AA.Conss.

*Turres & muri pro munitione ciuitatum in terris priuatorum fabricati,illorum vsui debent deseruire: & eorum cura & sumptu debent reparari.Salycetus.*

XVII. Iidem AA. Anthemio præfecto prætorio.†

TVrres[b] noui muri qui ad munitionem splendidissimæ vrbis extructus est,complete opere præcipimus eorum vsui deputari, per quorum terras idem murus studio ac prouisione tuę magnitudinis ex nostræ serenitatis arbitrio celebratur:eadem lege in perpetuum & conditione seruanda, vt annis singulis hi ad quorum iura terrulæ demigrauerint,proprio sumptu eorum instaurationem sibimet intelligant procurandam, eorúmque vsu publico beneficio potientes, curam reparationis ac solicitudinẽ ad se non ambigant pertinere. Ita enim & splendor operis, & ciuitatis munitio,cum priuatorum vsu & vtilitate seruabitur. Dat. Prid. Non.April. Lucio V.C.Cos.

*Pro hanc.l. reditus certarum domorum in publica porticu constructarum,deputantur ad lumina præstanda, seu ædificia reparanda.Salyc.*

† Ex Cod. Theodos. lib.15.

XVIII. Iidem AA. Seuerino præfecto prætorio.†

QVia plurimæ[c] domus cum officinis suis in porticibus Zeuxippi[d] esse memorãtur:reditus memoratorum locorum pro quantitate quæ placuit, ad præbenda luminaria, & ædificia ac tecta reparanda, regiæ huius vrbis lauacro sine aliqua iubemus excusatione conferri. Dat.V.Id.Ian. Victore.V.C. Cos.

*Quis non potest sibi vsurpare portum vel porticum publicam sine principis licentia, sub pœna infra scripta.Salycetus.*

XIX. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS AA. Cyro præ. vrb.† † Ex Nouell.Theod.

QVi sine[e] auctoritate diuini rescripti ad iudiciũ tuæ celsitudinis destinãdi, angiportus integros, vel partes suis domibus incluserunt,seu porticus vsurparunt: proculdubio iura pristina sacratissimæ reddere ciuitati iubemus: multa auri quinquaginta librarum nõ defutura, si quis posthac in similem audaciam prodire tentauerit.Dat.Kalen.Nouemb.Theodosio A.XVII.& Festo Conss.

*In domo regia vel in sacra ecclesia nõ possunt alicuius imagines pingi,nec stationes fieri,uec equi introduci, nec conuiuia nuptiarũ fieri.Sal.*

XX. Iidem AA. Cyro.P.V.

BAsilicam inauratam,& marmoribus decoratam,liberam in perpetuũ manere, neque alicuius imaginis,aut pictarũ cuiuslibet honoris tabularũ obumbratione fuscari iubemus, neque in aliqua parte eiusdem basilicæ tabulato quicquam opere stationes[f] ergasteriá ve constitui sancimus. Illud quoque decernimus,ne in eam equos liceat intromitti, vel nuptias celebrari.Dat.XI. Kalend.Februar. Constantinop. Valent.A.V.& Anatolio Conss.

*Iudex non debet prius opera noua inchoare, quàm inchoata perficere.Salycetus.*

XXI. Imperator LEO A. Erythrio.

NEmini[g] iudicum liceat in hac inclyta vrbe,vel in prouinciis noua opera inchoare priusquam ea quæ incepta inuenerit à decessore, vel prædecessoribus suis vetustate diruta,aut desidia derelicta,diligenti studio instantiáque compleuerit: cum ex hoc plurimum laudis acquirat,si ea culta & perfecta[h] reddiderit, quæ vetusta sunt, & instaurationem requirunt, quæque ab aliis initiata & imperfecta resederant. Dat. II. Kalend. Mart. Constantinopo. Martiano & Zenone Conss.

*TITVLVS XIII.*

## DE RATIOCINIIS OPERVM PVblicorum,& de patribus ciuitatum.

*Prouinciarum rectores & cæteri viri spectabiles prohibentur discussares esse operum publicorum: & etiam siliquã pro solido recipere, vt olim faciebant:huiusrei cura defensoribus ciuitatũ imminente.& debitor operis publici etiam ex sola pollicitatione compellitur illud soluere vel implere, nec super erogatione sumptuum operis facti examinari debet ipse: & rectores prouinciarum & cæteri contrafacientes puniuntur pœna hic scripta.Salycetus.*

I. Imp. ZENO A. Arcadio præfecto prætorio.

VBemus prouinciarum quidem rectores, & singulæ diœceseos viros spectabiles iudices,id est prefectum Augustalem, & comitem Orientis, & vtrosque proconsules,& vicarios, vnà cum suis apparitoribus pro tenore generalium magnificæ tuæ sedis dispositionum,discutiendis publicis operibus,vel aquæductibus qui ex ciuilibus reditibus, vel à quolibet spontanea munificentia facti sunt vel fuerint, modis omnib⁹ abstinere: nec aliquid quolibet modo vel quolibet tempore in discutiendo ciuiles reditus, vel facta opera,vel quæ fieri adsolent,vnam siliquam[i] sibi ex singulis erogandis solidis vindicando, aut quodcunque lucrũ captãdo,cum huiusmodi rebus habere commune,vtpote patribus[k] ciuitatum,& curæ eorũ deputatis.[l] Qui vero opus aliquod pro sua liberalitate se facturos promiserint, licet certũ sit eos ex sola pollicitatione vel pactione ad implendũ suæ munificentiæ opus necessitate iuris teneri:[m] nullum tamen eos vel hæredes eorum super facto opere ratiociniuni

BIU Cujas

DE PIGNORIBVS &c.

*Cõtinuatio.* *Mentionem habuimus suprà de Saluiano in verdicto, quod pro pignoribus intenditur: vnde occasione sumpta de pignoribus loquamur. Sed quia pignora alia sunt conuentionalia, alia iudicialia: & conuentionalia sæpius celebrantur, à conuentionalibus ordiamur. Azo.*

*Debitor.*] CASVS. Obligaui tibi codicẽ p.x.& sub vsuris. cessaui in solutione: ita quòd plus est debitum, quàm sit codex. an cedendo tibi codicem, liberor, quæritur? Dicitur quòd non.

*Pignore vẽdito nõ tollitur personalis actio.*

a *Profitetur.* Nã & vẽdito pignore personalis actio non tollit: sed eo quod de precio seruari potest, i debitũ cõputato, de residuo permanet integra petitio: vt. ff. de ac. & obli. l. aduersus. licet Veneti cõtrarium seruent.

b *Nihilo magis.* id est nõ ideo magis: vt. ff. si cer. pet. l. creditor. & ff. si cer. pet. l. si p mutua. & ff. de pig. act. si quis in pignore. & facit infra de iure do. impe. l. j. & supra qui bo. ce. l. j.

c *Liberabitur.* id est remanet obligatus in residuo.

*Quanuis.*] CASVS. Obligasti mihi digestum pro decem, & conuenit si non sufficeret pignus, quòd omnia bona tua essent mihi obligata: postea aliquid ex reb⁹ tuis Titio specialiter obligasti: an ea auocare possim, quæritur? Distinguitur, si sufficit digestum ad debitũ, non potero auocare. Vel dic casum aliter vt in glos.

*Casum ponit.*

d *Quanuis.* Mutuasti mihi. c. pro quibus. c. ego obligaui vineam quandã specialiter quę bene valebat illa. c. Secũdo bona mea omnia pro eisdem. c. tibi obligaui generaliter. procedẽte tempore aliquã rem illorum bonorum alij obligaui. veniebat primus creditor, & dicebat illam rem sibi obligatam primò: an omnino secundum repellat?

e *Habere.* rigore iuris inspecto.

f *Tẽperanda est.* de æquitate quę pręualet: vt. ff. de iudi. l. placuit.

g *Redigere.* quod semper præsumitur, nisi cõtra probetur à creditore. arg. j. de distrac. pign. l. quæ specialiter.

h *Bonis.* generaliter obligatis.

i *Accepisti.* scilicet specialiter tu secundus creditor.

k *Interim.* immo videtur quòd possit eligere an ex speciali vel ex generali velit hypotheca: vt. ff. de distrac. pign. l. creditoris. & ff. qui po. in pig. ha. l. qui generaliter. in prin. quę sunt contra. Sol. illa de rigore: hæc de æquitate: vt hic innuit. vel in illa de distractione pignorum vnus erat creditor tãtum. in alia qui po. in pig. hab. habebat primus tantum generalem: vnde generaliter prefertur secũdum Io. vt &. j. qui po. in pig. hab. l. si generaliter. hic autem etiam specialẽ in quibusdam rebus habebat. Item nec obstat in ea. l. qui generaliter. §. j. vbi dicit quòd secundus est solus: quia cinium, vel discussionem aliquam, vtpote non integrã promissam quantitatem ad id opus erogatam, vel inutiliter facto opere, aut alia quacunque ratione, quocunque modo, quocunque tempore inquietudinem sustinere concedimus. Quòd si vir clarissimus prouinciæ moderator, vel eius officium, reditus publicos vel opera publica contra vetitũ discutiendo, vel vnam siliquam, aut quodlibet ex iisdem reditibus vel operibus vindicando, sacratissimæ nostræ legis præcepta transierit: quinque quidem officij primates exilio dãnati perpetuo, bona sua ciuitati quam læserint, nõ dubitent vindicanda: rector vero prouincię quinquaginta librarum auri ferietur dispendio: hac eadẽ pœna spectabilibus quoque iudicibus (licet illustri dignitate fuerint decorati) & eorum officiis (sicut superius dictum est) imminente. Dat.*

TITVLVS XIIII.

## DE PIGNORIBVS ET hypothecis.

*Debitor non liberatur, licet velit creditori pignus dimittere pro soluto. Baldus. Vel sic: Per solam pignoris cessionem debitor non liberatur. Salycetus.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Timotheo.

DEbitor qui pignoribus profitetur[a] se creditorib⁹ cedere, nihilo magis [b] liberabitur. [c] PP. V. Kalẽdas Mar. Seuero. A. II. & Albino Coss.

*Non est alibi. Primus creditor habens specialem hypothecam in quibusdam, & in aliis generalem: si ad debitum sufficiunt bona specialiter obligata, contra secundum creditorem habentem in aliis specialem hypothecam non agit. Bald. Vel sic: Specialis hypotheca secundi creditoris præfertur generali prioris se habentis: ex qua potest sibi satisfieri. Salycetus.*

II. Iidem AA. Lucio.

QVanuis [d] constet specialiter quædam, & vniuersa bona generaliter aduersarium tuũ pignori accepisse, & æquale ius in omnibus habere: [e] iurisdictio tamen temperanda [f] est. Ideóque si certum est posse eum ex his quæ nominatim ei pignori obligata sunt, vniuersum redigere [g] debitum: ea quę postea ex iisdem bonis [h] pignori accepisti, [i] interim [k] tibi non auferri præses prouinciæ iubebit. [l] PP. II. Kalend. Iun. Chilone & Libone Coss.

*Ex pacto concedi potest quòd creditor sua auctoritate rei obligatæ possessionẽ accipiat: vrbanius tamen facit, si auctoritate prætoris hoc faciat. hoc dicit secundũ Bald. Vel sic: Per pactum simplex de ingrediendo, datur duntaxat licentia ingrediendi: per quam ingrediens excusatur à vi, sed nõ dat potestatem acquirẽdi possessionem sine iudice. hoc dicit secundum Salycet.*

III. Iidem AA. Maximo.

CReditores qui non reddita sibi pecunia, conuentionis legem ingressi possessionẽ exercent, vim quidẽ facere non videntur: [m] attamen auctoritate pręsidis possessionem adipisci debent. [n] PP. Kal. Maij, Antonino. A. II. & Geta. II. Coss.

*Vbi obligatio principalis est spontanea, præsumitur quòd quælibet accessoria sit spõte contracta. Bald. Vel sic: Necessitas rei familiaris non est iusta causa rescindendi pignoris contractum. Bart. Vel sic: Qui pignus dedit creditori aliter mutuare nolenti, non dicitur vim pati. Salyc.*

IIII. Iidem AA. Bellio.

CVm te pecuniam accepisse, & agros tuos obligasse fatearis: non habet rationem ibi primus quarundam rerum pure, quarundam sub conditione acceperat obligationem, scilicet si ex primis satisfieri non possit: quod cum possit, soli secundo tenetur.

l *Iubebit.* accipe hanc legem possidẽte debitore. Sed quid si aliquis extraneus possidet, vel creditor primus? Respon. idem. Item facit ad. l. ꝫ. de act. & obl. l. aduersus. & ff. de pigno. act. l. si quis in pignore. & ꝫ. de ser. pigno. da. ma. l. iij.

*Creditores.*] CASVS. Obligasti mihi prędium tuũ pro x. & conuenit si sua die non solueretur pecunia, ꝙ propria auctoritate liceret mihi ingredi possessionẽ prædij. nõ soluisti sicut cõuenit: an ingredi possim, quæritur? Dicitur quòd sic. consultius tamen faciam, si auctoritate iudicis ingrediar.

*Pignus auctoritate propria capere?*

m *Non videntur.* vt & supra de pign. act. l. penul. in fin. & ff. de fur. l. cum creditor. & ꝫ. de iudi. l. cũ debitoris tui. & si citra conuentionẽ ingrederentur, teneren tur de vi: vt. j. ad. l. Iul. de vi. l. in possessionẽ. & j. vi bo. rap. l. iij. & ꝫ. solu. ma. l. dotis. & ff. quod met. caus. l. extat. Sed quid si debitor creditori resistit, qui ex cõuentione vult ingredi? Adhuc dixit Azo vim videri fieri. quod Ioan. non placet, cum semel hoc placuit debitori: vt institu. qui. alie. licet vel non. §. j. & ff. de aqua plu. arcẽ. l. in diẽ. & ff. de diuer. & tẽp. præscript. l. de accessionibus. in fin. & j. de euict. l. siue in libertatem. ff. de pig. act. l. qui ratiario. Item quid si debitor alienauit, vel alio modo est possessio penes alium? Respon. creditorem posse ingredi, sicut & qui seruum accepit in quẽ habet iniectionem manuum: vt ff. de ser. expor. l. si Titius. & ff. de cõtrahen. empt. si sub hoc pacto. Item quia illud est pactum in rem: ius autem ingrediendi, est ius executiuum: vt. j. cod. l. pignoris. & argu. ff. vt in possessc. l. is cuius. §. qui in possessionem. Ecõtra videtur quòd non: quia illud pactum emptorem vel alium possessorem non afficit. quod M. dixit argu. ꝫ. de act. & obl. l. eum.

n *Debent.* id est possunt. nam & sine eo possunt: vt dixi. & sic debet, pro potest. ff. de offic. procon. & leg. l. obseruare. §. fina. Sic econtra ponitur potest pro debet: vt. ꝫ. sine cen. vel re. authẽ, sed & periculũ. Vel debet ex vrbanitate. sic &. ꝫ. de fur. ciuile. & ar. ff. de re. eorum qui sub tu. vel cura. l. si pupillorum. §. si pupillus. si tamen & suo iure volunt facere, possunt. Sic ergo inciuiliter factum non punitur: quod est not. sic &. ff. de sepul. vi. l. iij. §. non perpetuæ. &. ff. de relig. & sump. fu. l. si quis sepulchrum. &. l. at si quis. §. idem Labeo. & quod me. cau. l. fina. in fine.

*Vm.*] CASVS. Si propter alimentum familiæ meæ, & sic quasi coactus à te. x. accepero mutuo, & prædium meum tibi obligauero: an possim conqueri quasi tibi sim compulsus prędium

BIU Cujas

dium obligare, quæritur? Respó. quòd non: sed debeo pecuniam reddere, & prædium recuperare.

a *Vi.* quia aliter non dabat pecuniam, vel necessitate rei familiaris: vt. ff. de rescin. ven. l. non idcirco. Accursius.

b *Debitam.* vt & ff. de pign. ac. si rem alienam. §. omnis.

*Præses.*] CASVS. Mutuaui tibi. x. & prædium mihi obligasti. Titius prædium emit: conuenit te in iudicio super isto fundo: tu accepta pecunia ab eo, passus es te superari, vt sic pignore me defraudares: an sententia lata aduersus te mihi præiudicet in hypothecaria? Dicitur quòd non: cum passus te vinci fueris per collusionem cũ aduersario tuo. Viuianus.

c *Exequentem te.* per hypothecariam.

d *Debitorem.* agentem vel conuentum.

e *Tuo.* contra quem modo agis per hypothecariam.

f *Præscriptione.* vt quia non stetit iuri: vt. ff. de euic. l. si ideo. Vel secũdo, quia dimisit labi triennium intra quod debebat causa finiri. vn de integrum ius mansit creditori & etiam debitori. Vel tertio, quia cum creditor esset absens, debitor præsens: & possessor haberet titulũ, & præscripsit. x. an. contra debitorem præsentem: quod creditori absenti non nocuit: vt. ff. si aduer. cred. l. j. & ij. Videtur ergo ex hac. l. quòd nocet creditori aliàs, nisi in his duobus casibus. & sic est cõtra. ff. de pig. l. si superatus. in prin. & de execu. rei iudi. l. iudicatæ. quæ sunt contra: quibus dicitur indistincte nõ nocere. Dic ergo: aut debitor prius fuit superatus & postea obligauit: & tũc obstat exceptio creditori sicut & debitori: vt. ff. e. l. si superatus. §. per iniuriam. Si vero prius obligauit, & postea est superatus: si quidẽ creditore ignorante, non fit præiudicium creditori: vt in contra. & ff. de except. rei iud. l. si mater. §. fin. Si vero sciente creditore, tunc præiudicat sibi: nisi in duobus istis casibus: vt hic, & ff. de re iudi. l. sæpe constitutum. §. sed scientibus. & ff. de ap. l. ab executore. §. alio. in fine.

*In summa.*] CASVS. Obligasti mihi prædium pro. x. ex quo consueueras soluere aliquid in refectionẽ: si illud solui, quia tale onus sequitur prædium quocunque vadat, an in summam computari debeat, quæritur? Dicitur quòd sic. Viuianus.

g *Necessarium.* necesse ergo habet creditor tributorum onera subire, cum sit possessor: vt. ff. de pac. interdum. & l. epistola. §. j. sicut fructuarius: vt. ff. de vsufru. l. hactenus. quod tamen si soluit, repetit à debitore: vt hic, & ff. de pigno. ac. l. creditor qui. in fin. & ff. de pig. ac. l. si necessarias. in princ. & l. si seruos.

*Vsucapio.*] CASVS. Obligasti mihi rem tuam: peruenit ad Titium: Titius eam vendidit Sempronio bona fide ementi, & eam vsucepit: an extinguatur ius pignoris per hoc quòd desiisti esse dominus, quæritur? Et dicitur quòd non. Vel dic casum aliter vt in glo. Viuianus.

*Casus ponit.*

h *Vsucapio.* pone casum in quatuor personis. Titius mihi Sempronio rem suam mobilem obligauit: hic Titius negligentia desiit possidere, vel quia sine hærede decessit: vt instit. de vsucap. §. quod autem. & possessio peruenit ad Cornelium qui alienauit Caio, qui Caius triennio vsucepit. Sunt ergo hic duo iura, scilicet dominium quod est debitoris, & hoc per vsucapionem perditur. Item ius pignoris: & hoc non perditur per. l. istam. Nota ergo quòd alienatione legali, scilicet vsucapione, nõ tollitur ius pignoris, sicut nec alienatione hominis: vt. j. eo. l. debitorem. Est autem vsucapio legalis alienatio: vt. ff. de verb. sign. l. alienationis. Item nota hanc legem habere locum in vsucapione triennij: secus in prescriptione. x. vel. xx. annorũ: vt. ff. si aduer. cre. l. j. & ij. Sed quæ est ratio quòd ius pignoris tollitur præscriptione & nõ vsucapione? Respon. ibi est maius tempus: sicque maior negligẽtia. Est & alia ratio: quia dominium nihil habet commune cum causa pignoris. licet enim dominium vsucapiatur triennio, non tamen actio in rem: nisi per quandam consequentiam: nõ tamen hypothecariè neque principaliter: quia sic nulla actio triennio tollitur, nec per consequentiam: vt in rei vindicatione dixi: quia hęc hypothecaria nulla societate dominio iũgitur, sicut in rem: vt dicto titulo, si aduer. cre. l. j. nota. Item quid si rem hanc mobilem tenuit non solum triennio, sed etiam decennio hic vsucaptor, an tuetur se quia tenuit decennio? P. non, cum in rebus mobilibus nõ habeat locum præscriptio: vt. ff. de diuer. & temp. prescrip. l. longę. & supra in quib. caus. cess. long. temp. præscript. l. in seruorum. Sed certe non rei sed actioni dicimus præscribi. sic & supra quod met. caus. l. iij. ideoque prodest ei, vt notaui in. d. l. supra si aduer. credi. l. j. Item nonne qui agit, debet probare dominum debitorem, quod hic facere non potest? Respond. sic, tempore obligationis, non nunc: vt. ff. eod. l. si superatus. & l. & quæ nondum sunt. §. quod dicitur. Sed si creditor ab vsucaptore per hypothecariam auocat, tu debitor luere potes: vt ff. de distract. pigno. l. rescriptum. §. j. ibi, & cum per iniuriam &c. nec potest creditor te repellere illa ratione, quia non posset agere debitor contra vsucaptorem: ergo nec contra creditorem: quia illud haberet locum si ageret rei vindicatione: sed hic agit debitor pignoratitia actione ex contractu, vbi agitur etiam si res non fuerit sua, vel desierit esse sua: sicut & commodator & depositor: vt. ff. commod. l. ita vt si fur. & ff. depositi. l. j. §. si prædo. & de pigno. actio. l. si rem alienam. §. is quoque. Sed nonne vsucaptor à debitore recuperat per actionem in rem? Respon. sic: & est similis circuitus, vt. ff. de condic. indebi. l. indebiti. §. fin. & ff. qui po. in pigno. ha. l. Claudius. Est ergo consilium debitori vt faciat sibi cedi à creditore ius hypothecariæ quod habebat aduersus vsucaptorem: vt. ff. qui po. in pigno. ha. l. mulier & de euictio. l. in creditorem. & hoc incontinenti cum soluit. vel hoc acto, tunc etiam postea: vt. ff. de solu. l. Modestinus. vel in solutum ei pignus dimittat. Alij dicunt cedi debitori per creditorem ius retentionis quod habet creditor ex sententia lata contra vsucaptorem. sic ergo vsucapione proprietatis non extinguitur pignus: vt hic, & ff. pro hærede. l. ij. in princip. & ff. de vsucapionib. l. sequitur. §. si rem. & pro empto. l. si rem quam. nec vsusfructus: vt. ff. de vsufruc. l. locum. §. pen. sed operam in seruo relictam sic: vt. ff. de vsufruct. leg. l. ij. in fin. Alij ponunt casum: Quidam obligauit mihi rem mobilem alienam quam vsucapiebat: non valuit tunc obligatio. sed si post perficit vsucapionem, conuentio pignoris valet: vt hic, & ff. de pign. ac. l. rem alienam. j. respon. & secundum hoc facit. ff. de rei vindic. l. si à Titio. & ff. eod. l. j. in princ. Sed certe melius diceret, confirmat: quàm dicat, non extinguitur. Si tamen teneas hunc casum: dicas debitorem bonæ fidei possessorem: aliàs cum fuerit furtiua, non vsucaperetur: vt. ff. pro empt. l. cum sit. Alij vt Placen. dixerunt hanc legem non posse intelligi.

*Pignoris ius nõ tollitur alienatione legali, nec alienatione hominis.*

*Pignus be-*

*ne tollitur præscriptione, non vsucapione.*

*Secundus intellectus.*

i *Pignoris conuentionem.* id est hypothecariam quæ oritur ex conuentione pignoris. Accursius.

*Quanuis.*] CASVS. Si debitorem meum vel fideiussorem conuenero, & condemnari fecero in actione personali: an nihilo minus hypothecę pignora mihi obligata persequi possim, quæritur? Dicitur quòd sic.

*Reum.*

*Præscriptio. Vsucapio.*

*Vsucapio. Vsucapio.*

*Vsucapio.*

*Vsucapio.*

*

a *Reum.* scilicet debitorem.
b *Feceris.* id est, fieri feceris. sic. ff. de his qui notan. infa. l. furti. §. mandati. & ho. cõdemnationem: secus si fuissent absoluti à personali: quia tunc tollitur pignus: vt. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. l. si deferente.
c *Persecutionem.* habet enim hypothecaria suas conditiones, vt non aliter tollatur nisi fuerit satisfactum: vt & ff. eo. grege. §. etiam. & de pig. act. l. solutum. in prin. & ff. de distrac. pig. l. quæsitum. &. ſ. de act. & obli. l. est in arbitrio. & infra, etiã ob chirogra. pec. l. vnica.

*Si dominium.* ] C A S V S. Mulier quædam obligauit prædiũ suum, postea illud mihi donauit. si creditor illud possidet, potero illud vindicare, si tantum percepi de fructibus, quod sufficiat ad debitum. vel si non sufficiat illud: quod deest, soluam ei.

d *Quę.* hic non potest esse quæ, & cum, vt quidam textus habent. alterum enim superfluum est: nisi bis ponantur illa verba, pignori &c. ita scilicet si dominium eius possessionis quæ pignori data esset, ad te translatum est, cum pignori data esset Azo.
e *Data.* Titio.
f *Ad te.* Seium.
g *Translatum est.* per venditionem, vel legatum.
h *Eamque.* scilicet possessionem.
i *Creditor.* Titius.
k *Vindica.* actione in rem.
l *Ratione.* vt & infra de distrac. pig. l. j.
m *A te.* Seio. Accur.
n *Si fuerit.* postquam redditur, fructibus in solutionem cedẽtibus.
o *Satisfactum.* Titio.
p *Tibi.* Seio.

*Debitores.* ] C A S V S. Ex curialitate debeo denunciare debitori meo vt soluat: si non soluat, agam ad pignora.
q *Conueniendi sunt. ex* vrbanitate. & sic. ff. de ser. vrba. prædi. l. quidam Hyberus. secus autem vbi vult vendere pignora: quia tunc ex necessitate denunciat: vt infra de distrac. pig. l. creditor. &. j. de iure do. impe. l. fi. Item potest dici quòd ex necessitate denuncietur eis si non fuerat dies statuta ad soluendum, aliàs non: vt infra de contrahen. & committ. stip. l. magnam.
r *Actionibus.* hypothecaria: vt & supra de preca. l. j. Accursius.

*Nominatori.* ] C A S V S. Iudex potestatis nominauit me vt essem decurio. contradixi. non debet accipere à me pignus sine auctoritate præsidis.
s *Nominatori.* id est nominanti ad munus.
t *Sine præsidis.* sed cum præsidis auctoritate sic: vt. ff. de mu. & ho. l. si ad magistratus. & supra de suspe. tu. l. præses. & facit supra de cessio. bo. l. iij.

*Per sententiam latam in personali, non intelligitur creditori satisfactum: & ideo potest agere hypothecaria. Bal. Vel sic: Licet debitor sit condemnatus, si non soluit, non tollitur ius pignoris. Bar.*

VIII. Idem. A. Festo.

2 QVanuis personali actione expert' aduersus reũ [a] vel fideiussores seu mãdatores eius feceris [b] condemnationem: pignoris tamen adhuc habes persecutionem. [c] PP. idib. Martiis, Gordiano. A. & Auiola Coss.

*Emptor agens rei vindicatione contra creditorem, facit quòd creditor compensat in debito fructus perceptos ex re. Bal. Vel sic: Creditor computatis fructibus in debito, & soluto residuo: tenetur pignus restituere ei in quem debitor transtulit. Saly.*

IX. Idem. A. Attico.

SI dominium eius possessionis quæ [d] pignori data [e] esset à debitrice domina, ad te [f] translatum est [g], eamque [h] postea creditor, [i] vel eius hæredes detinere cœperunt: vindica [k] eam rem, * præside prouinciæ curante, vt fructuum deducta ratione, [l] † residuóque à te [m] oblato, si fuerit [n] satisfactum, [o] ea possessio tibi [p] reddatur. PP. III. Kalen. Octobr. Gordiano A. & Auiola Coss.

*De vrbanitate ante ingressum iudicii debet conueniendus requiri extra iudicium. Bal. & Saly. Vel sic: Creditor potest prosequi ius pignoris, licet debitori non sit denũciatum vt soluat. Bartolus.*

X. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Alexandro.

DEbitores præsentes prius denunciationibus conueniendi [q] sunt. igitur si conuenti debito satis non fecerint, persequenti tibi pignora seu hypothecas quas instrumẽto specialiter comprehensas esse dicis, competẽtibus actionibus, [r] rector prouinciæ auctoritatis suæ auxilium impartiri non dubitabit. Dat. XIIII. Kalẽ. Febr. ipsis. IIII. & III. AA. Coss.

*Ad euidentiam nominator tenetur pro nominato, si nominatus non est idoneus: & licet nominator pro nominato conueniatur, tamen sua auctoritate res nominati capere non potest. Bal. Vel sic: Non licet eligentibus ad munera, pignora inobedientis capere sine præsidis auctoritate. Saly.*

XI. Iidem. AA. & CC. Euphrosyno.

NOminatori [s] pignori capere sine præsidis [t] auctoritate res nominati non licet. S. III. Id. Mart. AA. & Coss.

*Vir succedens vxori, res quas vxor obligauerat, soluto debito recuperat. Bal. Vel sic: Licet de pignore instrumentum non sit confectum: nihilo minus creditor habet plenum ius. Bar. Vel sic: Successori debitoris debent pignora reddi: licet non caueatur in instrumento debiti. Saly.*

XII. Iidem. AA. & CC. Eusebio.

SI vxor tua pro pecunia quã accepit mutuo, res proprias obligauit pignori, eíque tu successisti: licet instrumento eius facti [u] testimoniũ collatum nõ sit: soluto tamen debito creditorem de his tibi reddendis solenni iure conuenies. S. V. Kal. April. AA. Coss.

*Si pignus est datum creditori in solutũ: incommutabiliter tenet datio. Bald. Vel sic: Debitor creditori potest cedere omne ius quod habet in pignore: nisi obstet ratio ætatis. Barto.*

XIII. Iidem. AA. & CC. Matronæ.

CVm dominam non minorem vigintiquinque annis ea quæ obligauerat tibi, [x] iure dominij possidere permisisse, & in solutũ dedisse precibus significes: dominę contractus & voluntas ad firmitatem [y] tibi sufficit. S. III. Kalend. Maij, Heracliæ. AA. Coss.

*Si debitor vendit pignus: creditor habet in potestate vtrum debitorem conueniat personali, an emptorem hypothecaria. hoc dicit lex. C. hoc verum nisi debitor offerat: quia offerendo impedit hypothecariam cõtra emptorem. Hoc dicit authen. hic posita. Bal. Vel sic: In electione creditoris est agere actione personali contra debitorem, vel hypothecaria contra possessorem pignoris. Bartolus.*

XIIII. Iidem. AA. & CC. Apiano.

DIstractis à debitore pignoribus, creditores potestatem habere, vtrúmne personali obligatos sibi, an pignora possidentes, in rem [z] actione conuenire velint, non est incerti

*Si vxor.* ] C A S V S. Vxor mea quoddã prædium Titio obligauit, & hæredem me instituit. si soluero Titio, potero prædium (licet non interuenit instrumẽtum super eo vxori vel hæredi suo restituendo) vindicare. Viuianus.
u *Eius facti.* id est licet non sit dictum q restituantur obliganti, vel hæredi: tamẽ intelligitur, cum re contrahatur obligatio: vt institu. quibus modis re contrahitur ob. §. fi. Vel dic, licet non interceserit instrumentum super his: vt & supra de pac. l. pactum quod bona. Accur.

*Vm.* ] C A S V S. Si maior annis mulier debitrix tua in solutũ pdia tibi dederit: an talis contractus valeat, quæritur? Et dicitur quòd sic.
x *Tibi.* hæc dictio legitur cum præcedenti, vel sequenti litera.
y *Ad firmitatem.* rei quæ geritur: vt & infra de solu. l. successores. & facit infra, si antiqui. cre. l. j. & ij. & ff. eo. l. si fundus. in fine.

*Distractis.* [ C A S V S. Si debitor meus mihi pignora obligata vendidit, habeo electionem vel eũ personali actione cõuenire, vel possessores pignorum hypothecaria, nisi debitor meus ex illa pecunia mihi satisfecerit: nam tunc habet potestatem pignus vendendi. hoc dicit cum authen. sequen.
z *In rem.* id est hypothecaria, sed hoc iure veteri videtur sic distinguendum: quia aut tacite obligata sunt pignora, aut expresse. priori casu prius est agendum personali: vt ff. de iur. fi. l. Moschis. & supra de do. inter vi. & vxo. l. si non verum. Secundo habet electionem: vt hic, & supra de ac. & ob. l. fin. Sed hodie indistinctè prius agi videtur debere personali, per authen. de fideiuſ. vt infra eod. authen. hoc si debitor. quæ similiter est supra de ac. & obl. auth. sed hodie. licet per alia verba. Sed & hæc de fideiussoribus videtur tolli per aliam de litigio. & redire ad primum ius, vt eligat creditor. quod dices infra in. d. authen. hoc si debitor &c. Accursius.

*Creditori quando sit succurrendum si debitor pignora vendiderit.*

*Iuris.*

** Vindicare eã potes. † Nota fructus extenuare debitum. c. 1. & 2. vide Soz. in. 1. parte consi. 29. versic. circa tertiũ principale. qui versiculus est in fine consilii.*

BIU Cujas

a *Iuris.* Et ita electionem habet, vtrum agat personali, vel hypothecaria: quod corrigitur per authen. hoc si debitor. j. eo.

*Hoc ita.* ]CAVS. Lex. C. dicit quòd creditor habet electionem, an velit conuenire reum act. personali, vel pignora persequi. auth. dicit hoc esse verum, si debitor pignora possideat: secus si alius. & si non satisfiat creditori ex hypothecis debitoris, vel si distraxit, primo conueniat debitorem, & eius fideiussorem: & postea pignorum possessores.

*[Hoc ita si debitor.]*

Hæc authen. sumpta est in authen. de litig. §. ad hoc autē. col. viij. & est contraria illi alij quam habes infra eod. hoc si debitor. quæ est de fideiuss. col. j. & ibi eam solues.

b *Debitorem. Certissimum est.* vt. j. de remiss. pig. l. res. &. j. de distra. pig. l. si debitor. &. §. de preca. l. j. & supra eo. l. vsucapio. & j. debitorem ven. pig. l. j. in fi. hoc autem est verum nisi in ordine conuentionis: vt dixi §. l. proxi. Accursius.

c *Persequi debes.* licet etiam possessio nō fuerit tibi tradita: quod secus est in rei vindicatione: vt supra de rei vin. l. seruum. fallit in casibus ibi notatis.

*Etsi frater.* ]CAVS. Si frater meus pecuniam meā nomine suo Titio dederit mutuo, & pignus accepit: cui sit acquisita pignoris obligatio, quæritur? Dicitur ꝙ sibi. Viuianus.

d *Suo nomine.* secus si tuo: vt. ff. si cer. pe. l. certi condictio. §. pe. &. §. per quas perso. no. acqui. l. fin.

e *Non potuit.* vt &. §. si cert. peta. l. quamuis. &. j. de distrac. pig. l. si maritus. Item aliter in pupillo: vt. ff. qui po. in pig. ha. l. idemque.

*Quanuis.* [CAVS. Si frater meus ex pecunia quam ei mutuaui, prædium comparauit: si nō cōuenit vt generaliter vel specialiter sit obligatum, in causam pignoris deductū non est: sed per aliam actionem debitū meū prosequi potero.

f *Obligauerit.* tunc enim secus: vt infra qui potiores in pignore habeantur. l. licet.

g *Non deduxit.* illud prædium: vt hic, &. ff. de tribu. l. procuratoris. §. plane. &. §. si quis alteri vel sibi. l. qui aliena. &. §. de rei vin. si ex ea. sed hoc fallit in pupillo: vt. ff. qui po. in pig. l. idemque. & supra de ser. pigno. da. ma. l. pe. & in milite: vt supra de rei vin. si vt proponis. An autem inter personales priuilegium habeat, dicam infra qui po. in pig. ha. l. licet.

iuris.[a] S. Kalend. Maij Hæracliæ. AA. Coss.

IN AVTHENT. de litigiosis. §. ab hoc autem. col. viij. constit. vij.

HOc ita, si debitor ei non satisfaciat ex precio rei venditæ: quod vt fiat, permittitur ei vendere.

*Non potest debitor contrahendo vel testādo hypothecæ creditoris derogare. Bald. Vel sic: Alienatio facta per debitorem quouis titulo, non præiudicat creditori iure pignoris vtenti. Salyce.*

XV. Iidem. AA. & CC. Basilidæ.

DEbitorem neque vendentem, neque donantem, neque legantem, vel fideicommissum relinquentem, posse deteriorem facere creditoris conditionem certissimū est.[b] Vnde si tibi obligatam rem probare posse confidis, pignora persequi debes.[c] S. V. Non. Maij Hæracliæ. AA. Coss.

*Actio hypothecaria non quæritur ei cui non quæritur personalis. Bal. Vel sic: Mutuans alienam pecuniam suo nomine, quærit sibi ius pignoris, & non domino pecuniæ. Bar.*

XVI. Iidem. AA. & CC. Heroidi.

ETsi frater tuus non suam, sed ad te pertinentem pecuniam mutuam suo nomine[d] dedit, ac pignus accepit: tamen tibi pignoris obligationē quærere nō potuit.[e] Subscripta. III. Idus Maij Hadrianopoli. AA. Coss.

*Res empta alterius pecunia, non est domino pecuniæ obligata. Bald. Vel sic: Res empta ex pecunia mutuata non est obligata mutuanti, nisi de hoc specialiter vel generaliter conuenerit. Bartolus.*

XVII. Iidem. AA. & CC. Pontiæ.

3 QVanuis ea pecunia quam à te mutuo frater tuus accepit, comparauerit prædium: tamen nisi specialiter vel generaliter hoc tibi obligauerit,[f] tuæ pecuniæ numeratio in causam pignoris non deduxit.[g] sane personali actione debitum apud præsidem petere non prohiberis. S. XII. Kalen. Iun. AA. Coss.

*Actio hypothecaria est in rem. h. d. & ista actio in rem sequitur possessorem. Bal. & Saly.*

XVIII. Iidem. AA. & CC. Euodio.

PIgnoris vel hypothecę persecutio[h] in rem est. S. Kalē. Decemb. Sirmij. AA. Coss.

*Creditor non tenetur de casu fortuito pignorum, sed de dolo & culpa. Bal.*

XIX. Iidem. AA. & CC. Maximo.

SIcut vim maiorem pignorum creditor præstare non habet[i] necesse, ita dolum & culpā, sed & custodiam[k] exhibere cogitur. Dat. XVII. Kalē. Ianuar. AA. Coss.

*Creditor non cogitur agere: tamen oblato ei debito cogitur pignus reddere. Bal. Vel sic: Oblatio & consignatio & depositio debiti sufficiunt ad hoc vt possit agi pignoratitia. Bar.*

XX. Iidem. AA. & CC. Alexandro.

CReditor ad petitionē debiti vrgeri iure minime potest.[l] Quapropter eo quod vos hæredibus Euodiani debere cō fiditis, oblato, & si non velint accipere, consignato[m] atq; deposito: de reddendo pignore hos præsidali notione conuenite. PP. XVII. Kalen. Februa. AA. Coss.

*Extraneus luendo pignora non acquirit dominium pignorum. Bal. Vel sic: Quilibet debiti solutiōe potest pignus liberare, sed ex hoc nō quærit sibi dominium, sed actionē cōtra debitorem absolutum. Saly.*

XXI. Idem. AA. & CC. Vieto.

REs obligatas exterus debito soluto[n] liberando, datū petere,[o] non earum dominium adipisci potest. Dat. III. Kalen. Nouemb. Retiariæ. CC. Coss.

i *Alienã.* scilicet eius qui agnouit. Et sic nota factum vnius alij p̃desse & nocere: vt. ff. e. l. ex duobus vltimis. Et sic est arg. contra. ff. de solu. l. cũ quis. §. si quis pro reo. & ff. manda. l. si fideiussor. j. §. fi. & ff. de neg. gest. l. si ex duobus. in fi. Item contra. est huic legi. ff. eodem. l. ij. & l. ex duobus. ij. Sed solues infra titu. j. l. fi. Item contra. videtur. ff. de vsuris. l. mora. §. fi. Solu. potest dici quòd hic erant socij: ibi non. Vel ibi mora, hic agnitio, quæ est opposita.

*Factũ vni' alteri prodest & nocet.*

k *Fonte.* quantum ad idem debitum & vnam obligationem: licet diuersi sint: vt. ff. e. l. iij. §. fi. Accursius.

*Quãdo plures sunt obligati, sufficit quòd causa obligationis finalis reperiatur i vno: nam suas radices extendit in omnes. Baldus. Vel sic: Licet pecunia vni numeretur, tamen alii possunt simul in solidum obligari. Salycetus.*

IIII. Iidem AA. & CC. Andronico.

PRopter mutuam vni datam pecuniam aliis reis promittẽdi factis, ob non numeratam sibi pecuniam obligationẽ remitti desiderio postulãtium iura refragantur [a]. S. V. Idus Februar. Sirmij. CC. Conss.

*Interruptio facta per vnum correorum, vel contra vnum ipsorum, aliis prodest & nocet. Baldus. Vel sic: Interpellatio facta ab vno de correis credendi, interrũpit præscriptionem etiam quo ad cæteros. & ecõuerso agnitio facta per vnum ex reis debendi, nocet alteri. Salycetus.*

V. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm quidam rei stipulandi certos habebant reos promittẽdi, vel vnus forte creditor duos vel plures debitores habebat, vel ecõtrario multi creditores vnum debitorẽ, & alij ex reis p̃mittẽdi ad certos creditores debitũ agnouerunt, vel p̃ solutionẽ, vel p̃ alios modos, quos in anterioribus sanctionibus ĩterruptionis inuenim' positos: & nos ampliauimus [b], vel forte ad vnum creditorẽ quidam ex debitorib' deuotionẽ [c] suam ostẽderunt: vel cum plures essent creditores, debitor qui solus existeret, ad vnum ex his vel quosdam debitũ agnouit: & quærebatur, si eis vel ei [d] daretur licẽtia aduersus alios [e] indeuotionẽ suam exercere, & quasi tẽpore emẽso [f] exactionẽ recusare, vel quibusdam ex debitoribus debitum agnoscẽtibus, vel in iudicio pulsatis, deberẽt & alij ab omni contradictione repelli: nobis pietate sug gerẽte videtur esse humanũ, semel in vno eodémq; contractu qualicumq; interruptione vel agnitione adhibita, omnes simul compelli ad p̃soluendum debitum, siue plures sint rei, siue vnus: siue plures sint creditores, siue non amplius quàm vnus. sancimúsq; in omnib' casib' quos noster sermo cõplexus est, aliorum deuotionẽ vel agnitionem, vel ex libello [g] admonitionẽ aliis debitorib' p̃iudicare, & aliis p̃desse creditorib'. V Sit itaq; generalis deuotio, & nemini [h] liceat alienã [i] indeuotionẽ sequi, cũ ex vna stirpe vnóq; fonte [k] vnus effluxit cõtract', vel debiti causa ex eadem actione apparuit. Dat. Kalẽdis Septembr. Constantinopo. post cõsulatum Lampadij & Orestis. VV. CC.

*Diximus supra de his qui per stipulationem principaliter obligantur: nunc videamus de fideiussoribus & mandatoribus, qui principalibus obligationibus applicantur. Azo.*

l De fideiussoribus & mandatoribus. *Cuique contractui potest fideiussor accedere, potest & mandator: vt. ff. mandati. l. si hæreditatem. §. & in summa. Est tamen differentia: quia & mandatoris præcedit & sequitur obligationem: vt instit. eodem. §. fideiussor & præcedere. at mandator tantum præcedit, nisi in casu: vt. ff. mandati. l. si vero non re. §. si post traditam. at constitutor tantum sequitur: vt. ff. de constit. pecu. l. i. §. i. & §. debitum.*

*Fideiussor differt.*

SI Lysias. ]CASVS. Mutuaui Lysiæ decem, & fideiussorẽ accepi, & Lysias cõdẽnat' [m] est. l. Iul. de vi, & ita tertia pars omniũ bonorum delata est fisco. licet non possum conuenire Lysiam nisi pro duabus partibus quæ apud eum remanserũt, & fiscum pro tertia: fideiussorem tamen quẽ in solidũ habeo obligatum, & in solidũ cõuenire potero.

m *Si Lysias.* pone exẽplum in. l. Iulia de vi priuata: vt instit. de publi. iudi. §. item lex Iulia de vi. nã fiscus quasi successor p̃ tertia quę ad se pertinẽt, conuenitur: vt infra ad. l. Iuliã de vi. l. tutoris. & ff. de capi. de. l. ij. & solu. mat. l. si marito. in prĩ. & in ea tertia damnatus habet exceptionẽ: vt. ff. si quis cau. l. sed & si quis. in prin.

n *Creditoribus.* p̃ duabus partibus.

o *Possunt.* videtur q̃ non: vt supra de exceptio. l. defensiones. Sed ibi fuit ĩteger status, hic non. Itẽ adhuc contra. ff. de iure fisc. l. in fraudem. §. si principalis. sed ibi non ex successione, sed ex alia causa bona deuenerũt ad fiscum, vt quia debitor non soluebat. argu infra de senten. pas. l. iij. in fi. Sed dic, non est cõtra: quia ibi apud fiscum fideiusserat: hic apud alios.

*Si Lysias.* pone exẽplum in. l. Iulia de vi priuata: vt instit. de publi. iudi. §. item lex Iulia de vi. nã fiscus quasi successor p̃ tertia quę ad se pertinẽt, conuenitur: vt infra ad. l. Iuliã de vi. l. tutoris. & ff. de capi. de. l. ij. & solu. mat. l. si marito. in prĩ. & in ea tertia damnatus habet exceptionẽ: vt. ff. si quis cau. l. sed & si quis. in prin.

*Creditoribus.* p̃ duabus partibus.

*Possunt.* videtur q̃ non: vt supra de exceptio. l. defensiones. Sed ibi fuit ĩteger status, hic non. Itẽ adhuc contra. ff. de iure fisc. l. in fraudem. §. si principalis. sed ibi non ex successione, sed ex alia causa bona deuenerũt ad fiscum, vt quia debitor non soluebat. argu infra de senten. pas. l. iij. in fi. Sed dic, non est cõtra: quia ibi apud fiscum fideiusserat: hic apud alios.

*Creditori.* ]CASVS. Mutuaui tibi. x. fideiussorẽ & pignus accepi: electio mea est quem velim conuenire, vel reum, vel fideiussorem. soluenti tamen fideiussori cedam ius pignoris. si vero aliàs essent obligata mihi eadem pignora, & si pro alia pecunia non in quantum fideiusit: nisi totam pecuniam soluat, non cedam ei ius pignoris.

*TITVLVS XLI.*

## DE FIDEIVSSORIBVS & mandatoribus [l].

*Exceptio reo competẽs, statu mutato nõ porrigitur ad fideiussorem. hoc dicit secundum glo. Vel sic secundum But. Si solũ reus ab obligatione eximitur, & in aliũ successorem transfertur: ista exceptio fideiussori non datur. Bald. Vel sic: Publicatio bonorum debitoris fideiussorem non liberat. Bar.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Lysiæ.

SI Lysias [m] adẽpta parte bonorũ exulare iussus est: non nisi p̃ parte quam retinuit, creditorib' [n] obligat' est. Verũ qui p̃ eo fidẽ suã adstrĩxerũt, iure pristino cõueniri possunt [o]. PP. Idib. Octobr. Seuero. A. III. & Victorino Coss.

*Licitum est creditori habenti pignora, agere contra fideiussorem: tamen debet ei pignora cedere, nisi in aliud debitum possit retinere. Bal. & Saly. Vel sic: Fideiussori soluenti tenetur creditor cedere actionẽ personalem & hypothecariam. Bartolus.*

II. Iidem AA. Plocio.

CReditori qui p̃ eodẽ debito & pignora & fideiussorẽ accepit: licet [p], si malit, fideiussorẽ cõuenire in eã pecuniã ĩ qua se obligauerit [q]. quod cum facit, debet ius pignorum [r] in eũ transferre. Sed cum in alia quoq; causa eadẽ pignora vel

p *Licet.* id est licitũ est: vt. ff. eo. l. inter eos. §. creditor. nisi aliud cõuenerit: vt argu. ff. mã. l. qui mutuam. in prin. & j. eo. l. omissis.

q *Obligauerit.* scilicet fideiussor.

r *Ius pignorum.* vt. ff. de distrac. pigno. l. ij. & ſ. de senten. & interlo.



BIU Cujas

interlo.l.cum eorum.sed & psonales non solum contra reum: vt.ff.de solu.l.Stichum.§.pe. sed etiam contra fideiussores:vt.ff. eo.l.si fideiussores.§.idem respondit.&.l. fideiussoribus.&.ſ. loca.l.si diuisa.&.ſ.arbi.tu.l.cum interdictæ:si ergo fecit ne cedere posit,nec poterit agere:vt.ff.de admi.tu.l. si pupillus.&.d.l. Stichum.§.pe.Sed cõtra.ff.e.l. si stipulat⁹.§. fi.sed illud de rigore secundũ R.hoc de equitate. vel aliter vt ibi notatur.

*Primus cõ fideiuſſ. volũtate nõ potẽs retineri ob chirogra phariã pecuniam.*

*De materia huius.l. & seq.authẽ.& l. in re nostro.j. eo.tit. vide ca.cũ gl.l. extra e.tit.*

a *Obligatas*. secus si non habet obligatas: nec enim ob chirographariam pecuniam potest retinere contra fideiussoris volũtatem, sed contra voluntatem debitoris tantum:vt.ſ. etiam ob chirographariã pecuniam.l.j. in fi. Item intelligũt quidã ꝙ hic obligatio fuit facta ante fideiusionẽ. secus si post: vt.ſ.etiã ob chirographariã pecuniã.l.j.in fi.&.ff.qui pot.in pigno. hab. l. si prior.§. si tertius. Alij dicũt quandocumque ꝑ dictam.l. etiã ob chirographa.pecuniam.l. j.circa medium. sed si debet cedere cõtra fideiussores, vt.ſ. dixi, quomodo potest facere psonale pactum vni fideiussorum,ita ꝙ alter in solidũ remaneat obligat⁹? Dic ꝙ volẽte altero. Accursius.

*Non rectè*.] C ASVS. Electioné habet creditor, quem velit primo conuenire,scilicet fideiussorem vel reum. si ergo mutaui tibi pecuniam,& fideiussorem accepi,& fideiussoribus ob debitum aliquod succedat fiscus,& cõueniã fiscũ: ꝓcurator autem Cęsaris,qui cognoscit inter fiscum & priuatũ, interlocutus fuerit me debere cõuenire prius reum principalẽ:an recte ꝓnunciauerit, quæritur? Et dicitur ꝙ non. Si vero accepi duos fideiussores,& alteri fiscus succedat, conueniam fiscum ꝑ parte, & alium ꝑ parte si soluendo sit, nec etiam si ab initio nõ cognouisset,vt quilibet fideiussor in solidum teneretur, ob hoc minus in solidum tenebuntur.sed & si omnes idonei fuerint, ꝑ parte erit quilibet conueniendus:sed Authẽtica dicit ꝙ si vterque sit præsens, scilicet tam fideiussor quàm reus principalis:debet primo conueniri principalis,etiam si sit non soluendo in totum vel in partem. si reus sit absens, poterit fideiussor conueniri.& si petat tempus intra quod reducat reum:ei à iudice concedendum est.intra quod si non venerit , conuenietur fideiussor: creditor tamen cedet fideiussori actiones suas.

b *Procuratores*. scilicet Cæsaris,qui iudices sunt inter fiscum & priuatum : vt hic, & supra si aduersus fiscum.l.ij.§.j.

c *Audire te*. scilicet creditorem conuenientem fiscum hæredem vnius fideiussorum.

d *Permittatur*. iure veteri: vt hic,& infra eodem.l. iure nostro. Sed hodie contra: vt in authen.præsente.hic posita.

e *A procuratore*.ſ.fisci,qui successit alteri fideiussori: vt.ſ.dixi.

f *Experiri*. vt &.ff.eodem.l. inter eos.in princ.&.§.j. & insti. eodem.§. si plures.

g *Adiectum*. id est dictum.

hypothecas habet obligatas[a], nõ prius cõpellẽdus est trãsferre pignora, quàm omne debitũ exoluatur. Dat.V.Kal.Februa. Apro.II.& Maximo Conss.

*Expressio eorũ quæ tacite insunt, nihil operatur. Et quoties plures singuli fideiubent, quilibet in solidum videtur fideiubere. Baldus.*

III. Iidem AA. Maximo.

NOn rectè procuratores[b] nostri, si allegationi tuę fides adesset, audire te[c] noluerũt ex bonis fideiussoris quæ ad fiscũ ꝑuenerunt,pecuniam repetentẽ, sed reum principalem cõuenire iusserunt: cũ electionis potestas ꝑmittatur[d] creditori. Sed cum duos fideiussores accepisse te proponas: si alter idoneus est, intelligis te diuisa quantitate partẽ competentẽ à ꝓcuratore[e] nostro petere debere,& aduersus alium fideiussorẽ eius experiri[f]. Nam licet significes adiectũ[g] esse in obligatione, vt singuli in solidũ tenerẽtur:tamẽ nihil hæc res mutat conditionẽ[h] iuris & constitutionẽ. Nam & cum hoc non adiiciatur, singuli tamẽ in solidum tenẽtur[i]:sed vbi sunt omnes idonei, in portionem obligatio diuiditur[k]. PP.XVII.Kalẽdas Septembris Antonino.A. III.& Geta.III.Conss.

IN AVTHENT. de fideiusso. & manda.§.si quis igitur.&.§. non solum. colla. j. consti. iiij.

*Iure nouo prius conuenitur principalis, si est præsens:demũ eo discusso fideiussor. Bal.*

h *Conditionem*. conditio iuris est, vt vterque ꝑ parte cõueniãtur,quando ambo soluendo sunt. Item constitutio dicit actionẽ diuidendam.siue ergo dictum sit vt vterque teneatur in solidũ, siue non : vterque tenetur in solidum,sed pro parte conueniatur, si vterque sit soluendo.& sic est.ff. de leg. j. l. iij. *Fideiusso res duo quã liter possunt conueniri.*

i *In solidũ tenẽtur*. hodie cõtra, nisi hoc dicatur:vt.ſ.titu.j. auth. hoc ita. Vel aliud dic reis debẽdi, qui ꝑ parte pecuniã accipiũt:vnde ꝑ parte nouo iure tenẽtur & cõueniuntur: & aliud in fideiussoribus, qui cũ intercedant ꝑ eo qui in solidũ tenetur,merito & ipsi in solidum tenentur: vt instit.e.§.si plures.

k *Diuiditur*.ex epistola diui Hadriani: vt insti. eo. §. si plures.nisi inficientur: vt.ff.e.l. si dubitet.

PRæsente tamẽ vtroque non ꝑmittitur intercessorẽ cõueniri prius quàm reus inuẽt⁹ est min⁹ idoneus, siue ĩ totũ, siue in partẽ. ℣ Absente autẽ reo, præsens itercessor iure quidẽ cõuenitur: ipso tamẽ desiderante iudex definiet tẽpus, intra quod deducat reum primo cõueniẽdum[l], ipso in subsidiũ reseruãdo. Nam transacto tẽpore cõpellitur intercessor satisfacere, cessis sibi à creditore actionibus[m], absq; distinctione[n] cõtractus[o] siue intercessionis[p].

*Obligatione nonata fideiussores nõ fũt obligati: nisi ipsi se de nouo obligauerint. Bald.*

IIII. Imperator ANTONINVS A. Rufæ.

NOuatione legitimè perfecta debiti in aliũ translati, prioris contractus fideiussores vel mãdatores liberatos esse non ambigitur[q]: si modò in sequẽti se nõ obligauerũt. PP. XV. Kalend. Octobr. Antonino. A. IIII. & Balbino Conss.

*Potestas à iure cõcessa, ꝑ pactũ potest modificari. Bald. Vel sic: Per pactũ cõtrarium tollitur potestas eligẽdi fideiussorem. Salyce.*

V. Idem A. Potamoni.

IVre nostro est potestas[r] creditori, relicto reo, eligẽdi fideiussores, nisi iter cõtrahẽtes aliꝺ placitũ doceatur. PP. VI. Non. Maij, Messala & Sabino Conss.

*Notarius qui conficit instrumentum, vel testes instrumenti non obligãtur ex instrumento. Baldus. Vel sic: Subscribens se vt testis, non dicitur fideiubere. Salycetus.*

VI. Idem A. Pollæ.

SI pater tuus pro Cornelio cum pecuniam mutuam

l *Primo conueniendum*.secus in hoc seruatur in duobus reis : vt supra titu.j. authenti.hoc ita.

m *Actionib⁹*.si vero nõ cedant,nõ dãtur fideiussori actiões quę dabãtur creditori: vt.ff.eo.l.vt fideiussor.&.l.fideiussoribꝰ.secus vero in tutoribꝰ: vt.ff.de tutelis & ra.distra.l.j.§.nũc tractemus.

n *Absq; distinctione*.quod hic subiicit,sumitur ex cor.§. nõ solum.vsque ad.§.quod autem.sed præcedentia ex.§.si quis igitur.

o *Contractus*.siue mutuum, siue véditio sit in quo interfuerit.

p *Intercessionis*. intercesit mandando,vel fideiubendo,vel cõstituendo, non tamen nouando. Accursius.

*Nouatione*.] C ASVS. Habebam debitorem in decem, & fideiusso.animo nouãdi stipulatus sum decem ei à Titio: an fideiussores sint liberati,quæritur?& dicitur quòd sic,nisi in cõsequenti contractu obligauerint se. Viuianus.

q *Ambigitur*. vt & supra etiam ob chirographa.pecu. l.j. &.ff. de noua.l.nouatione.& de solu.l.solutionem.

*Ivre*.] C ASVS. Dicit Imperator in hac lege quòd electio datur creditori,velit primo conuenire reum , vel fideiussorem relicto reo : nisi aliud fuerit actum.

r *Est potestas*.vt.ſ.eodem.l.non recte.sed hodie contra : vt in

authen.præsente.Ité cótra.huic legi.ff.de verb.oblig.l.si ita stipulatus fuero te sisti.§.possum.sed ibi actum videtur cótra.ff. de admini.rerum ad ciui.perti.l.curatores.§.fi.sed ibi soluitur. Ité contra infra de decur.l.j.lib.x.sed ibi solue. Accursius.

*Si pater.*]*CASVS.* Mutuaui decem Titio.confectum est instrumẽtum.pater tuus interfuit tanquam testis, & in instrumento signum apposuit: non propter hoc erit conueniendus,nisi se obligasset. Viuianus.

a *Acciperet*. scilicet Cornelius.

b *Conueniris*. vt& supra de administra.tutorum.l. si non.& si certũ peta.l. mutuæ.& de actio.& obli.l. nimia. & de rebus eccle.alie. vel nó alie.l.ij.

*Si creditor.*]*CASVS.* Mãdaui tibi vt Titio mutuares decem,& pignus acciperes : sed pignus non accepisti: an me conuenire possis actiõe mãdati, quęritur? Et dicitur quòd non: aliter videor me obligasse, nisi pignus accepisses.

c *Mãdato*. id est quia nõ potest cedere actionem in pignore: vt.ff. mãda.l.si mandato Titij.§.fi.Accursius.

*Filiusfamilias.*]*CASVS.* Pater fundum vendidit: filius in sua potestate constitutus pro euictione fideiusit:an teneatur,quęritur ? Et dicitur quòd sic.Viuianus.

*Filiusfamilias pro patre potest fideiubere.*

d *Tenetur*. potest ergo fideiubere pro patre:vt hic,&.ẽ.de filiofamil.minore.l.j.& qđ cũ eo.l.si ex alio.& ad Velleianũ.l.si paternã.&.ff.qui satisda.cogan.l.ij.§. & filius.&.ff.eo.l.si dubitet.§.filiusfamilias.& pro extraneo:vt.ff.de pecu.l.iij.§.si filius.&.ẽ.quod cum eo qui in ali. potesta.l.nulla.Dubitatio forte hic erat:quia quasi dominus videtur etiam viuente patre:vt.ff.de libe.& posthumis.l.in suis.& institu.de hæredum qualitate & differen.§.sui.

*Etiam.*]*CASVS.* A debitore fideiussorem & pignus accepi: egi hypothecaria.an nihilo minus possum conuenire fideiussorem per hanc actionem, quæritur ? Et dicitur quòd sic: non enim ob hoc quòd egi hypothecaria, liberatus est fideiussor. Viuianus.

e *De iure obligationis*. scilicet hypothecaria, non solum personali contra debitorem vel fideiussorem : nec enim fit nouatio: vt.ff. de pign.l.grege.§. etiam.&.§. si cum defensore.& supra de pign.l.quamuis.ij. Accursius.

f *Fuerit*. à creditore.ad pignora enim agit.

*Fideiussor.*]*CASVS.* Si pro te tam in sortem quàm in vsuras fideiusi:eas quin soluam,non potero recusare.& hoc in prima. Si vero cum alio fideiusi: an possim impetrare vt diuidatur inter nos obligatio?Respon.quòd sic:si vterque nostrum est soluẽndo.& hoc in secunda.

g *Obligatus est*. vel quia expresse se obligauit, vel quia in omnem causam fideiusit : vt.ff. loca.l.quæro.circa princip.&.ff.de admini.rerum ad ciuita.perti.l. ij.in fi.At vbi simpliciter intercessit, dicit Ioan.idem,argu.ff. eodem.l.si quis pro eo.§.si nummos.&.l.amissi.§.fideiussores.&.ff.rem pupil.sal.fore.l.si postea. &.ff.ad municipa.l.Lucius.§. Paulus.Pla.tamen respon.his legibus : quia in omnem causam videtur fideiubere, quæ ex numeratione nata nunc, vel postea nascitura est:vt dicto.§.si nummos. At vsura non nascitur ex numeratione . Item ad.l.amissi. dicit ideo teneri, quia & prædiorum dos fuerat locata expresse vel tacite.arg.ff. loca.l. sed addes.§. illud.Vel expone dotis prędiorum, id est dotalium prædiorum.argu.supra de iure do.l. ij. Tenentur ergo fideiussores marito mercedis nomine dotalium prædiorum, etiam secuto diuortio . Item in.l. si postea.in omnem causam fideiusserat . Item ad.l. Lucius. dicit non semper valere argu.à contrario sensu. Et ipse distinguit an debẽtur ex officio,quo casu cum nec sint in obligatione, & nõ tenetur fideiussor:vt.ff.de eo quod cert. lo. l. centum.aut ex stipulatione, & tũc sic: & pro eo,quia frustra diceret lex in omnem causam aliquando, si semper in omnẽ causam teneretur:vt.d. l.ff.loc.l.quæro. & supra de pac.inter emp. l. in initio. Item quia in pœnis, quæ crescũt contra reum, non tenetur : vt.ff.e.l.fi.&.d. l.cẽtum.Item qui simpliciter promittit, ea tantum quæ in obligatione iam sunt,promittere videtur : vt.ff. de verb.oblig.l. si stipulatus fuerim illud.§. cum stipulamur.&.l. si à colono. Item pro eo ff.eodem.l.fideiussores magistratuum. sed ibi pro sorte tantum interceserit . sed tu serua primam distinctionẽ: vt no.ff. loc.quæro.

h *Diuidatur*.si nó inficientur:vt.ff.e.l.si dubitetur.§.j.

i *Ante condemnationem*. quia dilatoria est, vt dicunt : vt supra de probat .l. exceptionẽ. quod non placet: quia etiam ante litem contestatam deberet tunc opponi. Dic ergo magis anomalam: quia nec est dilatoria, neque peremptoria.& quod dicit, ante condemnationem : subaudi, maxime : nam & post potest proponi: vt.ff. e.l.si fideiussores.§. idem.&.l. inter eos.§. fi.quia & exceptio Velleiani & Macedoniani postea proponuntur : vt.ff. ad Mace.l. sed & si.§. fi.&.l. sequen. Vel dic vsque ad sententiam, & non vltra. Et aliud est in beneficio cedẽdarũ actionũ:vt.d.l.si fideiussores.Ité in.d.l.iter eos.est itelligẽdũ quãdo est appellatũ, vt tunc opponatur exceptio in causa appellationis. Accursius.

*Exceptio diui Hadriani est anomala.*

*Cum alter.*]*CASVS.* Si creditor plures habens fideiussores contra vnum egit, & solidum exegerit: an ille contra fideiusso.agere possit,quæritur?Et dicitur quòd non:nisi à creditore fuerit ei cessa actio.& hoc in prima. Idẽ est ĩ fisco creditore, vt fideiussor soluens intra annũ aduersus fideiusso. pigno.actio. habeat,si ius pignoris vel actionis sibi fuerit cessum. Viuianus.

k *Non competit*.vt &.ff.e.l.vt fideiussor.secus in tutore,qui cõtra cõtutores habet vtilẽ actionẽ:vt.ff.de tu.& ra.dis.l.j.§.nũc tractem⁹.& sic tutor triplex habet auxiliũ:beneficiũ scilicet epistolę.Ité cedũtur actiones.Ité habet vtilẽ,& sine cessione: vt.d. §.nũc tractem⁹.&.ff.de neg.gest.l.si ex facto.sed fideiussor habet tantũ prima duo.Item no.q̃ fideiussor soluẽdo ꝓ reo, nõ liberat reũ ipso iure:vt.ff.mãda.l.Papinianus.quia nec est ꝓprie solutio,sed preciũ cedẽdarũ actionum:vt.ff.de solu.l.Modestinus. &.ff.e.l.cũ his.& de cẽsi.l.cũ possessor.exceptio tamẽ competit debitori:& quo ad hoc dicitur solutio:vt.ff.de iudi.l. de qua re. §.fi.&.ff.de peti.hære.l.si quid possessor.§. sed & si.sed licet sit inutilis actio creditori futura per exceptionem:tamen cessa valet:sicut aliàs inanis actio vel obligatio aditione hæreditatis confirmatur:vt.ff.de solu.l.Stichum.§. aliquando.

*Tutor cõtra cõtutores tri plex habet auxilium. Fideiussor soluẽdo pro reo, ipsum non liberat ipso iure.*

l *Fisco*. scilicet creditori.

m *Ius pignoris*. item personalis obligationis : vt.ff. eodem.l. fideiussoribus.

acciperet[a], se nõ obligauit:frustra ex eo quòd tabulas obligationis vt testis signauit, conueniris[b].PP.XI. Kalendas Iul. Messala & Sabino Conss.

*Mandator non obligatur ex forma statuti, vel omissa forma mandati. Baldus. Vel sic: Mandans vt alicui mutuet pignoribus datis, non potest ab illo conueniri sine pignoribus mutuante. Salycetus.*

VII. Idem A. Eroti.

SI creditor conditioni mandato[c] adscriptæ cum pecuniam mutuam daret in accipiẽdis hypothecis,non paruit:frustra te iudicio mandati conuenit, quando non aliter te obligasse ĩtelligaris, quàm si pignoribus contraheretur obligatio. PP.Kalendis Iul. Læto . II. & Cereale Conss. B

*Filiusfamilias potest pro patre fideiubere. But.& Saly.*

VIII. Imperator ALEXANDER A. Longo.

FIliusfamilias qui pro patre, quamuis in venditione fundi, fideiusit : tenetur[d].PP. II. Idus Octobris, Maximo. II. & Aeliano Conss. C

*Licet actum sit hypothecaria, non liberatur fideiussor. Baldus. Vel sic: Persecutio pignoris non liberat fideiussores. Salycetus.*

IX. Idem A. Aristocrati.

ETiam si de iure obligationis[e] pignorum actum fuerit[f], fideiussoribus liberatio nõ contingit.PP. V. Kalẽd. Decẽb. Maximo. II. & Aeliano Conss. D

*Si fideiussor iterceſit in sortẽ & in vsuras, tenetur in totum, & habet beneficiũ hoc diuisionis. Baldus. Vel sic: Si fideiussor se obligauit pro vsuris, ad illas tenetur. Et beneficium diuisionis quod habẽt fideiussores, debet opponi ante sententiam. Salycetus.*

X. Idem A. Vitali.

FIdeiussor seu mandator si in vsuras quoq; obligat⁹ est[g], iustã causam recusandi eas soluere non habet. Vt autẽ is qui cum altero fideiusit, non solus cõueniat, sed diuidatur[h] actio inter eos qui soluendo sunt: ante condemnationem[i] ex ordine postulari solet. PP.*

*Fideiussor soluens solidum, non agit cõtra fideiussores nisi actiones sint cessæ: & vt cedantur potest petere tam à fisco creditore, quàm à priuato. Baldus.*

XI. Idem A. Sallustio.

CVm alter ex fideiussoribus in solidum debito satisfaciat, actio ei aduersus eum qui vnà fideiusit,nõ cõpetit[k]. Potuisti sanè cum fisco[l] solueres, desiderare vt ius pignoris[m] qđ fiscus habuit, in te transferretur:& si hoc ita factum est, cessis actionib⁹ vti poteris. Quod & in priuatis debitis obseruãdũ est.PP. VII. Kal. Nouẽbr. Alexandro. A. III. & Dione Cõss.

BIU Cujas

fideiussoribus.& de solu.l.Stichum.§.penul.

*Landitus.*]CASVS. In Latino stipulati à te decem, in Græco respondisti,& intellexisti:an sis obligatus, quæritur? Et dicitur quòd sic.& si aliquis contra illud persuaserit, magis videtur blanditus,quàm verũ dixisse.Intellige,ꝙ tantũ fideiubeat pro aliquo apud me,& illa si ipse non solueret,stipulatus sum à te.

a *Dixisti.*respondendo Græcè, vel alio verbo quàm fueris interrogatus: vt & supra de contrahen.stipul.l. omnes.mens enim magis quàm verba spectatur: vt & supra de fideicommiss.l.cum virum.

b *Si Barsatoram.* Duobus modis intelligitur hæc lex. Primo quòd hic Lysanias ꝓmisit hunc Iatronem iudicio sisti,& sic quasi fideiussor fuit: non vere, cum nulli obligationi accesserit. Vel ergo exhibebit, vel secundum consuetudinem, vel motum iudicis punietur: vt. ff. de custo.re.l. si quis reũ. & infra ad Turpill. l. ij. vel aliter, promisit se inuenturum latronem, & super hoc etiã fideiussorem dedit. licet ergo inuenerit, nõ tamen est liberatus,nisi exhibeat: vt.ff.de in ius vocand.l. eum pro quo. Nam verba cum effectu &c. vt. ff. quod quisque iuris.l.j.§. hæc autem verba. sicut & qui haustum aquę promisit:nam & iter promisisse videtur:vt.ff.de seruitu. rustico. prædio.l. iter. §. fin. *ADDITIO.* Aduertas ꝙ hanc. l. notant doctores ad quęstionem,pone statutum dicit, si quis de nocte fuerit inuentus cum armis, punietur tali pœna. Visus est aliquis cum armis de nocte, an inciderit in pœnam? & dicunt doctores communiter quòd non: sed requiritur quòd fuerit corporaliter apprehensus,per.l.istam.ita vult Barto.hic,& in.l.j.in princip.ff.de acquiren.possessio.& Cy.in.l.licet.supra de acquiren. possessio. de qua quæstione videas latius per Ange.& Ioan.de Imol. in. l. iij.§.inde Neratius.ff.de acquiren.possess.

*Diuersitas idiomatis fideiussores non vitiat.hoc dicit.Vel sic: Fideiussor obligatur verbis tantum,non re,non consensu,non literis, apud intelligentem tamen. Baldus. Vel sic:Fideiussor obligatur per stipulationem,etiam si verba sint Græca.Salycetus.*

XII. Idem. A. Theodoto.

BLanditus tibi est, qui non teneri te persuasit, quòd cũ pro alio interuenires, ὅτι ὁ μὴ θέλεις ποιήσω †, dixisti a :* cum & his verbis obligationem verborum posse contrahi pridem receptum est. PP. VI. Kalendas Septembris Agricola & Clemente Conss.

*Qui promittit latronem inuenire, videtur promittere in iudicio sisti:& si non sisti,punitur.hoc dicit. Vel sic: Ille dicitur inuentus,qui est inuentus & captus, & repræsentatus curiæ. Vel sic: Qui promittit antecedens,videtur promittere consequens. hoc dicit secundùm secundam lecturam. Butri.*

XIII. Pars ex epistola GORDIANI. A. ad Auxium.

SI Barsatoram b * Iatronem Lysanias decurio inuenturum se spopondisset: aut exhibere compellendus est,aut trãsmittendus ad præfectum prætorio, c vel ad præsidem prouinciæ.

*Sola solutio non acquirit fideiussori hypothecariam,vel personalem, nisi cedantur. Baldus.Vel sic:Actio mandati competit fideiussori soluenti, non hypothecaria competens creditori,nisi cedatur: quæ cessa potest intentari contra possessores bonorum. Salycetus.*

XIIII. Iidem. A. Saliuo.

MAndati actio personalis est. quæ si nomine fideiussoris, d vel aduersus debitorem, seu hæredes eius competit: e præses prouinciæ,quæ deberi compererit, reddi iubebit. Pignora etenim,quæ reo stipulandi nexa fuerunt, ita demum ad vos transeunt,si facta nominis redemptione, solutio celebrata est f, vobisque mandatæ sunt actiones. Quod si factum est,ea quoque vobis persequẽtibus,aduersus pignorum possessores extraordinariam g iurisdictionem idem vir clarissimus impertietur. PP. III. Nonas Iulij Gordiano.A.& Auiola Conss.

*Fideiussor soluens indebitum, agit condictione indebiti. Item si fiscus succedit reo debendi,& soluit: liberat fideiussores. Baldus.*

XV. Idem. A. Claudiano.

SI indebitam pecuniam quasi ex causa fideiusionis obstrictus in cautionem per errorẽ h deduxisti,tam doli mali exceptione vti, quàm condicere vt obligatio tibi accepto feratur,potes. Non est autem dubium,fideiussorem rei promittendi,bonis ad fiscum deuolutis, si idem fiscus ob debitum restituendum fuerit i conuentus, & soluerit, liberari.PP.V. Kalen.Decembr.Gordiano.A. & Auiola Conss.

*Actio per litis contestationem diuisa,integrari non potest.Bal.Vel sic:Electio non nocet creditori quo minus aduersus alium confideiussorem habeat regressum:sed diuisio facta pro cuiuslibet rata sic.h. d. secundum glo.Saly.*

XVI. Idem. A. Maximo.

LIberum fuit antequã lis aduersus omnes fideiussores cõtestaretur: vnum eorũ eligere creditori, k si modò cæteros minus idoneos existimaret. l At nunc post litis contestationem,petitionem diuisam redin-

*Fideiussor quã actionem habet. Fideiussor per solã solutionẽ non acquirit sibi hypothecariam.*

cautionem per condictionem sine causa,vt accepto feratur,condicet.& hoc in prima. Si bona debitoris sunt à fisco occupata, & creditor agat aduersus fiscum,& exigat:non est dubium quin liberetur fideiussor. Viuianus.

*a Placet Sa ly.& est dicligenter ad hoc aduertendum.*

g *Extraordinariã.* id est sine solẽnitate quæ olim desiderabatur: vt institu.de interdic.§.fi. & supra de formulis. Vel dic extraordinariam,id est vtilem hypothecariã.directa vero ipsi numeranti daretur.Accursius.

*SI indebitam.*]CASVS.Habebã debitorem & fideiussorẽ: soluit mihi debitor fideiussore ignorante: post solutionem factã extorsi cautionem ab eo de pecunia reddenda:si soluit,repetet per condictionem indebiti:si non soluit, & agã, excipiet de dolo, &

*Codex.*



BIU Cujas

*Actio per litis contestationē diuisam non redintegratur.*

a *Iuris ratio non patitur.* opposita exceptione taciti pacti: vt. & ff. eo. l. amissi. §. j. & ff. de euic. l. si per imprudentiam. §. fina. & supra de pac. l. si creditores. Sed contra infra eodem. l. reos. & l. fin. sed hic diuisit ab vtroque parte petendo, ibi autem ab vno tantū petiit. vel solue vt ibi. Item cōtra. ff. de leg. j. si ex toto. §. j. Solue vt in dicta. l. supra de pactis. si creditores. Et nota secundum Irn. quòd non in electione, sed diuisione sibi præiudicauit: vt argumen. ff. quod fal. tuto. aucto. l. nouissime. §. finali. Accursius.

OMissis.] CASVS. Electionē habet creditor, in residuum debitum, quod non potest redigi ex pignoris venditione, cōuenire fideiusso. quo casu primo aget hypothe. Viuianus.

b *Conueniri.* vt & supra eodem. l. creditori. & ff. eo. l. inter cos. §. creditor.

c *Ex his.* scilicet pignoribus.

d *Acceptus sit.* vt & ff. manda. l. qui mutuam. sic & ff. eod. l. si fideiussores. in princip.

*Vt proponis.*] CASVS. Si creditor in centum habeat pign[9] quòd valeat centum, & fideiussor lege vel pacto distrahat. pro. l. an pro residuis. l. quæ sibi debētur adhuc, habeat regressum aduersus fideiussorem, quæritur? Et dicitur quòd non.

e *Vendidisti.* & ita teneris debitori pignoratitia actione ad interesse, quod est puta decem: vt supra si vendi. pigno. aga. l. j. sicque in eo factus es debitor tui debitoris. vnde fideiussor potest cōpensationem obiicere: vt. ff. de compensa. l. si quid à fideiussore. cum exceptio reo competens, & fideiussori detur: vt supra de except. l. defensiones. Accursius.

*Si alienā.*] CASVS. Si pro Titio fideiubere mandasti, vel te pro eo soluturum constituisti, non compellitur creditor eum primo conuenire: sed electionem habet an velit te primo conuenire, vel eū, nisi ab initio aliter conueniisset.

f *Suscepisti.* non trāsferendo in te: sed ita quòd reus principalis remansit obligatus: quod fit constituendo, fideiubendo, ac mandando: quia mādatum in casu sequitur principalem obligationem: vt. ff. manda. l. si vero non remunerandi. §. si post creditam.

g *Vel fideiussorio.* diuidit quod in genere dixerat.

h *Quocunque alio.* puta constituendo: sed hodie corrigitur hæc lex per authen. præsente. supra eod. positam. Accursius.

*Sententia.* [CASVS. Pone quòd omnia bona debitoris fuerunt confiscata: quomodo subueniendum erit creditori, quæritur? Et respon. quòd habebit electionem an velit conuenire fiscum, vel hæredem debitoris, vel successoreni, aut fideiussorem.

i *Bonorum omnium.* scilicet debitoris.

k *Continente.* sicque fiscus vt hæres tenetur: vt supra. eo. l. j.

l *Intercessores.* scilicet quosdam, cum multi essent: sed hoc videtur falsum: vt supra eo. l. non recte. in fine. Sed dic quòd illud est ex beneficio epistolæ. Vel dic quòd dat hic electionem conueniendi fiscum vel fideiussores. quod & hodie est immutatum: vt supra eodem. authen. præsente. Accursius.

*Sicut.*] CASVS. Sicut electio datur creditori quem velit conuenire, scilicet fideiussorem an principalem: ita non compellet creditor fideiussorem ad solutionem nisi cedat actione hypothe. id est ius quod aduersus debitore habet. Viuianus.

m *Sicut eligendi.* contingit eundem eidem sæpius debere decem.

n *Creditor.* secus in patre fideiussore pro filio: vt infra de decurio. l. j. libro. x. Accur.

o *Vrgeri.* vt & supra eo. l. ij. & l. mandati. in fi. & ff. de sol. l. Stichū. §. penulti. & etiam post condemnationem: vt ff. eo. l. si fideiussores. §. idem respondit.

*Si vltra.*] CASVS. Mandaui de quinque mutuandis: accepisti decem: non nisi in quinque tenebor. Vel dic aliter vt in glo.

p *Mandatorio.* mandaui de decem tibi mutuandis: & me reddiderum scripsi: tu quinque tantum accepisti. non teneor ex eo quod est mandatum, si vltra est numeratum. Et legitur plane tota, nisi in fine: quod ita verte, ex hoc quòd mandatum tuum est vltra numeratum: vel econtra pone: & finis legitur plane, & principium ita, si vltra hoc quod scripsisti te daturum, accepit &c.

q *Daturū.* i. redditurū.

r *Numeratum est.* diligenter ergo &c. vt. ff. man. l. diligēter. & l. rogatus. & institu. eodem. §. is qui exequitur.

*Eos.*] CASVS. Creditor habet electionem quem velit cōuenire, an princi. an fideiussores: omnes: an vnum in solidū, vel omnes pro parte. si tamen vnum conuenerit, neque exegerit, quia idoneus non est: nihilo minus ad alium habebit regressum: cum

---

tegrari, iuris ratio non patitur[a]. PP. II. Id. Iun. Gordiano. A. II. & Pompeiano Conss.

*Omisso pignore potest conueniri fideiussor, nisi contrarium sit actum. hoc dicit. hoc est correctum: quia eousque potest ad bona debitoris sine controuersia haberi recursus, & non potest fideiussor inquietari. supra eod. authen. præsente. Bal. Vel sic: Creditor qui accepit fideiussores & pignora, potest fideiussores eligere, nisi in subsidium pignorum sint accepti. Salyce.*

XVII. Idem A. Brasidæ.

OMissis quoque pignoribus fideiussorem à creditoribus vtiliter conueniri, [b] nisi in id tantum, quod ex his [c] refici non poterit, acceptus sit: [d] explorati iuris est. PP. VI. Idus Mar. Attico & Prętextato Coss.

*Creditor qui vendit rem obligatam minus iusto precio, totum iustum sibi computare tenetur. Bald. Vel sic: Si creditor minori precio vendit fundum debitoris, residuum iusti precii à fideiussore non iure petit. Salyce.*

XVIII. Imp. PHILIPPVS A. Smyrnæ.

SI (vt proponis) fundum ob debitum obligatum non iusto precio vendidisti: [e] residuam quantitatem, quam ex precio eiusdem seruare potuisses, refundi tibi à fideiussore nō iure poscis. PP. V. Kalend. Augusti Peregrino & Aemiliano Conss.

*Suscipiens obligationem pro alio, potest conueniri omisso reo principali, qui accipit pecuniam mutuo. Bal. Vel sic: Constitutor & fideiussor vel mandator nō potest compellere creditorem vt prius exigat reum principalem, nisi aliter conuentum fuerit. hoc dicit. & est hæc lex correcta per authē. præsente. supra eo. Salyce.*

XIX. Impp. DIOCLE. & MAXIMIA. AA. & CC. Sabino.

SI alienam reo principaliter constituto obligationē suscepisti, [f] vel fideiussorio, [g] siue mandatorio, vel quocunque alio [h] nomine pro debitore intercessisti: non posse creditorē vrgeri, eum qui mutuam accepit pecuniam, magis quàm te conuenire, scire debueras: cum si hoc in initio contractus specialiter non placuit, habeat liberam electionem. S. II. Kalen. Maij. AA. Conss.

*Licet principalis sit confiscatus, potest conueniri fideiussor. Bal.*

XX. Idem AVGVSTI & CC. Aureliano.

SEntentia bonorum omnium [i] ademptionem continente, [k] rei damnati principalis intercessores [l] eligendi creditori potestas non adimitur.

*Conueniens fideiussorem, debet ei cedere iura pignorum & hypothecæ: nec potest fideiussorem ad soluendum cogere nisi primo actionibus ei cessis. hoc dicit. Vel sic. Sicut subuenitur creditori vt eligere possit fideiussores: ita subuenitur fideiussori vt fiat pignorum cessio. Bal.*

XXI. Idem AVGVSTI & CC. Iuliano.

SIcut eligendi [m] fideiussores creditor [n] habet potestatē, ita intercessorem postulantem cedi sibi hypothecæ siue pignoris obligata iure, non prius ad solutionem (nisi mādata super hac re fuerit persecutio) cōuenit vrgeri. [o] S. XI. Kalend. Nouembr. AA. Conss.

*Non potest teneri mandator vltra quàm principalis teneatur. Bal. Vel sic: Mandator non tenetur de numeratis vltra mandatum, nec etiam nisi de acceptis intra mandatum. Salyce.*

XXII. Idem AVGVSTI & CAESARES Hermiano.

SI vltra hoc quod accepit ea pro qua te mandatorio [p] nomine intercessisse commemoras, daturum [q] te scripsisti: præses prouinciæ ex hoc quod vltra mandatum tuum numeratum est [r], à te nihil exigi patietur. S. XII. Kalend. Maij. CC. Conss.

*Electio creditori non nocet, siue in totum, siue pro parte fiat. Bald. Vel sic: Electio vnius de pluribus principaliter vel accessoriè obligatis, non præiudicat quo minus contra alios agat creditor: nec vt illis non existentibus soluendo, reuertatur ad primum. hoc dicit visis glo. Vel sic, vt hæc litera sonat: Siue eligatur principalis, siue accessorius, non prohibetur creditor ad aliū eorum accedere, nec ad electum reuerti. hoc dicit. & iste casus videtur mihi magis applaudere literæ. Etiam multa contraria cessabunt. Salyce.*

XXIII. Idem. AA. & CC. Antipatro.

BIU Cujas

cum electione nullus eorum liberetur.

a *Reos principales.* scilicet debendi.

b *Eligere.* in solidum.

c *Non faciente.* propter inopiam.

d *Egeras primo.* scilicet in solidum.

e *Ad alium.* scilicet primum.

f *Reuerti.* aliis nihil habentibus.

g *Licet.* vt. ff. de leg. j. l. si ex toto. & argumẽ. ff. de separatio. l. debitor. & ff. de pecu. l. & ancillarum. §. illud. & l. quoties. §. si creditor. & infra eod. l. fina. Sed contra supra de pactis l. si creditores. Solu. vt ibi. Item contra supra eod. l. liberum. Solu. ibi post litem contestatam: ipsa lite pendente ante sententiam non potest redintegrare petitionem diuisam: sed post sententiã sic, si conuentus non potest satisfacere: vt hic. Vel ibi egit pro parte contra omnes animo diuidendi: hic autem contra vnum, & in solidum. Vel hic fuit deceptus conueniendo eum de cuius facultatibus amplius sperabat, quàm in his esset: ibi non errauit. argumen. instit. quibus ma. non licet. §. in fraudẽ.

h *Ideiussoris. Tenetur.* vt instit. eo. §. ij.

i *Si idem.* contingit eundem idem sæpius debere.

k *Vtriusque.* scilicet fideiussori & reo.

l *Finita.* ne sit idem pro se obligatus, & ne duplex ciuilis sit in eodem, altera principalis, & altera accessoria: vt. ff. de solu. l. hæres. §. ij. & plene dixi de hoc ſ. de pactis. l. debitori. & facit. ff. de separa. l. debitor. in princip. Accursius.

REos principales, [a] vel mãdatores simpliciter acceptos eligere, [b] vel pro parte cõuenire, vel satis non faciente [c] contra quem egeras primo [d], post illum ad alium [e] reuerti [f] (cum nullus de his electione liberetur) licet. [g] S. Non. Decẽb. Nicomediæ. CC. Conss.

*Fideiussoris obligatio transit ad hæredem: sed si fideiussor debitori succedit, obligatio fideiussoris confunditur, & non potest amodo vt fideiussor, sed vt principalis conueniri. Bald.*

XXIIII. Iidem AA. & CC. Pergamio.

FIdeiussoris quidem hæres exemplo rei principalis tenetur. [h] ℣ Sed si idem [i] vtrisque [k] succedat, intercessionis obligatione finita [l] velut principalis tantùm debitoris hæres conueniri potest. S. XI. Kalen. Ianua. CC. Conss.

*Fideiussor interuallo longi temporis non liberatur ab eo quod restat soluendum. h. d. Vel sic: Si pignora distracta sint vsucapta, fideiussor non prohibetur conueniri. Salycetus.*

XXV. Iidem. AA. & CC. Philippo.

PIgnoribus datis à reo principali distractis, [m] nec post longi temporis interuallum residuum à fideiussore creditor petere prohibetur. S. VI. Kalẽ. Ianuarij. CC. Conss.

*Qui promittit aliquem iudicio sisti, apposito termino cum pœna, potest purgare moram sistendo, vel reum principalem defendendo vsque ad tempus semestre, nisi contrarium actum sit: & si reus principalis decedit intra primum terminum, fideiussor liberatur, & non incidit in pœnam. Sed si reus principalis decedit intra secundum terminum statutum ad purgandam moram, fideiussor non liberatur à pœna: immo exigitur cum effectu, & ius purgandi moram, quod competit fideiussori, transmittitur ad hæredem fideiussoris. Vel breuius: In iudicio stipulatio pœnalis habens diem, pœna committitur, & purgatur: quod locum habet in præparatoriis, non in decisoriis. Baldus.*

XXVI. Imp. IVSTINIANVS A. Iuliano præfecto prætorio.

SAncimus, [n] si quis pro alio spoponderit, quatenus eum intra certum tempus tradat, [o] vel certã quantitatem pecuniarum pro eo inferat, [p] & tempore statuto iam effluẽte non poterit eum repræsentare, non statim pecunias pro eo stipulatas inferre, sed competere [q] quidem post temporis lapsum omnimodo pœnalem actionem: non autem statim summam pro qua fideiussor admissus est, profligari. [r] ℣ Sed si quidem vsque ad sex mensium spacium tempus statutum sit, aliud tantum ei indulgeri sancimus, intra quod si posit [s] personam exhibere, & eam tradere, pœna sit liberatus. ℣ Sin autem amplius quàm sex mensium tempus ab initio cõstitutũ est: [t] tunc quãtacunque temporis curricula data sunt, tamen post lapsum eorum semestres tantùm habere eum inducias, intra quas sit ei licentia personam & non pecunias [u] reddere. [x] ℣ Sinautem & secunda adiectio temporis excedat: tunc omnimodo pœnam pecuniariam persoluat. Sed si quidem post statutum ab initio tempus completum, maluerit reum pro quo cõuenitur defendere: licere ei hoc facere, [y] nisi pacti tenor ad hoc reclamauerit, si forsitan sine cuius si casu fortuito fuit impeditus: quia tunc non tenetur ad pœnam: vt infra eod. §. sin autem & secundũ. & facit supra eod. authen. præsente.

m *Distractis.* à creditore. & est plana. vel dic à debitore creditore ignorante: aliàs teneretur creditor interpellare vsucapionem: vt argu. ff. de fun. do. l. si fundus. &. ff. de nego. gest. l. at qui. §. cum me. Accursius.

*Ancimus.* ] CASVS. Promisi aliquem sistere in iudicio, qui deliquit: & si non sisterem, promisi centum nomine pœnæ. quando committatur stipulatio pœnalis, distingue: aut fuit adiectum tempus sex mensium, aut maius, intra quod debui reum repræsentare. Primo casu, si intra sex menses non venerit, incido in pœnam: sed statim peti non poterit, sed dabitur mihi spacium adhuc sex mensium, intra quod si reum repræsentauero, liberor à pœna: quo elapso nec reo veniente soluam pœnam. Si vero post spacium sex mensium ab initio constitutum vellem reum defendere, possem: nisi esset adiectum pactum de reo non defendendo, vt si inciperem eum defendere, oportet vt perseuerem vsque in finem, nec pendente lite reum repræsentabo, essem à pœna liberatus. post secundum autem tempus mihi concessum omnino non à pœna essem liberatus. quod dictum est, locum habet in fideiussore, & eius hærede.

n *Sancimus.* loquitur hæc lex quando fideiussio fuit facta in scriptis: inferior lex scilicet, si fideiussor, quando non interuenit scriptura. vel hæc loquitur quando quis principaliter promisit se exhibiturum alium. sequens quando ipse reus & alium fideiussorem dedit. vel secundum Ioan. vtraque lex loquitur quãdo quis promisit aliquem iudicio sisti. In quo ergo differunt? Potest dici quòd hæc in criminali, illa in ciuili. vel verius hic appositum est certum tẽpus: ibi non. præterea hic fuit certa pœna apposita: ibi non.

o *Tradat.* id est exhibeat. & hoc tempus arbitrio partium vel iudicis statuitur: vt. ff. qui satisdare cogan. l. de die.

p *Pro eo inferat.* nomine pœnæ.

q *Sed competere.* non tamen efficaciter.

r *Profligari.* id est exigi. sed contra supra de contrahenda & cõmitten. stipulatione. l. magnã. &. ff. de actionib. & obligationib. l. traiectitiæ. Solu. speciale in iudiciis. sic & aliud supra de iudi. l. properandum. in fine. & supra si tutor vel curator. l. etiam. Item aliud. nam minor obligatur aliàs: vt supra de in integ. restitutio. l. si curatorem. in iudicio non: vt. ff. de re iudicata. l. acta. §. contra. Sic etiam in arbitris est speciale, nisi dies ab arbitro sit statuta: vt. ff. de arbi. l. si cum dies. §. fina. &. l. seq. &. l. Celsus.

*Minor an possit & extra iudicium, & in iudicio obligari.*

s *Posit.* commode. secundum Azo. vt. ff. si quis cau. l. & si post tres. vel ibi fuit certum tempus: hic non. Accursius.

t *Constitutum est.* quid si minus? Respon. id solum duplicari: vt supra proxi. innuere videtur.

u *Et non pecunias.* id est pœnam, quæ tamen soluta non potest repeti: vt. ff. de condic. inde. l. pœnæ. sed videtur non tam magnum tempus dari debere, sed paucos dies: vt. ff. si quis cautionibus. l. & si post tres. quæ est contra. Solu. hæc corrigit. vel hæc in fideiussore dicit: illa in principali.

x *Reddere.* proprie & improprie. & no. verbum semel positum &c. vt. ff. si cer. peta. l. certi condictio. in principio. Accursius Florentinus.

y *Hoc facere.* dum sex menses secundi tituli durant: quibus elapsis statim videtur exigi pœna: vt hic dicit: sed & tunc dantur pauci dies, intra quos potest mora purgari secundum Azo. vt. ff. si quis cau. l. & si post tres. vel ibi fuit certum tempus: hic non. Accursius.



BIU Cujas

a *Defensione.* id est sic dixit, soluam pœnam si non exhibeam, nec volo posse eum defendere.

b *Nisi intra.* quæ dicta sunt de pœna, vera sunt: nisi &c.

c *Subtractus.* vt & ar. ff. ad Turpil. l. in senatus. §. si propter mortem. & §. seq. & ff. de consti. pec. l. qui autem. §. sed & si quis. & ff. qui satisda. cog. l. si decesserit. & ff. quod vi aut clam. l. si alius. §. est autem. sed arg. contra. ff. de fur. l. inter omnes. in princip.

d *Commissa.* cum effectu.

e *Pro vtilitate.* scilicet hominum.

*SI fideiussor.*] CASVS. In ciuili causa promisi aliquem exhibere in iudicio: fideiuss. dedi pro eo quòd staret. aut fideiusio facta est in scriptis, aut non. primo casu in perpetuum teneor: secundo casu, elapsis duobus mensibus liberor. Si vero coram tabellariis promisi, an promisi in scriptis distinguitur, aut erat publica persona quæ conuenitur, aut priuata. primo casu in perpetuum teneor, pinde ac si scriptura interuenisset. secũdo casu, nisi ad duos menses.

*† Not. hic Salyc. difficultatẽ excusare à pœna: de quo per Barto. & doct. in l. continuus. §. illud. ff. de verbo. obli.*

*Reũ exhibere promittens, quanto tempore tenetur.*

f *Si fideiussor.* qui reũ exhibere promisit iudicio sisti, qui vtique nõ debet perpetuo teneri, & esse in suspenso: sed si quidem promisit sine scriptis, elapsis duobus mensibus liberatur, siue in causa publica, siue priuata: nisi in causa publica coram tabulariis hoc confessus est: tunc enim perpetuo tenetur, sicut & si scriptura interuenisset. Accursius.

g *Cautionẽ.* in scriptis.

h *Confessus est.* scilicet se fideiussisse. quę confessio pro cautione habita in scriptis putabatur valere propter tabellionum præsentiam. Et not. hic argu. quòd si quis deprehenditur cum aliqua, & iurat se eam vitiasse: pro veritate accipitur. sic. ẽ. de arbi. l. ne in arbitris. §. j. & ij. & iij. & ff. de dona. l. ex hac scriptura.

i *Fideiussione.* nã tũc elapsis duobus mensibus liberatur. Accur.

*Actionem mouens, intra bimestre litem contestari debet.*

k *Liberari.* hoc ideo quia qui agit, promittit se litem contestaturum intra duos menses: vt. ẽ. de lit. contesta. authen. libellum. secundum Azo. & H. quod non placet: cum tempore huius legis illa authent. non esset. Sed illa potest esse ratio, quia non debet esse diu in suspenso promissor: vt. ff. de diuer. & tempo. præscrip. l. si seruus. nec alterius negligentia debet esse damnosa. & ratio authenticæ ex hac. l. colligitur: non hæc ex illa. Obtinet autem hoc nisi fideiusserit in scriptis, vel in publica causa in præsentia tabulariorum. tunc enim perpetuo tenetur. Vel saltem vsque ad trienniũ, quo durat instantia iudicij: vt. ẽ. de iudi. l. properandum. §. j. Item lex superior videtur contra: quia vltra tenetur. sed ibi in scriptis, hic sine scriptis. Vel aliter differt, vt in eius princip. not. Vel ibi certum tempus appositum fuit in fideiubendo: hic nõ. & hęc est bona.

l *Pro scriptura.* & sic perpetuo tenetur: vel intra triennium, vt dixi, nisi ante causa sit finita: quia extunc non tenetur: vt. ff. de fideiuss. l. Græcè. §. & post litem.

*GEneraliter.*] CASVS. Sicut creditor habet electionẽ an velit conuenire reũ, vel fideiussorẽ: ita creditor qui habet duos vel plures fideiussores, potest vnum ex fideiuss. conuenire in solidum: & eo conũcto nõ propter hoc erunt liberati alij, vel principalis, nisi in solidum satisfaciat conuentus. de hoc dicit Imperator quòd iusit legem generalẽ facere qua hoc cauetur: quia si contrahentes hoc agere possunt inter se, vt conuẽto vno non propter hoc ali⁹ liberetur: multo magis potest per legẽ statui & definiri, ne tabellionum simplicitas præiudicet creditoribus. Viuianus.

m *Statutum est.* vt & supra eod. l. reos. Accursius.

n *Prospectum.* vt vnus alterius conuẽtione nõ liberetur.

o *Electione.* not. per electionem: sed si diuisit petitionem per partes, sic: vt. ẽ. e. l. liberũ.

p *Cõstituimus.* vt & ff. mand. l. si mandato Titij. §. Paulus respondit. Accursius.

q *Non concedentes.* immo videtur contra: vt ff. de duobus reis. l. ij. quæ est cõtra. Solu. ibi petiit animo nouandi: vel ibi petiit, & habuit. Accursius.

r *Si enim.* No. sic institu. de leg. fu. ca. toll. & ff. de pactis. l. pactũ. §. j. & ẽ. de rei vxo. act. l. j. §. j. Accursius.

*Simplicitati.*

defensione[a] facienda pro eo fideiusit. Sed si defensionẽ subierit, eam vsque ad finem implere: nulla ei licentia concedenda in medio personam tradere, & pecuniarum dationem effugere. ¶ Sinautem & secũdum tempus effluxerit, nullo modo ei licentia concedatur nec ad defensionis venire præsidium: sed omnimodo pœnam conferat, nisi intra[b] primũ tempus quod statutum est, reus principalis ab hac luce fuerit subtract⁹. [c]† tunc enim penitus ab exactione pœnæ liberum eum custodiri oportet. ¶ Quòd si secundo tempore instante mortuus fuerit, nihilo minus pœna iam commissa[d] à fideiussore exigatur: omnibus quæ in fideiussores, quando tali pœnæ fuerint illigati, statuimus, & in hæredes pro vtilitate[e] eorum obtinentibus. Dat. VI. Kalend. April. Constãtinop. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss.

*Fideiussor de iudicio sisti, si non est inde confecta scriptura fideiusionis, licet postea apparet confessio in scriptis, non tenetur: nisi intra duos menses lis initietur: & hoc est in causa priuata, sed in causa publica perpetuo tenetur. Bald. Vel sic: Promittens alium exhibere vel sistere in iudicio sine scriptis, liberatur per lapsum duorum mensium quibus actor negligens fuit. Et in causa publica promissio intelligitur in dubio facta in scriptis. secus in causa priuata. Salycetus.*

XXVII. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

SI fideiussor[f] nullam quidem cautionem[g] faciat, ostendẽs se fideiussorem extitisse, præsentibus autem tabulariis hoc confessus est, [h] quòd in fide sua eum susceperit: dubitabatur à Palæstina aduocatione, vtrúmne post duos mẽses liberetur, quasi sine scriptis fideiusione[i] facta secundum generalia edicta sublimissimæ prætorianæ sedis: an, vtpote scriptura interueniẽte, teneatur. ¶ Et diuisio alia introducebatur, si idem iuris esse debeat tam in publicis causis, quàm in priuatis. ¶ Sancimus itaque, nisi confessio literis exposita fuerit à fideiussoribus ex repręsentatione personarum, licet attestatio super hoc processerit, attamen adhuc sine scriptis esse fideiussionem, videlicet in causis priuatis existimari: & duobus mensibus effluentibus, ab huiusmodi nexu fideiussores liberari: [k] nisi in tẽpus certum data est fideiusio. Tunc enim in tantum eam extendi, in quãtum etiam attestatio fuerit expressa. ¶ Sinautẽ in publica causa necessitas interueniat, tũc omnimodo attestationem pro scriptura[l] haberi. Multis etenim priuilegiis ꝓpter publicas necessitates publico iuri pręstitis, non ab re est & nos huiusmodi prærogatiuam ei condonare. Dat. XII. Kal. Mart. Constantinop. post consulatũ Lampadij & Orestis VV. CC.

*Contestatio facta cõtra alterum principaliter vel accessoriè obligatum, non liberat alterum. Et illud quod cotidie consuenit apponi in instrumentis, debet haberi pro apposito. Bald. Vel sic: Electo vno de fideiussoribus vel mandatoribus, non liberatur alter: nec reus principalis similiter: nec electo vno de reis principalibus, liberatur alius correus, nec fideiussores vel pignora: & quod potest fieri per pactum, potest fieri per legem. Salyc.*

XXVIII. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

GEneraliter sancimus, quẽ admodum in mandatoribus statutum est, [m] vt contestatione contra vnum ex his facta, alter non liberetur: ita & in fideiussoribus obseruari. ¶ Inuenimus etenim & in fideiussorũ cautionibus plerũque ex pacto huiusmodi causæ esse prospectũ: [n] & ideo generali lege sancimus, nullo modo electione[o] vnius ex fideiussoribus vel ipsius rei alterum liberari: vel ipsum reum fideiussoribus, vel vno ex his electo, liberationem mereri, nisi satisfiat creditori: sed manere ius integrum, donec in solidum ei pecuniæ persoluãtur, vel alio modo satis ei fiat. ¶ Idémque in duobus reis promittendi constituimus, [p] ex vnius rei electione præiudiciũ creditori aduersus alium fieri non concedentes: [q] sed remanere & ipsi creditori actiones integras, & personales, & hypothecarias, donec per omnia ei satisfiat. Si enim[r] pactis conuẽtis hoc fieri cõceditur, & in vsu cotidiano semper hoc versari

BIU Cujas

Notarii simplicitas non nocet cõtrahentibus.

a *Simplicitas.* Nota argu. per tabellionis simplicitatem non fieri præiudicium contrahentibus.

## DE NOVATIONIBVS ET DE-legationibus.

Cicinatio.

*Quia supradictæ obligationes nouantur & delegantur: ideo de hoc dicit. Vel sic: diximus de obligationibus quæ nascuntur ex stipulationibus. Sed quia obligationes sic soluuntur per stipulationes, sicut & cõtrahuntur: ideo ponit de nouationibus & delegationibus. Azo.*

*Delegatio.*] CASVS. Debebas mihi decem, & ego Titio decem: te inuitum Titio non possum delegare: sed ius quod habeo aduersus eum, te inuito & ignorãte vendere possum, vel dare, non delegare in solutum: quia in delegatione necesse est vt creditor stipuletur, & debitor promittat: in qua stipulatione necessari⁹ est consensus: in vendi tione non est necessaria debitoris respõsio. Viuianus.

b *Consentiente.* nunquid tenetur consentire? Videtur distinguendũ vt in marito. ff. sol. matrimo. l. ij. in princip. quæ est contra, maxime quia malitiis &c. vt. ff. de rei vindic. l. in fundo. Sed dic speciale ibi in dote, sicut & alia multa sunt in ea specialia. hic ergo non potest cogi ad consentiendum: vt. j. eo. l. nec creditoris. Accursius.

c *Promittẽte.* hoc quãdo fit per stipulationem. sit etiam & per lit. contesta. vt. ff. eodem. l. delegare. j. §. fin. Accursius.

*Delegatio duobus modis fit.*

d *Solet.* vt & supra de hære. vend. l. nominis. &. ff. de hære. vend. l. nomina. Item donari: vt infra de dona. l. ij. Item obligari: vt supra quæ res pigno. obligari possunt. l. nomen. Sed econtra debitor creditorem ad recipiendum cogere non potest: vt infra tit. j. l. eum à quo. Sed quare delegatio demum volente, sed cessio contra inuitum fit? Respon. quia cum delegatio fit per stipulationem: ergo per consensum debitoris fieri debet: vt. ff. de pactis. l. j. §. conuentionis. &. j. eod. l. nec creditoris. Accursius.

*Cessio & delegatio differunt.*

*Ex contractu.*] CASVS. Si delegaui debitorem meum creditori meo, & creditor animo nouandi stipulatus fuerit, non poterit amodo eum conuenire.

e *Dirigitur.* contra debitorem.

f *Rite facta.* pro debitore.

g *Euanuit.* fuit ergo actum vt fieret & nouatio. aliàs remanet prima, & secunda accedit: vt infra eod. l. finali. quandoque tamen tacite agitur vt fiat nouatio. Quid enim si idem à te pluribus nundinis stipuler faciendo noua instrumenta, & conueniendo de reddendis primis instrumentis? Certe non agam ex omnibus. argu. ff. de præto. stipula. l. penul. olim autem fieri semper præsumebatur: vt institu. quibus modis tol. obliga. §. præterea. &. ff. de præscript. verb. l. ob eam causam.

*Si delegatio.*] CASVS. Si mandaui creditori meo actionem aduersus debitorem meum, & creditor negligens fuerit in petendo, & timebam ne debitor fiat inhabilis: an non obstante

aspicimus: quare non ipsa legis auctoritate hoc permittatur, vt nec simplicitas[a] suscipientium contractus ex quacunque causa possit ius creditoris mutilare? Dat. XV. Kalend. Nouemb. Constãtinopoli post consulatũ Lampadij & Orestis VV. CC.

## TITVLVS XLII.

## DE NOVATIONIBVS & delegationibus.

*Delegatio inuito debitore fieri nõ potest: sed iurium cessio potest fieri eo inuito. Bald. Vel sic: Delegatio debitoris non potest fieri nisi eo consentiente: venditio verò nominis sic. Barto. & Salycetus.*

I. Imp. ALEXANDER A. Timotheo.

DElegatio debiti, nisi cõsentiente[b] & stipulanti promittente[c] debitore, iure perfici non potest. ¶ Nominis autem venditio & ignorante vel inuito eo aduersus quem actiones mandantur, contrahi solet. [d] PP. V. Id. Februar. Maximo. II. & Aeliano Conss.

*Delegans facta delegatione contra delegatum, non retinet ius agendi. Bald. Vel sic: Ex delegatione animo nouandi facta, tollitur prior obligatio. Salycetus.*

II. Imp. GORDIANVS A. Firmino.

EX contractu pecuniæ creditæ actio inefficax dirigitur,[e] si delegatione personæ rite facta,[f] iure nouationis vetustior contractus euanuit.[g] PP. Kalend. Septembr. Pio & Pontiano Conss.

*Cedens iura, nihilo minus apud se retinet directam actionem qua experiri potest: nisi in tribus casibus. Primo, si cessionarius esset litem contestatus. Secundo, si cessionarius partem debiti suscepisset. Tertio, si cessionarius certiorato debitore denunciauerit ei ne solueret cedenti. hoc dicit secundum Bald. Vel sic: Cessio actionum non liberat debitorem: ideo cedenti potest solui: præterquam in tribus casibus hic positis. Delegatio vero solenniter facta, debitorem liberat: & ipsum nouo creditori obligat. Salycetus.*

III. Idem A. Mutiano.

SI delegatio non est interposita[h] debitoris tui, ac propterea actiones apud te remanserunt: quãuis creditori tuo aduersus eũ solutionis causa mandaueris[i] actiones, tamen antequam lis contestetur, vel aliquid ex debito accipiat, vel debitori tuo denunciauerit,[k] exigere[l] à debitore tuo debitam quantitatem non vetaris, & eo modo[m] tui creditoris exactionem contra eum inhibere. ¶ Quòd si delegatione facta, iure nouationis tu liberatus es, frustra vereris ne eo quòd quasi à cliente[n] suo non faciat exactionem, ad te periculum redundet: cum per verborũ obligationem volũtate nouationis interposita, à debito liberatus sis. PP. V. Id. Iun. Gordiano A. & Auiola Conss.

*Procurator constitutus ad exigendum, non potest remittere non exacta, nisi habeat generale mandatum cum libera. Bal. Vel sic: Procurator simpliciter factus ad exigendum, habet potestatem recipiendi, non nouandi, vel aliter liberandi. Salyc.*

A quòd mandaui actionem creditori, possum debitorem conuenire, quæritur? Et dicitur quòd sic: nisi in tribus casibus, scilicet si creditor litem fuerit contestatus, si parte debiti acceperit, aut si denunciauerit debitori ne mihi soluat. & hoc in prima. Si vero delegaui debitorem meum creditori per nouationem, non potero eum amplius conuenire. Viuianus.

*Delegatio non est sine nouatione.*

h *Non est interposita.* quæ præsupponit nouationẽ, & sic iure isto vbicunque est delegatio, est nouatio, sed nó conuertitur: quia nouatio etiam in eadem persona fieri potest, sed non delegatio.

i *Mandaueris.* faciendo eum procuratorem in rem suam. idem est si cesserit dicendo, cedo. licet quidam contra. In simplici vero procuratore constat etiam ante litem contestatam & postea posse reuocari ex causa: vt. ff. de procurat. l. ante litem contestatam. &. l. post litem contestatam. cum sequentibus.

k *Denunciauerit.* sic. ff. de euic. l. si cum venditor. in princip.

l *Exigere.* ab inuito: vt. ff. de leg. iij. fideicõmissa. §. si rem. Item & trãsigere: vt. ff. de transactio. l. fina. Sed videtur procuratoré in rem suam præferendum: vt ff. de procura. l. procuratorem. quæ est cõtra. Solu. hęc determinat il lam. Vel ibi loquitur quando agit vtili suo nomine, quod potest facere cum emit: vel in solutũ accepit, vel permutauit. Vel hoc mandatum non valuit: quia delegatio non iure facta fuit, secundum M. prima verior est. Sed quid si simul veniant ambo contestari litem? qui habet vtilem, videtur præferri: vt argu. ff. de procura. l. in causæ. in fine. Item habet ex lege: vnde priuatus ei auferre nullo modo potest: vt in authen. de nup. §. sed hęc quidem. collatio. iiij. & in authen. de consulibus. Sed contradico per legem istam quæ admittit mandantem: nisi alius sit primo litem contestatus. sed non est ante, qui cum eo venit: vt. ff. de dona. inter virum & vxo. l. cum hic status. §. si ambo. Item not. actionem remanere apud mandantem: vt hic, & supra mand. l. si pater. & est ratio: quia incorporalia non separantur facile vt corporalia: vt. ff. pro socio. l. iij. & de pecu. l. quis ergo. &. l. si Sticho. Cessa ergo vel mandata actio, est eius qui cessit. est tamen eius cui est cessa quo ad vtilitatem: inde est quòd in rem suam dicitur procurator.

*Actionẽ directam habens, si concurrat cum habẽte vtilẽ ad agendum, vter præferetur.*

m *Et eo modo.* scilicet exigendo. Vel, id est demum exactione facta. Primum videtur verius: sed videtur solum denunciando: vt. ff. de solu. l. aliud. sed ibi non cesserat, sed tantum solui promiserat.

n *A cliente.* id est debitore olim tuo. ideo sic dictus: quia qui accipit mutuum, seruus est &c. Vel quia in aliqua causa præstabat ei patrocinium.

*On abstulit.*] CASVS. Procurator tuus exegit à debitore tuo pecuniã, & pro parte eum liberauit stipulando: & postea accepto ferendo: an præiudicare tibi poterit, quæritur? Et dicitur quòd non. Viuianus.

*Procurator*

BIU Cujas

a *Procurator tuus.* quia non habebat generale mandatum,& liberam administrationem.

b *Liberauit.* stipulatione facta animo nouandi, & acceptilatione secuta,vt sic faciat ad titulum: nec liberam administrationem habebat hic procurator:vt &.ſ. de procurato.l. ſi procurator. & ſ. de tranſactio. l.tranſactionis placitum.&.ff. de pactis. l. ſed ſi tantum.& de procurato.l. procurator totorum. aliàs ſecus:vt.ff.eo.l.nouare poſſumus. in fine. & de procuratorib. l. procurator cui.quæ ſunt cótra.Accur.

*SI pater.*] *CASVS.* Mutuaui Alexandro decem: ea ſtipulatus ſum à patre tuo animo nouãdi.ſi patri tuo Alexander non ſatisfaciat: tibi qui ei ſucceſſiſti, ſoluere tenetur id in quo liberatur Alexãder à me.Viuianus.

c *Creditori.*ſcilicet Alexandri, cui animo nouandi pro Alexandro promiſit pater tuus.Accurſius.

d *Suſcepto.* per creditorem,ſecundum Azo. id eſt, Alexander promiſit patri tuo:vel eius mandato pater tuus ꝓmiſit.Accurſius.

e *Ei.*ſcilicet patri tuo.

f *Negatur.* idem habes.ff.de cõdictio.cauſa da.l. ſi donaturus.§.ſi quis. &.ff. de exceptio. doli.l.pure.§.ſi eum. & ff.eo.ſi quis delegauerit.&.l.nouatio autem. Accurſius.

*NEc creditoris.*]*CASVS.* Debitorem meum inuitum, nec etiam creditori meo delegare poſſum,cum per ſtipulationem fiat delegatio:vt.ſ.eodem.l.j. Viuianus.

g *Delegari.*id eſt cum fiat per ſtipulationem: vt.ſ.eod.l.j.Accurſius.

*SI ſoluere.*]*CASVS.* Si debitor meus Eucarpum mihi delegauit, & Eucarpus pro debitore ſe ſoluturum conſtituit: an eum conuenire potero, quæritur? Et reſpond. quòd ſic. Si vero non conſtituit, nec delegatus fuit: dimiſſo debitore meo ſine obligatione Eucarpum conuenire non potero. Viuianus.

h *Eucarpus.* debitor tui debitoris.

i *Conſtituit.* ſcilicet pro debitore tuo.

k *Eum.* ſcilicet Eucarpum debitorem tui debitoris.

l *Pro chirographario.* ſecus ſi debitor tuus obligauit omnia bona,vel ſaltem illud nomen:vt.ff.de pigno.actio.l.ſi conuenerit.in prin.&.ff.de pigno.l.grege.§.ij.Item hoc eſt verum,niſi poſt miſſionem ex cauſa iudicati aliis rebus deficientibus:vt.ſ.quando fiſcus vel priua.l.ij.&.ff.de re iudica.à diuo.§.j.

*NOuationem.*]*CASVS.* Olim ſi aliquis tenebatur mihi ad centum, & de ea quantitate aliquid detrahebatur,vel conditionale debitum fieret pure, cuius fiebat nouatio, prima obligatio euanuit.hodie non aliter fit nouatio,niſi hoc expreſſe agatur:nec euaneſcit prior obligatio,niſi expreſſe & ſpecialiter remittatur.Viuianus.

m *Nihil.* vt inſtitu.quib.mod.tol.ob.§.præterea.Sed certe immo & olim videtur ꝙ erat neceſſe agi: vt.ff. eod.l.omnes.&.l.ſi Stichum.§.j.Sed dic quòd intelligebatur agi etiã tacite vel expreſſe: vt hic dicitur.

n *Voluntate.* expreſſa.

o *Non lege.* id eſt cõiecturis legis,vel interpretatione.

p *Et ſi non.* id eſt dicere, & definimus repete, vt ſine nouatione cauſa procedat, ſi non verbis &c.Accurſius.

q *Quod.* id eſt quam nouationem ſolito &c.

r *Hoc enim.* id eſt nouationem.vel, id eſt vt nouatio fiat.

ſ *Naturalibus.* id eſt verbis naturaliter prolatis,& non verbis &c. Et ſic not.intereſſe, aliquid exprimatur, vel intelligatur tacite: vt hic,&.ſ. de impube. & aliis ſub. l.precibus. & ff.de lega.j.l.ſi ita.§. illi.Sed argu.contra.ff.ſi cer. peta. l. cum quid. Vltimo no. tres caſus: quia aut eſt actũ vt fiat nouatio & expreſſum, quo caſu ipſo iure tollitur prior obligatio, † ſoláq; nouatio manet. aut neque actum neque expreſſum eſt:& remanet efficax vtraque, vt hac lege.Aut eſt actum tacite, licet non expreſſe:etiam tũc manet prima ipſo iure, ſed tollitur per exceptionẽ, & merito. Quid enim ſi multas cautiones, puta decem per varia tempora tibi feci, puta in nundinis ſuper eodem debito: agẽſne ex omnibus? certe non: quia præſumitur animo nouandi factum:vt arg.ff. de præto. ſtipu. l. pe. Item & no. hic diſtinctionem, nouationum alia volũtaria, alia &c. vt diximus. ſ. de iudic. l.j.Accurſius.

† *Scilicet verbo, vel de hoc argumentis tamen efficacissimis aliter contacte: eſto non ſit diſtinctio animo nouãdi. exemplificat Salyc. vt pro.10. quæ mihi debes,promittis. ſ. hic inquit appa. rei primam obligationẽ mutuam in ſecundam.* † *aliàs accessoriam.*

### IIII. Idem A. Stratonico.

NOn abſtulit tibi procurator tuus [a] actionem, ſi cum ei mandaſſes exactionem pecunię quam hi tibi debebant cõtra quos ſupplicas, parte accepta, de reliquo eos liberauit: [b] cum neque contra voluntatem tuam nouationem facere,neque in eo quod nõ ſoluebatur,eos liberare potuerit.PP. Idib.Nouemb.Gordiano A.& Auiola Conss.

*Qui alterius obligationem ſub ſtipulatione ſuſcepit, & is pro quo ſtipulationem ſuſcepit,non ſoluat: nec eum conſeruet indemnem: ipſe ſoluere cogitur. hoc dicit. Vel ſic:Non debet quis mihi fidem rumpere, licet ſibi rumpatur ab alio. Bald.*

### V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Septimiæ.

SI pater tuus cui te ſucceſsiſſe proponis, creditori [c] pro Alexandro ſuſcepto [d] nomine certam pecuniã ſtipulanti ſpopondit: licet per improbitatem Alexander ei [e] ſatis non fecit, tamen ſummæ promiſſæ nimis improbè ſolutio negatur. [f] S. II.Id.April.Sirmij CC.Conss.

*Etiam creditori creditoris debitor inuitus non delegatur. Bald.*

### VI. Iidem AVGVSTI & CAESARES Dertiparo.

NEc creditoris creditori quiſquam inuitus delegari [g] poteſt.S.XII.Kal.Nouẽbr. Doroſtoli.CC.Cons.

*Aduerſus debitorẽ debitoris nemo agit, niſi ſit ſibi delegatus: vel niſi conſtituerit ſe ſoluturũ.hoc dicit. Vel ſic: Perſonalis actio non ſequitur debitorem debitoris. Bald.*

### VII. Iidem AA. & CC. Zoilo.

SI ſoluere tibi pecuniam delegatus Eucarpus [h] dare ſpopondit, vel debitum cõſtituit, [i] ſuo nomine conueniri poteſt: alioqui aduerſus eum [k] experiri pro chirographario [l] debitore tuo fruſtra conaris. S. VII. Kal.Ianua.CC.Conss.

*Obligatio per obligationem non nouatur, etiam ſi noua perſona interueniat: vel obligationi aliquid addatur, vel detrahatur. vnde naturalibus verbis, id eſt expreſſis, debet fieri nouatio: non per ſubauditum ſeu extrinſecum verbis ipſis intellectum. Vel ſic: Olim fiebat nouatio nouæ perſona interueniente, addita vel mutata quantitate: hodie non ſic, niſi hoc agatur expreſſe. Baldus.*

### VIII. Imp.IVSTINIANVS A. ad Senatum.

NOuationum nocẽtia corrigentes volumina, & veteris iuris ambiguitates reſecantes, ſancimus: ſi quis vel aliam perſonam adhibuerit, vel mutauerit, vel pignus acceperit, vel quantitatem augendam vel minuendam eſſe crediderit, vel conditionem ſeu tempus addiderit, vel detraxerit, vel cautionem minorem acceperit,vel aliquid fecerit ex quo veteris iuris conditores introducebant nouationes: nihil [m] penitus prioris cautelæ innouari, ſed anteriora ſtare,& poſteriora incrementum illis accedere: niſi ipſi ſpecialiter remiſerint quidem priorem obligationem, & hoc expreſſerint, † quòd ſecundam magis pro anterioribus elegerint. [n] Et generaliter definimus, voluntate [n] ſolùm eſſe, non lege [o] nouandum: & ſi non [p] verbis exprimatur, vt ſine nouatione (quod [q] ſolito vocabulo ἀνόδου καινότητος † Græci dicunt) cauſa procedat. hoc enim [r] naturalibus [ſ] ineſſe rebus volumus, & nõ verbis extrinſecus ſuperuenire. Dat.XI.Kalend.Augu. Conſtãtinopoli, Lampadio & Oreſte VV.CC.Coss.

## TITVLVS XLIII.

## DE SOLVTIONIBVS & liberationibus.

*Debitor ex pluribus cauſis, poteſt eligere tempore ſolutionis in quam cauſam ſoluat. & ſi ipſe non eligit, poteſt eligere creditor in quã cauſam accipiat: & ſi nemo eligit, lex præſumit electionem in duriorem cauſam: & ſi eſt debitum vſurarium: prius in vſuras, deinde in ſortem. Bald. & Salyc.*

*DE SOLVTIONIBVS &c.*

*Dixit de vno modo tollendi obligationem, ſcilicet per nouationtm. Nunc de alio, ſcilicet per ſolutionem qua tollitur omnis obligatio: vt inſtitu.quib.mod.tol.obliga.in princ. Et poteſt dici ſolutio rerum, liberatio perſonarum. nam per ſolutionem ſequitur liberatio, & ſic de ea ſubiicit. Vel dicit de ſolutionibus rerum, & liberationibus ſcilicet aliis quàm per ſolutionem, licet largo modo omnis liberatio dicatur ſolutio: vt. ff. eod.l. ſolutionis verbum.* Cõtinuatio

*IN poteſtate..*] *CASVS.* Si tenear tibi ad plures ſummas ex pluribus cauſis,puta ad decem ex cauſa venditionis,ad alia decem cauſa mutui,ad decem cauſa locationis,& ſolui tibi decẽ: in electione mea eſt in quam cauſam velim ea eſſe ſoluta.ſi non elegero,tua

BIU Cujas

ro, tua erit electio. & si tu non elegeris, nec expresseris in quam causam velis accipere, nec ego: tunc primo conuertuntur ad decem in vsuras: deinde in sortem. Viuianus.

a *Tempore solutionis.* id est in ipsa solutione, vel parum ante, vel parum post: vt. ff. de vsur. l. si vsuras. nam rei meæ dicere possum lege quam volo: vt hic, & ff. eo. l. j. in prin. & l. Paulus. ij. §. j. & ff. de pac. l. in traditionibus.

b *Conuertitur.* debet tamen eligere in grauius debitum: & incontinenti eligit vterque, non ex interuallo, vt sic vel creditori sit liberū non accipere, vel debitori non dare: cum alter nō admittat legem solutionis quæ alteri placet: vt. ff. eod. l. j. §. fi. & l. ij. & iij. in prin. & quæ sit causa grauior, habes. ff. e. l. j. & iiij. & v. & l. si quid ex famosa. & l. cū ex pluribus.

c *Expressit.* vel expressit creditor, sed ex interuallo: vt. ff. eo. l. cæterum. in princip.

d *In vsuras.* debitas per stipulationem, non nudo pacto: vt. ff. eod. l. in his. §. eidem autem. Sed aliud in precio ex pignore redacto, quod etiam in naturale debitum potest eligi: vel vsuras naturaliter tantum debitas: vt. ff. eo. l. Paulus. ij. §. j. & ff. de pig. actio. l. cū & sortis. Quid autē si pacto tantum debeantur, vtrum actū est vt pignus pro eis teneatur? Dic secundū H. idem cp si debeā tur per stipulationē, siue soluātur, siue pignus distrahatur. & sic intellige. ff. e. l. Paulus. ij. §. j. & ita est idem secundū eum in debitore soluēte, & creditore pignus distrahente: cum in vtroque casu in ciuile & naturale debitum, vel naturale tantum pro quo tenetur pignus, ex conuentione retineri possit: non illud naturale pro quo pignus non tenetur. Cui videtur contra. l. illa. Paulus. vbi dicit aliā esse causam debitoris soluentis: aliam creditoris distrahentis. Sed potest dici aliam esse in hoc, quia debitor soluens potest eligere causam in quam soluit. Sed si creditor distrahit, secus: etiam licentia sibi à debitore denegata. Item si primo accipitur in vsuras, ergo non accipitur in grauiorem causam. Sed respon. vt diximus. ff. de vsur. l. vsuras.

*Precium ex pignore redactū potest in naturale debitum cedi.*

e *In sortem.* grauiorem scilicet: vt. ff. eo. l. cæterum. §. fi. & l. magis. & l. in his. Sed secundum H. nihil videtur referre an hoc eligat creditor, an taceat: cum vtroq; casu in duriorem causam fiat electio. Sed Io. dicit cp tunc prodest electio, quādo sunt æqualiter graues. nam si nō eligat, intelligitur antiquior: vt. d. l. in his. §. j. sed si eligat, etiam in nouam de qua forte nō erant ei probationes, sicut de prima, valet electio. sed hoc non placet: quia non sic faceret vt suum negociū: quod debet facere: vt. ff. eo. l. j. §. penult. Alij dicunt prodesse in hoc, quia vbi sunt plures æque graues, & non eligit, cedit in vnamquāque pro rata: vt. ff. eo. l. illud. sed vbi eligit, potest in vnam eligere. Sed tu dic etiam si in leuiorem eligat, potest: si modo sic in re sua faceret. Et si dicas quòd videtur in grauiorem eligere: hoc verum est, quia sic verisimile est. posset esse tamen contrarium: quia forte talis est persona.

*Creditor si solutionem recipiat, & non exprimitur in quam causam, de qua intelligatur.*

*Iberari.* ] CASVS. Fiscus habebat duas stationes. vnam accepi mutuo, & fideiussores dedi. alia statio tenebatur mihi in

1. Imp. ANTONINVS. A. Aristeneto.

IN potestate eius est qui ex plurib' contractibus pecuniā debet, tempore solutionis [a] exprimere in quam causam reddat. ℣ Quòd si debitor id non fecit, conuertitur [b] electio ad eum qui accepit. ℣ Si neuter voluntatem suā expresit, [c] prius in vsuras [d] id quod soluitur, deinde in sortem [e] accepto feretur. PP. II. Non. Nouembr. Duobus & Aspris Coss.

*Si fiscus succedit debitori & creditori, cō funditur obligatio. Baldus. Vel sic: Si fiscus succedit debitori & creditori, etiam diuersarum stationum, liberātur fideiussores. h. d.*

II. Imp. ALEXANDER A. Bassæ.

LIberari [f] fideiussores quoties fiscus tam debitori [g] q̄ creditori (licet diuersis rationibus) succedit, ius certum est. Quod & in tua persona [h] procuratores mei [i] custodient. PP. Kalend. Iul. Lupo & Maximo Coss.

*Seruo mutuanti potest mutuum reddi, si peculium non est ei ademptum. Bald. Vel sic: Soluens seruo ex contractu peculiari ante ademptum peculium, liberatur ipso iure: post ademptum, ope exceptionis, si tunc ignorans fuit.*

III. Imp. GORDIANVS. A. Apollonio.

SI cùm seruus liberam peculij administrationem haberet, mutuam ab eo accepisti pecuniam, eíque ante ademptum peculium, vel prius quàm ademptum cognosceres, eam exsoluisti: ea solutione liberatus es. [k] PP. V. Kalend. Octob. Pio & Pontiano Coss.

*Siue soluatur creditori, siue alii eius mā dato, liberatur soluens, licet instrumenta penes creditorem remaneant non incisa, nec cancellata. Baldus. Vel sic: Obligatio extincta solutione, non resuscitatur mandantis morte superueniente ante instrumenta reddita debitori. Salycetus.* B

IIII. Idem A. Rufinæ.

NIhil interest, vtrum creditori mutuā pecuniam solueris, an ex eius voluntate seruo numeraueris. [l] Nec enim ex eo quòd creditor concesit in fatum prius quàm instrumenta redderet, euacuatæ [m] obligationis vires reparari queūt. [n] PP. II. Id. Octob. Pio & Pontiano Coss.

*Extraneus offerens creditori, non potest per hoc eum cogere ad iura cedenda: nisi emerit nomen debitoris: licet quicunque soluat pro debitore, eum liberet. Baldus. Vel sic: Non potest quis compellere alienum creditorem vt sibi cedat actionem contra eius debitorem. Salycetus.* C

V. Idem A. Celso.

NVlla tibi aduersus creditorem alienum actio supereſt [o] eo quòd ei debitam quantitatem offerens, ius obligationis in te transferri desideras: cùm ab eo te nomen cōparasse non suggeras: [p] licet solutione ab alio facta nomine debitoris, euanescere [q] soleat obligatio si fiscus succedit illi Titio: extinguitur hinc inde debitum per confusionem: & ita fideiussores quos dederat Titius illi stationi cui erat debitor, ipso iure liberati sunt: non autem hic Titius viuens posset compensare, si à fisco conueniretur: vt. ff. de compen. l. j. *Casus.*

g *Debitori.* eidem.

h *In tua persona.* fideiussori loquitur.

i *Procuratores mei.* scilicet Cæsaris, qui reddunt ius inter fiscum & priuatum: vt. ff. si aduers. fisc. l. ij. in fin. sed certe immo videntur fideiussores teneri: vt. ff. de eui. l. si ei. §. j. in fin. quæ est contra. Solu. ibi loquitur de fideiussoribus primi contractus, nō eius cuius obligatio erat extincta p successionem. *Procurator Cæsaris cognoscit inter fiscū & priuatum.*

SI cùm seruus. ] CASVS. Accepi decem mutuo à seruo tuo qui habebat administrationem peculij tantum. antequam scirem peculium fuisse ei ademptum, soluī. nunquid sum liberatus? Dicitur quòd sic. Viuia.

k *Liberatus es.* in primo casu ipso iure: in secundo per exceptionem: & sic verbum semel positum, diuersimode ponitur. sic. ff. si cer. pet. l. certi condictio. in prin. secundum Azo. Sed si manumisso soluatur: aut ex contractu dominico, & tūc ignorans manumissum, liberatur. si verò ex peculiari, etiam sciēs debitor liberatur: si modò ignoret ademptum peculium: vt. ff. eo. l. si quis seruo. & l. si seruus. & l. quod seruus. & institu. man. §. recte. & facit. ff. si cer. pe. l. eius qui. Accursius. *Soluēs manumisso, an liberetur.*

D NIhil. ] CASVS. Siue soluam creditori meo id in quo sibi tenebar, siue voluntate eius seruo suo: quo ad hoc vt cōtingat mihi liberatio, nihil interest: quia in vtroque casu liberor, licet instrumentum obligationis penes eum remanserit quando decesit. Viuianus.

l *Numeraueris.* nam mihi soluere videtur, qui alij mea voluntate soluit: vt hic, & ff. de pigno. actio. l. solutum. §. solutam. & j. eo. l. inuito. Accursius.

m *Euacuatæ.* per solutionem.

n *Reparari queunt.* sic ergo condicentur per condictionem sine causa, si non sit dominus debitor: vt. ff. de condic. ex lege. l. dissolutæ. aliàs vindicat: vt. ff. ad exhiben. l. fina. Accursius.

NVlla. ] CASVS. Titius mutuauerat decē Mæuio: volo soluere ea decē Titio, vt cedat mihi acti. aduersus Mæuiū: nunquid est Titius cōpellendus cedere, quæritur? Dicitur cp nō. Vi.

o *Actio supereſt.* vt. ff. qui poti. in pigno. habean. l. cum tibi. & ff. de contrario iudi. tut. l. j. Accursius.

p *Suggeras.* quia tūc competeret actio ex empto ad cessionem, & contra debitorem vtiljs, & sine cessione: vt. ff. de acti. & oblig. l. j. & ij. & ff. de sol. l. Modestinus.

q *Euanescere.* vt. ff. de nego. gestis. l. soluendo. Accursius.

*Si inter.*

BIU Cujas

*Si inter.*] CASVS. Si pater tuus à debitore tuo partem debiti accepit, partem accepto tulit, vel animo donandi remiserit: pro reſiduo debitorem poteris conuenire. Viuianus.

a *Tranſactio.* ſcilicet ſimplex, quæ fit nudo pacto.

b *Cauit.* per errorem.

c *Acceptilationem.* id eſt tranſactionem, quæ fit per Aquilianam ſtipulationem & acceptilationem: nam duobus modis fit: vt ſupra de tranſact. l. vt reſponſum.

*Debitū remittēs dona re videtur.*

d *Nec donationis.* Debiti enim remiſsio, eſt donatio: vnde non valet inter virum & vxorem: vt. ff. de donat. inter virum & vxorem: l. iij. §. ſciendum. & l. ſi ſponſus. §. ſi vxor viri.

e *Exuberantis.* id eſt reſidui.

f *Competit.* fuit ergo prædicta confeſsio de toto per errorem, credens totum ſibi ſolutum: vt ſupra de tranſactio. l. ſi quidem. vel ſpe futuræ ſolutionis: vt infra eod. l. intereſt. & facit ſupra de exceptio. l. ſi ex maiore. & hoc probatur. aliàs præſumerentur omnia ſolenniter facta, ſicut & in obligando: vt inſtit. de fideiuſſo. §. fina.

*Eius.*] CASVS. Tenebaris mihi in decem, & ego tibi in aliis decem: admiſſa cōpenſatione hincinde, quaſi ſolutione facta, non currunt vſuræ. Viuianus.

g *Manifeſtum eſt.* ſiue ex vna parte tantum currebat vſura, ſiue ex vtraque: vt. ff. de compenſa. l. cum alter. & l. idem. & ſupra de compenſa. l. ſi conſtat. Item not. ex eo quod dicit, compenſatio, excludit quòd videtur compēſatio fieri ipſo iure, etiam non oppoſita. quòd non placet: vt not. ſupra de compenſa. l. ſi conſtat.

*Iſta. l. reputatur ſingu. ſecundū Ludo. de Ro. in ſing. ſuis ſingula. 71.*

*Suras.*] CASVS. Promiſiſti mihi decem, & promiſi me ſoluturum vſuras Bonoñ. vis me compellere vt ſoluam Mutinæ: nunquid potes? Dicitur quòd non: & ſic eſt promittere, in litera. aliàs eſt recipere: & tunc dic quòd debitor non poteſt cōpellere creditorem alibi recipere ſolutionem, quàm vbi promiſit, ſi habeat pactum. facit. ff. de eo quod certo loco. l. is qui. Viuianus.

h *Quotannis.* id eſt ſingulis annis.

i *In vrbe.* Romana, per excellentiam: vt inſtit. de iure natu. §. ſed ius quidem.

k *Numeranda ſunt.* ſcilicet ex forma contractus.

*Soluere promittēs vbi vno loco, an cōpelli poſsit promittere in alio loco.*

l *Promittere.* quidam libri habent promittere. & tunc dic quòd ratio exempli non permittit debitorem compelli alio loco promittere eas dependi, quàm in quo promiſit. & hoc niſi ex iuſta cauſa: vt quia creditori Romam venire non liceat: vt quia eſt infamatus, vel relegatus ab vrbe: vt. ff. de excuſa. tuto. l. ſed & milites. §. ſed ignominia. & ff. ſoluto matrimonio. l. ſi cum dotem. §. ſi pater. & ff. de re milita. l. milites. ij. §. miſsionum. Vel quia erat patronus, cui debebatur, & quātitas parua: vt argu. ff. de oper. liber. l. quod niſi. §. fina. & l. ſequen. & argu. ff. de re iudica. l. ij. Vel ſi æqualiter ille locus diſtat, & nihil nocet debitori: vt. ff. ſoluto matrimo. l. ij. Item poteſt eſſe cauſa iuſta, vt dicunt quidam, promittere alio loco dependi, m † niſi ex iuſta cauſa, exempli ratio minimè ſinit. PP. V. Idus Maij, Philippo. A. & Titiano Coss.

*Oblatio & obſignatio ipſo iure liberat debitorem: niſi fiat loco incongruo. Baldus. Vel ſic: Locus congruus offerendi, eſt locus ſoluendi, & non alius. hoc dicit iſta lex notabilis. Baldus.*

IX. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS, AA. Caſsio.

OBſignatione n totius o debitæ pecuniæ ſolenniter facta, liberationem contingere p manifeſtum eſt. Sed ita demum oblatio debiti liberationem parit, ſi eo loco q † quo debetur, ſolutio r fuerit celebrata. s PP. V. Idus Maij Maximo. II. & Aquilino Coss.

*Datio in ſolutum ex pacto, non poteſt per pœnitentiam reuocari. Bal. Vel ſic: Hæres non poteſt reuocare factum defuncti. Saly.*

X. Iidem. AA. & CC. Ambroſio.

SVcceſſores eius qui maior vigintiquinque annis in ſolutum pro debitò iure mancipia dedit, hæc reuocare nō poſſe conſtat. t S. V. Id. April. Byzantij. AA. Coss.

*Quod debetur vxori, non poteſt ſolui marito ſine voluntate vxoris: etiam ſi vxor ſit minor. xxv. annis. Bal.*

XI. Iidem AA. & CC. Capitolinæ.

CVm maritum tuum à debitoribus tuis minoris vigintiquinque annis conſtitutæ, velut ex cauſa tibi debiti aliquando promiſerat Romæ minores ſe ſoluturum: quas ſi non ſolueret, ſe maiores ſoluturum promiſerat. Nam alibi poterit compelli promittere maiores: vt æſtimetur maioritas in eo quod alio loco erit ſoluturus, cum & loco plus ſoluatur: vt inſtitu. de actio. §. loco. ſed licet non compellatur regulariter alibi promittere: compellitur tamen alibi perſoluere, ſi in loco deſtinato non ſoluat: vt. ff. de eo quod certo loco. l. j. &. ij. in principio. Alij libri habent permittere: & tunc lege in debitore quòd non poteſt creditorem compellere alibi recipere ſolutionem. & pro hoc. ff. de eo quod certo loco. l. is qui. Sed contra hunc caſum in eodem titu. de eo quod certo loco. l. iij. §. & generaliter, vbi dicit reum habere electionem vbi ſoluat. Sed dic verum eſſe, cū in altero duorum locorum, quæ erant ibi nominata. Cōtra. ff. de verborum obligatio. l. continuus. §. cum ita, vbi dicit quòd vbique poteſt ſoluere. Sed dic, verum eſt volente ſtipulatore. vel ibi locus erat poſitus gratia rei: & ſic poteſt ſoluere vbique: vbi tamen ſtipulator habeat domicilium.

†aliàs, de ferri.

†Adde tu hic, quòd ſi creditor nō ſit ſ. loco deſtinata ſolutionis paratus ad recipiēdū debitū, debitor nō dicitur ſ. mora. Bal. in rubri. ff. de cōſti. pe. & in. l. iij illa. & ibi Bart. ff. illo titu.

m *Dependi.* id eſt ſolui.

*OBſignatione.*] CASVS. Per oblationem debiti & conſignationem publice factam, ſi creditor non vult oblatum recipere, liberatur debitor, ſi deponit eo loco quo pecunia debebatur. Viuianus.

n *Obſignatione.* depoſitione, & oblatione facta præſentibus teſtibus: vt ſupra de vſur. l. acceptam.

o *Totius.* non partis, niſi hoc conuentum eſt: vt. ff. de vſuris. l. tutor. §. Lucius. vel niſi debitum non ſit liquidum: vt. ff. ſi certum petatur. l. quidam. vel niſi in pecunia pro libertate danda: vt. ff. de ſtatulibe. l. cum hæres. §. penult. Accurſius.

p *Contingere.* ipſo iure: vt. ff. depoſi. l. j. §. ſi pecunia. ver. ſatisdatione. & argu. ff. manda. l. qui mutuam. §. j. &. ff. de vſur. l. debitor. Alij dicunt per exceptionem: & pro eis eſt ſupra de vſur. l. acceptam. in fi. vbi dicit, conuertendo eam in vſus ſuos iterum agi. quod non fieret, ſi eſſet extincta per conſignationem. ſed dic vt ibi. Item contra in eodem titu. l. ex prediis. ſed dic vt ibi.

q *Eo loco.* Sic ergo nota congruo loco fieri debere oblationē: vt. ff. de vſuris. l. mora. &. ff. de ſolu. l. ſi ſoluturus. & de verb. obliga. l. qui Romæ. Sed quid ſi alius non debitor offerat, conſignet, & deponat? Videtur quòd non contingat liberatio: vt. ff. quæ in frau. credi. l. ait prætor. §. illud. Sed argu. contra inſtitu. qui. modis tolli. obliga. in prin. &. ff. de nego. geſt. l. ſoluendo.

r *Solutio.* id eſt depoſitio prædicta, quæ ſolutionis loco habetur: vt. ff. eo. l. ſatisfactio. Vel puncta poſt hanc dictionem ſolutio, & dic, celebrata ſcilicet depoſitio.

s *Celebrata.* depoſitio ſecundum vltimam expoſitionem.

*Vceſſores.*] CASVS. Debes mihi decem, mancipium mihi in ſolutum dediſti: nunquid hæres tuus poterit illud reuocare, quæritur? Dicitur quòd non. Viuianus.

t *Conſtat.* ſic ſupra de reſtitu. mi. l. ea quæ à patre. & ſupra de pigno.

BIU Cujas

pig.l. eum dominã.& supra de reb.alie.l.nõ alie.l.véditrici.Ac.

*Vm maritum.*]CASVS.Si maritus aduersus debitores vxoris egerit,& exegerit:an mulieri præiudicet,quæritur?Dicitur quòd non.Viuianus.

a *Nullũ tibi præiudiciũ &c.*vt.ff.de nego.gest.l. soluẽdo.&.ff. de noua.l.si Stichus. §.fin.

quas accepisse quantitates,nec tamen te consensum accommodasse significes:nullum [a] tibi præiudicium potuit fieri,nisi factam solutionem post maiorem ætatem ratam feceris. S. V. Kalendas Maij, Heracliæ. AA. Coss.

*Quod mihi debes,alii soluere non potes: nisi me mandante,vel ratum habente. Baldus.*

XII. Iidem AA.& CC.
Eutychio.

INuito vel ignorante creditore qui soluit alij, se non liberat obligatione. [b] Quòd si hoc, vel mandante [c] vel ratum habente eo fecerit, non minus liberationẽ consequitur, quàm si eidem creditori soluisset. [d] S.III. Idus Maij. AA. & CC. Coss.

*Simulata liberatio non est liberatio. Baldus.Vel sic: Figmentum scripturæ de recepto,non præiudicat veritati. Salycetus.*

XIII. Iidem AA.& CC.
Philotimo.

SI obligatum hominem ex causa mandati,non [e] per stipulationem facta nouatione post acceptilationem [f] liberasti,sed tantùm receptam ex eadem causa debitam quantitatem falso scripsisti: [g] figmento veritatis extingui non potuit [h] obligatio.S.VI. Kalendas Iun. AA.Coss.

*Melius est habere euidentem liberationem, quàm chirographi redditionem. hoc dicit.Vel sic: Melius est habere pro se euidentem probationem, quàm præsumptionem,quæ recipiat in contrarium probationem. Baldus.Vel sic:Plus probat confessio debiti recepti, quàm instrumenti redditio. Salycetus.*

XIIII. Iidem AA.& CC.
Cohortæ.

PEcuniæ solutæ professio [i] collata instrumento, maiorem [k] rei gestæ probationem continet, quàm si chirographũ acceptæ pecuniæ mutuæ fuisset redditum.† S.V.Id.Iul.AA. Coss.

*Chirographum redditum debitori sine voluntate creditoris,non liberat debitorem: & ex ipso instrumento quod ipse debitor tanquam pro se producit, conuincitur, & ad soluendum compellitur.*

XV. Iidem AA. & CC.
Quartino.

QVòd debitori tuo chirographum redditum contra voluntatem [l] tuã adseueras,nihil de iure tuo deminutum est. ℣ Quibuscũque itaque argumentis iure proditis hanc obligationem tibi probanti, eum pro huiusmodi facto liberationem minimè consecutum, iudex ad solutionem debiti iure compellet.S.V.Kal. Septemb.AA.Conss.

*Ius pro re inuito creditore cedi non potest.Bal.Vel sic: Creditor non compellitur recipere in solutum nomen debitoris sui debitoris.Saly.*

XVI. Iidem AA. & CC.
Charidemo.

EVm à quo [m] mutuã sumpsisti pecuniam,in solutum nolentem suscipere nomen debitoris tui compelli iuris ratio non permittit.

IN AVTHENT. de fideiussorib. & mandato. §. quod autem. colla. j. constitutio.iiij.

*Hæc authentica in principio excipit casum.Et nota quòd colligitur in.l.præcedenti.& hoc dicit: Si debitor quantitatis non habet aliunde vnde soluat, potest rem meliorem quam habet,in solutum dare creditori pro æstimatione districtius facienda per iudicem,& cum cautela de euictione. & si creditor reperit emere volentem, non compellitur tunc in solutum recipere, sed debitor tenebitur illi vendere cautela adhibitæ quòd de precio satisfiet creditori. Salycetus.*

HOc,nisi [n] debitor in pecunia vel alia re mobili soluere nequeat.tunc enim res immobilis quã debitor habet meliorem, [o] solui potest, facta per iudicem subtili eius causæ æstimatione: vt rem prædictam & debitori soluere, & creditori liceat petere, præstanda credi-

A nota q̃ sufficit creditorẽ liberare debitorẽ, si nõ potest reddere instrumentum: vt hic,&.ff.de lega.j.l.huiusmodi.§.si ita cui. Ac.

*Vod debitori.*]CASVS. Titi[a] surripuit mihi instrumẽtũ in quo erat mihi obligat[a] Seius,& reddidit Seio.si p̃bé Seiũ debere mihi pecuniã,nõ p̃iudicat mihi instrumẽti surreptio. Vi.

B l *Volũtatem.* Debitor debet probare sibi redditũ volũtate creditoris duobus testibus, nisi in casu:vt.ẽ. de Lati. liber.tol.§.ille autẽ. & est ad hanc & superioré.l.ff.de p̃ba.l. si chirographũ.&.ff. de pactis. l. Labeo. vbi de hoc not.&.ẽ.de fide instru.l.j.&. ẽ. de remis. pig.l.creditricem.&.j. de dona.l.j.Accur.

*Vm à quo.*]CASVS. Debebã tibi decẽ: volebã tibi cedere in solutũ actio.quã habebã aduersus Titiũ: nũquid es cõpelléd[a] suscipere?Dicit q̃ non.Vi.

m *Eum à quo.* Sic ergo not.q̃ aliud p̃ alio inuito creditore non potest solui:vt.j.l.pxi. &.ff.si certũ peta. l. ij. §. j.&.ẽ.de secũdis nup. authent.sed si aurũ.sed hoc fallit in casibus: vt ff.de lega.iij.l.non dubiũ.§. fina. & de auro & argen.lega.l.j.§. fin. & in aliis,quos no.ff. si cer.pet.l.ij. inter quos est vnus in authen. hic posita,hoc nisi debitor &c.quam hic lege,quę est de fideiusso.§. quod autem.colla.j.

*Creditore inuito non potest aliud pro alio solui.*

HOc nisi.]CASVS. Lex. C. dicit q̃ creditor nõ cogitur recipere aliud p̃ alio:authen.vero nõ determinat illud.s.q̃ cõpellit, s.quãdo debitor pecuniã nõ habet:& tũc res immobilis melior quã habet,potest p̃ pecunia solui creditori: & iudex æstimabit quantũ valeat res illa quæ datur creditori in solutũ: & si creditor parat[a] est ostẽdere emptorẽ, debitor debet rem distrahere,& soluere pecuniam creditori. Viuianus.

n *Hoc nisi.* Dixit nõ posse solui aliud pro alio,hoc nisi &c.

o *Meliorem habet.* hoc ideo, quia aurũ acceperat,quod est ꝑciosi[a] metallũ:vt in corpore.aliàs res mediocris posset dari i solutũ: vt ẽ.de sacrosã.eccles.auth.hoc ius porrectũ.quæ est cõtra. Vel dic q̃ etiã si in alia re etiã vili sit debitor, habeat tamẽ locũ qđ hic dicit.& ideo,quia vnũ sit contra creditorẽ, vt inuitus aliud pro alio recipiat:aliud sit pro eo,scilicet vt optimam rem habeat in solutum.argu.ff.de iureiuran.l.eum qui.& in ecclesia sit speciales vt in dicta authenti.hoc ius porrectũ. *ADDITIO.* An autẽ aliud pro alio solui possit:& quid si mutetur moneta per principem:potes hic videre per Abba.in ca.quanto.extra de iureiuran. in.v.col.versi. vlterius quæro de quæstione &c.vsque ad finem.

*Cautela.*

† Concor.c. sanctæ Mariæ in fi. cũ gl.fi. extra.de li.pẽdente.

g *Scripsisti.* sperando vel erranẽo.

h *Non potuit.* nisi tacuerit per triginta dies:vt supra de non numme.pecu.l.in contractibus.§.super cæteris.

PEcuniæ.]CASVS.Si in instrumento confessus sit creditor sibi solutam fuisse pecuniam:maior probatio est,quàm si debitori chirographum reddidisset. Viuianus.

i *Professio.* quia scribit creditor se recepisse pecuniam creditã, quæ scriptura dicitur apocha.

k *Maiorem.* Maiorẽ siquidẽ, quia redditio chartæ etiã ob aliam causam fieri potest,quàm vt liberet debitor. vnde & de hoc subiicit lex sequẽs:cõfessio vero aperte denotat liberationẽ.sic ergo

BIU Cujas

a *Cautela.* quòd scilicet de precio rei soluet creditori: vt in cor pore authenticæ.

*Manifesti.*] CASVS. Si alius soluit creditori quod ei debeo: liberor. Item si res aliquas accepit in solutum, similiter liberor. Viuianus.

b *Soluente.* vt. ff. de nego. gest. l. soluendo.

c *Consentiente.* nó inuito, nisi in casu: vt in authen. superiori, hoc nisi &c. quæ etiá super hac. l. posset poni, & ni si in aliis casibus: vt no. ś. l. proxi.

*Casus.* d *Inquisitio.* Procurator tuus creditoribus tuis de propria pecunia soluit, & chirographa recepit ab eis: tibiq́ue ab eius hærede restituta sunt, in quib' erat subscriptio procuratoris, scilicet q̃ nihil creditoribus tuis debebatur. certe nó tollitur procuratori actio, vel hæredi. licet enim & ipse de creditoribus erat, per hoc q̃ de suo soluerat: tamen generali sermone non continetur persona loquẽtis. sic & ff. loca. l. qui insulam. §. fi. &. ff. de sena. l. j. Sed ar. contra. ff. de pignori. l. Paulus. §. fina. & de verbo. signifi. l. familiæ appellatione. cui potest respóderi quòd videtur dominus obligari per seruum: vnde & ibi ipse seruus obligatur. Item argu. cótra. ff. de conditio. & demonstratio. l. qui hæredi. §. Plauti'. sed certe in generali sermone continetur ibi p̃sona cui loquitur testator. Ioan.

*Persona loquẽtis generali sermone non continetur.*

e *Fecerat.* obligando se creditoribus pro domino.

f *Creditoribus.* cęteris.

g *Et non vestra.* id est à vobis debitæ vestro procuratori, id est eius quam debetis procuratori. nam (vt ex principio legis apparet) domino loquit, & sic repetit illud verbum, satisfactum. & illa erunt datiui casus, vestræ pecuniæ. Vel dic melius quòd sunt genitiui: nec repetitur satisfactũ, immo respiciunt sequentia, præcessisse solutionem. Accursius.

*Si actore.*] CASVS. Mulier quædã præposuerat seruum suum pecuniis mutuandis & recipiendis, vel exigendis: solui ei pecuniam quam debebam mulieri: nunquid sum liberatus? Dicitur quòd sic. Si vero solui seruo qui nó habuerit mandatum de pecunia exigenda, non liberor. Viuianus.

h *Si actore seruo.* accepi à domina mutuum, & reddidi seruo actori: liberor quidem.

i *Susceperas.* à domina.

tori cautela[a] de euictione quæ debitori possibilis sit. quod est in omni actione. ¶ At si creditor paratus sit emptorẽ rei præstare, oportet debitorẽ cautela iudicis arbitrio creditori præbita, rem tunc distrahere, vt satisfiat creditori.

*Aliud pro alio volenti creditori solui potest. Bald. & Salyc.*

XVII. Iidem AA. & CC. Cassio.

MAnifesti iuris est, tam alio pro debitore soluente, [b] quàm rebus pro numerata pecunia cõsentiẽte [c] creditore datis, tolli paratam obligationẽ. S. Kal. Decẽb. Sirmij AA. Coss.

*In generali sermone non continetur persona loquentis. Bald. & ad hoc allegatur.*

XVIII. Iidem AA. & CC. Domitio.

INquisitio [d] veritatis tolli nõ potuit, q̃ chirographa quę fecerat [e] procurator tu', recepta, tibiq́; restituta ab ipsius hærede proponas cũ subscriptione ꝓcuratoris significante, q̃ nihil creditoribus [f] debeatur: cùm nihil prohibeat & creditoribus satisfactũ esse, & non vestræ [g] pecunię, sed ipsius cui negociũ gerendum mandaueras, processisse solutionem. S. Idib. Februar. CC. Coss.

*Solutum seruo recipiẽdis pecuniis præposito, liberat soluentẽ: & licet chirographum debiti sit apud dominum, nõ cassum scilicet nec cancellatũ: tamen eius vigor intrinsecus sublat' est: quia ei' obligatio exincta. Bal.*

XIX. Iidem AA. & CC. Diogeni.

SI actore seruo [h] tam mutuis dãdis pecuniis, q̃ debitis recipiendis præposito, in hoc qđ susceperas, [i] eius dominę per ipsum [k] satisfeci sti: instrumẽntum inane [l] solutione celebrata nihil tibi nocere potest. Aliter enim soluentes seruo, de actione dominæ liberare se minimè possunt. S. V. Id. Octob. CC. Coss.

*Operarum exceptio potest cum pecunia compensari. Baldus.*

XX. Iidem AA. & CC. Eucrati.

SI operas certi serui pro pecunia sumpta sibi in debitũ compensare placuit creditori: his secundum conuentionis fidem præstitis, de mancipio restituendo pacti tenor [m] seruari debet. S. V. Kal. Nouemb. Hadrianop. CC. Coss.

*Solutio partis non liberat à toto, licet ibi sit spe futuræ numerationis confessio. Sed si pro parte in totum trãsigitur, in totum actio tollitur. Bald. Vel sic: Si creditor partem recepit, & totum recepisse scripsit: si quidem ex causa transactionis, vltra non petit: sin autem spe futuræ solutionis, tunc residuum petere potest. Salycetus.*

XXI. Iidem AA. & CC. Rufo.

INterest multũ, vtrúmne spe futuræ numerationis [n] suscepisse te quod instrumento continetur, scripsisti: an accepta minore quantitate, [o] tantum quantum lectio probat, in scriptura cõferri placuit. Nam superiore quidem casu residui petitio debiti manet integra: [p] posteriore verò consensu transactionis finitis stare conuenit. [q] S. III. Non. Decemb. CC. Coss.

*Non refert vtrum instrumentum sit inductum & cancellatum, siue etiam non inductum, nec cancellatum, dummodo debitũ sit solutum. Baldus.*

XXII. Iidem AA. & CC. Grato.

INductum, [r] id est cancellatum, nécne sit chirographum vestrum: solutionem semel debiti causa factam ei qui exigendi potestatem habuit, probantium, nihil interest. S. V. Id. Decembr. CC. Coss.

*Qui contemplatione literarum liberat scribentem, literis effectum non habentibus condicit libertatem. Vel sic: Confessio facta pretextu causæ non secutæ: non nocet confitenti. Bald. Vel sic: Si creditor scripsit se recepisse debitum contemplatione literarum missarum ad soluere debentem: illo non soluente, integra manet petitio debiti. Salyc.*

XXIII. Iidem AA. & CC. Vacio.

SI literarum Auxenonis [s] cõtemplatione, quas ad Aristonem [t] de numeranda tibi pecunia dederat, recepisse te scripsisti debitum ab Aristone: mandato non impleto, [u] cum petitio debiti maneat integra, nihil legitimam exactionem impediri ratus est? Dicitur quòd non. Viuianus.

k *Per ipsum.* soluendo ipsi seruo.

l *Instrumentum inane.* sic. ś. ad exhiben. l. fina. & de condic. ex lege. l. dissolutæ. & facit. ś. eod. l. nihil. Accursius.

*Si operas.*] CASVS. Obligaui tibi mancipiũ, vt operę eius in debitum cõputarentur. si tibi satisfactum fuit: nũquid potero mãcipium recuperare? Dicitur quòd sic. Viuianus.

m *Pacti tenor.* qui est vt satisfacto debito in operis, ipse seruus reddatur: quod fieret & si simpliciter pignori fuisset acceptus: vt. ś. de pigno. acti. l. j. & ij.

*Interest.*] CASVS. Mutuaui tibi centũ: soluisti quinquaginta: scripsi me recepisse: nõ obstãte tali subscriptione petã residua quinquaginta. si vero ex causa trãsactionis accepissem à te quinquaginta, mihi nulla superest repetitio. Viuianus.

n *Numerationis.* id est solutionis.

o *Quantitate.* transigendi animo.

p *Integra.* vt. ś. eo. l. si inter. si modò intra triginta dies petierit: vt. ś. de non numera. pecunia. l. in contractibus. §. super.

q *Cõuenit.* vt. ś. de trãsact. l. si quidem. Accursius.

*Inductum.*] CASVS. Si debitor soluat creditori: licet instrumentum obligationis nõ sit cancellatum, vel incisum, non propter hoc minus consequetur liberationem. Viuianus.

r *Inductũ.* Not. quòd hic pro eodem ponitur inductum & cancellatum: cũ proprie sit inducere, per medias literas pennã ducere: cancellare, per modum crucis ducere. & incipe cõstructionem in fi. nihil interest &c. nam videbatur debitorem nó liberatũ, cum chirographum non sit cancellatum: sed tamen non interest vestrum, probantium scilicet vestrã solutionem &c. vt &. ś. de non nume. pecu. l. assueratio. Accursius.

*Cancellare & inducere.*

*Si literarum Auxenonis.*] CASVS. Auxeno debebat mihi centum: misit epistolam ad Aristonẽ, vt mihi solueret. contemplatione epistolæ missæ scripsi ab eo mihi fuisse satisfactũ: Aristo non soluit: nunquid Auxeno liberatus est? Dicitur quòd non. Viuianus.

s *Auxenonis.* nomen debitoris.

t *Aristonem.* amicum suum. mandauit enim debitor tuus amico suo vt tibi solueret.

u *Non impleto.* facto à debitore ad Aristonem amicum suum de soluendo tibi creditori. Accursius.

BIU Cujas

a *Impedire potest.* contra Auxenonem, si modo intra triginta dies paritum sit iuri: vt. ſ. de non numera. pecu. l. in contractibus. §. super. Accursius.

*Cum pro pecunia.* ] CASVS. Obligaui fundum: eum in ſolutum dedi, & eum melioraſti: nunquid poſſum reuocare? Dicitur quòd nó: quia ſi deterior factus fuiſſet, nunquam reuocarem: vnde ſi petam hoc cuius contrarium non eram petiturus, nó ſum audiendus. Viuianus.

b *Contrarium.* non debet [a] quis poſtulare cuius contrarium non eſſet petiturus. & eſt ſic ſ. de vſur. l. ſi ea lege. Sed ar. contra. ff. loca. l. ea lege. Sed ibi ex vi pacti fuit.

c *Diſtraxiſſet.* ſed deteriorasſet prædium, & ita minoris diſtrahere poſſet.

*Solutionē.* ] CASVS. Si debitor dicat ſe ſoluiſſe creditori, debet hoc probare: & poſtquam probauerit, petere poteſt vt ſibi reddatur inſtrumentū. Vi.

d *Incumbit.* vt. ſ. de proba. l. j. & de non numera. pecunia. l. aſſeueratio. Accurſius.

e *Quo facto.* ſcilicet ſolutione probata.

f *Condicere poteſt.* ſi nó eſt debitoris. aliàs vindicat: vt. ſ. de condic. ex lege. l. diſſolutæ. & ſ. ad exhiben. l. ſi.

*DE ACCEPTILationibus.*

*Dixit de veris ſolutionibus: nunc de imaginariis, id eſt acceptilationibus. Nam acceptilatio eſt imaginaria ſolutio: vt inſtitut. quibus modis tolli. obliga. §. i.*

*Acceptilatio eſt imaginaria ſolutio.*

*Iam tibi.* ] CASVS. Si ſoror mea debitorem ſuū tutoris auctoritate interueniēte per acceptilationem liberauit, & debitor poſt acceptilationem ſoluit: an repetere poſsit ſi indebite ſit ſolutum, quęritur? Et dicitur quòd ſi tu ei ſucceſsiſti, vel nomine illius, ſi viuit, poteris contra repetentem vti defenſionibus. ſed non aperit quibus. tu dic, vt quia acceptilatio non erat ſolenniter facta, vel ſine tutoris auctoritate: vel quia enormiter eſſet læſa per talem acceptilationē. Viuia.

g *Iam tibi.* loquitur imperator fratri petenti pro ſorore minore accepto ferente, cui forte ſucceſsit, vel defendit eam.

h *Solennibus.* quia dixit debitor, habéſne acceptū quod tibi debeo? Reſpōdit ipſe: habeo, acceptúmque tuli: vt inſtitu. quib. mo. toll. obli. §. eſt autem. Sed quomodo hoc fieri potuit etiam cum tutore, ſcilicet donandi animo: vt. ſ. de admi. tuto. l. non omni? Reſpond. non fuit facta hic animo donandi: ſed aliud inuicem erat datum, vel dandum: in quo ſi decipitur, reſtitui poteſt: vt. ſ. ſi aduer. tranſ. l. j. & ij. ſed ſi ſine tutore, ipſo iure non valet: vt de in integ. reſtitu. mino. l. ſi curatorem.

i *Exoluit.* ſcilicet debitor poſt acceptilationem, credens ſe nó eſſe liberatum: quia illa quæ erat minor, fecit acceptilationem tutore auctore.

k *Perſeuerauerit.* repetens indebitum.

l *Defenſionibus.* quæ nullæ ſunt, ſi accepto tulit, ſecundum quoſdam. Vel dic quòd aliquæ poſſunt eſſe, vt ſi dicas non ſolenniter eſſe factam, vel ſine tutoris auctoritate, vel eam læſam.

*Si donationis.* ] CASVS. Debebam tibi decem ex cauſa venditionis. animo nouandi ſtipulatus es ea tibi reddi: & donandi animo ea mihi accepto tuliſti: nunquid adhuc petere poteſt? Dicitur quòd non. Vi.

m *Si donationis gratia.* ſecus ſi non donationis, quia tūc ageret præſcriptis verbis in id qđ cōuenit: vt. ff. de ꝓſcriptis verbis. l. ob eā.

n *Per acceptilationem.* aliàs ageretur antiqua, & exciperetur: vt. ſ. de trāſactio. l. vt reſpōſū. & ff. de tranſactio. l. ij. o *Agendi.* ſic. ff. de ſolu. l. qui res. §. aream. & j. l. proxi.

*PEr Aquilianam.* ] CASVS. Debebas mihi decem ex cauſa venditionis: ea mihi promiſiſti per ſtipulationem animo nouandi: & cōuenit vt ea accepta tibi ferrem, & ſolenniter accepto tuli: nunquid potero adhuc petere? Dicitur quòd non. Viuianus.

p *Per Aquilianam ſtipulationem.* ſic dictam, quia ab Aquilio introducta fuit: vt per eam nouarentur obligationes iuriſgentium, & in ſtipulationem deducerentur, & ſic per acceptilationē poſſent tolli: quod aliàs eſſe non poteſt: vt habes hīc, & inſtit. qui. mo. tol. obli. §. j. & §. eſt autem. & ff. de regu. iur. l. nihil tam naturale. & fa. ff. de ſol. l. prout quiſque. Super realibus autem actionibus an poſsit fieri acceptilatio, cum non ſit obligatio, & qualiter: dic vt. ſ. de tranſac. l. vt reſponſum.

*Stipulatio Aquiliana quas obligationes nouat.*

q *Pacto.* ſic enim cōuenit vt fieret, & facta fuit.

r *Acceptilatione.* id eſt per acceptilationem.

ſ *Perempta.* ſcilicet ſtipulatione Aquiliana.

t *Ex nulla cauſa.* ſunt enim cauſæ per quas in talibus quis reſtitui poteſt, vt propter minorem ætatem, errorem, dolum, metum, ſcilicet ſi dolo vel metu inductus fuerit ad accepto ferendum: & ſic agitur actione de dolo vel metu: vt. ſ. de tranſacti. l. ſub prætextu inſtrumēti. §. fi. vbi autē bene & rite facta fuit acceptilatio ſed non ſeruatur fides: tunc dic qualiter agatur, vt. ſ. de tranſactio. l. actione. Item ſi acceptilatio eſt inutilis ratione rei vel ratione ſolennitatis omiſſæ: an ſaltem iure nudi pacti valeat? Reſpon. vt not. ff. de pactis. l. ſi vnus. §. ſi acceptilatio.

*Acceptum ferens poteſt ex multis cauſis reſtitui.*

*DE EVICTIONIBVS.*

*Quia ſoluta & empta ſolent euinci, ideo de euictionibus ſubiicit.*

*EMptor.* ] CASVS. Vendidi tibi hæreditatem. conuentus tu rei vendicatione pro fundo vno, denunciaſti mihi vt te defenderem: an tenear quęritur? Et reſpon. quòd non: ſed tuis ſumptibus te defendere debes, neque de euictione teneor: niſi aliud conueniſſet, vt pro vna re euicta debeam teneri. Viuianus.

u *Rem.* ſingularem illius hæreditatis emptæ. Accurſius.

x *Sumptu.* ſumptus quo. ad expenſas: periculū quo ad rem quam perdit. ſed licet patiatur periculum perdendo: an rehabeat à venditore?

a *Sic nō debeo quis teneri habero ꝑ ſ, quibus ꝑdē adhibere non vult: vt habetur in. c. præſentium. in glo. ſuper verbo proteſtatus. extra de teſti. vbi etiā alia ſunt cō cordantia.*



BIU Cujas

pedire poteſt. [a] S. XV. Kal. Ian. Nicomediæ. CC. Coss.

*Si fundus in ſolutum datus, per induſtriā creditoris melior factus eſt, non propterea debet reſtitui debitori, etiam minori. Vel ſic: Non debet quis id petere, cuius contrarium poſtulaturus non eſſet, niſi ſit actum. hoc dicit cum gloſſ. ſecundum Butrigariū.*

XXIIII. Iidem AA. & CC. Rufino.

CVm pro pecunia quā mutuo acceperas, ſecundum placitum Euandro te fundum dediſſe profitearis: eius induſtriam, vel euentum meliorem, tibi non ipſi prodeſſe, contrarium [b] non poſtulaturus ſi minoris diſtraxiſſet, [c] non iuſtè petis. S. VII. Kalend. Ianua. Nicomediæ. CC. Coss.

*Qui excipit de ſolutione, debet probare. Bald. Vel ſic: Probata ſolutione, chirographum condicitur, vel vindicatur. Salyc.*

XXV. Iidem AA. & CC. Aureliano.

SOlutionem aſſeuerāti, probationis onus incumbit: [d] quo facto, [e] chirographū condicere poteſt. [f] S. III. Kalend. Ian. Nicomediæ. CC. Coss.

*TITVLVS XLIIII.*

DE ACCEPTILAtionibus.

*Liberatus per acceptilationem, errore facti vel iuris poſteà ſoluens repetit. Bal. Vel ſic: Pupillus cum tutoris auctoritate poteſt per acceptilationem liberare: nec poteſt conueniri, niſi ex cauſa legitima. Salyc.*

I. Imp. ANTONINVS. A. Apronio.

IAm tibi [g] ſcripſi poſſe apud iudicē quæri, an ſolennibus [h] verbis tutoris auctoritate interueniente, ſoror tua acceptilatione debitorē ſuum liberauit. quare ſi in repetenda pecunia quā exoluit, [i] diuerſa pars perſeuerauerit: [k] vtēris defenſionibus [l] competentibus. PP. III. Id. Februar. Duobus & Aſpris Coss.

*Acceptilatio facta ex cauſa donationis omnem viam agendi permit. Bald.*

II. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Claro.

SI donationis gratia [m] nouatione facta per acceptilationem [n] præſtitiſti liberationē, omnis agendi [o] via perempta eſt. S. VI. Kalend. Ianuar. AA. & CC. Coss.

*Interueniente Aquiliana ſtipulatione & acceptilatione ſequente, niſi creditor ſit talis ætatis cui reſtitutio indulgeatur, omnis agendi via præcluditur. Baldus.*

III. Iidem AA. & CC. Demetriæ.

PEr Aquilianam ſtipulationem [p] pacto [q] ſubditā obligatione præcedente ſublata, & acceptilatione [r] quæ fuit inducta, perempta: [ſ] ei qui ex nulla cauſa [t] reſtitui poteſt, omnis agēdi via præcluditur. S. V. Kal. Decemb. CC. Coss.

*TITVLVS XLV.*

DE EVICTIOnibus.

*Emptor vniuerſitatis nō agit ꝑ euictione rei ſingularis: nec ad ſumptus litis, niſi hoc ſpecialiter ſit promiſſum & cōuentum. hoc dicit iſta ſingularis lex, ſecundū Bald. Vel ſic: Venditor hæreditatis non tenetur de euictione rerum ſingularium, niſi contrarium ſit actum: & ſuo ſumptu & periculo illas conſequi debet emptor. Salyc.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Munitio.

EMptor hæreditatis rem [u] à poſſeſſoribus ſumptu [x] ac periculo ſuo ꝑſequi

*Vēditor an teneatur emptori ad sūptus factos in lite.*

ditore? Respond. non aperit hic de sumptu, sed de æstimatione rei sic, dicens quòd euictio non præstatur. de sumptu autem dicas quòd videtur prima facie ex hac litera suo sumptu, quòd venditor emptori non teneatur ad sumptus factos in causa euictionis. Sed certe distingue: Aut pro re principali potest ex empto ad interesse agi: & tunc pro sumptibus agetur: vt.ï.eod.l. si cum quæstio. in fin. & .ff. de do. excep. l. fideiussor. &.ff. quod fal. tuto. aucto. l. nouissimè. §. Pomponius. & arg. ff. de libe. leg. l. petitor. &.ff. si mulier ven. no. l. fi. in fi. licet illa econtra posset intelligi. si autem non potest agere emptor pro re principali, vt quia nō est euicta, vel alia de causa, vt hic erat: tunc nec de sumptibus agetur: vt hic, &.ï.eod.l. si status. in fin. suam enim egit rem emptor: vt.ff. ad Trebel. l. deducta. §. qui post tēpus nisi fuissent promissi: vt.ff. de verbo. oblig. l. vēditores. Et est simile in eo qui liber esse iussus est redditis rationibus: vt si nulla sunt reliqua, pure erit liber: si aliqua, tunc computare domino & reddere reliqua tenetur: vt.ŝ. de ma. testa. l. cum testamento. Item si vincit emptor, alia est ratio quòd non agat ad sumptus: quia eos consequitur à victo ex generali regula, victus victori &c. vt.ŝ. de iud. l. properandum. §. sinautem alterutra. Alij dicūt si agatur ex empto, semper posse agi ad sumptus. si vero ex stipulatu, non. sed prima placet. *ADDITIO.* Aduertas quòd Bart. in. l. venditores. ff. de verb. oblig. reprehendit istam gloss. volens q̄ semper teneatur venditor ad sumptus. quod probat primo per. l. si plus. §. mota. ff. eo. &. l. qui absentem. ff. de procura. vbi dicitur quòd mota lite tenetur defendere emptorem. ergo si non defendat, tenetur ad interesse ob rem nō defensam, argu. l. cum quærebatur. in fin. ff. iudi. sol. Secundo probat per rationem. vēditor tenetur emptori, vt sibi habere liceat: vt. l. stipulatio ista habere licere. ver. quòd si forte. ff. de verb. oblig. & ibi nota. ergo &c. Contraria solue vt per eum.

a *In singulis.* id est in re singulari: quia aut erat hæreditaria, & tunc est ei facta iniuria: vnde venditor non tenetur: vt.ff. eod. l. si per imprudentiam. & ibi plene dixi. aut non erat hæreditaria: & tunc non videtur vendita. & probatur hæc distinctio. ff. de hæred. vend. l. ij. in princ. &.ff. e. l. serui venditor. &. l. naue. Sed quid si tantum tria prædia erant in hæreditate, & illa sunt euicta? Dicunt quidam, licet non agatur propter primum prædium, vel secundum: tertio tamen euicto agitur de omnibus ad exemplum legis Falcidiæ. Sed Io. contra: quia hæreditas est etiā sine vllo corpore: vt.ff. de peti. hære. l. hæreditas. si tamen nec nomina sunt in hæreditate, nec aliquid aliud, nisi prædicta prędia, cōdicetur precium: nec enim spes emitur, nisi hoc agatur: & tunc decipiens cō demnabitur: vt.ff. de hære. ven. l. cum hæreditatem. &. l. quòd si in venditione. &. l. hoc autem. Accursius.

b *Venisse.* id est venditam esse ab eo qui de iure est hæres. si ergo etiam modica res euincatur, ideo quòd non fuit hæres, venditor aget: vt.ff. de hære. vendi. l. quòd si nulla. Item hoc verum vendita hæreditate. si autem rem singularem hæreditatis vendat, de euictione tenetur: vt.ff. de peti. hære. l. sed & si lege. §. item si rem distraxit.

c *Conuēnit.* scilicet vt in singulis præstetur euictio. Vel quia singulas res de hæreditate adfirmauit: vt.ff. de hæred. vend. l. nisi de substantia. Vel nisi sciens erat rem illam non esse hæreditariam: vt.ff. de hære. vend. l. ad hoc. Azo.

*QVoniam.*] *CASVS.* Auus tuus dedit tibi quædam prædia, & de euictione promisit per stipulationem: postea decessit te instituto hærede, & quibusdā aliis. si aliquod ex prædiis illis euincatur, ages pro euictione aduersus cohæredes tuos pro ea portione qua sunt hæredes, actione ex stipulatu. Si vero

debet. ¶ Euictio quoque non præstatur in singulis[a] rebus, cū hæreditatem iure venisse[b] constet, nisi aliud nominatim inter contrahentes conuēnit.[c] PP. VI. Kalen. Mar. Seuero. A. III. & Victorino Coss.

*Etiam si ista lex daretur in punctis, esset aurata: & breuiter. h. d. Donator tenetur de euictione, si per stipulationem de euictione promisit: secus si nudo pacto. Baldus.*

II. Iidem AA. Quartæ.

QVoniam auus tuus cū prędia tibi donaret, de euictione eorum cauit: potes aduersus cohæredes[d] tuos ex causa stipulationis cōsistere ob euictionem prædiorū, pro portione scilicet hæreditaria.[e] Nudo autem pacto interueniēte[f] minime donatorem hac actione teneri certum est. PP. II. Kalend. Mart. Antonino. A. II. & Geta. II. Coss.

A de euictione per stipulationem non promisisset: nullo modo cum conuenire potes. Viuianus.

d *Cohæredes.* contrarium. ï. de dona. l. si quis.

e *Hæreditaria.* nam pro parte qua hæres est, extincta est actio: vt.ŝ. de hæredita. actio. l. si adulta.

f *Interueniente.* scilicet in donando. & sic olim non agebatur, sed hodie sic condictione ex hac lege: vt hic subiicit: & infra de dona. l. si quis argentum. Vel dic nudo pacto interueniente super euictione præstanda: & erat olim nudum, siue ex interuallo apponeret ad pactum donationis, siue etiam incontinenti. cum enim nec ex illo posset agi, per consequens nec hoc informabit: vt.ff. de pericu. & commo. rei vendi. l. si in venditione. secus autem si in traditione apponebatur: vt.ï. de dona. l. legem. &.ŝ. de re. permu. l. finali. sed cum hodie sit pro vestito ipsum principale, vestiet & illud pactum euictionis sui cohærentia. vbi autem nihil esset de euictione cautū, tunc dolosus donator tenetur: vt.ff. de dona. l. Aristo. aliàs si incepit à pactione, idem: si à traditione, agitur ad instar dotis: vt supra de iure do. l. j. & ad hoc. ff. de ædilitio edicto. l. ad res. In legato autem euicto distinguitur, et in specie, & sic non agitur: aut in genere, & tunc agitur: vt.ff. eodem. l. si is qui. &. l. hæres. & de legatis. j. l. si à substituto. §. j. & hoc in vere lucratiua. in quasi lucratiua quid sit, dicitur. ff. de noxa. l. si noxale. §. finali.

*Antequā res euincatur, de euictione non agitur: etiam si res sit alii obligata. Bald.*

III. Iidem AA. Aureliano.

QVi rem emit, & pòst possidet:[g] quandiu euicta nō est, auctorem suum, propterea quòd aliena vel obligata res dicatur, conuenire non potest.[h] PP. VIII. Kalen. Augusti. Faustino & Rufino Coss.

*Si res in solutum data propter hypothecam euincitur: vtilis de euictione actio datur. nam datio in solutum, instar venditionis obtinet. hoc dicit. Vel sic: Si res obligata venditur, transit cum sua causa: & ideo pignus non extinguitur. Bald. Vel sic: Pro prædio dato in solutum, & euicto, agitur de euictione vtili ex empto. Salycetus.*

IIII. Imp. ANTONINVS A. Georgio.

SI prædium tibi pro soluto datum est, quod aliis creditoribus fuerat obligatum: causa pignoris mutata nō est.[i] Igitur si hoc iure fuerit euictum, † vtilis tibi actio[k] † cōtra debito-

*QVi rem.*] *CASVS.* Vendidisti mihi prædia: si dicantur aliena, vel alij obligata, an possim agere aduersus te actione ex stipulatu pro euictione antequam euincantur? Dicitur quòd non. Nam si emo à te rem quæ dicitur alij pignorata, vel quæ dicitur aliena: licet de ea moueatur mihi quæstio: quandiu non est euicta, non agam de euictione. Viuianus.

g *Possidet.* maximè: nam idem si non possidet: vt.ff. eod. l. non tamen consequens.

h *Conuenire non potest.* vt &.ff. eo. l. si plus. §. mota. nisi in limine contractus euictio immineat: vt.ï. eod. l. si post perfectam. vel nisi hoc conuēnit: vt.ï. eodem. l. siue in libertatem. Vel nisi vendidor fuerit sciens: vt.ff. de act. emp. l. seruus quem. in fi. Vel nisi ad cauendum agatur: vt.ff. eo. l. ij. Idem nisi agatur vt liberam tradat, non autem euictionis nomine, vt quia erat obligata: vt.ï. eo. l. ex his prædiis. quæ omnes sunt contra. sed omnes habent suas rationes diuersitatis, vt dixi.

*SI prædium.*] *CASVS.* Debebas mihi decem: prædium dedisti mihi in solutum aliis creditoribus obligatum: vnde si euincatur, dabitur mihi vtilis actio ex empto pro euictione aduersus te: quia hic contractus habet similitudinem cum venditione. Vnde nota hic, vt breuiter tollatur contrarium argumentum, cum quis est debitor meus, & dat mihi in solutum: aut est debitor in quantitate, & dat mihi rem in solutum. eo casu si res euincitur, ista datio in solutum est quasi vēditio, & agam vtili ex empto: vt &.ff. de pign. act. l. eleganter. in princip. Si autem est debitor in corpore, puta debet mihi quis aliquam speciem, & dat mihi aliā speciem in solutum: non contrahitur hoc casu emptio de specie ad speciem: vt.ff. de act. emp. l. j. & tunc non ago directa vtili actione ex empto secuta euictione: sed agam præscrip. verb. vel prima: vt.ff. de solu. l. si quis aliquam rem pro alia. & si intelligitur quod not.ŝ. de senten. & interlocu. om. iudicum. l. libera quidem. Viuianus.

i *Mutata non est.* vt &.ŝ. de distract. pig. l. si debitor. sed certè immo videtur contra: vt diximus.ŝ. si antiquior cred. l. j. Accursius.

k *Vtilis tibi actio.* scilicet ex empto pro euictione: vt subiicit, & ff. de pigno. act. l. eleganter. in princip. & argu. ff. eo. l. si plus. §. & si iussu.

BIU Cujas

& si iussu.sed videtur danda antiqua: vt.ff. de solu.l.si quis aliam. &.ś.de senten. & interlocu. l.libera. quæ sunt contra. Solu.vt in illa.l.libera.

*Ex his prædiis.*] CASVS. Mulier emit à te prædia obligata Seio. si nondum ea tradidisti, ex empto aget, vt ea tradas,& liberaberis. Si vero nó tradidisti, & precium antequam prædia liberentur ab obligatione, petas: repellet te mulier doli exceptione. Et nota: si consulitur alicui per modum agendi, multo fortius per modum excipiẽdi: quia cui damus actionẽ &c. vt.ff.de superfi.l.j.in fi.

*Venditor præsumitur semper rem liberam vẽdere.*

a *Ex empto.* non ex causa euictionis: sed quia liberam rem non tradit, sicut semper præsumitur vendidisse, secundum Ioan. vt hic, & argumen. ff. de act. empti. l.in venditione. & quod hic consequitur agendo, scilicet vt res liberetur, idem consequitur excipiendo: vt subiicit, idem etiã fiet si aduer. &c. argu. ff. de contrahenda emptione. l.pacta.& de periculo & commod. rei vendi. l.habitationum. & facit. ff. de verborum oblig.l.cum stipulatus.in fine.& de contrahen. emp. l. cum ab eo. si autem tradita esset res alij obligata: tũc quidam dicunt nõ posse agi ex empto vt liberetur. & sic esset deterioris cõditionis emptor re tradita, quàm si non esset tradita: vt supra eodem.l.qui rem. sed certe ibi agebatur quasi euictione secuta; non vt liberetur. dicam ergo postea agi vt liberetur: vt.ff.de actionibus empti.l.creditor.§.prædium.

rem competit. Nam huiusmodi contractus vicem venditionis obtinet. PP. XI. Kalend. Augu. Duobus & Aspris Coss.

*Emptor cui res non est tradita, potest agere vt libera tradatur: & si conuenitur de precio, potest excipere de re non tradita. Bald. Vel sic: Antequam res tradatur, vel precium soluatur, potest emptor petere vt pignoris obligatio dissoluatur. hoc dicit. & est hæc lex bona, & menti tenenda secundum Barto.*

V. Idem A. Patroniæ.

EX his prædiis quæ mercata es, si aliqua à venditore obligata, & necdũ tibi tradita sunt: ex empto [a] actione consequêris vt ea à creditore liberentur. Idem etiam fiet, si aduersus venditorem ex vendito actione precium petentem, doli exceptionem opposueris. PP. XV. Kalend. Octobr. Duobus & Aspris Coss.

*Licet venditor non obligauit se de euictione: tamen ex natura contractus tenetur de euictione. Baldus.*

VI. Imp. ALEXANDER A. Octauio.

NOn dubitatur,[b] & si specialiter venditor euictionem non promiserit, re euicta ex empto competere actionẽ. PP. VIII. Id. Mart. Alexandro. A. Cos.

*Sufficit denunciari principali, licet non denuncietur fideiussori. hoc dicit. Vel sic: Processus factus contra principalem citatum, nocet fideiussori non citato. Bald. Vel sic: Fideiussor euictus potest conueniri solum denunciatione facta venditori. Salycetus.*

VII. Idem A. Hilariano.

AVctore laudato,[c] si euicta res est, fideiussorem † (etiam si agi causam ignorauerit[d]) cõueniri euictionis nomine posse non ambigitur. PP. III. Non. April. Alexandro A. Cos.

*Ista lex ponit tres casus in quibus denegatur regressus euictis. & hoc dicit: Tria faciunt cessare periculum euictionis: omissa denunciatio emptoris, eius absentia, & iudicis iniuria. Bald. Vel sic: Emptor non agit de euictione, nisi denunciauerit venditori vt causam defendat. Item si res euincatur per iniuriam iudicis, vel culpam emptoris, de euictione non agitur. hoc dicit secundum Salycetum.*

VIII. Idem A. Clementino.

EMptor † fundi, nisi auctori aut hæredi eius denunciauerit: euicto prædio, neque ex stipulatu, neque ex dupla, neque ex empto actionem contra venditorem vel fideiussorem[e] eius habet. ℣ Sed & si iudicio emptor non adfuit,[f] aut præsens per iniuriam[g] iudicis victus est absente[h] auctore, vel fideiussore, regressum aduersus eum non habet. PP. VIII. Id. Decembr. Alexandro. A. Cos.

*Etiam si emptor agendo succubuit, debetur euictio. hoc dicit text. cum gloss. Vel sic: Si emptor agendo vicit, non debetur euictio. secus si agendo succubuit. Bald. Vel si: In causa euictionis potest agi etiam pro interesse meliorationis. Salycetus.*

IX. Idem A. Terentio.

SI † controuersia tibi possessionis quam bona fide te emisse allegas, ab aliquo[i] mouetur,[k] auctori hæredíve eius denũcia: & si quidem obtinueris, habebis quod emisti. ℣ Sin autem euictum fuerit, à vẽditore succedsoréve eius consequêris

A

B

C

D

† *Quæquidem adest confirmatorem vocat Nou. 4. qui et auctor secũdus dicitur l. 4. ff. ti. vnde vides quis auctor primus, quis secundus dicatur Contius.*

*Non dubitatur.*] CASVS. Licet venditor de euictione non promisit specialiter: re tamẽ euicta tenebitur de euictione actione ex empto. Viuianus.

b *Non dubitatur.* vt.ś.de communiũ rerum alie.l.si maior. &.ff. eod.l.ij.&.l.si in venditione. Item petitur precium, licet fuerit dictum ne agatur: vt.ff.de action.empti.l.emptorem.§.qui autem habere. nisi emptor fuerit sciens: vt.j. eod.l.si fundum. & facit.ff. de actionibus empti.l.in venditione.

*Auctore.*] CASVS. Vendidisti mihi prædium, de euictione promisisti, & fideiussorem dedisti: denunciaui tibi vt me defenderes in causa euictionis: licet non denunciauerim fideiussoribus, an non ideo minus tenentur fideiussores, quæritur? Et dicitur quòd non. Nota hic quòd emptor nó agit de euictione, nisi denũciet venditori quòd eum defendat: vt.ś. vbi in rem actio. l.j.&.ś.de pericu.& cõmo.rei ven.l.j. nisi per pactum esset remissa denunciatio: vt.ff.eo.l.Herennius Modestinus.in fi. fideiussori autem dato pro euictione, non habet necesse denunciare: vt hic. Primum notabile subseruit.l.immediatè sequenti. Viuianus.

c *Auctore laudato.* id est venditori denũciato vt defendat: quod est opus vt de euictione postea agi possit: vt.j.l.proxi.

d *Ignorauerit.* non oportet ergo fideiussori nunciari: sed sufficit reo, id est auctori, sicut & aliàs mora rei nocet fideiussori: vt ff. de verbo. oblig. l. mora rei.

e *Vel fideiussorẽ.* vt.ff. eo.l.si fundo.§.sed cum posit. & .l. si per imprudentiam.§.j.&.ś.de pericu. & commo. rei venditæ.l.j.& hoc ante sentẽtiam,& testium aperturam: vt.ff.eod.l.si rem quam. §. fina. Sed quid si sciuit venditor? Respon. nõ oportet ei nunciari: vt arg.ff.eo.l. Herẽnius.§.Caia. &.ff. de act. emp.l.j. in fine. & arg.ff.de petitio.hęredita. l.item veniunt. §.petitam.&.ff.de administratione tutorum. l. pater tutelã.§. fi.* &.ff. eo.l.si dictum.§.penultimo. Sed argu.contra. ff. ad legem Iuliam de adult.l.denũciasse. Tutius ergo est sciẽti denũciari. ADDIT 10. Tu dicas omnino necessarium esse vt denũcietur, per notabilem theoricam Barto. in.l. qui vxori.§.quid ergo. j.ff.de adulter.vbi dicit quòd quandoq; denunciatio requiritur ad simplicem scientiã habendam: & tunc non oportet quòd fiat scienti: & habet locũ regula, eum qui cert⁹. de regulis iuris, libro sexto.&.l.j.in fine.ff. de actione emp. quandoque fit denunciatio ad aliquid faciẽdum: & tunc non sufficit sola scientia: vt dicto.§.quid ergo. in p. posito autem cum denunciatio ista fiat non solũ ad simplicem sciẽtiam, sed vt venditor veniat ad defendẽdum emptorem, necessario requiritur denũciatio. nam forte emptor confisus de sua prudentia, non curat vocare venditorem: nec tenetur venditor ire. ita vult Bartol. vbi supra,& Abb. post eum in.c.fin. quod concordat cum hac.l.extra de empt.& vendi.

*Emptor ś inquietetur sup re empta sciẽte vẽditore, an teneatur ei denũciare.*

† *Concor. cũ hac. l.c. vl. extra de emp. & vẽ.*

* *aliàs. §. Papinian⁹. l. quidã decedens.*

† *Ad hanc l. vide. l. fin. in prĩ ff. de pig. vbi per instrumẽta emptionalia probatur latitudo agrorum. & no. Ang. in l. vendito res. ff. de verb. oblig.*

f *Non adfuit.* quo casu magis propter absentiam suam quàm propter malam causam quam habuit, amisisse videtur: vt hic, &.ff.eod.l.si ideo.

g *Per iniuriam.* quæ facta emptori non tangit venditorem: vt hic,&.ff.eod. l.si per imprudentiam. in principio. & argu. supra man.l.si pro ea.

h *Absente.* quid si præsens esset? Respon. appellare deberet: vt ff.eod.l.Herennius.§.j.& de appel.l.à sententia. Azo. & facit supra vbi in rem act.l.j.& de senten.l.libera.

*Si controuersia.*] CASVM duobus modis pone: Vendidisti mihi fundum: conuentus pro fundo, denunciaui tibi vt me defenderes. si euincatur, agam aduersus te quanti mea interest. Vel sic: Vendidisti mihi fundum: cecidi à possessione sine culpa mea: ego aduersus possidentem ago. si non possum recuperare prædium, agam aduersus te quanti mea interest, & consequar sumptus quos feci in melioratione prædij. Viuianus.

i *Ab aliquo.* possidente.

k *Mouetur.* id est refertur.

a *Interest.* in quo etiam continentur sumptus: vt.ff. de condi.& demon.l.quibus diebus.§.j.& dixi plene.ẽ.eo.l.j.

b *Erogata sunt.* & ex hoc apparet hanc legem loqui cum emptor non possidebat, sed agebat aduersus alium, & sic reus dicitur facere actori controuersiam sic.ff.de procura.l.non solum.§. si status. Nam si possideret emptor, iure exceptionis hoc debuit consequi à vindicante: quod si non fecerit, nõ consequitur à venditore: vt.ff.de actione empti. l. idémque. §. j. in princ. hoc tamen quòd desiit possidere, fuit sine culpa sua: aliàs nec à venditore quicquã cõsequitur: vt.ff. eod. l. si rem quam.§.j.

SI fines.] CASVS. Vẽdidisti mihi fundũ. euicta est pars fundi: nunquid agere possum pro euictione fundi, quæritur? Et dicitur quòd sic. Si vero vicinus egit finium regun. & pars sibi adiudicata est: refuso mihi precio partis illius, an nihilo minus agere possim, quæritur? Et dicitur q̃ non. Viuianus.

c *Euincatur.* ea ratione, quòd nõ fuerit venditoris: vt.ff. eod. l. qui fundum.

d *Lis finalis.* id est lis quæ fit de finibus iudicio finium regundorũ. refert ergo pẽtitorio iudicio sit aliquid euictum, vel hoc iudicio de parte vnius alteri adiudicatum. & sic est contra.ff.eod.l.si mancipium.§.fina.vbi dicit non interesse quo genere iudicij euincatur. sed certe non dicitur euinci hoc iudicio, cũ possit superare & superari. Item & si superetur, pecunia sibi adiudicatur. Alij distinxerunt, an ostendit terminos intra fundum, vt ibi: aut extra terminos, vt hic: quod non placet.

EXceptione.] CASVS. Fundum mihi vendidisti: & pro euictione promisisti, & fideiuss. dedisti: fideiussor agit pro fundo, dicens se per vxorem eum emisse: an possit repelli per excep. fideiussor, quæritur? Et dicitur quòd sic: cum vendendo adeo consensit, vt pro euictione fideiusserit: quia quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. Vnde nota hic: sicut vẽditor non potest euincere rem quam vendidit, ita nec eius fideiussor: quia quem de euictione tenet actio &c. vt hic, &.ff.eod.l. vindicantem. Viuianus.

e *Eum.* fideiussorem.

f *Ab auctore.* id est venditore. Et nota quòd dicit, doli exceptione: quia dolo facit qui petit quod restituturus est: vt hic, & ff.de excep.do.l.dolo.

*Consentit quis fideiubendo.*

g *Suam.* eimentem nomine viri.

h *Consensum.* nota quòd fideiubendo quis cõsentit: vt.ff.in quibus cau.pig.tac. cõtra.l.si gratuitam. aliàs, Pomponius scribit.§. quanti tua interest.[a] ℣ In quo continetur etiam eorum persecutio, quæ in rem emptam à te, vt melior fieret, erogata sunt.[b] PP.XI.Kalen.Ianuar. Alexandro A.Cos.

*Quicquid est intra fines demonstratum, videtur venditum: & si quid euincatur, debetur euictio: tamen si finium regundorum agatur, propterea nihil debetur. hoc dicit ista no. lex secundum Bald. Vel sic: Quod actione finium regundorum euincitur, in actione ex empto pro euictione venit. secus si non euincatur: sed ex alia causa per iudicem adiudicetur. Bartolus.*

X. Idem A. Largo.

SI fines agri vẽditor demonstrauit, & legem dixit, intra eos neminem ingressurum: si quid inde euincatur,[c] periculo fit auctoris. Quòd si finib' suis quos demonstrauit, agrum venditor non pertinet. PP. VII. Kalend. Decembr. Maximo.II. & Aeliano Coss.

*Fideiussor rem venditam euincere non potest. Vel sic: Quẽ de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. Baldus. Vel sic: Exceptio quem de euictione tenet, actio etiam locum habet contra fideiussorem. Salycetus.*

XI. Idem A. Clementi.

EXceptione doli rectè eũ[e] submouebis, quem ab auctore[f] tuo fideiussorem accepisti, si eius nomine controuersiam refert, quasi per vxorem suam[g] antequam tu emeres cõ parauerit: qui venditioni adeo consensum[h] dedit, vt se etiam pro euictione obligauerit.[i] PP. Non. Februar. Pompeiano & Peligno Coss.

*Ista lex ponit de pacto, de quo non habetur alibi in iure. Valet pactum, quòd statim re vendita, lite mota reddatur precium emptori. Vel sic: Regulariter non agitur de euictione, nisi euictio sit secuta, aut exceptio iudicata. Baldus. Vel sic: Ad interesse agitur antequam res euincatur si inter partes hoc agatur. Salycetus.*

XII. Imp. GORDIANVS. A. Philippo.

SIue in libertatẽ euictus est[k] seruus quem mercatus es: siue cum comparares, conuẽnit vt si qua quæstio nomine eius relata esset, & si necdum euict[9] esset, tu precium recuperares:[l] præses prouinciæ, qd̃ tibi præstandum animaduerterit, restitui iubebit. PP. VII. Id. Mart. Gordiano.A.& Auiola Coss.

*Res vendita in causa iudicati non potest per debitorem euinci: & si euincatur ab alio, tenetur debitor de euictione. Vel sic: Factum iudicis reputatur factum partis. ad hoc allegatur. Bald. Vel sic: Emens à iudice iudicatum oxequente, partẽ habet obligatam de euictione: ideo eam agentem repellit exceptio. Salycetus.*

XIII. Idem A. Zoilo.

SI ob causam iudicati pignora capta sunt ex eius auctoritate cui præcipiendi ius fuit: eáque de quibus complecteris, tu mercatus es:[m] frustra ab ea quæ condemnata est, vel quæ in eius locum successit, eorum refertur[n] quæstio: quandoquidem & si euictio eorum ab alio subsecuta fuisset, aduersus eos debuisse dari actionem,[o] quibus precij solutio proficit, rectissimè respõsũ est. PP. XVI. Kalend. Iun. Gordiano.A. & Auiola Coss.

*Filius non potest euincere rem quam pater vendidit, cuius ipse est hæres. Bald. Vel sic: Quem de euictione tenet actio tanquam hæredem principalis, eundem agentem repellit exceptio. hoc dicit. Bart. & Salyce. secus in hærede fideiussoris.*

XIIII. Idem A. Secundino.

SIue possessio vẽditoris fuit, filius eiusdémque patris hæres frustra quæstionem mouet: siue non patris, sed filij eius possessio fuit, de qua iure hæreditario auctor laudari potest: P

i *Obligauerit.* Nota ergo regulam hic: quem de euictione tenet actio, ipsum agẽtem repellit exceptio: vt hic, &.j.eo.l. si ob causam. &.l.siue possessio. &.ff. eo.l.vindicantem. quæ fallit in casu quem habes.j.eo.l.fina.

*SIue in libertatẽ.*] CASVS. Vẽdidisti mihi seruum. siue proclamauerit in libertatem, & sic euictus sit: siue cõuenit vt si aliqua quæstio mihi moueret nomine eius, restitueres mihi precium, licet nõdum esset euictus: quid mihi restituendum sit, animaduertet præses prouinciæ. Nota hic, Si rẽ vendis mihi rem, & tu promittis mihi quòd siue res euincatur, siue de re moueatur quæstio, restitues precium, statur conuentioni. Vt

k *Euictus est.* siue euincitur qui in libertatem prouocat: vt.ff.eo. l. si per imprudentiam. §.j.&.j.eo.l.si statur.

l *Recuperares.* aliàs si actum non esset, non posset agi nisi demum re euicta: vt.ff.eod.l.si plus.§.mota.

*SI ob causam.*] CASVS. Mulier tenebatur mihi in.x. conuenta condemnata est. ea non satisfaciente, iussu iudicis distracta sunt prædia eius, & mihi est satisfactum. an prædia mulier illa vel eius successor possit recuperare? Dicitur quòd nõ. & si ab alio emptore non conuincatur: non contra iudicem, sed aduersus me cui facta solutio est, pro euictione emptori competit actio. Viuianus.

m *Mercatus es.* scilicet ab officialibus.

n *Refertur quæstio.* cũ ipsi sint qui de euictione teneantur: vt subiicit, &.ẽ.eo.l.exceptione.

o *Actionem.* & in precium, & in vsuras habita ratione fructuũ: vt.ff.e.l.si plus.§.& si iussu.&.ff.de distract. pig. l.rescriptũ.§. sed quantum. non autem tenetur apparitor, vel executor: vt.ff.eod.si pignora.&.ff.familiæ erciscundæ.l.qui erat.§.non magis.

*SIue possessio.*] CASVS. Titius vendidit mihi prædium: decessit filio hærede instituto. siue erat prędium patris, siue filij: filius à me auocare nõ poterit illud: quia quod de euictione &c. cum ergo filius hęres patris sit, si agat, per exceptionẽ repelletur.

p *Laudari potest.* id est potest ei denunciari: & sic tenetur. & sic habet locum hæc regula, qué de euictione tenet &c. vt hic, &.ẽ. eod. l. exceptione. &.ẽ. de lib.cau. l. si ab eo. & de reb. alie. non alien.l.venditrici. & de rei vind. cum à matre. &.j.titu.j.l.j. & facit.ẽ.de ser.pign.da.ma.l.si creditoribus. &.ẽ.de transac. l.transactionem.

actionem.ij.&.ſ.de reuo.his quæ in frau.credi.l.filios.&.ſ.ſi alie. A
res pigno.da.ſit.l.cum res.

a *Mouere non poteſt.* in totum ſcilicet ſi in ſolidum hæres eſt: alioquin pro ea parte pro qua eſt hæres: vt argu.ſ. de hære. act. l.ſi adulta.

*Si non iniuria.*] *CAVS.* Si emptor nec per iniuriã iudicis, nec per culpam ſuam fuit abſens: & denunciauit, & condemnatus eſt in cauſa euictionis, ac res fuerit euicta: pignora quæ pro euictione obligantur, perſequi poterit.

b *Si non iniuria.* vel aliàs ob culpam tuam: vt quia fuiſti abſẽs, vel non denunciaſti: vt.ff. eod.l.ſi per imprudentiam. &.l. ſi ideo. &.ſ. e.l.emptor. nam gratia exempli ponit.

c *Perſequi potes.* vt.ſ. de pact.pigno.l.ij.&.ſ. de præd.mi.l.& ſi is.

*Vper empti.*] *CAVS.* Mulier vendidit mihi prædium: in eo meliorando impenſam feci. ſi Titius partem prædij vindicet, & euincat: ſumptus quos feci, habita ratione fructuum à Titio recuperabo: & ad precium agam aduerſus mulierẽ.

d *Quæſtione.* quã mouet dominus cõtra emptorem.

e *Portionem.* nam etiam pars quandoque euincitur.ff.eo.l.j.

f *Reſtitui.* à domino vindicãte: vt hic, &.ff. de rei vindi.l.ſumptus. &.ff.de act.emp. l.idẽque.§.j.& de excep. doli.l.Paulus.

g *Non eum.* Nota ergo vindicanté non teneri ad precium: vt.ſ. de fur. l. inciuilem. & de rei vind. l.mater. & l.ſi mancipium. In caſu tamẽ dominus tenetur ad precium: vt.ff.de rei vindi.l.emptor. Itẽ in alio, ſcilicet quando pupillus vindicat prædium ſuum ſine decreto alienatum: cum precium in ſuam vtilitatem ſit conuerſum: vt.ſ.de prædi.mi.l.vtere. Item in alio: vt.ſ.de vxo.mili.l.ij.ſed dic vt ibi.

*Vindicans non tenetur ad precium.*

*Si cum.*] *CAVS.* Vendidiſti mihi ſeruũ: conuentus rei vindic.pro ſeruo, denunciaui tibi vt me defenderes: nihilo minus euictus eſt: quia ſuccubui. damna quæ paſſus ſum, mihi reſarcies. quaſi dicat, teneberis mihi ad expenſas factas in lite, & ad precium.

h *Feciſti.* vel poſtea vſque ad ſentẽtiam, ante aperturam tamen teſtium: vt.ff. eod. l. ſi rem quam mihi.§. finali. & ſecundum hoc etiam intelligitur quod eſt.ff.de leg.iij.l.qui cõcubinam.§.ſi hęres. quod debet denunciare ante iudicium, id eſt ante ſentẽtiam. vel ſpeciale in legato.

*Euictionẽ ſubit qui ſine iudicis ſententia rẽ reſtituit.*

i *Nec citra.* ſi enim ſine ſententia iudicis reſtituiſſet, non ageret de euictione: vt hic, &.ff.de rei vindica. l.vtique. &.ff. de negot.geſt.l.at qui natura.§.cum me.&.ff.eod.l.ſi dictum.§. ſi compromiſero. niſi eſſet notorium rem eſſe alienam: vt.ff.de act. empt.l. emptorem.in principio.

controuerſiam mouere non poteſt. [a] PP.XIIII.Kal.Aug.Gordiano.A.& Auiola Coss.

*Re vtile euicta, tenetur de euictione venditor, & in pignus data ab eo. Bald. Vel ſic: Emptor ratione euictionis pignus datum perſequi poteſt.Salycetus.*

XV. Imp. PHILIPPVS A. Menandro.

SI non iniuria [b] iudicãtis, ſed iuris ratione ſuperatus es: pignus ob euictionem acceptum ſolenniter perſequi potes. [c] PP. Kalend.Auguſt. B

*Re euicta, vel eius parte, venditor tenetur de euictione: in quæ veniunt impenſæ factæ ad perpetuam rei vtilitatem, deductis fructibus. ipſe autem euincens non tenetur ad reſtitutionem precii. Bald.*

XVI. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIANVS AA. Alexandro & Diogeni.

SVper empti agri quæſtione [d] diſceptabit præſes prouinciæ: & ſi portionem [e] diuerſæ partis eſſe cognouerit, impenſas quas ad meliorandam rem vos erogaſſe conſtiterit, habita fructuum ratione reſtitui [f] vobis iubebit. Nã ſuper precio euictæ portionis nõ eũ [g] qui domiC niũ euicerit, ſed auctricẽ cõueniri cõſequẽs eſt. PP.X.Kal. Iul.ipſis.IIII.&.III.AA.Coss.

*Re euicta venditor certioratus tenetur de damno emptoris. Bal.Vel ſic: Si res per ſententiam euincatur, de euictione agitur, non ſi ſponte reſtituatur.Salycetus.*

XVII. Iidem AA. Mutiano.

SI cum quæſtio tibi ſuper eo quem comparaueras, moueretur, auctorem tuum certum feciſti, [h] nec citra [i] iudicis diſceptationem eum quem emeras tradidiſti: præſes prouinciæ in dãnis [k] quæ te toleraſſe meminiſti, medelam iuris adhibebit. PP. V. Id. Nouembr. ipſis D IIII.&.III.AA.Coss.

k *In damnis.* ergo & in ſumptibus litis. quod plene dixi.ſ.eo.l.j.

*Si ſtatus.*] *CAVS.* Vendidiſti mihi liberum, quem credebam eſſe ſeruum: proclamauit in libertatem. ſi pronuncietur liber, quia ſeipſum euicit: teneberis mihi de euictione. ſi ſeruus eſt, in nullo mihi teneberis.

*Emptor ſerui eo pronunciato libero, agit de euictione, ſecus ſi eſſet pronunciatus ſeruus. Bald. Vel ſic: Emptor qui ſuccubuit, de euictione agit, ſi non obtinuit. Salyc.*

XVIII. Iidem AA. & CC. Eutychio.

SI ſtatus tibi ſuper homine venũdato mota quæſtio eſt: ſolennibus [l] quæ iuris admittit ratio, interpoſitis: ſi ſecundum libertatem fuerit lata ſententia, poteris de euictione eius quem comparaueras, ſi neſciens eius conditionem cõparaſti, ſine ali qua dubitatione auctorem, vel eius fideiuſſores, hęredéſve eorum conuenire. [m] ℣ Quòd ſi fuiſſe ſeruum ſententia declarauerit, intelligis ad vẽditorem te reuerti non poſſe. [n]

*Emptor qui præſcripſit, debet ſe tueri exceptione præſcriptionis: & qui eandẽ emittit, de euictione regreſſum non habet. Bald. Vel ſic: Præſcriptio emptoris prodeſt venditori. hoc dicit. Salyc. & ratio aſſignatur in princ gloſſ.*

XIX. Iidem AA. & CC. Theodoro.

SI obligata prædia venundediſti, & longi temporis præſcriptione ſolita emptores ſe tueri poſſunt: euictionis periculum timere non potes. [o] S. II. Kalend.Maij.AA.Coss.

*Ex perſona venditoris iudiciũ cum emptore ſopitum non retractatur, tamẽ emptor nõ habet regreſſum de euictione, niſi venditori denunciauit. Bal. Vel ſic: Re euicta agitur de euictione etiã contra vẽditoris hæredẽ: ideo ei debet denũciari vt adſit defenſioni, nec ex eorũ perſona poteſt in integrũ reſtitutio impetrari h.d. ſecũdũ Bal. & Sal.*

XX. Iidem AA. & CC. Solidio & aliis.

SI parentes veſtri [p] mancipia venundederunt, & quæſtio dominij mota eſt: emptoribus adeſſe, ac defendere cauſam nõ prohibemini. [q] ℣ Quòd ſi eis

l *Solennibus quæ.* id eſt ordinato aſſertore qui cauſam pro ſeruo facit, quod non fit hodie, ſed ipſemet litigat: vt.ſ.de aſſer.tol.l.j.

m *Conuenire.* vt.ſ. eo. l.ſiue in libertatem. & ff.eod.l.minor.§. pater filium. &.ſ. de ſententiis.l.libera.

n *Non poſſe.* nec ergo in ſumptibus, niſi caueritur: vt.ff. de verborũ obligat. l.vẽditores. & plene dixi.ſ.eodem.l.j.

*ADDITIO.* Tu dic contra, vt ibi adnotaui, quod ſequitur etiam Abbas in.c.fin. in fine. extra de empt.& vend. Nec ob.iſta. l.ſecundũ Bartol.in.d.l.venditores.ff. de verb. obliga. quia verum eſt ęp non poteſt agi ex clauſula de euictione: quia res non eſt euicta, ſed bene poteſt agi ex clauſula ob rem non defenſam: ſiue hoc fuit expreſſum, ſiue non: quia à lege tacitè ſubintelligitur: vnde poteſt agi ad intereſſe. quare eſt aduertendum in modo concludẽdi in libello. prædicta intellige quãdo emptor denunciauit vẽditori vt eum defendat, aliàs eſt quod poſſet ei imputari, ſecundum Abba.vbi ſupra.

*Si obligata.*] *CAVS.* Vẽdidiſti mihi prędiũ, licet alij obligatũ. x.vel.xx. an. illud poſſedi. an poſſit à me euinci? Dicitur ęp non.

o *Non potes.* quia ſiue non oppoſuit eam emptor, & ſibi imputet: vt ff.eod.l. ſi rem quam.§. ſi duplæ. ſiue oppoſuerit, & non fuit admiſſa: & ſic paſſus eſt iniuriã, vnde non teneris: vt.ff. eod.l.ſi per imprudentiam. in principio. & eſt idem .ff. eodem. l.qui alienam.& argu. ff.man.l.Iulianus. Sed quomodo hypothecariæ longo tempore præſcribitur, cum quadraginta annis duret: vt ſupra de præſcrip. triginta ann.l.cum notiſſimi? Reſpon. quia eſt extraneus poſſeſſor cum titulo inter preſentes: & ſic decennio. vel inter abſentes, & ſic viginti annis preſcribit: vt.ſ.ſi aduer. credi.l.j.&.ij.Item cõtra.j.eod.l.empti.Solu.vt ibi.

*Hypothecariæ poteſt præſcribi lõgo tempore.*

*Si parentes.*] *CAVS.* Pater meus vendidit tibi mancipium. ſi conueniaris, potero in iudicio adeſſe, ſi forte timeam colluſionem. Si verò euictum iam ſit: niſi fuerit appellatum, propter perſonam meam lis non inſtaurabitur. Si vero mihi non denunciaſti, de euictione me obligatum non habebis.

p *Si parentes veſtri.* quorum hæredes eſtis, vt habeant locum ſequentia.

q *Non prohibemini.* ne fiat colluſio: vt.ff.de appella.l.ſi proluſorio.&.l.à ſententia.§.ſi hæres.&.l.ab executore.§.alio.&.ff.de inoffi.teſt.l.ſi ſuſpecta.& in authen.de litig.§.j.colla.viij.



BIU Cujas

a *Ex persona.* nisi essetis minores.
b *Debeatis.* quia non tenemini.ſ.eo.l.emptor.Accursius.

EMpti actio.] CASVS. Mihi seruum vendidisti, possedi eum spacio viginti an. quibus elapsis proclamat in libertatem:denunciaui tibi,& pronũciatus fuit liber:agam pro euictione quanti mea interest.

*Euictionis actio an 30. an. tollatur.*

c *Submouetur.* quia talis res erat quæ non poterat vsucapi, vel præscribi:vt subiicit,& supra de præscript. long. temp. quæ pro liber.l. finali.aliàs contra:vt supra eodem. l.si obligata.Sed nunquid.xxx.annis tollitur? Respõ.nõ, cum præscriptio nec eo tẽpore cõpleri possit contra libertatem: vt arg.ff. eo. l.minor. in principio. Vel dic quòd tollitur si nascetur: sed non nascitur nisi demum re euicta: sicut in aliis actionibus quibusdam dicimus: vt supra de rerum permu. l.ex placito.

d *Remisisse.* quia tunc ad precium tãtum ageres:vt.ff. de act.empt.l. emptorem.§.qui autem habere.Accursius.

CVm tibi.] CASVS. Vendidisti prędiũ mihi liberum ab omni obligatione,& promisisti mihi reficere omne damnum. apparuit postea qui dicebat illud sibi fore obligatum pro decem: quæ solui ei. nunquid ea à te potero petere, quæritur? Et dicitur quòd sic.

e *Cum tibi liberum.* id est vt liberum: vel hoc dicto expresim,vel nõ dicto in contrarium:vt ſ.eod. l. ex his prædiis. Accursius.

f *Soluisti.* potuisti enim soluere: vt.ſ. de compen. l.quoniam liberum. Sed quomodo agit non secuta aliqua sententia? Dicunt quidam quia sit notorium: vt.ff.de act.emp. l.emptorem.in princip.Vel dic,non agitur de euictione hic, sed ex quadam stipulatione de indemnitate interposita: vt subiicit.

g *Ipsius.* scilicet stipulationis.

h *Conceptio.* id est tenor.

CVm successores.] CASVS. Pater tuus vẽdidit mihi prædium obligatũ ciuitati tuæ, & decessit. si actor ciuitatis agat hypothecaria, & euincat prædium, prius tibi facta denunciatione qui ei successisti, non solum conueniam te ad id quod mea interest prædium nõ fuisse euictum, sed etiam ad precium quod persolui. hæc etiam euicta sunt, instauratio litis ex persona[a] vestra,si appellationem non interposuistis,cõtra ius desideratur. ℣ Empti sanè iudicio pro euictione si conueniri cœperitis, nec vobis negociũ vt defendatis, denunciatum probetur: intelligitis quatenus vosmetipsos tueri debeatis.[b] S. VI. Kalend. Iul. AA.Coss.

*Licet res post longa tempora sit euicta, non impeditur emptor agere de euictione. Bald.Vel sic: Etiam si post longum tempus res non præscripta euincatur,de euictione agitur, si legitima denunciatio præcessit.Salycetus.* B

XXI. Iidem AA. & CC. Heliodoro.

EMpti actio longi temporis prescriptione non submouetur,[c] licet post multa spacia rem euictam emptori fuerit cõprobatum. ℣ Si itaque is quem te comparasse commemoras, nunc in libertatem proclamet: interpellare venditorem, siue successorem eius debes, vt tibi assistant, causamque instruant. Quem si liberũ esse,vel seruum non esse, fuerit pronunciatum: nec te conuentione remisisse[d] periculum euictionis fuerit cõprobatum:præses prouinciæ(si res integra est) quãti tua interest, restitui tibi prouidebit. S. XI. Kalend. August. Serdicæ. AA.Coss. C

*Emptor conuentus hypothecaria qui debitum obtulit agenti,non expectata sententia euincente per actionem ex empto, indemnitatem consequitur à venditore. hoc dicit.Vel sic: Nõ creditur libera res emptoris quæ est alteri obligata, & ideo agi potest cõtra vẽditorem ad interesse:nisi liberet eã. Bal.Vel sic.Ex stipulatione de indẽnitate, potest emptor agere pro eo quod soluit ob liberationem rei emptæ.hoc dicit. sed nõ de euictione.Salycetus.* D

XXII. Iidem AA. & CC. Iulio.

CVm tibi liberum[e] venundatum fundum ab auctore proponas: si ex antecedente obligatione quod debebatur, iure soluisti:[f] stipulationẽ quã subiectam emptioni de indemnitate proponis,ipsius[g] conceptio[h] cõmissam manifestè declarat.S.VII.Kalen.Septembr. Viminatij.AA.Coss.

A i *Iure.* id est per hypothecariam.Accursius.
k *Gradu.* id est instituti vel substituti sint.
l *Non quantum.* id est non solum ad precium, sed etiam ad interesse:vt hic,&.ff.eod.l.euicta.

SI post.] CASVS. Vendidisti mihi domum vel mancipium: precium tamen nõ solui.si aliquis dominium vindicauerit, vel mancipium ad libertatem proclamauerit:an preciũ tibi numerare sim compellendus, quæritur? Et dicitur quòd non.Si vero parte precij numeraui, & mihi ab aliquo denũciatum est ne emã: iudex præcipiet tibi vt satisdes de domo me indemne conseruare, si domus euincatur.

*Successoribus venditoris in quocunque gradu,est denunciandum: quo facto siue ipsis præsentibus, siue absentibus res euincatur:non solum precium, sed interesse emptor à venditore consequitur. Vel sic: Re euicta post denunciationem absente reo, vel absente actore,ad interesse agitur, necnon ad precium.Baldus.*

XXIII. Iidem AA. & CC. Eustochiæ.

CVm successores etiam venditoris pro euictione teneri possint: si velut obligata sibi respublica Thessalonicensiũ pignoris instituat iure[i] persequi quæ comparasti: auctoris hæredibus quocunque gradu[k] cõstitutis adsistere negocio denuncia. ℣ Quòd siue præsentibus his fundus quem emisti, fuerit euictus, siue absentibus: postea quanti tua interest, rem euictam non esse, teneri, non quantum[l] precij nomine dedisti,si aliud non placuit, publicè notum est.S.II.Kalend. Ianua. Sirmij.AA.Coss.

*Cum in limine contractus imminet euictio, emptor precium soluere non tenetur, vel residuum precii:& si soluit, repetit: nisi ei de euictione satisdatur.Baldus.*

XXIIII. Iidem AA. & CC. Eutychio.

SI post perfectam venditionem ante precium numeratum[m] rei venundatæ mota fuerit quæstio, vel mancipia vendita proclament in libertatem: cum in ipso limine contractus immineat euictio:emptorem,si satis ei non offeratur,[n] ad totius, vel residui precij solutionem non compelli,[o] iuris auctoritate mõstratur. Vnde cum parte[p] precij numerata,domus quam emisti, tibi velut pignoris iure obligatæ,ne ad emptionem accederes, denunciatum ab aliquo proponas: iudex tibi quæ ex emptione veniunt,præstari prouidebit.[q] S.VI.Kalen. Februar.Sirmij.CC.Coss.

*Fauore libertatis venit quis contra proprium factum: & licet de euictione teneatur, attamen eum non excludit exceptio. Baldus.*

XXV. Iidem AA. & CC. Saturninæ.

SI tibi liberam[r] Saturninus conditionem eius ignoras[s] distraxit,ac nũc eam defendit[t] etiam ante euictionem:vt.ff.de ac.emp.l.seruus quem.§.fina.

mittatur iudicio, [a] statum pristinũ [b] recipit. quo genere matre filium redimente, cum huiusmodi cõtractus non de mercede, sed de tristitia repudianda cogitatur, voti recipiendi filiũ cogitatio cum optabili conditione filium illico matri restituit: ita vt à ciuilium obsequio munerum propter casum præteritum filius non excusetur. [c]

℣ Pro pietatis itaque ratione ab hostibus redempto filio, facti te pœnitere, ac de precio quicquam tractare non conuenit: [d] dotem tamen ab eo debitam iure cõcesso [e] reddi postulas. S. III. Kalen. Nouembris, * Deuellio. CC. Coss.

*Captus ab hostibus, si rediens inuenit rem non esse vsucaptam, vindicat eam. si autem inuenit eam vsucaptam, vel præscriptam, primo debet petere restitutionem in integrum: secundo agat rescissoria. Bal.*

XVIII. Iidem. A A. & C C. Trypliniano.

3 AB hostibus captis, ac postliminio reuersis, pro huiusmodi casu amissa, quæ in eadem causa [f] quidem durant, omnimodo directa: [g] quæ verò per vsucapionem vel liberationem [h] ex bonis subtracta, vel non vtendo finita esse videntur, intra annum [i] vtilem experientibus actione rescissoria [k] restituuntur. PP. XII. Kal. Decembris. CC. Coss.

*Inuiti ducti ab hostibus, habent ius postliminii: id est, reuersi recuperant bona. secus in his qui finxerunt se capi, vel transfugerunt ad hostes: quia bona perdunt, & ius postliminii non habent. Bal.*

XIX. Imppp. G R A T I A N V S V A L E N T I N I A. & T H E O D O S I V S. A A A. ad Seuerinum ducem.

SI quos fortè necessitas captiuitatis abduxit: sciant, si non transierint, [l] sed hostilis irruptionis necessitate transducti sunt, ad proprias terras festinare se debere: recepturos [m] iure postliminij ea quæ in agris vel mancipiis seu aliis rebus antè tenuerunt, [n] etsi à fisco nostro possideantur. [o] nec timeat quisquam alicuius contradictionis moram: cùm hoc solum [p] requirẽdum sit, vtrum forsitan aliquis cum barbaris voluntate [q] fuerit, an coactus. Data. V. Kalendas Iul. Romæ, Gratiano. A. V. & Theodosio Coss.

*Redempti ab hostibus debent soluere precium redemptionis, vel seruire per quinquennium redemptori. alimenta autem eis præstita, reddere non tenentur. Baldus. Vel sic: Ab hostibus capti, liberam habent facultatem remeandi: & eis pro alimonia datum, non repetitur: ad precium tamen redemptionis ipsorum tenentur: quod non soluentes, per quinquennium redemptoribus seruire tenentur: & aliter eos retinentes, ad domum reuertentes puniuntur: similiter & iudex qui negligens fuerit. Salycetus.*

XX. Impp. H O N O R I V S & T H E O D O S. A A. Theodoro præfecto prætorio.

DIuersarum homines prouinciarum cuiuslibet sexus, cõditionis, ætatis, quos barbarica feritas captiuitatis necessitate transuexerat, inuitos nemo retineat: [r] sed ad propria redire cupientibus libera sit facultas. quibus si quicquam in vsum vestium, vel alimoniæ impensum est, humanitati sit præstitum, nec maneat victualis sumptus repetitio: exceptis his quos barbaris [s] vendentibus emptos esse docebitur: à quibus status sui precium propter vtilitatem publicam emptoribus æquum est redhiberi. Nequando enim damni confideratio in tali necessitate positis negari faciat emptionem, decet [t] redemptos, aut datum pro se precium emptoribus restituere, aut laboris obsequio, vel opere quinquennij, vicem referre beneficij, habituros incolumem (si in ea nati sunt) libertatem. ℣ Reddantur igitur ædibus propriis sub moderatione quam iussimus: quib⁹ iure postliminij etiam veterum responsis incolumia cuncta seruanda sunt. ℣ Si quis itaque huic præcepto fuerit conatus obsistere, actor, cõductor, procuratórq;: dari se metallis cũ pœna deportationis [u] nõ ambigat: sin verò possessionis dominus, rem suã à fisco nouerit vindicandam, séq; deportandum. & vt facilis executio ꝓueniat, Christianos proximorum locorum volumus huiusmodi rei solicitudinem gerere. Curiales quoq; proximarum ciuitatũ placuit admoneri, vt emergentibus talibus causis sciant legis nostræ auxi-

A fina. & de pœnis. l. si quis aliquid. §. transfugæ.

m *Recepturos.* condictione ex hac. l.

n *Tenuerunt.* iure dominij, vel possessionis forte.

o *Possideantur.* qui occupauit illo existente in captiuitate. Sed nunquid locum habet. l. cum quærebatur. ẽ. vnde vi? Item quid si possessor titulũ vel antiquioré casum captiuitate prætẽdat? Rñ. vt ẽ. de edicto diui Hadria. tollen. l. fi. &. ff. ad exhibẽ. l. iij. §. ibidem.

p *Solum.* imo & aliud, an iuerit tẽpore inducíarũ: quo casu nõ habet postliminiũ: vt. ff. eo. l. postliminiũ. §. inducíæ. &. l. nõ dubito.

q *Voluntate.* quia trãsfugæ (vt dixi) nõ datur postliminium: vt. d. l. postliminiũ. §. transfugæ. ff. eo. nec ei qui victus se dedit hostib⁹: vt ff. eod. l. postliminij. §. captiu⁹. &. l. si captiu⁹. in prin. Si tamẽ bonus miles fuit antea, soli affirmationi eius creditur: alioquin non: vt. ff. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris.

*Postliminiũ trãsfugæ non datur.*

*Diuersarum.*] C A S V S. Capti ab hostibus, cuiuscũq; ꝓuinciæ fuerint, dum reuertuntur, non debent in via ꝑpediri: & si aliquid in eis impẽsum fuerit, illius nõ detur repetitio: quia pietatis causa videtur impẽsum fuisse: nec refert masculus fuerit, aut fœmina, qui ab hostibus capiatur & reuertatur: quia idẽ beneficiũ omnibus debet cõcedi. preciũ vero ꝙ quo redempti sunt, redemptoribus reddere cõpellendi sunt: vel loco precij per quinquẽnium seruire rediméti: & tũc libertatẽ in qua nati sunt consequũtur, & res suas & iura recuperant: & si aliquis de partibus huic. l. cõtradicẽdũ putauerit: punitur pœna hic statuta. & hæc quæ dicta sunt, locorũ episcopi & curiales faciãt obseruari: quod si nõ faciant, rector in decẽ libris, & apparitores eius in totidẽ punientur. Viuia.

r *Nemo retineat.* vt. ẽ. de episc. audien. l. Christianos.

s *Barbaris.* qui hostes erant populi Romani. idẽ si quilibet alij sint hostes populi Romani.

t *Decet.* id est oportet: vt probatur. ẽ. eo. l. ij. Sic econtra. j. de raptu virgi. l. j. §. nec sit facultas. &. ff. de iustit. & iure. l. j. in prin.

u *Cũ pœna deportatiõis.*



BIU Cujas

sed nonne qui damnatur in metallum, libertate amittit? sed qui deportatur, tantũ ciuitatem: vt institu. de capi. deminu. §. maxima. & §. media? Sed dic quòd improprie dicitur deportatio. q. d. deportatur in metallum. sic supra vt nemo priuatus. l. ij.

*DE INFANTIBVS EXPOSITIS LIBERIS & seruis, & de his qui sanguinolentos nutriendos acceperunt.*

*Non* [a] *tantũ in captiuis opus pietatis exhibetur, sed etiam in infantibus expositis nutriẽdis: & ideo de hoc subicit.*

*a Tres. ff. in hoc titu. positæ, cõprehẽdũtur in. c. 1. de infan. & lãg. exposi.*

*I inuito.* CASVS. Si aliquis me inuito partum ancillæ meę exposuerit: an vindicare possim, quæritur? Et dicitur ꝙ sic: ita tamẽ quòd id quod alimentorum nomine, vel dotrinæ in eo impensum est, refundã ei: nisi à fure eum vindicauerim.

*Id est ręẽs natos. sic s. ꝓprio nomine appellãtur: vt Cod. Theod. de expositis l. i. & l. 2. supra de patrib. qui filios distra. Contius. Fur expensas retinere non potest.*

a *Si inuito.* si autem eo volente: amitteret omne ius quod in eo haberet: vt. j. eo l. fi. in prin.

b *A fure.* Nota ergo furem expensas retinere nõ posse. sic &. ff. de cõdic. fur. l. ex argẽto. Sed videtur cõtra. ş. de rei vindica. l. domum. vbi dicit malę fidei possessoré necessarias impensas seruare officio iudicis, & vtiles tollere. Solu. aliud in aliis malæ fidei possessoribꝰ: & aliud in fure. Vel dic aliud in expẽsis factis in domo, & aliud in his quæ abradi non possunt: vt arg. ff. de rei vẽdic. l. si autẽ. §. fi. Ac.

c *Restituas.* sic ergo indistincte redduntur bonæ fidei possessori. Et sic est contra. d. l. ff. de rei vindica. l. sin autẽ. §. fina. & l. sequẽ. vbi dicit non repeti expẽsas factas in docendo: nisi in duobus casibus. Solu. ibi ideo, quia habuerat operas eius, quę poterãt esse aliquę: hic nõ potuit habere, cũ esset infans. Vel aliter, vt ibi. Itẽ nota bonę fidei possessoré exceptionẽ habere, malę fidei non. sic ĩstit. de rerũ diuisione. §. & ex diuerso. & facit. ş. de nuptiis. l. patrẽ.

*Nusquisque.* CASVS. Si filiũ suũ naturalem & legitimũ, vel naturalẽ tantũ exposuerit quis: pœnæ legibus statutæ subiacebit: si vero dominꝰ seruum, vel patronus libertũ exposuerit: repetere non poterit: nec illud suũ dicere potuit, quod vt non periret contempsit.

d *Sobolem.* legitimam & naturalem, vel naturalem tantum: vt supra de natu. libe. authen. licet.

e *Animaduersioni.* extraordinariæ: vt. ş. de patria potest. l. nec filium deferendum: ita vt nouerint rectores vniuersi decem libras auri à se, & tantumdem à suis apparitoribus exigendum, si præceptum nostrum neglexerint. Data. III. Idus Decembr. Honorio. VIII. & Theodosio III. AA. Coss.

*TITVLVS LII.*

## DE INFANTIBVS

expositis liberis & seruis, & de his qui sanguinolẽtos nutriendos acceperũt.

*Alens partum expositum, non tenetur eũ restituere domino, nisi receptis sumptibus, & etiam mercede data ob aliquod artificium addiscendum. Baldus. Vel sic: Partus ancillæ domino ignorante expositus, repeti potest: ad expensas tamen restituendus tenetur: nisi sint factæ à fure. hoc dicit notabiliter. Salycetus.*

1. Imp. ALEXANDER. A. Claudio.

SI inuito [a] vel ignorante te partus ancillæ vel adscriptitiæ tuæ expositus sit, repetere eum non prohiberis. Sed restitutio eius (si non a fure [b] vindicaueris) ita fiet, vt si qua in alendo eo, vel fortè ad discendum artificium iustè cõsumpta fuerint, restituas. [c] PP. III. Kalen. Iunij, Iuliano. II. & Crispino Coss.

*Dictum est in. l. præcedenti quòd si domino inuito vel ignorante partus est expositus, potest dominus vindicare: sed hic dicitur, quòd eo volente, vel exponente, perdit dominium: quia ille qui pereuntem contemnit, suum dicere nequit. Bald. Vel sic: Exponens sobolem propriam, quam nutrire tenetur, venit puniendus: nec dominus recuperat seruum quem exposuit. Salycetus.*

II. Imppp. VALENTINIANVS VALENS & GRATIANVS AAA. ad Probum præfectum prætorio.

VNusquisque sobolem [d] suã nutriat. quòd si exponendam putauerit, animaduersioni [e] quæ constituta est, subiacebit. sed nec dominis, vel patronis repetendi aditum relinquimus, si ab ipsis expositos quodammodo ad mortem, voluntas misericordiæ amica collegerit. nec enim suum quis dicere poterit, quem pereuntem contempsit. [f] Data. III. Non. Mart. Gratia. A. III. & Equitio Coss.

*Suscipiens expositum, non efficitur dominus eius: etiam si ea mente vel protestatione susciperit. & ideo talis expositus si erat ingenuus, remanet ingenuus: & potest succedere, contrahere, & testari in quãcunque personam: etiam præterito ipso alimentante. Baldus. Vel sic: Expositi cuiuscunque conditionis, per exponentes non possunt vindicari, nec per colligentes possunt vt serui vel libertini retineri: sed ingenui intelliguntur: & quicquid quærunt, sibi quærunt, & ad suos successores transmittunt: & competens iudex est præses prouinciæ, ciuitatis defensor, & episcopus. Saly. & est notabilis lex.*

III. Imperator IVSTINIANVS A. Demostheni præfecto prætorio.

SAncimus [g] nemini licere, siue ab ingenuis genitoribus puer paruulus [h] procreatus, siue à libertina [i] progenie, [k] siue seruili conditione [l] maculatus, expositus sit: eum puerum in suum dominium vindicare [m], siue nomine dominij, siue adscriptitiæ, siue colonariæ conditionis. ꝟ Sed neque his qui eos nutriendos sustulerunt, licentiam concedimus penitus cum quadam distinctione [n] ita eos tollere, & educationem eorum procurare, siue masculi sint, siue fœminæ, vt eos vel loco seruorum, aut loco libertorum, vel colonorum, aut adscriptitiorum habeant: sed nullo discrimine habito, hi qui ab huiusmodi hominibus educati sunt, liberi & ingenui appareant, & sibi acquirant, & in posteritatem suam, vel in extraneos hæredes omnia quæ habuerint, quomodo voluerint transmittant: nulla macula seruitutis, vel adscriptitiæ aut colonariæ conditionis imbuti. nec quasi patronatus iura in rebus eorum, his qui eos susceperint, prætendere concedimus: sed in omnem terram, quæ Romanæ ditioni supposita est, hoc obtinere. Neque enim oportet eos qui ab initio infantes abiecerunt, & mortis fortè spẽ circa eos habuerunt, incertos constitutos si qui eos susceperint, adicendi in filium? Videtur quòd sic, ex hac. l. licet non bene apparet. Et pro hoc supra de pat. pot. l. pe. Sed argu. cõtra. ş. de nup. l. patrẽ. Cui nũderi põt ꝙ de facto cõtradicebat ibi pf, nõ de iure.

*Pater si exponit filiũ, an perdat ius quod habet in eum.*

n *Distinctione.* an eo animo, vt sint sui, vel non colligant eos: vt infra hac. l. ibi, licet ab initio &c. Accursius.

lium. & ff. de libe. agnoscen. l. j. §. pœna. tenetur etiam quasi occiderit filium: vt. ff. de libe. agno. l. necare.

f *Contempsit.* vt. ff. pro derelicto. l. fi. & ş. de Lati. liber. tollenda. l. j. §. sed scimus. Sed argu. contra. ff. de sta. homi. l. seruus. Ac.

g *Ancimus.* CASVS. Si partum expositũ quis nutriri faciat: nõ poterit dicere puerum illũ seruũ suũ. & quicquid acquirit, sibi acquirit: nec dominus illius infantis poterit eũ in seruũ vindicare, cũ noluit ei præbere alimenta.

h *Paruulus.* i. qui hoc ipso paruulꝰ est ꝙ puer est, id est minor. xiiij. annis masculus. vel. xij. fœmina. Vel dic, puerũ. i. infantẽ: vt restringaſ puer ꝓ id quod dicit, paruulꝰ: secus in nõ puero, nisi lãguidus esset: vt. ş. de Latina liberta. tollẽ. l. j. §. sed scimus. sed & in non puero si nõ exponatur, sed denegantur ei aliméta: nõ eripitur in libertatem, sed pro derelicto habetur: vt. ff. pro derelicto. l. fina. vt ita cõcedatur occupãti. vel datur patri: vt dicta. l. dicit. vbi autẽ exponitur puer, nõ est ideo liber: quia habuit eũ pro derelicto. nam si etiã cõtra. vellet, idẽ esset propter delictum suum, & libertatis fauoré. Azo. & hęc. l. est fere de verbo ad verbũ. ş. de episcopali audien. l. nemini.

*Puer quis dicitur.*

i *A libertina progenie.* i. à patre liberto. nã filius eius est ingenuus.

k *Progenie.* forte matre, vel patre: quod hodie nõ est, nisi ĩ matre. & sic lege auth. antiqua &c. quę est colla. v. cõstitu. vij. quæ est ex adscript. &c. Vel dic ꝙ nec hoc intelligebat, nisi de eo qui ex matre tali esset natus. Accur.

l *Conditione.* hic comprehendit seruũ & adscriptitiũ. & prout adscriptitium refert glos. quam hic habes, forte matre &c.

m *Dominiũ vindicare.* hoc accipe, si domino volẽte expositꝰ est, qui ei subiectus est: vt. j. ea. l. ibi, neque enim &c. aliàs contra: vt. ş. eo. l. j. Item nũquid patre exponẽte amittit ius vin-

a *Iterum ad se.*scilicet qui abiecerant.

b *Mercimonio.*misera redemptio videtur.sic &.j.de aboli.l.ij.

c *Antiqua.Conditionem.*hoc est, siue mater siue pater sit adscriptitiæ conditionis,filij sunt eiusdem.Accursius.& forte erat hæc lex,sancimus.Vel dic quòd non habemus eam : quia per legem Codicis sequebatur matris conditionem tantùm, non patris: vt supra de senatusconsul. Claudiano l.j. & infra de agrico. & censi.l.fi.lib.xj. quæ sunt Iustiniani.sed hoc solum addit authen. vt patet in cor. quòd in filiis tantùm futuris intelligantur leges. C. prædictæ.

d *Per Iustinianum.* nõ per authenti.sed per prædictas leges.C.

*QVAE SIT longa consuetudo.*

*Continuatio.* *Dictum est supra de iure scripto : videamus de iure non scripto : & ideo ponit quæ sit longa consuetudo. Azo.Sed quæ est longa consuetudo? Licet enim rubrica quærat, non tamen soluit lex huius tituli.Sed dic secundũ Ioã. decem annorum,argu. ff. qui & à quibus man.lib. l.si cum fideicommissa. §. Aristo. & hoc patet etiam ex eo quòd dicitur longa:vt hic,& ff. eo. in rubrica.Longa autem dicitur decem an. vt instit. de vsucap. §. i. sequitur ergo quòd decem ann. sit. Sed nunquid sufficit semel sic in decem annis iudicari? Respond. non, immo bis:vt supra de epis. audien.l.iii.in fi. vel querimoniam vel libellum propositum contra talem consuetudinẽ spernere:vt.ff.eo. l.cũ de cõsuetudine.Nunquid ergo iudicatur exemplis? Respõd.* *Consuetudo quãdo dicitur longa.*

*Exẽplis iudicatur quãdo ex eis cõsuetudo est introducta.* *non:vt supra de sen.l.nemo.sed ex cõsuetudine quæ probatur exemplis:& sic cõceditur aliquid per obliquũ,quod directo non cõceditur.sic.ff.quæ res pigno.obliga.possunt.l.Aristo.sic econtra peto ex pmissione,quæ pmissio probatur ex longo vsu:vt.ff.de vsur.l. cũ de in rẽ verso.Vel dic quòd licet duæ vices faciunt consuetudinem: verum est, si populo placuerit,vel consilio (quod eius vicem repræsentat) placet vt idem fieret in futurum.Vel dic,non exemplis vnius,sed plurium: vel non malis,sed bonis.si ergo inducitur decem annis(vt dictum est) multo magis viginti aut triginta annis.Si autem tanto tempore, quòd non extet memoria:tunc potius dicitur vetustas, quàm consuetudo. Inducitur autem consuetudo per duas sententias:vt dixi.Item ex eo, quia perpetuo sic obtentum est sine contradictione:vt quia clerici vendunt sine decreto episcopi rem ecclesiæ:vt.ff.eod.l.si de interpretatione.vel quia libelli querimoniarum non fuerunt de talibus recepti : vt de porticibus supra vias publicas:vt.ff.eod.l.sed ea.&.l.cum de consuetudine. Item ex eo, quæ fuit contradictũ quandoque non esse cõsuetudinem:& reprobata contradictione iudicatũ est esse consuetudinẽ:vt.ff. eo. l. cum de consuetudine.*

*Præses.*]*CASVS.*Consuetudo est vt filius vasalli monachus in feudum succedere non debeat.Sed quid si non est monachus,sed canonicus regularis? nunquid idem est ? Dicitur quòd sic:quia de similibus ad similia debet procedi.Si quid vero contra consuetudinem fiat,hoc reuocabit præses.

e *Præses.*pone quòd consuetudo est ex certa scientia inducta:vt si dominus apponat manum suam ad plaustrum,rusticus non tenetur de vino.idem ergo erit in oleo.hoc non placet, per l.ff.eo. l.quod vero contra rationem.&.l.quod non ratione.& in authẽ.



hos iterum[a] ad se reuocare conari, & seruili necessitati subiugare.Neque hi qui eos pietatis ratione suadente sustulerint, ferendi sunt denuo suam mutantes sententiam,& in seruitutem eos retrahentes,licet ab initio huiusmodi cogitationẽ habentes ad hoc prosiluerint: ne videantur quasi mercimonio[b] contracto ita pietatis officium gerere.Hæc obseruantibus tam viris clarissimis præsidib⁹ prouinciarum, quàm viris religiosissimis episcopis, necnon officiis præsidalibus, & patribus & defensoribus ciuitatum , & omni ciuili auxilio . Data. XV. Kalend. Octob. Chalcedone, Decio.V.Cos.

IN AVTHENT. constitu. quæ ex adscripti. §. j. colla.v.consti.vij.

*Ista authent. dicit quòd nati ex libera persona & adscriptitio, sunt adscriptitii ex iure veteri.& nihil innouat ista authen. Bald.Vel sic:Hodie natus sequitur conditionem matris,siue sit natus ex libera , siue ex adscriptitia:licet olim ex libera & adscriptitio natus sequeretur conditionem patris. Salycetus.*

Antiqua lex erat, quæ dicebat ex persona libera & altera adscriptitia natos, adscriptitiam sequi conditionem.[c] quod per Iustinianum[d] ad ius commune liberi ventris redactum est.

*TITVLVS LIII.*

A vt nulli iudi.§.j.col.ix.Ideo dic loqui in his quæ sunt præter legem:vt in feudis & similibus,si consuetudo est quòd non succedat mancus,idem sit in eo qui aliter est debilitatus.& quod est in monacho,idem in canonico regulari. & pro hoc est.ff. eo. l. de quibus.ij.respon.

QVAE SIT LONGA consuetudo.

*Consuetudo rationabilis extenditur de casu expresso ad casum tacitum,in quo eadem ratio reperitur.Bald.Vel sic: Consuetudo loci probata debet seruari,& non cõtra eam fieri:& ratio consuetudinis debet attendi.Salycetus.*

I. Imp. ALEXANDER A.Apro.

B Præses[e] prouinciæ probatis[f] his quæ in oppido frequenter[g] in eodem controuersiarum[h] genere seruata sunt, causa cognita statuet.[i] ¶Nam & consuetudo præcedens, & ratio quæ consuetudinem[k] suasit,custodienda est.Et ne quid contra longam consuetudinem fiat: ad solicitudinem suam reuocabit[l] præses prouinciæ.PP. VI. Kal. April.Iuliano. II. & Crispino Coss.

*Magna est auctoritas consuetudinis, tamen non tanta quòd vincat rationabilem legem. hoc dicit in mbe. Baldus. Vel sic:* C *Consuetudo non est vilis auctoritatis , ideo pro lege seruatur:nõ tamen est tantæ, quòd vincat legem, vel rationem , nisi respectu obseruationis in loco illo in quo est consuetudo.hoc dicit secundum Salycetum.*

II. Imp. CONSTANTINVS A.ad Proculum.

Consuetudinis[m] †vsúsque longæui[n] non vilis auctoritas est,verũ non vsq; adeò sui valitura momento,[o] vt aut rationem vincat, aut legem. ¶† D l *Renocabit.*mos namq; seruãd⁹ est &c.vt.ś.de testa.l.testamẽta.

*Consuetudinis.*]*CASVS.*Posset quis dubitare cuius potestatis esset consuetudo.Et rñ.q̃ consuetudo non est vilis auctoritatis:non tamen tantæ auctoritatis quantæ est lex vel ratio:vnde legem vel rationem vincere non potest.

m *Consuetudinis vsúsque.*pro eodem pone.& ita lege que, pro.i.

n *Longæui.*cuius scilicet non extat memoria.

o *Momento.*dicitur hic momentum pro eo tempore quo roboratur consuetudo,scilicet decem annorum.aliàs pro paruo tẽpore:vt pro puncto.aliàs pro die:vt.ś.de feriis.l.omnes iudices.

p *Aut legem.*i.rationabilẽ legẽ:vel rationẽ.i.mentẽ, siue æquitatẽ legis scriptæ.& legẽ.ſ.scriptã & strictã:vt patet in Macedoniano.ſ.quod dicit de filiis,idẽ dicit æquitas de nepotibus: vt. ff. ad Maced.l.pen.sic &.ff.si qua.pau.fe.di.l.pen.& insti.de leg.patro.tũ.in prin.nec ergo tollet legẽ quæ loquitur de filiis:nec rationẽ siue mentẽ quæ ad nepotes extẽditur secundũ P.vel rationẽ.i.legẽ,in qua est ratio:vt est in multis.verbi gratia:ne vxor teneat furti:ne aliqua seditio oriat:vt.ś.de fur.l.fi.in fi.vel legẽ sine ratione.cuius est exẽplũ,q̃ vsucapio triẽnio finitur:vt.ff.de vsuc. l.vsucapio.Et no.non minus attendi mentẽ siue rationem legis,

f *Probatis his.*sed cum consuetudo est ius: ergo probatur ius : quod non debet esse:vt.ff. de probationibus. l. ab ea parte.Sed dic illud in iure scripto, quod est certum & finitũ : vt.ff. de iuris & fac. igno. l. ij.at hic non scriptum pendet ex facto : quod factum est necesse probari:vt hic dicitur.

g *Frequenter.* id est vsitato modo.

h *Controuersiarũ.*vt & ff.eod.l.cum de cõsuetudine.&.ś.de ædifi.priua.l.an in totũ.&.ff. de testi. l. iij. in fine. Sed quid si alia sit cõsuetudo in foro actoris, alia in foro rei, cum terræ sint diuersæ? Quid etiã si iudex habeat suã cõsuetudinẽ? Respon.seruabit iudex quam volet,secundum H.arg.ff. de arbi.l.si cum dies. §. si arbiter.Sed potest dici quòd locus iudicij sit spectandus:vt arg.ś. de eman.lib. l. j. *ADDITIO.*Tu dicas,aut consuetudo spectat ad litis ordinationem : & tunc seruatur illa quæ est in foro iudicij aut ad litis decisionem : & tunc illa quæ in foro siue loco cõtractus est: vt.l.j.in prin.ff.de vsu. &.l.si fundⁱ.ff.de cuict. ita distinguit Odofre. hic,& Bar.post eum in l. infra proxi. in vers. xxxiij.quæro &c. i *Statuet.*ſ.cõsuetudinẽ. k *Cõsuetudinẽ.*ſ.primã: *Consuetudo aliàs si sit in foro actoris, & aliàs in foro rei : vtrã seruãda sit.*

†*Concor. cũ cõsuetudinis.cũ gl. 1. &.c.fin. extra.e.tit.*

†*Potest taquę æquè bene facit ad casum de quo quęriť,igiť idẽ ius sit reddẽdũ: vt.ff.de verb.obli.l. à Titio.in fi.Et no.rationẽ legis attendi nõ minus quàm legẽ: vt not.ff.eod.l.nõ omniũ.Item not.q̃ sicut trahitur de similibus ad similia ius scriptũ:vt.ff.eo.l.nõ possunt.sic & non scriptum ad nõ scriptum:vt hic,& .d.l.ff.eo.de quibus.ij.respon.*

*gare legẽ : neque verò hoc erit vsi cere legem. Itaque non est huic loco cõtraria l. de quib. ff.de legib. qua de re tamẽ multæ & longa vsus hic referuntur inter glossographos. Cõti⁹.*

quàm ipſam legem: vt ſupra eo. l. proxi. Sed videtur finis huius. l. contrarius principio. nam ſi non eſt vilis auctoritas, ergo vincit legem: ſed in fi. dicitur contra. ad quæ dicunt quidam, vt B. quòd loquatur primo in genere, poſtea in ſpecie negetur: & ſic derogat in parte, & non abrogat quod eſt in totum: vt. ff. de verb. ſig. l. derogare. Vnde verſus: Eſt gen⁹ in primo: ſpecies ſeruatur ſi mo. Alij intelligũt principium de ea quæ eſt ſecundum legem, ſiue de ea quæ eſt contra. Tu dic ſecũdum Io. quòd conſuetudo vincit legem, ſiue ſit generalis, & tunc generaliter: ſiue ſit ſpecialis, & tunc ſpecialiter: & ſic non eſt vilis auctoritas. non autem ſpecialis vincit generalem. & hoc ſubiicit, non vſque adeo &c. Sed videtur quòd conſuetudo indiſtincte tollat legem: vt. ff. eo. l. de quibus. in fi. quæ eſt contra. huic fi. Sol. ſecundum P. illa loquitur ſecundum ſua tempora, ſecũdum quæ conſuetudo erat populi, & lex populi: & ſic vna poterat aliam tollere. At hodie principis eſt facere legem: & ſic conſuetudine populi tolli non debet. Vel ſecundum M. loquitur ibi de alia cõſuetudine ſcripta, ſcilicet iure municipali, quæ tollitur à ſequenti conſuetudine: non autem lex ſcripta in corpore iuris tollitur conſuetudine: vt hic. Tertij dicunt, aut lex eſt talis, cui poſsit derogari per pactum, vt in Velleiano: vt. ff. ad Velleia. l. fin. §. pen. & tunc conſuetudo derogat ei. an non, vt in pacto. l. commiſſoriæ, & aliis, quæ no. ſupra de pactis. l. ſi quis in conſcribendo. & tunc non: & merito parificant conſuetudinẽ pacto, cum ipſa ſit tacitus conſenſus: vt in. l. contraria in fi. &. ff. eo. l. de quibus. Sed hoc non placet, vt pacto parificetur conſuetudo: quia ſecundum hoc furioſis & ſimilibus qui expreſſe vel tacite conſentire nõ poſſunt: vt. ff. loca. l. qui ad certũ. nõ obiiceretur conſuetudo: quod eſt falſum. Sed poſſet reſponderi, immo nihilo minus poterit obiici: quia maior pars vniuerſitatis cõſenſit: vnde perinde eſt ac ſi omnes cõſenſiſſent: vt. ff. ad munici. l. quod maior. Sed Io. dicit quòd illa regula locum habet in electionibus, & in his quæ ſingulorum prouident vtilitatibus. Item & ad hoc quòd vniuerſitas poſsit conueniri, ſcilicet ſi maior pars fecit contractum, vel obligationem aliquam. Non autem ideo locum habet illa regula, vt aliquis ignorans conueniatur ſingulariter. Hæc autem conſuetudo patrimonio ſingulorum detrahit, & aliquem obligat: quod facere non poteſt pars maior. nam ſi milleſies cõſentiat maior pars q⁹ ego alicui tenear: non per hoc tenebor. Quarti dicunt, an lex eſt ſola, & conſuetudo ei contraria: vt tunc legem abroget. an vero lex lata poſtea ſit conſuetudine roborata: & ſic contraria conſuetudo poſtea inducta, à lege vincatur, arg. eius quod de venditione dicitur, quæ ſolo diſſenſu tollitur, ſi traditione non ſit roborata: aliàs non: vt ſupra quando licet ab emp. diſ. l. j. &. ij. *Quinti dicunt quòd bona conſuetudo vincit legem: vt ibi. mala non: vt hic. Sexti dicunt, quòd ex certa ſcientia vtens populus contra legem, vincit conſuetudo legem: ignorans non. quod non placet: quia melioris conditionis eſſet populus delinquens, quàm innocens: quod eſſe nõ debet: vt. ff. de noxa. l. non ſolum. Tu dic ſecundum Io. & Azo. & nos breuiter quòd ibi loquitur de generali conſuetudine, quam princeps patitur ex certa ſcientia, quæ generaliter tollit legem: vt ibi. hic de ſpeciali alicuius loci, quæ legem non abrogat, etiam ſi ex certa ſcientia ſit inducta: licet eo loco ſeruetur: vt. ff. commu. prædio. l. venditor. §. ſi conſtat. &. ff. de admi. tut. l. ſine hærede. §. Luci⁹. Sed videtur contra, ſcilicet quòd lex ſequens tollat conſuetudinem ſpecialem: vt. ff. de ſepul. vio. l. iij. §. diuus Hadrianus. ſed ibi fuit lex facta poſt conſuetudinẽ: ſecus ſi antea erat lex: vt dixi modo: niſi prohibita ſit à lege conſuetudo ſpecialis: vt. §. de vſur. l. eos. §. pen. Bene dixi ex certa ſciẽtia, quia ſi per errorem inducta eſſet: nec in eo loco legi derogaret. licet quidã contra, qui aliter quàm nos ponũt caſum illius l. vt. ff. eo. l. quod nõ ratione. vt ibi not. Vltimo quæro, quid ſi poſt præſcriptam cõſuetudinẽ vtamur ſemel vel bis in cõtrarium, an ſit interrupta? Reſpon. nõ puto, ſecundum quoſdam: vt. ff. de regu. iur. l. nemo alieno. §. temporalis. & argu. ff. de pac. l. ſi vnus. §. ſi pactũ. &. ff. de iti. actúq; pri. l. j. §. fi. &. l. ij. Item cum municipes ex certa ſciẽtia contra legẽ vtãtur: an delinquant omnes: & ſic puniũtur qui cõtra legẽ faciũt: vt. ff. de pœn. l. ſanctio legum? Rñ. non, quia princeps ſcire fingitur, & ſic cõſentire: ſicut & ſi res mea vſucapiatur: vt. ff. de verbo. ſigni. l. alienationis.

*Versus.*

*Conſuetudo an vincat legẽ, vel illã poſsit abrogare.*

*Conſuetudo an æquiparetur pacto.*

**Hactenus gloſſa. Azonis, nunc ſequit gloſſa Accurſii.*

*Conſuetudo generalis, quã prĩceps ſcit & tolerat: legẽ tollit generaliter.*

Data. VII. Kalend. Maij, Conſtantinopo. PP. A. V. & Licinio Cæſ. Coss.

*Conſuetudo legem imitans, & antiquitus approbata, tenaciter eſt ſeruanda: & habet vim conceſsionis collegiorum vel curiarum. Baldus. Vel ſic: Conſuetudo legem imitatur, & pro lege ſeruatur. hoc dicit ſecundum Salycetum.*

III. Impp. LEO & ANTHEMIVS. AA. Alexandro.

LEges quoque ipſas antiquitus probata & ſeruata tenaciter cõſuetudo imitatur,[a] & retinet:[b] & quod officiis, curiis,[c] ciuitatibus, principiis,[d] vel collegiis præſtitum fuiſſe cognoſcitur,[e] perpetuæ[f] legis vicem obtinere ſtatuimus. Data. VII. Idus Septemb. Martiano & Zenone Conss.

*TITVLVS LIII.*

DE DONATIONIBVS.

*Qui tradit inſtrumentum, videtur tradere poſſeſsionem rei. Bald.*

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS. AA. Lucio.

EMptionum† mancipiorum inſtrumentis[g] donatis,[h] & traditis,[i] & ipſorum mancipiorum donationem & traditionem[k] factam intelligis: & ideo potes aduerſus donatorem in rem actionem[l] exercere. PP. V. Kalend. Iul. Fauſtinõ & Rufino Coss.

*Vbi donatur vel ceditur actio: non eſt neceſsarius conſenſus debitoris contra quem actio ceditur vel donatur. Baldus.*

II. Imp. GORDIANVS A. Leonidi.

SI nominis perſecutionem in te emancipatam pater tuus titulo donationis trãſtulit, fruſtra prætendit qui debitori tuo hæres extitit, conſenſum fuiſſe debitoris neceſsarium:[m] cùm ſatis fuerit[n] actiones eo nomine tibi mandatas fuiſſe. P P. II. Idus Mart. Gordiano. A. II. & Pompeiano Coss.

*Ius conditionale poteſt cedi & donari: & iura conditionalia appellantur ſpes: vt iſtit. de verbo. oblig. §. ex cõditionali. Bal.*

III. Imp. DECIVS. A. Marcellino.

† *Concor. c. 2. cũ gl. ſup verb. ſignũ.*

*Conſuetudo circa med. extra. de cõbis in cõtrarium, an ſit ſue. interrupta? qualiter puta. teſt interviñ. pi.*

*Conſuetudo hic, & inſti. de iure na. §. ex non ſcripto. Item interpretandi: vt. ff. e. l. ſi de interpretatione. tres habet virtutes.*

a *Leges. Imitatur.* i. tantũ conſuetudo valet vbi lex non eſt ſcripta, quantũ ipſa lex vbi eſt ſcripta. Et ſic nota tres virtutes conſuetudinis: Imitãdi: vt Item corrigẽdi: vt dixim⁹. §. l. proxi. Itẽ & quarto corroborãdi: vt hic ſubiicit, & retinet &c. ſ. cum vtitur populus ſicut. l. dicit.

b *Retinet.* ſicut enim leges ſtringunt & regunt vitas hominum, ita & conſuetudo retinet ius eorum.

c *Curiis.* id eſt curialibus. & ſic de ſequentibus.

d *Principiis.* id eſt principibus. aliàs eſt principalibus: & aliàs principibus.

e *Cognoſcitur.* ex conſuetudine ab aliquo vel aliquibus. Vel dic præſtitum per patientiam principis permittentis vti conſuetudine aliqua. Azo. vt ſic faciat ad titulum.

f *Perpetuæ.* ſi dicas perpetuæ, id eſt generalis, eſt cõtra. §. de legi. & cõſti. l. iij. Sed dic. i. nõ ad tẽpus. ſic &. §. de diuer. reſcri. l. falſo.

*DE DONATIONIBVS.*

*Quia per ſtipulationem tantum olim fiebat donatio: vt infra eodem. l. ſi quis argentum. §. fina. de qua eſt dictum: ideo de donationibus dicit.*

*EMptionum.* ]C *ASVS.* Emi mãcipiũ: dedi tibi inſtrumẽtũ emptionis. an mãcipiũ videar tibi donaſſe, quęriſ? & dicit q⁹ ſic.

g *Inſtrumentis.* ſcilicet præſentibus ſeruis datis.

h *Donatis.* ſic & in vẽditis & legatis: vt. ff. de lega. j. l. ſeruũ filij. §. eũ qui. ſi tamẽ preciũ ſit ſolutũ in vẽditione. idẽ in pignoratis: vt §. quæ res pigno. oblig. poſ. l. cũ cõſtet. &. §. de hære. ven. l. pen.

i *Et traditis.* præſentibus ſeruis: vt & argu. ff. de contrahen. empt. l. clauibus. Vel aliud in donatione inſtrumentorum, cum inſtrumenta ſunt preſentia. Ideo nota hic aliud dari, & aliud fingi dari, propter eius cohærentiam. & ad hoc. ff. de lega. iij. l. qui chirographum.

k *Et traditionem.* hoc ſi donator poſsidebat: aliàs non. argu. ff. de rei vindica. l. quædam. & facit. §. de remiſ. pigno. l. creditricem.

l *Actionem.* ſi poſtea cœperit poſsidere.

*SI nominis.* ]C *ASVS.* Si ignorante debitore meo ius quod cõtra eum habebam, filio meo emancipato titulo donationis ceſſero: an valeat donatio, quæritur? & reſpond. quòd ſic. videbatur quòd non: quia facta erat debitore ignorante: contrarium tamen eſt verum.

m *Neceſsariũ.* hoc in delegatione op⁹ eſſet: vt. §. de noua. l. j. & ſic hic duæ: ibi, ſcilicet in delegatione, tres perſonæ ſunt neceſsariæ.

n *Cum ſatis fuerit.* iure iſto: ſed olim poterat reuocari: vt infra eo. l. illam.

BIU Cujas

eod.l.illam.in fin.& facit ad hanc.ſ.de diſtract.pign.l.ij.&.ſ. debi.vend.pig.impe.non poſ.l.ij.

*Spem.*] *CASVS.* Stipulatus ſum à te decem, ſi nauis ex Aſia venerit, ſpe futuræ actionis: an tibi donare poſsim, quæritur? & dicitur quòd ſic.

a *Futuræ actionis.* vt quia ſit ſub cõditione, vel in diem: vt.ff.de hęredi. vendi. l. nomina. &.l.multum.& eſt ad.l. iſtam. ff. de pac. l. pactum.in fin. Sed ar.contra. ff. de tranſact. l. de his. illa nõ eſt quęſtio, ſi cedam ſpem doni mihi futuri: quia poteſt etiam vẽdi ſpes: vt.ff. de contrahen. empt.l.nec emptio.

† *In quoda exẽplari, q̃d antiquitatis incorruptæ indolis eſſe diceres, deſunt hæc verba, exactiones, vel tributa.*

*SI functiones.*] *CASVS.* Donaui rem tuã Titio, pro qua conſueueras ſoluere tributum. ille vel ego ſoluí tributa: nũquid tibi domino præiudicat? Dicitur quòd non: & ſic eſt litera cuius vel cui. & dic ſic, Titius credẽs rem ſibi donatam, cum nõ erat, ſoluit tributa: vel illi quibus Titius erat hæres, ſoluerunt: an præiudicat domino, quæritur? & dicitur quòd ſic, maxime ſi in donatarium voluntate tam donãtis quàm donatricis poſ. transferatur. Vel dic caſum aliter vt in gloſ.

*Caſum duplicater ponit.*

b *Cui.* aliàs cuius, & aliàs cui. Et ſecundum primam dic quòd ſi aliquis donauerit Titio rem tuã, vt ille Titius vel auctores ſui nomine Titij vel rei celebrãret ſolutionem: non fit tibi præiudiciũ, vt fiat Titij, cuius non erat facta per donationem.& facit.ï.eo.l.cenſualis.& ff.de acquiren.rerũ do. l. quæ quiſque. &.ſ. de rei vindica. l. ſolennibus.&.ſ.de actio. emp. l.ſi pater. Secundum aliam dic, quòd Titius credens ſibi donatam, ſoluit: vel auctores eius quibus fuit hæres Titius, ſoluerunt: & hoc ſi habes auctoribus. ſed ſi habes, actoribus, id eſt caſtaldionibus eius, planum eſſet.

*SI donatio.*] *CASVS.* Si mulier aliqua non donauit mihi domum, ſed in teſtamẽto ſuo dixit, ſciant omnes, domum quam ego inter viuos in epiſtola mea Titio donaui, quòd volo eum habere: iſta verba obtinẽt vim fideicõmiſsi, vt per iſta verba videatur ei domum reliquiſſe: etiam ſi non appareat in epiſtola quòd illam domum mihi donauerit. vel pone caſum aliter vt in gloſ.

*Caſus.*

c *Teſtatricis.* Teſtatrix ita dixit, Quanuis per epiſtolam donaui Titio, tamen eidem do lego. valet legatũ, etſi non appareat epiſtola: quia falſa demonſtratio non vitiat legatum, cum de corpore & quantitate conſtet. hoc autem verum eſt, ſi animo relinquẽdi fuerunt verba illa in teſtamento apposita: vt.ſ.de do. inter virum & vxo. l. ex verbis. Sed cõtra in authẽ. vt ſpon. larg. §. & hoc inſuper. col. ix. ſed illud in inſtrumentis contractuum vt debeat præferri inſtrumentum, cuius aliud facit mentionem: non autem in teſtamẽtis: vt hic, &.ſ. de fal. cau. adie. leg. l.j.&.ff.eod.l.ex hac. & de leg. ij. l. Lucius. ij. §. quiſquis. ij.

d *Nec ambigi. Inter abſentes.* ſcilicet validas eſſe: vt in fi.&.ff.

SPem futuræ actionis[a] plena intercedente donatoris voluntate poſſe transferri nõ immerito placuit. PP. Non. Mart. Decio. A. I. & Grato Coss.

*Solutio datarum & collectarum facta ab eo cuius res non eſt, non tribuit dominiũ. Bald. Vel ſic: Solutio functionum, non probat ſoluentem dominum. Salycetus.*

IIII. Imp. PROBVS A. Marſiæ.

SI functiones, exactiões, vel tributa† per eũ cui[b] donata res non erat, vel ab actoribus ipſius nomine celebratæ ſunt: tibi obeſſe non poteſt. PP. V. Kalend. Ianuar. Meſſala & Grato Coss.

*Commemoratio donationis inter viuos facta in teſtamento, ſi non apparet de donatione inter viuos, habet vim teſtamenti. Bald. Vel ſic: Verba confeſsionalia donationis in vltima voluntate emiſſa, fideicomſum inducunt, ſi aliter de donatione non apparet. Salycetus.*

V. Impp. CARINVS & NVMERIANVS AA. Flacconillæ.

SI donatio per epiſtolam facta non apparet, verba tamen teſtamenti, quibus liberalitas teſtatricis[c] confirmata eſt, fideicommiſſum cõtinere non ambigitur. PP. VI. Kalen. Febr. Romę, Carino. II. & Numeriano. AA. Coss.

*Donatio poteſt fieri inter abſentes: & adepta poſſeſsione ex ea cauſa tranſit dominium. Bald. Vel ſic: Donatio quæ incipit à traditione, poteſt perfici inter abſentes. Bartolus.*

VI. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. Chriſtianæ.

NEc ambigi oportet donationes etiã inter abſentes[d] (& maximè ſi ex voluntate donãtium poſſeſsiones hi quibus donatum eſt, nanciſcantur[e] valida eſſe. PP. III. Idus Februar. Maximo. II. & Aquilino Coss.

*Poſſeſsio cenſualis non nocet domino, niſi conſentiat: quo caſu tacitè donare videtur. Bal. Vel ſic: Soluens cenſum de re aliena vt ſua, non præiudicat domino non conſentienti. Salycetus.*

VII. Iidem. AA. & CC. Iulio.

CEnſualis quidem profeſsio[f] domino præiudicare non ſolet.[g] ℣ Sed ſi in cenſum velut ſua mancipia deferẽti priuigno tuo conſenſiſti,[h] donationẽ[i] in eum contuliſſe* videris.[k] PP. Id. Iul. ipſis. AA. IIII. & III. Coss.

*Conſenſus præſtitus ſimulatè, non inducit donationem. Bald. Vel ſic: Pater cenſuarius filios cenſum debere ſcribens, non præiudicat ſibi. Salycetus.*

VIII. Iidem AA. & CC. Floræ.

SI præſes prouinciæ non donandi volũtate filiorũ tuorum nomine prædia in cenſum detuliſſe[l] te manifeſtis probationib' cognouerit: quod fides veri ſuggeſſerit, id ſtatuet.[m] PP. VIII. Id. Septẽb. ipſis. AA. IIII. & III. Coss.

*Vt pactum donationis impleatur, ex ſtipulatione vel præſcriptis verbis agitur. Barto. Vel ſic: Pactum in donatione poſitum eſt ſeruandum. Baldus.*

IX. Iidem AA. & CC. Auguſtianæ.

LEgem quam rebus tuis donando dixiſti: ſiue ſtipulatione tibi proſpexiſti, ex ſtipulatu:[n] ſiue non, incerto[o] † iudicio, id eſt præſcriptis verbis apud præſidẽ ℣ puinciæ debes agere,[p] vt hanc[q] impleri ℣ puideat. PP. XVI. Kal. Maij. AA. Coss.

*Donatio an valeat ſine ſtipulatione.*

donatum eſt, nanciſcantur[e] valida eſſe. PP. III. Idus Februar. Maximo. II. & Aquilino Coss.

e *Nanciſcantur.* vt .ff. de acqui. poſ. l. ſi ex ſtipulatione. & .ff. de rei vind. l. quædam. &.ff.e. l. abſenti. Et dic quòd maxime abundat prout determinat verbũ nanciſcantur: vel pro ſaltẽ hic ponitur: quia ſi ſine voluntate donantis intret, erit prædo: vt. d. l. ſi ex ſtipulatione.

*CEnſualis.*] *CASVS.* Si ℣ pdio tuo tributario Titius tributũ ſoluit, & de hoc inſtrumentũ fiat: vel ille qui ſoluit, profeſſus fuerit, domino non præiudicat. Si vero vitricus ℣ mãcipiis animo donandi priuignum cenſum ſoluere paſſus fuerit: præſumitur donaſſe ei mancipia.

* *trãſtuliſſe.*

f *Profeſsio.* ab extraneo facta, vel ſolutio: vt.ſ.eo.l. ſi functiones. & in cõcor. ibi poſitis. &.ff.de dona. inter virum & vxo. l. ſi ſeruus communis.

g *Non ſolet.* niſi domino ſciente & cõſentiente animo donandi: vt.ï. l. proxi. &.l. nec ignorans. & ſtatim ſubiicit. Accurſius.

h *Cõſenſiſti.* aío donãdi.

i *Donationem.* ſcilicet mancipiorum.

k *Videris.* patiẽdo. & hoc niſi contra probetur: vt.ï.l.nec ignorãs. & facit.ff.manda.l.ſi vero non re.§.Póponius.

† *al. incerti*

*SI præſes.*] *CASVS.* Si pater animo donãdi paſſus fuerit filios ℣ pdio ſoluere tributũ: ſibi non præiudicat ſi hoc probauerit, ℣ non animo donandi &c.

l *Detuliſſe.* id eſt in ſolutum dediſſe. Vel ſcripſit filios pro illis prædiis tantam quantitatem debere nomine tributorum: vt quia ſi ſint filiorum, honorabilius contraherent matrimonium: non vt eis donaret. erant enim patris iſta prædia.

m *Statuet.* permittendo te agere negociorum geſtorum ad precium vel æſtimationem, ſecundum primum caſum.

*LEgem.*] *CASVS.* Donaui prædium tibi hac lege vt ſatisfaceres creditoribus meis: ſi non ſtes pactis, & interceſsit ſtipulatio, agam ex ſtipulatu: ſi non, agam præſcriptis verbis: vt fiat q̃d conuenit: vel repetam quod dedi. Viuianus.

n *Ex ſtipulatu.* ſi continetur ibi incertum. aliter expone. i. ex ſtipulatione certi condictione: vt inſti. de verb. obli. in princ.

o *Incerto.* quia actio continet incertum, quod tamen per ſententiam fit certum: vt inſtitu. de ac. §. curare.

p *Agere.* vel id quod dedit ſub conditione, per condictionem ob cauſam repetere poteſt. Accurſius.

q *Hanc.* ſ. legẽ. & ad hoc.ſ. de rerũ permu. l. rebus. &.ſ. de pac. l. legẽ. &.ff. de pac. l. in traditióib'. &.ſ. de euic. l. ij. &.ï. ti. j. l. j. &.ſ. de cõdict. ob cau. l. ſi vt proponis. &.ſ. de contrahen. empt. l. ſi donationis. & de pactis inter empto. l. ſi ea lege. &.ï. eo. l. cum res.

NEc ignorans.] CASVS. Dare nemo cogitur. si ergo quis proferat instrumentum quo continetur, quòd donaui sibi prædium, cum animũ donãdi non habui: plus valet quod actum est, quàm quod scriptum est: vnde per instrumentum mihi non præiudicatur.

a *Nec ignorans.* facit ff. de transac. l. cum Aquilianam. & ff. de contrahen. empt. l. cum in lege.

b *Nec inuitus.* cũ mera liberalitas ibi sit: vt ff. de regu. iur. l. donari. sed hoc fallit. ff. ad l. Aquil. l. si seruus seruum. §. si oliuã. & ff. de reg. iur. l. cuius per errorẽ. Sed ibi impropriè dicitur donatio, id est rei amissio. sic econtra inuito non datur: vt. ff. e. l. hoc iure. §. non potest. & ſ. de iure delib. l. nec emere.

*Donatio nõ fit inuito.*

c *Cogitasti.* Credebas Titianum, & erat Seianum: interim tamen stat̃ instrumento, si publicum est: vt. ſ. de proba. l. cum precibus. & de contrahen. & commit. stipu. l. optimam.

d *Perdidisse.* vt. ſ. plus vale. quod agi. l. j. sed fallit in casib⁹, vbi plus valet scriptura: vt ibi nota. & facit ad. l. istã ff. de dona. causa mortis. l. Seia. & de regu. iur. l. in totum. & ſ. eo. l. censualis. in princip. Accursius.

CVm.] CASVS. In filium retẽtum à patre facta donatio non valet: sed eam reuocare potest. non est idẽ in emãcipato: quia sub articulo donationis nomine facta cessio valet, & donatio perfecta est. Viuianus.

e *Perfectam.* non valet donatio facta in filium in potestate constitutum, sed in emancipatum sic: vt hic, & ſ. de inoffi. dona. l. ij. & ſ. de dona. inter virum & vxorem. l. donationes. j. & j. e. l. cum res. Item & in ipsa emancipatione: vt. ſ. de emã. lib. l. fi.

*Donatio facta in filiũ, an valeat.*

POrtionẽ.] CASVS. Habebã tecum rem communem pro indiuiso. an partẽ meam alij donare possim, quæritur? Et dicitur ꝙ sic.

f *Prohibetur.* vt. ſ. de communi. re. alie. l. falso. & ſ. de iure do. l. ante diuisionem. & de cõtrahen. empt. l. dudum. hoc fallit post litem cõtestatam in communi diuidundo iudicio: vt. ſ. communi diui. l. j. & mota controuersia in iudicio familiæ erciscundæ: vt. ff. famil. ercis. l. alienationes. Item possessor hæreditatis prohibetur nisi satisdet mota cõtrouersia alienare: vt. ff. de peti. hære. l. diuus.

SI aliquid.] CASVS. Si dedisti mihi fundum valentem quinquaginta, & in breui & vili charta scriptum est: nunquid hoc non cet, quæritur? Et dicitur quòd non. Viuianus.

g *Per epistolam.* quæ valet: vt. ſ. eo. l. si donatio per epistolam.

h *Donationi.* sic. ſ. de fideicommiss. l. & in epistola.

*Potentior est veritas quàm scriptura: & actus agentium non operatur deficiente consensu. Bald. Vel sis: Nemo videtur donare id de quo non cogitauit. Bar. Vel sic: Inuitus vel ignorans non donat: & consensus errantis ei non præiudicat. Salycetus.*

X. Iidem AA. & CC. Hermoniæ.

NEc ignorans, a nec inuitus b quisquam donat. vnde si de hoc fundo non cogitasti, cuius velut donationi te cõsensisse continetur instrumento: maiores veritate rei quàm scriptura vires obtinente, intelligis, de quo nõ cogitasti, c nec specialiter subscripsisti, nihil te perdidisse. d S. V. Kalen. Maij CC. Coss.

*Donatio facta filio in potestate, est potius quædam donãdi destinatio quàm perfecta donatio. Sed si filius est emancipatus, donatio est perfecta. Baldus.*

XI. Iidem AA. & CC. Sabino.

CVm de bonis tuis partem quidem penes te retinuisse, partem verò in eum quem in potestate habes, donationis titulo contulisse commemores: nõ est incerti iuris, in eum qui in sacris familiæ tuæ remanet, destinationem magis paternæ voluntatis factam, quàm perfectam e donationem peruenisse. ⁋ Delegationes autem nominum in emancipatum collatæ, perfectã donationẽ actionum efficiunt. S. II. Kal. Maij. CC. Coss.

*Portio pro indiuiso potest donari. Bald. Vel sic: Communio nõ impedit donationem partis pro indiuiso. Salycetus.*

XII. Iidem AA. & CC. Aureliano.

POrtionem propriam, rebus nondum diuisis, nemo prohibetur f titulo donationis in alium transferre. Dat. XVII. Kalend. Iun. AA. Coss.

*Breuitas scripturæ non officit donationi. Vel sic: Tantum valet vnum verbum effectiuum, quantum mille. Baldus.*

XIII. Iidem AA. & CC. Vraniæ.

SI aliquid per epistolam g donatum tibi probetur, breuitas chartulæ, donationi h (si hęc rectè facta probetur) nihil quicquam derogat. Dat. XV. Kalen. Iun. Sirmij. AA. Coss.

*Nemo transfert quod non habet: & ideo si filius donat sponsæ suæ rem patris, non præiudicat patri. Bald. Vel sic: Non dominus non transfert dominium præter domini consensum. Salycetus.*

XIIII. Iidem AA. & CC. Idæo.

SI filius tuus res ad te pertinentes sponsæ suæ te non consentiente donauit: ad eam quod non habuit, transferre nõ potuit. i S. XV. Kalen. Octob. AA. Coss.

*Donatarius certæ rei nõ tenetur ad onera debitorum quæ non sequuntur fundum: sed debet conueniri vniuersalis hæres donatoris. Bald. Vel sic: Æs alienum non sequitur fundum, sed successorem vniuersalem. Bar. Vel sic: Personalis obligatio non sequitur singularem successorem, sed realis sic. Salycetus.*

XV. Iidem AA. & CC. Seueræ.

AEris alieni quod ex hæreditaria causa venit, nõ eius qui donationis titulo possidet, sed totius iuris successoris onus est. k si itaque nemini obligata prædia per donationem consecuta es, superuacuam geris solicitudinem, ne vel hæredes donatricis vel eius creditores te iure possint cõuenire. S. XV. Kalend. Decemb. AA. Coss.

*Homo vel mulier ætatis decrepitæ ita potest donare, sicut si esset in ætate virente, vel forti. Vel sic: Debilitas corporis ratione ætatis senio confectæ donationem non vitiat. Baldus.*

XVI. Iidem AA. & CC. Theodoro.

SEnectus ad donationem faciendam sola l non est impedimento. Dat. V. Kalen. Decemb. AA. Coss.

*Sicut donatio facta emãcipato valet, ita facta filio in potestate per emancipationem confirmatur si pater tradidit, & non ademit. seu si pœnituit ante emãcipationem, vel in ipsa emancipatione. hoc dicit. & tene menti. Bald. Vel sic: Si pater non adimit in emancipatione ea quæ donauit filiis in potestate, non potest postea reuocare. Salyc.*

XVII. Iidem AA. & CC. Hermiæ.

SIue emancipatis filiis res donasti, siue in potestate constitutis, & sui iuris effectis, ac tenentibus non ademisti: blandiri tibi non debes m veluti res dostinguitur, aut tenet ea de voluntate patris, & confirmatur: aut non, & pater eam reuocare potest: quia pater cum non potuit, voluit &c. Viuianus.

m *Non debes.* est ergo confirmata: vt hic, & ff. eo. l. donationes in concubinam. §. pater. & arg. ſ. eo. l. censualis.

i *Non potuit.* vt. ff. de regulis iuris. l. nemo plꝰ iuris. & ff. de acquiren. rerum dominio. l. traditio. Accursius.

AEris.] CASVS. Dedit mihi Titius fundum, & decessit: nunquid creditores me conuenient? Dicitur quòd non, sed vniuersalem successorem, nisi fundus ille esset ei obligatus. Viuianus.

k *Onus est.* nec enim sequitur fundum, vel rem singularẽ donati, nisi sit obligata: vt hic, & ff. ad Treb. l. j. §. si hæres. & ff. de iudi. l. fideicommissum. §. tractatum. & j. eo. l. si patri. & ſ. de reuo. his quæ in frau. cre. l. ij. & ſ. de hæred. act. l. creditores. & de iure do. licet. & de donat. ante nup. l. de rebus, nisi in casu, puta in subsidium propter necessitatẽ pupilli: vt. ſ. de dona. inter vi. & vxo. l. si nouerum. Sed quid si omnia bona sua donauit? Dic posse agi reuocatoria: vt. ff. quæ in frau. credi. l. omnes. §. Lucius. Vel contra ipsum donãtem agi, quasi nõ teneat donatio, nisi omni ære alieno deducto: vt. ff. de iure do. l. mulier. & ff. de iure fis. l. nõ possunt.

SEnectus.] CASVS. An senex donare possit, quæritur? Et dicitur quòd sic. videbatur quòd nõ, quasi puerilem habeat sensum.

l *Sola.* nisi sensum abstulerit. Contra videbatur: quia senex puerilẽ sensum habet. & facit ſ. de transac. l. sanum. & ſ. qui testa. face. possl. senium.

SIue.] CASVS. Si pater donauit filio, refert an emancipato, an in potestate constituto. primo casu valet donatio, nec reuocatur. secundo casu, si filius emancipetur, & retineat donata, an confirmetur donatio? di-



BIU Cujas

a *Nec tempore.* facit.ſ.ſi quis alteri vel ſibi.l.multũ.&.ſ.de dona. inter virum & vxorem.l.à marito.&.ff.de offic.procon. l.obſeruare.§.fin. Item facit ad.l.iſtam.ſ.de emancip.libe.l.fina.

*Si donationis.*] *CASVS.* Subripui tibi animo donandi remiſiſti mihi actionem furti.an iterum poſsis me conuenire furti, quæritur? Et dicitur quòd non.

b *Solicitudinẽ.* vt rurſus poſsis cõueniri furti: vt hic, &.ſ. de fur.l. poſt deciſionem. &.ff. de pact.l.ſi tibi.§.quædam.Sed ſi eſt ſine cauſa remiſſa, vel cum cauſa,ſed ſecuta nõ eſt,vel eſt ingratus donatarius,vel cui eſt remiſſa: an ipſa reſuſcitabitur? Reſpon. ſecundum H. non,argu.ff.de pac.l ſi vnus.§. ſi pactum. &.ſ. de tranſac. l.vbi pactũ.

*Si auia.*] *CASVS.* Auia tua res quas auus tuus ei dederat,titulo donationis alicui contulit:vis eas reuocare quia profectę ſunt de bonis illius aui tui: an poſsis? Reſpond.quòd non.

*I virgis.* CASVS. Si dominus seruum suum verberauerit: licet postea decesserit seruus, non tamen criminaliter poterit conueniri: sed modice verberabit, nec modum excedet. Viuianus.

BIU Cujas

a *Aut loris.* id est frænis.

b *Afflixerit.* cum causa scilicet emendandi, & sine causa secundum Ioan.

c *Depulsa.* qua die ipsum afflixerit, vel quot diebus: nam etiam in perpetuum potest: vel an fuerit mortuus intra triennium, vel post triduum surrexerit, & super baculum suum ambulauerit. hoc enim in lege Mosaica distinguebatur. Azo.

d *Sustineat.* modice ergo cum causa & sine causa licet, secundum Io. vt hic, & ff. de vsufru. l. locum. §. ex eo. ff. solu. matrimo. l. etiam. §. licet. Sed P. dicebat licere modice, vt emendando: & sic intelligebat hic. immodice vero non licet: vt hic subiicit, nec vero &c. & subsequenter videtur dicere: vt. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. j. §. fin. & institut. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. sed hoc tempore. in fine, nisi cum causa: vt. ff. de verb. obli. l. qui seruum mentem. & de lega. j. l. quid ergo. §. j.

e *Tetra.* i. pessima.

f *Virus.* veneni species.

g *Sanie.* id est putredine.

h *Seuitia.* sic crudeliter, vt de barbaro fieret. & fa. ff. de iniur. l. item apud. §. adiicitur. & infra de male. & matheme. l. si excepta.

*DE EMENdatione propinquorum.*

*Quia emendatio propinquorū adhibetur, quorum quædam illicita celebratur, de emendatione propinquorum annectit. Azo.*

*IN corrigendis.* ]CASVS. Frater fratrem pro qualitate delicti punire vel corrigere potest: ita tamen, quòd modum non excedat: sed si excedat, à iudice est puniendus.

i *Senioribus propinquis.* vt reuerenda senectus.

k *Iure patrio.* quod potiꝰ in pietate quàm in atrocitate consistit: vt. ff. de parrici. l. diuus.

l *Atrocitas.* id est si sic grauiter deliquit quòd non sufficit ad pœnam correctio propinquorum: punit iudex. Vel dic atrocitas facti, id est correctionis: quia excessit modum in corrigendo, vnde punitur: vt si est pater qui filium occidit ex voluntate, punitur de parricidio: vt infra titu. ij. aliàs non tenetur. sed si sine causa malè tractat, cogitur emancipare: vt. ff. si à parente quis fuerit ma. l. diuus Traianus. alij propinqui pro motu iudicis: vt hic dicit.

*AD LECEM CORNELIAM DE SICARIIS.*

*Quia in violētiis cōmittitur homicidiū: de eo dicit, quod per legē Cornelia de sicariis punitur. Et est sica latens cultrum: sed largè interpretat telū, vt omnia arma cōprehēdat: vt ĩsti. de public. iudi. §. itē lex Cornelia.*

Codex.

*Pater filiū occidēs, vel eum malè tractans, qualiter punitur.*

*Sica.*

quam de sanctimonialibus etiā virginibus & viduis locum habere sancimus. Dat. XV. Kalē. Decembr. Cōstantinopo. DN. Iustiniano. A. PP. II. Cos.

*TITVLVS XIIII.*

DE EMENDATIOne seruorum.

*Dominus seruum potest castigare, siue emendare: sed non potest ipsum dolo malo occidere. hoc dicit: & not. in hac. l. quot modis homo potest occidi. Baldus.*

1. Imp. CONSTANTINVS A. ad Bassum.†

SI virgis aut loris[a] dominus seruum afflixerit,[b] aut custodiæ causa in vincula coniecerit: dierum distinctiōe[†] siue interpretatione depulsa,[c] nullum criminis metum seruo mortuo sustineat.[d] ℣ Nec verò immoderatè suo iure vtatur: sed tunc reus homicidij sit, si voluntate eum ictu fustis aut lapidis occiderit: vel certè telo vsus, lethale vulnus inflixerit, aut suspendi laqueo præceperit, vel iussione tetra[e] præcipitandum esse mādauerit, aut veneni virus[f] infuderit, vel dilaniauerit pœnis publicis corpus, ferarum vnguibus latera persecādo, vel exurēdo oblatis ignibus membra, aut tabescētes artus atro sanguine permixta sanie[g] defluentes, propè in ipsis adegerit cruciatibus vitam relinquere sæuitia[h] immanium barbarorum. Da. V. Idus Maij, Romæ, Constantino. A. & Licinio Coss.

*TITVLVS XV.*

DE EMENDATIOne propinquorum.

*Propinquis senioribus licet corrigere minores errantes: nisi facti atrocitas exigat iudicium vltionis iudiciariæ. Baldus.*

1. Impp. VALENTINIANVS & VALENS. AA. ad Senatum.†

*Cod. The. li. 9. ti. 13. l. 1.*

*Dic tu, si vulnꝰ est lethale, quando mouiat nocet, l. ait lex. ff. ad. l. Aquiliā. vide Ia. in. l. lecta. ff. si cer. pet.*

*† Cod. The. lib. 9. ti. 12. l. 1. Contius.*

*† Hic ergo tacite abrogat illud ca. putlegis. Mo saicæ quo distinguitur an seruꝰ sit a timex vulnere moueretur, an verò supiueret vnum aut alterum diē, quo casu pœna cadebat. Exo. 20. Cōtius.*

*Crimatio.*

*Cod. The. li. 9. ti. 13. l. 1.*

*Pater filiū occidēs, vel eum malè tractans, qualiter punitur.*

*Sica.*

A

FRater.]CASVS. Miles fortuito casu quēdam interfecit: præses pro eo misit, nec venit. frater suus consuluit principem an expediret vt se præsentaret? Respon. quòd sic: quia non punitur de homicidio, si probet se casualiter interfeciſſe: quia sine voluntate non contrahitur crimen. Viuianus.

B

IN corrigendis minoribus pro qualitate delicti senioribus propinquis[i] tribuimus potestatē: vt quos † ad vitæ decora domesticæ laudis exempla non prouocant, saltem correctionis medicina compellat. neque tamen nos in puniēdis minorum vitiis potestatem in immensum extendi volumus, sed iure patrio[k] auctoritas corrigat propinqui iuuenis erratum, & priuata animaduersione cōpescat. ℣ Quòd si atrocitas[l] facti † ius domesticæ emendationis excedat, placet enormis delicti reos dedi iudicum notioni. Da. Prid. Kal. Apri. Valentiniano & Valente. AA. Coss.

*TITVLVS XVI.*

AD LEGEM CORNEliam de sicariis.

*Probans non animo occidendi se percussisse, non punitur pœna homicidii, sed minori. Baldus.*

1. Impe. ANTONINVS. A. Herculiano & aliis militibus.

C

FRater vester rectiꝰ fecerit, si se præsidi prouinciæ obtulerit.[m] Qui si probauerit[†] non occidendi[n] animo hominē à se percussum esse: remissa[o] homicidij pœna, secundum disciplinā militarem[p] sententiam proferet. crimen enim cōtrahit, si & voluntas[q] nocēdi intercedat. ℣ Cæterū ea quæ ex improuiso casu potius q̄ fraude accidūt, fato plerūq; r nō noxæ imputātur. PP. II. Kal. Febr. Læto. II. & Cereale Coss.

D

*Aggressus in dubio vitæ discrimine cōstitutus, potest sum occidere aggressorem. si ergo erat certus quòd nō erat in dubio discrimine vitæ, non potuisset occidere aggressorem, quia excederet modum. Baldus.*

11. Impp. GORDIANVS. A. Quintiano.

IS qui aggressorem[s] vel quēcunque alium[t] in dubio vitę sed improuiso: vnde omnia exēpla possunt dari ad dictionē plerumque, quæ habes. ff. de offi. præfect. præto. Orien. l. si quos.

*IS qui aggressorem.*]CASVS. Si Titius aggrediatur Seiū, & interficiatur Titius, non tenebitur Seius. l. Cornel. de sica.

s *Is qui aggressorem.* intelligunt quidam, id est eum qui vel nocturnus depopulator est, vel de die itinera frequentata insidiis obsedit: vt supra quando lic. vni. sine iud. l. j. Vel dic etiam alium qui insultum faciat: dummodo ad defendendum, non vindicandum fiat: vt hic, & infra. l. proxi. & diximus supra ad leg. Iuliam de vi. l. quoniam.

t *Alium.* qui cum aggressore sit socius. Vel vt puto, etiam non socius:

*Negatiua qualiter probatur.*

*† Hæc verba ponūtur in. c. vt clerico. in glo. sup. verbo, pœna. extra de vita & honest. cleri.*

*† olim nulla atrocitas fuit hoc ius excedebat. nam de crimine læsæ maiestatis iudiciū domesticū excuit in filios suos Brutus apud Liuiū & Dionys. sed hodie post legē Pompeiam & alia SC. ta nō licet dominis seruos bestiis tradere, sed modice castigare. l. circuncidere. ff. ad. l. Cor. de sicar. Cōtius.*

*† Nā omne malum pro nè p̄sumitur actum. cor. c. 1. cum gl. super verbo, ludēs. extra de præsum.*

m *Obtulerit.* q̄ si celet se.

n *Non occidendi animo.* sed quomodo probatur negatiua, vt supra de proba. l. actor? Rñ. per præsumptiōes, probando amicitiā, & affinitatē, & qualitatē occidentis, & etiā per iuramētū purgationis: vt argu. ff. de his qui ad eccle. cōfu. l. præsenti. §. licubi. sic & j. de iiur. l. si non conuicij. Ac.

o *Remissa.* No. impropriè. nam in eā nō incidit. sic. ff. de verbo. oblig. l. decem.

p *Militarem.* qualiter consulitur ei, vt sit sub præside, cum miles erat: vt supra de iurisd. om. iudi. l. magisteriæ? Respond. quia enorme est delictum: vt supra vbi se. vel clar. l. j. vel adeo notorium erat eum esse innoxium, vt etiam sub præside non consulatur ei vt consentiat.

q *Si & voluntas.* hoc vt habeat locum lex Cor. de sica. vt. ff. e. l. j. §. diuus. & l. lege. & l. infans. & arg. ff. de iniur. l. qui iniuriarum. & insti. de obliga. quæ ex delicto. §. placuit. &. ff. de pœnis. l. respiciendum. §. fi. culpa tamen contrahitur etiam sine voluntate delinquendi: vt. ff. ad. l. Aquil. l. qui occidit. §. pe. &. ff. de mino. l. si ex causa. §. si mulier.

r *Plerumque.* hoc dicit, quia qui hominem per lasciuiam occidit, in aliquo punitur: vt ff. eo. l. lege. §. cum quidam. Item qui incēdia fortuita commisit: vt ff. de pœnis. l. capitalium. §. qui ob inimicitias. Item commentariensis tenetur, qui non bene custodiuit: vt. ff. de custo. reo. l. carceri. & supra de custo. reo. l. ad commentariēsem. Et nota q̄ nō dicit hic casu fortuito,

socius: cum dicat in discrimine eum constitutum. & facit. ff. eo. l. j. in fi. & ff. ad legem Aquil. l. si quis furno. §. j.

a *Peccasse videtur*: vt supra. l. proxi. & ff. ad legem Aquiliam. l. sed & si quemcunque. in prin.

*Furem an liceat occidere.*

SI VT.]C A S V S. Si furripientem res tuas interfecisti, nec lege Cor. de sicariis teneberis.

b *Latrocinantem*. id est aggressorem: vt supra l. proxima. Vel dic, id est furem: & si quidem est nocturnus, ipsum occido: vel si se telo defendat, vel si sine periculo personæ vel rerum parcere ei non potui: dummodo clam est. si vero diurnus, ita demum si se telo defendat, vt percipi potest. ff. ad leg. Aquil. l. itaque. §. lex. & ff. e. l. furem. & ff. de fur. l. si pignus. §. j. nam tempus aggrauat delictum: vt supra ad legem Iuliam de adulte. l. Gracchus. & ff. de pœnis. l. aut facto. §. j. & §. tempus. Præterea in die potest cognosci: vnde nó sic nocet si euadit, cum postea possit capi. *ADDITIO*. Videas tex. in. c. interfecisti. & ibi Abba. & in c. si persodiens. extra de homicidio.

EVm qui.]C A S V S. Si quis fortuito casu percussit quendam calce, & interfectus est: nunquid tenetur lege Cornelia de sica. quæritur? Et respon. quòd non.

c *Adnotatione*. iste amiserat bona per adnotationem: quia vocatus ab Imperatore, noluit venire: postea venit, & probauit se non esse homicidam, & ita recuperauit. Azo. Sed qualiter negatiua probabitur? Dic vt dixi supra. eo. l. j. vel dic quòd alij indulserat.

SI quis te.]C A S V S. Minor quédam interfecit: vult se excusare eo prætextu quòd minus teneatur. l. Corne. quia minor: an sit audiendus, quæritur? Et dicitur quòd non: nisi probet se ignorantem esse.

d *Aetate*. cum etiam minores in delictis teneantur: vt & supra. si aduer. delictum. l. j. & infra de pœnis. l. impunitas. & ff. de minori. l. auxilium. §. in delictis. vbi de hoc dices. & ff. ad legem Iuliam de adulte. l. si vxor. §. si minor. & l. si minor. & facit supra de procur. l. reum. & ff. de publi. iudi. l. is qui. & supra de accu. l. non ideo.

*Voluntas inspicitur.*

IS qui.]C A S V S. Non solum is qui occidit, sed qui ambulat cum telo hominis necandi causa, tenetur. l. Corne.

e *Ambulauerit*. voluntas enim non exitus inspicitur: vt. ff. eo. l. diuus.

f *Dolo malo*. non culpa: vt. ff. eo. l. in lege.

g *Pœna*. quæ est deportatio in maioribus, sed in minoribus decapitatio, vel bestiis subiici: vt. ff. e. l. eiusdem. §. fina. & l. pe. Accursius.

*Legis Cornelia de sicariis qua est pœna.*

h SI quis necandi infantis. qui nódum † hac lex est natus, vel etiam si est canonisit natus.

*xata de pœnis. dist. 1. si quis tela.*

i *Piaculum*. id est crimen sanguine piandũ: vel quod pietatẽ promouet. Accursius.

*in prin. dic.*

k *Aggressus*. etiam si non necauit: vt supra l. proxi.

*Diuisio.*

SI forte.]Primo quæstio bipartita. Secundo eius solutio. secunda ibi, In eadem.

†*Cod. The. lib. 9. ti. 14.*

C A S V S. Si mulier voluit interficere virum, l. Cornelia accusabitur: & ad veritatem eruẽdam serui torquebuntur.

*l. 1.*

l *Quærendum*. facit. ff. de adulte. l. in adulterij. Sed arg. contra infra de quæst. l. j. sed hoc speciale est seruos torqueri in caput domini.

*DE HIS QVI PARENTES vel liberos occiderunt.*

†*Co. The. 9. tit. 17. l. 4. §. idem vsum.*

*De speciali homicidio mus. dicit.*

SI quis.]C A S V S. Pater filium, vel econuerso, vel aliquis descendentium aliquẽ de ascendentibus, vel ecõuerso si interfecerit: quam pœnam sustinebit, quæritur? Et dicitur quòd inuoluitur &c.

m *Aut omnino adfectionis*. id est affectatæ personæ eius quæ parricidij &c. quales sunt parentes & liberi in infinitum: vt. ff. de in ius vocando. l. quique. §. parentes. & l. sed si hac. §. liberos. quod ergo dicit. ff. eodem. l. penul. tantùm patrem & matrem, supple & similes, vt ascendentes & descendentes. Accursius.

†*Cod. The. 9. tit. 1. l.*

†*tal. affinitatis eius*

n *Properauerit*. occidendo, vel tentando occidere: vt. ff. eo. l. j. in fin. & l. vtrum. & l. si sciente.

*qua nocumento patrem parentum cum timetur &c.*

†*tal. præparauerit.*

o *Solenni pœna*. vt & institu. de publi. iudi. §. alia deinde. Sed videtur pœna legis Corneliæ de sicariis habere locum: vt. ff. eod. l. j.

IS qui † cum telo ambulauerit [e] hominis necandi causa, sicut is qui hominem occiderit, vel cuius dolo [f] malo factũ erit cõmissum: legis Cornelię de sicariis pœna [g] coërcetur. S. VII. Ka. Ian. Nicomediæ. CC. Coss.

*Aggrediens infantem causa occidendi, punitur vt homicida. Bal.*

VIII. Imppp. VALENTI. VALENS & GRAT. AAA. ad Probum. P. P. †

SI quis necandi infantis [h] piaculum [i] aggressus [k] aggressáve sit: sciat se capitali supplicio esse puniendum. P P. V I I. Id. Febru. Romæ, Gratiano. A. III. & Equitio Coss.

*Ad probandum quòd vir vxorem voluit occidere, vel econtra: serui virique sunt torquendi. Saly.*

IX. Imppp. GRAT. VALENTI. THEODO. & ARCA. AAAA. Cynegio. P. P. †

SI fortè mulier marito mortis paratæ insidias, vel quouis alio genere volũtatem occidẽdi habuisse inueniatur, vel si fortè maritus eodẽ modo insectetur vxorẽ: in eadẽ quęstione ab omni familia nõ solũ mariti sed etiã vxoris suæ (quæ tamen tunc tẽporis domi fuerit) quærendũ [l] est sine cuiusquã defensione. Dat. III. Id. Decẽbr. Arcadio. A. I. & Bautone Coss.

*TITVLVS XVII.*

DE HIS QVI PARENTES vel liberos occiderunt.

*Parricida & similes debent insui in culleo, vbi sit canis, gallus, vipera, & simia: & proiici debent in flumen. hoc dicit. Sed ista pœna non est in vsu. Baldus.*

I. Imp. CONSTANTIN. A. ad Verinum vicarium Africæ. †

SI quis in parẽtis, aut filij, aut filiæ, aut omnino adfectionis [m] †ei' quę nũcupatione parricidij cõtinet, fata properauerit: † [n] siue clã, siue palã id enisus fuerit, pœna parricidij puniatur: & neq; gladio, neque ignibus, neque vlli alij solenni pœnæ [o] subiugetur, sed insutus culleo cum cane & gallo gallinaceo, [p] & vipera & simia, quæ est contra. Solu. dic cp hæc illam corrigit. Vel hic in ascendentibus, & descendentibus: illud in aliis ibi numeratis personis. Vel potest intelligi puniri lege Cornelia de sicariis, sed non accusari: vt tamen pœna vnius sufficiat: vel licet teneantur omnes tanquam parricidæ, diuersæ tamen pœnæ imponuntur secundũ personarum diuersitatem: quæ idem est cum secunda.

p *Insutus culleo cũ cane & gallo gallinaceo*. Gallinaceo, id est ra-

*strato:*

BIU Cujas

strato: & sic vili, quem dicunt fortius pugnare cum serpente. Vel dic gallinaceo, quia gallinas amat: vt vir vxorius, qui fœminas diligit, vt in odis Horatij.

a *In amnem.* si neutrū proximū est, subiiciatur bestiis: vt. ff. eodem l. penul.

b *Elementorum.* sed nõne vtitur aqua? Respõd. hoc est ei ad pœnam.

c *Cœlum.* cum sit in sacco de corio, qui culleus dicitur.

*Culleus quid sit.*

d *Terra mortuo.* cum in aquam iactetur.

†*Tacitus li. 2. narrat Consules in P. Martiũ Magũ extra portam Exquilinã missos, ob quia homicidia quandoque committebantur veneno, & arte magica, ideo de his ponit. Azo.*

DE MALEFICIS, & mathema. &c.

*Dictũ est supra de homicidiis: sed quia homicidia quandoque committebantur veneno, & arte magica, ideo de his ponit. Azo.*

e Mathematicis. *sine aspiratione debet esse, a nere iussisset. Itẽ aliud magum & altera longa. Azo. nomine Pythagoræ esse mathesis, sed diuinare mathesis.*

*Vnde versus: Scire facit tuaniũ esse deiectũ esse. Itẽ multa facta SCta de magis Italia pellendis. Cõtius.*

f PLus est. id est atrocius: & tenetur Cornelia de sicariis: vt hic, &. ff. ad legẽ Cornel. de sicariis. l. eiusdẽ. in principio. Accur.

ARtem Geometriæ.]*CASVS.* Discere & docere Geometriam non est prohibitum, sed diuinare sic.

†*Co. Th. li. 9. ti. 16. l. 1.*

g *Artem Geometriæ.* id est de mensura terræ.

NVllus.]*CASVS.* Incantator vel aruspex ad domum alterius accedere nõ debet: quod si fecerit, cõcremabitur: & qui eum receperit, deportabitur: & omnia sua bona confiscabuntur: & qui talem accusauerit, crimen delatoris non incurret, sed præmium accipiet. Viuianus.

h *Nullus aruspex.* id est mometorum inspector vel horarum, quo puncto aliquid sit inchoãdũ dicẽs. Et dicit ab aue, & inspicio: quia ex auium garritu quãdoque percipiunt.

*Aruspex quis est.*

i *Sacerdos.* id est doctor necromantiæ.

k *Criminis.* hoc est, qui accusat aruspicem. Accursius.

EOrum.]*CASVS.* Ille puniendꝰ est, qui per artẽ Magicã cõtra hominũ salutẽ aliquid machinatꝰ est: vel animos mulierũ ad impudicitiã prouocauit. ille vero qui per incantationẽ suã grãdines vel ætemperiem aëris, quo magis fructꝰ saluent, sedauerit: puniẽdꝰ nõ est.

†*C. T. ibid. l. 3.*

& inter eas ferales angustias cõprehensus, serpentium contuberniis misceatur: & vt regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem [a] proiiciatur: vt omni elementorum [b] vsu viuus carere incipiat, & ei cœlum [c] superstiti, terra mortuo [d] auferatur. Dat. XI. Kalen. Decemb. Licinio V. & Crispo Coss. [Accep. Prid. Idus Mart. Carthagine, Cõstantino. A. V. & Licinio Cæs. Coss.]

TITVLVS XVIII.

DE MALEFICIS, ET mathematicis, [e] & cæteris similibus.†

*Atrocius est venenare, quàm occidere gladio. Baldus.*

I. Imperator ANTONINVS. A. Titio.

PLus est [f] hominem extinguere veneno, quàm occidere gladio. P P. sine die & consule.

II. Impp. DIOCLETIA. & MAXIMIA. AA. & CC. Tiberio.

ARtem Geometriæ [g] discere atque exercere publicè interest. Ars autem Mathematica damnabilis est, & interdicta omnino. S. XIII. Kalẽ. Septẽb. Sirmij. CC. Coss.

*Diuinatores concrementur: & eos euocantes, cum publicatione bonorum deportentur. Salycetus.*

III. Imp. CONSTANTIN. A. ad Maximum.†

NVllus aruspex, [h] nullus sacerdos, [i] nullus eorũ qui huic ritui adsolent ministrare, ad limẽ alterius accedat nec ob alteram causam, sed huiusmodi hominum amicitia (quanuis vetus) repellatur: concremãdo illo aruspice, qui ad domum alienã accesserit: & illo in insulam deportando post ademptionem bonorum, qui eum aduocauerit suasionibus vel præmiis. Accusatorem autẽ huiusmodi criminis, [k] non delatorem esse, sed dignum magis præmio arbitramur. PP. Kalend. Febr. Romæ, Constantino. A. V. & Licinio Cæs. Coss.

*Facientes incantationes ad finem mali, sunt puniendi: non si faciant ad finẽ boni. de iure verò canonico, etiam si faciant ad finem boni. xxvi. quæstio. ii. c. illos. & ca. ex tuarum. extra de sortilegis. & ca. fi. eo. titu. vbi gloss. Barto. & Saly.*

IIII. Iidem A. & C. ad Bassum præfectum vrbi.

EOrum est scientia puniẽda, & seueriſsimis meritò legibus vindicanda, qui magicis accincti artibus, aut contra salutem hominũ moliti, aut pudicos [l] animos ad libidinẽ deflexisse detegẽtur. Nullis verò criminationibus [m] implicanda sunt remedia humanis quæsita corporibus, aut in agrestib⁹ locis innocenter adhibita suffragia ne maturis vidẽmiis metuerentur imbres, aut ventis grandiníque lapidatione quaterentur: quibus non cuiusquam salus aut æstimatio læderetur, sed quorum proficerent actus ne diuina munera & labores hominum sternerentur. Data. X. Kalen. Iun. Aquileiæ, Crispo & Constantio Cæs. Coss.

*Nullus debet consulere diuinatorem: & quilibet à diuinando debet cessare: & contra faciens punitur. Salycetus.*

V. Imperator CONSTANTIVS. A. & Iulianus Cæs. ad populum.*

NEmo aruspicẽ cõsulat, aut mathematicum, nemo ariolum [n]. Augurũ & vatũ praua confessio cõticescat. Chaldæi [o] ac magi, & cæteri quos maleficos ob facinorũ magnitudinem vulgus appellat, nec ad hãc partẽ aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo diuinãdi curiositas. [p] Etenim supplicio capitis [q] ferietur gladio vltore prostratus, quicunque iussis nostris obsequium denegauerit. Data VIII. Kal. Feb. Mediolani, Cõstãtio. A. VIIII. & Iuliano Cæsa. Coss.

*Qui dæmones inuocant, vel imagines cereas incantant, puniuntur. Salycetus.*

VI. Iidem A. & C. ad popu.

MVlti magicis artibus vsi elementa turbare, vitã insontium labefactare non dubitant, [r] & Manibus [s] accitis audent ventilare, [t] vt quisq; suos cõficiat malis artibus inimicos. hos, quoniam naturæ peregrini sunt, feralis [u] pestis absumat. Dat. Prid. Non. Decemb. Med. Constantio. A. IX. & Iuliano II. Coss.

*Nulla dignitas excusat maleficos & mathematicos, quin subiiciantur tormentis. Bal. Vel sic: Priuilegio à tormentis exẽpti, de crimine maleficio vel magico accusati possunt sine præiudicio torqueri: & culpabiles inuenti. sunt puniendi. Salycetus.*

VII. Iidem A. & C. ad Taurum præfectum prætorio.†

ETsi exceptã† tormẽtis sunt corpora honoribus præditorũ, [x] præter illa videlicet crimina quæ legibus demonstrantur: [y] etsi homines magi, in quacũque sint parte terrarum, humani generis inimici credẽ-

ETsi excepta.]*CASVS.* Licet homines in dignitate cõstituti pro crimine torqueri non debeant, exceptis quibusdam. s. læsæ maiestatis & falsi: vt. j. de falsis. l. si quis de crimine. nõ debẽt tamen, si in comitatu principis aliquis aruspex, vel mathematicus, vel cõsimilis inueniatur, licet in dignitate fuerint cõstituti, propter hoc tormenta effugere.

†*C. T. ibid. l. 6.*

†*Hanc. li. pulchrè declarat Alcia. in anot. in posteriores tres lib. C. super. l. metameos.*

a *In amnem.* si neutrũ proximũ est, subiiciatur bestiis: vt. ff. eodem l. penul.

b *Elementorum.* sed nõne vtitur aqua? Respõd. hoc est ei ad pœnam.

c *Cœlum.* cum sit in sacco de corio, qui culleus dicitur.

d *Terra mortuo.* cum in aquam iactetur.

e Mathematicis. *sine aspiratione debet esse, a nere iussisset. Itẽ aliud magum & altera longa. Azo. nomine Pythagoræ esse mathesis, sed diuinare mathesis.*

f PLus est. id est atrocius: & tenetur Cornelia de sicariis: vt hic, &. ff. ad legẽ Cornel. de sicariis. l. eiusdẽ. in principio. Accur.

g *Artem Geometriæ.* id est de mensura terræ.

h *Nullus aruspex.* id est mometorum inspector vel horarum, quo puncto aliquid sit inchoãdũ dicẽs. Et dicit ab aue, & inspicio: quia ex auium garritu quãdoque percipiunt.

i *Sacerdos.* id est doctor necromantiæ.

k *Criminis.* hoc est, qui accusat aruspicem. Accursius.

l *Pudicos.* sic. ff. de pœnis. l. si quis aliquid. §. qui abortionis.

m *Criminationibus.* id est accusationibus.

NEmo.]*CASVS.* Nullus debet cõsulere incantatorẽ de his quę futura sunt: nec Chaldæos, nec maleficos: & qui contra fecerit, vltore gladio capitali pœnæ subiacebit. Viuianus.

n *Ariolum.* id est aris vel altaribus & sacrificiis dæmonum deseruientem. Accursius.

o *Chaldæi.* id est incantatores.

p *Curiositas.* non enim est nostrum nosse tempora vel momẽta, quæ &c.

*Ex Codi. The. ibid. l. 4. sed mirũ est quod Valetinian⁹. l. 9. eo. ti. ait Haruspicinã aut aliquã prateream à maiorib. concessam, à se nõ poni in aliquo genere criminũ nec à se reprehẽdi: sed nocẽter exerceri vetari. vnde manifestum fit imperatorem quãuis Christianum aliquas reliquas seruasse superstitionis veteris reliquias. Contius.*

q *Supplicio capitis.* quia cõcremabitur: vel dẽtibus ferarum dabitur dilacerandus. Vel debet deportari, vel decapitari: vt. ſ. e. l. null⁹. & l. j. &. j. l. proxi. &. l. etsi excepta. &. l. fi. quę omnes sunt pœnæ capitales. Sed iniuriarũ non tenetur si quis furẽ dixerit in diuinãdo: vt. ff. de iniur. l. itẽ apud Labeonẽ. §. si quis astrologus. & facit. ſ. de paganis & sacrifi. l. ij.

r *Non dubitant.* pingendo imaginem cerę.

s *Manibus.* id est diis infernalibus.

t *Ventilare.* i. elementa mouere.

u *Feralis.* i. ea morte qua bestiæ. i. gladio.

MVlti.]*CASVS.* Si aliquis in necem alicuius dæmones inuocauerit, & consuluerit, capite punietur.

x *Præditorum.* vt infra de quæstioni. l. milites. &. l. decuriones.

y *Demõstrãtur.* scilicet





BIU Cujas

specialiter,vt in crimine læsæ maiestatis:vt supra ad legem Iuliam maiest.l.nullus.& falsi:vt infra de fal.l.si quis decurio. & priuati carceris:vt supra de priua.carce.l.j.

a *Vel Cæsaris fuerit*,vel,dic vel pro id est. *Mald.*

b *Non fugiat*.ille mathematicus.sic contra seipsum torquetur.

c *Conuictus*. per testes.Accursius.

d *Detergentibus*. testibus.Accursius.

*Culpa.*]*CASVS.* Similis culpa est tam prohibita discere quàm docere. Viuianus.

e *Culpa*. sic ergo & pœna:vt.ff. de episc.& cleri.l. si quenquam. Sed contra supra de hæretic.l. quicunque. prope finem. Solue vt ibi.

*Quicunque.*]*CASVS.* Si aliquis maleficiorum labe pollutum audierit, & deprehenderit, statim ad iudicem eum ducat: & si quis plaustrarius talem oppresserit, vel si quis alius: vltimo supplicio punitur.

f *Oppresserit*.id est occiderit.

g *Atrociare*.quàm debet.

*DE SEPVLchro violato.*

*Cõtinuatio.* *De viuis violatis dixit: nunc de mortuis, & eorum domibus, scilicet sepulchris: vt infra eodem l.8. in l.si quis sepulchrum.*

† *Codi.The. ibid.*

*Res religioni.*]*CASVS.* Qui rem religiosam contrectat, distrahendo vel emendo scienter: licet venditio non tenuerit, tamen sacrilegij crimen incurrit.

*Quinimo quomodo potest.*

h *Quinimo*.correctiuè ponitur,sic:Stichus, imò Pamphilus liber vel hæres esto:vt.ff. de manu.test.l. Stichus. & de hære. instit. l. si ita scriptum.

† *Cod.The. ibid.l.* 11.

i *Contigerint*.vim inferendo.

k *Distrahere*. contrectando.Sed quid si vẽdidit,& emptor tetigit volente venditore, an venditor tenetur? Respon.sic:vt argu. supra de acquir. poss. l. minus.Idem dicunt quidam si tantùm vendidit,& nemo contrectauit,per legem istam.

l *Non subsistat*. inter scientes, vel emptore solo sciẽte: vt.ff.de cõtrahẽ. emp.l. iiij. &.l. sequẽ.&.l. liberi. instit. de cõtrahen.empt.§.fi. & ad hoc facit supra de adulte.l.eum. & de excu.tuto. l. amplissimi.

*Sacrilegiũ quoddã*

m *Crimen*.scilicet quasi sacrilegij.quod crimen minus punitur

di sunt:quoniam tamen qui in comitatu nostro sunt, ipsam pulsant propemodnm maiestatem:si quis magus, vel magicis carminibus adsuetus,qui maleficus vulgi consuetudine nuncupatur:aut aruspex, aut ariolus,aut certè augur, vel mathematicus,aut enarrandis somniis occultans artem aliquam diuinandi,aut certe aliquid horum simile exercens, in comitatu meo vel Cæsaris[a] fuerit deprehensus,præsidio dignitatis exutus, cruciatus & tormenta non fugiat[b]. ℣ Si verò conuictus[c] fuerit,& ad proprium facinus detegentib⁹[d] repugnauerit pernegando:sit eculeo deditus,vnguliſque sulcantibus latera perferat pœnas proprio dignas facinore. Data. III. Nonas Iulij Arimini, Titiano & Cereale Coss.

*Ars Magica non potest disci,nec doceri. Salycetus.*

VIII. Imperatores VALENTINIANVS & VALENS.AA. ad Modestum præfectum prætorio.†

CVlpa[e] similis est,tam prohibita discere,quàm docere.Data Prid.Id.Decemb. Cõstantinop.Valentiniano & Valente.AA.Coss.

*Maleficum licet cuicunque capere, & iudici præsentare, sed nemini licet occidere. Baldus.*

II. Imperatores VALENT. THEOD.& ARCAD.AAA. Albino præfecto prætorio.†

QVicunque maleficiorum labe pollutũ audierit, deprehenderit,occupauerit:illico ad publicum pertrahat,& iudicum oculis communis hostem salutis ostendat. Quòd si quisquam ex agitatoribus,id est aurigis,seu ex quolibet alio genere hominum,cõtra hoc interdictum venire tẽtauerit,aut clandestinis suppliciis etiam manifestum reũ maleficæ artis oppresserit[f]: vltimum supplicium nõ euadat,geminæ suspicioni obnoxius, ℣ aut publicum reum, ne facinoris socios publicaret, seueritati legũ,& debitæ subtraxerit quę-

A quàm si verum sacrilegium esset, auferendo sacrum de sacro: & magis quàm si fecisset furtum:vt argu.ff.ad legem Iul.pe.l. sacrilegi capite.in princip. Azo.& oritur ex hoc crimine actio ciuilis,non legis Aquiliæ,sed interdictum quod vi aut clam:vt.ff.eodem.l.ij.Item & actio in factum similiter ciuilis,quæ extraneo in centum aureis datur:ei ad quẽ res pertinet, ad interesse datur:vt tamẽ nõ minus,quàm in cẽtum aureos.Si autem alius habitat sepulchrũ, ĩdistinctè in.cc.aureos agitur: vt.ff.eo.l.iij.in principio. §.j. &.ij. & §.qui de sepulchro. & prædicta præstantur actori.Criminaliter datur in.xx. libris auri dãdis fisco:vt dices.j. eo. l. si quis sepulchrum. quandoque in plus: vt ff.eo.l.fin. & dices.j. e. l.qui sepulchra. Sed si ille cuius interest, violauerit, an teneatur? Respon.sic:vt.ff. si ser. vin.l.altius.

*est verũ, & quoddam quasi sacrilegium.* *Sepulchra violãti, qua actione & ad quid cõmentur.*

*Si seruus.*]*CASVS.* Si nesciente domino seruus sepulchrum spoliauerit,in metallũ condẽnabitur:si sciente domino, relegabitur.si ad domum domini aliquid apportatum est,domus confiscabitur. Viuianus.

*Serui an possint relegari.* *Cod.The. §.17.l.*

n *Relegatiõe*. & sic in aliquo etiam in atrocioribus mitius cũ seruis agitur si domino parent: vt & supra ad legem Iuliam de vi.l. seruos.Sed videtur hęc pœna non imponi seruo : vt. ff. de accusa.l. hoc accusare.§.in omnibus. Solu. quod ibi dicit, sicut relegatio subaudi, quæ cadit in personam seruorũ.Vel aliter durior relegatio imponitur ei: vt ibi in fi.§.sed quidã libri non habent ibi non.

o *Aedificium*. sic & infra de fal. mo.l. j. & supra de incest.nup.l.si quis incesti.& infra de his qui latro. vel al. l. ij.in fine.Et nota quòd si seruus inhabitat,non est actio noxalis,sed accusatio:vt.ff. eodem. l. iij.§.finali.

† *In C.T. vi tribus.Cõt.*

*Si quis.*]*CASVS.* Si iudex sepulchrorũ violatorem punire neglexerit,in viginti libris auri multabitur fisco inferendis. Viuia.

p *Neglexerint*.sic.ff. de priua.car.l.j.

q *Violatores*. sic ergo in violatores hæc eadẽ pœna statuit: & sic est cõtra.j.l.proxi.vbi decem põdo auri dicit.Solu.dicunt quidam tantũ esse decẽ pondo, quantũ viginti libræ auri:quod nõ placet,cũ põdo & libra idẽ significẽt:vt.ff.de leg.j.l.si ex toto.§.fi.Dic ergo ℣ decẽ pondo sit

*Põdo & libra idẽ sig.*

stioni:aut propriũ fortasis inimicum sub huiusmodi vindictæ nomine cõsilio atrociore[g] confecerit.Data.XVII. Kalen. Septembr. Romæ, Timasio & Promoto Coss.

*TITVLVS XIX.*

DE SEPVLCHRO violato.

*Contrectans res effectas religiosas tenetur crimine læsæ religionis: nec excusat eum titulus, cum sit nullus. Baldus.*

B

I. Imperator GORD.A. Zenoni.

RES religioni destinatas, quinimo[h] iam religionis effectas,scientes qui contigerint[i], & emere & distrahere[k] non dubitauerint:tametsi iure venditio non subsistat,[l] læsæ tamen religionis inciderunt in crimen[m]. PP. III. Kalen.Mart.Sabino.II. & Venusto Coss.

*Proprius motus aggrauat delictum, sed iussus domini ipsum attenuat:& confiscari debet ædificium in quo aliquid facit sacrũ ædificari. Baldus. Vel sic: Seruus demoliens sepulchrum domino insscio, damnatur in metallum.si vero eo conscio, relegatur: & locus ad quem aliquid de sepulchro exportauit,publicatur. Salycetus.*

C

II. Imp. CONSTANTIVS.A. ad Tatianum præfe.vrb.†

SI seruus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus, si id sine domini scientia faciat, metallo addicatur. ℣ Sin verò domini auctoritate vel iussione vrgetur, relegatione[n] plectatur. ℣ Et si forte detractum aliquid de sepulchro ad domũ eius villámque prouectum reperitur:villa,siue domus,aut ædificium[o] quodcunque erit,fisci iuribus† vindicetur.D.VII. Idus Iul. Acindyno & Proculo Coss.

D

*Iudex qui negligit punire violatorem sepulchri,debet condemnari in viginti libris auri. Salycetus.*

III. Idem. A. ad Limenium præfectum prætorio.

SI quis sepulchrum violatum rus attigerit, locorũ iudices si hoc vindicare neglexerint,[p] non minus quàm viginti librarum auri in sepulchrorum violatores[q] statuta pœna,multen-

*Sacrilegiũ quoddã*

BIU Cujas

pœna in violatores, in iudicem viginti libræ auri: vt si neglexerint vindicare, statuta pœna in violatores, quæ est decem pondo auri, non minus &c.

*Qui sepulchra.* ] *CASVS.* Sepulchrorũ violator duplex facinus cõmittit, scilicet spoliando mortuum, & viuum polluẽdo. vnde qui aliquid à sepulchro subtraxerit, in decem põdo auri multabitur.

a *Domos.* vnde illud, Sepulchra eorum, domus eorum in æternũ.
b *Destruendo.* sepulchra.
c *Fabricando.* id est faciendo alibi fabricari de materia inde sumpta. Vel dic artifices quos adhibent domini sepulchri ad reædificandum.
d *Decem pondo.* contra. ſ. l. pxi. Solu. vt ibi.
e *Quicunque.* cum is ad quem ea res pertinet agere nollet: vt. ff. eo. l. iij. in princip.
f *Officium.* aliàs officio: vel aliàs officiũ: vt quia sit notorium: vt. ſ. de accusa. l. ea quidem.
g *Videtur impositum.* quod secundum diuersitatem personarum & factorũ imponitur: vt ff. eo. l. iij. §. aduersus. & l. fin. & l. sepulchra. Pecuniaria quoque imponitur: vt. ff. cod. l. iij. §. aduersus. quandoq; centum, quandoque ducentorum aureorum: vt di xi. ſ. cod. l. j. Sed qualiter pœna huius legis, vel illa centum aureorũ imponitur, si ponas eum deportari vel decapitari, cũ omnia eius bona publicantur? Respon. ea non publicari. sic. ſ. de mulieri. quæ fer. pro. se. l. j. & ſ. de raptu virgi. l. vni. §. & si quidem. Vel aliàs si cõ
†Cod. Theo. 9. 17. 5. ueniatur ciuiliter, subibit hanc pœnam: quæ succedit in locũ illius quæ olim erat statuta tacitè. si criminaliter, subibit eam quę statuitur. ff. eod. l. fina. Vel illa pœna corporalis habet locum in casu speciali, quando scilicet corpus ipsum est motum. *ADDITIO.* Habes hic quòd licet per legem nouam imponatur aliqua pœna noua pecuniaria, non propter hoc tollatur antiqua lex quæ imponit pœnam corporalẽ. Ex quo infert Bart. hic q̃ si statutum pro homicidio imponat pœnã pecuniariã: non propterea tollitur pœna legis Corneliæ de sicariis. tamẽ si quis condẽnatur vigore statuti quod imponit pœnã pecuniariã, tollitur cõdemnatio quæ resultabat ex lege Cornelia de sicariis: quia senatus voluit ne quis ob idem crimẽ duabus legibus fiat reus: vt. l. senatus. ff. de accusa. de quo vide latius per eundem Bartol. in. l. j. ff. de vi bonorum rap.

*PErgit.* ] *CASVS.* Sacrilegium committit qui sepulchrum euertit, id est ornamenta ex tricliniis sepultorum rapit. Viui.

h *Pergit audacia.* id est pergunt audaces: & sic ponitur qualitas pro quali, vel contentum pro continente.
i *Ad busta.* id est perusta corpora, & in cinerem redacta: quia cinis in arcula aliqua reponebatur: & idem si ad sepulchrum hodie eatur. Accursius.
k *Aggeres.* id est valla quę causa munitionis sepulchri fiebãt, & sepulchra circundabãt.
l *Cum.* pro quanuis.
m *Habuerint.* sed quomodo, cum sacrilegio imponatur pœna capitis, aut subiicit bestiis, aut deportatur, aut in metallum datur secundum qualitatem personæ & delicti: vt. ff. de eri. sacri. l. sacrilegij pœnam. & l. sacrilegi capite. hic autem relegantur vel deportãtur, quandocunq; ossa mouentur: vt. ff. eo. l. finali? Respon. non dicit eandem semper, sed quandoque: vt in deportatione. & hoc dicit, proximum sacrilegio &c.
n *Triclinii.* subaudi, pro: & de ornamentis sepulchri dicit. si autẽ vestem mortui auferat, si quidem vi armata, capite: si sine armis, metallo punitur: vt. ff. e. l. iij. §. aduersus.
o *De sepulchris.* supple proximũ sacrilegio habuerunt maiores.
p *Quibus.* factis vel rebus.
q *In piaculum.* qualiter incidit in piaculũ, id est in crimen sanguine piandum: cum tantũ in casu imponatur pœna sanguinis: vt. ff. eod. l. fina? Respon. ideo dicit, quia per hoc posset peruẽiri ad id quod esset sanguine piandum. Vel dic piandum, id est ad pietatem mouens. Accursius.

*CVm sit iniustũ.* ] *CASVS.* Olim creditores antequam corpus debitoris posset tradi sepulturæ, petebãt debitum, & fideiussores & pignora ab hæredibus: nec permittebant corpus sepeliri. hodie si creditor faciat, non tenebit fideiussorum datio, nec pignoris obligatio: sed qui fecerit, in quinquaginta libras auri multabitur: vel si soluere non posit &c. Vi uianus.

r *Perdere.* quia ne impedirentur, sæpe indebitam pecuniam soluebant, quam forte postea recuperare non possunt. Vel sua iura dicit, scilicet hæreditaria: quia ipsi impediti quo minus sepelirẽt, non sæpeliendo hæreditatem perderent.
s *Confessiones.* puta chirographum.
t *Principale.* hodie actionem perdit: vt in authen. quam hic lege, Item qui domum &c.
u *Dependere.* præter id: quia nihil valet quod fecit.
x *Luere.* quod est generale: vt. ff. de pœnis. l. j. & ff. de iurisdi omnium iudi. l. si quis. §. fin. & ff. de in ius voc. l. finali. & ff. de incen. rui. nau. l. qui ædes. & ſ. de fer. fugi. l. quicunque.

*a Adde q̃ luẽs in corpore factus ditior non tenetur no. in. l. fi. ff. de in ius voc. p. l. sed & si vnius. §. si ante iudicẽ. ff. de pœn. b Concor. e.*

*Sacrilegiũ pœna.*

† *Secundum ca. huius legis Iulianeæ quo prohibetur in exequiis conferta populi frequentia, quasi à veligione Christiana abhorrens, detraxit Iustinianus. Contius.*

*Mortui vestẽ auferẽs, qua pœna puniatur.*

*Violator sepulchri intelligitur offendere mortuum & viuentem: & punitur in decem libris auri, & in omni alia pœna antiquitus constituta. idem est in violatore cadaueris & reliquiarum. Baldus.*

IIII. Idem A. ad populum. †

QVi sepulchra violant, domos [a] (vt ita dixerim) defunctorum: geminum videntur facinus perpetrare. nã & sepultos spoliant destruendo, [b] & vi uos polluunt fabricando. [c] ¶ Si quis igitur de sepulchro abstulerit saxa vel marmora vel colũnas, aliãve quancunq; materiam fabricandi gratia: siue id fecerit venditurus, decem pondo [d] auri cogatur fisco inferre: siue quis propria sepulchra defendens, hanc in iudicium querelam detulerit, siue quicunq; [e] alius accusauerit, vel ad officium [f] nunciauerit: quæ pœna priscæ seueritati accedit. Nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulchrum violantibus videtur impositum. [g]

Huic autem pœnæ subiacebunt & qui corpora sepulta, aut reliquias contrectauerint. Dat. Idib. Iun. Mediolani, Constãtio. IX. & Iuliano Cęs. Coss.

*Propriè sacrilegium est defraudare defunctorum corpora vel sepulturam. Bald. Vel sic: Remouens sepulchri ornamenta, punitur vt sacrilegus. Salycetus.*

V. Imp. IVLIANVS A. ad populum. †

PErgit audacia [h] ad busta [i] defunctorum, & aggeres [k] consecratos: cum [l] & lapidem hinc mouere, & terram euertere, & cespitem euellere, proximum sacrilegio maiores nostri semper habuerint: [m] sed & ornamẽta quædam tricliniis [n] aut porticibus auferre de sepulchris. [o] Quibus [p] primo consulentes, ne in piaculum [q] incidat contaminata religio defunctorum: hoc fieri prohibemus, pœna sacrilegij cohibentes. † Dat. Prid. Id. Februa. Antiochiæ Iuliano. A. IIII. & Salustio Coss.

*Ratione debiti sepulchra defunctorum non possunt impediri. & confessio, fideiussio vel solutio ex hoc extorta, debet viribus euacuari. Baldus. Vel sic: Propter debitum defuncti non potest eius sepultura impediri sub pœna quinquaginta librarũ auri: quas si non potest soluere, luit in corpore: & cautiones, & cõfessiones, & exactiones ob hoc prius factæ, ipso iure non nocent hæredi. Salycetus. Sed hodie seruanda authenticas hic positas. Salycetus.*

VI. Imp. IVSTINVS A. Theodoro.

CVm sit iniustum, & nostris alienum temporibus, iniuriam fieri reliquiis defunctorum ab his qui debitorem sibi esse mortuum dicendo, debitúmque exigendo, sepulturam eius impediũt: ne in posterum eadem iniura procederet, cogendis his ad quos funus mortui pertinet, sua iura perdere: [r] ea quidem quæ mortuo posito ante sepulturam eius facta fuerint, vel exigendo quod debitum esse dicitur, vel confessiones [s] aliquas, aut fideiussorẽ, aut pignora capiendo, penitus amputari præcipimus. Reddit is vero pignoribus vel pecuniis quæ solutæ sunt, vel absolutis fideiussoribus, & generaliter omnibus sine vlla innouatione in pristinum statum reducendis, principale [t] negocium exintegro discęptari. Eum vero qui in huiusmodi fuerit deprehensus flagitio, quinquaginta libras auri depẽdere: [u] vel si minus idoneus ad eas persoluẽdas sit, suo corpore sub competenti iudice pœnas luere. [x] Dat. Kalend. Decembr. Constantinop. Olybrio. V. C. Cos.

*finem.circa fi.cũ glo. fi. extra de dolo & contu.*

ITem qui.] CASVS. Authenti. addit & corrigit. dicit enim quòd si aliquis accedit ad domum debitoris sui, & moribundũ vel familiam eius molestauerit, & res suas occupauerit: amittet actionem suam, & tantum quantum accepit restituet: & tertiam partem bonorum suorum fisco applicandorum amittet, & infamis efficietur. Viuia.

a *Item qui domum.* sumitur ex corpore: vt defun. seu fu. §. sancimus ergo. &. §. si vero. coll. v. sed in vsuris cõtra seruatur: vt extra de vsuris. c. iij.

SEd neque.] CASVS. Hoc addit, q̃ creditores post mortẽ testatoris per decem dies non debent petere debitum. & etiam interim si aliqua promissio fieret, non valebit. Viuianus.

*tal. ascẽdit.* b *Sed neque.* hæc est in authent. vt cum de appel. cog. §. meminimus. colla. viij. & facit ff. de in ius vocan. l. ij.

c *Inutile erit.* non tamen actionem amittit: vt in corpore. & sic est contra. ſ. proxi. authen. sed ibi exequias & sepulturã ꝓpediebat: hic non. Vel refert, in cautione exigenda fiat iniuria, vt hic: an in aliis: vt ibi.

*AD LEGEM Fabiam &c.*

*Cõtinuatio.* *Supra de plagio, id est homicidio quod parentibus & liberis infertur. Nunc de omni plagio, id est plaga vel dolore, quod parentibus vel dominis à quolibet infertur, tractat.*

*Plagium quid sit.* *Azo. Et dicitur plagium quasi plaga: quia magna plaga domino vel patri infligitur perdenti filium vel seruum, vel etiam ipsi libero homini exportato. Vel dic secundum B. dicitur à plaga maris: vbi quis seruos vel liberos homines furtiũ subreptos vendit piratis & Barbaris.*

*† hoc est qui filios inuolant alienos. In Cod. Th. Contius.*

PAter tuus.] CASVS. Ancillam patris mei solicitasti vt fugeret, & eam hac lege vendidisti, ne ad patrem meum rediret. cõueniam te vtili rei vindic. quia dolo desisti habere, & accusabo te l. Fabia de plagiariis. & si vim commisisti, accusaberis de violentia. Viuianus.

d *Solicitatam.* vt fugeret: quod sufficit ad plagium: vt. ff. eodem l. non statim. §. j. licet hic vltra processerit, vt sequitur: quod fuit necesse propter actionem in rem.

e *Instituta.* sed quomodo, cum eam exportauit, & sic non habet? Respon. dolo desiit habere: & sic vtili in rem tenetur: vt. ff. de rei vindic. l. qui petitorio.

IN AVTHEN. vt defunct. seu fu. §. sancimus ergo. &. §. si vero. colla. v. constitu. xiij.

*Hæc authent. loquitur in casu. l. C. scilicet ante corpus debitoris traditum sepulturæ: & addit ad. l. C. quæ imponit priuationem iuris: vbi illa non imponebat. Item imponit pœnam publicationis tertiæ partis bonorum. Item non solum impedienti sepulturam, sed etiam sua auctoritate signanti res mortui, imponit hanc pœnam. & not. istam authen. Baldus.*

ITem qui domum[a] moribundi accedit, † ipsum alióſve qui eius sunt, molestans, aut in rebus eius non seruato legali officio signacula imponit: ab actione post mortem illius cadat, & alterum tantundem exigatur ab hęredibus iniuriati: publicãda tertia parte bonorum, ipsóq; infamia notato. Eisdem pœnis subiaceat qui eo morien te circa funus peccat, cum prohibeat exequias.

IN AVTHEN. vt cum de appella. cog. §. memi nimus. colla. viij. constitu. xj.

SEd neque[b] ante nouẽ dies ab obitu numerandos, vlla prorsus fiat molestia aduersus quẽlibet ex persona defuncti. Si qua enim cautio, si quid simile fiat, inutile erit: [c] ex hoc nullo præiudicio creditori generando.

*TITVLVS XX.*

AD LEGEM FABIAM de plagiariis. †

*Vendẽs ancillam alienam subtractam, potest conuenivi rei vindicatione, quia dolo desiit possidere: & criminaliter coerceri ꝓposita actione legis Fabiæ de plagiariis. Baldus.*

I. Imp. ANTONINVS. A. Placido.

PAter tu[d] aduersus eum à quo solicitatam[d] ancillam, plagio quoque facto exportatam queritur, apud suum iudicem ciuiliter in rem actione instituta[e] consistat. Si vero in causa tenuerit, [f] etiam legis Fabiæ crimẽ persequi poterit. ¶ Quòd si per violentiam mancipium abreptum est, accusationem eius* non prohibetur intendere. PP. XII. Kalend. April. Antonino. A. IIII. & Balbino Coss.

*Actor legis Fabiæ non potest per procuratorem institui: sed in actione ciuili serui corrupti bene admittitur procurator. Bald.*

II. Idem A. Aurelio.

SI ab Aeliano seruum tuum susceptum, & aliquandiu occultatum, moxque eo suadente fugæ datum probare potes: legis Fabiæ crimen per te, [g] vel actionem ad eam rem proposi tã, id est serui corrupti, per ꝓcuratorẽ tuum persequi potes. PP. VII. Kal. Augu. Antonino A. IIII. & Balbino Coss.

*Via ordinaria in crimine legis Fabiæ proceditur. Salycetus.*

III. Imp. ALEXANDER A. Cornelio.

VT legis Fabiæ pœna debeatur, in crimine subscriptio,[h] & accusatio, & sententia necessaria est. PP. VIII. Ka. Iul. Iuliano. II. & Crispino Coss.

*Sententia in criminali ab incompetenti iudice lata, non valet: & est ipso iure nulla. Vel sic: In criminali habet locum iudex competens, & non prorogatio. Baldus. Vel sic: Procurator Cæsaris de hoc crimine non cognoscit, nisi gerat vices præsidis. Salyc.*

IIII. Imp. GORDIANVS. A. Paulinæ.

NOn valet procuratoris sententia, si vicem præsidis non tueatur[i] qui legi Fabiæ locum esse pronũciauit: cum eius legis disceptatio ad prę̃sidis ꝓuincię pertineat notionem. PP. III. Non. Decembr. Gordiano A. & Auiola Coss.

*Frater potest accusare detentionem & occultationem fratris. Baldus. Vel sic: Pro fratre suppresso, fratri competit legis Fabiæ accusatio. Salycetus.*

V. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. & VALER. Cæs. Iulianæ.

SI fratrem tuum aduersarius tuus supprimit, legis eum Fabiæ adito præside prouinciæ reũ debes postulare.[k] PP. Non. Maij, Aemiliano & Basso Coss.

*Seruum in fuga constitutum vẽdens, incidit in legem Fabiam de plagiariis: in quam non incidit, si alienatio sit necessaria, vel in tempus licitũ conferatur. Bal.*

SI ab Aeliano.] CASVS. Si seruum meum solicitasti vt fugeret: conuenire te potero. l. Fabia de plagiariis, & ciuiliter per ꝓcuratorem actione serui corrupti. Viuianus. ** vis.*

g *Per te.* vt. ff. eod. l. eum qui. nõ autem per procuratorem: vt hic innuit, &. j. ad leg. Cor. de fal. l. de fide. & ff. de pub. iu. l. pen. §. ad crimen. sed si ciuilis, per procuratorem: vt subiicit, &. ſ. de fur. l. aduersus.

VT legis.] CASVS. Qui aliquem accusat. l. Fabia de plagiariis, debet inscribere: nam si seruum meũ abduxisti, & te. l. Fabia coram procuratore Cę saris accusauero: sententia lata ab eo non valet: vtpote dicta à non competente iudice: nisi vice præsidis hoc cognouerit. hoc dicit cum. l. sequenti. Viuianus.

h *Subscriptio.* sic in quolibet crimine: vt. ſ. qui accusa. non possunt. l. iij. Accusius.

i *Non valet. Non tueatur.* vt & ſ. de pœn. iudic. l. j. & ſ. de pœnis. l. ij. & obtinet vicé præsidis, quan do priuati in eum consentiunt: vt. ſ. de iurisdic. om. iudi. l. j. Item quando à præside absentante se delegatur etiam ad causam meri imperij: vt. ff. de offic. eius cui man. est iurisdic. l. j. §. j. Item & quando in locum defuncti prę̃sidis substitutus est: vt. ſ. de offic. eius qui al. vicem ge. l. j. *Procurator Cæsaris quãdoque obtinet vicem præsidis.*

SI fratrẽ.] CASVS. Fratrem meum abduxisti, & suppresisti: qualiter te conuenire possum quęritur? Et respond. quòd accusabo te. l. Fabia. Viuianus.

k *Postulare.* & interdicto de lib. ho. exhib. agere ciuiliter: vt. ff. de libe. ho. exhiben. l. iij. in princip.

IN fuga.] CASVS. Serui in fuga constituti nec valet vẽditio, nec donatio: sed qui vẽdit, punitur pœna pecuniaria fisco inferẽda: coheredi tamen ad iudiciũ familiæ erciscũdæ prouocanti pro seruo hęreditario in fuga constituto, potest adiudicari facta condemnatione pecunię inuicẽ: in casu vero potest vendi fugitiuus, scilicet hac conditione expressa, vt valeat tunc demum hæc venditio

f *Tenuerit.* id est obtinuerit. idem dicas & si succubuerit: vt. j. quando ciui. ac. l. j. nam pro eodem habetur condemnari, & soluere, & absolui: cum ita vni vt alteri competat exceptio rei iudicatæ: vt. ff. de exceptio. rei iudi. l. si quis cum. §. plane. subaudies ergo hic maximè.

BIU Cujas

ditio,cum seruus fuerit ab emptore deprehensus.Viuianus.

*Generalis abolitio cõcernit processus præsentes, non futuros. hoc dicit hæc lex nota. Baldus. Vel sic: Si reus non erat accusatus tempore quo publica abolitio superuenit: ea finita etiã post. xxx. dies accusari non prohibetur. Salycetus.*

II. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIA. AA. Paulino.

CVm eo tempore quo indulgentia nostra crimina[a] extinxit, accusatio à te instituta non fuerit: publicæ abolitionis præscriptio[b] cessat. PP. VI. Id. Februar. Maximo. II. & Aquilino Conss.

*Indulgentia remittit pœnam, non infamiam. Salycetus.*

III. Imppp. VALENT. VALENS & GRATIAN. AAA. ad Senatum. †

IN dulgentia, *[c] patres cõscripti,[d] quos liberat,[e] notat:[f] nec infamiã criminis tollit, sed pœnæ gratiã facit. † Dat. XIIII. Kalend. Iun. Treueris, Gratiano. A. II. & Probo Conss.

*TITVLVS XLIIII.*

VT INTRA CERTVM tempus criminalis quæstio terminetur.

*Non prosequens accusationem intra tempus legitimum, in quarta parte bonorũ mulatur, & infamia notatur. Salycetus.*

I. Imppp. VALENT. THEODO. & ARCAD. AAA. Desiderio vic. Asiæ. †

QVisquis accusator reum in iudicium sub inscriptione detulerit,[g] si intra statutum[h] tẽpus accusationem cœptam persequi supersederit, vel (quod est contumacius) vlti ma die adesse neglexerit: quarta bonorum omniũ parte multatus, aculeos[i] consultissimę legis incurrat, scilicet manẽte infamia[k] quam veteres iusserant sanctiones. Dat. IIII. Id. Iul. Treueris, Arcadio. A. I. & Bautone Conss.

*Dilationes necessarias non superuacuas debet iudex dare vtrique parti: & accusator intra tempus legitimum non prosequens vltra pœnam bonorũ notatur infamia: nisi sic sit vilis persona, quòd infamia ei non sit iniuria: quia tunc in exilium datur: nisi abolitio fuisset impetrata. Salycetus.*

II. Impp. HONOR. & THEO. AA. Cæciliano. P. P. post alia. †

NOuerint iudices cuilibet culmini honoríve præsidentes, necessariis vtrique parti (si petãtur) dilationibus nõ negatis,[l] præcedẽtibus scilicet inscriptionibus, intra certum[m] tẽpus criminales causas limitandas: quo emenso subeat accusator qui destitit, pœnã legibus[n] constitutam. Et si persona vilior fuerit cui damnum famæ[o] non sit iniuria, pœnam patiatur exilij:[p] nisi forte intra statuti tẽporis metas consensus partium abolitionẽ poposcerit. Iudicũ autem debet esse diligentia, vt si nulla rationabilis à reo vel accusatore dilatio[q] postuletur, vr geant talium causarum notionem, nõ expectatis moris. Dat. XII. Kalend. Februar. Rauennæ, Honorio. VIII. & Theodosio. III. AA. Conss.

*Causæ criminales debent intra biẽnium terminari, & hoc tempus est improrogabile: nec valet definitiua sententia lata post id tempus, sed debet ferri absolutoria ab obseruatione processus: & imminet genus pœnæ iudici per cuius negligentiã steterit quo minus causa terminetur. Bald. Vel sic: Causæ criminales intra biennium sunt terminandæ, pœna iudici negligenti imminente.*

III. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

CRiminales causas omnimo do intra duos annos à contestatione litis[r] connumerãdos finiri cẽsemus, † nec vlla alia occasione ad ampliora produci tẽpora: sed post biẽnij excessum minime vlterius lite durante, accusatum absolui[s]: scientibus iudicibus eorúmque officiis, quòd si litigatoribus admonẽtibus, ipsi litis introductionem vel examinationem distulerint, pœna vicenarum librarum auri feriantur. Dat. Kal. April.

*AD SENATVSCONSVLTVM Turpilianum.*

*Per hoc desistens punitur, qui tergiuersator dicitur: cuius pœna est quinque librarum auri: vt. ff. de prævarica. l. iii. in fin. & infamia: vt. j. eo. l. iii. Alii calumniantur qui in talione lege Remmia puniuntur. Alii prævaricantur, qui sua parte prodita &c. vt. ff. eo. l. i. in princ. §. prævaricatorem. & extraordinarie puniuntur: vt. ff. de præua. l. ii.*

IS demum.] CASVS. Volebam te accusare, porrexi tibi libellum, lite contest. dedi fideiussorem de prosequenda lite, postea abolitione non impetrata destiti: an incidere debeam in Turpil. quæritur? Et dicitur quòd sic.

*Is demum.*

*Lex quandoq; mitius punit, quàm minister legis.*

b *Præscriptio.* xxx. dierum, qui computantur ab eo tempore quo cessauerunt feriæ: vt. ff. e. l. aut priuatim. §. triginta. & facit .ff. de leg. & senatusconsul. l. cú lex. Accursius.

c *Indulgentia.* id est pœnæ remissio.

d *Conscripti.* senatoribus loquitur.

e *Quos liberat.* à pœna.

f *Notat.* id est notatos relinquit: vt .ĩ. de sen. pas. l. generalis. & ĩ. de his qui no. infa. l. ad tempus. Sed videtur huic. l. contra. ff. de postu. l. j. §. pe. & .ff. de his qui no. infa. l. quid ergo. §. pœna. ibi solui. Item not. versum Oui verbis vtar, liberat à pœna, non liberat à culpa. quod aliter esse in indulgentiis pontificalibus respondent Theologi. Contius.

g *Detulerit.* An hic sufficit deferre? quod videtur secundum Azo. vt. ff. de adul. l. miles. §. socer. & .ĩ. de calum. l. fin. E contra quòd non, nisi fideiussor de exercenda lite detur, & ea contestata, secundũ H. vt .ĩ. tit. j. l. j. &. ij. &. ff. ad Turpil. l. quæsitum. &. l. in senatusconsultũ. §. qui post. &. ff. rem ra. habe. l. amplius. prima placet.

h *Statutum.* à lege, scilicet biennium. Vel dic à iudice secundum moderamen locorum: vt. ĩ. de dila. l. j.

i *Aculeos.* i. pœnas de quarta parte bonorum, quas hæc cõsultissima lex ponit. Sed videtur alia pœna imponi: vt. ĩ. qui accu. non pos. l. qui crimen. Solu. hæc pœna & illa extraordinaria imponitur. Vel hic à lege data fuit dilatio, ibi à ministro legis, & sic corporaliter extraordinarie punitur. nam mitius agitur cum lege quàm cum ministro legis: vt. ff. de arbi. l. Celsus. secundum Azo. Vel quod ibi dicit extraordinarie, hic exponit. i. quarta parte &c.

k *Infamia.* grauata est enim eius opinio: vt arg. ĩ. de requi. re. l. fin. si tamen turpiter condemnetur, etiam de iure est infamis: vt j. tit. j. l. ij. nec ob. huic. l. j. tit. j. l. fin. quia ibi soluam. hic etiam Turpiliano tenetur: vt. j. tit. j. l. j. & .ff. ad Turpil. l. ab accusatione. §. destitisse.

*Nouerint.] CASVS.* Iudices scire debens quòd causa criminalis intra biennũ terminari debet: & si per accusatorẽ steterit, mul tabitur: & si vilis sit, relegabit, nisi intra biennium accusator de voluntate accusati abolitionem impetrauerit. *†Cod. Theo. 9. 36. 2.*

l *Non negatis.* quę reo tres, accusatori duę dãtur: vt &. ff. de fer. l. fi.

m *Certum.* biennium: vt. j. eod. l. fina.

n *Legibus.* ĩ. l. proxi. &. ĩ. qui accu. non pos. l. qui crimen.

o *Famæ.* quam debet pẽdere: vt. ĩ. l. proxi.

p *Exilii.* Not. ergo quòd infamis non potest plus infamari. sic & ff. de iniuriis. l. itẽ apud. §. quod ait prætor. &. ĩ. ad. l. Iul. de vi. l. seruos. & hic. Sed contra est: vt. ff. de ritu nup. l. palam. §. quæ in adulterio. nam excommunicatus iterum excommunicatur. Sed huic & superiori. l. est contra. ff. ad Turpil. l. quæreba tur. vbi deserẽs vel desistens non punitur. sed illud verũ est pœna talionis, siue calũniæ: sed Turpiliana sic: vt hic, &. ff. ad Turpil. l. ab accusatione. §. fin.

*Excõmunicatus iterum excommunicatur.*

q *Dilatio.* vt & supra de dila. l. j.

*Criminales.] CASVS.* Quæstio criminalis intra biennium terminari debet, numerandum à tempore litis contest. quo elapso si nõ terminata fuerit, reus absoluetur accusatus: & si per iudicẽ steterit quo minus terminetur, pœna .xx. librarũ auri multabitur. *†Cõcor. glo. i. in cap. de causis. in fi. de offic. deleg.*

r *A contestatione litis.* vt &. ĩ. de iudi. l. prope randũ. in prin. & ad legem Corn. de fal. l. vbi. sed in præside speciale: vt. ĩ. vt omnes tam ciuiles quàm mi. l. j. in fi. & clerico: vt in authen. vt cleri. apud. §. pe. col. vj.

s *Absolui.* ab obseruatione iudicij.

BIU Cujas

a *Is demum.* hoc demum, ad omnia sequentia non refertur: nam accusato non sub custodia facto, sed fideiussoribus datis vel sola inscriptione deposita qui desistit, punitur: vt. ff. eo. l. in senatus. §. qui post. & de adul. l. miles. §. si socer. & j. titu. j. l. fi. Et potest induci in pecuniaria causa exemplum. ſ. quomodo & quãdo iu. authen. qui semel. Item & is punitur qui deposuit accusationem non recipiendam: vt. ff. eo. l. j. §. accusationem. ergo refertur dictio demũ, tantum ad publicam. q.d. in priuato crimine desistens nõ punitur Turpiliano: sed aliàs iudicis officio: vt. ff. eo. l. si quis repetere. §. si stellionatus. & l. & in priuatis.

† *al. Aniano. Contius.*

b *Non impetrata.* scilicet priuata: vt &. ſ. de adul. l. abolitionẽ. Idẽ si publicam haberet vel legalem: vt. ff. eo. l. abolitio. & l. seq. & l. destitisse. & l. diuus.

c *Destitit.* id est in totum animum deposuit accusandi: vt. ff. eo. l. ab accusatione. §. animo. & l. destitisse. & facit. ſ. titu. j. l. j. Illa tamen est generalior in publico & priuato crimine.

*SI pro.*] *CASVS.* Accusabam te: Titius fideiusit pro me de lite prosequẽda: destiti: conuenietur fideiuſ. in eam quantitatem quam promisit: & ego qui destiti, notabor infamia, & puniar í quinque libris auri. Viuia.

† *al. crimine. Contius.*

† *al. stipulatione.*

d *Adstrinxisti.* de lite perficienda: vt. ſ. eod. l. proxi.

e *Quantitatẽ.* si fuit taxata. aliàs taxabit iudex vt. ff. de cu. reo. l. iiij.

† *id est pro qualitate delicti, hoc est si fecit vel dolore vel errore vel temeritate. Contius.*

f *Notando.* in quinq; libris auri: vt. ff. de prẽuari. l. iij. §. fi. & facit. ſ. titu. j. l. j. & qui accusare non possunt. l. qui crimen.

† *al. Arcadio. Contius.*

*QVanuis.*] *CASVS.* Cœpi te accusare: interuentu amicorum destiti hoc pacto vt impetrarẽ abolitionẽ, & tu omni anno dares mihi reditum alicuius prædij: nõ stas placitis: an possim redire ad accusationem à qua destiti, quæritur? Et dicitur quòd non.

g *Scriptura.* trãsactionis factæ inter accusatorem & accusatum.

h *Placitis.* quibus accusati pacti sunt aliquid dare vel facere si abolitionẽ impetrasset accusator. vnde videbatur quòd placitis nõ impletis accusare denuo liceret: quod non licet. secus in ciuili: vt. ſ. de transac. l. sub prætextu. j. & l. siue. & hoc est ideo secundum Azo. quia tale fuit crimen de quo licuit transigi. quod non placet: quia accusatori nunquam licet, quin in Turpilianum incidat. licet ergo reo sic quandoque, vt suum sanguinem redimat: vt supra de transac. l. transigere. Ratio autem est: quia aliud in ciuili, aliud in criminali.

*Accusationem deserẽs ratione promissionis sibi factæ, ad illã nõ redit eiã promissione nõ seruata.*

i *Ipse.* subaudi, tu.



## *TITVLVS XLV.*
## AD SENATVSCONsultum Turpilianum.

*Desistens præter abolitionem à causa criminis publici iudicii, incidit in Turpilianum. Salycetus.*

I. Imp. ANTONINVS A. Amato.†

*IS* demũ [a] in senatusconsultum incidisse videtur, qui crimen publici iudicij detulit: & causa criminis ordinata, id est inscriptionibus depositis, & fideiussore de exercẽda lite præstito, eoq; qui accusatur, sub custodia officij facto, non impetrata [b] abolitione ab executione criminis destitit. [c]

*Fideiussor datus pro lite prosequenda, accusatore non prosequente, non tenetur nisi ad illam quantitatem quam promisit si accusator non prosequeretur: & in hoc casu fideiussor soluendo non liberat principalem. Bald. Vel sic: Fideiussor non tenetur vltra quantitatem quam promisit: & accusator desistens notatur infamia, & etiam pro motu iudicis punitur. Salycetus.*

II. Imp. GORDIAN. A. Apio.

*SI* pro eo qui in crimen† subscripsit, fidem tuam adstrinxisti, [d] isq; destitit, & commissa stipulatio est†: non vltra quantitatem [e] quã spopondisti, obligatus es: eo qui destitit, infamia nihilo minus notando, [f] & extra ordinem secundum iudicialem motum† puniendo.

† *al. crimine. Contius.*

*Desistens ab accusatione criminali sub prætextu certæ finalis causæ, non potest ad illam reuerti: quamuis eam non prosequatur. b. d. sec. esset in ciuili causa: vt. ſ. de trãs. ac. l. siue apud acta. Bal. Vel sic: Licet promissa nõ seruẽtur ei qui destitit: ad accusationẽ nõ propterea redit. b. d. quod not. Saly.*

III. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS. AA. Syllano.†

*QVanuis* eum ordinem scriptura [g] cõtineat, vt primò abolitio criminis poscere tur, & tunc dehinc omnibus placitis [h] obtẽperaretur: nõ obseruãtibus tamẽ aduersariis pactorũ fidẽ, instaurare accusationẽ minimè potes, à qua ipse [i]

† *al. Arcadio. Contius.*

k *Destitisti.* vt &. ſ. de generali aboli. l. j. & ff. eo. l. mulier. §. fi. & diximus. ſ. qui accu. non pos. l. accusationem.

*SI is.*] *CASVS.* Si me vel parentes meos accusasti, & destitisti: si iterum velis redire ad accusationem, exceptio destitutæ accusationis tibi obstabit. Viuianus.

destitisti. [k] PP. Prid. Non. Iul.*

*Qui accusationem deserit, amplius illã non repetit. Salycetus.*

IIII. Iidem AA. Patrophilo.

*SI* is de quo supplicas, cõtra parentes vestros desertã (vt dicis) accusationẽ cœperit persequi: præscriptio illi in iudicio præsidis destitutę rei poterit opponi. [l] PP. Prid. Non. Maij, Secundo & Donato Conss.

l *Opponi.* siue cũ abolitione destitit, vt. ff. eo. l. mulier. §. fin. siue non: vt. ſ. qui accu. non pos. l. accusationẽ. nisi quãdoq; intra. xxx. dies: vt ff. eo. l. aut priuatim. §. ij. quę est contra. & facit ſ. l. proxi.

* *Tusco & Basso Coss. Contius.*

B

*Mulier pacto desistens ab accusando, incidit in Turpilianum. Salycetus.*

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANVS. AA. Matronæ.

*SI* fœmina suam suorumque iniuriã [m] exequatur, [n] cum ipsa pacto contra vetitum desistisse profiteatur: in senatusconsulti Turpiliani pœnã eam incidisse, [o] certi iuris est.†

*Ille dicitur destitisse, qui deposuit animũ prosequendi: non qui aliquantisper distulit. Bald. Vel sic: Differens prosequi ex causa non dicitur desistere. Salycetus.*

VI. Iidem AA. Lucilio.†

*IN* executionibus criminum obtinuisse videtur, [p] illos destitisse, qui animum accusationis implendæ prorsus deseruerunt. [q] Cum igitur aliis ex causis, vel simplicitatis ratiõe, necdum te ad finem vindictæ peruenisse preces tuæ testentur: poteris postposita formidine impedimenti super aliquãtulo silentio, [r] institutam accusationẽ secundum leges perferens [s] quã probabis tibi debitam vindictã reportare. PP. III. Kal. Iul. Diocletia. VI. & Max. AA. Conss.

C

m *Suorumq; iniuriam.* *Suorũ iniuriã quis dicitur prosequi.*

n *Exequatur.* aliàs enim non auditur: vt. ſ. qui accu. non pos. l. de crimine. Accursius.

† *Subdita VII. Non. April. CC. Coss. Cõtius.*

† *Lucilianus.*

o *Incidisse.* immo nõ: vt. ff. eo. l. j. §. accusationem. & l. mulier. Solu. ibi non poterat accusare, hic sic: quia suã vel suorum iniuriam prosequatur. hoc non valet: quia tunc magis videtur incidere, vt in dicto. §. accusationẽ. Dic ergo quòd hic pacto destitit, ibi non pacto.

p *Videtur.* inter viros prudentes.

q *Deseruerunt.* vt &. ff. de iudi. l. destitisse. & de mino. l. destitisse. & ff. eod. l. destitisse. & l. ab accusatiõe. §. destitisse.

† *Sabiniano.*

r *Silentio.* quod tamẽ citra biẽnium est. aliàs contra: vt. ſ. titu. j. l. j. & ij. & fi. nec enim hic erat statutum tempus à iudice.

D

## *TITVLVS XLVI.*
## DE CALVMNIAtoribus.

*Accusatoris calũnia iudicis officio mercenario puniẽda est tempore quo fertur absolutoria, non postea. Salycetus.*

I. Imp. ALEXANDER A. Sabino.†

*CAlumnia* eo tẽpore coërceri [t] solet quo de causa præsente [u] accusatore

s *Perferens.* id est ad finem perducens.

*DE CALVMNIATORIBVS.*

*Calumniator est qui falsa crimina scienter intẽdit: vt. ff. ad Turpilia. l. i. ii. respon. de qua si criminaliter agitur, vt modo in rubrica dixi, in tali one est pœna: vt supra de accusa. l. fina. Si ciuiliter, pecuniaria: vt. ſ. de epi. & cler. l. ſi qua per calumniam. in princ.*

*Calumniator quis dicitur.*

t *Calumnia. Coerceri.* s. criminaliter, vel ciuiliter: vt modo in rubrica dixi. Et dic, id est eadẽ sententia, vel incontinenti.

u *Præsente.* vel per contumaciam absente: vt. ff. de public. iudi.



BIU Cujas

l.inter.Sed quomodo, cum non est inscriptum ab eo qui de calumnia accusat:vt.ſ.qui accuſ.non poſ.l.iij. quæ est cõtra? Solu. ſpeciale hoc, quia per officium iudicis petitur puniri.

a *Posteaquam.* id est ex interuallo:vt.ff.de contrahen.empt.l.pacta.Vel dic ex interuallo fieri etiam si incontinenti fiat,dummodo fiat in eadem sententia absolutionis: nam totum in eadem sententia debet cõtineri. Sed videtur quòd semper demum lata sententia absolutionis de calumnia inquiratur: vt.ff.ad Turpil.l.j.§.j. quæ est contra. Sed ibi in modum accusationis, hic per officiũ iudicis. Vel quod ibi dicit reo absoluto,ſcilicet deſtinatione, incepit quærere de calumnia. ſic. ff. de iureiurã. l.admonendi. Alij dicunt, ibi incepit incontinenti, non ex interuallo:quæ nõ placet. Item cum pro hac calũnia pari pœna puniatur, quia est par delictum : ergo pendente priori non potest de hac calumnia cognoſci: vt.ſ.qui accuſ. non poſ.l.neganda. quæ est contra.Sed hic non accusabat, sed officio iudicis puniri petebat. Vel prosequitur suam iniuriam:quod lex contraria permittit.

b *Iudicatum est.*absoluendo reum.

c *Puniri.* per officiũ iudicis.

†*Aemiliano.Contius.* †*this verbis, Non probasti.l.1.ff.ad Turpilia. Contius.*

*Mater.*]*CASVS.* Si mulier accuſet aliquem de morte filij ſui, licet non probet, excuſatur de calumnia. Item extraneus hæres excuſatur,ſi accuſat interfectorem teſtatoris, & incumbit ei neceſsitas hoc faciendi.

d *Possint.* regulariter enim qui non probat, calumniari videtur : vt not.ſ.de aduo. diuer.iudi. l.j. Sed hoc fallit cũ mater de morte filij accuſat, vt hic: vel pater, vt.ff.de publi. iudi.l.fi. Vel econtra filius patris, vt.j.eod. l.calumniæ.Vel etiam extraneus hæres,ſi modo à defuncto ſuſpicionem habuerit,vt hic ſubiicit.Item in tutore,vt.ſ.qui accuſa. non poſ. l.ij.Item in viro:vt.ſ.de adul.l.j.&.l.quanuis.ij.Er his caſibus loquitur regula,non eoipſo quòd non probat &c. vt.j.e.l.qui non probaſſe.&.ff.ad Turpil.l.j.§.j.

*Calumniari videtur qui non probat.* †*Archelao Comius.*

e *Beneficium.* vt ſine metu calumniæ accuſet.Accurſius.

f *Publicis.* ſcilicet vbicunq; mulier admittitur pro quocunque: vt argu.ſ.qui accuſ.non poſ.l.de crimine.Tu reſtringe ad filium quando ſcilicet de iniuria filij accuſat.

g *Cauit.* dictum defuncti præſumptionem vtilem non probationem facit:vt hic, &.ff.ad Sylla.l.j.§.fin. &.l.iij.§.j. Si ergo hic extraneus hæres non haberet ſuſpicionem hanc,non euitaret calumniæ pœnam.

h *Interſit.* argu.ff.famil.ercis.l.qui erat.&.ff.de bo.lib.l.qui cum maior.§.pen.& de mino.l.quod ſi minor.§.reſtitutio.&.ſ.qui accuſ.non poſ.l.ij.

a *Iſta lex* *Qui non*[a] ]*CASVS.* Accuſaui Titium,non probaui.multum refert an iudex dicat in ſententia,abſoluo Titium,quia non probaſti:an ſic,abſoluo,quia calumniatus es.primo caſu non ſum infamis,ſecundo caſu ſic.

*ſecundũ Salyce. limitat. l.athletis.§.calumniator ff.de his qui no. infa.*

i *Pronunciatur.* vt quia dixit iudex, non probaſti. ſecus ſi dicat, calumniatus es.licet de calumnia eum aliter non damnauit:vt.ff. eod.l.j.§.j.

*In cauſa criminali nõ probans punitur de calumnia, non in cauſa ciuili etiam liberali.Salycetus.*

V. Impp. DIOCLET.& MAXIMIAN.AA.Cæſio.†

QVi calumniatores pronuncianturin publicorũ duntaxat iudiciorum[n] quæſtionibus, non etiam in liberalibus[o] cauſis, quæ priuatas diſceptationes continent, periclitari[p] ſolent.

*Faciens torqueri ſeruos alienos per calumniam,tenetur ad duplum.Bald.*

VI. Iidem AA. Domitio.

DOminis ſeruorũ[q] per accuſatoris calumniam tortorum, aduerſus eum pœna dupli lege Iulia prouideť.S.XV.

*Ante inſcriptionem accuſatoris nedum reus non debet adduci,ſed nec accuſatio recipi.Salycetus.*

VII. Impp. VALENT.& VALENS.AA. ad Valerianũ.PV.†

NOn prius quemquam ſynceritas tua ad tuę ſedis exa mẽ iubebit adduci,quàm ſolennibus ſatisfecerit qui nititur fidem doloris adſerere : cum iuxta formam iuris antiqui,ei qui cœperit arguere,† aut vindicta propoſita ſit, ſi vera detulerit: aut ſupplicium, ſi fefellerit.[r] †

*Accuſator licet ſubmiſſus,delator vocatur,& à calumnia non excuſatur,nec à ſimilitudine ſupplicii. hoc dicit. Vel breuius: Accuſator licet ſubmiſſus, à pœna calumniæ non excuſatur.Salycetus.*

VIII. Imppp. GRATIA. VALENTIN.& THEO.AAA. Menandrio Vic.Aſiæ.

NOſtris & parẽtum noſtrorum conſtitutionibus[s] cõ prehenſum eſt,eos qui accuſationẽ alienis nominibus[t] præſumpſiſſent, delatorum numero eſſe ducendos: atque ideo[u] calumnioſiſsimum caput,[x] &

*In cauſa ciuili etiam liberali.Salycetus.*

III. Idem A. Aemilio.† C

QVi non probaſſe crimen† quod intendit, pronũciatur:[i] ſi calumniæ non dãnetur, detrimentũ exiſtimationis non patitur.[k] Non enim ſi reus abſolutus eſt, ex eo ſolo etiã accuſator qui poteſt iuſtã habuiſſe veniendi ad crimen rationem, calumniator credendus eſt.[l]

*Filius accuſans de morte patris, excuſatur à præſumpta calumnia.Bald.*

IIII. Imppp. CARVS, CARINVS & NVMERIANVS AAA. Arcadio.†

CAlumnię[m] pœna in paternæ mortis accuſatione ceſſat.PP.XI.Kal.Decemb. Caro D & Carino.AA.Conss.

*Non patitur.* accuſari tamen poterit de calũnia : niſi ſit de perſonis exceptis.ſ. l.proxi.& ſatis erit pro accuſatore quòd non probauerit,qui nunc accuſatur.Accurſius. † *al. Ceſtio. Contius.*

l *Credendus eſt.* quaſi dãnatus,vel quando eſt de perſonis exceptis.

*Calũniæ.*]*CASVS.* AccuſabamTitiũ: quia dicebam eum interfeciſſe patrem meũ: non probaui:an ſim puniendus de calumnia, quæritur ? Et dicitur quòd non.

m *Calumniæ.* facit.ſ. eo.l.mater.Aecur.

*Qui.*]*CASVS.* Qui accuſat : ſi deſiſtit, incidit[m] Turpilianum.ſi non deſiſtat in agendo ciuili actione, non incidit: vt ſi incipiebam à te petere.x.& poſtea deſtiti. † *Ex Codi. Theod.li.9. ti.1.l.9*

n *Iudicium.* id eſt in his iudiciis vel criminibus quæ punire publicè intereſt : quod euenit etiam in priuatis,vt officio iudicis calumniantes puniantur: † *Vegueri legend.ſecũdũ veteres in meis manu ſcript.&C. Theo. quod etiam notat.*

o *In liberalibus.* hoc eſt cõtra.ſ. de li.cauſa. *ut Cuiacio, Contius.*

l.ſi tibi. ſed ibi apparet ſolutio. † *D. VII. Ka.Decẽb. Remis.Gratia. Neb.*

p *Periclitari.* i.periculum calumniæ pati.

*Dominis.*]*CASVS.* Si quis petat calumnioſe ſeruos aliquos torqueri, & moriantur in tormẽtis,tenebitur ad duplũ æſtimationis ſeruorum. *Puteo & Gadaldino Coſſ.Cotius. †Cod.Theo. 9.39.2.*

q *Dominis ſeruorũ.* accuſatorum: vt & plene dixi.ff.de calum.l.fin.& facit.ſ.ad.l.Iuliam de adul.l.verba. &.ff. de adul.ſi poſtulauerit.

*Non.*]*CASVS.* Dicitur in hac.l.quòd nõ debet aliquis admitti ad accuſandum,niſi prius libellum accuſationis accuſator porrexerit,& ſe ad pœnam talionis obligauerit.tunc ſi probet,excuſatur.ſi non,ſupplicium pati debet accuſans.

r *Fefellerit.* vt.ſ.de accu.l.fi.&.ſ.qui accu.non poſ.l.ij.

*Noſtris.*]*CASVS.* Ille tenetur de calumnia,qui accuſationem inſtituit, nec probauit . idem ſi alium ſubſtituerit qui nomine ſuo intentet accuſationem:qui ſi non probat,tenetur de calumnia,& vterque infamia notabitur.

s *Conſtitutionibus.* quas non habemus.

t *Nominibus.* id eſt alterius mandato , ſuo tamen nomine . nam alieno non poteſt:vt.ff.de publi.iudi.l.pe.§.ad crimen.

u *Atque ideo.* accipe.j.ſupplicium &c.

x *Calumnioſiſsimum caput.* accuſantis alterius mandato,& etiam mandãtis.hoc ſi non probat ſubmiſſus. aliàs nemo punitur: vt.ff. ad Turpil.

BIU Cujas

ad Turpil.l.j.§.fi.sed fallit.ſ.qui accu.non poſ.l.ij.

F *Allaciter.*] CASVS. Qui per calumniam aliquem accuſat, poſt exhibitionem accuſati nec publica nec priuata abolitione poteſt deſiſtere: nec generale nec ſpeciale beneficium principis ſibi prodeſt.

a *Fallaciter.* id eſt per calumniam.

b *Maximè.* abundat ſecundum H. vel non abundat ſecundum Azo. & hoc propter id quod dicitur.ſ.tit.j.l.j. &.ſ.titu.ij.l.j.

c *Non publica.* triplex enim eſt: vt.ff. de aboli.l. abolitio. & .l. ſeq.&.l.fin.

d *Indulgentia.* niſi eſſet dictum, non obſtante aliqua lege: vt arg.ff. de lega. iij.l. ſi quis.in †*Cod.Theo.* 9.37.3. princip.

e *Subducat.* in generali non continetur ea quæ ſpecialiter nō continentur: vt .ſ. quæ res pig.ob.poſ. l.alumnos.

Q *Vſquis.*] CASVS. Dicitur in hac.l. q̄ accuſator ſi non probet, punitur de calumnia: quia eadem pœna puniēdus eſt qua puniretur accuſatus ſi contra eum probatum fuiſſet.

f *Quiſquis.* Exceptis quibuſdam: vt.ſ.eod.l. mater.

g *Calumniantes.* vt .ſ. eod.l.non prius.&.ſ.de accuſa.l.fi. idē de præuaricatoribus: vt.ff. de præuari.l.ab imperatore. Accurſius.

*DE POENIS.*

*Cōtinuatio.* *Ad delicta præmiſſa ſupponit pœnas. Vel ſic: Diximus ſupra de priuatis delictis, & publicis, nunc de pœnis eorum. Azo.*

E *Tiam.*] CASVS. Damnatus in opus perpetuum, ſimilis eſt ei qui in inſulā deportatus eſt: & prēſes inter duos priuatos debet cognoſcere: procurator Cæſaris inter fiſcum & priuatum. Si ergo procurator Cæſaris vice †*al.Luciano.* †*al. incip. in opus. recte. Contius.* prēſidis non cognoſcēs inter duos priuatos, aliquem eorū in exilium damnauerit: an ſententia teneat, quæritur? Et dicitur quòd non. hoc dicit cum.l.ſeq.

h *Etiam in opus.* publicum, non metalli. & tunc eſt plana. & ſunt ſimiles in hoc, quia vterque ſine ciuitate eſt: vt.ff.eod. l.quidam.§.j.&.l.capitalium. cirpa princip. Si vero dicas opus metalli, licet ſint ſimiles, quia non ſunt ciues: diſſimiles tamē eſſent: quia primus amitteret libertatem, ſecundus non: vt.d.l.quidam.&.l.aut damnum.§. inter eos.& facit.ff.de var.co.l.penul.§.j.

i *Procurator. Non potuit.* facit.ſ.ad le. Fab.de plag. l.non valet.&.ſ.de peda.iudi.l.j.

k *Decurionē.* Et facit.ſ.de quæſtionibus.l.diuo Marco.&.ff. de pœnis.l.moris.§.iſtæ. &.ſ. ex quibus.cau. infa. irro.l. decuriones.

perſonam iudicio irritæ delationis infamiæ ſupplicium ſequatur: quo poſthac ſinguli vniuerſiq̄ cognoſcant non licere in eo quod non poſsit oſtendi, iudicum animos commoueri. Dat. VIII. Id. Maij, Conſtantinop. Arcadio. A. & Bautone Coss.

*Per calumniam accuſantibus non proſunt beneficia abolitionum etiam à principe conceſſa. Salycetus.*

IX. Iidem AAA. Floro præfecto prætorio.†

F *Allaciter*[a] incuſantibus, maximè[b] poſt exhibitionem accuſati, nullius iuris color veluti deriuata excuſatione proficiat: non publica[c] quidē abolitio, non priuata talibus proficiat ſubueniátque perſonis: non ſpecialis indulgentia,[d] nec beneficium quidem eos generale ſubducat.[e] Dat. XV. Kalend. Iun. Conſtantinop. Antonio & Syagrio Coss.

*Nemo poteſt mentiri impune. Bald. Vel ſic: Pœna calumniæ eſt ſimilitudo ſupplicii. Salycetus.*

X. Impp. HONOR. & THEODO. AA. Coss. præt. tribu. pleb. Senatui. S. D.

Q *Viſquis*[f] crimen intendit, non impunitam fore noluerit licentiam mentiendi: cum calumniantes[g] ad vinctam poſcat ſimilitudo ſupplicij. D. VIII. Id. Aug. Rauēnę.

*TITVLVS XLVII.*

DE POENIS.

*Deportatus, & in opus publicum aliud quàm metalli damnatus, aquiparantur. Salycetus.*

I. Imp. TIT. AELIVS ANTONINVS. A. Lucio.†

E *Tiā* in opus[h] perpetuum damnati, non diſsimilis conditionis ſunt ab his qui deportātur in inſulam. PP. ſine die & Cos.

*Bannum datum ab eo qui non habet iuriſdictionem, eſt nullum ipſo iure. Vel ſic: Sententia quæ eſt ipſo iure nulla, non eſt timenda. Bald. Vel ſic: Procurator Cæſaris non poteſt in exilium mittere: & ſententia à non ſuo iudice lata, non valet. Salycetus.*

II. Imp. ANTONINVS A. Valerio.

P *Rocurator* meus qui vice præſidis non fungebatur, exilij tibi pœnam non potuit[i] irrogare: ac propterea fruſtra vereris ſentētiam quæ nulla iuris ratione ſubnixa eſt.

*Decuriones non adficiuntur pœnis plebeiorum. Salycetus.*

III. Idem A. Senatui.†

D *Ecurionem*[k] in opus publicum dari non oportere manifeſtum eſt.

*Conceptus ante condemnationem matris pro nato habetur, & ideo eius conditionis eſt cuius mater erat tempore conceptionis. Baldus. Vel ſic: Calamitas matris non nocet filio antè concepto, licet poſtea nato ſic. Salycetus.*

IIII. Idem A. Marinæ.

S *I ante*[l] conceptus eſt puer de quo libellos dediſti, q̄ mater eius in metallū condemnaretur: natus cōditionis eius eſt, cuius ante condemnationē mater eius fuit.[m]

*Veterani & eorum liberi primi gradus priuilegiantur ne in metallum vel opus publicum damnentur. Salycetus.*

V. Idem A. Senatui.

H *Onor* veteranis etiam in eo[n] habitus eſt, vt liberi eorum vſque ad primum † duntaxat[o] gradum pœna metalli vel operis publici non afficiantur,[p] ſed in inſulam relegētur.

*Liber homo non debet damnari ad perpetuum carcerem. Salyc. & Bald.*

VI. Idem A. Alphio.

I *Ncredibile* eſt[q] quod allegas, liberum hominem vt vinculis perpetuis contineretē, eſſe damnatum. Hoc enim vix[r] in ſola ſeruili conditione procedere poteſt. PP. III. Id. Februa. Meſſala & Sabino Conss.

*Ætas non releuat à pœna quando delictū poteſt cadere in perſonam. Salycetus.*

A *Si ante.*] CASVS. Mulier damnata in metallum, peperit dum erat in pœna: an peperit filium ſeruum vel liberū, diſtinguitur. aut concepit antequam daretur in metallum, & tūc erit eiuſdem conditionis cuius mater erat antequam damnaretur: vt ſi erat libera, & partus liber: ſi ancilla, & partus ſeruus. Viuianus.

l *Si ante.* ſecus ſi poſt: quia tūc fiſci eſſet mancipium, non pœnæ vt mater: vt.ff.de fideicōmiſ.lib.l.generaliter.§. ex damnata.

m *Eius fuit.* quia tempus conceptionis ſpectatur hic, ſicut in filio ſenatoris ſpectatur: vt ff. de ſena. l.emancipatum. & de decur. l.ij.§. penul.& facit.ff.de ſta. ho. l. imperator Hadrianus. & inſtit.de inge.circa princ.&.ff.eo. l.prægnantis.

n *Honor. Etiam in eo.* præter alia priuilegia quę plura habēt: vt hic, &.ff.de priuileg.vete.per totum. †*al.Senedoni.*

o *Duntaxat.* ſecus in filiis decurionum: vt.ff. de pœnis. l. moris. §. iſtæ.

p *Non afficiantur.* vt &.ff. de priuileg. vetera. l.j. &.iij. & facit.ſ. quando prouo.non eſt neceſ.l. veteranis. &.ſ. de excu. ve.per totum. In militante conſtat: vt.ſ. de quæſtionibus. l.milites. &.l. diuo. & ff. de re mili. l. iij. §. j. Accurſius.

q *Incredibile eſt.* quia fieri non debet: vt ff.eod. l.mandatis. Sed videtur fieri poſſe, & in decem annis intelligitur: vt.ff. eod. l. fine præfinito. Sed ibi dixit ad tempus, nec apparuit quod: vnde decem anni intelliguntur: hic in perpetuum dixit. vn de aditur princeps, vt pœnam remittat. nam idem iudex remittere nō poteſt: vt.ff.de quęſtio.l.j.§.fin. & de pœnis.l.moris.§.iſtæ. &.l. diui fratres. &.j.eod.l. pœnam. & ſic tenet do nec reuocetur, licet ſic pronunciari nō debuit: vt.ff.de interdic. & releg.l.relegatorum.§.ad tempus. licet ſit argu. contra.ff.de iniuſto teſta.l. ſi quis filio exhæredato.§. quòd ſi quis fuerit. Sed expone non tenet, ſcilicet incommutabiliter. *ADDITIO.* Aduertas quòd hæc lex & ſimiles procedunt de iure ciuili: ſecus autem de iure canonico quod permittit aliquē damnari ad carceres temporales & perpetuos: vt in ca. quāuis. de pœnis. lib. vj. Et eſt ratio quare ius canonicum hoc permittat ſecundum Io. mo. & Archi. in.d.c. quanuis. quia deus non vult mortem peccatoris, ſed vt magis cōuertatur & viuat. Ezechiel. xviij. &.iij. quæſt. iiij. c. hi qui. &. xxiij. q. viij. c. hi à quibus. & authē. vt non luxu. con. na. in princ. colla. vj.

† *Clo. l. ea. ex tranſmiſ. ſa. extra de fil. preſbyte. allegat hāc l. quòd nomine hæredis ſtelligitur primus, ſeu proximus.*

r *Vix.* nam in ſeruo tenet: vt infra eod. l. ſeruus. &.ff. de iudi. l. vix. Accurſius.



BIU Cujas

*Impunitas.*] CASVS. Minor.xxv.annis commisit delictum:an prætextu ætatis debeat excusari? Dicitur quòd non: si tamen doli capax est. A

a *Non datur.* vt & supra ad legem Corne.de sica.l.si quis.malorum enim mores &c.vt.ff.si aduersus delic.l.j. Mitius tamen agitur:vt.ff.de mino.l.auxilium.§. in delictis. & l.si ex causa.§. nunc videndum.

b *Cadere potest.* quia sit proximus pubertati: vt.ff. de fur. l.impuberem.aliàs secus: vt hic, & .ff. ad legem Corne. de sica.l.infans.&.ff. de fal. mo.l.j. in fin. Item & minor.xiiij.annis excusatur à delicto carnis: vt .ff. de adul. l. si minor.

c *Deportatorum in insulã. Ius erat.* vt à prefecto prętorio, vel ab eo qui eius vice cognoscit,& qui mandato principis: vt.ff.de legat.iij. l.j.§. hi. Item præfectus vrbis: vt.ff. eod. l. ij. Præses vero principi rescribit, vt comprobet:vt.ff.de iniusto rupto testamen.l. si quis filio exhæredato. §. sed & si de decurione. & si interim dũ rescribitur decedat,hęredes eius habebũt bona: vt.ff.de bonis eorũ. l.ij.§.j. & facit supra si reus vel accusa.l.fin. & si pen.appel.l.ij.

† *Cõcor.gl. ff. verb. subtrahũtur. in c. pastoralis.extra de appella.post princ.glo. Deportare possunt tantũ quatuor iudices.*

d *Adempta fuerint.* qđ fieri non debet: vt.ff.de interdic.& relega.l.relegatorum. §. ad tempus. nisi lex specialiter aliud inducat: vt supra de episco. aud. l. nemo vel in foro.

† *Et sic est perpetua.simile in.c. si autẽ. cũ gl. fin.extra de cohabi. cle. & mulie.*

e *Matrem. Ministerium.* id est vt seruiret hominibus in metallũ dãnatis. Et dic differentiam inter metallum,& opus metalli, & ministerium metallicorum,vt.ff. eod.l.aut damnum.§.inter eos.& §.ministerium. & facit supra de quæstio. l.diuo.in fin.&.ff.eo.l.moris.§. istæ. &.ś. ex quibus cau.insa.irro.l.decuriones.

f *Seruus.* Seruus deliquit,pro quo ius sit iudex eum stare in perpetuis vinculis, & domino reddi. certe perpetuo ligatus esse debebit. Sed contra.ff. eod. l.sine præfinito. vbi dicit decennio. Sed hic ex certa scientia dixit, ibi per errorem. vel ibi in metallum,hic in vinculis.prima placet.

g *Reddi.* sed & hoc tacite,cum dominus per vincula dominiũ non amittit, & sic sibi debet reddi: vt.ff. de pœnis. l.aut damnum.§.fin.

h *Esse debet.* vbi ergo iudex non definit,nec ego definiam:vt & ś.de diuersis re.l.falso.&.ff.de euic.l.si rem quam.§.fi.

i *Metalli. Ad seruiles.* Et desinit esse domini, etiam si euadat: vt.ff.eod.l.aut damnum.§. fin. sed non sic si in opus publicum sit damnatus de facto.nam finito tempore domino redditur:vt.ff.eod.l.seruus.

VII. Imp. ALEXANDER A. Isidoro.

IMpunitas delicti propter ætatem non datur,[a] si modò in ea quis sit,in quam crimẽ quod intenditur,cadere potest.[b]

*Ad pœnã deportationis tacitè sequitur ademptio bonorum,non ad pœnam relegationis.hoc dicit.Vel sic: Bona deportati confiscantur,non relegati.Salycetus.*

VIII. Idem A. Victori.

DEportatorum in insulam ab eo cui id faciendi ius erat,[c] bona fisco vindicantur: relegatorum autem non, † nisi sententia specialiter adempta fuerint.[d] B

*In metallum vel ministerium metallicorum non damnantur filiæ decurionum.Sal.*

IX. Idem A. Demetrio.

SIi matrem tuã decurionis filiam fuisse probatum fuerit, apparebit eam non oportuisse in ministerium[e] metallicorum nec in opus metalli dari.

*Sententia lata sine temporis præfinitione est perpetua.Vel sic: Sententia quæ continet actum successiuum non modificatum nec limitatum ad tempus, in perpetuum extenditur.Bald.Vel sic:Seruus ad vincula simpliciter damnatus, intelligitur perpetuo damnatus.Salycetus.* C

X. Idem A. Catullo.

SEruus[f] sub pœna vinculorum sine temporis præfinitione † domino reddi[g] iussus sententia præsidis prouinciæ, perpetuò vinctus esse debet.[h]

*Tam liberi quàm serui possunt in metallum damnari.Salycetus.*

XI. Imp. GORDIANVS.A. Titiano.

METalli supplicium tam ad personas liberas quàm etiam ad seruiles[i] pertinet conditiones.

*Ad clamorem populi præses non debet illicita perpetrare:vnde magis debet adhærere legibus quàm clamori populi. Bald. Vel sic:Ad rumorem populi non debet sententia ferri, seu contra iura iudicari.Salyc.* D

XII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANVS. AA. in consistorio dixerunt:

DEcurionum.] CASVS. Fecit imperator statutum, in quo cautum est, ne filij decurionum bestiis subiiciantur. quod statutum nolebat populus admittere:sed aduersus id clamauerat. dicit postea imperator quòd vanæ voces populi nõ sunt audiendæ.non enim exaudiri debet cum noxium petit absolui: innocentem cõdemnari. Viuia.

DEcurionum[k] filij non debẽt bestiis subiici.[l] Cúmque à populo exclamatum esset,† [m] iterum dixerũt:[n] Vanæ voces populi non sunt audiendæ.[o] † nec enim vocibus eorũ credi oportet,quãdo aut noxiũ crimine absolui,aut innocẽtem condemnari desiderant.

k *Decurionum.* aliàs incipit,in consistorio.

l *Subiici.* vt.ś. de quæstio.l.diuo.&.l.decuriones. & .j. de decur.l. omnes. lib.x. & de decu.vr.Ro.li.xj.l.j.&.ij.

† *forte contra Christiã nos.Cotius.*

m *Exclamatũ esset.* vt torquerentur.

† *Concor.a. 2. cũ glo. 1. extra de elec.*

n *Iterum dixerunt.* imperatores.

o *Audienda.* id est exaudiendæ.& sic Pilatus male fecit:vt hic,& supra qui manu.non pos. l.diuo Marco. &.ff.qui & à quibus.l.si priuat.

*Pilatus male fecit, qui ad populi clamorem Christum cõdemnauit.*

*Præna per quam dominus non priuatur serui dominio,non priuat eum seruitio.Sal.*

XIII. Iidem AA. Vrsino.

SEruo ex sentẽtia damnato, si quoquo modo ex sententia proprietatis ius amputatũ[p] non sit, domino suo obsequi eum par[q] est.

*Iudex non potest corrigere sententiam suam circa tempus. Vel sic: Iudex non potest facere gratiam de tempore, nec de pœna.Baldus.*

XIIII. Iidem AA.& CC. Vicario.

SI operis publici temporalis pœnæ sententia præfinitus nondum excesit dies,hunc expectari conuenit:[r] cum † non remitti pœnam facilè, publicè interest: ne ad maleficia temere quisquam prosiliat.[s]

*Pœnam temporalem vel perpetuam iudex non reuocat vel minuit post sententiam.Salycetus.*

XV. Iidem AA. & CC. Agatho.

POenam sua dictam sententia præsidi prouincię reuocare non licet.[t]

*Ad pœnalem sententiam non peruenitur nisi reus fuerit confessus,vel probationibus clarissimis convictus.Salycetus.*

XVI. Imp. CONSTANTINVS A. ad Catulinum proconsulem Africæ. †

QVi sententiam laturus est, temperamentum hoc teneat, vt non prius capitalem[u] in quempiam promat seuerámque sententiam, quàm in adulterij vel homicidij vel maleficij crimine, aut sua confessione,aut certe[x] omnium qui torcus in multa:vt.ff.de offic.præsi.l.illicitas.§.fina.sed principi pro hoc mittitur quandoque:vt dixi supra eo.l.incredibile.Item ratione restitutionis quis suam sententiam reuocat:vt.ff. de mino. l.in causæ. ij.§. fin. &.l. præfecti. & supra ad legem Iul. de vi.l. seruos.& supra de custo.reo.l.si quis in ea.&.ff.eod. l.respiciendum.in princip.

† *Cod.Theo. lib.9.tit. 40.l.1.*

*Qui sententiam.*] CASVS. Qui cognoscit de crimine, cuncta debet inuestigare:nec præcipitanter debet condemnare,nisi per confessiones vel probationes accusatus conuincatur: ita tamen,vt vix crimen possit inficiari quod cõmisit. Viuia.

k *Decurionum.* aliàs incipit,in consistorio.

l *Subiici.* vt.ś. de quæstio.l.diuo.&.l.decuriones. & .j. de decur.l. omnes. lib.x. & de decu.vr.Ro.li.xj.l.j.&.ij.

m *Exclamatũ esset.* vt torquerentur.

n *Iterum dixerunt.* imperatores.

o *Audienda.* id est exaudiendæ.& sic Pilatus male fecit:vt hic,& supra qui manu.non pos. l.diuo Marco. &.ff.qui & à quibus.l.si priuat.

*Pilatus male fecit, qui ad populi clamorem Christum cõdemnauit.*

p *Amputatum.* id est ablatũ domino,vt quia in metallum, vel vt fiat seruus pœnę,non condemnatur, sed in opus publicum perpetuum vel temporarium:vt.ff. eo. l. aut damnum.§.fi. &.l.seruus. &.j.de sententen. pas. l. frustra. &.ś. eod.l.seruus.&.ff.de statu.ho.l.seruus.

q *Par.* i. conueniens. aliàs peræquum.

r *Si operis. Conuenit.* vt.ff.eod.l.seruus.

s *Prosiliat.* vt .ff. ad.l. Aquil.l.ita vulneratus. in fin.&.ff.de fideiuś. l. si à reo.§.fi.&.ś.de hæreti.l.quicunque.§. qđ si fecerint.&.ff.depositi.l.bona fides.

t *Poenam. Non licet.* vt & .ff. de re iudi. l. acta. & supra sen. rescin.non pos.l.j.& de sen.ex libello. l. iij. se-

*Sufficiat.*

BIU Cujas

a *Sufficiat.* vt & supra de proba.l.fina.& supra de fal.l.vbi.Sed contra.ff.de quæsti.l.j.§.diuus Seuerus.sed ibi non statur tormentis si non perseueraret.hic sic: vt in eadem.l.§.si quis vltro. & dixi supra de quæsti.l.fi.

b *Si quis.In manibus.* id est brachiis. Accursius.

c *Et in suris.* id est tibiis,siue pulpa cruris.

d *Quò.* pro,vt.

e *Figurata.* qua cognoscitur: vt dicit.ff. de relig.l. cum in diuersis.Et sic not.nō esse quem bullandum in fronte.

CVm.]CASVS. Dicitur in hac.l. quòd cōuictus de crimine,statim debet cōdemnari nulla adhibita dilatione, ne detur criminosis facultas occasione dilationis quibusdam machinationibus euitandi pœnam.

†Cod. The. e.l.2.

f *Cum reis manifesta.* qualē habes.ff. e.l. qui sententiam.

g *Datur.* quod dari non debet.

h *Artibus.* tumultum forte faciendo:vt.ff.de sica.l.pe.

i *Patet.* quod esse nō debet.

k *Differenda non sit.* vt.ff.e.l.si quis forte.in prin.nisi in casu: vt.j. eo.l.si vindicari. Acc.

l *Iuris sententiam.* sine huiusmodi retardatione: vt & supra de custo.reo.l.fi. & infra de bo.pro.l.j.ī fine. ADDITIO. Aduertas tamē, ꝙ sentētia corporalis nō debet executioni mādari intra decē dies,qui dātur ad appellādū.ita tenet Bart. in.l.addictos.ff.de appel.& in.l.qui vltimo. ff.eo.per.l.j.& ibi nota.ff.nihil nouari app. interpo.Nō ob.secūdū eum.d.l. addictos. quia ibi male fecit iudex. vel ibi damnatus renūciauit appellationi: quæ tamen renunciatio nō nocet quo ad extraneos:vt.l.non tātum.ff.de app. hoc de iure. de consuetudine vero seruatur contrarium : quia illi.x. dies non expectantur.

†Cod. The. e.l.4.

NE quis.]CASVS. Si aliquis de corpore aliquod delictum commiſit, non debet pronunciari vt pro coërcitione delicti fiat de alio corpore:puta si sit sutor,quòd sit de corpore pistorum,vel econtra: sed pro modo delicti pœnam sustineat competentem.

†Cod. The. e.l.9.corrigit hæc lex legē Cōstātini quæ est Cod.Th. 9. 40.3.et. 6. &.7.Contius.

m *Alteri corpori.* cerdonum,vel similium.talia enim sunt multa:v supra de iurisdi.omn.iudi.l.fin.&.ff.quod cuiusvniuer.l.j.& est ratio,quia non esset pœna, vt dicunt : vt ar.infra de decur.l. ne quis.lib.x.sed certe magna si pelliparius: damnetur vt sit faber. Sed contra in authen.vt nulli iu.§.adulteram.col.ix.Sol.ibi

Codex.

A speciale fauore religionis. Item contra in authenti.de san.epis. §. sed neque curialem.&.§. si monachus.col.ix.vbi traditur curiæ ciuitatis.Sol.hoc corrigit.Vel verius,ibi speciale ī illis casibus. Itē cōtra.j.de appari.præsc.vrb.l.ij.lib.xij.Sol.vt ibi.

Si vindicari.]CASVS. Si princeps crudelius quàm consueuit præcepit aliquem condemnari, non debet statim subiici pœnis: sed prius labentur.xxx.dies:quib⁹ elapsis cōdemnari debet: interim debet esse sub fida custodia.

n *Intuitu.* vt supra de Iuliā repe.l.j.&.ff. eodē.l.aut facta. §. fin.

o *Nolumus.* specialissima causa est hic. aliàs enim contra: vt supra eodem.l.cū reis. ADDITIO. Concor.c. cum apud.ī fi.xj.q.iij. vbi gl.addit alios quos dā casus in quibus differtur executio.

†Cod. The. e.l.13.huius autem legis suasor fuit S.Ambrosius auctore Sozomeno li.7.eccles. hist.c.24. Contius. †Concor.c. siquando. extra de relig. a Et hunc casum excipit glo.I. in c. quoniam frequenter. extra vt lit. non conte. †Cod. The. e.l.14.

p *Vinciatque.* vt supra de custo.reo.l.j.

q *Excubiis.* id est vigiliis.

r NE diu. *Apparitorum.* id est nūciorum.

f *Perfidia.* sic in authenti.de exhib. §. illud.col.v.

t *In absentes.* speciale[a],regulariter cōtra: vt.ff. eodem. l. absentem.in prin.sic nec appellant: vt supra quo. ap.non re.l. nulli. Accursius.

Ancim⁹.]CASVS. Qui delinquit,pœnis competētibus subiici debet: & an pœna eius ad cognatos vel adfines extēdatur, quæritur? Et respon. quòd non.

u *Sancimus ibi.* id est in eo homine.

x *Noxia.* id est delictum: vt instit.de noxa.§.j.

y *Familiares.* scilicet malefactoris.

z *Calumnia.* id est ab accusatione,quæ calūniosè fieret.

a *Societas.* tunc enim suo nomine tenerētur.

b *Admittunt.* corrigere tamen debent seniores iuniores agnatos: vt supra de emenda.propin.l.j.

c *Teneant.* non tamē in omni loco: vt.ff. de postu.l.ex ea.

d *Nec vlterius.* id est in plures psonas. nā & in eadē quādoq; maior imponitur pœna quàm sit delictum:vt supra.e.l.si vindicari.

e *Metus.* id est pœna.nam metus bene extenditur ad alios, maxime vbi graui⁹ quis punitur quàm delictū exigat:vt.d.l. si vindicari.dixi.& pro hoc,quòd alius pro alio non puniatur,facit.ff. de inoffi.testa.l.si quis in suo.§.legis.&.ff.de natu.li.l. legem. in fi.j.respon.& supra ne vxor pro mari.l. ob maritorum.&.ff. e. l. si pœna. &.l.crimen.& de mu.& ho.l. iij.§. quod pater.&.ff.

mētis vel interrogationib⁹ fuerint dediti,in vnū cōspirāte cōcordātéq; rei finē,cōuictus sit: & sic in obiecto flagitio deprehēsus,vt vix etiā ipse ea quę cō miserit, negare sufficiat[a]. Dat. III.Non. Nouembres Treueris,Accepta.XV.Kalend. Maij Hadrumeti,Volusiano & Anniano Conss.

*Nemo est signandus in fronte: quia nō debet facies hominis ad similitudinem dei formata fœdari. Baldus. Vel sic:Pœna dānati in eius fronte vel facie non debet signari. Salycetus.*

XVII. Idem A. Eumelio.†

SI quis in metallum fuerit ꝓ criminū deprehēsorū qualitate dānat⁹,minime in eius facie scribatur: cū & in manibus[b] & in suris[c] possit pœna dānationis vna inscriptione cōprehēdi:quò[d] facies,quæ ad similitudinē pulchritudinis est cœlestis figurata[e], minime maculetur. Dat.XII.Kalendas April. Cabilluno, Constantino.A. IIII. & Licinio. IIII.Conss.

*Crimine liquidato non debet sententia differri,ne detur materia supplicandi. Sal.*

XVIII. Impe.CONSTANTIVS A. Theodoro V.P.præsidi Arabię.†

CVm reis manifesta[f] ꝓbatione cōuictis spaciū tēporis ante sentētiā datur[g], facultas supplicādi, vel quibusdam malignis artib⁹[h],tam præsidū, quàm officialiū pœnas euitādi criminosissimis patet[i]:cū & in homicidij crimine,& ī aliis detectis grauioribus causis vltio differēda nō sit[k].Igitur decætero iuxta criminis qualitatē legem oportet seruari,& in sceleroſos & noxios proferri iuris sententiam[l]. Dat. Id. Octobr. Constantio. A. IIII.& Constante Cæ.Conss.

*In pœnam delicti non debet quis alicui corpori vel collegio congregari, vel transferri. Salycetus.*

XIX. Impp. VALENTINIANVS & VALENS.AA. ad Olybrium P.V.†

NE quis ꝓ coërcitione delicti,vel pistorib⁹,vel cuicūq; alteri corpori[m] (cum alterius sit corporis) addicatur: sed vnusquisq; pro crimine in quo fuerit deprehēsus,motum congruæ seueritatis excipiat. Dat. III.Id. April. Valentiniano & Valente.AA.Conss.

*Si princeps rescribat aliquem puniri vltra modum regularem,debet iudex vsque ad dies triginta differre: vt videat si princeps pœnam relaxet. Salycetus.*

B XX. Imppp. GRATIANVS VALENT.& THEODO.AAA. Flauiano præfecto prætorio Illyrici & Italiæ.†

SI vindicari† in aliquos seuerius cōtra nostram cōsuetudinē pro causæ intuitu[n] iusserimus, nolumus[o] statim eos aut subire pœnā,aut excipere sentētiā:sed ꝓ dies triginta sup statu eorū sors & fortuna suspēsa sit.Reos sanè excipiat vīciátq; ꝓ custodia,& excubiis[q] solertib⁹ vigilanter obseruet. Dat. XV. Kalēd.Septēbr.Veronę,Antonio & Syagrio Conss.

*De venali perfidia apparitores licet absentes, debent damnari. Salycetus.*

C XXI. Imperatores VALENTINIANVS THEOD.& ARCAD.AAA.ad Principiū. P.P.†

NE diu apparitorum[r] praua admodū venalísq; ꝓfidia[f] impune in publica commoda desæuiat,cēsemus etiā in absentes[t] eos pro competēti vltione debere consurgi.Dat. Kal.Iun. Arcad.A.& Bautone Conss.

*Pœna non debet egredi delinquentem, sed suos tenere auctores.hoc dicit multum not. Salycetus.*

XXII. Impp. ARCAD.& HONOR.AA.Eutychiano præfecto prætorio.†

